BIBLIOTECA NAZIONAL
S
27 — D
21
MANUELE
OMA

# ELVCIDATIO
# IN OMNES PSALMOS
## IVXTA VERITATEM VVLGATAE
*& Ecclesiæ vsitatæ æditionis Latinæ,*

Quæ & ipsa integra illibataque ex aduerso opponitur: Psalmis singulis singula argumenta ante se monstrantibus, totam Psalmi virtutem atque materiam quasi per modum epitomæ summatim complectentia:

POST ELVCIDATIONEM VERO' *adiunctis prolixioribus Annotationibus, quæ Commentariorum locum habent.*

Adiuncta est Elucidatio Canticorum, quæ Ecclesiasticus vsus appellat, Ferialia.

*Subsequuntur Annotationes ex Hebræo atque Caldæo, in quibus quicquid ex veritate Hebraica occurit difficultatis, tractatur & exponitur, per F. Franc Titelmanum Hasselensem, ordinis Fratrum Minorum, sanctarum scripturarum apud Louanienses Prælectorem.*







VENETIIS,

Ex Officina Gasparis Bindoni. M D LXXXVII.



# CHRISTIANO LECTORI

## F. FRANCISCVS TITELMANVS GRATIAM ET PACEM.

OMNIS ſcriptura diuinitus inſpirata (vt magnus ille gentium Apoſtolus ait) vtilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iuſtitia, vt perfectus ſit homo Dei ad omne opus bonum inſtructus. Cuius rei cauſam alter ille Apoſtolus circumciſionis pulchrè exprimit, cùm in ſcripturæ ſanctæ cõmendationem de prophetico ſermone ita ſcribit, Non enim voluntate humana allata eſt aliquando prophetia, ſed ſpiritu Sancto inſpirati loquuti ſunt ſancti Dei homines. Nimirum hic ille eſt ſpiritus, vnde habet omnis ſcriptura, vt ad docendum, arguendum, corripiendum, & erudiendum in iuſtitia vtilis inueniatur. Ipſe enim eſt; de quo Chriſtus dominus iamiam relinquendis Apoſtolis dixit, Paracletus quem mittet vobis Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia quęcunque dixero vobis. Et iterum, Cùm venerit ille ſpiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Et Paulus ſpiritum dicit omnia ſcrutari, etiam profunda Dei. Et cum ipſi neſciamus quid debeamus ſicut oportet à Deo poſtulare, ipſum dicit noſtram infirmitatem adiuuare, ac pro nobis ſecundum Deum gemitibus

*2.Tim.3.* *2.Pet.1.* *Ioan.14.* *Ioan.15.* *1.Cor.2.* *Rom.8.*

inenarrabilibus postulare. Talis si est spiritus sanus, quo authore sanctæ scripturæ sunt descriptæ, quis dubitet, maximam vim illis inesse docendi de omnibus quæcunque homini proficiunt ad salutem? Ad arguendum quoque & contradictores veritatis reuincendum, eundem esse prævalidum, ac proinde & quæ ab ipso manarunt scripturas, vel vnicum illud apertissimè probat Saluatoris nostri ad Apostolos testimonium dicentis; Cùm autem tradent vos, nolite cogitare, quomodo aut quid loquamini, dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini.
*Mat.* 10. Non.n. vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui lo-
*Luc.* 12. quitur in vobis. Et apud alium Euangelistam. Ego dabo vo-
*Ioan.* 16. bis os & sapientiam, cui non poterunt resistere & contradicere omnes aduersarij vestri. Nec minus ad corripiendum potentia iudicabit scripturarum eloquia, qui illud expenderit verbum veritatis, quo de eodem spiritu pronunciauit, dicens: Cùm venerit paracletus, ille arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio. Eruditionem quoque in iustitia, vt perfectus sit homo Dei in omne opus bonum instructus: hoc est, in vita
*Psal* 242. agenda debitam institutionem, à sancto spiritu pendere, manifestè ostendit, qui dixit, Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam, siue dux mihi erit in uia recta. Hæc itaq; commoda quatuor maxima, tametsi manifestum sit ab authore primario Spiritu sancto omni scripturæ diuinæ inesse, fit tamen, nescio quo modo, vt in sacris illis hymnis quos egregius psaltes Dauid, prius quidem humilis ouium pastor, deinde verò Israelitici populi magnificus princeps, spiritu Dei mirificè illustratus, domino decantauit, eadem illa peculiarius videantur elucere. Omnia namque ista; nempe docere, arguere, corripere, erudire in iustitia, ita efficaciter, ita valide, ita potenter præstant hi Dauidici psalmi, vt uix aliam sit inuenire scripturam in huiusmodi rebus parem, quæ simul sic & intellectũ illuminet & formet affectum. Nam & ipsa sancta Euangelia tametsi simplicius, lucidius, ac plenius omnia tradant quæ ad piorum hominum mentes illuminandas & vitam instituendam conducunt (vnde nec dubium esse debet; hæc longo interuallo authoritate dignitateque psalmos antecellere) attamen non illam habent loquendi formam psalmis peculiarem: qua fit, ut ueluti impetu quodam legentium animos secum abripiant verius quam abducant, ita ut quem in vitiis inuenerint, ad uirtutis propositum auellant, quem in torpore compererint, ad alacritatem mentis

resti-

restituant, quem sub tentationum pondere iacentem, aut mentis angustia constrictum, ad spiritus libertatem eleuent & ad cordis educant latitudinem: quem verò terenis curis deditum, ab onere vano expediant, sicque alleuiatum ad superna abducant; quem à bonis meditationibus affectionibusque vacuum sublato vacuitatis fastidio. suauissimis meditationibus affectionibusque adimpleant. Quæ enim scriptura alia sic ante oculos ponit sub terribilium rerum similitudine diuini iudicij terrorem, & illius semper memorandi nouissimi examinis districtionem, ut hi nostri Dauidici Psalmi, in quibus (vt ex locis mille vnum proferamus) talis aduersum impios profertur sententia. Qui habitat in cœlis irridebit eos, & Dominus subsannabit eos Psal. 2.
Tunc loquetur ad eos in ira sua, & in furoro suo conturbabit eos. Ac rursum, Nisi conuersi fueritis, gladium suum vibrauit, Psal. 7.
arcum suum tetendit, & parauit illum. Et parauit in eo vasa Psal. 20.
mortis, saggittas suas ardentibus effecit. Et iterum, Inueniatur manus tua omnib. inimicis tuis, dextera tua inueniat oēs qui te oderunt. Pones eos vt clibanum ignis in tpe vultus tui, dominus in ira sua conturbabit & deuorabit eos ignis. Econtrario verò cœlestium bonorum suauissimam dulcedinem, & summè ammabilem voluptatem, quæ scriptura sic aperte, sic velut sensibiliter ponit ob oculos, ut noster hic liber psalmorum? Quàm magna, inquit, multitudo dulcedinis tuæ Domi- Psal. 30.
ne, quam abscondisti timentibus te. Perfecisti eis qui sperant Psal. 35.
in te, in conspectu filiorum hominum. Et alibi, Inebriantur Psal. 16.
ab ubertate domus tuæ, torrente voluptatis tuæ potabis eos. Quoniam apud te est fons vitæ, & in lumine tuo uidebimus lumen. Et iterum, Satiabor, cum apparuerit gloria tua. Ac rursum; Quàm dilecta tabernacula tua, Domine virtutum, concupiscit & deficit anima mea in atria domini. Cor meum meum & caro mea exultauerunt in Deum uiuum. Ac deinde, Melior est dies vna in atrijs tuis super millia. Elegi abiectus esse in domo Dei mei, magis quàm habitare in tabernaculis peccatorum. Rursum: quæ scriptura sic blande & suauiter ignorantes erudit, & ad bene beateque uiuendum velut precando inuitat? Pro exemplo considera quod habe. Psalm. 33. Venite Psal. 33.
filii, audite me, timorem domini docebo vos. Quis est homo qui vult uitam, diligit dies videre bonos? Prohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum. Diuerte à malo, & fac bonum, inquire pacem, & persequere

eam. Quæ item scriptura peccatores hypocritas sic terribiliter cum sermonis efficacia corripit? Vide Psalm. 49. Peccatori (inquit) dixit Deus. Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Tu verò odisti disciplinam, & proiecisti sermones meos retrorsum. Si videbas furem currebas cum eo, &c. Ac deinde, Existimasti iniquè, quòd ero similis tui: arguam te, & statuam contra te faciem tuam. Intelligite hæc qui obliuiscimini Deum, nequando rapiat, & non sit qui eripiat. Quæ scriptura sic ubique sic persequitur & damnat auaritiam, velut ad oculum depingens eius vanitatem, & superuacaneę solicitudinis insaniam? Vbi sic impiorum prosperitas temporalis confunditur. Vbi consolantur iustorum in hoc seculo desolatorum animi? Vbi sic pauperum prædicatur beata portio, quàm in futuro expectant seculo? Vbi spes in hominibus condemnatur validius? Vbi in domino Deo fiducia, vel efficacius vel frequentius condemnatur; In summa, talis est ista quàm prædicauimus cithara, ut quisquis illi aurem accommodauerit (aurem dico spiritualem. Tota enim spiritualis est hæc cithara, imò merus est spiritus, ac proinde spiritualibus vult audiri) impossibile sit absque fructu uacuum illum abscedere. Si in peccatis vitam agis, aurem accommoda nostræ huic citharæ, & emollietur tibi cor tuum ad pœnitentiam oculi tui exitus ac riuulos aquarum deducent, conturbantur ossa humiliata, & iam reserata clamabant labia. Miserere mei

Psal. 50. Deus secundum magnam misericordiam tuam, Et secundum multitudinem miserationum tuarum, dele iniquitatem meam. Docebit te hæc cithara, quomodo ad Deum clames in pœnitentia cordis tui, quomodo remissionem valeas impetrare admissorum criminum, quomodo te ipsum accusare, quomodo Deum precibus flectere, denique vt uitam deinceps meliorem agere, vtque a recidiuo vitiorum deinceps cauere debeas, plenissimè & efficacissimè te instituet. Si forte tuum animum adhuc oblectant uoluptates istæ temporariæ, mox vbi citharā hanc nostram audieris, voluptatum supernarum & nunquam intermoriturarum dulcedinem suauiter personantem, illatum autem temporalium delitiarum finem breuem, & tristem nimis exitum, terrifico sonitu buccinantem, aut verius lamentabili querimonia deplorantem, fieri non poterit, quin omnia hæc temporia tibi vt stercora reputentur: fieri non poterit, ut cor tuum terrenis adhuc inhæreat: fieri non poterit, vt non toto de-

siderio

ſiderio anheles ad cœleſtia. Si tribulationum aut triſtitiæ pondere meris, aurem accommoda noſtræ citharæ, emoriar, ſi non quantocius tibi reuelabitur animus, ſi non iuxta multitudinem dolorum in corde tuo, conſolationes diuinæ lætificent animam tuam. Ex aduerſo, ſi in rebus tranquillis periculoſam intra te percipis ſecuritatem, aut etiam uanam elationem ſuboriri ſentis, adhibe aures pſalmorum melodiæ uidebis timore Dei configi carnes tuas, ſalutari timore intra te cor tuum continebitur, ut non in faſtum eleuetur. Quòd ſi de fidei myſterijs quæſtio fiat, quæſo te per Deum immortalem, quid habent ſacra Euangelia, ſub planæ narratione hiſtoriæ, quid ſub ſimplici contextu Apoſtolorum literæ, quod non idem diuini iſti hymni, ſub verbis interdum obſcurioribus, interdum clarioribus, plene contineant? Vide (exempli gratia) pſal. ordine 21. cuius initium, Deus Deus meus, reſpice in me, &c. Obſecro, qui fieri potuiſſet, vt plenius apertiusque narraret. Propheta Dominicæ paſſionis hiſtoriam, etiamſi ante oculos coram poſitus iam præteritam eam vidiſſet? Vt quod de Eſaia ait ſacer Hieronymus non minus iuſte de regio hoc noſtro Propheta dicendum videatur, ipſum non tam prophetiam quàm Euang. ſcripſiſſe. Vanus fuero, ſi in hac re demonſtranda pluribus agere tentauero, cum totus pſalmorum liber Euangelicis myſterijs, Euangelicisque doctrinis ſit plenus: ut non immerito à maioribus noſtris hic pſalmorum liber, totius ſcripturæ ſacræ ſummarium meruerit appellari. Neque ego pro nihilo computandum aut paruifaciendum puto, quod apud Lucam diſcipulis loquens Dominus, ſpecialiter pſalmorum meminit, dicens: Neceſſe eſt impleri omnia *Luc. 24.* quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi, & Prophetis, & pſalmis de me. Niſi enim ſingularem aliquam huius ſcripturæ voluiſſet indicare præcellentiam, ſatis erat dixiſſe, in lege & prophetis. Nemo enim Dauidem negat, aut dubitat Prophetam appellandum. Dum ergo non contentus generali Prophetiæ appellatione, ſpeciatim meminit pſalmorum, proculdubio peculiare quiddam magnæ excellentiæ uoluit ſignificare, Neque dubito, quin hac potiſſimum conſideratione orthodoxorum patrum ſagax prudentia, prudensque pietas, pſalmos præ omnibus diuinæ ſcripturæ tam ueteris quàm noui teſtamenti eloquius; maxime in Eccleſijs frequentari, ac per dies ſingulos ſtatutis horis ſanxerit decantari, uniuerſis inſuper quos cleri comprehendit titulus, diuinis miniſterijs per Epiſcopalem ordinationem peculiariter

addictis, quotidianam in illis legendis meditandisq; sub obediẽtiæ sanctæ mandato, iniunxerit occupationem, quàm dum his velut iugum quoddam salutare sub obediendi necessitate in humeros imponunt, cæteris nihilominus Christi fidelibus omnibus vehementer eandem commendant, ijs etiã quos nulla præcepti lege constringunt. Hanc ob causam, patrum priorum non pauci, Græci pariter atque Latini, in psalmorum explanatione plurimum sudarunt, ne sermonum obscuritate & frequentibus difficultatibus nusquam penè non se offerentibus, piorum animi tanta vtilitate fraudarentur. Quorum pium studium adeo non damnamus, adeò nihil insequimur, vt omni potius honore, ob sanctos in re tam sancta insumptos labores, dignissimos iudicemus, de iis quæ nobis longa meditatione, frequentique & deuota oratione parta reliquerunt, quantas valemus beneuolo corde gratias agentes, quemadmodum communem dominum iam olim speramus gratiam illis retulisse.
Nos tamen post horum omnium præuios labores in elucidantis psalmis nouam tentare volumus rationem, simpliciorum pijs affectibus magis quàm eruditorum sublimib. ingenijs consulentes, non quòd maiorum labores aut vanos aut insufficientes reputaremus, sed vt simplicioribus Christi fidelibus eruditissimorum Patrum prolixos tractatus vel sensa sublimia non satis capere valentibus, nostro labore vel simplicẽ qualemcunque Psalmorum intelligentiam administraremus. In hoc autem opere talem instituimus procedenti rationem. Psalmis singulis suum præmittitur argumentum, quo quicquid tractat Psalmus figuraliter describitur. Dehinc elucidatoria subsequitur paraphrasis, vulgatam nostram æditionem (quam Gallicanam appellant) non phaleratis aut sesquipedalibus verbis, sed prorsus communibus, ita clarè lucideque explanans: vt vel puerulus attentus possit quæ dicuntur intelligere. Cæterùm quid in textu cui parti in Elucidatione respondeat, nota numeri versibus singulis præposita designat. Versuum particulas asteriscis huiusmodi * signauimus. Vbi verò asteriscum in paraphrasi inueneris, scito duplicem tibi sensum eiusdem partis indicari. Post Elucidatoriam paraphrasim, habes annotationes, quæ prolixioris commẽtarij loco tibi erunt, si plura libuerit requirere quàm in Elucidatione legeris. Habes denique in fine operis annotationes secundas, quibus Hebraicæ varietates, idest, ea in quibus lectio Hebraica differt à vulgata, uel ex Hebræo versiones

diuersæ ab inuicem continentur, quas ob hoc in partem vnam separauimus, vt non simplicioribus ingenijs (quibus ista forsan curæ non erunt) multitudo versionum & interpretationum diuersitas pareret confusionem. Habes itaque lector, in hoc nostro opere, uel multa, vel pauca, vel simplicia, uel grandia, iuxta uarium palati tui affectum & ingenij (cuius tu ipse optimus potes esse iudex) captum. Si intelligentiam Psalmi cuiuslibet desideras, nec ultra quicquam requiris, lege argumentum & elucidatoriam paraphrasim; annotationes omnes transili. Si amplius aliquid vel ad plenitudinem sententiæ, vel ad deuotionis affectum postulas, post elucidatoriam paraphrasim lege subsequentes præcipuas annotationes. Si uerò vulgatis non contentus, etiam peregrina desideras, ad nouissimas te confer annotationes. Sic nos tibi, lector benignè, quàm maximè commodare existimauimus. Tu nos vicissim, vt speramus, affectu bono prosequere, & nostros labores tuis sanctis precibus consolare. Gratia tecum, Amen.

# PSALMVS NVNCVPATORIVS

Beato Patri Luminum, a quo omnis est sapientia & intelligentia, quem cecinit illi seruus operarius, die quo finiebat laborem operis huius, & coram Domino offerens, ait.

LAudabili Domino nunc ò anima mea, profer de corde canticum: si quid habes laudis aut carminis, vel in intimis absconditum, age, ne moreris, prodeat quantocius in gloriam beati patris luminum.

Dilatare modo cor meum, & de plenitudine tua buccas implens disrumpe labiorum silentia: festina manus, celeriter arripe tibi chartam & calamum, & describe illi gratiarum actionis canticum.

Opus enim laboris grandis iam ad finem optatum perduxit benignus fauor eius, opus quod dedit inchoare, dedit tandem & perficere.

Sine eo non potest iaci fundamentum operis uel minimi, quanto minus operi amplo dari possit bona consummatio?

Tibi ergo, Domine Deus pater unctionis sanctæ, acceptum referimus quicquid est nostro ministerio laboratũ in opere illo, fundamentũ & consummationem, initium & finem tibi ascribimus, tuæ nuncupamus magnificentiæ.

Puer paruulus Bethleemites erat pascens in agris gregem patris Isai, post fœtantes ibat, pedum tenens in manu sua doctor innocẽtis gregis paucularum ouium.

Citharam e domo paternã egrediẽs puer ille decorus & rubicundus secum deferebat in loca pascua: gregibusque perductis ad pascua, apprehendebat illam, & excitabat se in ea.

Ouiculæ carpebant virentem herbã, & pastor dictabat Diuina cantica: illæ balabant, & hic canebat Deo psalmos in dulcedine citharæ.

Errabant illę per pascua, & iste uolitabat in cœlos, sedens in graminibus adolescentulus iste, qui portabat iugum Domini, leuabat se supra se, & contemplabatur grandia.

Hunc ipsum tibi placuit altissime Deus, subleuare in regnum tuum: de gregibus ouium tulisti eum, & de post fœtantes assumpsisti eum

Pascere Iacob seruum tuũ, & Israel hæreditatem tuam: ut eos, pasceret innocentia cordis ui & in intellectibus manuum suarum deduceret.

Pedum commutasti sceptro, & pastoralẽ perã ense: regio habitũ rusticum regio mutasti schemate.

Citharam tamen suam non poterat obliuisci, etiã sublimatus in regnũ: cum enim de pascuis euocaretur ad solium, memor fuit dulcis citharę, & secum eam detulit in aulam regiam.

Non in fastum, illum extulit honoris dignitas, vt proijceret suauẽ citharam: quin & formatus in regno, ue-

ueste indutus linea, ante arcam ingrediens, percutiebat illam in oculis omnium, coram Domino.

Quoties prælijs domini ad requiem rediens ensem ponere de latere: discinctus statim accipiebat citharam in manibus, & canebat cãtica Domino.

Quid enim? spiritus tuus bonus adimpleuerat illum; ut esset tibi psaltes egregius, & uates eximius, præ omnibus qui antecesserant illum.

In pascuis adolescentulum paruulũ & contemptum cœpit erudire spiritus tuus & nec in regni fastigiis oblitus est veterem discipulum.

Eius perlustratus subtili radio, uidebat cœlos tuos opera digitorum tuorum solẽ, lunam, & stellas quæ tu fundasti.

Corpore agebat in pascuis, aut in desertis errabat, aut quietus reside bat in domo quam tandem ædificasti ei, spiritu uero perlustrabat cœlos, & quæ longe super cœlos sunt miro conspiciebat acumine, in omnibus tibi quærens gloriam.

Incerta quoque & occulta sapientiæ tuæ manifesta fecisti ei: reuelasti illi mentis oculos, & considerabat mirabilia, quæ nunquam hominis uiderat oculus uel auris audijt.

In mysteria abscondita eorum quæ multo post erant exhibenda in plenitudine temporis, penetrabat tuo perlustratus radio, spiritus enim tuus omnia scrutatur, etiam profundissima tua.

Consilia tua omnia quę decreuisti ab æterno super redemptione generis nostri non celebras illum, singulari priuilegio erudisti illum tua vnctione de omnibus.

Non illum latebat fœlicissima nobis humanatio coæterni uerbi tui: neque conceptus eius admirabilis de intacta uirgine uelatus erat ante illum.

Sic neque iucunda in pace natiuitas, non absoluta conuersio, non doctrina perfectissima, nõ paupertas, egestas, & labores plurimi.

Non inimicorum contradictiones & odia grauissima, non passionis calix amarus, non turpissimæ mortis consummatio.

Non sepultura honorifica, non patrũ diu desiderata uisitatio, non præpotens à morte resurrectio, non in cœlos cum iubilo & uoce tubę gloriosa ascensio.

Non sessio ad patris dexteram, non inimicorum fœda confusio, non authoritatis plenitudo, non potestas facere iudicium.

Non spiritus a patre demissio in corda simplicium, non quæ per hos ille erat operaturus stupenda mirabilia.

Non Euangelij sancti in omnem terram disseminatio, non conuersio gentium, non Ecclesiæ nouæ ædificium, non Iudæorum grauis ultio & ueteris synagogę obliuio.

Non persequutiones suscitandæ fidelibus, non iræ dæmonum, nõ principum terrores & argumenta uana prudentium.

Non hæresum adinuentiones, cum plurimorum seductionibus, nõ electorum ex munere superno præseruatio a cunctis periculis.

Non seculi ultimo consummatio, nõ tremendum illud examen nouissimum, neque quæ tunc erunt largienda pro operibus optima uel pessima, uitæ mortisque præmia.

Horum omnium nihil illum passus est ignorare sacer spiritus tuus: thesauros tuos omnes demõstrasti ei, nec quicquam celasti illum ex omnibus arcanis consiliorum tuorum.

Omnia ista nondum exhibita ille cer

bens

nens eminus, in canticis Psalmorum descripsit ea, à leuitis & cantoribus assiduè cantari iubebat illa, in modulatione uocis & instrumentis musicis.

Veruntamen sub inuolucro sermonum & obscuritate uerborum uelata erant omnia, nondum enim tẽpus aduenerat, quo in mundum proferri debebant illa Dei occulta consilia.

Non ualebant neque sapientes intellectu comprehendere quæ cecinerat ille, mysteriorum ignorantia & sermonis obscuritas foras pepulerunt legentes atq; canentes ab intelligentia.

Ita quidem clausus erat liber, firmata erant libri signacula, donec ueniret quæ seipsam patefaceret ueritas, & adimpleret quæ ille cecinerat omnia.

Expectabatur.n. agnus ille occidendus, qui faceret uictoriã, qui clausum aperiret librum, & solueret signacula eius.

Clauem Dauid ipse habet, ueniensq; in nostra eam detulit secum adimplendo in se omnia quæ ille prophetante spiritu descripserat, manifestam fecit intelligentiam.

Quomodo claustra fortia aperiri nequeunt, nisi claui seris propria, sic non poterat absq; claue ista in huius libri quicquam penetrare intelligentiam.

Qui clauem istam uel ignorant uel subiiciunt, manifeste uanos se comprobãt, libri huius claustra reserare tentauerint.

Absque claue ista, benignissime pater luminum, nunquam fuisset nobis ausus attingendi librum istum, uel digito minimo.

Nisi super benedictus Iesus tuus filius, noster dominus, in seipso adimplens manifestata fecisset nobis omnia, nos hebetes ingenio, intellectu rudes, uecordes spiritu, quo modo tanta caperemus mysteria?

In huius autem clauis fiducia tentare ausus sum ego puer tuus enarrationem uerborum istorum fortium: charitas tua, Deus, iniecit onus, fides dedit ausum, spes cauit ne deficerem.

Bethleemitis illius pueri & Israelitici regis carmina uidebam etiamnum in ore uersari omnium: peculiariter qui tibi segregati sunt, quo cleri comprehendit titulus, statutis horis ea tibi recitant.

Canuntur in templis, leguntur in cubilibus, oblectantur in eis corda diligentium beatum & inclitũ nomen tuum, quod illa replicant millies & millies.

Magna omnino consolatio & instructio plurima ministratur in Ecclesia fidelibus, ex canticis istis: ad mẽsam opiparam, omnigenis instructam ferculis & plenam delicijs, accedit, quisquis in Psalmos introierit.

In agendis instruimur, in fugiẽdis prę mouemur, ad agenda bona incitamur, deterremur a noxijs.

In aduersis abundantem inuenimus consolationem, in prosperis salutarem timorem, in afflictionibus docemur patientiam, in exultatione modestiam.

Firmatur in eis fides, spes roboratur, & exardescit charitas, cor nostrum & caro nostra rapiuntur in te, ò bonum optimum & lumen beatissimum.

Attamen sermonum obscuritas & inuolucra uerborum, simplicioribus magnum exhibent negotiũ ab his deterriti, quibus est captus tenuis, desperantes abscedunt uacui, aut fastidiosi dimittuntur inanes.

In hoc, Deus pijssime, propositũ fuit co-

conatus noſtri, impedimentum iſtud ut auferremus pro ſubminiſtratis nobis a te uiribus.

Vt fugaretur obſcuritas, & uerborũ claritate pateret, expoſita ſententiarum ueritas,ut facilè cuius ingenio pia attentio donaret intelligentiam.

Non eſt uirtutis meæ, creare in teſta nucleum,attamen quem tu ibi recondidiſti,poſſum ego teſta cõfracta educere, eductum mundare a cortice,mundatum proponere amiculis,ut manducent abſque moleſtia.

Faciet labor iſte meus,ut laborem illi non ſentiant,oblectationem magis accipient ex ſuauitate nuclei, quem illis propinauero.

Ita, Deus magne, ſenſus ſublimes de meo ſenſu non iactat ſe collocaſſe paruitas mea in opere iſto, ſed quæ recondidit in Pſaltis tuis uerbis ſpiritus tuus,tentaui de abſconditis eruere.

Laborem ego ſuſcepi prolixum, multum & magnum,in humeris meis, ut laborem auferrem ijs qui cum intelligentia tibi optant pſallere.

Tædium multum intriui ego in laudem meam,& ad fundum vſq. exhauſi, uniuerſum,quod intriuerã, ut moleſta faſtidia auferrẽ deſiderantibus intelligẽter tibi pſallere.

Pro uiribus quas mihi ſubminiſtrauit benignitas tua,conatum adhibui ſuperare difficultatem omnẽ, obſcura elucidare, contracta dilatare, inuoluta explicare, implere hiantia.

Memento mei,Deus meus, pro omni labore iſto in bonum, laborantem agricolam, fac primum de fructibus edere.

Gratiam tuam ſanctam, quam tantopere ſemper cõmendaui in opere iſto,nõ deneges mihi,peccata mea multa & magna,deleat plurima & maxima miſericordia tua.

Fidem rectam, quam in perpetuam ueritatis proteſtationem deſcripſi in libro iſto,nullus unquam rationibus aut ſuaſionibus patere auferri mihi, aut imminui certitudine.

Ab itineribus prauis prohibe ſemper pedes meos,in omne malum alioqui faciles, cor mundum & ſpiritum rectum innoua in uiſceribus meis.

Prohibe, pater meus,ne cum alios ad pſallendum ſapienter inuitauero, ipſe pallam in inſipientia, ne cum alijs prædicauero,ipſe apud te inueniat reprobus.

Sit mihi hæc pro labore, quem tuo cõſecro nomini, remuneratio ſancta,portio mea & merces magna nimis eſto mihi,in terra beata uiuentium.

Omnibus item qui in deſiderio bono noſtris perfui uolent laboribus adſit benignus fauor, da inuenire illis,unde proficiant animæ quærẽtium te,domine.Gloria patri, & filio,& ſpiritui Sancto. Sicut erat in principio, & nunc,& ſemper,& in ſecula ſeculorum, Amen.

H

# INDEX
# CENTVM ET QVINQVAGINTA
## PSALMORVM IVXTA ORDINEM
### ALPHABETICVM.



Domine

*Finit index psalmorum secundum ordinem alphabeticum.*

# ARGVMENTVM
## IN PRIMVM PSALMVM.

*PSALMVS hic primus apud Hebraeos, sine titulo legitur, nullius in titulo authoris nomen praeferens, neque ullius inscriptionis praenotationem habens, propter quod a plerisque velut prooemium sequentis libri Psalmorũ aestimari solet, ab eo qui Psalmos in ordinẽ redegit praemissum. Virum beatum describit, qui malum fugiens quae bona sunt, & Deo placita sectatur, eumque apta comparatione arbori iuxta fluenta aquarũ semper virenti assimilat. Opponit autẽ ex adverso impiorum hominum miseriam & infelicitatem, quos pulveri vilissimo comparans, cum iustis in resurrectione docet non praemiandos, sed in perditionem sempiternam mittendos.*

## PRIMI PSALMI ELVCIDATIO.



*BEATVS vir qui nõ abijt in consilio impiorum:*

Hominem illum ego iudico atq; sentio beatũ, nunc quidem spe certa & expectatione indubitata, post verò possessione secura & fruitione sempiterna, qui à malo studiosè declinans, in pravis impiorum consilijs iter suum non posuit, eisque non consensit, & iniquas illorum suggestiones non est sectatus:

* *& in via peccatorum non stetit:*

& qui in itineribus hominũ peccatorum pedem non fixit, neq; peccatis & impietatibus illorum non quievit, neque oblectatus fuit in eis: imo si fortè aliquando contigerit eum in ullam impietatem per humanam fragilitatem incidere, mox ab ea decedere satagit, ad viam iustitiae:

* *& in cathedra pestilentiae non sedit.*

Qui denique malum se & noxium doctorem nõ exhibuit, ita ut neque verbo neque exẽplo pestiferum aliquid aut noxiũ (sive quãtum ad dogmata, sive quãtum ad mores) alios docuerit, quemadmodum haeretici faciunt, & scandalizatores fratrum perversi.

2 *Sed in lege Domini voluntas eius:*

Qui deinde ad id quod bonum est perficiendum anhelans, omne cor suum, desiderium, voluntatem & affectum apponit praeceptis dominicis, ex bona volũtate illa fideliter cupiens implere:

* *& in lege eius meditabitur die ac nocte.*

Et ut hoc possit, in eis iugi se meditatione exercitat, assidua cõtemplatione & consideratione ea versando ĩ animo, solicitus semper quomodo Dei legem operibus valeat illi placitis adimplere.

3 *Et erit tanquam lignũ quod plantatum est secus decursus aquarum: quod fructum suum dabit in tempore suo.*

Cui autem similem ęstimabimus virum huiusmodi, & cui comparabimus illum? Similis est arbori plãtatae iuxta rivulos atq; fluẽta aquarũ, quibus incessanter ipsa irrigata atque humectata, radicibus continuum hu-

C morem attrahẽtibus, sic foecundata fructũ proferet opportuno tempore, postquã floruerit & fructificandi tempus advenerit. Simili enim modo, vir iustus in legis divinae meditatione iugiter sese exercitans, continua irrigatiõe spiritualis gratiae & visitationis divinae foecundatus, & modò dum tempus est operandi fructum dabit bonarum operationum, & in tempore retributionis fructum accipiet suae prioris iustitiae, mercedem retributionis aeternae.

4 *Et folium eius non defluet:*

Permanebit qui talis fuerit qualem supra Roma. 6

D descripsimus, ad modum arboris, cuius folia neque hyeme neque aestate defluunt, in perpetuo vigore persistens bonarum operationum, aeque & in prosperis & in adversis suum semper vigorem & internum ornatum custodiens:

* *& omnia quaecunque faciet prosperabuntur.*

Et omnia quęcunque operatus fuerit, Dei adiuvante gratia (quę nunquam illum destituet) prospere illi cedẽt, ut accepta Deo, & ad prosperitatẽ illi erunt foelicitatis ęternę, eo quòd diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.





Rom. 8. 5 *Non sic impij non sic*
Impios verò & peruersos homines, qui cō silijs impiorum consentientes, & in itineri E bus peccatorū oblectati sunt, & pestiferos se doctores exhibuerunt, nūquid comparabimus etiā ipsos arboribus virētibus?

* *sed tanquam puluis, quem proijcit ventus à facie terre.*

Nequaquā: sed pulueri sicco sitienti, quē præ ariditate & leuitate flatus venti, à superficie terræ suo impetu rapit, atq; dispergit per aera. Sic enim per omnem modum illi cœlestis gratiç humore destituti, F prorsus leues & aridi, nullam habentes stabilitatem, neq; cum cęteris vere fidelibus charitatis compaginationem ac soliditatē, omni vento circunfuerunt, rapiunturq́, & aggitantur facillimè; impulsibus suarū passionum & flatibus dęmoniacarum atque mūdanarum suggestionum, in omnē partem, & in omnia vitia, ad quę ita solicitantur, instabiles existentes in oībus viis suis.

6 *Ideo non resurgunt impij in iudicio:*

Iacobi. 1. Et qm̄ in hoc tēpore vitā sine Deo duxerūt steriles, & sine operibus bonis, iccirco in nouissimo magni iudicij & gn̄alis examinis die nō resurgēt ad gloriosam illam G beatorū immutationē, ad q̄ resurgēt electi:

* *neque peccatores in concilio iustorum*

Neque inuenientur aut recipientur peccatores illi in consessu aut beata illa congregatione iustorum, vt eandem cū iustis gloriā recipiant, sed resuscitabuntur magis à morte temporali ad mortem ęternam, cum diabolo & angelis eius suam portionem accepturi.

7 *Quoniam nouit Dominus viam iustorum:*

Mat. 25. Dominus enim (qui iudex est idem ipse & Hier. 29 testis omnium humanorū actuum) ipse cō H siderat, attendit, nouit & approbat opera iustorum, & bonam eorum cōuersationem habet placitam & acceptam.

Psal. 6. * *& iter impiorum peribit.*

Iacobi. 1. Impiorum autē hominum actus & studia non nouit Dominus, vt approbet aut remuneratione iustorū remuneretur: neq; permanebūt ante illū, sed ad perditionē sempiternā perducēt operatores suos, marcescentq; & peribunt impii in prauis itineribus suis, per quę ambulauerunt in carne viuentes.

ANNOTATIONES IN PRIMVM PSALMVM.

Nonnulli fideliū expositorū psalmum hūc peculiariter accōmodādū putant Christo Dn̄o, qui peccatū nullum fecit, & in omnibus patris voluntatē impleuit: Nobis cōuenientius videbatur, vt vniuersaliter ad vnum quemque iustorum accommodaretur. Non tamen negamus quin Christo Domino, vt capiti, à quo oīs beatitudo membrorum effluit, peculiari & eximio modo conueniat. Nihilominus tn̄ & particularibus hominibus, vt Christi membris & sectatoribus, Christoque cōformibus, suo modo (licet non sm̄ eundē perfectionis gradum) rectè accommodat. ¶ Versu primo, Beatus vir qui non abiit in cōsilio impiorum. Nota distinctionem & ordinē eorū quę dicuntur. Aliud enim est abire in cōsilio impiorum, aliud stare in via peccatorum, aliud sedere in cathedra pestilētię. Et primum quidem inter tria hęc videtur minimum, secundum maius, tertium grauissimum: vt sic ordo fiat ab inferiori ad summum malum. Abit enim in consilio impiorum, qui sequitur impiorum consilium, vel qui ambulat in illo, aut viuit secundū illud. Stat autem in via peccatorū, qui iā delectari in peccatis incipit, & demorari velut cum oblectatione & cōfirmatione propositi. Sedet aūt in pestilentię cathedra, quando non iam solus ipse malum facit, sed aliis insuper author est & exemplum pręber malefaciendi, siue verbo, siue exemplo alios docens impietatem. Secundum hanc autem expositionem, cathedra pestilentię dicitur praua & pestifera doctrina, eo quòd ad docendum cathedra spectat. Qui ergo praua & noxia docet, rectè in pestilentię cathedra sedere dicitur. Quanquam possit & aliter ista pestilentię cathedra intelligi de mente reproba, & in malo obstinata. Qui enim iā penitus in malo obfirmati sunt & obstinati, quasi in sede iniquitatis confirmati & constabiliti, rectè nō iam in consilio impiorum tantum ambulate, neq; tantum stare in via peccatorum, sed in sede iniquitatis & pestilentię consedere dicūtur. Qui enim sedet in cathedra, quiescit in ea, nec de surgendo cogitat. Sic 1. Pet. 2.

& qui

& qui in peccato obstinatus est quiescit iā in obstinatione sua, neq; de reditu cogitat ad bonū. Nemo aūt dubitat, quin hoc nouissimū maius sit præcedentibus. Quia pp ab illo maximè cauendū est iis q a beatitudine Dei nō prorsus fieri volunt alieni. Si (vt sumus hoīes) consiliū impiorum sectari nos aliqn cōtingat, si consentire incipimus prauis (siue dæmonis, siue mundi, siue hoīm iniquorū) suggestionibus, curemus, quamprimum vbi aduerterimus fraudem, reuerti ab itineribus prauis, neq; stemus in vijs peccatorū, nō demoremur, nō obledemur in eis. Deniq; etsi ad ips aliquātū ūstare nos cōtingat in eis, solicitissimè iā cauēdū nobis est à pestilētiæ cathedra, ab infirmorū seductione & scādalo, siue à mēte desperante & obstinata Contingit aliqn, vt Propheta sanctus Dauid abijsset in consilio impiorū, dum prauas carnis & dæmonis suggestiones sequutus, consentiēs adulterij cocupiscentiæ, cū Bethsabee fecit adulteriū: cum deinde in malo proficiēs, & consilio interfectionis innocētis Vriæ (qd illi Satā indubie ministrabat) assensum & affectū exhibuit, & forsitā hac ratione in uia peccatorum ēt substitit ad tempus aliquantum, dum peccatum dissimulat: & de primo commisso non solum nō pœnitet, sed aliud ēt crudelius adijcit. Verum vsq; ad cathedram pestilentiæ nō peruenit: qui mox vbi per Prophetam fuit à Domino admonitus, pœnitentiam egit, & reuersus est à via iniquitatis, quam ambulare cœperat: neque obstinata mēte perseuerauit in impietate, neque excusationes quęsiuit, sed statim peccatum agnouit, dicens Peccaui Domino, sicq; per pœnitentiam reædificauit, quod per peccatum destruxerat, vt in cathedra pestilentiæ non veniret. Atque ita factū est, vt à beatitudine hac non prorsus exciderit. ¶ Versu secundo, Sed in lege domini voluntas eius Notandū quòd bono ordine præmisit de voluntate, ac deinde de meditatione. Primum enim necesse est, vt voluntatē bonam habeamus in lege Dei, bonumq; affectū & pium desiderium siue propositum implendi oīa quęcunq; præcepterit lex Dei, vitandiq; omnia, quæcunque illa prohibuerit. Deinde consequitur, vt eam quam voluntas acceptauit legē Dei, mens assiduè meditetur, vt sit volūtatis bonæ bona regula, ad perficiendum sancta desideria. Sunt enim quidam hoīes qui intellectu quidē sese strenue exercitant in diuinis eloquijs, meditantur atq; contemplant assidue in ijs quæ Dei sunt: & tñ huius propositæ beatitudinis expertes sunt, qm non est in lege dñi voluntas eorū, nō est in diuinis præceptis eorum beneplacitū, nec; affectū bonum habēt, neq; studiū adimplendi illa. Intellectu enim contemplantur in ijs quæ Dei sunt, tm̄ vt loquantur, vel doceāt alios, sicq; vel verbo vel scripto occupentur quæstū, aut gloriā: voluntas aūt eorum non est in lege Dñi, sed in desiderijs potius carnis aut aīæ suæ consequēdis aut perficien lis. Quantum aūt ad verbum meditari (quod hic ponitur) notandū est, amplius aliquid esse meditari quàm cōtemplari aut speculari Nā meditatio vr̄ curam quandam & sollicitudinem includere, nou aūt speculatio & contemplatio Vnde qui dicto modo solo intellectu se exercitant in consideratione pręceptorū Dei, nullā habentes curā, nullā solicitudinem, quō ea adimpleāt, hoc recte dixerimus cōtemplari, aut speculari legē Dei: non sic aūt in ea meditari. Hanc autē significationis proprietatē, aliquanto manifestius est videre in voce Græca, meletisi, quę in hoc loco ponitur, & pene vbiq; vertetur meditari Quod autem sequitur, die ac nocte, vel simpliciter accipiatur consueto loquendi more, loco sp, siue iugiter, aut assidue. Aut (secundum mysticam intelligentiam) per diem intellige tēpus prosperitatis, per noctem tempus aduersitatis Legem enim Domini meditari debemus, & in voluntate habere, æque & in prosperis & in aduersis, quemadmodū in beatis viris Iob, atq; Tobia exēpla habemus nobilissima, & imitatione dignissima, q nec in aduersis, nec in prosperis, diuinæ legis vnquā fuere immemores. ¶ Versu tertio, Et erit tanquā lignū. Quod hic dr̄ de viro iusto sub comparatione virētis arboris, idē prolixius & planius aliquanto apud prophetā Hieremiā inuenitur, capite decimoseptimo, in hunc modum, Benedictus vir qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia eius, Et erit quasi lignum quod supplantatur super

Marginalia: 2. Re. 11. — 2. Re. 11 — Ibidem. — Iob. — Tobia. — Hier. 17.

per aquas, quod ad humorē mittit radices E
suas, & non timebit cum venerit æstus. Et
erit folium eius uiride, & in tempore sic-
citatis non erit solicitum, nec aliquando
Hier. 17. desinet facere fructum. Potestq; hęc Hiere
miæ sententia sic accipi, ut propositi loci
Psalmorum explanatio. Quod autem dici
tur, In tempore suo, ualet, opportuno tem
pore, siue dum tempus est fructificandi.
Hoc autem est tempus illud, de quo Pau
2. Cor. 6. lus Apostolus aiebat, Ecce nunc tempus
acceptabile, ecce nunc dies salutis. ¶ Versu
sexto. ideo non resurgunt impii in iudi
cio. Videtur cōtrarium huic uersui, quod
Apostolus habet decimo quinto capite F
Epistolę ad Corinthios. Omnes quidem
resurgemus, sed non omnes immutabi-
mur. Nam hoc loco videtur Psalmista asse
1. Cor. 15 rere, impios nō resurrecturos. Verum iux
ta sententiā nulla est contrarietas. Non
enim sentit Psalmista, impios in iudicio
omnino non resurrecturos à morte cor-
poris. Foret enim hoc manifeste etiam E-
uangelicæ ueritati contrarium, quæ im-
pios docet prodituros de monumentis,
ad ęterna supplicia. Loquitur autem Psal-
mista de resurrectione iustorum. Et neces-
se est intelligi præsens dictum de resurre G
ctione ad vitam æternam, que est resurre
ctio iustorum. Hac autem resurrectione
nequaquam resurgent impii, qui non ad
uitam, sed ad mortem æternam resuscita
bunt. Et cū resurgere sit ad vitā, redire vita
Ioan. 5. autē damnatorū mors potius æterna sit q̄
uita consequitur non male, neq; falso secū

dū hunc intellectum dici posse, quod non
resurgunt impii. Non enim vere ad vitam
redibunt, sed potius denuo mortificabunt
cum damnatio mortis non tam animam
solam, sed etiam corpus inuadet resuscita
tum. Secundum sententiam itaque idē est
quod hic dicitur: non resurgunt impii, &
quod Apostolus dicebat, Non omnes im-
mutabimur, videlicet immutatione ad glo
riam. ¶ Versu vltimo: Iter impiorū peribit.
Iter impiorum periturum, intelligi potest
dupliciter. Primo, iuxta modum in Eluci-
datione expositū, quia impii per vias suas
malas ad perditionē & interitum sempi-
ternum perueniēt: quemadmodum per con
trarium dicere possumus, viam iustorū ef
fugere perditionē & permanere ante do-
minum, quoniam iusti per viam suam dā-
nationē euadūt, & permanent ante cōspe-
ctum Dei. Secundum alteram verò senten
tiam intelligimus, ipsum iter impiorū, qd
nunc ambulant, & non perduraturum in
perpetuum. Iam enim super terram viuunt
in delitiis, & luxuriantur in concupiscen- Iudas.
tiis suis: opprimunt iustos, & seducūt inno
xios, conuiuātur, inebriātur, voluptantur,
diuitias accumulant, honoribus exaltant,
& multa se gloria ornant exterius. Hæc
est impiorū via Hæc sunt itinera hominū
qui sunt à proposita beatitudine alieni.
Dñs aūt perire faciet vias eorū, neq; ambu Iacobi. 1
lare eos sinet in ppetuū i itinerib' huius- Psal. 145
modi prauitatis suæ: sed emarcescet om-
nis eorum gloria, & peribunt omnes cogi
tationes eorum, ac studia uniuersa.

## SECVNDI PSALMI ARGVMENTVM.

*CHRISTVM in terris conuersantem nobiscum, insanabili odio principes Iudeorum ad mortem usque non destiterunt persequi, quemadmodum Euangelica omnis patefacit historia. Quē deinde in cælos assumptū, inque patris dextera regnantē, & crudelius & numerosius gentiū principes, & totius orbis præfecti addiderunt oppugnare: non ita quidam in semetipsos, sed in nomi ne & membris eius, ita ut Christi nomen & regnum de terra prorsus delere arbitrarētur atque conarentur. Hos ergo vtrosque Propheta in spiritu præuidens quod futurū erat seuera obiurga tione increpat, temeritatisq; ac uanitatis arguit eorū audaciā detestātur, & Dei iudiciū aduersus eorū malitiā uēturum proponens. Deinde sub persona Christi (quem introducit de seipso loquētē) de regno eius & principatu super Ecclesiam & omnem populū fidelem, de æterna ipsius à patre processione, de accepto à patre dominio super omnes gentes, deq; potestate iudiciaria qua iusti qui dem pascuntur, peruersi autem conteruntur, veritatem omnem patefacit. Post quæ sub persona Chri sti loquentis interposita, ipse ad exhortationem se conuertens, monet eos ad pœnitentiam sese con ferre, & Christianæ se disciplinæ submittere, ut uenturam ualeant terribilem iram effugere.*

II. PSALMI ELVCIDATIO

VARE *fremuerunt gẽtes?*
Vt quid uos ò deplorandæ
infideles nationes cum ve-
ſtris regibus atque princi-
pibus,cõtra Chriſtum Dei
filium & mundi ſaluatorẽ
per inuidiam & iracundiam fremitis, in-
ſaniitis atque tumultuamini?
* *& populi meditati ſunt inania?*
Et uos populi omnes infideles, quicũque
ſiue ex Iudæis, ſiue ex Gentibus in Chri-
ſtum non creditis, quorſum vane medita-
mini & cogitatis ea,quę vobis neque poſſi
bilia ſunt,neque prodeſſe poterunt,Chri
ſti videlicet gloriam oppugnare, eiusq́ue
nomen glorioſum opprimere.
2 *Aſtiterunt reges terræ, & principes cõue-*
*nerunt in vnum.*
Ecce enim impatores & reges populorũ,
qui dominantur in terra :conſurrexerunt
pariter & ſe oppoſuerunt in fortitudinẽ
ſua nomini Chriſti,& principes populorũ
in poteſtate ſua conuenerunt ad tractan-
dũ pariter & conſulẽdũ iunctis animis at-
que viribus,quo facilius & citius Chriſti
ſanctum nomen delere poſſent?
* *aduerſus dominũ & aduerſus Chriſtũ eius.*
aduerſus Deum patrem,& aduerſus Chri-
ſtum benedictum filium eius.Nam qui fi-
liũ odit,odit & patrem:& qui aduerſus fi-
lii gloriam agit,agit quoq; aduerſus patrẽ
3 *Diſrumpamus vincula eorum:*
2.Cor.6 Nos vero qui in Deum patrem,& in Chri
ſtum verum filium eius ſine hæſitatione
credimus,uincula nexus,& cathenas infi-
delitatis incredulorum illorum (quibus
in ſuis erroribus ſunt compediti) rumpa-
mus atque ſcindamus.
* *& proiiciamus à nobis iugum ipſorum.*
& iugũ ĩfidelitatis ipſorũ lõge ꝓiiciamus
à nobis, ut nullo modo iugũ ducamus cũ
infidelibus iſtis,neq; participemus cũ eis,
aut ſimiles reddamur in erroribus eorũ.
4 *Qui habitat in cælis irridebit eos:*
Veniet certe, quando cælorum habitator
omnipotens Deus (cuius nũc filium miſe-
ri perſequuntur) prolaturus aduerſum eos
ſententiam ęternæ damnationis,illuſione
atque opprobrio ſempiterno eos afficiet:
A * *& dominus ſubſannabit eos.* Prou.1.
Et is qui eſt omnipotens omnium domi-
nator,ſubſannatione atque confuſione mi
ſerabili confundet eos,ridebitq; in interi
tu inimicorum ſuorum,ſi à ſuis non reſi
puerint malis erroribus.
5 *Tunc loquetur ad eos in ira ſua:*
In die enim illa,in forma iudicis ad ultio
nem malorum quaſi iratus apparens, ter
ribilem illam damnationis ſententiã pro
feret aduerſus eos:
* *& in furore ſuo conturbabit eos.*
& in illa ſua implacabili ira & irreuoca-
B bili ſententia,timore horribili cõturbabit
eos,in profundum inferni in momento
demergens, quando propter ſubitationẽ
inexpectatæ damnationis,anguſtiabuntur
& turbabuntur timore horribili.
6 *Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo ſu-*
*per Sion montem ſanctum eius:*
Vox Chriſti.Ego verò, tametſi nunc ab in Sapiẽ.5.
credulis rebellionem & perſequutionẽ ſu
ſtineam, ſum tamen verus Dei filius , rex
conſtitutus & verus Meſſias,unctus a Deo
patre meo cœli habitatore , ſuper Eccleſiã
C ſanctam,populum fidelium:
* *prædicans præceptum eius.*
conſtitutus (inquam) & deputatus prædi
cator ac doctor,ad prædicandum fidelibus
& manifeſtandum uoluntatem patris mei
præcepta eius quę obſeruari præcepit, &
decreta, atque conſilia eius quæ ſuper hu Esai 6
mano genere implere ꝓpoſuit,atq; ꝑ meã
ꝑdicatiõnẽ fieri manifeſta: quoniã quidẽ
ſpiritus domini ſuper me, eo quod unxit
me,euangelizare pauperibus miſit me.
7 *Dominus dixit ad me, filius meus es tu:*
*ego hodie genui te.*
D Omnipotens pater me verum ſuum,ac cõ
ſubſtantialem & coęqualem filiũ agnoſcit
quem dicendo ut verbum ſibi conſubſtan
tiale gignit,genuitq; in æternitate, q̃ in ꝑ
petuum quoddam eſt hodie,nullam habẽs
pręteriti , aut futuri ſucceſſionem, ſed eſſe
ſtabile ſemper habens atq; cuſtodiens ne
que aliam tẽporis differentiam admittens
8 *Poſtula à me,& dabo tibi gentes hæredita*
*tem tuam.*
Diſpoſuit quoque ab æterno pater meus
poſtulãti mihi ſecundum humanitatis for
mam,dare populos gentium qui credituri

sunt nomini meo, in hæreditatem meam
sempiternam:

* *& possessionem tuam terminos terræ.*

Roma. 8 & ex omnibus finibus totius mūdi,in possessionem dare mihi.per fidē illos in Ecclesiam sanctam congregabo,in populum electum & amabilem in quo regnem & perpetuò inhabitem,ueluti primogenitus in multis fratribus.

9 *Reges eos in uirga ferrea.*

Daniel.4 & 7. Dixit quoque pater meus,ut regerem,ac pascerem populum hunc meum electum,quasi rex & pastor bonus in sceptro ferreo, in potestate & authoritate æterna, neq; unquam mihi auferenda,consumenda,aut cōstringenda (Potestas enim mea,potestas æterna) quomodo ferrum non facile consumi aut confringi potest.

* *& tanquam uas figuli confringes eos.*

In omnimoda quoque æquitate,iustitia,& iudicio:quoniam uirga ferrea flexibilis nō est,neq; curuari potest. Et quidem quantū ad bonos & infideles,ita pascā & regā illos. Cęterum,quod ad incredulos atque peruersos attinet,dixit pater ut in eadē virga (quā tradidit mihi) iudiciariæ potestatis & iustitiæ meę,confringam eos & conteram per ictum horridę sententiæ, quemadmodum uas figuli magno impetu & sonitu terribili confringitur, absque ulla resistentia. Per ictum uirgæ ferreæ,aduersus quā terreo & fictili uasculo nulla est virtus resistendi.

10 *Et nunc reges intelligite.*

Vox prophetæ. Vel nunc tandem ò principes orbis terrarum,qui regnum de manu Dei tenetis in populis,agnoscite & credite
Actuum 10. Matt. 28 in eum quem Deus pater regem,Dominū, & iudicem constituit,potestatem habētem omnium,& quæ in cęlo,& quę in terra.

* *Erudimini qui iudicatis terram.*

Ponite rudem istam atq; rebellem mentem & disciplinam suscipite salutaris fidei,vos qui præfecti estis & iudices populorum inhabitantium super terram: ac sub potenti eius manu humiliemini, ut exaltati apud illum etiam in futuro mereamini.

11 *Seruite Domino in timore.*

1.Pet. 5. Ne ultra addatis persequi sanctum Christi nomen, ut aduersus eius gloriam mali gnari,sed magis illius vos seruituti dedite,cum in timore sancto,& reuerentia debita ut supremum & vniuersalem omnium dominatorem adorantes, atque colentes.

* *& exultate ei cum tremore.*

Et gaudete atq; lętamini in eo,quasi in vero d'no Deo,ac saluatore vestro,salua semp debita illi reuerentia,atq; honore congruo.

12 *Apprehendite disciplinam.*

Suscipite disciplinam atque doctrinā sanctę fidei & iustitiæ eius:utraq; munditiam (quam verbo docuit ipse,& exemplo firmauit) amplexemini,sicq; puro corde,& uita munda adorate illum.

* *nequando irascatur Dominus,& pereatis de uia iusta.*

Vt hac ratione effugere possitis iram uenturam iræ iudicis,neque vos ira Dei comprehendat innouissimo,& amittatis viā rectam,qua peruenitur ad vitam,proiecti extra sortē iustorū in tenebras exteriores.

13 *Cum exarserit in breui ira eius.*

In die illa ultionis & uindictæ, cum apparuerit implacabilis illa iudicis ira,post paululum & quàm æstimetur citius uentura,

* *beati omnes qui confidunt in eo.*

beati inuenientur & cognoscentur omnes qui verè crediderunt in eum, quando cæteris omnibus infidelibus & inobedientibus certā & indubitata ueniet mortis ęternę damnatio,à qua modo per pœnitentiā, donec tempus illud adueniat,liberari potestis in dulcedine gratię eius.

## ANNOTATIONES IN PSALMVM II.

Versu primo,Quare fremuerunt gentes. Signum quæsitiuum, quare,accipi potest,vt quæratur causam,uel finalem,vel efficientem siue mouentem. Iuxta priorem acceptionē,erit sensus,Quorsum,ad quid, propter quem finem,fremuerunt gentes, & c.quasi dicat Propheta,Omnino uane & frustra conamini, quoniam ad finem vestrum quem intenditis,id est, diuinæ gloriæ oppressionem,& Christiani nominis deletionem, peruenire nunquam poteritis. Iuxta alteram verò acceptionem, erit sensus talis,Quid est,quod uos mouet,quod uos causa impellit ad tantam insaniam,ut aduersus Deum & filium eius ita consurgatis, quasi dicat,Omnino nulla est uobis causa tantæ huius

huius cōmotionis, cum ipse Christus Dñs verus sit Dei filius, & rex verus super oēs, cui non solum nemo possit obsistere, sed oēs etiam reges terrarum se debeant subijcere, quemadmodū in prosequutione psalmi euidēnus deducit ¶ Versu tertio, Disrūpamus vincula eorū. Cōplures tertiū hunc versum accipiunt vt vocem gentium infidelium, se inuicē cōtra Chrm, ad persequutionem nominis Christiani exhortantiū, assignantes huiusmodi sententiam, Disrūpamus & scindamus vincula & seruitutem eorum, id est, Dei & Christi eius, aut eorum qui Deo & Christo seruiunt: & iugū seruitutis, ac fidei Christianæ (cui se ipsi submiserūt) piiciamus à nobis, non suscipiamus
Matt. 11. illud, neque subdamur illi. Putant enim infideles Iudæi & gentiles, Chri præcepta, & sanctissimam legem esse vincula durissima & iugum grauissimum, cum sint iugum suaue & onus leue, neque ligent quenquā nisi in dulcissima libertate: cum sint illi soli vere liberi, qui his salubribus vinculis fuerint bene captiuati. Atque hanc sententiam indicat paraphrasis Chaldaica, quæ huic versui præmittit verbum, dicunt, subaudiē do principes, aut reges terræ, atque populi infideles. Neq; nos eam reijcimus, aut improbamus. In Elucidatione tamen alteram sequuti sumus, secundum quam hæc uox vt Prophetę cum suis fidelibus accipiatur, qui se adhortātur non ducere iugum cum infidelibus: quasi dicant, Scindamus à nobis vincula illorum infidelium qui cōtra Deū & Christum inania sunt meditati, neque iugum ducamus cum incredulis illis. Cui cōsonat illud Apostoli, Nolite iugum ducere
2. Cor. 6. cum infidelibus. Quid enim est aliud proijcere iugum infidelium illorum, quàm nolle cū illis iugum ducere? Quemadmodum enim qui cum infidelibus communicant, & eiusdem infidelitatis sunt participes, dicuntur suscipere infidelium iugum, & cum eis iugum ducere: sic per contrarium, qui recusant idem subiici infidelitati, recte hos dixerimus proiicere iugum infidelium. Videtur autem à boum similitudine sumpta hæc eloquutio. Boues enim qui pariter iugum ducunt, vinculis & ligamentis quibusdam solent ad cornua combinari: & qui sic colligati fuerint, necesse est illos pariter iu-

A gum ducere. Qui autem vincula impetu disrumpunt quibus colligantur, hi à iugo facile se liberant. Atq; ita sicut in vnum iugū colligati fuerant principes sacerdotū & seniores populi, ita postmodū reges & principes populorū in persequutione Christiani nominis pariter colligati videbātur, & simul iugum ducebant vniuersi pene sapiētes atque potētes. Nos aūt fideles vincula illorum dissoluamus & cōfringamus, nec patiamur nos eisdē innodari: & sic iugum illorū proiiciamus, vt nō cū illis iugū ducamus, sed libertatē fidei vinculis infidelita-
B tis (quibus illi sunt in impietate sua colligati) præeligamus. ¶ Versu 4. Qui habitat in cœlis irridebit eos. Et quod hic dr̄ de irrisione & subsannatione Dei cōtra impios, respondent verba libri Prouerbiorū, in cuius capite primo, Sapiētiā audim' clamātē & cōquerētē in hæc verba, Despexisti (inqt) Prouer. 1 omne cōsilium, & increpationes meas neglexistis. Ego quoque in interitu vestro ridebo, & subsannabo, cum vobis id quod timebatis aduenerit. Quoniam autem non est hoc ridere, aut subsannare secūdū cor-
C poralem aspectum accipiendum, quomodo homines per oris certam dispositionem rident, & nasi contractionem, aut corrugationem subsannant, sed secundum mysticam proprietatem: idcirco quid sibi iste risus & subsannatio velint, in consequentibus edocet. Cum irruerit, inquit, repentina calamitas, & interitus quasi tempestas ingruerit, quādo uenerit super uos tribulatio & angustia, tunc inuocabunt me, & non exaudiam: mane consurgent, & non inuenient me, eo quod exosam habuerint disciplinam, & timorem domini non suscepe-
D rint, nec acquieuerint consilio meo. Hoc enim est ridere, hoc subsannare Dei, in nouissimo non parcere, non flecti misericordia, secundum seueritatem immobilis iustitiæ vindictam referre absque compassionis dolore, eosque confundere, & in erubescentiam mittere: quomodo illi qui rident, aut subsannant, super eos quos rident aut subsannant nulla afficiuntur compassione misericordiæ, sed absque misericordia confundunt eos & erubescere faciunt. Neque multo aliud est hic risus & subsannatio, q̄ in versu sequenti ira & furor. Iratus enim

dicitur Deus,quatenus pœnā infert:& furo E
rem in eo imaginamur,quatenus tū erit im
placabilis,nullasq; excusationes vel recipe
re volet, vel audire. Tales enim fere vide-
mus hoīes in ira & furore positos. Quo in
loco illud diligenter notādum est,quā dissi
milis erit vox illa quam tunc cōtra impios
proferet dominus,ab ea,qua nūc peccato-
res suauiter alloquitur,vocans eos ad pœni
Ioan.10. tentiā Modò enim in mansuetudine loqui
tur,quasi paterfilijs,sicut pastor bonus,erra
bundis ouibus,quærens peccatores ad pœ
Matth.9 nitentiam,& infideles ad fidē, sicut gallina
sua voce pullos sub alas congregare volēs. F
Matt.23 Tunc verò in ira loquetur,& in furore sen
tentiam pronuntiabit conturbantem. Po-
test tamen ista Dei irrisio etiam aliter mo-
re humano intelligi Solent enim homines
irridere & subsannare eos qui magna mo-
liūtur,q ipsis sunt impossibilia, & quæ ad
effectum perducere non valent. Tunc aūt
maximè irridētur huiusmodi & subsannā
tur,cum res ipsa monstrat,eos nō potuisse
assequi quod sun· moliti quemadmodū in
Lucæ.14. Euangelica parabola irridendus dr & irri-
sione dignus,qui cœpit ædificare,& nō po
tuit cōsummare,ita sane in nouissimo die, G
cum manifeste patebunt irrita omnia im-
piorū contra Deum machinamenta,atq; cō
silia eorum omnia dissipata,quibus contra
Dei gloriam egerant,deridebunt & subsan
nabuntur miseri.Sic & alibi Psal.36.de im
Psal.36. pio bonis machinante mala,dicitur,Domi
nus autem irridebit eum, quoniam prospi
cit quod veniet dies eius: circa quem lo-
cum præsentem istam sententiam latius ali
quanto inueniet explanatam,cui libebit re
quirere. ¶ Versus 6. Ego autem constitu-
tus sum rex ab eo super Sion. Per Sion,qđ H
interpretat̃ specula, intelligitur sancta Ec-
clesia,quæ etiā mons sanctus Dei dicitur.
Mons enim altus est,firmus & immobilis:
Sic Ecclesia per fidei sublimitatem alta est,
& per charitatis radicem firma atque im-
mobilis, spiritu quoq; sancto inhabitato-
re est sanctificata,vt sit domus,habitatio,&
templū Dei Cur aūt per Sion intelligatur
sancta Ecclesia,causa accipi pōt,vel ex no-
minis significatione,vel ex loci electione.
Nomen.n. (ut diximus) speculā significat,
specula verò in alto est. Sic & Ecclesia tōne

sublimitatis fidei quasi specula est,in qua &
in cuius fide quisquis residet, cōtēplatur
& videt quæ homines super terram inhabi
tantes extra Ecclesiam nequaquā valent cō
spicere,nimirum sanctę fidei & Euangeli-
cæ veritatis mysteria,quæ ignorant,nec vi-
dere valent,quicunque extra hanc speculā
consistunt.Secundum loci autem electionē
dici potest Ecclesia Siō,quoniam in monte
Sion, apud populum Iudaicū templū erat,
in quo colebatur Deus:quod erat typus &
figura illius templi,de quo in alio Psalmo
scribitur,Suscepimus Deus misericordiam
tuam,in medio templi tui,id est, Ecclesiæ, Psal.47.
sanctæ, quam spiritus in templum Deo &
Christo consecrauit. ¶ Versu septimo,Ego
hodie genui te. Loquitur de generatione
æterna, qua pater æternaliter gignit fi-
lium, & filius æternaliter gignitur à pa-
tre. Hæc aūt æternitas significatur per ad-
uerbium temporis hodie. In æternitate.n.
neque præteritum est,neque futurum, cum
partes non habeat secundum successionē,
quarum altera alteram præcedat aut sequa
tur,sed est æternitas quasi momentum vnū
perpetuò consistens. Ad imaginandum nā
que æternitatis durationem, oportet intelli
gere quasi nunc quoddam siue momentū
præsens, vnum atque idem & inuariatum,
absque fluxu transitu stabiliter imperpetuū
consistens,sine prętetito quod defluat, aut
sine futuro quod adueniat,sicque velut per
petuum quoddā hodie,neque heri, neque
cras habens. Heri autem & cras, successio
nem manifestam, transitionem & fluxum
indicant,quoniam heri iam nō est, & cras
nōdum aduenit Propter quod, per ipsa ne
quaquam potest æternitas significari, imò
impossibile est vt in æternitate intelligan
tur.Illud verò notandum, quod aduerbio
hodie nouo modo iungit Psalmista, non
tempus præsens(quod videretur aptius) di
cendo,Ego hodie gigno te)sed præteritum,
quod minus videtur conuenire, eo quod
præteritum tempus ex suæ significationis
proprietate præteritionem signet, quæ in
diuina generatione semper existente non
habet locum.Intelligendum ergo est, ideir
eo præteritum tempus cum aduerbio præ
sentis temporis coniungi à Propheta, vt
ita significaretur hodie illud,de quo loqui
tur,

tur, non esse recens hodie, neque iam inci A perepere suã durationem, sed pcessisse (nõ dico præterisse) ab æterno. Est enim inter hoc hodie æternũ, & nostrũ hodie temporale, ista diuersitas: quòd nostrum hodie recens sit, & cũ ante nunquã fuerit iã primum aduenit, mox abiturũ vbi cras aduenerit. Atque ideirco nos illi solum præsens accommodamus, cum ad totum hodie respicimus, dicentes, hodie viuo, hodie sum, hodie gigno: nisi ad partes respicimus eius diei præsentis, de quo loquitur. Sic. n. & præteritum & futurũ his considerationibus licebit adiicere, vt cũ dicimus, hodie comedi, & B hodie dormiã, secũdum diuersas huius diei partes. Secundum respectum tamẽ ad to:ũ, non conuenienter nisi pręsens tẽpus possumus applicari temporali & labili nostro hodie. Illud autem æternum hodie (de quo hic fit mentio) nequaquam recens est, neque iam nouum aduenit quasi nunquam precesserit, neq; iterum cras vetus erit, neque tũ abibit ab vllo fugatus die crastino, neque præterito succedit, neque futurum præcedit, sed antiquum hodie est, quod (quantumuis longam durationem mente C comprehenderis) semper erat idem quod nunc est hodie, & quantumuis longam secũdum futuram durationem cõprehenderis, similiter perstabit idem quod nunc est. Atque ideo illi potest (nulla etiam ad partes diuersas habita cõsideratione) apte addi tempus præteritum vel futurum. Vnde sicut pater nunc dicit. Ego hodie genui te, ita eadem veritate & congruitate poterit dicere. Ego hodie gignã te. In hac enim æternitate, pater ęternus, & semper genuit filiũ, & semper gignet filium, & semper gignit filium. Proprijssimus tamen de ęternitate lo D quendi modus est, cum per tempus præsens loquimur. Ad significandam nihilominus nostro captui æternitatis durationẽ, præteritum est conuenientius. Vnde & in alio psalmo de eadem hac generatione loquens idem propheta, dicit similiter præterito tempore, Ex utero ante luciferum genui te. Significat enim, ipsa uerbi generationem secundum durationem non præterisse, sed tantum præfuisse, id est, non nouam esse, sed ab æterno præcessisse. Verum hæc forsitan simplicium captum uidebuntur excedere: ad propositi tamen loci plenã intelligentiam, uidebantur necessaria: neque in intellectu difficilia erunt iis, qui ex naturalium rerum tractatibus temporis & ęternitatis agnouerit differentias. ¶ Versu 8. Dabo tibi gentes hæreditatem tuam: Gẽtes & hęreditatem, non pro vno accusatiuo computari debent, per appositoriam cõstructionem, sed tanquan duo accusatiui ab eodem verbo dabo secundum uim vehementissimę trãsitionis recti: cuiusmodi regimẽ est cum dicimus, eligo te regem, consecro te sacerdotẽ. Estq; sensus, Dabo tibi gentes in hęreditatem tuã, vel pro hęreditate tua, hoc est, vt sint hęreditas tua: quemadmodũ orationis illius, eligo te regem, sensus est, eligo te in regem, siue ut sis rex. Similiter & in sequenti parte dicendum est, Et possessionem tuam terminos terrę. ¶ Versu 9. Reges eos in virga ferrea. Per virgam istam ferream, pręter inflexibilem iustitiam (cuius Elucidatio meminit) rectè etiam intelligi poterit sermo Dei uiuus & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti: qui sicut à Paulo gladius vocatur, imò gladio ancipi penetrabilior asseritur, ita non inconuenienter uirga ferrea (propter suam fortitudinem & virtutem) appellari potest. Apud Hieremiam verò ẽt malleus nuncupatur: Nunquid non, inquit, verba mea quasi ignis, & quasi malleus conterens petrã? Quod si malleus petram conterens appellatur sermo Dei, cur non etiam rectè ferrea virga nuncupari possit? Hęc autẽ virga est, qua Christus regit ac pascit bonas oues suas, malas autem vt vas figuli confringit, quoniã in verbis oris eius, cõdem nabitur impius. Aut potest etiã hęc secunda pars in bonam partem interpretari, vt de salutari cõfractione intelligatur, qua videlicet corda dura, immitia, fera & incredula ipse percutit, confringit, & interficit, vt mansuescant atq; emollescant per pęnitentiã. Huiusmodi enim corda sunt petrę quas conterit ille, de quo diximus: malleus & ista, quam nunc loquimur, ferrea virga. Forsitan & eadem est, quã uolebat Esaias, cum de Messia loqueretur, Percutiet inquiens, terram uirga oris sui. Virga enim hac verbi sui, quę ex ore ipsius processit, terram percussit, quoniam impiorum corda

Margin notes: Psal. 109. — Hebr. 4. — Hier. 23. — Esa. 11.

da ictu prædicationis suæ salubriter feriendo, ad fidem & virtutem conuertit. Nonnunquam & pro sceptro ponitur virga, vt Psal. 44. psalmo quadragesimoquarto, Virga directionis, virga regni tui, id est, sceptrum æquitatis, sceptrum regni tui. Atque ita per sceptrum ferreum significatur regnum infrangibile & indeficiens, nempe æternum: quam expositionē in Elucidatione priori loco positam comperies ¶ Versu 11. Seruite domino in timore. Duo cōiungit psalmista, quæ pariter in nobis erga Deum debent adesse. Exultare enim nos oportet & gaudere plurimum, atque lætari, in bonitate Dei neque morosus ipse est dominus, vt Luc. 10. seruis suis prohibeat gaudere. Imò locis plus mille, per seruos suos prophetas & Apostolos, atque etiam per os suum lætari monet & gaudere semper. Gaudete, inquit idem ipse, quia nomina uestra scripta sunt in cœlis. Debet tamen non esse inepta nostra exultatio, sed cū debita ex intimo cordis affectu reuerentia, omniq́ue grauitate, maturitate & morum honestate: quod est, cum tremore exultare. Non enim intelligendus est tremor iste secundum seruilem 1. Ioā. 4. affectum Tremor enim non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem: quanto magis & tremorem eiusmodi? Significat autem in proposito magnam totius affectus reuerentiam, & attentissimam mentis solicitudinem atque diligentiam, quam merito in nobis efficere debet consideratio diuinæ maiestatis. De hoc autem timore & tremore Paulus loquitur, cum fide Philip. 2 les monet, in metu & tremore suam salutē operari, id est, cum magna solicitudine, attentione & vigilantia, nō remisse, non trepide: vt faciunt quidā. Sed & seipsum apud Corinthios fuisse testatur in multo timore 1. Cor. 2. & tremore. Seruis quoque præcipit idem, Ephes. 6. ut dominis carnalibus seruiant cum timore & tremore, hoc est, cum summa obedientia & reuerentia. Quod si dominis temporalibus præcipiuntur serui cum tremore obedire, quanto magis eterno illi regi regū, & domino omnium dominantium? Neque enim tam seruus aut subditus potest esse infimus quilibet hominum suo temporali domino, quin sit is qui supremus est gloriosissimus inter filios hominum infinito maiore subiectione subditus æterno domino. Rectè ergo etiam reges & iudices populorum seruite illi, vt summo domino, cum timore: & exultate in eius bonitate: sic tamen, vt cum tremore, memores semper uestræ erga illum humilitatis. ¶ Versu ultimo, Cum exarserit in breui ira eius. Posset principium huius uersus secundum sententiam non male coniungi cum fine præcedentis, vt sit sensus, Apprehendite disciplinam modò dum tempus est, nequando expectamini iram domini, & ne pereatis de via iusta, tunc cum exardescet subito ira eius, ne tunc uidelicet pereatis de uia iusta, ne tunc separemini à retributione bonorum, cum exardescet, seque manifestabit furor irę eius. Ac deinde legatur separatim, uelut conclusio totius psalmi. Beati sunt atque erunt vniuersi, qui confidunt in illo. Alterius autem connexionis sententia, in Elucidatione expressa est.

## III. PSALMI ARGVMENTVM.

*Ex titulo, qui tam apud Hebræos, quam apud Græcos atque Latinos psalmo huic præponitur, manifestum fit, eum à Dauid compositum fuisse, in ipsa persequutione quam à filio Absalon passus est, siue post peractam persequutionem, & assequutam liberationem. Propter quod, secundū historialem sensum, Dauid ipse applicari commode posset. Verū quia persecutio ista Dauid a filio suo, figura erat & signum persequutionis, quam Christus Dominus à populo suo erat perlaturus, quemadmodum & in cæteris Dauid gestis, Christi mysteria figurari solent? idcirco præcipue est referenda psalmi huius intelligentia ad Christum, in persequutionibus, & tribulationibus constitutū, sit vt eius ad patrem sermo sua persequutionis grauitatem, & tribulantium acerbitatem primum veluti per queremoniam proponentis, in spe tamen Diuini auxilij seipsum confortantis. Deinde mortis somnum & subsequuturam ex patris virtute resurrectionis gloriam, atque inimicorum finalem confusionem & punitionem prædicentis.*

III. PSAL. ELVCIDATIO.

*O MINE quid multiplicati sunt qui tribulant me.*
Vide pater mi, qui meus es secundum assumptam serui formā dominus, quàm sunt
2.Reg.15 multiplicati persequutores & hostes mei.
** multi insurgunt aduersum me.*
multi admodum conspirant atque consurgunt aduersus me in malum, qui me quærunt ad mortem pertrahere.
2 *Multi dicunt animæ meæ.*
Multi eorum ueluti exprobrantes obiiciūt mihi, dicentes.
** non est salus ipsi in Deo eius.*
Non erit tibi salus in Deo tuo, in quo te ais habere fiduciam, neque tuam animam de manibus nostris ipse saluabit, dicentes, Cō fidit in Deo, liberet eum si uult: uideamus si liberabit eum de manibus nostris.
Mat. 27. 3 *Tu autem domine susceptor meus es,*
Attamen tu domine pater, susceptor, defensor, protector, & liberator meus es:
Sapien.2 ** gloria mea, & exaltans caput meum.*
tu es qui me glorificabis, & qui me in regnum atque principatum exaltabis, libera tum de manibus eorum.
4 *Voce mea ad dominum clamaui.*
In tribulationibus & persequutionibus cō stitutus, uocem tuam cordis quam corporis mei ad te ī oratione affectu magno leuaui
** Exaudiuit me de monte sancto suo.*
& tu exaudisti me clamantem de sublimi throno gloriæ tuæ, in quo resides in magnificētia tua, in medio angelorum tuorū.
Ioan 10 5 *Ego dormiui & soporatus sum.*
Increscente & operante aduersantium rabie, iuxta propositum tuæ uoluntatis, ò pater æterne, morti me subdidi propria uoluntate, mortisq; somnum experiri in mea humanitate uolui, & tridui spatium in somno illo perdurare, ponens à meipso ad tēpus animam meam.
** & exurrexi, quia dominus suscepit me.*
Apoc. 1. Non permansi tamen in morte, ut cæteri mortuorum: sed à somno illo mortis quātotius resurrexi ad uitam, potestatem habens resumendi eam quam paulo ante po-
Luc. 23. sueram animā meam: & factus sum uiuus

A post paululū, qui fueram mortuus idque ex uirtute diuinitatis quam à te accepi, quoniā tu pater (in cuius manus spiritū meū Mat. 27.
commendaueram moriens) resuscitandū suscepisti me, & sustentasti atque custodisti ut in morte nō permanerem: sed post triduum resuscitasti me, quatenus à te uirtutem diuinitatis (secundum quam surrexi à mortuis) accepi.
6 *Nō timebo millia populi circundantis me*
Etiam si me millia hominum persequentium per circuitum obsideant, & in circuitu custodiam aut obsidionem constituant quomodo ex Iudæorum solicitatione pau
B et custodes ad sepulcrum meū uigilabunt, non metuam neq; ob hoc impediar aut cessabo à resurrectione mea:
** exurge domine, saluum me fac Deus meus*
tu tantum domine pater, exurge mihi in auxilium: & secundum decretum consilii tui æterni, à morte (in qua tua permissione ad tempus debeo quiescere) me libera, & ad uitam resuscita. Nulla est enim potestas humanarum uirium, quæ tuæ diuinæ potentiæ queat resistere, neq; est q tuæ possit resi
C stere volūtati, aut tua consilia facere irrita
7 *Quoniā tu percussisti omnes aduersantes mihi sine causa, dentes peccatorum contriuisti.* Hest.13.
Tu es qui omnes aduersarios, qui me sine meo merito iniuste affixerunt, condemnatione feries æterna. Dan.4.
Tu ictu graui iusti iudicii tui, & persecutione seuera sententiæ tuæ in maxilla feries eos, ita ut dentes eorum pariter conterantur atque excutiantur.
Conteres quoque & comminues inuidiam & malitiosam potestatem eorum, qua me lacerare atque discerpere existimabant.
8 *Domini est salus.*
D Ad te pater domine solum spectat saluatio, tuum est salutare, & à te uno salus omnis vera est expectanda:
** & super populum tuum benedictio tua.*
& super populum tibi fidelem, tuisq; mandatis obedientem, erit benedictio tua: in præsenti quidem salutaris gratiæ tuę, in futuro autem sempiternæ gloriæ tuę: quemadmodum ex aduerso super populum infidelem & rebellem veniet maledictio, in præsenti quidem sterilitatis ab operibus bonis, in futuro damnationis æternæ.

AN-



ANNOTAT. IN PSAL. III. E

NOtandum, quod licet psalmum hũc totũ Elucidarionis iam positæ series peculiariter capiti nostro Christo accommodauerit, eamq; intelligentiam solam expresserit, potest tamẽ nihilominus pulchre & commode admodũ etiam cuilibet Christi membro, id est, cuilibet uiro iusto in tribulatione posito, vox psalmi huius aptari, vix in vllo variata intelligentia: nisi quod in versu quinto somnus, & exurrectio paulo aliter debeãt intelligi. Fit enim nõnunquã, ut viri iusti, siue grauitate siue prolixi F tate persequutionum facti, veluti torpere ĩcipiãt, atq; in somnũ peccati declinare: quos Deus lucis suæ visitatione, iã casui propinquos sustẽtat, & penè iã collapsos benigne erigit, inimicis eorũ in fugã conuersis. Huius ergo psalmi apparet ex prædictis triplicem inueniri intellectũ: primũ quidẽ de persona Dauid in Absalonis persequutione, quemadmodũ indicat titulus: alterũ de Christo dño, cuius typũ gerebat Dauid: tertiũ verò, ſm quẽ cuilibet Christi mẽbro accõmodatur, de tribulatione po G scenti auxilium, & in domino suam confidentiam bonam exercitantis Neque verò hæc sensuum diuersitas ullam inducit confusionem, quandoquidẽ ad inuicem conniti sunt, & includuntur alius in alio: secundus quidem in priore, quemadmodum id quod de signo dicitur, spectat simul & ad signatum: tertius autem in secundo, quemadmodum id quod de capite dicitur, pertinet simul & ad membra. ¶ Versu tertio, Gloria mea & exaltans caput meum. Christus siue etiam iustus quilibet, Deum vocat suam gloriã, id est, suum glorificatorẽ H à quo gloriam sperat & victoriam atque coronam. Exaltare autem caput iusti quomodo dicatur Deus, vide in annotationibus psalmi 106. in pertractatione versus vltimi, De torrẽte in via bibet, propterea exaltabit caput. Versu quarto, Exaudiuit me de mõte sancto suo. Mons sanctus Dei, in psalmis atque itẽ sacris aliis scripturis interdum Ecclesiam significat militãtẽ, quo modo in psalmo præcedẽti in verbo Christi, Ego autem cõstitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius, & in psal

mo 46 Magnus dominus & laudabilis ni Psal. 2.
mis, in ciuitate Dei nostri, in monte san-
cto eius. Interdum verò Ecclesiam signifi- Psal. 46.
cat triumphantem; & mansionẽ supernam
beatorum, quæ propter altitudinem altissi-
mæ contemplationis & speculationis, se-
cundum quam Deum sancti conuenient fa- 1. Cor. 13
cie ad faciem, rectissimè mons dicitur: si-
mul & propter inaccessibilitatẽ & expu-
gnabilitatẽ eius. Vnde dicitur in alio loco, Psal. 90.
Non accedet ad te malum. Qui enim in
montibus habitant, non facilè valent ex-
pugnari: & quo mons altior fuerit, eo diffi-
cilius. Mons autem Dei tã altus est, vt ne-
mo possit ad oppugnandũ uel expugnãdũ
appropinquare. Dicitur aũt mõs iste san- Psal. 14
ctus, propter singularissimã præsentiã, &
inhabitationẽ firmissimã eius qui sanctifi-
cat omnia. Sic in psalmo decimoquarto Psal. 41.
Domine quis habitabit in tabernaculo
tuo, aut quis requiescet in monte sancto
tuo? Item psalmo quadragesimo secundo.
Emitte lucem tuã & veritatem tuam, ipsa
me deduxerunt & adduxerunt in montẽ
sanctum tuũ, & in tabernacula tua. ¶ Versu
quinto, Ego dormiui & soporatus sum. Ex
sacris domini Iesu verbis in Euangelica hi
storia, simul & ex Apostolorũ literis, disci
mus mortuos dormiẽtes appellari. Vnde
de Lazaro ait dñs, Lazarus amicus noster
dormit, intendens de morte corporis. Simi Ioan. 11
liter & Paulus, De dormiẽtibus, inquit, no 1. Thes. 4
lo vos ignorare fratres: cum de mortuis lo
queretur. Rectè ergo hoc in loco per som-
nũ intelligitur ipsa mortis dormitio, & ex
cõsequenti p exurrectionẽ siue euigilatio-
nem à somno ipsa à morte ad uitã resur-
rectio Quod autem Christus ait, ideo se
exurrexisse, quoniã dominus pater videli
cet ipsum suscepisset, id non sic intelligen
dum est, quasi non propria sua uirtute re-
surrexit Christus. Resurrexit enim per vir-
tutem, & potentiam diuinitatis, quæ in eo
erat, ipsi patriq; communis: non quasi per
alienam & extrinsecam uirtutem, quemad
modum nos puri homines suo tempore su
mus resuscitandi à monumẽtis, (Ait enim
de se ipse Saluator dñs, Potestatem habeo
ponẽdi animã meam, & potestatem habeo
iterum sumendi eam ) sed per ipsam pro-
priẽ suam virtutem, quã in ea se habebat
& qua

& qua ipse licet homo factus nunquã de A
stinebatur. Patri tamen asscribit suam re
surrectionẽ,& in hoc & in aliis plerisq; lo
cis;qm̃ oĩa quæ habet,à patre habet: neq;
habet omnino quicquam filius, nisi per
cõicationem à patre:ipsamq; potẽtiã om-
nẽ & virtutẽ quã habet,à patre habet: atq;
ideo non immerito ad ipsum refert suæ
resurrectionis gloriam. Denique manife
stũ est hic Christũ introduci fm carnis di
spẽsationẽ,in forma humilitatis loquentẽ
pp quód,ad designãdũ quod non virtute
humanæ surrexisset,sed diuina,patri suo as
scribit resurrectionem. Nisi enim diuini B
tas humanitati fuisset auxiliata, non po-
tuisset ipse à somno exurgere. Si verò hũc
psalmum totum personæ Dauid applica
re quis vellet,hunc necesse esset somnum
istũ ad tẽpus aduersitatis,& tristitię (in quo
erat Dauid,donec perduraret Absalonis p
sequutio) referre:exurrectionem autem si-
ue euigilationem,ad tempus liberationis
de angustia. Si vero secundum spiritualem
intellectum viro cuilibet iusto aptet psal-
mus,intelligitur ista dormitatio, quædam
in virtutis proposito atq; profectu remis- C
sio,& ad peccatorũ aliqua ex parte declina
tio:exurrectio autem, in pristinam diuinæ
seruitutis alacritatem reparatio, ex beni-
gnitate Dei suscipientis iustum, vel prius-
quam cadat pręseruando, vel postquam ce
ciderit erigendo,ne in lapsu permaneant,
& in fouea in quam ceciderit non extractus
suffocetur & computrescat. Nã in alio psal
Psal. 93. mo dicitur,Nisi quia dominus adiuuit me
paulominus habitasset in inferno anima
mea ¶ Versu penultimo,Dentes peccato-
rum contriuisti. Sumptum videtur ex vul
gari consuetudine loquentium,ad designã D
dum grauitatem percussionis, qua omni-
potentia diuinitatis Christi hominis ini-
micos & percussit, & percutiet amplius.
Grauius enim ictus est maxillæ,cum ex eo
dentes vel infringũtur, vel excutiunt. Atq;
huic intelligentiæ clare satis atque aperte
consonat Beati Hieronymi versio, quæ sic
habet, Quoniam tu percussisti omniũ ini
micorum meorum maxillam, dentes im-
piorum confregisti. Cui consentit etiam
Chaldaica translatio,habens in hunc mo-
dum, Quoniam tu pcussisti omnes parto
A nos odii mei super genas eorum,dẽtes im
piorum confregisti. Est autem harum le-
ctionum sententia, tanquam si dicat Pro-
pheta, In maxillam inimicos meos percus
sisti: & quidem ictu tam graui,vt etiam dẽ
tes qui in maxillis erant confregeris atq;
excusseris:id est,ictu terribili,nimirum sen
tentia damnationis æternæ. Aut per dẽtes
confractos,malitiosam eorum potestatem
qua Christum discerpere quęrebant,simpli
citer intelligẽ. Vtrãq; autem intelligentiã
supposita monstrat Elucidatio.

## DE TIT. HVIVS PSALMI.

PRimum illud in genere de titulis vni-
uersis aduertẽdũ est,ꝙ is cui psalmus as
scribitur,semp in datiuo casu ponit. Vnde
in hoc psalmo & in cõsequẽtibus, cũ au-
dis psalmus Dauid, vel psalmus cantici
Dauid,semp nomẽ Dauid in datiuo casu
accipi debet,ut sit sensus,psalmus ipsi Da-
uid. Id quod tam ex Græco quam Hebræo
euadit manifestũ. Vtrobiq; enim,articulus
datiui casus adiungitur nomini Dauid. In
C Græco enim dr̃,to Dauid,id est (ut ita expri
mamus) ipsi Dauid. In Hebræo autem no
mini Dauid præponitur litera Lameth, q̃
solet esse articulus datiui casus, quẽadmo-
dum He genitiui. Neque vero mysterio va
care putamus,quod authoris ipsius nomẽ
casu datiuo præpositũ sit,cũ tamen videat
magis casus genitiuus ad authorem com
petere. Opus enim dicimus illius qui au-
thor est eius. Præponitur tamẽ psalmis au
thoris nomẽ casu datiuo, ad significãdum
(vt equidem arbitror) alium esse authorẽ
præter canentem Dauid,ipso magis præci
D puum,qui subticetur,& cui præcipuus lo-
cus ĩ genitiuo casu defert,nẽpe spiritũ dñi
interius dictantem & interius illuminãtẽ,
ipsiq; Dauid psalmos reuelantem, quemad Psal. 44.
modum quodam in loco idẽ ipse apertum
perhibet testimonium,linguã suam scribæ
velociter scribentis calamum appellans,vi
delicet spiritussancti velocem & efficacem
motionẽ designans. Huic itaque scribæ de
ferẽs humilis & simplex puer domini Da
uid,& tanquam primo authori primum lo
cum concedens, se quasi instrumentum &
quasi illuminatum atq; edoctum à Deo ca

su da

tu datiuo designat,dicens,psalmus ipsi Dauid, acsi diceret,psalmus ipsi Dauid reuelatus aut datus,quẽ videlicet psalmum docuit illũ summus artifex spiritus Dei, qui per Dauid psalmos canebat Atq; istud quidem hoc in loco semel admonitum,aduertendũ est & attendendũ diligenter per vniuersum psalmorum librum, ne eadẽ opus sit frustra sæpius iterare.¶ Demũ quod ad hunc titulum in speciali attinet,aduertendum est, ꝙ frequenter contingit psalmo alicui præponi titulum qui spectat ad historiam quemadmodum hic dr̃, Psalmus Dauid, cũ fugeret à facie Absalon filii sui. F
Psal. 3. Alibi. Psalmus Dauid in consummatione
Psal. 28. tabernaculi.Itẽ, Psalmus Dauid,in dedica-
Psal. 29. tione domus Dauid.Item, Psalmus Dauid,
Psal. 51. cũ venit Doech Idumęus, & annunciauit Saul,& dixit,Venit Dauid in domum Abi-
Psal. 33. melech.Itẽ,Psalmus Dauid,cũ immutauit vultum suum coram Abimelech,& dimisit eũ,& abiit. In his tñ psalmis quibus tales præponuntur tituli,nõ est necesse,imò neque conueniẽs,vt hmõi historiale factum accipiatur vniuersaliter,quasi materia psalmi,siue vt psalmi ipsius intelligentia ad historiã talẽ accommodetur. Nã in psalmo G 33 (cui vltimus ille titulus de vultus immutatione præponitur ẽt apud Hebræos) ne verbũ quidem auditur de huiusmodi facto particulari historiæ,quod in titulo prę mittitur. Sed plerunq; titulus uel tp̃s tm̃ designat,quo facta est prophetæ reuelatio psalmi huius aut illius,vel occasionem decantandi siue describẽdi eum. Valde enim steriles redderet psalmos, qui semper ex titulo haurire vellet solidam eorum intelligentiam.Quemadmodũ in psalmo proposito,qui illud,Ego dormiui & soporatus sum & exurrexi,intelligeret de humiliatione ac subsequenti liberatione Dauidis,ve- H rè sterilem & nimis inamœnum efficeret sensum.Similiter psalmus 28.cui (vt diximus)præmittitur titulus,in consummatione tabernaculi,si ad litteram illi dedicationi materialis tabernaculi applicetur, sterilem & prorsus ieiunam habebit interpretationem, cum sit alioqui psalmus adipe mysteriorũ noui test̃ pinguissimus & delicatissimus Quod si roges:quid ergo in titulo historia præmittitur si ad historiam non debet accõmodari interpretatio psalmi qui subsequitur?Iam diximus satis esse, si tantum vel tp̃s vel occasionẽ psalmum decantandi titulus indicet. Pro cuius rei intelligentia diligenter attendenda est illa Pauli sententia,qua dicit in fidelibus abũdare cõsolationes,iuxta tribulationũ abũ- 2.Cor.1
dantiã Sicut,inquit, abundant passiones Christi in nobis,ita & per Chr̃m abundat consolatio nostra. Quod psalmista noster Psal. 93.
aliis verbis,sm̃ candẽ tñ sententiam,ita expressit,confitens domino & dicens,Secundum multitudinem dolorũ in corde meo, consolationes tuæ lętificauerunt animam meã.Ex quo appatet,Prophetã in magnis tribulationibus & angustiis positũ,quãto magis affligebatur exterius, tanto magis percepisse interiorem à Deo illuminationem, in qua seipsum sm̃ spiritum posset abũdè cõsolari.Vnde arbitror fieri potuisse,imò verisimile est & pene clarũ ac certũ ita fuisse,quod Dauidi in angustiis exterioribus & afflictionibus posito,in spiritu demonstrata est & reuelata illa post ventura persequutio & afflictio,quã Christus dominus præter oẽ meritum erat perlaturus ab inimicis: vt sic in ostensa dñi ventura tribulatione, seruus in sua præsenti afflictione, inueniret consolationẽ: vt hoc iã Dauidi spiritus diceret, quod multo post ipse dominus in carne suis discipulis ore proprio dicturus erat,Non est seruus maior domino suo.Si me persequuti sunt,& vos perse- Ioan.15.
quẽtur.Sic enim & spiritus dicebat in corde Dauid. Ecce dominum persequentur impii & infideles serui:tu ergo ne grauate feras,si te affligant iniqui.Atq; hoc pacto cõuenienter valde dici potest, ꝙ cum à filio suo Dauid persequutionem sustineret,indubie grauissimam,& ad tolerandũ molestissimam (Tanto enim grauius est homini quod infligitur malum, quãto eum qui infligit minus ęquum est hoc agere) ipse autem summam coram Deo humilitatem exhiberet, de ciuitate regia miserabiliter cum vniuersa domo pedibus suis egrediens,cliuum oliuarum ascendens, nudis 2.Reg.15
pedibus incedens,cum fletu & operto capi- 2.Reg 16
te,maledictionem quoq; Semei patienter ferens, & vlcisci volentes prohibẽs,aliaq; his similia plura coram domino humilia-

tis intime testimonia demonstrans: quod in hac (inquam) tanta humilitate illi reuelatū fuerit ad suam consolationem, quanta Christus dominus in mundum venturus esset à populo suo, à filiis suis, sed malis filiis passurus, & quomodo post passionē foret glorificandus. Atq; hac illuminatione, velut suorum malorum omnium oblitus, totus in contēplatione persequutionis Christi abreptus, quasi ex persona Christi sic inimicis circundati, & per resurrectionem liberandi in vocem psalmi prorupit, B

A sicque abunde magnam in sua afflictione consolationem inuenit: intelligens & se similiter post persequutionem inuenturum requiem Atq; ita quidem patet quod diximus, persequutionem Absalonis tempus fuisse atque ēt occasionem componendi propositi psalmi, non aūt ipsius præcipuā materiam. Forsitam autem hęc & aliis pluribus in locis, vbi vsus venerit, admonebimus, & plurium exemplorum declaratione faciemus manifestius: si nos magnus dominus sua illustratione dignabit, & vita.

## QVARTI PSALMI ARGVMENTVM.

*IN hoc psalmo, Propheta vbi eam, quā à Deo ipse expertus fuerat exauditionis facilitatem, præmisit, mox ad increpationem verba conuertit q̄ hoīes, rationales creaturæ, suæ nobilitatis obliti, tam facillimo ac benignissimo domino prætermisso peccatis se turpiter subdant, & carnis ac mdiū desideriis ignominiosè inhæreant. Quibus deinde si à vanitate conuerti velint, aduocatum monstrat, per quē propitiationē sibi valeant cōparare, simul & modum quo ad illum conuerti debeant (per irā aduersus vitia præterita, declinationē à malis, & operationē iustitiæ) vt secure in eo sperare valeāt, luculenter manifestans. Vbi insipiētiū hominū obiectioni respōdens naturalis luminis meminit, atq; ēt spūalis illuminationis: vnde nobis boni est indiciū, & lętitia venit in cordibus fideliū. Deinde per spiritus illuminationē quæ spe gratiæ ventura bona erant præuidens, & præcipue fidelis populi futurā multiplicationē atq; profectū, & sacramentorū legis nouæ fœcunditatē, ea gaudenter in exultatione spiritus, futura quasi præterita (iuxta morē Prophetarū) prænūciat: & in eis quæ præuidebat nō excitans, fide se pari et cū venturis adiūgens, in pace securus vult, & gaudens requiescere, credens vnà cū nouo illo populo pariter videre bona domini in terra viuentiū, propter spem certam & securam expectationem eorum, quæ spiritu illuminante, sibi fuerant præmonstrata.*

## QVARTI PSALMI ELVCIDATIO.

*CVM inuocarem exaudiuit me Deus iustitiæ meæ:*
Cūm ex debito cordis affectu clamarem in oratione mea ad dn̄m, non abiecit orationem meam Deus, author ipse, considerator, & remunerator iustitiæ meæ; D

*in tribulatione dilatasti mihi.*
In tribulationibus & angustiis inuocatus latitudinem spiritualis consolationis & gaudii interioris donauit mihi.

2 *Miserere mei, & exaudi orationem meam.*
Atq; iccirco cœlestem sæpius benignitatē expertus, iterum clamare non desino, quoties vlla mihi tribulatio obuenerit. Misericordiam tuam demonstra mihi dn̄e, & exaudi me tibi in spū humili supplicantē,

3 *Filij hominum vsquequo graui corde?*

C Vos verò filii hominum, ex hominibus rationalibus homines rationales progeniti, quos sic ad imaginem suam Deus nobiles & gloriosos condidit, quousq; vos tādem secundum affectum cordis onerati permanebitis peccatorum mole, atque terrenarū concupiscentiarū pondere, semper in ima ista respicientes?

*vt quid diligitis vanitatem & quæritis mendacium.*

Et pp quid (quæso) cor apponitis vanitatibus, & ex affectu sectamini mendaciū? hoc est, ea quæ carnis sunt & mundi, quæ reuera nihil aliud q̄ vanitas sunt & mēdacium: in quibus nihil est veræ ac solidæ bonitatis, & quę suos sectatores misere decipiunt Eccl. 1.
pro felicitate quam promittunt, æternæ mortis stipendia adducentes. Nequa- Roma. 6
quam profecto hoc decens aut iustum est,

aut

aut etiam expediens, vt rationalis creatura quam Deus sic nobilem creauit, ipsa se vanitati atque mendacio vltro subdat, atq; in seruitutem dedat.

*4 Et scitote quoniam mirificauit dominus sanctum suum.*

Quod si forte ex filiis hominum pondera hæc abiicere cupiant, ostendam eis, quis sit qui illos possit leuare suis oneribus. Illud enim in primis sciendum & fideliter attendendum est, quòd pater omnipotens Christum dominum (quem ab initio cõceptus sui sanctitate, misericordia, & oĩbus gratijs impleuit non ad mensuram) mirabilem fecit, mirifice exaltauit in conspectu suo, & mirabilem demonstrauit in cõspectu omnium credentium, tanquam aduocatum nostrũ & propitiatorem, per quem nobis datus est ad patrem accessus, quiq; mirabiliter à peccatoribus segregatus in perpetuum assistit vultui Dei pro nobis.

Ioan. 3. 1. Ioã. 2. Rom. 5. Heb. 9.

** Dominus exaudiet me cũ clamauero ad eũ.*

Deus pater omnipotes exaudiet nos, quotiescunq; ad illum clamauerimus: ita vt si quid patrem petierimus in nomine eius, hoc ipse faciat nobis: ad quem accedentes, ab omni onere & põdere liberi (iuxta promissum eius) reficiemur.

Ioan. 14 Matt. 21

*5 Irascimini,*

Si vero modum requiritis quo ad illum à vanitate redire oporteat, en primũ vobis dolor ira & indignatio sancta assumi dẽt, per quæ peccatis præteritis, imò vobisipsis (vt serui fuistis peccati) indignari debebitis, vt illa quę prius turpiter amastis & concupiuistis nequiter, iam pœnitentes salubriter detestemini:

** & nolite peccare.*

ac deinde, ne vstra peccetis firmo proposito statuẽdum, atq; diligenti obseruatione est cauendum: ne ea quę semel defleta sunt per pęnitentiam, per concupiscentiam iterum committantur.

** quæ dicitis in cordibus vestris, & in cubilibus vestris compungimini.*

Cæterũ si quæ occurrant aut exoriri cœperint p cogitationes in cordibus vestris mala desideria, vel ex suggestione exterioris dæmonis, mundi, aut carnis, vel ex memoriæ volubilitatẽ & affectus instabilitate, & quæ hmõi intus in aĩos vestros forte se ingerant, nolite oblectari in eis, vt non noceant, sed cõpungimini, & dolore vosipsos affligite pro illis, vt sic dum oblata respuitis, etiam gloriosior fiat ex eis corona vestra.

*6 Sacrificate sacrificium iustitiæ,*

Neque verò sat fuerit ad perfectã cõuersionẽ, præterita peccata plãgere, & ab eis cautẽ declinare: sed studiose super bonũ operari oportet, & Deo offerre iustum sacrificiũ, & debitũ bonarũ actionum, in operando ea quę diuinæ sunt voluntatis. Nullum est enim sacrificiũ tam à nobis Deo debitum, q̃ vt vitam iuxta eius voluntatẽ ducamus. Hæc verò vbi ad fuerint (nẽpe de peccatis preteritis dolore, à malis actibus cessare, & operibus Deo placitis insistere)

** & sperate in domino:*

spem firmã habete in domino. Sic enim ut oportet sperãtes in eo nõ cõfundemini, sed ab oĩbus malis ipse uos faciet saluos. Rom. 8.

** multi dicunt quis ostendit nobis bona?*

Neque mouere quenquam debent voces hominũ stultorum atque carnalium (quorum bonius semp, imò infinitus est numerus) dicentium, Vnde scire poterimus quę, ut bona sectãda, quæ ve vt mala ex aduerso, fugienda. aut quis est qui nobis in omnibus nostris actionibus (quæ sunt infinita) hæc demonstret? Eccl. 1.

*7 Signatum est super nos lumen vultus tui domine,*

Ecce enim inditũ est & impressum nobis rationalibus creaturis naturale lumen, qđ à facie Dei, id est, ab illo increato, infinito, & inæstimabili lumine, veluti quędam particula & quędam participatio illius immẽsi luminis, in apice mentali & vi animæ suprema desuper immissum, Deo nos assimilat, & Dei imagine veluti cõsignat: in quo lumine, naturaliter ea quæ bona sunt & sectanda, quæve ex opposito mala & fugienda cognoscimus.

** dedisti lætitiam in corde meo.*

Insuper & lumen spiritus tui sancti, de cõspectu diuinitatis tuæ demissis in corde fidelium, per quem insculpitur in nobis, & veluti signatur atque imprimitur spiritualis regenerationis imago, q sua nos interna vnctione omnem doceat tam de credendis, quàm de agendis veritatem:

Et in horum vtroque lætari me & exultare fecisti

fecisti in gaudio interiori spiritus mei. Ex A viroq; n. gaudiũ viri iusti conscientiæ, cũ sic duplici rõne munic, atq; secura reddit.

8 *A fructu frumenti, vini, & olei sui, mul tiplicati sunt.*

1. Ioan 1 Et ô beata illa ventura tpa, ô felicia poste
Ioan. 16. rorum secula, qñ à fœcunditate sacrorum nouæ legis (quorum præcipuũ in frumento & vino per consecrationem conficie tur, atque alia quædam in vnctione sacra ti olei) multiplicabuntur atque augmẽtũ sument, tam gratia & merito quàm nume ro, fideles in Deum patrem & Christum filium eius credentes.

9 *In pace in idipsum dormiã & requiescam.* Mihi verò tametsi nondum detur videre felicia tpa, fidei tñ côtone cum illis ven turis generationibus meipsum spiritu cõ iungens, in pace simul cũ eis obdormiã securus, & in spe eadẽ pariter cũ illis p mor tis dissolutionẽ ingrediar in requiẽ dor mitionis meæ, eadem cum illis beatæ re surrectionis p̃mia certissime expectans.

10 *Quoniam tu domine singulariter in spe constituisti me.*

Qm̃ tu dñe per illuminationem istam tã tam benignam de venturis Ecclesiæ tua C bonis, in spe bona, singulari, & peculiari quodam modo securum me constituisti.

## ANNOTAT. IN PSAL. IIII.

Versu primo, In tribulatione dilata sti mihi: põt, dilatasti, intelligi pro la titudinem dedisti, id consolationẽ videli cet interna, quam præbuisti inuocatus in tribulationibus. Cui consonat verbũ Apo
2. Cor. 1 stoli, dicentis, Sicut abũdãt passiones Chri sti in nobis, sic & per Christum abundat consolatio nostra: & si fuerimus socij pas D sionum, erimus & consolationũ. Dum. n. foris tribulatio corpus premit, intus per gaudiũ spiritus dilatatur. Propter qd idẽ
2. Cor. 4. Apost. hanc latitudinẽ probe expertus, In oĩbus (inquiebat quodã loco glorians in afflictionibus) tribulationẽ patimur, sed
Ibidem. nõ angustiamur. Et iterũ, Licet is q foris est noster hõ corrũpat, tñ is qui intus est renouatur de die in diẽ. Si verò malit qs accipere verbũ dilatasti sm̃ proprietatem suę significatiõis, vt sonet latũ facere, sub audiat accusatiuum præcordia, vel cor, vel spiritum, vel cõsolationem, aut aliud hmõi, vt sit sensus, Dilatasti mihi cor, aut p̃cordia, aut spũm meũ In consolatione. n. & gaudio interiori, spũs intra sese dilatat, quem admodũ tristitia constringitur & coangu statur. Aut dilatasti consolationẽ, id est, la tã mihi fecisti consolationẽ. Forsitan aũt hæc latitudo de qua mõ loquit, eadẽ illa de qua & ĩ alijs aliquot locis meminimus fieri sermonẽ. Veluti Ps. 17. Eduxit me in Psal. 17.
latitudinẽ. Et Ps. 118. Et ambulabã in lati Ps. 118.
tudine. Et ite. ũ. Viã mandatorũ tuorũ cu Ibidem.
curri, cũ dilatasti cor meum. Lectio autem B Rom. habet accusatiuũ pro datiuo. In tri bulatione (inquit) dilatasti me. Et hæc le ctio eãdẽ hẽt cũ supradictis sniam. Quid est. n. inuocantẽ dilatare, nisi inuocanti da re latitudinẽ, ipsumq; in latitudine consti tuere? ¶ Versu 3. Vt qd diligitis vanitatẽ & quæritis mendaciũ? Per vanitates & mẽda cia recte in Elucidatione intelliguntˀ ea q̃ mundi sunt & carnis, i. delitię & tpalia, bo na, & malarũ cõcupiscẽtiarũ adimpletio: q̃ nihil sunt nisi vanitas & mẽdaciũ. Vnde & in Ps 39. similiter de his dr̃, q̃ beatus est Psal. 39.
hõ ille, qui non respexit in vanitates & C insanias falsas. Possent nihilominus ido la hic intelligi vanitates & mendacia, quæ reuera uanissima sunt: cũ dij habeantˀ, ni hilo tñ sint minus, & mẽtiuntˀ suis cultori bus, eosq; misere decipiunt, p salute ęter nã damnationẽ ipsis superinducẽtes. Atq; ita cõmode subsequitur in sequẽti versu demõstratio eius qui vere diligi & requiri debet, vt colatur, s. Christi. Dei, patris filij, qui non mentitur suis cultoribus, cũ om nes clamantes exaudiat: quem relictis om nibus uanis idolis, iustũ est vt verũ Deũ requirere & colere. Potest autem hic ver sus legi, vel tanquam increpatoria in terrogatio cum vehementia indignatio nis, vel quasi per querimoniam cum sua uitate cõpassionis. Neq; omnino dissonat uox ista Prophetę increpatoria, ab illa sua uissima Christi exhortatione, secundum quam in Euangelio vniuersis clamitat, di cẽs, Venite ad me omnes qui laboratis & Mat. 11.
onerati estis, & ego reficiã vos. Tanquam si dicat, Quare curritis post vanitates, & mendacia diligitis, quæ nihil aliud quàm grauissimũ onus adferre possunt conscię tijs vestris? Ad me potius accedite, meq;

diligite, deponentes omne mendacium & E
omne pōdus fecularis vanitatis, vt in me
reficiamini, & alleuientur corda uestra.
¶ Verſ. 4. Et ſcitote quoniā mirificauit do
minus ſanctū ſuū. Preter continuationē
huius uerſus eū præcedēti illa quæ in Elu
cidatione poſita eſt, poteſt aſſignari & alia
non incommodior, in hūc modū. Nequa
quā ô homines diligatis vanitatē aut quæ
ratis mendacium, Scitote enim, qm̄ ille
qui eſt veritas, ipſe ſanctus ſanctorū Chri
ſtus Dn̄s, potius toto eſt corde diligendus
& requirendus, atq; colendus à uobis: quē
Deus pater mirificauit mirabilemque fe- F
cit, & ſuper omnia exaltauit, vt ipſe ab om
nibus diligatur & colatur, qui ſolus potēs
eſt exaudire omnes ad ſe clamantes, & p̄
ſtare omnibus quæcunque poſtulauerint
Quod autem in ſecūda parte dr̄ dominus
exaudiet me cum clamauero ad eum, ta-
metſi ſub prima perſona dicat, intelligit
tamen ſecundum generalitatem, ac ſi di-
ceretur, Dn̄s exaudiet omnē eū qui clama
uerit ad illum. Eſt enim hoc frequēs, cum
quis vniuerſalem uel indifferentem uelit
facere enunciationem, vt de ſua ipſius per
ſona loquatur ſingulariter. Et cum dico, G
Si bene fecero, reddet mihi Deus mercedē
bonam: ſin male, malā, ſub prima perſona
loquendo indico, quid omnibus vniuer
ſaliter ſit Deus bonis atque malis præmli
largiturus. ¶ Verſo 5. Iraſcimini, & noli-
te peccare, Hūc paſſum nonnulli ad mo-
derationem iræ referunt, ſic eum exponē-
tes, Si iraſcimini, uel ſi iraſci contigerit,
cauete ne peccatum fiat ira. i. ne modum
excedat, vt non mora nimia aut exceſſus
furoris tranſeat in peccatū mortis, vt ſere
Ephe. 4. idē ſit q̄ quodā in loco ſcribit Apoſtolus,
Sol non occidat ſuper iracundiam veſtrā H
Verum hæc expoſitio nō ſatis uidetur cō
cordare conſequentibus atq; præcedenti-
bus. Propter quod longe aliam ſententiā
ſequitur Elucidatio. Secundum quam, di-
ligenter attendendus eſt ordo qui in duo
bus his uerſibus, i. hoc præſenti atq; proxi
me p̄cedēti deſcribit̄ ſm̄ quē conuerti de
bemus ad dominū, & illū requirere. Pri-
mum enim iraſci oportet vitæ priſtinæ,
deinde ne ultra addamus diligenter attē-
dere, inſuper exurgentes malos motus (ſi
ue ex conſuetudine malæ uitæ priſtinæ, ſi-
ue ex carnis prauitate) comprimere, & p̄
cōpunctionem extinguere, ut non iterū
excreſcant per conſenſum, ſi permittant
libere exurgere & abſque repreſſione pro
ficere. Hinc verò diligenter operari opor
tet bonitatem, ut vera & perfecta compro Galat. 6.
betur pœnitentia. Amor enim & deſide- Ioan 15.
rium virtutis, ſi operari renuit, neq; verus 2. Cor 3.
amor, neq; verū deſiderium eſt. Operātes Rom. 5.
autē bonum, cauere debēt ne in ſemetip-
ſis fidāt, aut propriis viribus (quaſi iā ali-
quid cęperint eſſe, cum nihil ſint) ſed ſpē
totā habeāt in domino, ſine quo ptorſus
nihil poſſunt efficere, & ex quo oīs eſt eo
rum in bonum ſufficiētia. Vbi verò ſic p̄
dicto & ordinato modo ad dominum ſe
cōuerterint, ſperent in eo fidenter, de ſua
ſalute ſecuri: qm̄ nō illos confundet ſpes
ſua. Cum verò conſequenter ſubiungitur
Multi dicunt quis oſtēdit nobis bona, o-
biectio ponitur hoīum carnalium, ac de-
inde verſu ſequenti eiuſdē obiectionis ſo
lutio, quemadmodum in elucidatione eui
dēter exponit. ¶ Verſu octauo, A fructu
frumenti uini & olei ſui. Nonnulli hunc
verſum de malorum p̄ſperitate exponūt,
referentes ſermonem ad illos multos, de
qbus in verſu ſexto mentio fiebat, q incre
duli & murmuratores dicunt fidelibus,
Quis oſtendit nobis bona? hos dicunt
multiplicari, id eſt, ditari in fructu frumē
ti, uini, & olei, id eſt, per abundantiā rerū
temporalium. In his enim tribus frumen
to, uino, & oleo, omnium rerum tempora
lium abundantiam intelligunt. Hanc ex
poſitionē qui clarius uolet ac plenius co
gnoſcere, videat cōmētarium ſancti patris
Auguſtini, qui eam late p̄ſequitur. No- Auguſt.
ſtra enim Elucidatio, propter connexio-
nē commodiorē, nequaquā iſtā expoſitio
nē p̄ſequit̄ ſed myſtica intelligentia de ſa
cramentis loquitur nouæ legis, quæ per
fructū frumenti, uini, & olei intelligūtur,
ratione quæ inibi exprimitur. Iuxta quā
intelligentiā illud etiā cōuenientiſſime vi-
detur accipi, q̄ populo miſericordiā cōſe-
quuto per pœnitētā p̄dixit Ioel prophe- Ioelis 2.
ta, Zelatus eſt (inquit) Dn̄s ſuper terrā, &
pepercit populo ſuo. Et reſpōdit Dn̄s, &
dixit populo ſuo, Ecce ego mittā vobis fru
mentū, vinū, & oleū, & replebimini in eis,
& nō dabo uos ultra opprobriū in gētib⁹


Nam

Nã q̄ hæc ad nouæ legis beneficia & gratiæ tẽpus pertineant, cõsequentia manifestius demonstrant, quæ de diaboli eiectione & condemnatione, de deserti gentium fructificatione, de Christo doctore iustitiæ, eiusq; prædicatione, euidẽter satisfaciunt mentionem, ac deinde ẽt de spiritus sancti effusione Prophetia subnectitur, quam sine hesitatione Petrus Apostolus in Actis Apostolorum populum Iudæorũ alloquẽs, ad tempus nouæ legis asserit pertinere. Iuxta hanc item nr̃am interpretationem, venerabilis Ecclesiæ doctor Thomas Aquinas, in officio sanctissimi Eucharistiæ Sacramenti, pra sentem uersiculum accõmodat, in Antiphona quã huic Psalmo præcinendã præmittit. Antiphona aũt hmõi est, A fructu frumenti & uini multiplicati fideles in pace Christi requiescũt. Quod aũt oleũ omiserit, nihil moueat: qm̃ ad Eucharistię sacramentũ( q̄ ille laudabat) nõ attinet ¶ Versu penul. In pace in idipsum dormiã Nota, q̄ prisci illi Patriarchę atque Prophetę, qui longe ante Christi aduentum præcesserunt per multa secula, qbus nõ est datũ videre ea quę oculi nostri viderũt, atq; etiãsi uident in tpe hoc gratię & nouę legis, fuerunt tã illuminati à Deo de venturis illis nouę legis mysteriis, per quę futura erat salus & redemptio generis humani, & gratia copiosa credentibus cõferenda, cũ abundantia spiritualium bonorũ: sicq; ea quę in tpe nouę legis futura erãt, per fidem velut à longe aspiciẽtes, in pace quieuerunt: quemadmodũ de Abraham, Isaac, & Iacob ait Paulus, q̄ iuxta fidẽ oẽs defuncti sunt, nõ acceptis repromissionibus, sed à lõge eas aspicientes, & salutãtes. Quieuerunt aũt in pace, iuncti p fidẽ & spem pariter cũ illis suis posteris venturis in tpe gratię, id est, nobiscũ, q ea quę illi vt uentura credebant, nunc credimus & confitemur impleta. Et quemadmodũ nos in fide securi quiescimus (Dño vocante) in spe eius quę iam impleta est redemptionis humanę: ita & isti in pace pariter nobiscum quiescebant securi, propter fidem & spem eorũ quæ certissimò ventura & suo tpe implenda credebãt. Vnde Patriarcha Iacob, cõgregatis in nouissimo filiis, hanc suæ spei securitatẽ protestando, dicebat, Præstolabor salutare tuũ Dñe. Et Tobias sanctus mortis proximus in spiritu cernens decorẽ ædificandę Hierusalẽ, id est, Ecclesiæ sanctæ, similiter dicebat exultãs, Beatus ero si fuerint reliquiæ seminis mei ad uidẽdam claritatẽ Hierusalem. Et iterũ, Ego aũt & aĩa mea gaudebo in Dño. Imo & Balaam ille iniquus auaritiæ seruus, finem uenturum iustorum non ignorabat, cum diceret, Moriat aĩa mea morte iustorũ, & fiãt nouissima mea horum similia. Scdm hunc itaq; modũ illuminatus de uenturis Propheta David, dicit in pace pariter requiẽ acceptur um, eo q̄ peculiari mõ esset ex Deo factus securus de beata sua resurrectione & glorificatione, non minus q̃ si oĩa salutis humanæ mysteria ipse oculis corporeis fuisset contẽplatus: id quod in alio psalmo apertius confitetur, dicens, Credo uidere bona Domini, in terra viuentium.

Act. 2. — Thomas Aquinas — Hebr. 11. — Gen. 49. — Tob. 13. — Num. 23 — Psal. 37.

## QVINTI PSALMI ARGVMENTVM.

*Psalmus qui sequitur, formã aptã dat orandi iis qui in tribulationibus aut tẽtationibus positi, vim patiũtur ab aduersantibus siue uisibilibus siue inuisibilibus persequutoribus In quo iustus primũ orõnẽ suã petit exaudiri, quam mane ante cõspectum Dei se exhibens, in discussione uitæ suæ, offert Deo Et quia illum nouit super omnia odisse operarios iniquitatis, ab eorũ numero se per conscientiæ bonæ testimonium separans, confidenter ante Dei præsentiam ingreditur, cœlestem Dei ducatum atq; directionem fiducialiter postulans, propter inimicorum suorum quã proponit peruersam malitiam, quorum optat & orat cogitationes decidere & irritas fieri Iustis autem in domino sperantibus Lætitiam & exultationem, & diuinam erga seruos suos tutelam atq; custodiam pronuncians, ita terminat vocem orationis pariter atq; confessionis suæ.*

## V. PSALMI ELVCIDATIO.

VERBA *mea auribus pcipe Dõmine:* Verba orationis meæ qbus oro ad te in tribulationibus & tentationibus cõstitutus, ascẽdant ad te Dñe & ad aures

tuas ea fac peruenire, ut audias & exaudias orantem : E

* *intellige clamorem meum.*

vocem orationis meæ qua clamo ad te, tu Dñe attende & considera, ut exaudias.

2 *Intende voci orationis meæ, rex meus & Deus meus.*

Neque auertas te ab oratione mea, sed intentius esto ad uocem meā qua oro ante cōspectum tuum, tu qui es rex meus cui milito, & Dominus Deus creator atque redēptor meus cui seruio.

3 *Quoniam ad te orabo Domine,*

Ecce n. orationem meā ad te leuabo Dñe, in te spem omnem habens atque fiduciā, qui es Deus vnus, & verus, solus me potēs adiuuare in omnibus necessitatibus: F

* *mane exaudies vocem meam.*

tu me exaudies tibi supplicantem ipse matutino, ipse orationi accōmodo & oppurtuno: qñ nimirū tranquilla & pacata sunt oīa, & ad oīonem est aīa accommodatior. Mane etiam cum illucescere cœperit intra animam meam lux salutaris gratiæ tuæ, quæ me ut oportet orare doceat.

4 *Mane astabo tibi, & videbo.*

Rom. 8. Matutino ipse curabo me tibi præsentem, exhibere, & ante conspectum tuū per mentis eleuationem constituere, qñ diuinis rebus contemplandis atque percipiendis liberius vacare possunt homines: & tūc cōtemplabor, peruidebo, & diligenter considerabo tam ea quæ ad tuam veritatē spectant, quàm ea quæ ad meę uitę munditiam, vt mundus tibi assistam, G

* *qñ non Deus volens iniquitatem tu es.*

Tu es enim Deus qui turpitudinē peccati, & oēm iniquitatis immunditiam nō tm̄ nō diligis, sed habes ēt odio: pp quod eos qui se ante cōspectū tuū exhibere volūt, diligenter contēplari oportet & peruidere, ne quid forte lateat in occulto, quod oculos tuæ maiestatis offendat. H

5 *Neque habitabit iuxta te malignus :*

Neque qui quā peruersus intromittet ad habitationē tuā gloriosā, vt tua fruatꝰ gloria, neq; tu quenquam eorū qui operanꝰ malum fouebis quasi domesticum tuum,

* *neque permanebūt iniusti ante oculos tuos,*

neque perstabūt impii isti ante oculos beneplaciti tui, sed à conspectu gloriæ tuæ proiicientur & perdentur in tenebras exteriores, perpetuò diuisi à conspectu tuo.

6 *Odisti omnes qui operantur iniquitatem,*

Tu, cum sis summe bonus & pfectissima omnino bonitas, malitiam contrariam habes exosam, & omnes qui operanꝰ eam (quatenus iniquitatis operarii sunt) abominaris.

* *perdes omnes qui loquuntur mendacium.*

sempiterna damnatione perire facies oēs eos qui fraudem & mendacium loquuntur vel agunt ad deceptionem proximorum suorum

7 *Virum sanguinum & dolosum abominabitur Dominus.*

Hominem sanguinis appetitorē qui oblectatur in sanguinis effusione, & ī nece hominū, itē & eū qui fraudibus ac dolis occupatur ad insidiandum proximis, & inferenda quęlibet nocumenta per astutiam suam, hmōi detestatur atque execratur Deus, qui ex sua natura clemētissimus est, etiam inimicorum in se peccantium mortem nolens, & omnis ęquitatis atque veritatis amator, fraudem & iniustitiam super omnia habens exosam,

* *ego autē in multitudine misericordiæ tuæ*

Ego verò ex dono gratię tuę nullius horū mihi conscius, & pm magnitudinē misericordię tuæ à mortalibus hisce pestibus (testimonium mihi perhibente diligenter perquisita conscientia) immunis, confidens in misericordia tua quæ est magna nimis. Ezechiel 33. & 18.

8 *Introibo in domum tuam,*

Audebo fiducialiter exhibere meipsum cōspectui tuo; & ingrediar in domum sanctā tuam, siue eā quam in cœlis inhabitas spiritu mētis in illam ascendens, siue eam q̄ in terris nomini tuo, & cultui est speciali us dicata per corporis ingressum,

* *adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.*

illicq; siue mentis siue corporis præsentia constitutus, adorabo te Dominum cum timore & filiali reuerentia, in uera humilitate cordis mei, nunc quidem tuam gloriā collaudando, nunc de beneficiis gratias agendo, nunc deprecando pro peccatorū remissionibus, nunc pro ereptione clamādo de periculis atque aliis necessitatibus.

9 *Domine deduc me in iustitia tua propter inimicos meos,*

Esto

Esto mihi Domine Deus dux itineris, & A par viam iustitiæ tuæ in obseruatione præceptorum tuorum me dirige, propter eos qui mihi in via hac aduersantur quærentes suis prauis suggestionibus & assiduis tentationibus varijs modis à via iustitiæ me in peccatum pertrahere:

* *dirige in conspectu tuo viam meam.*

& vt periculum quod ex horũ acerba malitia mihi imminet, valeã tuo auxilio euadere, dirige tu Dñe per ducatũ cœlestis luminis tui viam vitæ meæ in beneplacito tuo, vt coram te ambulẽ fiamq; perfectus.

10 *Quoniam non est in ore eorum veritas:* B
Est enim malitia aduersariorum meorũ (peruersissimorum dico dæmonum, & hominum prauorum, qui ministri sunt & membra eorum) magna & crudelis valde; Quoniam nõ veritatem neque iustitiam loquuntur, aut suggerunt, sed quæ vana sunt iniqua & impia semper proponunt & suadent:

* *cor eorum vanum est:*

neque id mirum, quandoquidem intima quoque eorum plena sunt vanitate & peccati desiderio.

11 *Sepulchrum patens est guttur eorum.*
Guttur eorum quasi sepulchrũ patens est, eructans eam quã in se habet fœtoris turpitudinẽ, & ad vorandum atque suscipiendum in mortẽ semper apertum. Sic enim peruersi dæmones pleni omni spurcitia, & fœtorem exhalant atq; euomunt bonis intolerabilẽ, & semper ad vorandum bonorũ animas auidi existunt, & insatiabiles:

* *linguis suis dolose agebant:*

per linguas quoque suas, quo magis decipiant, dolose loquuntur, dum blãdis suis suggestionibus proponunt hoĩbus quę videntur dulcia atque carni suauia, interdũ etiam quæ spiritui videntur secundũ speciem bona atque vtilia, vt ita tandem sub boni specie fallant, & incautos in sepulchrum mortis conijciant:

* *iudica illos Deus.*

Tu verò pro seruis tuis pugnãs Deus omnipotens, destrue potestatem illorum: & pro nobis faciens iudicium, condemna illos, qui violentiam eorum tua potentia facillimè valles compescere, & dolos tua sapientia depellere.

12 *Decidant à cogitationibus suis.*

Fac tuo iusto iudicio Deus omnipotens, frustrentur ipsi in consilijs suis, quæ cogitauerunt cõtra seruos tuos, vt in effectum suas prauas machinationes nequeant perducere:

* *secundum multitudinem impietatum illorum expelle eos:*

iuxta multitudinẽ & pp multitudinẽ iniquitatũ quas cogitauerunt à cõspectu tuo in sempiternum proijcies eos, & à consortio seruorum tuorum quibus aduersati sunt eliminabis eos in æternum.

* *quoniam irritauerunt te domine.*

quoniam non aduersus homines solum, sed & aduersus tuam gloriam machinati sunt & rebellauerunt, atq; ad iracundiã te prouocauerunt, ex sua peruersa malitia conati tuam gloriam facere irritam.

13 *Et lætentur omnes qui sperant in te, in æternum exultabunt, & habitabis in eis.*

Ex aduerso verò qui crediderunt & sperauerunt in te domine serui tui, ipsi non expellentur à conspectu tuo, sed lætitia sempiterna lætabuntur corã te, ineffabili gaudio tripudiabunt in præsentia diuinæ maiestatis tuæ: & tu inhabitabis in medio eo-
C rum, futurus eis sempiterna lætitia, & gaudium æternum, & author indeficiens omnis boni, quasi Dñs in medio fideliũ seruorum suorum, imo quasi pater in medio filiorum accumbentium mensæ tuę.

14 *Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum:*

Et magnificè atque gloriose lætabuntur in aspectu atque fruitione vultus tui, omnes qui nunc verò amore diligunt sanctũ nomen tuum,

* *quoniam tu benedices iusto.*

tu es enim Deus optime, qui benedictio-
D nem plenissimam illã dabis omnibus in iustitia nunc tibi famulantibus, quemadmodum in vita pręsenti gratiæ tuæ benedictionem eisdem conferre voluisti.

15 *Domine, vt scuto bonæ voluntatis tuæ, coronasti nos.*

Tu Dñe, beneplacito bonę volũtatis tuæ, nos tibi seruire cupientes ad modũ scuti protegendo, ex omni parte circundas atq; circuncingis protectione tua, ne alicunde malum nobis valeat aut nocumentum accidere. Tua namq; erga seruos tuos bona voluntas, & tuus erga nos affectus bonus

atque benigna dilectio est nobis quasi scu tum & tutamentum, quo ab oībus malis saluamur, & in vitam æternam illæsi atque salui perducimur.

ANNOTAT. IN PSAL. V.

VErsu quarto, Mane astabo tibi & videbo qm̄. Secunda pars huius versus potest vel diuisim legi, vt quoniam sit coniunctio causalis, quomodo in Elucidatione declaratum est, uel etiam cōiunctim cum verbo videbo, vt sit sensus, Mane astabo tibi, & tum videbo, considerabo, speculabor & contemplabor, ꝙ tu sis Deus nolens iniquitatem. Cum enim in tranquillitate mētis ponitur homo, abiectis & eliminatis omnibus passionibus perturbantibus, illucescēte fulgore superni luminis, tunc contemplatur homo purius, & videt limpidius quæ de Deo in hac mortali vita cognosci possunt. Et frequenter quidē dū in perturbationibus sūt homines, dū feruet in eis passionum impetus, male iudicant, ꝙ velit iniquitatē Deus, aut impios diligat siue foueat: eo ꝙ illos in malis suis ita toleret, vt à non intelligētibus diuina consilia videatur fauere illorū impietatibus. Verū qui mane Deo astiterint, videbunt & intelligēt longe aliter rē habere, Deumq; vt ipse sanctus est, ita & in alijs diligere sanctitatē, & eā requirere, ac nequaquam fouere apud sese peccatores. Prior tñ sententia plenior videtᷣ, & magis literæ accommoda. ¶ Versu 7. Virum sanguinum & dolosum abominabitur Dñs. Virum sanguinum interpretati sumus hominem sanguinis innoxii appetitorē & effusorem, cuiusmodi sunt homicidæ & tyranni crudeles: ut Saul & complices eius, qui innocentis Dauid ratiopete cupiebant & quærebant sanguinem fundere. Cui expositiōi aperte fauet Chaldæa Paraphrasis, ita hoc loco habēs, Hominē effusorem sanguinis mūdi, & dolosum, longe propellet Deus. Et ſm hanc intelligentiā, maledicus ille Semei exclamabat aduersum Dauid, ꝙ vir sanguinum esset: hoc mirum illi ad contumeliā improperans, ꝙ prælia dñi fuisset præliarus, & hostes populi Dei interfecisset, iuxta voluntatē dñi, in ore gladii, ipiorū scilicet E ex uoluntate dñi interfectionē, homicidia iudicans. Posset tñ, generaliori acceptione, per virum sanguinū quilibet peccator intelligi: qm̄ noīe sanguinū significari peccata in scripturis, non est absonū: vt Psalm. 50. Libera me de sanguinibus, Deus Deꝰ salutis meę, i. de peccatis. Quę, quanam rōne sanguinū nomine appellentur, iam citato loco requite. ¶ Versu 9. Dñe deduc me in iustitia tua pp inimicos meos, Particula propter inimicos meos in medio posita, pōt cum præcedētibus con iungi, quam cōnexionem habet elucida- F tio, ad hunc modū, Dñe deduc me in iustitia tua pp inimicos meos: ac deinde: dirige in conspectu tuo uiam meam. Pōt & ad sequentia connecti hoc modo, Propter inimicos meos dirige in cōspectu tuo viā meam. Vtraq; aūt connexio eandē habet sententiam. neq; altera alteri ulla rōne præferenda uidetᷣ, nisi ꝙ prior uulgatior & vsitatior est, quam B. August. sequitur. ¶ Versu 10. Qm̄ non est in ore eorū ueritas. Recta est in hoc versu partium cōsequutio Nam secunda prioris rōnē reddit. Quod. n. nō sit in ore impiorum ueritas, G manifestum est, hoc ex cordis defectu procedere. Nam (veritate teste) ex abundantia cordis os loquitur. Et sicut bonus homo de bono thesauro pfert bona, ita malus de thesauro suo profert mala. Et iterū ait quibusdam mendacibus veritas: Progenies viperarū qūo potestis bona loqui, cū sitis mali? Itaq; non est in ore impiorum veritas, qm̄ nec est in corde: sed qūo cor eorū vanum est, ita & os non aliud q̄ vanitatem pōt eloqui. Recte aūt huic consonant & alia ueritatis uerba, quibus diabolum asserit mendacem esse, & patrē mendacij, ac tum demum ex proprijs loqui, cū H mendacium loquitur. Et qūo ipse mēdax est, paterq; mēdacii, sic & vniuersos quos possederit vanos & mendaces facit. Potest autem hoc loco ueritas accipi, vel ea q̄ ad intellectum spectat, opposita falsitati: vel ea quę ad effectum seu mores ptinet, quæ cum iustitia eadē, opponitur uanitati siue iniustitiæ. Nā & veritas & uanitas, utroque horum modorum reperiuntᷣ in vsu scripturarum posita. Et quidem in pręsenti loco vtraque sententia ueritatē ex ęquo habet. Nam falsa loquūtur mendaces dæmones

Psal. 5.o

Matt. 12.
Lucæ. 6.
Matt. 12.
Ioan. 8.
2. Reg. 16.

dæmones in cordibus hominū, quoties ea de proprio loquuntur: loquuntur etiā ac suggerunt impia, quæ contra Deum existunt. Quemadmodum (exempli gratia) cū primo homini sub serpentis specie loqueretur ille inuentor peccati, mēdaciū non simplex multiplicemq; falsitatē eloquebatur, dicens nequaquam ipsos morituros, si de vetito ligno ederent, sed futuros quasi Deos. vanitatem autē & impietatem loquebātur, qm̄ ad inobedientiam creatoris sui iniqua suggestione creaturā excitauit. Ex Hebręo tñ magis videtur de vanitate iniustitię fieri sermo, q̄ de falsitate. Vnde Felicis versio habet, Non est in ore eorum rectitudo, intima eorum prauitates: quod manifeste respondet intelligentiæ prædictæ quam etiam solā exprimit Elucidatio. ¶ Versu 11. Iudica illos Deus. Sciendum est verbum iudico cum accusatiuo positum, aliquādo in bonam partem sonare, quemadmodum Psalmo
Psal. 7. 7. Iudica me Domine secundum iustitiā
Psal. 31. meam, & alibi, Iudica me Domine, quoniam ego in innocentia mea ingressus
Psal. 64. sum. Ac rursum, Iudica me Deus, & discerne causam meam: hoc est, pro me fac iudicium, causam meam diiudica. Aliqñ verò in malam partem sonat: vt in proposito
Psal. 43. loco, Iudica illos Deus: & alibi, Iudica domine nocentes me, expugna impugnantes: & alijs plerisque in locis, hoc est, fac iudicium aduersum illos, ad illorū cōdēnationē, siue fm̄ tuum iustū iudiciū redde illis mercedē dignam. Iustos ergo & bonos iudicat Deus, sed nimiū differē ter, nimirum pro bonis in sa lutē, aduersum malos autem in perditionem. ¶ Versu vltimo, Domine vt scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos. clarior foret oratio, si ita diceretur, Domine bona voluntate tua, vt scuto, coronasti eum. Atq; in hunc modum habet versio Felicis, ex Hebræo. Sicut scuto, dilectione coronabis eum. Aut sicut scuto placabili & beneuola voluntate circundabis eum. Cui & paraphrasis Chaldaica consentit. Veluti clypeo, voluntate bona coronabis eum. Atque in hanc sententiam accipi oportet B sermonem lectionis nostrę. Dei enim beneplacitum siue placabilis volūtas, & benignus respectus super seruos ipsius, quasi scutum est, clypeus & munimentum, quo protegitur homo, & defenditur in vitam æternam. Videtur autem coronare hoc in loco idem valere quod circundare, siue circuncingere, in modum videlicet coronæ, quæ ambit & circundat caput: quemadmodum in historia libri Regū legitur de Saul & viris eius, quod circumcingebant Dauid in modo coronæ. 1. Re. 23
Atque huic intelligētiæ consonat, quod C Felix pro coronare putat verti posse circundare. Qui tñ voluerit intelligere de præmio coronæ & gloriæ æternæ, dicet, bona voluntate Dei iustum vt scuto siue clypeo coronati, qm̄ Dei in electis suis beneplacitum est, quo velut clypeo ac scuto ab omnibus malis ipsos protegente, ad percipiendam propositam bonis operibus coronam perueniunt. Prior tamen expositio, minus coacta videtur.

## SEXTI PSALMI ARGVMENTVM.

*Psalmus iste (qui inter pœnitentiales psalmos, iuxta Ecclesiasticā consuetudinē, primus ponitur) aptissimam dat formam pœnitentibus, ad Deum se post peccata conuertere volentibus. Considerans namque peccator turpitudinem peccati sui, timere incipit iram Diuini iudicij pro cuius amotione primum Deo supplicat, ne cum damnatis in furore & ira puniatur: suamque infirmitatem proponens, & multiplicem peccatī miseriam, medelam sibi poscit atque auxilium impendi, priusquam anima peccatis grauata descendat in infernum, vbi Diuinitatis non est confessio. Atque vt exaudibilior fiat oratio, suæ pœnitentiæ luctum & afflictionem commemorat, metumque Diuinæ vltionis, quo se asserit conturbari. Verum quia ex diuina pollicitatione lugentibus promittitur subsequutura consolatio, post vocem fletus, spe veniæ concepta, in Deum resumpta fiducia, inimicos omnes à se abigit: & operarijs iniquitatis, quibus ante seruierat, aut certe consenserat in malum prorsus renunciat, eisque confusionem de machinato sibi malo optat, atque prænunciat in sua salute, quam exauditus sperat.* Matt. 5.

VI. PSALMI ELVCIDATIO.

DOMINE *ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me.*

Domine ne quasi furibundus & implacabiliter iratus me arguas, aut confundas in nouissimo die: neque quasi iratus iudex in seueritate iustitiæ tuæ me punias sed si quando exigentibus iniquitatibus corripere aut arguere uolueris seruum tuum, quæso, id facias correptione paterna in amabili misericordia tua, quomodo filios tuos corripere es solitus, non autem in iudicio seueræ ultionis tuæ: quemadmodũ illis facies, quos in nouissimo in ira, & furore tuo, æternæ dãnationis gladio es percussurus.

2 *Miserere mei domine: quoniã infirmus sũ.*

Et quanquam culpis meis exigentibus, secundum districtionem iustitiæ tuæ dutiora commerui, tu tamen piissime Deus mecum age suauiter & misericorditer attendens infirmitatem & fragilitatem meam quam & ego humiliter agnosco, & tu qui vides omnia non ignoras:

* *sana me domine,*

à qua infirmitate & debilitate te precor (q solus medicus es & curator animarũ) vti sanes languentem animam meam: per medicinalẽ gratiã tuã, & peccatorũ lãgnores ac vulnera auferẽdo, & ad operãda quę recta sunt interius me corroborando.

* *quoniam conturbata sunt ossa mea.*

Quantotius (inquam) adhibe medelam, quoniam iã debilitatus sum valde, etiam usq; ad ossa & omnem uirtutem, ita ut vix quicquam in me remanserit virium.

3 *Et anima mea turbata est ualde:*

Animæ quoq; uirtutes debilitate sunt valde, neque quantum ex me ulla viderur supetesse vis ad bene agendum, ut penitus mihimetipsi diffidens, omnem spem in te cogar proiicere:

* *sed tu domine usquequo?*

Tu verò Domine, quousque tandem differes auxilium tuum? cur tandiu miserum relinquis viribus & cõsolatione priua:ũ?

4 *Conuertere Domine,*

Obsecto domine, ne ultra differas, ne tardes amplius, sed ad me iã pœnitentẽ conE uerte benignum aspectum tuum, quem a me peccante iuste auertetas,

* *& eripe animam meam.*

& animam meam libera de peccatorũ vinculis, de iugo mortis & captiuitate diaboli in quo per peccatum meipsum neqter conieceram:

* *saluum me fac propter misericordiam tuã*

atque ab his per peccatum remissionem, & gratiæ tuæ largitionem liberum me facias ac saluum, nõ propter m ea Deus merita, sed propter magnam & infinitam misericordiam tuam.

F 4 *Quoniã nõ est in morte qui memor sit tui*

Ecce enim inter eos qnos mors æterna possidet, nemo memor est noĩs tui, ad te honorandũ adorandnm, nel landandum:

* *in inferno autem quis confitebitur tibi?*

& in profonda inferni fouea non inuenitur qui voluntariam landis confessionẽ, aut gratiarum actionem det gloriæ tuæ, vbi blasphemis, fletibus, & dentium stridoribus plena sunt omnia, & omnis vox laudis audiri non potest. Atque ob hoc quæ vtilitas erit tibi spirituũ patri ex vita mea, si nunc in peccatis persistens in infernũ

G tandem cum illis demergar? Pręstat profecto, vt de morte ad vitam transferas animam meam, quo sic in ea & nunc in perpetuum glorificetur nomen tuum.

6 *Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum: lacrymis meis stratum meum rigabo.*

Et vt facilius flectatur ad parcendum misericordia tua, vide Domine afflictionẽ pœnitentiæ meæ, quemadmodum gemitibus atque suspirijs propter peccata mea fatigor, neque adhuc cessare volo, sed per noctes singulas in amara recognitione pec-

H catorum fletibus abundanter madefaciam lectum meum, & lachrymis copiosis humectabo locum quietis meæ, etiam nocte (quę tamen quietis est tempus) lachrymis non abstinens, & neque lectulo (quiest requiei locus) à fletibus parcens.

7 *Turbatus est à furore oculus meus:*

Oculus quoque interior mentis meæ debilitatus est & conturbatus à cõsideratione iræ tuæ, & vindictæ quæ propter culpę meæ demeritum, secundum districtionẽ iustitiæ tuæ, super me ventura erat:

* *inueteraui inter omnes inimicos meos.*

nimium

nimium perseuerani, ac veluti consenui in consortio peruersorum dæmonū atq; prauorum hominum, omnium inimicorū meorū atq; ab eis velut ad finem deductus sum, & ad vltimum vsque vitium cōsumptus. Citò enim ad finem perducetur & consumptus inuenietur, qui inter tam edacissimos voratores ad paululū permāserit. Vox eius qui post luctum, spe veniæ & diuini auxilij per Deum reddita, fidenter pellit aduersarios.

8 *Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem.*

Tandem verò luctu finito, resumpta in Deo meo fiducia, procul abire iubeo, & quam longissimè à me recedere omnes operarios iniquitatis, cū qbus amodo prorsus nihil volo habere cōmercij, quib. vltra assimilari nolo, quibus amplius cōsenium in malo nullū dare decreui ac statui.

* *quoniā exaudiuit dominus vocē flet⁹ mei*

iam enim testimonium mihi perhibente conscientia, confido esse exauditum à Domino fletū meū, & lachrymas pœnitētiæ meæ atque ob hoc indignum fuerit, vt ad ea quę mihi iam misericorditer sunt dimissa peccata, iterum turpiter cōuertar.

9 *Exaudiuit Dominus deprecationē meam.*

Exaudiuit benignus Dominus, qui mortē non vult peccatoris, deprecationem meā qua illum pro peccatorum dimissione & languorum curatione sum deprecatus.

* *Dominus orationem meam suscepit.*

benignissimus Dñs (vt iterum repetā ad gaudium, quod semel dixisse animo lætanti parum videtur) orationem meam non repulit, sed acceptauit & exaudiuit eam.

10 *Erubescant & conturbentur uehementer omnes inimici mei: conuertantur, & erubescant ualde uelociter.*

Confundantur proinde & conturbent & tabescant, præ confusione, odio & inuidia, omnes inimici mei qui perdere quærebāt animam meam: conuertantur (inquam) retrorsum quantocius, & celeriter ad pręsentiam cęlestis auxilij inpedātur ab effectu operis sui, vt nō potētes preualere in eo quod cœperant, turpiter confusi erubescant: cum me quem mortis ditioni destinauerant, diuina gratia conspexerint ad uitam redijsse.

Ezech. 18

## ANNOTATIONES IN PSALMUM SEXTUM.

Versu primo, Dñe ne in furore tuo arguas me. Corripit siue arguit Deus aliqn̄ correptione misericordiæ, aliqn̄ correptione iustitię. Correptione misericordiæ arguit siue flagellat nonnunquam ēt innocentes, tantum ob probationē & meriti accumulationē: nonnunquā verò propter ultionē commissę iniquitatis, à qua p correctionē hmōi quærit eū qui peccauit, sed pdestinatus est à prauitate retrahere. Vtrūque aūt hoc flagellum, misericordię est & paternę disciplinæ. Pater enim nonnunquam seuerius agit cum filio, solum ut probet animum eius, & bonum faciat meliorem, uel certè in uirtute custodiat iuxta illud sapientis, Filij tibi sunt, erudi illos, & curua illos à pueritia eorū. Filiæ tibi sunt, serua corpus illarum: & nō ostendas hilarem faciem tuā ad illas. Nōnunquam verò, ut peccatum filij puniat, & castigatum emēdet. Correptione autē iustitiæ arguet Deus in futuro iudicio, & flagellabit impios uniuersos: nonnullos verò ex eis etiam in pręsenti tempore, quē admodum obduratum Pharaonē, impiū Antiochum, & superbum Herodē. Atque hoc est, argui in ira & furore. Prius autem in misericordia & dulcedine paterna. Nō ergo simpliciter orat uir iustus, oīno nō argui, oīno nō corripi (Quis.n. filius, ut ait Apostolus, quē nō corripit pr. Etsi extra disciplinā estis, ergo adulteri & nō filii estis) sed tātū nō argui in ira & furore. Argui autem in misericordia, etiam optare debemus: iuxta quod in alio Psalmo dicitur. Corripiet me iustus in misericordia, & saluabit me. ¶ Versu secundo. Miserere mei dñe qm̄ infirmus sum, Solent qui misericordiam petūt in sua postulatione adducere, quicquid offensum potest placabiliorem efficere, & ad citius dimittenda cōmissa facilius inflectere. Habet autem homo quasi pręcipuū quod ita adducat, fragilitatem & imbecillitatē carnis suæ; quoniam videlicet caro est, ad omne malum procliuis ab adolescentia sua, habens quidem ad male faciendum ex se potestatem, & occasiones atque adiutoria plurima, ad bonum uerò piger existens, & nimia diffi-

Eccl. 7.

Exod. 14.

2. Mac. 9

Act. 12.

Heb. 12

Psa. 140.

Gene. 8.

cultate

cultate boni quicquã operãs. Iuxta quod E apud Esaiam dicitur, Vę vobis qui poten tes estis ad bibendũ vinum, & viri fortes ad miscendã ebrietatem. Item, Sapientes sunt vt faciant mala, bene aũt facere nescierunt. Hæc certè infirmitas, fragilitas, & debilitas magna, est toti generi mortalium ex suæ conceptionis vitiata origine insita, & ita medullitus impressa, vt vix vn quam hoĩem relinquat, imò vox post mul tos eosq; diuturnos nimiũ labores superare illã contingat: nisi quos Dei gratia in bono iam confirmatos, ab ea fecit liberos. Hanc aũt infirmitatem supplicantes F Dño proponimus: non quidem ad excusandas excusationes in peccatis nostris (Nequaquam enim id Dei misericordiã erga nos flecteret, quin potius cõtra nos Dei iustitiam prouocaret) sed tantum in hoc, vt nostra imbecillitate considerata, ad miserendum efficiatur pronior, ac facilius impetremus veniam. Nam vbi illectamenta ad peccatũ minora fuerint inuenta, peccatũ ipsum (vt magis voluntariũ) maioris solet æstimari, & remitti difficilius: vbi verò maiora incitamenta, minus solet ponderari offensa, & facilius di G mitti. Propter quam causam Sapiens tria mala ꝓponit maximè execrabilia, aduersum quæ peculiari odio aĩam suam asserit commoueri. Tres (inquit) species odiuit aĩa mea, & aggrauor valde animæ illorũ: pauperem superbum, diuitem mendacem, & senẽ insensatum. Pauper enim; qm̃ minus habet causæ ad sese efferendũ, cũ vel sola paupertas merito suadere debeat humilitatem, idcirco ipsius superbia magis est detestabilis q̃ si diues superbiat qui ex diuitijs nonnullam vr̃ occasionẽ habere sese offerendi. Sic econtrario, di H ues si mentiatur non habet excusationẽ, cum mendatio non egeat qui sat habet. Pauper verò, vt ditescat, & rẽ faciat, si mẽdacium aliquod proferat, causam aliquã videtur suo mendacio prætexere, egestatem & penuriam, Nam (iuxta Sapientis sententiam) multis peccandi occasio est egestas. Sic adolescens indisciplinatus & non intelligens, ob defectum experientię & temporis breuitatem, simulq; complexionis & concupiscentiæ ardorẽ, videtur nonnullam habere excusationẽ, & toleratur in insipientia spe melioris profectus: puer aũt centum annorũ, nullã habet honestam excusationem, neque vllo modo valet vltra tolerari, pp quod à Dño asseritur maledictus. Et fm hunc fere modum, quemadmodum pauper mendax ad sui mendacij faciliorem dimissionem allegare potest quodammodo suam penuriam, non tamen inhonestam excusationẽ (nemini enim ad peccandum vlla potest esse honesta excusatio) sic & peccator homo veniã postulans, Deo rectè potest proponere suã infirmitatem & fragilitatẽ. Vnde Psalmo 102. vbi de misericordijs Dñi maximis erga genus humanũ fit sermo, quasi in causam subiungit humana infirmitas: Non (inquit Propheta) fm peccata nostra fecit nobis, neque fm iniquitates nostras retribuit nobis. Qm̃ fm altitudinem cęli á terra, corroborauit misericordiam suam super timentes se. Quantum distat ortus ab occidente, longẽ fecit á nobis iniquitates nostras. Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est dñs timentibus se, qm̃ ipse cognouit figmẽtũ nostrum. Recordatus est qm̃ puluis sumus, homo sicut fœnum, dies eius tanquã flos agri sic efflorebit. Qm̃ spiritus pertransibit in illo, & non subsistet, & non cognoscet amplius locum suũ. Et iterum in alio Psalmo, Ipse aũt est misericors, & propitius fiet peccatis eorũ, & nõ disperdet eos. Et abundauit vt auerteret iram suam, & non accendit omnem irã suã: Et recordatus est quia caro sunt, spiritus vadens & non rediens. Quod aliqui ad corporalem mortẽ absque reditu: alij verò fm mysticã intelligẽtiam, ad hominis in malum potestatem, non autem ex se in bonum, pertinere dicunt. Vtrumq; autem Dei misericordiã inclinat ad propitiãdum infirmo nostro generi. In parte aũt sequenti suum languorem aperit medico, dicens, cõturbata esse ossa sua & animam suam, pp quod medelam postulat, dicens Sana me domine: pro quo vertit Felix, Medere mihi dñe. ¶ Versu tertio cũ dicit, Sed tu domine vsquequo? sententia sic incõpleta per eclypsim, aliquid subaudiendum postulat, ad hunc modum: Vsquequo sic me conturbatum & miserum relinques? vsquequo nõ respicies? vsque-

quo

Marginal notes: Esaiæ. 5. Hiere. 4. Eccl. 25. Prou. 30 Esa. 65. Ps. 102. Psal. 77.

quo differes adhiberem edclam? Quod nõ ita dr̃, quasi postulet ipse diem sibi aut tẽpus miserationis per responsionem determinari, sed tãtum ut sit indicium affectus magni, acceleratióque petentis diuinæ misericordiæ: quemadmodum in alio pœnitentiali psalmo dicit apertius, In quacunque die inuocauero te, velociter exaudi me. Magnam autem emphasim habent & miram explicãt effectus vehementiam huiusmodi breues & celeres interrogationes, ita per abruptionem & defectum positę. Indicant enim quasi plenum amaritudine animum, non valentem præ plenitudine qui latet, dolorem, vel liberationis desiderium exprimere. ¶ Versu quinto. In inferno autẽ quis confitebitur tibi? Confessio in scripturis duplex inuenitur, altera laudis, altera pęnitentiæ, peccatorum scilicet agnitio. De priori dr̃: Confitebor tibi domine in toto corde meo, narrabo omnia mirabilia tua: & q̃m audisti omnia verba oris mei. Et iterum. Nam & ego confitebor tibi in uasis psalmi ueritatem tuam Deus: atque ita in aliis locis quã plurimis. De altera dicitur. Num. 2. Confitebũtur peccatum suum: ubi idem habetur uerbum in Hebræo, quod hoc in loco ponit. In præsenti autem loco, utraque confessio potest intelligi. In inferno enim neque est confessio laudis diuinę: q̃m (ut in alio psalmo dicitur) non mortui laudabunt te dñe, neque omnes qui descendunt in infernum. Sed nos qui uiuimus benedicimus dño. Neque rursum illic esse potest confessio peccatorum, ubi perpetua obstinatio est, ac proinde nulla pœnitentia, qua ad Deum ualeant conuerti. Tempus enim pœnitentiæ quo se valet homo ad Deum conuertere, nunc voluitur, neq; ultra hoc seculum extenditur. Propter quod, in inferno (vbi tempus ultra non erit, sed horribilis tenebrarum ęternitas) nõ inuenitur peccatorum talis confessio, quæ ad pœnitentiam salutarem pertineat. Videtur tñ magis de confessione laudis sermo fieri, cuius solius meminit Elucidatio: cui etiã Felicis versio consentit, quæ pro confiteri habet celebrare. In inferno (inquit) quis celebrabit te? ¶ Versu septimo: Turbatus est à furore oculus meus. In Elucidatione furorem interpretati sumus iram Dei, à cuius cõsideratione meritò mentis oculus conturbatur, & mirum si non conturbaretur. Veruntamen posset nihilo incommodius referri hic uersus ad amaritudinẽ & indignationem quã ipse peccator in sese accipit, ex peccatorum recordatione. Turbatur enim oculus peccatoris, & ueluti caligat prę fletu, propter indignationem nimiam contra peccatum, qua seipsum affligit. Nam (teste Apostolo) contristari sm deum, quod est pœnitentiam agere, operator in iis qui peccarunt indignationem, imò etiam vindictam. Dum enim ad cor redeuntes post præuaricationem, agnoscere incipimus fœditatem peccati, vehementer indignamur, & multa amaritudine replemur, & dolore permaximo percutitur cor nostrũ, & quasi in iram aduersus eos qui in peccatum nos adduxerant (maxime autem in nosipsos) insurgimus: quę sanè indignatio, propter sui magnitudinem recte ira & furor põt nominari, quomodo habet nostra lectio: atque ita patet, etiam hanc sententiam in nostra vulgata lectione includi. Atque huic sententię magis consentiunt interpretum ex Hebręo versiones. Siquidem beatus Hieronymus uertit, Caligauit præ amaritudine oculus meus. Felix autem, corrosus vel obtenebratus est prę dolore: quæ manifeste ad indignationem pro peccatis pertinent.

Marginalia: Psa. 101. Psalm. 9. Psa. 137. Psal. 70. Num. 2. Psal. 113. Iob. 10. Eccle. 9. 2. Cor. 7. Section letters: A B C D.

## SEPTIMI PSALMI ARGVMENTVM.

*Psalmus iste vr̃ à Dauid compositus pro sua ab iniuste aduersantibus liberatione: siue de manu Saulis, q illũ odio implacabili, sine tamẽ causa iusta, annos multos ad mortem quæsiuit: siue de manu Absalonis filij, qui & ipse nullam habuit rationem iustã oppugnandi sui amãtissimum patrẽ. Est aũt forma orandi aptissima uiro iusto, ad Deũ pro sua ab iniuste persequentibus liberatione clamare volẽti. Potestq; totus orõnis processus vel cõtra inuisibiles malignas põtates dirigi, quibus alios magis certos magisq; noxios inimicos, ac psequutores nõ habemus, aut ẽt contra hoĩes peruersos, qui nos sine causa quærũt morti dare, siue corporali, potissimum aũt spirituali.*

*li. Neque enim Christianus homo quemquam debet tam inimicum reputare siue aduersariū quā eum qui aliam queris in peccatis & damnationis mortem quamodocunque pertrahere. Quod et in alijs quàm plurimis Psalmis quoties contra inimicos fit oratio, erit obseruandum. Et diligenter est hoc attendendum, ne cum aduersus inimicos dura sic in Psalmis leguntur, animales homines contra eos intentionem Psalmi mox dirigant, qui forte in regula qualibet tēporali, causa fuerint magis quàm animo aduersante t. Non. n. hic bonus est Psalmorum vsus, Processus aūt orōnis talis est. Primum. n. sæuitiam pertimescens vir innocens aduersantium leonum, a Deo spe sua liberationis poscit auxilium: pro quo impetrando suam (quantum ad illos) proponens innocentiā Deum orat in iudicium pro se contra iniuste persequentes exurgere ut cum pauperum fecerit iudicium (quemadmodum & mandauit suis in terra vicarijs) adhæreant illi pauperum cateruæ, tanquam iudici defensori atque patrono suo: suam tamen innocentiam, & suorum persequutorū iniquitatem specialiter proponens, ob qua iuste se confidit à Domino expectare adiutorium Atque hæc vsque ad versum duodecimum. Deinde tribus versibus iram iusti iudicis ad vltionem parati terribiliter denuntiat sub descriptione eius qui vibratum tenet gladium, aut arcum tensum, sagittisq; ignitis ad iaculandum paratum. Post hoc processum impietatis ordine pulcherrimo describit in eis qui ex peruersa malitia odioq; & inuidia innocentum animas perdere quærunt: quorū mox prædicta iusta punitione, in laude diuinæ iustitiæ Psalmi terminatur oratio.*

## SEPTIMI PSALMI ELVCIDATIO.

*OMINE Deus meus in te speraui:*
Domine Deus meus, quē colo, cui seruio, in te spē meam omnem & fiduciā constitui, utpote solum potentem & volētem mihi in oībus periculis ferre auxiliū:
** saluum me fac ex omnibus persequentibus me, & libera me.* G
tu vero in te sperantem confundi non patiaris, sed de manu omnium qui me persequuntur, & qui mihi quærunt malum, saluum fac & libera: ut nequaquā mihi in eo quod machinantur, præualeant.
2 *Nequando rapiat vt leo animam meam:*
Ideo aūt te peto saluatorem, ne quomodocunque contingat aliquem ex iis qui me persequuntur præualere mihi, & in mortem rapere animam meam: quemadmodum leo rugiens eum præualuerit, ad deuorandum rapit ea quibus præualuerit, H
** dum non est qui redimat neque qui saluum faciat.*
quod sanè hostibus nostris, & robustissimis, & uigilantissimis & exercitatissimis, qui perpetuo nos circumeunt ad perdendum, nō fuerit difficile, si non nobis infirmis & imbecillibus hominibus tu adsis liberator atque saluator, q tua virtute illorum violentiam & impetum comprimas.
3 *Domine Deus meus si feci istud:*
Domine tu nosti, quoniam sine causa me persequuntur inimici mei, neque illis nocui quicquam, ob quod me debeant oppugnare. Vnde nunc coram te hoc audacter protestor Dñe Deus meus, qm̄ si istinsmodi aliquid feci aduersum illos, hoc est, tale aliquid mali quale mihi sine causa q̄tūt,
** si est iniquitas in manibus meis.*
Si iniustitiam vllam aduersum eos operatæ sunt manus meæ.
4 *Si reddidi retribuentibus mihi mala:*
Si eis qui mihi mala quærunt & inferunt, ego mala itidem retribui, aut similia prior eis intuli:
** decidam merito ab inimicis meis inanis,*
hæc (inquam) si tu Domine qui iudex es omnium, in me cognouisti, iuste quidem ferre uolo, ut cadam victus ab inimicis meis, quasi uanus, infirmus, & nihil roboris habens, aut stabilitatis; ut succumbam deuictus ab eis quasi impotens destitutus uiribus,
5 *Persequatur inimicus animam meam: & comprehendat:*
Iuste insuper patiar, ut persequantur me aduersarii mei, quos læsi, aut quibus prior malum intuli: atque etiam ut me comprehendant, concludant, potestatemq; super me obtineant:
** & conculcet in terra vitam meam, & gloriam meam in puluerem deducat.*
deinde uitam meam conterant atque consumant, neq; ipsum & omnem meam gloriam omnemq; ornatum pessundēt, in terram prosternant, & ueluti puluerem comminuant

minuant, siue ad nihilum redigant. Hæc A (inquam tua iudicia non refugio subire, si tale aliquid aduersus inimicos meos fuerim operatus, quo iuste aduersus me possent incitari At verò cum (teipso teste & iudice) nullius rei istiusmodi mihi sim cõscius, neq; ullum unquam eis vel nocumentum vel malum intulerim, neq; ẽt fuerim machinatus, oro te, vt pro me paupere faciẽs iudicium, de manibus iniuste persequentium, iuste tu liberes innoxiam animam meam, quam sine causa impij hostes ad mortem requirunt.

*6 Exurge domine in ira tua:*

Propter hoc noli vltra quasi dormiẽs, dissimulare aut differre vindictã: sed quasi à somno exurgere, tanquam iratus ad faciẽdam vindictam in aduersarios meos:

* *& exaltare in finibus inimicorum meorũ*

& magnificare atque glorificare in ostensione iustitiæ tuæ, super omnes inimicos meos per circuitum.

*7 Et exurge domine Deus meus in præcepto quod mandasti:*

Et euigila Dñe atque consurge in præcepto illo quod statuisti nobis in terra, nempe, vt iudicium facias causæ eorũ qui iniustè opprimuntur, quemadmodum præceptum dedisti hominibus, peculialiter verò iudicibus terræ & vicarijs tuis facere iudicium atque iustitiam, & oppressos liberare de manibus oprimentium:

* *& synagoga populorum circundabit te.*

& cũ in hoc tuo præcepto vigilaueris, congregationes populorum pauperum atque humilium te quasi patronum & iudicem ac liberatorem suum vndiquaq; circundabunt, tam ad poscenda auxilia, quàm ad gratias agendas post percepta liberationis tuæ beneficia.

*8 Et propter hanc in altum regredere:*

Et vt forte te ista non moueant, aut tibi nõ noceant, quæ impij aduersus innoxios, ac simplices machinãtur, tamen propter has pauperum populorum turbas & cõgregationes (quarũ tu patronus & iudex asseieris & verè existis) ascende super tribunal tuum, & in altitudinem sedis tuæ iudiciariæ regredere, vt facias iudicium causæ pauperum, quam relinquere modo quodam videris, quando sine vindicta cernũtur boni à malis sustinere oppressiones.

* *dominus iudicat populos.*

si quidem tu es, cui iudicium competit populorum, nunc quidẽ ad defensionem innocentum, aduersus noxios, & in futuro ad plenam vnicuique faciendam retributionem secundum opera sua.

*9 Iudica me domine secundũ iustitiã meam:*

Atque ob hoc (qm̃ tibi competit iudiciũ) obsecro vt facias pro me iudicium contra aduersantes, secundum iustitiam meam, qua erga illos me gessi:

* *& secundum innocentium meam super me.*

& secundum innocentiam illam quæ est B in me erga illos, dum nihil illis iniqui vel nocumenti intuli, ob quod meritò mihi malum quærere valeant.

*10 Consumetur nequitia peccatorum:*

Non perdurabit in perpetuum impietas ista peccatorum, qua nunc innocentibus sunt molesti, neque suã prauitatẽ permittẽtur in æternum exercere, sed finietur aliquando & finem accipiet potestas eorum.

* *& diriges iustũ scrutãs corda & renes deus.*

vir aũt innocens & iustus tua directione in bono stabilietur, qui peruestigas & cognita habes etiam ea quæ hominibus sunt C intima, nimirum cogitationes & affectiones siue desideria eorum

*11 Iustum adiutorium meum à domino:*

Merito ergo & iuste auxilium expecto à domino Deo, neque vana est spes & fiducia expectationis meæ:

* *qui saluos facit rectos corde.*

qm̃ ipse est pauperũ atque humilium saluator, liberator eorũ qui sunt recto ac simplici corde. Huiusmodi enim iustè à dño expectare possunt auxilium contra aduersantes, qm̃ talibus facta est diuini auxilij repromissio, quemadmodum ex opposito, D qui sunt prauo & duplici corde, uane fidũt in diuino adiutorio, quod illis neque repromissum est neque continget.

*12 Deus iudex iustus,*

Et nunc vos impij innocentum oppressores, qui Deum nõ habetis præ oculis, ne existimetis diuinam vos vltionem non ꝑcepturos, eo ꝙ differat longanimiter ostẽsionẽ vindictæ suæ Illud enim scitote, qm̃ Deus oĩpotens qui iudex est populorum, ipse per se iustus est, imò iustitia ipsa propter quod sperare nõ debetis, vestram malitiam impune transituram:

* *fortis,*
& fortissimus est atque robustissimus, ne forte existimetis non fore illi potestatẽ ad implendam executionem iustitię suę:
* *& patiens:*
est nihilominus etiam longanimis & patiens, ferre sciens, ac tolerare in sustinentia vasa iræ apta in interitum: vt ne arbitremini, iccirco nullam vos manere vindictam, quia non statim vt peccatum cõmittitur vindicta inferatur.
* *nunquid irascitur per singulos dies?*
Roma. 9 Roma. 2 Facit enim hoc eius longanimitas, vt irã suã nõ ostendat, neq; vindictam exerceat F per singulos dies, aut per mométa singula: sed vnum diẽ destinauit, in quo reuelabitur ira eius, & iustũ iudiciũ Dei, quando super omnes pariter impios, vnus gladij ictus, & vnius terror sñia desæuiet.
13 *Nisi conuersi fueritis:*
Et ne forte de longa vindictæ huius dilatione uobis blandiamini, illud scitote qm̃ nisi mõ, dum tempus test oportunũ, donec tempus est gratię, conuertamini p̃ uerã pœnitẽtiã ab iniquitatibus vestris:
* *gladium suum vibrauit: arcum suum tetendit & parauit illum.* G
ecce iam in proximo est iudex & vindex malorum omnium, æternæ mortis sentẽtiam, quam in uos distringat atque iaculetur, paratam habens, ad modum eius q gladiũ aut hastam vibrat, vt letali uulnere feriat eum qui pugnat ex aduerso: aut quemadmodum is qui arcum iã tensum tenet manibus, & paratum ad iacendum in hostem acutam sagittam.
14 *Et in eo parauit vasa mortis:*
Et in arcu suo iam aptauit atque locauit sagittas, qua sunt iacula & instrumenta mortis, ad interficiendum inimicos:
* *sagittas suas ardentibus effecit.*
& eas quidẽ sagittas, quo sint amplius terribiles, carbonibus, aut rebus ardentibus operatus est; sicq; fecit ignitas: vt quos sagittis horrendæ illius sententiæ suæ per cusserit, incẽdat atque ardere faciat igne sempiterno Quemadmodum enim sagittæ rebus ardentibus aptatæ atque ignitæ cum iaculantur, hostium domos incendunt atq; consumunt ita diuinæ vltionis sententia eorũ in quos fuerit iaculata, & corpora & animas succendet atq; exuret

E igne inextinguibili, quo magis peccatori bus sunt diuinæ vltionis hæ sagittæ formidandæ. Et ne fortẽ mirum aut iniquũ videatur cur tam grauis vindicta apud misericordissimum dominum maneat impios illos hominum seductores atque subuersores, considerãda est & diligenter attendenda eorum malitiosa & consummata peruersitas.
15 *Ecce parturit iniustitiã, concepit dolorẽ.*
Ecce enim postquam dolorem conceperunt, & afflictionem de alieno bono, parturiunt, deinde & meditantur contra eos quibus inuident atq; malitiose indignantur, iniustitiam:
* *& peperit iniquitatem.*
quam tandem in operis effectum quãtũ in ipsis est deducere conantes, veluti pariunt. Nam hic ordo est in eis qui ex peruersa malitia pauperum animas quærunt subuertere.
16 *Lacum aperuit, & effodit eum:*
Neque satis est eorum insatiabili ad decipiẽdum cupiditati, quod palã oppugnẽt miseros, verumetiã calliditate sua & astutia insidias parant, quasi foueas occultas apetiẽtes, & profunde admodũ effodientes, vt in eas incautẽ labantur miseri, & colapsi non facile queant eliberari.
* *& incidit in foueam quam fecit.*
Verum Dei iudicio (qui suorum pauperũ semper prouidam gerit curã) fit plerunq; vt liberatis ijs quibus foueam effoderãt, ipsimet incidant in eam quã parauerãt.
17 *Conuertetur dolor eius in caput eius, & in verticẽ ipsius iniquitas eius descendet.*
Fitq; vt dolor & malũ quæ alijs parauerant, in capita recidant authorum suorũ: & iniquitas male machinata innoxio, in H collum redeat machinãtis. Quemadmodum dæmonibus peruersis Dei iudicio euenit, vt eandẽ mortem ad quã nos quærunt pertrahere, nobis liberatis ipsi æternum ferre debeant: & cũ post oẽs suas paratas insidias, nos vident Dei auxilio de mortis tandem fouea ereptos, affliguntur & confunduntur vehementius, & augmẽtat eis omnis eorum malus conatus dolorem. Similiter & impijs cõtingit hoĩbus, qui dum mortem, siue corporis, siue animæ machinantur proximo, ipsi in mortis æternæ baratrũ, illis diuina protectione sal

ne salutis, subito incidūt atq; immergunt.

18 *Confitebor domino secundum iustitiam eius : & psallam nomini domini altissimi.*

Ita sane iustus est Deus, & iustum est hoc dei pro innocentibus iudicium:cui proinde pro immensa hac & admirabili iustitia sua cōfessionem dabo,& laudem atq; gratiarū actionem cantabo ipsi qui sup omnes est altissimus, rex regum,iudex iudicum,& dominus dominantium.

## ANNOTATIONES IN PSALMVM VII.

HVnc Psalmum nonnulli de Christo Dño exponunt,ut sit eius oratio cōtra populum Iudæorū ipsum sine causa p sequentem. Alii verò ad personam accōmodant peculialiter ipsius Dauid, uel cōtra Saulem, vel contra Semęi de tribu Saul de quo in annotationibus ex Hebræo, circa tituli expositionē, diffusius tractatum inuenire poteris,si requires. Nos verò in Elucidatione sicut neutrā sentētiā exclusimus,ita neque ad alteram strinximus intelligētiam:sed potius in generalitate cuilibet iusto de tribulatione clamare,suamque iustitiā dño cōmendare uolēti potissimum aūt in tribulatione spirituali cōstituto,& à spiritualibus hostibus liberationem postulāti (nemini aliorū præiudicantes) accommodauimus.¶ Versu tertio:Si feci istud. Pronomen istud,demonstrat ad intellectum id quod mente tenetur, nempe tale aliquid ob quod iustam haberet causam inimicus persequendi. Aut tale aliquid,quale illi aduersus eū quærūt, aut quod illi falso criminātur & accusāt Quēadmodum Dauid accusabant, quòd malū quęreret aduersum regē,cum illud à veritate esset alienissimum:& de Christo dicebant,ꝙ seipsum Deum faceret,gloriā propriam quæreret,populū seduceret, & alia his similia:quę nequaquā ita habebāt. Aut ad id quod post sequitur,referatur pronomē,ad hunc modū:Si feci istud,nēpe si est iniquitas in manibus meis & si reddidi retribuentibus mihi mala.¶ Versu quinto: Persequatur inimicus animam meam. In his tribus versibus, per contrarium sensum intelligendum est,quod in sua postulatione ui præcipuum intendit postulans

A quod tamē propter modestiā tacetur, & subintelligēdum relinquitur. Cum enim dixisset. Si feci istud decidam meritò ab inimicis meis inanis:Persequatur inimicus, &c. consequens erat ut subiungeret: Si verò non feci istud,si non est iniquitas in manibus meis,si non reddidi retribuētibus mihi mala, merito me custodiet & proteget iustitia tua,ne ab inimicis meis decidam inanis,& ne comprehendant neque conculcent in terra uitam meam. Verùm istud propter modestiam maluit sub audiri;maxime cum ad Deum fiat oratio,

B cui tam est cognitum quod intus premit quam qd foris enunciatur.¶ Versu nono Iudica me dñe sm iustitiam meam. Quærat forsitan aliquis,& dicat,Quid nā sibi uult,quod hic modo postulat homo iudicari sm iustitiā suā? cum in priori psalmo dictum sit,Saluum me fac, propter mi Psal.6.
sericordiam tuam,Et in alio Psalmo dicatur. Non intres in iudicium cū seruo tuo Ps.142.
dñe,qa nō iustificabit in cōspectu tuo oīs uiuens. Sed aduertendū est,ꝙ hic dr,Iudica me dñe sm iustitiā meā, & secundū innocentiā meā super me, debere dirigi ad

C eos contra quos orat,persequutores suos & ita intelligi,ꝙ aduersum illos nihil egerit,ob quod iuste debeant ipsum perseq, neque iustam habeant causam mala aduersum se machinādi,quodq; ab illis criminibus quæ illi falso obiectant, & quæ ipsi quasi in causam persequutionis pręiciunt,immunis sit & innocens. Vnde Dauid legimus cum Sauli in spelunca peper 1.Re.24
cisset,ita post tergum abeuntis clamasse: Animaduerte,qm nō est in manu mea malum,neque iniquitas,neque peccaui in te, Tu autem insidiaris animæ meæ, ut auferas eam. Iudicet dominus inter me & te

D & vlciscatur me Dominus ex te:manus autem mea non sit in te. Et iterum, Sit dominus iudex,& iudicet inter me & te, & videat,& iudicet causam meam,& eruat me de manu tua. Quæ omnia iustitiam & innocentiā proponunt,quantum ad ipsum persequutorem,præter omnem rationem mala machinātem. Et iuxta hunc modum intelligi cōuenit hunc locum,quoties homini applicatur:cum videlicet significare voluerit homo,pręter meritū se à persequutore affligi,pręter meritum (inquam)

ex parte eius qui persequitur. Quamuis autem ad Deum, ne dicamus. Si feci malum in oculis tuis, & si est iniquitas contra te in manibus meis: sed dicamus potius. Tibi peccauimus dñe. Tibi soli peccaui, & quod dicebat filius ille qui substantiam suã prodegerat cum meretricibus. Pater peccaui in cœlum, & coram te: ac deinde adiiciamus, Miserere mei Deus, sm magnã misericordiam tuam, & Secdm misericordiam tuam memento mei tu, propter bonitatẽ tuam dñe. Si enim dixerimus quia peccatum non habemus, nosipsos seducimus, & ueritas in nobis non est. Peccatorem aũt Dei iustitiam magis quàm misericordiam prouocare in iudicium, quæuam hęc humilitatis forma est: Si nõ (iuxta supradictã quorũdam opinionem) Christo dño psalmum peculiariter adaptemus, conuenienter poterit locus propositus absolutè intelligi; quanquam non multum ita soleat loqui, sm assumptã carnis dispensationẽ Christus dñs, sed more potius infirmorũ atque humiliũ ipse in nobis infirmus, & pro nobis factus humillimus. ¶ Versu duodecimo. Nunquid irascetur per singulos dies. Hunc versum absque interrogatione habet lectio quam in expositione psalmorum, sequitur beatus Augustinus, ad hũc modum: Deus iudex, iustus, fortis, & longanimis: & non iram adducens per singulos dies, iuxta quem modum, etiã in Græcis exemplaribus legimus. Et eadem prorsus sententia est, quæ in lectione nostra uulgata, tametsi illa sit aliquanto clarior. Notat tñ Augustinus magis ꝓpriè de deo dici iram adducens, quã irascẽs: qm̃ significatur ira non ut in Deo existens per modũ passionis (quod significari aliquo modo videtur in verbo irascendi) sed tãtum vt ab eo in impios prouenienis. ¶ Versu decimoquinto. Ecce parturit iniustitiã. Qđ communiter canitur, ac legitur parturit tẽpore præsenti, videtur rectius legendũ parturiit, Cum Græce præteritum habeatur ὠδίνησεν, id est, parturiit atq; ita etiã uetustiores & emendatiores habeant codices Latini. Notandum quoque, ordinẽ eorum quę hic dicuntur aliquantulum videri inuersum. Rectius enim præponeretur cõcepit dolorem, ac deinde subiungeretur, parturiit iniustitiam. Primum enim est cõcipere, deinde parturire, postremum parere: quem ordinem in elucidatione servauimus. Vnde Hieronymus vertit: Ecce parturit iniquitatem, concepto dolore, id est, postquam cõcepit dolorem. Similiter vertit & Felix: Enixus est iniquitatẽ, postquam concepit afflictionem. In quibus versionibus, manifeste is quem diximus ordo insinuatur. De ordine autem isto qui in hoc versu ponitur, primũ quidem concipiendi dolorem, deinde parturiẽdi iniustitiam, ac postremo pariẽdi iniquitatem, faciamus exemplo uno aut altero clarum quod dicimus. Sic enim primus ille fratricida Cayn, videns fratris sui hostias Deo fuisse acceptas, & igne dñi absumptas, sua autem munera (nimirũ quæ de pessimis obtulerat) à domino despecta, concepit in sese malignum erga fratrem inuidẽtiæ dolorem: ex quo deinde processit, ut iniustitiam meditaretur, ac uelut parturiret, ita ut fratri diceret fraudulento animo, Egrediamur foras: postremò, factus impius homicida, imo crudelissimus fratricida, peperit iniquitatem. Ita Saul videns à se domini spiritum recessisse, & impleuisse Dauidem, cui etiam in choris à cæde Goliath redeunti cantari audierat: Saul percussit mille, & Dauid decem millia, atque alia eiusmodi virtutis opere in eo conspiciẽs, concepit in corde dolorem & afflictionẽ indignantis inuidię: ex qua veluti radice, ac seminario, meditari cœpit iniustam innocentis Dauid interemptionem: quam deinde, post consummatum furorem, obfirmato animo: quantum potuit in effectum perducere conatus fuit. Sic itẽ diabolus (quem meritò primo loco, ut primum iniquitatis & omnis malitiæ parentem, oportebat constituere) videns hominem possessurum quas ipse perdiderat cœli mansiones, fœlicitati eius inuidens, concepit primum inuidiæ in seipso dolorem, moxq; parturire cœpit aduersus genus nostrum quod iustum nõ erat: quod in deceptione primorum parentum peperit primum, & parere usque modo innocentum subuersione, non desinit.

Margin notes: 1.Reg. 7 — Psal. 50. — Luc. 15. — Psal. 50. — Psal. 24. — 1.Ioan 1 — Gene. 4. — 1.Re.18 — Ibidem.

*Raptus in contemplationē sublimē Dei spiritu diuinus propheta, in magnificis consilijs quæ super humano genere Deus cogitauit, obstupescens, ex cordis plenitudine prorumpit in vocem admirationis, Diuinam magnificentiam super cælos eleuatā extollens eiusq; ex infantium ore laudem perfectam ad inimicorum confusionem pronuncians Deinde eleuans in cælum oculos, cælestiumq; corporum nobilitatem perpendens, eamq; cum humanæ naturæ infirmitate & vilitate comparans, maximam Dei erga genus humanum dignationem plurimum admiratur, pro qua filium suum vnigenitum (secundum carnis dispensationem, & susceptam morti vtilitatem) etiam infra angelos imminuerit, quem postmodum resuscitatum pro eiusdem humani generis salute, gloria & honore coronauit, subiectis ei omnibus quæ in cælo & in terra. Ad quam intelligentiam, manifestum est beatum Paulum Psalmi huius prophetiam in Epistola ad Hebræos similiter & in Epistola priore ad Corinthios esse interpretatum Quanquam potest (absque Pauli huius sententiæ præiudicio) etiam ad totius humanæ naturæ sublimationem referri Psalmus: vt miretur, hominem (quod ad corpus attinet) infirmum, vilem ac fragilem, tam magnifice à Deo ad imaginem suam conditum, ac deinde cunctis & piscibus maris, & auibus cæli, & bestijs terræ præfectum, atque super ea accepisse dominium Vtramq; autem hanc intelligentiā, subsequens Elucidatio geminata interpretatione faciet attendentibus manifestam.*

## VIII. PSALMI ELVCIDATIO.

*OMINE dominus noster:* Dn̄ator De᷒ q es vniuersalis oīum dn̄s, sup creata oīa plenā oīno potestatē habēs, speciali verò ratione noster Dn̄s, i. eorū qui seruiunt tibi, quos pręter creationem etiam regeneratione tibi astrinxisti: C

* *quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra!*

ò quam est excellens, quàm gloriosum q̄ honorandum nomen tuum benedictum, non in Iudæa solùm, sed per vniuersum ēt orbem terrarum, dignū ꝙ omnes vbique terrarum summis efferanr laudibus.

2 *Quoniam eleuata est magnificentia tua. super cælos.*

Neque mirum, si hic super terram sit honorandū nomen tuum quando quidem excelsa est & sublimata magnificētia gloriæ tuæ super altitudinem cęlorum, ita vt cum in cœlis lauderis ab omnibus, magnificentia tamen gloriæ tuæ in eis vel ab eis non comprehendatur. D

Prou 10 & 15.

Insuper filius tuus vnigenitus, qui est tua gloria & magnificētia (Gloria n. patris est filius sapiens, multo ēt amplius filius sapientia patris) cuius est fm̄ diuinitatē eadē tecū gloria, ipse peracto redēptionis humanæ mysterio ascendit & exaltatus est super oēs cœlos in tuam dexteram.

3 *Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem.*

Ex ore paruulorū, qui plenè infantes adhuc erāt & vix dum ablactati, magnificasti, imò perfectam fecisti laudem tuā, qn̄ Hebræorum pueros cælica inspiratione edoctos, cantare faciebas tuo benedicto filio laudis diuinæ canticū, ac deinde p prædicationem Apostolorum (qui veluti simplices & pueri, ac iuxta seculi sapiētiā prorsus rudes habebant) Euangelicā veritatem vbiq; terrarum prædicare fecisti:

* *Propter inimicos tuos: vt destruas inimicum & vltorem.*

ad sic confundendū atq; conuincendum, per simpliciū testimonia, prauitatē & superbiam scribarum atq; pharisæorū: deinde ēt dæmonū atq; seculi huius potentū & sapientum, qui oēs aduersarios se exhibuerunt veritatis, & malos vltores, id est opugnatores veritatis, vel vindicatores & defensores falsitatis. In hoc. n. pfecta fuit laus Dei, & perfecta itē confusio superbię scribarum atq; pharisæorum, pb per puerorum cęlica inspiratione loquentium testimonia fuerint redargui de sua infidelitate, qua veritati resistebant. Similiter & in hoc perfecta fuit confusio principium huius seculi, quòd per simplicium & quasi infantiū Apostolorum prædicationem fuerint conuicti atque superati.

4 *Quoniam videbo cœlos tuos opera digitorum tuorum:* E
Dixi nō iniuria, admirabile esse nomen tuum in vniuersa terra: quoniā ecce ego cōtemplari volo & cōtueor amplissimos illos cęlorū orbes, q̄ sunt operationis tuę, q̄ tu creasti & fecisti, quemadmodum solet artifex facere opus digitis suis, ac manibus, ante quos tu creasti in potentia, sapientia & bonitate tua, quibus tanquam digitis tribus creas vniuersa:

* *lunam & stellas quæ tu fundasti.*
& considero insup & cōtēplor lunā & stellas alias firmamēti, q̄ oīa p̄dicta, cœlos videlicet, lunā & stellas, tu ī sua natura inq; sua dispositione firmasti atq; stabiliuisti. F

5 *Quid est homo,*
Dum hæc ego cœlestia cōtueor, eaq; cum humana confero natura: quæso te creator bone (quod ad corpus attinet) quàm longè ab horum cœlestium perfectione (quæ sunt corpora nobilissima, amplissima, solidissima & indeficiētia) abest homo modicus quantitate, impotens virtute, infirmus, caducus & mortalis:

* *quòd memor es eius?*
quid (inquā) est homo, aut quid in nobis tale est, ob quod dignum tibi videatur recogitare de nobis, siue ad elargiēdum homini magna beneficia tua, siue ad tam admirabili consilio eum redimendum?

* *aut filius hominis, quoniam visitas eum?*
aut quid est hō mortalis de mortali homine genitus, vt eum dignū duxeris tuis magnificis donis, super omnia verò filij tui ad nos destinatione, atque post etiam spiritus tui sancti in nos missione, ita benigne inuiscere?

6 *Minuisti eum paulominus ab angelis:*
Hebr. 2. Christum hominem (qui in omni hominum genere primatum tenet) tu pater cœlestis paululū infra angelos constituisti, quando eum carnem nostræ similem passionibus alijsq; miserijs obnoxiu suscipere voluisti, atq; per passionem & mortē in crucis ignominia cōsumare voluisti: H

* *gloria & honore coronasti eum:*
verum post passionem (morte deuicta eū resuscitando) magnifica gloria; & honore super excellēti mirifice eū ornasti, atq; triumphaliter, vt mortis victorem & inferni debellatorem, coronasti

* *& cōstituisti eū super opera manuū tuarū.*
& præposuisti eū omni creaturæ, dans illi potestatē oēm in cęlo & in terra, & cōsidere in dextera tua, potestatē quoq; faciendi iudicium viuorū atq; mortuorū. Mat. 28. Marc. 16 Ioan. 6.

7 *Omnia subiecisti sub pedibus eius:*
Oīa subiecisti ditioni imperio, & potestati eius, quæcunque sunt in cœlo & in terra, commune illi tecum donans regnum atque vnum imperium 1. Cor. 16

* *oues & boues vniuersas, insuper & pecora campi.*
neq; ea solum quæ in cęlis sunt, verum ēt vsq; ad ea quę sunt in terris infima, nēpe oues omnes & boues omnes, & vniuersas bestias agri, atque etiam feras deserti.

8 *Volucres cœli, & pisces maris, qui perambulant semitas maris:*
Volucres insuper qui inhabitāt aerē, & pisces oēs qui in mari sunt, qui natant in aquis maris, & veluti pambulant vias maris ad similitudinem animalium terrestrium, quæ vias terræ perambulant.

*Minuisti eum paulominus ab angelis, gloria & honore coronasti eum: & constituisti eum super operā manuum tuarum.*
G Altera intelligentia.) Humanum genus in tāta costituisti nobilitate, vt nō multū absit (q̄ ad aīam attinet) à sublimitate naturæ angelicę, magno quoq; decore & magnifica ipsū gloria ornasti, dū sm aīam ad imaginē tuā & similitudinē creasti, dās ei memoriā, intellectū atq; volūtatē, angelicas plane & multo maximas virtutes:

*Omnia subiecti sub pedibus eius: oues & boues vniuersas, insuper, &c.*
& postquā ad imaginē & similitudinē creasti eū, præfecisti insuper eū operibus tuis, quæ feceras pp hoīem, veluti finem suum quemadmodum sunt imperfectiora eius gratia quod perfectius est.

*Volucres cœli & pisces maris, qui perāb. &c.*
¶ Cætera insuper omnia subiecisti hominis imperio, nempe animalia oīa, & terrestria & volatilia, & natalia, cū post creationem homini diceres, Crescite & replete terram, & subijcite eam, & dominamini piscibus maris, & volatilibus cœli, vniuersisq; terræ, & vniuersis animantibus quæ mouentur super terram. Gen. 1.

9 *Domine dominus noster, quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra.*

Con-

Concludens verò laudis meæ contemplationem, repeto (quam initio proposui, & dignã & veram inuenio) Diuinæ magnificentiæ admiratione, dicens, Dñator oĩum & peculiariter seruientiũ tibi Dñs, quàm grande est, quàm magnificum & gloriosum nomen tuũ, in uniuersa terra. Plena siquidẽ est omnis terra gloria tua.

## ANNOTAT. IN PSAL. VIII.

Versu tertio, Vt destruas inimicũ & ultorẽ, intelligunt hic ꝑ inimicos & ultores, Christianę fidei persequutores qui dolẽtes de Christi Dñi cultu & gloria, conati sũt ultionẽ facere & uindictã, siue euacuatę legis ueteris, siue cõtẽptę & cõculcatæ idolatriæ, siue dissipatæ humanæ mũdanęq; sapiẽtiæ. Nã huiusmodi triplices vltores sẽsit fideliũ populus & ꝯtra triplices huiusmodi inimicos paruuli nr̃i & lactẽtes sancti Apostoli dimicarũt: cõtra videlicet Iudæos, pro suæ legis litera non ſm scientiã zelantes, q̃ illi iã prætcritã denuntiabant, & euacuatam, cõtra principes seculi & idolorũ pontifices, q idololatriã suam (aduersus q̃ illi ꝑdicabãt, & quã eliminare laborabãt) armis & oĩ potentia tua tueri conabanť, aduersus quoq; mũdi sapiẽtes, quorũ sapiẽtia uanã illi coarguebãt, signorũ efficacia & spũs uirtute. Exhibuerũt aũt isti sese vltores ꝓ sua uanitate, aduersũ ĩfantes & lactẽtes, & aduersus ueritatẽ q̃ Deo inspirãte ꝑdicabãt, ꝙ aũt antecedit, Ex ore infantiũ & lactẽtiũ, Deũ perfecisse sibi laudẽ, siue (vt in Hebræo habeť) fundasse suã fortitudinẽ, id diligẽter admodũ cõsiderãdũ est. Si enim per hoĩes potẽtes, nobiles aut eruditos Deus euãgelicę fidei mysteria in duxisset mũdo, poterãt dicere inimici fidei, ꝙ nõ ipsa per se vicisset ueritas, sed ui potẽtiæ, aut sapiẽtiæ, aut eloqnẽtiæ secularis introducta fuisset, quasi ꝑ uiolẽtiã in mũdũ: quemadmodũ de impijssima illa secta quã ab authore Mahumeticã uocamus, à Christi fidelibus dr̃, & uerissimè dr̃. Nunc verò dum per hoĩum simplicium & impotentũ atq; ignobiliũ ora, ueritatẽ fidei per uniuersum orbẽ fecit Deus superuincere, mirũ in modũ laudẽ suam perfecit, & fortitudinẽ suã stabiliuit atq; cõmẽdauit atq; hoc est, ꝙ Paulus Apostolus cõpluribus in locis testať, ueluti capite primo Epistolæ prioris ad Corinthios, ubi fideles suos alloquens, ait, Videte uocationẽ uestrã fratres, q̃a nõ multi sapiẽtes ſm carnem, non multi potẽtes, nõ multi nobiles, sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, ut cõfundat sapiẽtes: & infirma mũdi elegit Deus, ut cõfundat fortia: & ignobilia mundi & cõtẽtibilia elegit Deus, ut ea quæ nõ sunt, destrueret, ut nõ gloriet̃ oĩs caro in cõspectu eius. Atque iterũ capite secũdo. Et ego fratres (inquit) cũ venissem ad uos, ueni nõ in sublimitate sermonis aut sapientiæ, annũtians uobis testimoniũ Chr̃i: & sermo meus & ꝑdicatio mea, non in persuasibilibus humanæ sapientiæ uerbis: sed in ostẽsione spũs & uirtutis, ut fides uestra nõ sit in sapientia hoĩum, sed in uirtute Dei. Et iterũ alio in loco loquẽs de cõmissa sibi gloria Euãgelicæ administrationis: hẽmus (inq̃t) thesaurũ in uasis fictilibus, ut sublimitas sit virtutis Dei, & nõ ex nobis. Dũ uero ita hęc sãctis Apostolis atq; discipulis Dñi aptamus nemo nos existimet iniuriã facere aut cõtradicere uerbis Dñi qui Pharisęis respõdẽs pro Hebreorũ pueris piũ sibi Osanna in tẽplo acclamãtibus versũ hũc psalmi paruulis istis Hebręorũ applicabat dicẽs, Nũquã legistis: Quia ex ore infantiũ & lactẽtiũ Deus pfecisti laudem tuã? nequaquã. n. hunc Saluatoris aduersamur sũæ. Nã & de illis paruulis loquiť Elucidatio. Arbitror tñ paruulos istos in Hierusalẽ clamãtes, figurã fuisse paruulorũ illorũ, ꝑ quos erat ꝓclamãdũ Osanna, (i. Diuina laus, & uera salus annũciãda) non intra solius Hierusalẽ angusta mœnia, sed ꝑ latissima terrarũ spatia: de q̃bus paruulis Christus dñs patri suo confiteť in euangelio, dicens: Confiteor tibi pater Domine cœli & terræ, quia abscõdisti hęc a sapiẽtibus & prudẽtibus: & reuelasti ea paruulis: Ita pater, quoniã sic fuit placitũ ante te, Et de his paruulis puto prĩcipaliter intelligi psalmum præsentem, magis quã de pueris illis ad horam clamantibus. Neque enim ualde sunt destructi inimici Scribæ & Pharisæi per illorũ horarium clamorẽ, qui silentio mox finiebať ad increpationẽ Pharisaicã. Imo istorũ clamorem

Rom. 6. — 1. Cor. 1 — 1. Cor. 2. — 2. Cor. 4. — Mat. 21. — Mat. 11.

morē à Dño maximè pmissū arbitror, ut E figurā subsequuturi clamoris & pdicatio nis aliorū nostrorū paruulorū, per quos sibi laudē perfectā facere decreuerat, Vnde & illud q̄ post adductum uersū psētē adiiciebat Saluator: dico aūt uobis, qm̄ si hi tacuerint, lapides clamabunt foisiā
Lucæ 19. Euāgelicā pdicationē respiciitur hoc sermone significare uoluerit Dñs, si Iudæorū paruuli clamare noluerint, Gētiles annūtiaturos p eis, & ī eorū locū subrogādos, ut clamēt, vt Euāgelicā ueritatē pdicēt: id q̄ iā diu impleri cernimus. Cessāt enim illi, & ultra clamare nolunt: atque F ideo lapides leuauerunt vocē, neque desi
Mat. 3. nunt clamare. Gentiles enim per lapides rectè nouimus significari, propter cordis olim in idololatria alijsq; vicijs obstinati, duriciē. Vnde & Ioānes dicebat, Potēs est Deus de lapidibus his filios Abrahæ: nihil dubiū quin significare volens, si Iudæi quibus prædicabat, nollēt pœnitētiā agere, suscitādos esse ex gentibus, qui verū fiāt Abrahæ semen, & veri secūdū fidē patriarchatum filii. ¶ Versu eodē. Ex ore infantiū & lactentiū pfecisti laudē. Roget forsitan aliquis, quur sanctos Apostolos infantes dicamus, quibus tale os datū est à Dño suo, cui nō possent resistere oēs eorū aduersarij: ita ut vniuersa sacerdotum synagoga nihil īueniret, quo vel vni' illorum posset refellere sermonem. An uerò ita fari, infantium est? Rursum,
Lucæ 21 qūo lactentes dici possunt, quibus non vt imperfectis lac erat ī pabulū, sed potius
Hebr. 5. vt pfectis solidus cibus? Perfectorū n. (cuiusmodi ipsi fuerunt) est cibus solidus. Cū n. aduersus inimicos & ultores perficere debebāt illi laudē, nō iam de illorū numero esse poterant, de qualibus dicit H
1. Cor. 3 Apls, Tanq̄ paruulis ī Christo lac vobis potum dedi, non escam. Verum huic quæstioni dupliciter responderi potest Primum qdē, ut illos consideremus sm eū gradum in quo ante spiritus aduentum fuerant verè infantes, uerè paruuli, verè lactentes, & lacte opus habētes, quàm. n. tunc fuerint (vt ita dicam) īfantes, Petr' monstrauit cum tertio īterrogatus ne semel quidem fari potuit, q̄ fari debuit, ut
Mat. 26. pmiserat audacter. Quam autem paruuli, q̄ lacte opus habentes, quam non capaces cibi solidioris docet toties increpatio eorum ruditas & tarditas, Quare (inquit præceptor Iesus) non intelligitis? Necdum Ibidem.
intelligitis? Adhuc nos sine intellectu estis? Quare dubitatis modicæ fidei? Quid
est q̄ conquiritis inter vos? Item q̄ in fine iam abscedens, dicebat: Iam non mul Mat. 16. Marc. 8.
ta loquar uobiscum. Adhuc multa habeo vobis dicere, sed nō potestis portare modo. Quid. n. hoc est aliud, quā tanquam Marc. 9.
paruulis tantum lac in potum do, non escā? Non. n. capere potestis. Et iā ex ore Ioan. 14.
horū infantiū, horū lactentiū, ipse Deus suam laudem perfecit & stabiliuit per vniuersam terrā. Dedit. n. infantibus istis linguas ferreas, & infatigabiles, & infantiū Mat. 14.
linguas fecit disertas: lactentes autem ab Sap. 14.
lactauit, & solido spiritualis sapientiæ cibo confirmauit, inq; viros pfectos fecit excrescere. Potest & altera via proposita quæstio dissolui, ex ipsa significatione vocabulorum. Infans enim hoc loco non amplius q̄ paruulū significat vel iuuenē. Nā Græce est νήπιον quod frequēter in sacris Euangeliis paruulus vertitur, vt illic, Reuelasti ea paruulis. & Sinite paruulos venire ad me. Sr̄ Fuer & q̄ ī Hebręo hī holalī, pprié nō significat iporétē ad loquedū, sed tm̄ iuuenē siue paruulū: pp q̄ sm similitudinē, etiā virgulta sic nō nūquam appellantur, teste Ioanne Reuchlino in rudimentis Hebraicis. Quod autē Mat. 11. Mat. 19.
paruuli fuerint Apostoli, non est ambiguum: qñquidem à pceptore audierunt constituto paruulo i medio, Nisi conuersi fueritis, & efficiamini velut paruulus iste, non intrabitis in regnum cœlorum. Mat. 18.
Vñ ex his paruulis unus, etiā cum iā gentiū doctor esset, dicebat: Facti sumus tan 1. Thes. 2
quā paruuli in medio vestrū. Et alibi, In 2. Cor. 10
facie humilis sum inter vos. Item, In multo timore & tremore fui apud uos. De lactentibus aūt nō magna quæstio est. Nō 1. Cor. 2.
enim lac semp pro infirmiori doctrina & imperfectorū cibo, ut in loco Pauli supra allegato accipit, sed interdū generaliter doctrinā omnem saluarē significat quę tum propter candorē ueritatis, tum propter dulcedinē saporis rectè lac dici potest. Vnde cum Petrus suos monet. de 1. Pet. 2.
posita oī malitia, sine dolo lac ɔcupiscere vt ī eo crescant ī salutē, manifestū est, nō imper-

imperfectā in illo doctrinā tm̄ significa- A
Esaie 55. ri. Similiter & de eo dici potest ꝙ apud Esaiā Dn̄s clamat, dicens, Venite emite absq; argēto, & absq; ulla cōmutatione vi
Iudic. 9. num & lac. Eadem.n. sapientia salutis, &
Psal. 103 uinum & lac recte diuinum, quia fortificans & lætificans cor hominis: lac verò, quia dulcis, suauis, & enutriens corda potantium. Quisquis uerò hæc nostra de paruulis legens, proliziora forsitan iusto æstimaueris (obsecramus) hanc nostram prolixitatem æqui boniq; consulas. Nō enim potuimus pertransire silentio quicquam eorum quæ super hisce rebus fere- B
Ephe. 4. benda sese offerebant. Valde.n. nos oblectant isti paruuli, per quos inuitos perfectos instruimur, atq; in mensuram ætatis plenitudinis Christi prouehimur. Atque ēt nunc ab illorum consideratione ægre diuellimur. ¶ Versu quarto: Videbo cælos tuos, opera digitorum tuorū. Quòd
Psal. 101. dicunt cæli, opera digitorū Dei, pōt simpliciter intelligi, sm̄ metaphoricum lo-
Psal. 118. quendi modum: quomodo alibi dr̄, Ope-
Iob. 10. ra manū tuarū sunt cæli. Et iterū, Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerūt me, cum tm̄ nullas manus habeat Deus. Sed familiare est scripturis sic de Deo ut de homi- C
ne loqui, Vnde hoc in loco, & in aliis similibus, quoties de operibus creationis Dei tractatur, uel de Deo ut de artifice inter homines opus aliquod suis manibus & digitis plasmante, uel de materia qualibet in sua forma pro suo placito constituente, fit sermo. Atque ita non opus est assignare, quos digitos habeat Deus, aut qui isti sint digiti, quemadmodum neque quot manus habeat, aut quæ sit manus eius. Secundum tamē sublimiorē considerationē intelligimus digitos istos, qui D
bus Deus cælos fecit, tres esse numero, scilicet potentiam, sapientiā, & bonitatē. Iuxta quā sententiā, præsentem locum accepisse vr̄ Ioannes Pechanus, uir in Diuinarum rerū sciētia illuminatissimus, in insigni illo officio quod de sancta & superbenedicta Trinitate conposuit, qđ ēt secundum Ecclesiasticā institutionem ab iis qui in horis canonicis persoluendis vsum sequuntur Romanæ Ecclesiæ, in eiusdem solennitate legitur & canitur. Sic enim in Antiphona quadā quæ huic Psalmo præcinitur legimus, Cœlum terramq; digitis qui tribus appendisti, præposuisti cōditis humanitatē Christi. Vbi dum digitos tres numerat, manifeste indicat mysticū aliquē sensum, uidelicet quē iā supra exposuimus. Quod aūt nonnulli sanctorum doctorum cœlos hoc loco, item & lunā & stellas, secundum mysticā intelligentiā interpretantur, per cœlos (ut aliis aliquot in locis) sanctos Apostolos, uel ēt scripturam sacrā digito Dei scriptam accipientes, per lunam Ecclesiā, per stellas, verò Ecclesias particulares, aut alios viros fide illuminatos, nos sicut in Elucidatione non sequimur, magis inhæreres literali sensui, ita nequaquā dānamus aut abiicimus. Similiter & de eo dicimus, quod in cōsequētibus distinguunt inter oues, boues, pecora campi, uolucres cœli, & pisces maris, per oues, intelligentes humiles subditos, per boues, laboriosos rectores & præpositos, aut per oues & boues, simul fideles homines & sanctos, qui laborant in præceptis Dn̄i, & pascuntur in pascuis eius tanquā oues & boues, per campi pecora homines carnales & in concupiscentiis uagabundos per uolucres cœli superbos, per pisces autē maris, curiosos. Cui ista libebit plenius cognoscere, requirat in expositione sācti patris Augustini, itē & apud Ludolphū carthusiēsem nequaquā spernendū, imò dignissimum, optimeq; meritum Psalmorum commentatorē, qui hęc pro suę deuotionis dulcedine suauiter atq; diffusius pertractant. ¶ Versu 6. Minuisti eum paulominus ab angelis. Si iuxta Pauli sententiā Christo domino peculiariter ita aptētur, vr̄ in relatiuo Eum, fieri trāsitus à specie ad psonā siue (vt Logicis est cōsuetudo loquēdi) à suppositione, siue acceptione simplici ad personalem vtrq; relatio esse nō secūdū idē genus suppositionis. Siquidē in versu 5. pcedente, sm̄ speciem simpliciter sermo fit de vniuersitate generis humani, id est, de hoīe in specie nō de vlla singulari persona. In hoc aūt versu priore mox subsequente (iuxta hāc Pauli intelligētiā) de persona huominis Christi psonaliter sermo. Nisi forte etiā secunda pars versus prioris de Christo personaliter dicta accipiatur cū dicitur, Quid

est filius hoĩs, qm̃ uisitas eum? Verũ iuxta hanc suam in priori parte versus accipi deberet sermo de humana specie in posteriori vero fm personã de ipso Chr̃o hoĩne: quod non vsque adeo vr̃ uerisimile Apparet. n (quantũ ex ipso loquẽdi mõ) similem esse vtriusq; partis loquutionẽ, & utrãq; partẽ fm rẽ idẽ ualere, alterãq; altera explicari, & pp vehementiã significãdã factam esse repetitionẽ eiusdẽ sententiæ quemadmodũ fieri solet, cum rẽ exaggerare uolumus. Rursum, ut totus versus quintus fm speciem intelligatur, & non secũda pars ad personã Chr̃i peculiariter, suadet ẽt sensus cõmoditas Nam quomodo Chr̃m filium hoĩs dicatur Deus visitare, non vsque adeo facile est intelligere. Ex-

E ponunt. n. de unione Diuinitatis cum humanitate Atq; istud potius est humanã in Chr̃o natura uisitari, quam Chr̃m filium hoĩs uisitari. Quomodo aũt uisitauerit Deus hominem (id est, humanum genus per demissionem filii sui, & perfectam per eum redemptionem, omnibus clarissimum est. Congruẽtius itaq; vr̃, vt totus iste versus dicto modo de specie humana intelligatur, fiatq; sequenti versu in relatiuo transitus de suppositione simplici ad personalem. Cæterum fm alteram intelligentiam in Elucidatione monstrauimus, q̃ F totum psalmum ad vniuersum genus humanum refert, hac ex parte nulla occurrit difficultas. Totus enim sermo de homine secundum speciẽ gñaliter procedet

## NONI PSALMI ARGVMENTVM.

*Psalmum istum (qui apud Hebræos in duos diuiditur) Psalmista cecinisse vr̃ in persona postuenturæ Ecclesiæ atque huic, siue quantũ ad se siue quantum ad sua membra, totus ipse psalmi processus rectè abteq; cõuenit. Primum. n. confitetur Domino liberatori suo, de iudicio illo, quo generis humani inimicum principem huius mundi, condemnatum foras proiecit, regnoq; priuauit gentibus idololatris, quibus ille dominabatur ad Apostolicæ prædicationis sonum salubriter increpatis atq; conuersis: vnde illi ciuitates, in quibus olim inhabitauerat ablatæ sunt iusto Dei iudicio, cui afflictionis & tyrannidis (qua ante premebatur pauper humanum genus) tandẽ complacuit misereri. Propter quod filios suos veros fideles, Ecclesia ad sperandum in Domino & laudẽ illi dandam inuitat, qui pauperum clamorẽ nõ despicit: id quod in seipsa testatur, quã grauissimis licet periculis & persequutionibus intolerabilibus in suæ natiuitatis primordijs afflictam & penè obrutam, semper tamen ipse ad sui nominis laudem sustentauit, nec penitus unquã deficere permisit, quẽmadmodum neque patietur vsque in consummationem seculi, semper sibi suos electos seruaturus, impios verò qui eam persequuti sunt, in mortis laqueos constrinxit, suo iudicio in infernum demergendos, vt ne existimentur humilium ac fidelium voces Deo curæ nõ esse, aut eorũ patientiã permansurã irremuneratã. Vñ versu, vigesimo id qđ quasi pteritũ in spiritu iã prædixerat, Propheta postulare videtur, orans dominũ ut exurgat quantocius ad implendum pro gentibus iudicium, & ut Christum Dominũ præceptorem atque legislatorem (per quẽ*

Matt. 24 *ventura erant illa omnia) gentibus mittat, qui eos ut oportet erudiat. Post hæc vero à versu 22. (vbi scđm Hebræos psalmi decimi est initium) lamẽtatio esse videtur ipsius Ecclesiæ in spiritu pro suis mẽbris, quæ in oppressione potentum atq; malorum in hoc tẽpore quasi relictis videtur, potissimum autem pro uenturis illis nouissimis temporibus regni Antichristi, quando veri fideles, refrigescente charitate & super excrescente iniquitate, grauissimam sustinebunt persequutionẽ ab Antichristi potestate. Cuius & adhærentium ei peruersitas, & contra sanctos Dei acerbissima (tum per uiolentiam tũ per insidias, ac blandimenta) persequutio multis consequenter versibus prolixè & graphicè admodũ depingitur. Quæ omnia, licet pro illis vltimis uenturis tẽporibus potissimũ prædicta sint, tuncq; perfectissimè sint implenda, magna tamẽ ex parte videmus & nũc in bonorũ hoĩnum oppressoribus eadẽ euenire quatenus ẽt nũc Antichristi multi sunt. Iuxta quã generalẽ sniãm subsequens procedet Psalmi elucidatio. Neque difficile erit volentibus,*

1. Ioã. 2. *ea quæ in generalitate de impijs dicuntur, ad ipsum impiorũ caput & dominũ peculiariter aptare. Post hæc uerò a versu 25 proposita persequutione grauissima fidelium, dominum ut exurgat ad iudicium pro suis mẽbris solicita deprecatur Ecclesia & vt Christianum populum pauperẽ & orphanum, protectorem alium nescientem (diaboli, Antichristi, atque adhærentium virtute cõtrita earumq; prauis machinationibus ad nihilum deductis) saluum faciat iudicio suo. Post quæ*

omnia,

*omnia, tribus versibus vltimis domini æternum regnum, miram quoque & inestimabilem Dei erga pauperes exauditionem, & promptum pro illis iudicium, ad prauorum repressionem denunttians, ita terminat canticum laudis atque confessionis suæ.*

## NONI PSALMI ELVCIDATIO.

*ONFITEBOR tibi domine in toto corde meo, narrabo omnia mirabilia tua.*

Cõfessione laudis celebrabo te Dñe Deus, ex toto corde meo, mẽtis diligenti attẽtione & affectus pura deuotione, & nũtiabo ad tui nominis gloriã, oĩa quæcunque cognoui mirabilia tua: neq; quicquã
B eorũ (quod in me erit) occultum esse patiar, quod nõ ad tuam laudem pariter & aliorum eruditionem annunciabo.

2 *Lætabor & exultabo in te: psallam nomini tuo altissime.*

Gaudebo quoq; sancto ac spirituali gaudio, & præ lætitia immodica veluti tripudians exultabo in memoria, atq; amore tui laudem canam tuo nomini, quemadmodum dignus es, ô rex regum super omnes excelse.

3 *In conuertendo inimicũ meũ retrorsum:*

C Propterea quod expugnaueris pro me inimicos meos, dæmones malignos atque infideles ministros eorum, eosque in fugã verteris: & à me abegeris:

* *infirmabuntur & peribunt à facie tua.*

infirmati, deuicti atq; cõfusi sunt, & prorsus condemnati ceciderunt à terrore præsentiæ tuæ: quoniam te respiciente Ecclesiam sanctam tuam, princeps huius mundi iudicatus atque foras eiectus est, & omnis ad præsentiam tuam defecit virtus malignantium.

Ioan. 16. 4 *Quoniam fecisti iudicium meum & causam meam:*

D Quoniam fecisti tu quidem pro me iudicium, & iudicasti causam meam cõtra aduersarios meos, contra principes tenebrarum, qui me iniuste sua tyrannide opprimebant, & seculi potestates q me persequebant in potestate & infidelitate sua.

* *sedisti super thronum qui iudicas iustitiã.*

Ascendisti quasi iudex super thronũ tuũ, iudiciariũ (vt humano more ita balbutiens loquar) & super tribunal ad iudicandum cãm meam sedisti tu, cui proprium est iudicare iustitiam: hoc est, iustum iudicium, hinc pro iustitia atque in iustitia.

5 *Increpasti gentes & perijt impius:*

In ipe gratiæ (quo placuit tibi facere pro me iudicium) misisti filium tuum, ac deinde sanctos Apostolos suos atque prædicatores veritatis, qui idololatriæ alijsque vitijs deditas gentes increparent, atq; ita destructa est impietas, desieruntq; infideles esse & peccatores, facti iusti & fideles:

* *nomen eorum delesti in æternum & in seculum seculi.*

nomina illorũ quibus ante veritatis manifestationẽ vocabantur, non erunt in ppetuum vltra in memoria coram te: neq; vt talium, quales ante fuerant, vltra recordaberis illorũ, sed noĩe nouo donabis & uocabis eos. Gentes.n. quę prius idololatriæ, infideles, impiæ, atq; a Deo adulteræ vocabantur, atq; huiuśmõi ante Deum reputabantur, postquam ad veritatem se cõuerterunt Euangelij, vetera hæc nomina prorsus perdiderunt appellationes verò bonas prędictis contrarias pro illis acceperunt, vt iam cultores & serui Dei ueri dicantur, Deo creduli, iusti, sponsa Dei fidelis: & tales iam eos habet, atq; agnoscit Deus. Apoc. 21.

6 *Inimici defecerunt framea in finem:*

Potestas diaboli vsq; vocendi eius, tãdẽ in hunc temporũ quantũ ad fideles veritati acquiescere volentes deuicta est, conculcata atque ablata, per veritatis Euangelicæ manifestationẽ: & in sempiternũ vltra nõ poterit ille resumere plenã suam illã, qua prius dominabatur, tyrannidem:

* *& ciuitates eorum destruxisti.*

synagogas quoq; sathanæ, congregationes infidelium populorum, in quibus ipse inhabitabat inimicus, tu Deus ad nihilũ redegisti, dum gentium idololatrarũ populos à vanitatibus ad veritatem tua gratia peruenire fecisti.

7 *Perijt memoria eorum cum sonitu:* Psal. 18.

Quod fuerant esse desierunt, & cessant, ac perijt apud Deum eorũ prior memoria,

ad sonitum pdicationis Euangelicæ,qui A
per oēm terram percurrens,ab infidelita
te ubique terrarum electos ad ueritatem
Apoc.2. adduxit, sicque nomine nouo donauit.
Aut cum sonitu,id est, subito & veluti cū
impetu & cōfusione periit memoria dæ
monum,qui in gentibus colebantur:qm̄
adueniente prędicatione Euangelica,ipsi
expulsi sunt,& adorari cessauerūt ĩ terris:
* *dominus in æternum permanet.*
Dominus autē in sua essentia semper sta
bilis,permanet in sempiternum idem ip
se & immutabilis: & ipse, participatione
stabilitatis suæ,ad se conuersos, in verita
te stabiles faciet permanere:
eiusque memoria ad cōsummationē vsq;
seculi apud fideles & electos pmanebit.
8 *Parauit in iudicio thronum suum.*
Ipse tribunal suumatque iudiciariā sedē
parauit,disposuit,atque constituit in iudi
cio & ęquitate, non potens nisi quod
ęquum semper & iustum est iudicare:
* *& ipse iudicabit orbē terræ in æquitate,*
*iudicabit populos in iustitia.*
& ipse iudicabit vniuersos inhabitatores
orbis terrarum in iustitia,& populos om
nes in rectitudine & æquitate iudicabit: C
nunc quidē iudicio discretionis,malos à
bonis segregās,bonis gratiam misericor
Matt.16. diter largiens,impiis eam iustè denegās:
post verò, iudicio finalis retributionis,
redditurus vnicuique secundū opera sua,
Peculiariter quoque in hoc tempore gra
tiæ, rex æternus constituit tribunal suū,
ad faciendū iudicium pro electis suis: &
ipse iudicauit in sua iustitia pro orbe ter
rarū,& p vniuersis populis in eo inhabi
tantibus,contra principē tenebrarū, qui
per tyrānidem dominabat,agebatq; prin
cipē in mūdo: quē iustè atque æquissime
Ioan.12. suo regno priuauit forasque proiecit, D
vt in electos & fideles nihil vltra iuris re
seruaret.
9 *Et factus est Dominus refugium pauperi.*
Et exhibuit se iudex Dn̄s, atque demon
strauit pauperum auxiliatorem, patronū
siue defensorem, & contra iniquorum
iniurias tutum refugium, liberando eos
de manibus inimicorum suorum:
* *adiutor ĩ opportunitatibus in tribulatione.*
adiutor factus est eis in opportuno tēpo
re,nēpe in tribulationibus & afflictioni-
bus eorum Tunc n. opportunum solet &
gratum esse liberantis adiutorium,& iu-
cundum esse potentis refugium.
10 *Et sperent in te qui nouerunt nomē tuū.*
Et est profecto cur merito absq; vlla hæ
si atione siue diffidētia in te debeāt fidu
ciam & spem suā ponere,atque in neces
sitatibus inuocare, oēs qui te per fidē ve
rè cognouerunt, quā videlicet sis iustus,
bonus,misericors,atque fidelis:
* *qm̄ non dereliquisti quærentes te Domine.*
propterea ꝙ nunquā inuentus es dereli
quere penitus eos qui te ex animo q̄sie
B runt,tibiq; placere studuerunt:sed astitis
eis præsentia tua, nonnunq̄ quidē tēpora
li adiutorio,vbi,qn̄ & quātum uolueris:
semper verò spirituali auxilio, & gratiæ
tuę interna consolatione.
11 *Psallite Domino qui habitat in Sion.*
Proinde fideles vos oēs veri Ecclesiæ
filii, qui eius bonitatē & auxilium exper
ti estis, psalmum & laudē canite ipsi qui
est inhabitator Ecclesiæ suæ sanctę,q̄ per
fidē illum speculatur, quam ipse vt pater
ad benefaciendum,vt iudex atque patro
nus ad defendēdum vt spōsus ad decorā
dum,vt pastor ad pascendum, inhabitat,
* *annuntiate inter gentes studia eius.*
opera quoque eius quæ fecit,& consilia q̄
cogitauit pro hoīum pauperum redēptio
ne,proclamate in oēs longe lateq;, natio
nes,vt laus eius crescat in vniuersa terra,
& allecti qui audituri sunt etiam infide
les ad illius cultum,& fidem confugiant,
12 *Quoniam requirens sanguinem eorum re*
*cordatus est,*
Nā etiam si contingat nonnunquā confi
dentes in Dn̄o temporali et relinqui in
manibus persequentium,nō est tn̄ existi
mādum Deū prorsus oblitum esse eorū:
sed recordabitur eorū, requirēdo sangui
nē ipsorū de manibus opprimentium:&
* *non est oblitus clamorem pauperum.*
nequaquam obliuiscetur,aut nō attendet
ad orationes pauperū se inuocātium, sed
memor erit patientiæ ipsorū, dādo eis p
perseuerātia uitā æternā eorū, uero perse
quutoribus sēpiternæ mortis punitionē.
13 *Miserere mei Domine.*
Ob hoc in oīb' obueniētibus mihi neces
sitatib' meis fidēter ad te clamabo,dicēs,
* *vide humilitatem meam de inimicis meis*
Miserere

Miserere mei Dñe,& benigno oculo mi- A
sericordię ꝯsidera afflictionē meā ni-
miam,q̄ sustineo ab aduersanti bus mihi.

14 *Qui exaltas me de portis mortis:*

Tu (inquã) Dñe qui me gloriose eripui-
sti & magnifice saluasti de periculis maxi
mis,quæ humana via videbar nõ posse e-
uadere,& à quibus nisi Diuino tuo auxi-
lio non poteram liberari,cum aduersum
me p̄ter oẽs aereas potestates,ẽt vniuersi
mundi principes atrocissime deseuirẽt:
à quibus tñ requiem tandem donasti mi
hi,& in securitate constituisti:

* *vt annunciem omnes laudationes tuas in* B
*portis filiæ Sion*

idq; fecisti ad gloriam tui nominis,vt an
nuntiarentur per membra mea, per fide-
les tuos,laudes tuæ omnes, & laudabilia
opera tua prædicarentur palam & in pro
patulo corã omni populo fidelium, qui
est in Ecclesia sancta.

15 *Exultabo in salutari tuo.*

Exultabo in spiritu meo, in saluatione Esa. 12
tua q̄ fecisti mihi, atq; in Saluatore Chri Ioh. 12.
sto,per quem salutem misisti mundo:

* *infixæ sunt gentes in interitu quē fecerũt.*

inuolutæ sunt & illaqueatæ prauæ hostiũ C
inicorũ nationes,in perditione quàm pa-
rauerant mihi & pro morte ad quam me
cupiebant pertrahere,mortis ęternę nexi
bus sunt obuolutæ.

16 *In laqueo isto quem absconderunt: com-
prehensus est pes eorum.*

In laqueis,foueis,atque insidijs mortis,
quas in astutia atq; malitia sua parauerãt
fidelibus,in iisdem ipsi pedibus suis inhę
serunt,suntq; irretiti & inuoluti,ita vt im
perpetuum nequeant sese extricare:dum
ego saluor tuo munere,& illi increduli q
ad mortem me persequebantur,in morte D
permanent sempiterna.

17 *Cognoscetur dominus iudicia faciens:*

Agnoscet Dñs,quàm pius, quàm iustus,
formidabilis,q̄ verax, cũ innocentes sal-
uando,noxios perdendo, fecerit iudiciũ.
Sic enim & misericordia patebit & iusti-
tia eius quæ ante iudicij exequutionem
plurimos latere videtur.

* *in operibus manuum suarum comprehen
sus est peccator.*

Sapien.1 peccatores ex operibus suis prauis q o-
perati sunt, dãnationis inuenietur ob-
stricti vinculis,& seipsos in æternę mor-
tis laqueum pręcipitauerunt.Neq; enim
mortem sua voluntate creauit altissimus,
sed impij operibus manuum suarũ accer
sierunt illam sibi, astrinxerunt'q; se illi.

18 *Conuertantur peccatores in infernum:*

Dæmones in sua malitia obstinati descẽ-
dent iuxta decretum diuinæ iustitiæ, ca-
dentq; in profundum inferni:

* *omnes gentes quæ obliuiscuntur Deum.*

pariter & infideles omnes qui sunt in na
tionibus, quæ Deum nõ agnoscunt crea
torem suum,eumq; ita vt oportet per fi-
dem & mandatorum eius obseruationẽ
non habent ante oculos,neque cultu aut
famulatu debito venerantur.

19 *Quoniã non in finẽ obliuio erit pauperis:*

Nequaquam enim(vt illi falso existimãt)
pauperes ante Deũ prorsus in obliuionę
erunt,vt vel à suis afflictionibus nunquã
sint liberandi,vel nunquam sit de eorum
oppressione futura vindicta:

* *patientia pauperum non peribit in finem.*

longanimis,humilium in Deo sperantiũ
expectatio atq; sustinentia,non erit vana Iacobi.1
in sempiternum, neque finaliter frustra- Heb.11.
bitur:sed fructum suo tpe proferet paca-
tissimum, atq; saluberrimũ vitæ æternæ, Luce.12.
quã accipient à iusto iudice omnes qui
nunc in patienti a possederunt aĩas suas.

20 *Exurge Domine,non confortetur homo:*

Ne vltra dissimules Dñe, neque differas,
sed exurge ad iudiciũ tuũ neq; permittas
inualescere atque dominari hominis eu
iusquam malitiam aut potestatem:

* *iudicentur gentes in conspectu tuo.*

fiat iudicium oppressarum gentium atq;
pauperum populorum ante te,per senten
tiam iustitiæ atque voluntatis tuæ:

21 *Constitue Domine legislatorẽ super eos:*

Mitte Dñe,quẽ missurus es,legislatorem,
doctorẽ,atq; præceptorẽ populorũ,Chri- Exod. 4.
stum tuum benedictum filium,qui genti
bus tuam voluntatẽ annunciet,omnemq; Esaię.55
edoceat veritatem: Ioelis. 2.

* *sciant gentes quoniam homines sunt.*

fac per hunc gẽtes cognoscant & intelli
gant se hoĩes esse id est naturæ nõ in cor
ruptibilis,sed mortalis: & humiliari di-
scat, eumq; agnoscere, cuius post mortẽ
necesse est ipsos iudicio mox præsentari.

22 *Vt quid Domine recessisti longè:*

Sed

Sed quorsum pijssime Dñe nunc in hoc E
tpe frequẽter elongare videris teipsum à
seruis tuis, eosq; relinquere & contemne
re videris, neque clamantes exaudire?
* *& despicis ĩ opportunitatib ĩ tribulatione.*
potissimum, quando opportunitas maxi-
ma vr̃ & necessitas exaudiendi, vtpote dũ
in afflictionibus constituti sunt, atque per
secutionibus premuntur hominum im-
piorum. Sic enim subinde ad tempus
pauperum clamorem te dissimulare, quo
tidiana docet experientia.
23 *Dum superbit impius incẽditur pauper:*
Ecce dum in hoc mundo florentes impij F
intumescunt atq; eleuãtur & potestatẽ ac
quirunt atq; authoritatẽ huius seculi, vtũ
tur atq; affligunt q pauperes sunt & abie
cti in mundo, dũ à potentibus opprimũ-
tur, atque varijs modis spoliãtur miseri,
* *cõprehendũtur in consilijs quibus cogitãt.*
veruntamen iusto tuo iudicio cõprehen-
dentur, illaquebuntur, atque irretientur
quasi vinculis quibusdam, damnationis
suæ, in sceleratis cogitationibus suis atq;
consilijs, quibus cogitauerunt de paupe-
rum oppressione.
24 *Quoniam laudatur peccator in deside-
rijs animæ suæ*
Ecce enim gloriantur peccatores in per
uersis desiderijs cordis sui, seq; ipsos pal
pant, & sibijpsis placent in astutis consi-
lijs suis, quasi rem bene gesserint.
* *& iniquus benedicitur.*
insuper & adulatores habẽt à quibus per
adulationem, laudem, gloriam & honorẽ
accipiũt, quiq; eis assentant in cunctis p
uersis quæ cõceperint atq; proposuerint:
& homines impij à suis similibus prędi-
cãtur, glorificantur, & benedictionem lau
dis atque adulationis accipiunt.
25 *Exacerbauit dominum peccator:*
Cum exacerbauerint, irritauerint, atque
multis modis per adinuentiones suas ad
summam iracundiam prouocauerint Do
minum Deum peccatores:
* *secũdum multitudinẽ iræ suæ nõ quæret.*
tamen propter sæuitiam, & magnitudinẽ
obdurati furoris sui, obstinati & consum
mati in sua malitia, non curabunt ad pla-
candum, neque requirent eius gratiam re-
dire eius quem sic multifariam exacerba
re non formidarunt.
26 *Non est Deus, in conspectu eius.*
Deum non habent ante mentis oculos, &
quasi non sit Deus qui de rebus humanis
vel curam gerat, vel iudicium hebeat, ita
viuũt, sine freno, absque vllo metu, libere
obsequentes oĩbus desiderijs animæ suæ:
* *inquinatæ sunt viæ illius in omni tẽpore.*
opera atque studia eorum praua sunt, ma
litiaq; sordibus inquinata, in omni tpe:
dum aliud nihil quàm iniquitatem om-
ni tempore meditari assueuerunt.
27 *Auferuntur iudicia tua à facie eius:*
Elongata sunt iudicia tua à conspectu eo
rum, dum mente non attendunt ad prę-
cepta iustitiæ tuæ, neq; considerãt ea quæ
sunt super impios ventura iudicia, quæ si
haberent ante mẽtis oculos, nõ ita sine
freno in oẽm prorueret iniquitatem:
* *omnium ininimicorum suorũ dominabitur.*
Et quia Deum non habent ante oculos,
uidentur sibi super oẽs qui eis aduersa-
ri possint, gerere principatum, neminem
reuerentur, nec ullum quenquam hominum Psal. 14
sibi posse obsistere confidunt, propter sæ Iob. 22.
uitiam potestatis suæ.
28 *Dixit enim in corde suo, non mouebor à
G generatione in generationem: sine malo.*
Dicunt.n. in cordibus suis, Non priuabi
mur in sempiternum neque excutiemur
à potestate nostra, absque vllo malo per
mansuri in flore nostro. Existimãt enim
in corde suo & sibi persuadent, quasi sem
piternam se habere & imperpetuum per-
durantem potestatem suam, & sine malo
fore se imperpetuum, quasi eos non ma
neat vindicta: atque ob hanc falsam suã
persuasionem, neque Deum metuunt, ne
que hominem reuerentur.
29 *Cuius maledictione os plenum est, &
H amaritudine & dolo:*
Os habet maledictis & amarulentia ple-
num, ad Deum blasphemandum, proxi-
mis verò conuinciandum atque detrahẽ
dum, semper parati:
* *sub lingua eius labor & dolor.*
sub lingua eorum latet afflictio & dolor,
dum per linguam suã illa in pauperes lo
qui meditantur, quibus eos affligant &
crucient hoc est blasphemias, conuicia,
improperia, aliaq; huiusmodi.
30 *Sedet in insidijs cum diuitibus.*
Ad insidias residet vnà cũ cęteris seculi pp
ten-

tentibus, suis cōplicib. & in malo cōsciis A
* *in occultis ut interficiat innocentes.*
ut in occultis, & quasi latēter interficiāt fideles, vorentq; innoxios: qđ sanè nō raro faciunt, cū per sua fraudulenta cōsilia innocētes ad perditionē & mortē trahūt
31 *Oculi eius in pauperem respiciunt:*
Oculos suos habent defixos in humiles atque simplices non quidem ad benigne miserendum, sed quasi raptores ad prædam ad crudeliter perdendum:
* *insidiatur in abscondito quasi leo in spelunca sua.*
& insidias tendunt per occulta sua fraudulēta consilia, admodum leonis in spelunca sua latentis, intenti ad rapinam:
32 *insidiatur vt rapiat pauperem,*
Insidias ponunt ad prædā pauperum, oportunitatem & media commoda ad eam rem meditantes, per astutiam suam:
* *rapere pauperem dum attrahit eum.*
ad rapiēdum (inquam) pauperes, ad spoliandum, discerpendum, atque deuorandum, cum eos adinuentionibus suis ad se attraxerint, cœperintq; in aliquo eis prævalere ad eum modum quo leo solet unguibus ad se attrahere innoxia animal- C
cula, quæ est uoraturus.
33 *In laqueo suo humiliabit eum:*
In laqueo & in reti adinuentionum suarum, quas ad pauperum deceptionem adinuenerunt, & quas veluti pedicas siue laqueos tetenderunt per insidias simplicibus, ita potestatem acquisierunt super eos, eisq; prævaluerunt.
* *inclinabit se & cadet cum dominatus fuerit pauperum.*
& ut ex illorum potestate non facile euadant, quibus semel fraudulenter ꝑualerint hi impii, inclinabunt se, & penitus ꝓ D
cumbent super illos, cum cœperint dominari illorū: ad eū modū quo in lucta ficti solet, quando is qui aliū prostrauit in terram, mox sese inclinat, ac corpore toto omnibusq; viribus incumbit sup ꝓstratum, vt nequeat prostratus exurgere
34 *Dixit enim in corde suo, oblitus est Deus.*
Hæc autem oīa ita licenter, ita audacter audent peruersi pauperū oppressores, eo ꝙ sibi male persuasū habeāt in cogitationib⁹ suis, Deū nō aspicere res humanas neq; pauperū suorū ullā gerere curam
A * *auertit faciem suam, ne uideat in finem.*
putentq; Deum à rebus humanis auertisse oculos prouidentiæ suæ, vt non attēdat ea quæ hic aguntur, quasi de eis nunquam in iudicio sit facturus mentionē, dicentes, Circa cæli cardines perambulat, neque nostra considerat. Iob. 22.
35 *Exurge domine Deus, & exaltetur manus tua:*
Tu verò domine tanta impiorum prauitate & tā miseranda pauperū tuorū oppressione veluti excitatus atq; per motus exurge & clarifica atq; notā fac dexterā
B oīpotentię tuæ per ostensionem iustitiæ
* *ne obliuiscaris pauperum.*
& re ipsa demonstra, nō esse pauperes coram te in obliuione: ipsos quidē ab iniustis oppressoribus eripiendo, hos verò iusta uindicta puniendo, secundum ordinē iustitiæ tuæ,
36 *Propter quid irritauit impius Deum?*
Vt quid enim sua temeritate ausi fuerunt impii te Deum irritare atque prouocare, in suam punitionem.
* *dixit enim in corde suo, non requiret,*
cum dicerent in cordibus suis, ꝙ non esset Deus expostulaturus neq; iudicium facturus de malefactis eorum. Nā hoc ipso visi sunt tuum contra se prouocare iudicium, vt sic puniti in seipsis dicant falsam fuisse persuasionem suam.
37 *Vides, quoniam tu laborem & dolorem consideras:*
Nequaquā verò ita est ut isti sibi falsò ꝑsuadent, imò ecōtrario uides tu & aspicis diligenter quæ agunt homines: qm̄ tu cōsideras afflictionem & dolorē quibus affligunt atq; cruciant impii innocentes:
* *vt tradas eos in manus tuas:*
& consideras (inquam) ut eos, qui laborem hunc atque dolorem simplicibus inferunt tradas ad vltionē, in manus iudiciariæ potestatis tuæ, in manus potentiæ atq; iustitiæ tuæ, illis qui iniustè affligun tur de ultricibus manibus tuis per eandem iustitiam liberatis.
38 *Tibi derelictus est pauper:*
Tibi enim pauper & humilis fideliū populus, ad defensionem relinquitur.
* *orphano tu eris adiutor.*
& tū populo fidelium, aliū pręter te adiutorem non habenti, eris defensor.

Et uniuersaliter, tibi quasi vnico patrono, quasi iudici iusto relinquunt causæ pauperũ, & tibi seruant pupillis quoq; ac viduis & iis q humano sunt destituti auxilio atq; solatio tu te exhibes defenso rẽ supplens tuo diuino auxilio, q̃ illis ex humano deest.

Daniel. 7 39 *Contere brachiũ peccatoris & maligni:* Confringe domine potestatẽ & aufer tyrannidem impiorũ atq; malignorum hominum, qui nunc potestatem habent, & tyrannidem exercent super seruos tuos:

* *quæretur peccatũ illius, & nõ inuenietur.*

Tu verò si cõfrigeris potestatẽ illorum, non poterunt perficere iniquitas machinationes suas; ita ut si requirat malitia quã aĩo meditati fuerãt, inueniri non possit in operis impletione, vtpote ab effectu per tuam diuinã potentiam præpedita.

40 *Dominus regnabit in æternum, & in seculum seculi:*

Dominus autem Deus noster in sua maiestate atq; potestate stabilis, regnum te-Apoc. 21 nebit sempiternum, cuius Potestas atq; imperium nunquam deficiet:

* *peribitis gentes de terra illius.*

eliminabuntur oẽs idololatriæ cęterisq; vitiis deditę nationes, neque habitabunt in hęreditate eius in terra uiuentiũ: hoc est, neque in numero fidelium eius, neq; in ciuitate superna Nihil enim coĩnquinatum introibit in illam.

41 *Desideriũ pauperũ exaudiet dominus:* Erga verò pauperes & verè humiles atq; mansuetos tanta est eius elemẽtia, ut nõ solum clamoris vocem, sed ipsa quoque eorum desideria ocyus exaudiat.

* *pparationẽ cordis eorũ audiuit auris tua* imo priusquã plenè expresserint suũ desiderium, vbi primũ parare cœperint corda sua ad desiderandũ atq; postulandum iã, nunc adest benignitas diuinæ exauditionis. Tãta est Dei erga suos pauperes ad exaudiẽdũ promtitudo atq; facilitas.

42 *Iudicare pupillo & humili:*

Exaudiuit (inquam) Dominus orationẽ & desideria pauperum, ad faciendum iudicium pro pupillis atque humilibus, qui humano sunt destituti patrocinio: aut certè illi nequaquam fidunt:

* *vt non apponat ultra magnificare se homo super terram.*

E Ob hoc verò Dominus se pauperũ sic exhibet iudicem, ut nemo hominũ qui super terram ex terra sunt, viles & humiles & ignobiles ex sua origine, quantumuis diuitiis potens aut potestate præcellens, ultra se audeat extollere, amplius quam oportet, pauperes opprimendo, aut humiles ꝓ suo libito tractando: sed attendant omnes, & revereantur iustũ Dei (q̃ sine personarum acceptione veniet) iudiciũ, & vel eius timore à pauperũ oppressionibus atque iniustis vexationibus desistant

F ANNOTAT. IN PSAL. IX.

Versu tertio, In conuertẽdo inimicũ meũ retrorsum. More Græco dr̃; In conuertendo inimicũ meum: quod fm̃ Latinam phrasim apertius diceret, iuxta sententiam, in Elucidatione propositam Quoniam conuersus est retrorsum. Quã quam potest & fm̃ temporalem significationem exponi, ad hunc modum: Cum conuerteretur, vel cum conuersus fuerit inimicus meus retrorsum. Atq; ita clarius vertit ex Hebræo Hieronymus, Cũ G ceciderint inimici mei retrorsum Græca .n. lectio ἐν τῷ ἀποστρέψαι τὸν ἐχθρόν μου, hoc est, (ad verbũ reddẽdo cum conuerteris inimicũ meũ retrorsum, vtrunque sensum recte admittit. Possunt .n. huiusmodi loquutiones fm̃ commoditatẽ sententiæ exponi vel temporaliter, vel causaliter, vel ẽt conditionaliter. Retrorsum autem conuerti, notum est significare deiectionem, humiliationẽ, expulsionem, aut effugationem, forasq; eiectione quemadmodũ iam gratia Dei principi contingit: tenebrarũ infirmabunt autem Iob. 41. H & peribunt, manifestũ est ad potestatẽ referri, nõ ad substantiã. Neq; n. fm̃ naturam impotens factus est diabolus, neq; perijt, neq; aliqñ est periturus: sed potestatis imminutio, & prolapsus á potestate & tyrannide priore, qua ante Christi aduentum mundo dominabat ipsius infirmatio (vt ita loquar: atq; perditio sunt. Vnde pro infirmabunt, beatus Hieronymus ac cæteri ex Hebręo interpretes vertunt, corruẽt. ¶ Versu quarto, Q̃m fecisti iudicium meũ & cãm meam Impropriè dictum videtur, Fecisti causam, pro iudicasti

casti causam, siue absoluisti causam me am. Non dicimus enim secundum proprietatem Latini sermonis facere causam pro iudicare. Nisi fortè causam quis hic accipiat pro vindicta, vt facere causam meā, accipiatur, pro facere vindictā meā, siue pro me. Græca enim dictio δίκην (quæ hoc loco ponitur) ambigua est, & vtrūq; significat, nempe & causam & uindictā. Prior tamen sententia apparet melior: tametsi eloquutio sermonis videat minus propria. Secūdam autem partem uersus, Sedisti super Thronum qui iudicas iustitiam, exponit Elucidatio secūdum cōsuetudinem humanā, quemadmodū & illud quod suprà præcessit psalmo 7 In altum regredere, fere secundum eandē sentētiā exposuimus. Alii verò thronum istū vel sedem, animas sanctorū exponūt: iuxta illud, Anima iusti, sedes est sapientiæ. Alii totam Ecclesiam siue militantē siue triūphantem. Vtraque enim sedes Dei est: & super utrāq; residet gloriosus Dñs. Priori tamen sententiæ magis fauere uidetur, quòd de iudicio sit mētio: quam etiā solā ut magis proposito accommodā, sequit Elucidatio. Vnde beatus Hieronymus ex Hebræo vertit, Sedisti super solium iudex iustitiæ. Non solemus autem dicere sic, Deum in animabus sanctorū residere, ut iudicem in solio. Quantū verò ad illud iudicare iustitiā, aduertendum est, q̄ sm scripturam consuetudinem dr̄ iudicare iustitiam, pro iudicare iustè, aut ī iustitia, aut sm iustitiam. Secundum quem modū loquendi, aut scripturis inuenit facere iustitiam aut bonitatem, pro facere iuste aut bene, vt illic, Spera in domino, & fac bonitatem. Et rursus, Bonitatem fecisti: pro bene age, aut fecisti bene: siue bona age, aut bona fecisti. Ita facere iniquitatē & impietatem passim inueniunt posita, loco facere iniquè & impiè. ¶ Versu quinto, Increpasti gētes, & periit impius. Q̄d hic ipius dr̄ ad increpationē domini periisse, de bona pditione intelligimus: sm quod alio in loco dr̄, Verte impios, & nō erunt, hoc est, ad iustitiam eos conuerte, & non vltra erunt impii, q̄ fuerant, aut sunt, Tunc.n. perit impius, quando (iuxta Esaiæ consilium) dereliquit uiam pristinam, & iniquas cogitationes suas. Et secūdum idē intelligitur, q̄ de nomine eorum dicitur delendo in seculum. Cui ēt consonat, quod in Psalmo 15 subiungit Nec memor ero nominum eorum per labia mea. Nominum scilicet ueterum nō erit Deus memor, quæ hic ad eundē sensum dicuntur deleta in seculum. Quomodo autem nomina deleta sint per Christi aduentum, nec ultra memorie ut ea per labia sua, ipse per Prophetā Osee declarat, dicens: Vocabo non plebem meā, plebem meam: & non dilectam, dilectam: & non misericordiam consequutam, misericordiam consequutam. Et erit in loco ubi dictum est eis, Non filii mei uos, Ibi uocabunt filii Dei viui. Hic Petr' Apostolus, fideles in Christum credentes honorificentissimis titulis appellat, dicens: Vos autem genus electum, regale sacerdotiū, gens sancta, populus acquisitionis. Et per Prophetam prædictū erat, q̄ nouo nomine suos esset nūcupaturus Domin' Deus nr̄: Possent quoq; & alia ex diuersis scripturarum locis ad eandē rem afferri testimonia: sed breuitati consulentes, ea prætermittimus. Quantum tamen ad priorē partem de perditione impii, alii eam referunt ad diabolum, qui Christi prædicatione perditus est & condemnatus: nominū autem deletionem nobiscum prædicto modo intelligunt, vel etiam de diabolo, cuius nomen post Christi aduentum illic iam abominabile est, vbi ante adorari & venerari solebat. ¶ Versu sexto, Inimici defecerunt frameæ in finem In finem, referri potest ad finem tēporis: secundum quam acceptionem, priori loco in Elucidatiōe pars ista exponit: vt vel æternitatē significet, quomodo aliàs frequenter solet accipi: atq; hanc sententiam secundo loco explicat Elucidatio, eaque magis Hebrææ lectioni respondet. Ciuitates autem impiorum, dr̄ Synagogę Satanę, congregationes idololatrum, & cōciltabula ipiorum, quæ propter unitatem & participationem in malo ciuitates dicuntur diaboli, quomodo congregationes sanctorum, & Ecclesię fideliū dicūtur ciuitates Dei. & quomodo cōsiderantes totam iustorū uniuersitatem, unā dicimus Dei ciuitatē: cōsiderantes uerò cōgregationes plures, in locis diuersis cōcorditer Deo famulātes,

Marginalia: Psal. 7. Prou. 11. Esaiæ. 55 Psal. 15. Osee. 2. Roma. 9. 1. Pet. 2. Esaię. 62

tes,Ecclesias particulares dicimus ciuita-
tes,numero plurali: sic malorũ cõciliabu
la,licet in una malitia cõueniãt,sicq; vna
sit ciuitas,dicim⁹ tñ ẽt plurali numero dia
boli ciuitates. Aut p ciuitates intelligãtur
pstãtissimi quiq; huius seculi(cuiusmodi
erãt principes atque potẽtes, similiter &
sapiẽtes seculi) quos velut pro suis muni
tionibus & ciuitatibus habebãt dæmones
Nã & horũ non pauci, per Christi aduẽ-
tum & Apostolicã prædicationẽ, ab illo
deficientes,Christum in sese receperunt.
¶ Versu octauo,Parauit in iudicio thro-
num suum. Quomodo suprà diximus
versu quarto,per fidem Dei quosdam in-
telligere Ecclesiã: ita & hoc loco intelli-
gunt,dicentes,ꝙ in iustitia sua fundaue-
rit atque stabilierit Dñs Ecclesiã. Ali per
thronum intelligunt quidem iudicariã
potestatem:sed ob hoc in iudicio dicunt
paratum, ꝙ per humilitatem quasi pas-
sus est à Pylato iudicati sicq; morte inter
fici, peruenerit meruitq; exaltari ad glo-
riam iudicarij solii, ut iudicium intelli-
gas passiuè quo ipse iudicatus est,sicq; in
telligatur parasse sibi thronũ in iudicio,
qa iniuste indicatus & passus, ad thronũ
istum meruit à patre exaltari. Nos tñ in
Elucidatione aliter sumus interpretati,
iudicium scilicet accipientes(vt frequen
ter solet vsurpari )pro æquitate siue recti
tudine iustitiæ: sicq; dicimus ob hoc pa-
rasse Deũ in iudicio thronum suũ,qm̃ in
iustitia ipsum constabiliuit,firmissimo.s.
decreto & immutabili proposito consti-
tuens sibi iustitiæ rectitudinem,fm quam
oẽs est iudicaturus, unicuiq; reddendo
Matt.16. fm opera sua. Quemadmodũ ex aduerso
Mat.25. de iudicibus ĩpijs dicere iure possumus,
ꝙ throni eorũ in curuitate & iniustitia
parati sint,qm̃ iustitiã nõ iudicant.Scdm
Psal.61. hanc autem nostram expositionẽ, parti-
cula ista prima,per duas sequentes expo
nitur: queadmodũ frequenter in scriptu-
ris fieri solet. Nam parasse Christũ thro-
Rom.2. num suũ in iudicio,non aliud est, quàm
iudicaturum esse orbem terrarum in æqui
tate, & populos in iustitia. Valde autem
nouum est illud, quod iam parasse dici-
tur sedem suam Deus,cùm adhuc procul
videatur abesse iudicium. Significatur au
tem hoc modo loquẽdi, Christum item

E accepisse, iamq; habere iudiciariam potẽ
statem, tametsi nondum aduenerit tẽpus
generalis exequutionis. Iã enim consti- Actu.10.
tutus est iudex viuorum & mortuorũ,&
sedet ad dexteram patris,veluti tps expe-
ctans iudicij, paratus ad iudicandum, &
( quomodo Apostolus ait ) de cętero ex
pectãs, vt subiiciant oĩa sub pedib⁹ eius. 1.Cor.15
Et licet nondum videatur super hanc se-
dem iudiciariã residens, illud tñ est attẽ
dendum,sedem esse paratã,& paratũ esse
iudicem,tantum expectatur definitũ iudi
cii tempus,vt in sede sua iudex appareat.
F Et fm hoc intelligi põt illud Esaiæ,Dñs Esaiæ.3.
stat ad iudicandum populos. Modò.n.
quasi stat paratus.Cum autẽ venerit, tũc
(vt ipsemet testatur in Euangelio ) sede- Mat.25.
bit in sede maiestatis suæ. Potest quoque
illud,in iudicio, accipi, vt valeat in iudi-
cium, siue ad iudicandum. Iam.n. sedes
ad iudicandum parata est. Cui sententiæ
consonat Hieronymi versio ex Hebræo,
quæ sic habet. Stabiliuit ad iudicandum
solium suum. ¶ Versu decimo,Et sperent
in te qui nouerunt te dñe.Meritò sperẽt
in te Dñe,qui te nouerunt. Qui enim te
G nesciunt,vel nolentes, uel non audentes
in te sperare,certissimò cõstat,illos non
cognouisse nomen tuum,id est,nõ te ta-
lẽ cognoscere,qualis re uera existis,& qua
lis in scripturis sacris esse doceris. Si.n.
te scirent,si te vere cognoscerent,si de te
vt oportet in bonitate sentirent,si tuam
misericordiam tuam benignitatem, tuã
longanimitatem crederẽt,vtiq; securissi-
mè simul & libentissimè toto corde in te
cõfiderẽt.Hinc audimus illos q te noue-
runt,de te fidentissime loqui. Cognouit
te,qui exaltans in fortitudine vocẽ suã,
H ad vniuersos exclamabat,Accedite ad Do Psal.33.
minum,& illuminamini, & facies vr̃ę nõ
confundentur,Gustate & videte, qm̃ sua- Psal.61.
uis est Dñs.Et alibi, Sperate in eo oĩs cõ Psal.54.
gregatio populi, & effundite coram illo
corda vestra. Ac rursum, Iacta super Do-
minum curam tuam,& ipse te enutriet,&
nõ dabit in æternũ fluctuationem iusto.
Subdictus esto Dño,& ora eum,& ipse fa
ciet. Cognouit te ille quem Petrum esse 1.Pet.5
fecisti,& nominari voluisti, caput fideli-
um tuorum:& ideo ad uniuersos quos ei
cõmisisti,solicita exhortatione, pastoris
voce

uoce clamitat, dicēs; Humiliamini sub potenti manu Dei, omnem vestrā solicitudinē proiiciētes in eum: qm̄ ipsi cura est de uobis Huiusmodi sententiis plena sunt vniuersa illorū scripta qui te cognouerunt: atq; ob hoc, in te sperare non ipsi soli fidēter audēt, verū ad idē uniuersos ē: inuitare contendunt. Deniq; & ex tua voce audimus, Qm̄ me sperauit, liberabo eum: & protegā eū, qm̄ cognouit nomē meū. Qui autem dicunt tibi, Recede a nobis, nō est salus in Dño, cæci sunt; & ignorant te ò lumē beatissimū, nomenq; sanctum tuum non est manifestatū oculis eorum. ¶ Versu undecimo, Annuntiate inter gētes studia eius. In Psalterio Rō. mirabilia pro studiis inuenimus. Sic. n. habet, Annuntiate inter gētes mirabilia eius, Grecē autē est, ἐπιτηδεύματα, quod non mirabilia significat proprie, sed excogitationes, vel adinuētiones, id est, exquisita consilia, quæ solemus adinuentiones nuncupare. Neq, omnino malè hic dicū tur studia. Studium enim animi intenta vehemensq; applicatio est, qualē solēt adhibere homines cum insolita & magna consilia excogitāt, aut pficere quærūt. Beatus Hieronymus uertit cogitationes p studiis: quod nostræ lectioni satis accedit Quidam vertunt opera, nonnulli dispensationes. Harum aut lectionum uix vlla est in sēsu diuersitas. Hoc enim sunt Dei adinuentiones, qđ studia atque dispensationes: & hoc studia siue adinuentiones, quod mirabilia opera. ¶ Versu duodecimo, Qm̄ requirens sanguinem eorū recordatus est. Pronomen eorum, in medio positum, non facilè apparet, an à nomine sanguinem regi debeat, an à verbo recordatus est, an videlicet sententia sit Deus requirens sanguinem, recordatus est requirens sanguinem eorū. Mihi vr̄ cōgruentius, vt, quanquam semel tantum positum, ad vtrunque tñ referatur, & tanquam bis positum repetatur ſm sententiā sitq; sensus, Deus recordatus est eorum (s. pauperum) requirēdo sanguinē eorum, id est, vindictam exposcendo de illis, qui innocentē sanguinem eorū crudeliter effuderunt: sub quo etiam aliæ q̄libet tribulationes intelliguntur, quæ bonis à malis infliguntur. Neque n. pro illis solis faciet iudiciū, qui sanguinē suū p eo effuderunt, sed quicunque ullam pro eius nomine, vel pro innocentia persequutionē aut tribulationē sustinuerunt Obliuisceretur autem Deus sanguinem pauperum, si non aliqñ vindictam exposceret, & vltionem faceret de illorum oppressoribus. ¶ Versu 13. Vide humilitatē meā de inimicis meis. Clarior & aptior videret esse oro, si loco ppositionis de, poneretur, ex vel ab, hoc modo, Vide humiliatem meam ab, vel ex, inimicis meis, id est, afflictionem, quam ex illis, uel ab illis sustineo. Et ad hāc sententiā accipere oportet uulgatam electionē nostram Græce enim habetur, ἐκ τῶν ἐχθρῶν, id est, ex inimicis: quomodo etiā ex Hebræo vertit Hieronymus. ¶ Versu 14 Qui exaltas me de portis mortis. Nota modū scripturarū, quo dr̄ esse in portis mortis, qui est in maximis periculis, & quasi morti proximus. Quemadmodum is qui grauissimis tētatiōibus sollicitatur ad malum, ita ut penè consentiat, & se in peccatū mittat, dicitur vsq; ad portas mortis atq; etiā inferni deuenisse. Cuiusmodi erat ille, qui dicebat, Et vita mea inferno appropinquauit. Et iterum, Nisi quia dominus adiuuit, me paulominus habitasset in inferno anima mea Similiter & qui in periculis agit mortis corporalis, q̄ vix sperat posse euadere, si saluet, è portis vel faucibus mortis dr̄ erutus: qm̄ quasi mortuus deputatus fuit, & liberatus quasi rediit ad vitā, Vtrunq;. n. est principiū & ingressus, nempe & porta & fauces Et nota pulchram partium iuxta positarum respondentiā, cum dr̄. Qui exaltas me de portis mortis, vt annunciem omnes laudationes tuas in portis filiæ Siō. De illis me liberasti, ut in his me constitueres, ad laudes tibi decantandas. Posset & simpliciter intelligi exaltatio ista à portis mortis saluatio & liberatio ab ingressu mortis & īferni: ut sit sensus, Liberasti me, ne ingrederer in mortem, eo quod p portas fit ingressus: quemadmodum ecōtrario, ad portas uitæ exaltātur fideles, qm̄ ingressus eis conceditur & aperitur ad vitā ¶ Versu eodem, Vt annunciē omnes laudationes tuas in portis filię Sion, Quæ in porta fiunt, in publico fiunt, queadmodū anti-

Marginal notes: Psal. 90. — Iob. 21. — Psal. 87. — Psal. 83.

antiquitus iudicia in portis fieri solebāt E
Et secundum hoc dicitur, Vt annunciem
omnes laudationes tuas in portis filiæ
Sion. Filiam autē Siō vocat ecclesiā. Nam
per Sion ecclesiā significari supradictum
est in annotationibus Psalmi secūdi Fi-
lia autem dicitur indubiè, altissimi patris
cœlestis: quemadmodum & alio in Psal-
Psal. 44. mo dr̄, audi filia, & vide. Item apud Pro-
Esaiæ 62 phetam alium, Dicite filiæ Sion. Atq; ita
plerumque solet filia Sion significare Ec
clesiam & populum vere credentium, cū
Zacha. 9. in bonam partem accipitur. Cum vero ī
numero plurali ponitur, vel ipsas parti- F
Canti. 6. culares Ecclesias significat, vel singula ec
clesiæ membra. Vt cū dr̄, Viderunt eā fi-
liæ Siō & beatissimā prędicauerunt eam.
Psal. 149. Itē, filiæ Sion exultent in rege suo, id est
particulares Ecclesiæ vnius matris Sion
filiæ, uel animæ fideles & deuotæ, quæ
omnes sunt Sion filiæ. Confirmat autē
expositionē suprapositam, Chald para.
habens in hūc modū Narrabo oībus mi
racula tua, in ingressibus portarū Eccle-
siæ Sion. Versu 15. Infixę sunt gentes in
interitu quem fecerunt. Impii infigun
tur in interitu quē fecerunt, qm̄ mortem G
quā aliis parauerant, ipsi persentiūt: &
pro malis quæ contra proximos medita
ti sunt, recipiunt dānationē, quasi in ma-
lo infixi quod alijs parauerunt. Atq; hūc
sensum explanat Elucidatio. Posset tamē
intelligi, secundum hoc quod p Sapiēt
Sapien. 1 dr̄, Deus mortē non fecit, nec lætatur in
perditione viuorū. Impii aūt manibus &
verbis accersierūt illā. Mortis. n. qua dā-
nātur, ipsi sibi sunt authores, Priori tn̄
sententiæ magis fauet, quod Hebraice so
uea pro interitu habetur, quemadmodū
vertit Felix Propter quod videtur eadē H
esse sententia, quę suprapposita est Psal-
mo septimo, Incidit in foueā quā fecit.
Cui etiam consentit, quod in præsenti lo
co statim subditur, In laqueo isto quem
absconderūt, cōprehensus est pes eorum
Idem. n. vr̄ demergi in foueam quam fe-
cit impius, & in rete comprehendi quod
absconderat. ¶ Versu vigesimoprimo,
Constitue domine legislatorem sup eos.
Legislatorem istū aliqui intelligūt An-
tichristum, quem secundum iustitiæ diui
næ ordinationem, uel optat vel prędicit
mittendum incredulis & peruersis genti
bus, ut per eum seducti, & in dānationem
cum illo inducti, experiantur in die ul-
tionis se infirmos & mortales hoīes fuis
se, ac proinde uane Deo sese ex aduerso
opposuisse. Erit autem, hic pessimæ leg is
cōtra Deū lator, præcipiens se adorari &
coli tāquā verū Deū, legislator malus cō
tra legiferū nostrū bonū, & Propheta mē
dacii aduersus nostrū iustitiæ doctorem:
nimirum aduersus Christum Antichri-
stus. Nos hanc expositionē sicut omnino
non refellimus, ita tenuiter ualde appro
bamus: quod legislator, proprie hoc in
loco significare videat doctorē & pręce-
ptorem, quæ sanè Antichristo puto nō ni
si admodum improprie posse attribui:
Christo verò dn̄o, à pphetis apertissime
ascribūtur, queadmodum Esaiæ 33. Dn̄s Esa. 33.
legifer noster, &c. Iacobi 4. vnus est le- Iacob. 4.
gislator & iudex, qui potest perdere & li-
berare. De doctore autē iustitiæ, dr̄ Ioelis Ioel. 2.
2. Lætamini gētes in Domino Deo ne-
stro, qm̄ dedit vobis doctorē iustitiæ. Et Esa. 30.
apud Esaiā, Non faciet ultra auolare do-
ctorē tuum. ¶ Versu eodē, Sciāt gentes
qm̄ homines sunt: sciendum est Hebrai-
cè haberi vocabulum enos: qd hoīem q-
dē significat, sed (vt Felix ait) vilem & mi
serum, laboribusq; & miserijs subiectū:
propter quod commodior videtur intel-
ligentia, q in Elucidatione posita, est uili
tatē hoīs exprimēs & humilitatē. Alioq
potuisset ęque ad dignitatē conditionis
humanæ accōmodari itelligētia, hoc mō
Sciāt & cognoscant rōnales creaturas es
se se, non equos & mulos, non irrationa
les beluas, ut vel hac consideratione na-
tiuę dignitatis suæ, erubescāt fœdissimæ
idololatriæ atq; uitijs aliis sese indigne
subdere. ¶ Versu 23. Dū supbit impius,
incendit paup. Incendi siue ardere (vt
vertit Hieronymus) accipitur pro affligi,
cruciari, siue persequutionem pati. Atq;
ita habet Felicis versio, in superbia impii
persequutionem patietur pauper. Neque
verò omnino nouū aut inauditum vide
bit, si incendi aut uri ponatur pro perse-
qutionē pati Si quidem inuenitur non
nunquam in scripturis per ignē tribula
tio significari. Veluti. Psa. 16. igne me exa Psal. 16.
minasti, & non est inuēta ī me iniquitas
Sapiens

Sap. 5. Deut. 4 2. Cor. 11

Sapiens quoq; igni cōparat tribulationē, dicens, Tanquā aurum in fornace, probauit electos suos Deus Neq; semel de fornace ferrea Aegypti, liberati dñr in scripturis filij Israel: ꝑ eo qd est, de grauissima & crudelissima illa ꝑsequutione atq; afflictione, quā sustinuerunt in Aegypto. Nouissime occurrit & illud Ap. Qui scādalizat, & ego nō vror? Quo in loco (iuxta cōsonā doctorum interpretatione) vri positum est ꝑ affligi, & cordis dolorē sustinere. Cæterum, in secunda parte cōprehendunt, dictum est ꝑ cōprehendent vel cōprehendant. In cōsiliis aūt qbus cogitant, clarius esset, si diceret in cōsiliis q̄ cogitant, quēadmodum hēt psalteriū Rom. In cogitationibus quas cogitāt. In his tn̄ vsum Græci sermonis seruarunt interpretes. ¶ Versus 27. Oīum inimicorum suorum dn̄abitur: Oīum inimicorum suorum dnr dn̄ari impii iuxta modū in Elucidatione expositum: qm̄ oībus se superiores, potētiores, ac fortiores putāt, neq; metuunt quemquā. Sic. n. vulgo dicere solemus, eos q superiores euaserunt, & extra metum sunt, iā dn̄ari illorum qbus facti sunt (vel cā, vel potentia, vel sapientia) superiores. Atq; hunc sensum manifestè indicat versio beati Hieronymi, q̄ habet, Oēs inimicos suos despicit Felix in eandem sententiā legit, Oēs inimicos suos flatu ꝑsternet, aut velut flatum venti iudicabit: id est, pro nihilo pendet, tanquā nemo illi qcquā valeat nocere coram quos ipse affligit. Verti ēt pōt, In omnes hostes suos sufflabit, quod eandem sonat intelligentiā, in signum. n. vilipēsionis, flare solemus in illos quos indicamus nos contemnere. ¶ Versu vigesimo octauo, Non mouebor à gn̄ratione in gn̄rationē, sine malo. In fine versus, cùm legis, sine malo, memento, vt diuisim id legas à ꝓcedentibus: verboq; substantiuo intellecto, perficias sententiā, hoc mō, Nō mouebor à generatione in generationem, ab hac vcȝ. potestate mea: absq; malo ero, vel sine malo ꝑsistā: hoc est, non veniet mihi malum aut nocumentum. Putant. n. impii perpetuā sibi fore suā fœlicitatem: cum breuis nimirum sit, & vix amplius q̄ momentanea. Atque ad hunc modum legit B. Hie. Ero sine malo. In Hebrȩo autem est, aser Alobera: quod ad verbum sonat, qui non in malo supplendo ero, id est (iuxta Hier. versionem) qui sine malo ero: vel qui nō in malum supplendo veniam: hoc est, cui malum non continget. Nonnulli autem hanc particulā tentāt coniungere cum præcedentibus, & sensum nihilominus congruum inuenire: qd nobis sanè nec facilè nec cōueniens vr. ¶ Versu 29. Sub lingua eius labor & dolor. Sicut hoīes ex corde pleno immunditia (ꝑ faciles atq; assuctos ad sermones impudicos proferēdos, dicimus in ore sꝑ habere eiusmodi,

B vel sub lingua: iuxta cōem loquendi cōsuetudinem: ita hoc in loco dr, sub lingua impii esse laborem & os eius amaritudine & maledictione plenum: qm̄ illa semper meditantur, quomodo. s. laborem pauperibus inferant, atq; aduersus ipsos perficiant iniquitatem, quomodo. s. illos persequantur, crucient, & opprimant. De abundantia. n. cordis, loquuntur per os suum. ¶ Versu 30. Sedet in insidiis cum diuitibus in occultis. Vulgo iungere solent particulam, in occultis cum præcedentibus, in hoc modo distinguentes.

C Sedet in insidiis cum diuitibus in occultis, ac deinde, vt interficiat innocentem. Videtur tamen magis pertinere ad sequentia, hoc ordine, In occultis vt interficiat innocentem: quomodo & beatus Augustinus distinguit, & beatus Hieronymus ex Hebræo vertit, eandemq; distinctionem habent exēplaria Græca. ¶ Versu 32. Rapere pauperem dum attrahit eum. Attractio ista de qua hic dicitur, accipi potest per blandimenta: maxime si ad spiritualem occisionē & seductionem referatur intelligen-

D tia. Attrahunt. n. tam dæmones q̄ alii peruersi, & alliciunt quibusdā blandimentis, & ostentatione boni sm speciem, aīos simplicium: ac deinde in mortem rapiunt allectas & inescatas aīas. Sic Antichristus alliciet attraheq; ad sese plurimos: partim quidem rerum temporalium abundātia, partim apparenti sapientia, partim signorum falsorum euidentia. Attractos verò rapiet, & morte ęterna interficiet. Sic, & nunc hęretici, dæmonum ministri, & præcursores Antichristi faciunt iis quos decipiunt. Atque ita con-

sequẽter ĩ sequẽti versu, p laqueũ itelligit E istã illaqueatiõ ĩ errorẽ & pditionẽ. ¶ Versu 36. Propter qd irritauit impius Deum? Huius versus cum pcedẽtibus talis est cõbinatio, Exurge dñe, & vindictã faciẽs cõtra peruersos, magnifica dexteram tuã in pauperum defensione. Quur.n. ausi sunt impii te irritare, dicẽtes in cordibus suis quasi tu nõ esses pœnas sumpturus de oppressione pauperũ. Quasi dicat, Iustè qdẽ exurges ɔtra illos, & eleuabis manũ tuã: qm̃ te irritauerunt dicẽtes: ꝙ non esset tibi cura tuorũ pauperum: vt apertè cognoscãt, quãtũ aberrauerint hoc existimãtes. Quasi aũt, puocat, irritat & excitat ad vindictã Deus, cum dr̃ nõ requisiturus sanguinẽ pauperũ. In hoc.n. eius suauissimę bonitati nimiũ derogat. ¶ Versu 37. Vides qm̃ tu laborẽ & dolorẽ ɔsideras. Scd̃m intelligẽtiã in Elucidatione expositã post vides, subseq dẽt distinctio, & legẽdum est cum firma assertione, quasi in ɔtrarium eius ꝙ existimãt impij. Illi.n. dñt, nõ videt dñs, non reqret malefacta nr̃a. Hic verò cõtra loquit. Imo vides tu dñe, & attẽdis oẽm eorum malitiã: qm̃ tu consideras laborẽ & afflictionẽ quã inferunt G paupetibus tuis: vñ fiet, vt pueniãt aliqñ in vltrices manus vindictæ tuæ, in quas (vt Paulus ait) horrẽdum est incidere. Põr & altera dari huius versus intelligẽtia talis: Tu nũc vides & attẽdis, vt tradas illos in manus tuas, id est, qũo illos in iudiciũ adducas, & vltionẽ in eos pficias, vbi tps vltionis aduenerit: qm̃ tu cõsideras nunc laborẽ & dolorẽ, quẽ pauperib' inferunt. Iuxta vtrãq; autẽ sñiam vr̃ illud, qm̃ tu laborẽ & dolorẽ cõsideras, quasi p modum parenthesis esse interiectum. Deum autẽ tradere impios in manus suas, non aliud H est q̃ illos ĩ iudicium adducere, & suo tribunali exhibere iudicãdos. ¶ Versu 38. Tibi derelictis est pauper. Nota in Elucidatione duplicẽ indicatã intelligentiam: priorẽ, de toto humano gñe, siue spãliter de populo fidelium: qui qm̃ (iuxta dñi in Psalmo præceptum) oblitus est populum suum & domum patris sui, & (iuxta Abrahę patris sui exẽplum) vocãte dño, Exiit de terra sua, & cognatione sua, rectè iam quasi orphanus dr̃, id est, alium nõ habẽs prẽm p̃ter Deum. Alterã verò nota, de iis

Hebr. 10

Psal. 44.

Gen. 26.

Psal. 26.

E sm̃ seculum in hoc mundo tpaliter sunt pauperes, orphani, & pupilli. Solẽt.n. isti ab hoibus dereling, ac proinde à Deo assumi. Quẽadmodum dicebat derelictus à cognatione sua Dauid, Pr̃ me' & mr̃ mea dereliquerunt me, Dñs autẽ assumpsit me. Hinc nõnulli traduntin alio Psalmo dictum spãliter de pullis coruorum Deũ inuocãtib', quos ipse pascit. Qui dat iumẽtis (inqt de Deo Psalmista) escã ipsorum, & pullis coruorum inuocantibus eum. Aiunt.n. qbus hac in re fides debet, naturalium rerum descriptores, pullos coruorum plumis primum esse à parẽtib' dissimiles, id est, nõ nigros: pp qd à parẽtibus relinquunt, destituũturq; cura pastus, quasi degeneres, donec plumis nigrescẽtibus illos agnoscãt vt germanã sobolẽ. Interea verò donec relinquunt, rore cęli pascit illos Deus. Atq; ita sanè, qbus patrium deest auxilium, copiosius adest diuinũ. Qd si requiras quur pauperes & orphani dicant derelicti Deo. Rñdemus, ita hoc esse accipiendũ, qũo de B. Martino scribit Sulpitius, ꝙ pauperẽ illum, quẽ oẽs auertis oculis despexerãt, sibi intellexit reseruatum, & sibi derelictum: vt vc; ipse ꝙ oẽs neglexerãt, adimpleret. Nõ aliter pauperes & orphani derelinquunt Deo, vt ipse eis sit adiutor. Qm̃.n. ab oĩbus pereunt & negligunt pauperes, vixq; inueniat inter hoĩes q pauperum, pupillorum, viduarum, atq; hmõi velit cãm tueri, aut p illis vel loqui vel agere, eo ꝙ nõ hẽnt qd retribuãt, aut q̃ donent auaris muneta, fit vt horum iudicium, cura, atq; defensio Deo (q psonarum acceptor nõ est, neq; munera spectat, aut vllã retributionẽ, qñquidẽ bonorum nr̃orum nõ indiget) relinquat, & velut deuoluto (ꝙ dicere solent) iure ad ipsum recidat, q illic maximè suum solet pstare auxilium, vbi deest humanũ, quiq; ea q̃ apud hoĩes sunt abominatio, solet magnificare: quemadmodum econtrario abominatio sunt apud illum, q̃ alta sunt hoibus. Illud tñ videndum, vt verè pupilli sint & verè orphani, q diuinam exposcunt protectionẽ & curã. Sunt.n. nõnulli orphani tpaliter & rebus pauperes, q tñ spiritu minime orphani sunt & pauperes: qui patres sibi alios quærunt super terram, in quibus confidunt, & spẽ con-

Psal. 19.

Ps. 146.

Rom. 2.

Psal. 15.

Luc. 16.

Ps. 145. constituunt, filios. f. hoiu, in qbus non est salus. Hi nimirum orphani & pauperes illi nō sunt, de qb⁹ psalmista nūc loq
1. Tim. 5. tur Vnde & Paulus loquens de viduis ab Ecclesia sustentādis, ait: Vidua autē q̄ vere vidua est & desolata, speret in Deum, & instet obsecrationibus die ac nocte. Dum inqt, q̄ vere vidua est desolata, indicat qd sit esse uerē viduā: nimirum ab oī humana spe derelictā, & nō nisi in dño spē habentē. Et q sic verē pauperes sunt & verē orphani, diuinum sentiēt adiutorium, iu
Psal. 67. dicabitq; ꝓ illis Dñs. Vnde & alio in loco pr̄ orphanorum, & iudex uiduarū, dr̄. B Quāquā autē nunc in hoc tpe frequēter Deus dissimulat, finitq; pupillos, viduas, & pauperes à potentioribus opprimi: veniet tñ retributionis tps, quando aperte patebit magnam curam fuisse Deo pro suis pauperibus: qñ ꝓ illis bonum faciet ac manifestum iudicium, q nōnūquā ad declarationē ꝓuidētię ad bonitatis suę ēt facit in hoc tpe: q̄madmodum exēplum manifestū & clarissimū habemus in paupere Dauid quātum ad potentē Saulem: nec desunt ad idem quotidiana exēpla, q̄ cernimus ante oculos. ¶ Versu 19. Cōtere brachium pc̄tōris & maligni. Nō pōt impiorum brachium, nisi quantum pmittit Deus Cęterum, vbi voluerit eorum brachium ꝯfringere, eorum potentiæ obsistere, & illorum malignos cogitatus atq; cōsilia dissipare, nō inuenieť pc̄m̄ qd ꝓposuerāt q aio cōceperāt, nō inuenieť impletum. Quēadmodū (exēpli grā) infideles imperatores cogitauerunt Chr̄ianos delere penitus, & Chr̄i nomen auferre. Hāc uerō iniqtatē siqs reqrat, nequaquā pfectā inueniet: qñ diuina potētia malignorum brachia ꝯtrita fuerunt, atq; à ꝓ- D
Hester. 7 posita malitia sic ꝓhibita. Sic amā illius cōcepta cōtra innocētes Iudæos malitia, nequaquā pfecta inuenitť, sed cōtritione brachii eius à dño impedita. Siſr̄ter & de prauitate Saul erga innocentē Dauid est manifestum. Sic & in pſequutione Antichr̄i, donec pmittet dñs forte erit brachium eius & ualidū nimis, nō solum in potentia armorū, uerumetiā in ptāte signorum atq; ꝓdigiorū. At uerò, vbi dño pla-
Matt. 24 cebit pp electos brachium illius cōterere, & dies potentiæ siue tyrānidis ei⁹ ab- A breuiare, irritus inuenieť omnis conatus illius. Neq; inuenieť pfecta iniqtas, quā meditatus fuerat, de nominis. f. Chr̄iani deletione, & sui noīs sup oīa glorificatione. ¶ Versu penult. Desiderium pauperū exaudiuit Dñs. Obiiciat fortasse aliqs: Si tāta est Dei exaudiendum suos ꝓ̄pitiudo, vt ēt ꝑparationem cordis eorum statim exaudiat qd ergo in Euāgelio monemur sp orare, & nō deficere: qd sibi vult, q de importunitate postulātis dr̄, iā in parabola de iudice iniquitatis, quā in altera Luc. 18.
de amico petente sibi cōmodari tres pa- Ibidem.
nes in nocte? Rursum si tāta est ꝓ̄pitiudo & facilitas diuinæ exauditionis, qd ergo plerumq; in lōgum differt Deus impletionem eius qd postulatur? Verum est aduertendum q Dñs tamesi ab initio ex Luc. 11.
quo se ꝑparāt pauperes vt clamēt, attentas habeat aures, & auditum accōmodet ad preces eorum: non tñ statim sp primo momento ꝑbet qd postulant, sed differt nonnunquā in longum tps, qñ ita expedire nouit illorum exercitationi atq; ꝓfectui, vel vt ex clamore cōtinuato ac per C seueranti augmentet in illis & crescere faciat munera suæ grā. Nihil n. pauperi salubribus, quam ut clamet ad dñm, multoq; hoc illi utilius est sic clamare, quam statim q postulat accipere Deniq;, statim etiā adest orāti pauperi & iā cor ꝑparāti, qñ in ꝑparatione sua illum adiuuat, & vt perseueranter digneq; vt oportet postulare sciat, efficit Posset tñ pſens locus & aliter intelligi, hoc modo, Eos qui corde præparato ad Dñm orauerint, qui Eccle. 2.
præparant corda sua (iuxta Sapientis verbum) vt digne & munde orent Dominum, hos exaudiet auris Dei. Atque ita ꝑparationem cordis pauperum dr̄ Deus audire, qñ eos qui cor suum præparanť digni orent, exaudit. Qui autem impræparato corde solis labiis clamat, exauditionem non promereť. Vnde apud Sapientem dr̄, Ante orationem prępara aīam Eccle. 18
tuam, & noli esse quasi homo qui tentat Eccle. 1.
Deum, Et iterum, qui timent Dñm ꝑparabunt corda sua, & in conspectu illius sanctificabunt aīas suas. ¶ Versu vltimo, Vt non apponat ultra magnificare se hō̄ super terrā. In Hebræo idem hic uocabulum poniť enos, q supra versu 21. Sciant

gentes qm̃ homines sunt. Significat autē Erā & terren⁹ ē, vltra se magnificare. Quā (vt diximus) hominē vilem & abiectum: quod rectè quadrat proposito: qm̃ de superbiæ repressione fit mentio, quæ certè non melius, quàm consideratione propriæ vilitatis acquiritur. Atque ad eandē sn̄iam accipi etiam posset ꝙ additur, super terram: quo B. Hieronymus vertit, ex terra, ad hunc sensum, Vt non apponat homo vilis & contemptus ex terra, s. factus, vel qui de terra est, vel qui super terram. sn̄iam clarius exprimit versio Hieron. in hunc habēs modū: Vt nequaq̄ vltra superbiat hō de terra. Qd.n in Hebræo habet, min haareth, significat ex uel de terra. Hic aūt cōformius est, vt dictio sup terrā, in nr̄a vulgata lectione iūgat cū hoīe, dicendo: Vt homo sup terram non apponat vltra se magnificare, quā cum verbo magnificare, dicendo: Vt homo non apponat se vltra super terram magnificare.

## DECIMI PSALMI ARGVMENTVM.

*Psalmus hic viro iusto competit, à se malignorum dæmonū atque peruersorum noxia suggestiones (quibus ipsum à Deo, in quo spē fixit, quærunt abstrahere) reijcienti, & nequaquā consensum præbere volenti, tentatorū insidias per similitudinem sagittantiū demonstrans, eorumque peruersum studiū, quo ad demoliendā & infringenda quæ à Deo fidelibus bona stabilita sunt, sedulo conātur, proponens deinde prouidam curam Dei erga res humanas, qui licet in cœlo inhabitet, quæcunque tamen in terris agimus, optimè nouit, iustum facillime ab iniusto discernens, quæ est iustorum in hoc mundo præcipua consolatio. Postremo uerò loco punitionem impiorum demonstrat in igne, sulphure, & horrore æternæ tempestatis, quam is qui iustitias diligit, illis in nouissimo est instituturus, qui odio habentes animas suas, dilexerunt iniquitatem.*

## DECIMI PSALMI ELVCIDATIO.

Matt. 13.

N *Domino confido*: Ecce spem meam totam omnemq; fiduciam conieci in dominum Deum creatorem & saluatorem meum. in illo spe fixus hæreo, cui me semel addixi, atque totum deuoui, abnegato diabolo ac mundo vnà cum omnibus suggestionibus atque pompis eorum: * *quomodo dicitis animæ meæ, transmigra in montem*, Et uos nunc ò tētatores mei siue blādiētes amici, siue sæuientes inimici, quomodo adhuc mihi mala suggeritis q̄ semel abdicaui, dicentes aīæ meæ per iniquas suasiones uestras, vt relicta Dei seruitute (quæ arcta vr̄) transuolet, seque conferat ad eam quam reliquit gloriam seculi, quæ est veluti mons altus, latus, amœnus, & spatiosus, vsq; ad mūdi celsitudinē, pōpā delitias, & voluptates denuo reuertat: * *sicut passer*. ad eum modū quo auis instabilis, & passer libidinosus, per instabilitatē concupiscentiæ suū locū facile deserit, & in aliū transuolat, ubi id quod sensui gratum est forte cōspexerit. Frustra.n. oīno ista suggeritis animæ meę, quæ vt casta turtur in Dn̄o sibi nidum fixit, mansionem stabilem elegit, nō emigratura imperpetuum.

2 *Quoniā ecce peccatores intēderunt arcū*: Neque verò me latent peruersorum insidiæ: neque me clam est, quemadmodum maligni dæmones eorumq; ministri, homines peruersi, parati existant ad perimēdas simplicium animas, ad modū ei⁹ qui arcum tēsum manu tenet, ad aues sagittis perfodiendas: * *parauerunt sagittas suas in pharetra, vt sagittent in obscuro rectos corde*: occultauerūt sub boni qualibet specie pestiferas & noxias suasiones suas, vt sic iocculto ac velut latēter p̄ insidias interficiāt aīas innocētum eorū qui bona & recta sunt voluntate: quemadmodū q ad aues perimēdas exeūt, saggittas in pharetris abscōditas gestāt, vt in promptu habeāt cùm opportunitatem viderint nocendi.

3 *Quoniam quæ perfecisti, destruxerunt*: Et quidē illa quæ tu veluti ad perfectum adduxisti, p benignum fauorem tuum & salu-

salutatẽ tuã grãm (quibus adiumẽtũ p- A
bes seruis tuis) ipsis suis prauis machina
tionibus per inuidiam ad nihilum dedu
cere conantur, semper laborantes quę p
grattam tuam in hominibus plantantur
atq; ædificeantur suis prauis suggestioni-
bus inficere, aut eradicare, aut destruere,
proq; bono seminato tritico, mala super-
seminare zizania:

* *Iustus autem quid fecit?*

Mat. 13. seruus autem tuus qui ex bona volunta-
te & desiderio cupit iustitia pstare, quid
egit, quid commeruit aduersum illos, ut
tato desiderio ei nocere cupiant? Vel B
apud te nunquid aliquid fecit aut pme-
ruit vt pp impias quas illi obtrudũt sug-
gestiones, tu offensum te exhibeas ei?

4 *Dominus in templo sancto suo:*

Et quanquam machinantur illis iustis
malum, spero tamẽ non assequuturos q
intenderunt, qm̃ est in superna Hierusa-
lem quam ipse in templum sibi sanctifi-
cauit, & vbi tanquam in templo inhabi-
tat & adoratur Deus omnipotens:

* *dominus in cœlo sedes eius.*

& in cœlo in medio angelorum sancto- C
rum sedem maiestatis, atque mansionẽ
stabilem habitationes suæ constituit om
nipotens omnium dominator.

5 *Oculi eius in pauperem respiciunt:*

Hic licet in alto habitet, benigno tamẽ
aspectu suo ad eos qui in hoc seculo hu
miles sunt, & spiritu pauperes attẽdit, eo
rum afflictionem quam ab iniquis susti-
nent diligenter considerans, ut eos in p
senti à periculis eripiat, in futuro autem
condemnatis eorum persequutoribus,
coronet pro sua patientia:

* *palpebræ eius interrogant filios hominum* D

tam verò res oẽs humanas exactẽ nouit
ac perspicit, ut nõ dico oculis, sed (modo
quodã humano per excessum loquẽdo)
ipsis etiã palpebris perspicere ualeat quę
sunt in filiis hoĩum, eosq; secundum iu-
stitiam & iniustitiã discernere ita vt hoc
ei p minimo sit & omnino facillimum,
tametsi incredulis videatur ita non habe
re, aut esse prsus impossibile, ut incorpo
reus & in cœlis habitãs Deus res huma
nas q̃ gerunt sup terrã, pnoscere ualeat.

6 *Dominus interrogat iustum & impium:*

Dñs De⁹ examinat ac pbat (hoc est, qua-
si interrogatos, pbatos & examinatos op-
timè nouit) omnes filios hominum, iu-
sti ne sint an iniusti, discernens inter bo-
nos ac malos:

* *qui aũt diligit iniquitatẽ, odit animã suã.*

illud aũt certissimum est qm̃ iuxta verita
tem osor est animę suæ, eiusq; perditor
& homicida, quicunque adhęret iniqui
tati, eamq; ex cordis affectu sectatur.

7 *Pluet super peccatores laqueos:*

Quemadmodum solet desup cadere plu-
uia subito super hoĩes: ita in tpe uentu-
ri iudicii, super peccatores istos qui iniq
tatẽ diligũt, subito & cũ impetu ac terro-
re magno desuper, á sententia diuinæ iu
stitiæ, quasi pluuia copiosa super eos ca-
dẽt laquei mortis & dãnationis æternę,
quibus obruent, obuoluent, atq; irretien
tur penitus, ita vt in perpetuũ sese nõ va-
leãt extricare: q̃ quidẽ damnatio, eorũ pe-
netrabit intima, queadmodũ pluuia co-
piosa per vestiméta solet ad carnẽ trãsire.

* *ignis & sulphur & spiritus procellarum, pars calicis eorum.*

ignis æterni & inextinguibilis cruciatus
fœtor & ardor sulphuris intolerabilis, &
flatus turbinis horridissimorũ illorũ (in-
ter quos eis erit societas) spirituum, & sẽ-
piterna ac nunquã cessatura tempestas,
eorũ plena merces erunt, & tota retribu
tio, totaq; eorum portio, quam, velint no
lint, gestabunt, epotabunt, & absque redẽ
ptione persentient, ac ferent in ęternum

8 *Qm̃ iustus dominus, & iustitias dilexit:*

Deus. n. tametsi misericors sit, per suã mi
sericordiã vindictã differens, est tamẽ si-
mul ẽt iustus, neq; minus iustus, q̃ mise-
ricors: & qm̃ ipse iustus est, iustitiam ẽt
in seruis suis diligit atq, requirit, diligit-
que iustitiam operantes.

* *æquitatem vidit vultus eius.*

æquitatẽ siue rectitudinẽ approbat beni-
gnus, placidusq; aspectus eius: & eos qui
in æquitate viuũt, seruos acceptos hẽt.

## ANNOTATIONES IN PSALMVM X.

VErsu primo, In Domino cõfido. Cõ
fidentis, hoĩs & optime stabiliti in
Dei fiducia, est hæc oratio secundũ mo-
dũ aliquẽ similis illi, qua alio i loco dicit

Dñs illuminatio mea & salus mea,quem E
Psal. 26. timebo?Sicut.n.hic intelligitur nullú timebo,qa Dñs salus mea est:ita in præsenti sermone indicat,ꝙ neqnaquã sit euolatura aĩa aut emigratura à Dño,in quo semel per plenã confidentiã veluti nidum constituit.Rñdet ẽt huic sententiæ illud ꝙ Psalmo 16.similiter affectus erga dñm idẽ psalmista ait.Verumtñ Deo subiecta
Psal. 61. esto aĩa mea,qm̃ ab ipso patientia mea Quia ipse Deus meus, & saluator meus, adiutor meus,nõ emigrabo. Et paulo ante,Ipse Deus meus, & salutaris meus, susceptor meus,nõ mouebor amplius. Mul F tũ aũt vehementiæ addit orationi, ꝙ nõ simpliciter dicit. Qũo transmigrabit aĩa mea in montẽ,sicut passer?sed ad maiorẽ rei detestationẽ ait.Qũo dicitis aĩæ meæ, transmigra in montem, &c. significans rẽ detestabilissimã esse quã proponunt, adeò vt vel proponere tm̃,sit prorsus absurdũ. Tanq̃ si dicat: Vana & prorsus absurdissima sunt,quę proponit:quæ suggeritis,indignissima sunt Nolite vltra mihi hmõi suggerere Habeo.n.obfirmatũ aduersus hmõi animũ,neq; proficietis, q̃cumquid tandẽ egeritis.Mons aũt iste est, in G
Esaiæ 14 quem cõscendit lucifer,mons aquilonis, mons ille pestifer, cui apud prophetam comminatur dñs,dicens: Ecce ego ad te
Hier. 15 mons pestifer,qui corrumpis vniuersam terrã. Superbia scilicet vitæ est, & altitudo fastusq; seculi,in quẽ ẽt Saluatorẽ nostrũ trãsmigrare cupiebat, simul atq; monebat diabolus, cum ostensa illa gloria oĩum mũdi regnorũ,diceret:Hęc oĩa tibi dabo:si procidẽs adoraueris me. Verũ ille
Matt. 4. iuxta formã huius Psalmi,In Dño(inqt) cõfido:qũo dicis Satana aĩæ meę, vt trãs-
Ibidem. migret i mõtẽ?Hoc est,Vade Satana. Scriptũ est,Dñm Deũ tuũ adorabis,& illi soli
Deut. 6. seruies.¶Nõnulli verò hũc Psalmũ in psona Chri intelligũt iuxta historiã illã q describit Luc.13.c.cũ illi quidã dicerent,
Luc. 13 Abi hinc,quia Herodes vult te occidere, videlicet vt respõsio sit Christi dñi fugam recusantis,pp spem quã in patre habebat quemadmodũ & in illo loco respondens fugam suadentibus,subiungit, Ite, dicite vulpi illi,Ecce eijcio dęmonia, & sanitates perficio hodie & cras,& tertio die cõsummor. Veruntñ oportet me hodie &

cras & sequenti die ambulare, qa non capit Prophetã perire extra Hierusalẽ. Alij peculiariter contra hæreticos præsentem Psalmũ dirigũt. Nos tñ generali expositione dirigere eũ maluimus ɔtra vniuersos qui iustis in via Dei quærũt nocere, & ad mala quomodocunq; suis fraudulentis cõsilijs eos adducere:potissimũ contra dæmones malignos,qui nobis suũ mõtẽ, in quẽ ipsi male cõscenderũt,& vñ infelicius descenderũt, imò miserrimè deiecti siue deturbati sunt,semper cõmõstrãt:mirũ vt i simile nos adducãt pcipitiũ.Casũ.n.nostrũ qrũt, dũ altitudinẽ cõmonstrãt.¶ Versu 2 Qm̃ ecce peccatores intẽderũt arcũ.Coniunctio qm̃,nõ vr̃ hoc loco vllã causalitatem indicare,sed esse tm̃ particula cõtinuationis.Enarrat aũt hoc versu suorũ & aduersariorũ & malorũ tẽterorũ insidias,qbus insidiant bonis:idq; sub similitudine tenentis arcũ,& sagittas habẽtis in pharetra.Vbi notandũ diligenter qũo p eandã similitudinẽ diuersa nõnunquã figurari atq; significari contingit in scripturis Nã supra psal.7.de Deo legi
Psal. 7. mus,quod habeat ẽt ipse paratũ arcũ suũ & tensum,inq; eo aptata mortis iacula,& sagittas ignitas. Verũ id longe alia rõne accipiendũ est, q̃ hic de peccatoribus sit
Ezec. 18 dictũ.Hi.n.arcũ suũ tendunt cupiditate nocendi,& desiderio mortificãdi.Ille verò nõ vult mortẽ peccatoris,neq; in per-
Sap. 1. ditione delectat hominũ. Tñ æquitas & rigor iustitiæ illi arcũ tendit,vt eos q sua voluntate mortẽ quæsierunt dũ viuerent, eamq; verbis & manibus sibi accersierũt, mortis æternæ sagittis confodiat. Illud quoq; diligenter notandũ est, ꝙ cũ Deus arcũ tenens describit,sagittæ minimè oc-
H cultant.Non.n.dr̃,ꝙ in pharetra sagittas habeat,sed in arcu dicit propheta esse parata vasa mortis,& sagittas ignitas aptatas in eo.Impii aũt cũ arcũ tẽsum gestẽt, tñ sagittas in pharetra abscõditas, & nihilominus ad sagittandũ paratas habẽt.
Ezec. 18. Scilicet Dñs(cuius non est volũtas vt moriat impius,sed magis vt conuertatur & viuat)multo anteq̃ feriat, suũ arcũ paratũ ostẽtat:vt vel terrore impios desinere ab impietate compellat,sicq; sagittis parcat,ne in illos iaculetur. Ob hoc arcum suum quasi in propatulo gerit, sagittas ostentat.

ostentat, earũq; terrorẽ denunciat,dũ p scripturas sacras, p pdicatores veritatis, sinę vltionis terribilẽ sñiam pnũciar peccatorib',ad cautelã. De qua re i alio Psal. 59. psalmo dr̃,Dedisti metuẽtibus te significationem,vt fugiant à facie arcus, vt liberentᷣ dilecti tui.Impij verò, qui non nisi morte quærunt afficere,quorum omne studium est interficere innoxias animas:hi nimirum arcũ tensum habent, ad nocẽdũ vt cupidi,ita parati:sagittas aũt nõ ostentãt in arcu, sed ĩ pharetra gestãt:ita tñ gestant in pharetra, vt paratas habeant ad emittendũ:vbicunq; viderint occasionẽ. Itẽ.n. frequenter ad nos diabolus accedit,quasi inermis, quasi sagittas ñ habẽs.
Matt. 7. Sic & ministri eius,in vestimentis ouiũ, quasi absq; sagittis,accedũt,aliqñ ad dñicas oues. Verũ in pharetris iacula mortis gestãt abscondita.& ubi vel minima sese occasio obtulerit, educto q̃tocyus iacula pferẽt ad interficiẽdũ aĩas. ¶ Versu eo. dẽ, Vt sagittent in obscuro rectos corde. Quẽadmodũ passer,donec ĩ nido manet, periculũ nõ patiť à sagittãte:sed vbi in sublime auolauerit, patet illius sagittis:Ita fidelis aĩa donec ĩ eo quo nidũ suũ fixit, pmãserit,donec dicit,In Deo speraui,nõ
Psal. 61. emigrabo,nõ mouebor ãplius,donec passer in domo q̃ inuenit pmaner,donec tur
Psal. 83. Cant. 2. tur nidũ quẽ inuenit non deserit:donec colũba in foraminibus petræ,in cauerna maceriæ, vbi nidificauit,pseuerauerit, nõ patebit sagittis inimicorũ. Nõ.n. põt illuc malũ accedere,neq; flagellũ aut nocumẽtũ ullũ huic nido valet appropinquare.Atq; hoc sciẽtes dęmones,primũ suggerũt,& operose suadẽt,vt emigremus in montẽ,& nido domoq; derelictis,in alta auolemus:ita demũ sperãtes suis sagittis efficere,qđ ɔcupiscũt,id ẽ, morte vulnerare aĩas nr̃as.Similis fere & piscatorũ ars est,q quũ piscibus insidianť,illis maximẽ q ad ripas in cauernis aut in pfundiori cœno inhabitãt,primũ baculo eos pturbãt,vt ẽ suis locis egrediantᷣ: egressi verò mox in expẽsa incidãt retia,sicq; venũdentᷣ morti. Nos pinde hmõi artiũ cõscii,si sagittatorũ istorũ pessimorũ mortiferas sagittas volum' euadere,caueam' (q̃tũuis inuitemur)ab emigratione,vt nidũ quẽ elegimus diligẽter custodiamus, A id est,humilitatẽ crucis Chri:vt simus passeres( de qbus alio in loco in bonã partem dr̃ ) solitarii in tecto,nõ uagi in mõtibus.A monte uerò modis oĩbus caue- Psal. 90. amus: qm̃ nequit in mõte hoc salus inueniri, quemadmodũ & dilect' dñi discipulus,sagittas hmõi spiritu illuminato conspiciẽs,solicitẽ suos pmonebat, dicẽs:Nolite diligere mũdum, neq; ea q̃ in mũdo sunt.Oẽ.n. ꝙ est in mũdo, aut est cõcupiscẽtia carnis,aut cõcupiscentia oculo- Ps. 101. rũ,aut superbia uitæ. Quod est tanquã si 1.Ioã.2. iuxta psentem loquutionẽ dicat, Nolite transmigrare in montẽ:qm̃ oẽ ꝙ in mõ- B te est,noxiũ est. Ad quẽ sensum, sm mysticã intelligentiã possumus nõ incõuenienter accipere, qđ dicebat q iã incẽdia Gen. 19. Sodomæ & Gomorrę euaserat,Quæso,inquiens,Dñe mi,nõ possũ in mõte saluari,ne forte apprehẽdat me malũ, & moriar.In ciuitate tñ q̃ adiacebat( licet parua) sperat salutẽ Atq; hic rursũ,quũ relicta iã ciuitatula, in qua salus eis fuerat à Dño cõstituta,in mõtẽ emigrasset, timore pierritus in turpẽ fœditatẽ cecidit. Il- Ibidem. lic.n & inebriatũ legimus duabus vicibus,& secundò cũ propriis filiabus cõ- C cubuisse.Quamobrẽ cauendum est ne in montẽ emigremus, sed in ciuitacula potius pmanẽdum iis q saluẽ desiderant. ¶ Sup hæc & illud ɔsiderãdũ est,nõ oẽm emigrationẽ in scriptura vituperari. Legimus.n. Prophetã alio quodã in loco, in deuotione spũs dicen:ẽ,Ecce elõgaui Psal. 54. fugiẽs,& mãsi in solitudine.Itẽ,Quis dabit mihi pẽnas sicut colũbę,& volabo,& requiescã?Verũ hæc emigratio nõ ad mõtẽ erat qui supra positus est, sed in desertum,in mẽtis & cordis unitatẽ,in desiderium ciuitatis supnę. Neq; est hęc emi- D gratio à Dño,in quo erat habitatio iusti Nequaquã enim qui sic migrat,qui sic se elõgat fugiens, à Domino emigrat aut fugit:imò in ipsum migrat profundius, intimiusq;intra illũ penetrat,& securius collocat in eo nidũ suũ.A monte aũt isto fugit,elõgat,& emigrat lõgius. Neq; hic nunc dicunt inimici,Elonga fugiens, & mane in solitudine,vt sicut columba requiescas:sed trãsmigra in mõtẽ sicut passer,vt nr̃is pateas sagittis,vt nobis venias in prædam. Fac pie Iesu,in te semper

 hateat

hæreat nr̃a fiducia, sicq; nos intra tecte cō-E
clude, ut in mõte istũ nunquã finas, quã-
tũuis solicitaio-, trãsmigrate. ¶ Versu 3.
Qm̃ q̃ pfecisti destruxerũt Intelligũt nõ
nulli hoc loco Dei leges & pcepta, q̃ per
fecit Deus, cõstituit, fundauit, siue stabili
uit, q; sanè impij destruunt, dum vel ipsi
cõtrafaciunt, vel alios ad puaricandum,
suis cõsiliis, & suasionibus inducũt. Qui
verò cõtra hæticos Psalmum dirigunt,
scripturam sacram intelligunt, quã con-
didit per spiritum suum Deus, illi autem
destruunt, dum eã prauis suis & cõmẽ-
titiis interpretationibus dilacerant, atq; F
prauo abusu per malignum spiritum ad
errores trahunt. Nos tamẽ in Elucidatio
ne aliam sequuti sumus intelligentiam.
¶ Versu 4 Dñs in cœlo sedes. Videt elo
quutio esse nõ satis commoda. Sufficce-
ret. n dicere: Domini in cœlo est sedes,
aut, In cœlo est sedes eius, qm̃ pcedit an-
tecedens Dominus in parte altera. Sequi
tur tamen hac in parte Latina interpre-
tatio Hebræã atq; Græcã consuetudinẽ,
quæ pronomina huiusmodi frequenter
absq; necessitate adiungit. Quoties autẽ
huiusmodi modus loquendi occurrit, vr̃
nominatiuus relinqui, velut absolute & G
absque rectore positus. Neque. n. vllum
verbum potest inueniri, cui legitime sup
ponatur: quemadmodũ in proposito, se-
des, est verbi substãtiui subintellecti sup
positum: nihil aũt reperiri potest cui legi
time supponat nominatiuus iste domi-
nus. Ita fit ẽt nonnunquã in eodẽ casu,
pp relatiui replicationem. Veluti cũ dr̃,
Psal. 99. Scitote, qm̃ dominus ipse est Deus. Pro-
nomen. n ipse adueniens, seq; supponẽs
verbo, cogit nominatiuum carere verbo
regente. ¶ Versu 5 & 6 Palpebræ eius in-H
terrogant filios hominum. Vr̃, sm̃ vulga
tam loquendi consuetudinem hoc acci-
piẽdum, qua dicere solemus vel medio
oculo nos videre, interdum etiã oculis
clausis, quod ad cognoscendum non est
difficile. Cùm autem hoc quinto versu,
atq; etiã sequenti, Deus interrogare dr̃
iustum & impium, de Deo fit sermo iux-
ta humanã cõsuetudinem. Homines. n.
(qui non nisi ea vident quæ foris patent,
1. Re. 16. & qui per se occulta cordiũ videre non
possunt) necesse habent ea quæ in hoĩe
sunt p interrogationem & examinatio
nẽ cognoscere: quemadmodum & seculi-
iudices q̃stionibus atq; tormentis, à reis
iudicandis solẽt exquirere veritatẽ. Vn-
de ẽt dictum est q̃stionẽ facere, tormen-
tis veritatem perquirere, eo q; vicissim
tormentis interrogationes subiungant,
quo facilius pœnarum acerbitate verita
tẽ exculpẽt Deus aũt, quia per se oĩa no-
uit æquè atq; homo, p interrogationem,
imò multo ẽt atq; infinito pfectꝰ, idcir
co sm̃ humanã loquendi consuetudinẽ,
interrogare dr̃ iustum & impium. Quo-
modo. n. in cæteris appellationibus quæ
cõmuniter Deo & hominibus attribuũ-
tur, imperfectum oẽ secludi debet, cũ eas
Deo attribuimus, sic & in hoc vocabulo
dicendum est. ¶ Versu 6. Qui aũt diligit
iniquitatẽ, odit aĩam suã. Circa secundã
partẽ huius versus aduerte odium animæ
dupliciter accipi. Primum quidem, in bo
num: vt cum Saluator ait in Euangelio,
Qui odit animam suam in hoc mundo, Ioan. 12.
in uitam æternam custodit eam. Ac rur-
sum, Si quis non odit patrem & matrem Luce. 14.
filios, &c adhuc autem & animam suam,
non potest meus esse discipulus. Simili-
ter & perdere animam in bonã partẽ ac
cipit, cum dr̃, Qui perdiderit aĩam suam
pp me, inueniet eã Secundum hanc autẽ
acceptionem nequaquã hoc in loco in-
telligendum est quod dr̃, Qui diligit ini- Matt. 10.
quitatem, odit aĩam suam. Quin potius
animam suam hoc modo diligit, qui se-
quitur iniquitatem. Dr̃ enim hoc modo
animã suam diligere, qui affectui ani-
mali siue cõcupiscentiæ carnis suæ obse
quitur, & indulgenter satisfacit, qui illi
habenas laxat, & in oẽ ad quod solici-
tat affectus carnalis siue animalis psẽrit:
quemadmodũ male diligere proles suas
dicuntur parẽtes nimiũ indulgentes, qui
pueris permittũt quicquid fuerit collibi
tum qui dulces suos natos nesciunt aut
nolunt vnquã cõtristari, neq; puniunt de
linquẽtes, neq; coercent mala facientes.
Oderunt verò sm̃ hunc modum suas ani-
mas, qui affectui suo animali nequaquã
indulgent, neq; pmittunt in sese quicquã
quod rectum non sit: sed ad regulã rectæ
rõnis cuncta examinant, ipsumq; velut
fræno & salutari retinaculo coercẽt, pro-
hibent

habent ab omni eo quod iudicat secūdo A
ratione esse fugiendū, impellunt verò &
veluti cogunt ad omne illud quod secun-
dum eam iudicant esse faciendum. Scdò
accipitur odium propriæ animæ in ma-
lum, quemadmodum in loco proposi-to
Qui diligit iniquitatē, odit animam suā.
Sic autem odire dicitur animam suam
quisquis nocet, malefacit & damnum in-
fert animæ suæ, quod facit indubiè quis-
quis sese peccato subdit. Animā.n. suam
æternæ damnationis vinculis implicat,
perpetuisq; cruciatibus inuoluit, quo ma
ius nocumentum aliud cogitari nō pôt.
Hoc autē reuera odire est, illud verò alte
rum, potius secundum apparentiā quam
fm veritatē. Hoc pestiferum est & crude-
Eccl. 30. le odium, illud, bonum, vtile, & saluberri
1. Pet. 4. mum. Huic autē malo animę odio con-
traria est bona dilectio, qua videlicet ani
mabus nostris miseremur, easq; Deo cō-
mēdamus in benefactis, ut saluæ fiant in
vitā æternā. Atq; hæc vera & salutaris a-
nimarum dilectio est, illa autē superior
mala priori odio bono opposita, falsa est
& abominabilis. De hac posteriori vera
Eccl. 30. dilectionis Sapiēs loquitur, dicens, Qui
Apoc. 3. diligit filium, assiduat illi flagella. Et in C
Apocalypsi Dominus ait, Ego quos amo,
arguo & castigo. De malo autē odio, huic
bono dilectioni contrario, alio in loco
dī, Qui parcit virgę, odit filium. Licebit
autē nobis fm hunc Sapientis modum,
de anima propria dicere, Qui verè dili-
git animā suā, assiduat illi flagella, id est,
iugi obseruatione à malis refrenabit eā.
Qui autē parcit virgę, id est, indulgentiæ
malæ laxat habenas, verè odit animā suā
Ex pdictis itaq; facile dissoluit paralo-
gismus, q aduersus pſentē Psalmi propo
sitionē contexi posse, hic mō, Qui odit
aīam suā (iuxta Saluatoris) in vitā verbū
ęternā custodit eā: qui aūt diligit iniqui-
tatem (iuxta pſentem sermonē) odit ani
mā suā: igitur, qui diligit iniquitatē, in vi
tā æternā custodit animā suā. Aequiuoca
tio nanq; paralogismū facit: qm odire
animā, nō similiter in prima atque in se-
cūda ppositione accipitur, & ob hoc rō-
cinatio sic contexta plane sophistica est.
¶ Versu penult. Ignis, sulphur, spiritus
procellarū, pars calicis eorum. Ignē, sul-
phur, & spiritū pcellatū esse partem cali
cis impiorū qdā sic intelligunt, qm hæc
sunt tātū particula qdā retributionis eo-
rū. Vr tñ ex vsu scripturæ alia esse sentē-
tia huius loci. Modus n. est scripturatū
parte calicis, siue portione calicis, aut ca-
lice significare nōnunquā totā hęredita
tē, siue hæreditariā ipsā portionē. Vnde
in Psal. 15. dicitur, Dñs pars hæreditatis Psal. 15.
meæ & calicis mei, id est, tota mea por-
tio, & pars mea hæreditaria, quā q̄ro, quā
expecto. Nō ergo accipit̄ hic pars calicis
quasi quædā particula hæreditatis vel
mercedis. Est n. sententia, hæc tormenta
(in quibus cętera oīa intelligunt̄) totā fo
re ipsorū mercedē, nec alia eos stipendia
debere expectare: iuxta illud Apostoli Sti
pendia peccati, mors. Iuxta quē modū ite
rū in alio Psalmo dī, dixi Dño, tu es spes
mea, portio mea in terra viuētiū. Neq; n. Rom. 6.
in his significat Dñm se habere quasi suę
hæreditatis aut mercedis particulā, sed to Psa. 141.
tā sortē, totam hęreditatem, totamq; mer
cedem dicit esse Dominū. Sic econtrario
in cātico Moysi dicitur pars domini esse
populus eius, id est, hæreditas Domini. Deut. 32.

## VNDECIMI PSALMI ARGVMENTVM.

*Considerans spiritualis homo, ac tacitus secum reputans bonorū paucitatem, & nimiam peruersorum multitudinem, in exclamationem prorumpit, veluti sibi de tanta iniquitatis abundantia metuens, ne & ipse absorbeatur atq; inuoluatur in ea, Deumq; ab ea poscens saluatorem: quam simul cum pœna iudicio ei debita, usq; ad versum quintum describit. Versu autem quinto & sexto diuinæ erga fidelium clamorem expollicitatio salvatoris Christi atque auxilij sempiterni interponitur: tanquam ex ore Domini. Ac deinde commendatis diuinis eloquiis, tanquam mundissimis, verissimis, & ab omni mendacio alienis, securus redditur qui prius clamaueras timidus: & spem ponit in diuinæ custodia, cuius firmitate etiam in medio impiorum circumeuntium sperat posse in veritate consistere: quemadmodum secundum altitudinem diuini consilii semper perstabunt electi, quos ab impietate peruersorum Deus seruabit immunes.*

XI. PSAL. ELVCIDATIO.

Mat. 7.

*ALVVM me fac Domine.*

Dum ipse mecum reputo quã arcta sit via quæ ducit ad vitam, & quàm pauci ingrediantur per illã: ex aduerso verò, quàm spatiosa via quæ ducit ad mortem, & quã multi ingrediantur p illam, timens ne & ego in numero illorum inueniar qui uiam latã ambulãt, ad te clamare cogor Deus Saluator meus, vt tu me à via mortis atque damnationis F tua gratia saluare digneris:

* *quoniam defecit sanctus:*

Penè enim defecit sanctitas de terra: & uix inueniuntur (nisi forte electi quidã, sed comparatione ad maximũ impiorũ numerum, paucissimi) qui virtutibus studeant, & sanctificari ac puritati uitæ.

* *quoniam diminutæ sunt veritates à filiis hominum.*

modica valde est in filiis hominũ veritas siue fidelitas, & qui veritate tã vitæ quam doctrinæ studeãt, perpauci admodũ sunt & ii ipsi si q forte reperiantur, nimiũ te- G nuiter id faciunt, sed sunt uanitate oĩa plena, & est stultorũ infinitus numerus.

2 *Vana loquuti sunt unusquisque ad proximum suum:*

Eccl. 1. Loquuntur ad inuicem filij hominũ quę uanitatis sunt, non quæ ueritatis; mendacia videlicet, fraudes, seductiones, & persuasiones malas, siue ad se inuicẽ fraudãdum atque decipiendũ, siue ad male sua, dendum, & in peccata pertrahendum.

* *labia dolosa i corde & corde loquuti sunt.*

per dolosa labia sua, siue labiis dolosis inuicem loquuti sunt corde & corde, id est H corde duplici, non recto, nõ synceto, nõ simplici: dum aliud loquuntur voce oris, aliud gestant in animi intentione.

3 *Disperdas dominus uniuersa labia dolosa*

Tu autem domine (qui amator es veritatis & simplicitatis) disperdes, & sm ordinationem districtæ iustitiæ tuæ in perditionem mittes omnes eos, qui dolosis labiis vtuntur, ad deceptionem & seductionem proximorum suorum:

* *& linguam magniloquam.*

& omnes itẽ qui per linguas suas magna E & superba iactitant, blasphemias atque conuitia, aut alia quælibet mala, siue in Deum siue in proximos.

4 *Qui dixerunt, linguam nostram magnificabimus:*

Qui seipsos atque se inuicem in malo cõfortantes, dicere solẽt, Magnificemus atque corroboremus linguas nostras, & loquamur audacter atque liberè quęcunq; nobis visum fuerit, neq; metuamus quicquam afferre per os nostrum, nec reprimamus in ullo sermonem:

* *labia nostra à nobis sunt,*

labia enim nostra (aiunt ipsi) in nostra sunt potestate, & nostra sunt, atq; à nobis, à natiuitate, naturali dono possidemus ea atq; ob id, quur non liceat nobis pro nostro libito loqui, aut dicere quæcunque nobis placita fuerint?

* *qui noster dominus est:*

aut quis nobis hac in parte dominus est cui in hoc debeamus subiici, ut non liberè possimus mẽbris quæ nostra sunt vti?

5 *Propter miseriam inopum & genitũ pauperum nunc exurgam dicit dominus.*

Audiant verò pauperes, quid ad ipsorum consolationem, cõtra impios istos dicat dñs attendant, quid per spiritum suũ sanctum loquatur fidelibus. Propter orationes (inquit) & suspiria pauperum atq; humilium de afflictione ad me clamantiũ. Gal. 4.

exurgam nunc in auxilium eorũ: semel quidẽ filium missurus in plenitudine tẽporis, in tempore acceptabili, in die salutis, per quem genus humanum uniuersũ de tyrannide illa grauissima principis tenebrarũ, illo foras eiecto liberabo: & itẽ semper quoties opportunũ fuerit in oĩbus necessitatibus inuocatus mox exurgã fiderõq; in auxiliũ seruis meis fidelibus. 2. Cor. 6 Ioan. 12

6 *Ponam in salutari:*

Auxiliũ & saluationẽ meã ponã in Christo filio meo, quem ego salutare & saluatorẽ præparaui ante faciem omnium populorum: & in eo, atque per eum, ut per consubstantialem & coæqualẽ mihi filiũ fidenter atq; fortiter agã, facturus in eo potentiam magnã, vt in brachio virtutis meæ, per quem iudicium illud mũdi exercebo & principis tenebrarũ condemnationẽ, & oĩa quęcunq; circa humani generis redemptionem uolueto operari, Lucæ. 2. Ibidem Ioan. 12

*fiducia*

* *fiducialiter agam in eo.* A
Dabo insup quotiescunq; inuocatus fue
ro, in opportunitatibus, in tribulatione p
Ps. 144. salutare spiritum meum auxilium inuo-
cantibus, per quē propè existo oībus in-
uocantibus me in veritate, & per eum for
titer agā pro illis, ita vt nihil debeant vel
à prauitate vel à multitudine iniquorum
metuere: qm̄ quidē nihil condemnatio-
Rom. 8. nis est his qui sunt in Christo, qui fm̄ spi
ritum ambulant, non secundum carnem.
7 *Eloquia domini eloquia casta:*
Audiant hæc pauperes & lætentur, qm̄
ipso qui loquitur hæc, & pollicetur fideli B
bus, dn̄s est. Dei autē sermones (promis-
siones videlicet, atq; ēt præcepta & doctri
na omnis, & quæcunq; per filium nobis
loquutus est, vel per spiritum adhuc lo-
quitur in cordibus electorum) mundissi-
mi sunt atque purissimi, nihil continen-
tes mendacij, vanitatis, iniquitatis, aut cu
iuslibet impuritatis, quæ solēt esse in ver
bis humanis:
* *argentum igne examinatum, probatum ter
ræ pauperum septuplum.*
similes sunt sermones Dei argento quod
igne est diligenter examinatum, atque p C
ignis probationē à terra (id est, ab omni
terrestreitate, & alia qualibet commixtio
nis impuritate) separatum atque deputa-
tum: quod probatum est vsq; ad septem
uices, quā fieri potuit diligentissimè, ita
vt nihil amplius cōtineat alienæ speciei
cōmixtum, sed argentum sit tot probatio
nibus purissimū. Sic enim sermones Dei
oēs quos loquitur, purissimi sunt proba-
tissimæq; & indubitatæ veritatis: in qui-
bus nihil est aut vanitatis, aut iustitię, aut
mendacii commixtum.
8 *Tu domine seruabis nos:*
Propter hoc, in te dn̄e speramus & cōfidi D
mus, q nunquam sis relicturus electos
1. Ioā 5. tuos: sed per gratiā tuā benignè seruabis
nos, & modo ab iniquitate pręseruando,
qua plenus est mundus, & in futuro, ad
vitæ præmia perducendo:
* *& custodies nos a gn̄atione hac ī æternū.*
proteges quoq; nos à generatione hac
praua & peruersa impiorum hominum,
quā supra timebā, & ab ea nos facies esse
securos, neque quicquam veri nocumen-
ti ab ea perpeti in sempiternum.

9 *In circuitu impij ambulant:*
Quāquam enim passi n vbique occurrit
magnus stultorū atq; impiorū numerus,
vt quasi per circuitum, quaquauersum respe
xerit quis, omnia plena videātur impiis:
* *secundum altitudinem tuam multiplica-
sti filios hominum.*
& hi ipsi quāuis p circuitum, bonos ob- Eccl. 1.
ambulent, eosq; circumeant ex omni par
te, & suasionibus malis, & prauis exēplis
eos ad suā societatē ptrahere conantes,
tu tn̄ fm̄ altitudinē incomprehensibilis
sapientiæ tuę, atq; profunditatē occulti cō
silii tui, ex filiis hominum fideles tibi ali-
quot semper pro tuo beneplacito elegi-
sti, & electos ex impiorum numero segre
gasti, quos in singulis generationib. tibi
& merito & numero multiplicas: eosq;
quanquam non in tanto numero, in quā
to sunt impii, tibi pro tua bona uolunta-
te sp custodisti: atq; ita quoq; amodo fu-
turum confidimus, teq; in electis tuis &
cum eis permansurus oībus diebus vsq;
in consummationem seculi, quantumuis
etiam abundauerit iniquitas impiorum. Matt. 28

## ANNOTAT. IN PSAL. XI.

VErsu primo, Diminutæ sunt verita-
tes à filiis hoīum. Veritates accipi
possunt p veritate vitæ atq; doctrinæ (vt
in elucidatione exponitur) quā Prophe-
ta conqueritur imminutam: & magna ex
parte collapsam in filiis hoīum. Aut veri-
tates intellige, fidelitates, tā quo ad Deū, q̄
quo ad proximos hoīes. Est. n. hoc ma-
gna gemitus materia, q fidelitas de terra
defecerit, q vix inueniātur qui vel domi-
no sint fideles, vt iustā illi & dignam pręstent seruitutē, vel ēt suis proximis, qui-
bus cum quotidie conuersantur, vt erga
illos illæsam seruent charitatem atque iu
stitiam Huic autē sententiæ Hebræa ma
gis consentiunt. Ex Hebręo. n. concordi-
ter interpretes oēs pro veritatibus ver-
tunt, fideles. Sic enim legunt: diminuti
sunt fideles à filiis hominum Felix tamē
adiicit veri posse numero plurali, siue fi-
delitates vel veritates. ¶ Versu secundo,
Labia dolosa in corde & corde loquuti
sunt. Particula illa, labia dolosa, hoc in
loco facit difficultatem: quòd difficile
videa-

videat explicare vñ regi debeat, aut fm cō-structionē coniungi. Pōt aūt illi particulę triplex modus constructionis assignari. Primum quidē, vt subintelligatur prępositio per quā regat accusatiuum labia dolosa, verbo loquuti sunt, subiecto supposito impij, quod fm sñiam ex priore parte accipitur cum dr, Vana loquuti sunt vnusquisque ad proximum suum: sicq; sensus erit, Per labia dolosa ipsi loquuti sunt in corde & corde. Idem quoq; sensus haberetur, si labia dolosa pro labijs dolosis positum intelligatur, casus. s. pro casu, accusatiuum pro ablatiuo, maxime cum Gręci ablatiuo careant. Atque hæc sñia in Elucidatione fm duplicem istā constructionē explanata est. Secūdò labia dolosa accipi possunt pro ipsis impijs, quorū sunt labia dolosa. Non.n. est hoc inusitatum, vt homines ab illis nominemus, q̄ in eis inueniunt quemadmodum cum mulierē loquaculā, garrulum rostrum, vulgari sermone vulgus hoīum appellat: & hominē facile iracundū, citoq; (vt dici solet) capite læsum, vulgo appellant infirmū capitulum. Sic & hoīem multi cibi voratorem, ventrem appellitant: atq; ita in reliquis. Scdm hunc ergo modū dicemus impios illos qui dolos loquuntur, dolosa labia nuncupari: eritq; iuxta hanc constructionē talis sñia, Impij ipsi existentes dolosa labia, loquuti sunt corde & corde. Verum iuxta hanc constructionē in lectione latina incommodum vr̄ esse sermonis, eo q masculino genere dicatur, loquuti sunt, cum potius dicēdum esset, loquuta sunt. Hoc aūt incōmodum nec in Hebræo occurrit, ubi verbum cōis generis est: neq; in Gręco, vbi absq; participio simplex verbū hr ἐλάλησαν, quod nullius generis habet discretionē. In latina aūt lectione dici poterat loquuta sunt, pro loquuti sunt: vel intelligatur modo suprà indicato pronomen masculini generis, cū quo iungatur loquuti sunt, hoc modo & corde, Ipsi existentes dolosa labia, loquuti sunt corde. Tertiò potest propositi versus talis accipi distinctio, vt labia dolosa quasi per se positum, nec cum pręcedentibus, nec cum sequentibus copuletur, sed per se efficiat sñiam, hoc modo, Vana loquuti sunt, vnusquisque ad proximum

E suum. ac deinde labia dolosa, supple sunt, labia eorū, iungaturq; deinceps (sed diuisim) loquuti sunt corde & corde. Sic itaque huius particulæ difficultas triplicibus poterit expediri. ¶ Nunc verò & illud dicendum est, quidnam sibi uelit geminatio cordis, dicendo, In corde & corde significat aūt hæc replicatio duplicitatē quo si dicamus, uirum & virum, pro viris hoc est, pro vno ac altero. Sed rursum qō consurgit, quoniā pacto dicantur impij corde vno & altero loqui, uel corde duplici siue (vt ita dicam) duobus cordibus F cū nō habeāt nisi cor vnum, id est peruersum & mala meditans contra proximos? Quomodo ergo corde & corde loquitur, qui nō nisi de corde peruerso loquit nec habet aliud? Intelligendum ergo est horum cordium alterum fm ueritatem accipiendum, illud. s. quod interius latet peruersum, qd tñ uerbis non aperlum: alterum aūt tm̄ fm apparentiam & exteriorē ostentationem, illud uidelicet qd foris apparet & ostentatur in verbis. Dum.n. peccator, ad decipiendum proximum, aliud ostēdit ore, quàm erit corde, ut cum G uerbo simulat se uelle alteri cōmodum quodlibet bonum corde autē intēdit magis nocumētum, quasi duplex cor illic assignare possumus. Nam uerba blanda & dulces sermones, cor bonum ostentant. Hęc.n. amici cordis indicia sunt. Interius autē latet cor malum & nocēdi cupidum qd verbis non pandit. Hoc ergo mō, Corde & corde loquunt impii. Nonnulli autē præsentē locum ēt distinguunt, Labia dolosa in corde: ac deinde, Et corde loquuti sunt. Atq; ita de duplicitate hac, nulla foret quęstio. Sensus autē erit, Labia do-H losa sunt in corde eorum: qm̄ in corde suo loquuntur, & tractant apud semetipsos, quō decipiāt & fraudent proximos. In corde loquuti sunt (supple) dolos, quemadmodū in corde dolosa hēnt labia. Hāc aūt distinctionē habet Felix in sua versione ex Hebræo, itē & Chal. paraphr. q̄ habet in hunc modū. Mendacia loquuntur hoīes cū proximo suo, labia blandiētia in corde eorū: cogitāt malū, & corde mendacii loquunt. Nostra tñ lectio, similiter & interpretationes assignatæ, rectè & Græco & Hebræo consentiunt. ¶ Versu

quarto,

quarto, Labia nostra à nobis sunt, qs no-A
ster dñs est? Quod hic ex impiorum per-
sona de lingua peculiariter dr, idem ap-
plicari posset gnaliter & ad omnia q̄ im
piorum sunt. Sic.n. peccatores se in ma
lo confortare solent, nō modò quātū ad
membrum linguę, uerum ēt quantū ad cę
tera omnia & corporis & fortunæ bona,
dicentes: Natura hæc mihi cōtulit, fortu-
na donauit: mea sunt, quur mihi pro mea
voluntate meis uti non liceat: quis me ꝓ
hibea: q̄s mihi hac ī parte dānati aut im-
perare uolebit, ut meis nō utar ꝓ meo li
bito? Non.n. attendunt ad Deum creato-D
rem suum, à quo possident oīa: sed quasi
à seipsis habeā: uniuersa, sic cogitāt, sic lo
quuntur, sic agunt, oia pro libito. ¶ Versu
quinto. Propter miseriam inopū, & ge-
mitum pauperum nūc exurgā, dicit dñs.
Vox ista est patris, generis humani libera
tionem per filium promittentis. Illud aūt
nunc, cum dr, Nunc exurgam, aduerte ex
2.Cor.6. Elucidatione referri ad tps gratię, de quo
dicit Apostolus. Ecce nūc tps acceptabi-
le, ecce nunc dies salutis. In hoc aūt tpe
grę exurrexit primum mittens suū filiū
saluatorem mūdi: atq; exurgit ēt nō quo-C
tidie in auxiliū, per adiutorem spūs sui,
quem per filiū dedit fidelibus, de quorū
vtroq; simul loquit Elucidatio. Posset ēt
nunc istud sic accipi, vt significet accele-
rationē implendi promissi. Sic. n. vul
go loqui solemus cum significare uolu-
mus nos quantotius rē quamlibet imple
turos: ut cum dico, Ecce nūc veniam, nūc
faciam, nunc ibo: vcȝ significare uolens
nullam me moram facturum, sed mox-
mox aduenturum, facturum, iturum. Qđ
aūt hic promittit Deus, exauditio est eius
Ps.7. quod supra Psalmo.7. postulari diximus D
Exurge Dñe in præcepto quod mādasti.
Nam illic rogabatur Deus in iudicium
exurgere pro pauperibus, hic aūt promit
tit nunc se facturum. Nam exurgere hic
significat in bonā partē, ad liberationem
ad auxiliū, ad iudiciū, cōsurgere. Vñ Cald.
paraphra. habet, exurgā in iudiciū, dicit
Deus. ¶ Versu septimo, Argentum igne
examinatū, probatum terræ, purgatum
septuplum. Cum dicitur probatum terræ,
videtur terræ esse casus datini. Nam Grę
cè per datiuum legitur δοκίμιον τῇ γῇ,

quod (mutata forma Grçci sermonis) cla
rius uerti poterat fm latini idiomatis ꝓ
prietatem, Probatum à terra, id est, per ꝓ
bationem separatū atq; expurgatū à ter-
ra. Cui cōsonat qđ ex Hebræo uertit Hie
ronymus, Separatū à terra: & Cal. trāsla-
tio, Argentū insusoria repurgatū à terra.
Capitur aūt insusoria vel insusoriū, pro
uase alchimico, in quo fit argēti purga
tio uel in quo argentum aurumue insun
ditur ut liquefiat, & liquefactū purget. Est
ergo sēsus huius lectionis, Argētū repur-
gatū in uase alchimico, in insusorio, à
terra: q̄ do ēt ex Hebręo uertunt nonnul-
li interpretes. Quod aūt dr, purgatum se-
ptuplum ad perfectionem pertinet, ad si
gnificandum.s. plenissimam purificatio
nē & qđ nihil remāserit alienę cōmixtio
nis. Nā septenario numero uniuersitas
& perfectio solēt designari, quanquā pos
set fm misticā intelligētiā ista septuplex
probatio referri ad septiformē spūm san
ctum. Ab hoc n. habent eloqa Dñi & scri
pturæ, qđ castissima sint atq; probatissi-
ma: qm vcȝ (iuxta Petri Apostoli snīam) 2.Pet.1.
nō uolūtate humana allata est aliqñ Pro Psal.44.
phetia, sed spiritu sancto inspirati loqu
ti sunt sancti Dei homines. Neque n. ha
bent suam munditiam probatissimā san
cta Dei eloquia, ex humana sapientia aut
eloquētia eorū p quos tradita sunt, sed ex
uirtute Dei, & septiformis spiritus sancti
qui, ut scriba calamo linguis ditisq; utit
eorū qui Diuina eloquuti sunt, vel descri
pserūt ea. Quæ aut humana sunt, ēt si nō
nulla contineat q̄ sunt veritatis atque
uirtutis, multis tñ sunt uanitatibus pol-
luta & cōtaminata, qm nō sunt igne exa
minata, i. spū sancto decocta, neq; sūt sep
templiciter probata, qm nō sunt septifor
mis spūs grā descripta, sed vel spū hu-
mano qui per se uanus est & mēdax: ēt
(qđ ad nōnulla attinet gentiliū poetarū
lubrica scripta) spū diabolico, q est pater
uanitatis atq; mēdacii. Rectè proīde alio Ioan.8.
ī loco idē hic Psalmista ꝓ side-ās supemi Ps.118.
nēte Diuinorum eloqorum castitatem
atq; pfectā munditiā, dicebat, Narraue-
runt mihi iniq fabulationes sed non vt
lex tua. Profectò. n fabulantes sunt quæ
cunq; nō fm hūc septiformē spiritum ꝓ
bata sunt, ēt si nonū in annū cusa fuerint

Quem-

Quemadmodũ Virgilianã illã Aeneidē E ferunt annos multos sub incude ſpiri us uani iacuiſſe, multorũq; dierũ & noctiũ innumeros abſũpſiſſe labores, ut munda nitida, atq; probata tandē prodiret in ma nus mortaliũ. Quod Flaccus pcepit, Nonum cōdat in annũ, plenè in hoc opere, imò amplius q̃ pſcriptum eſt, traduni fuiſſe obſeruaũ. Et tñ poſtea quã pdiit, fabulationes in ea inuentæ ſunt: lōgiſſime abeſt ab ea Diuinorũ eloquiorũ munditiẽs nimirum q̃ nobis adhuc crepat neſcio quos deos atq; deas, deorũq; ac dearũ filios, Iunonē aduerſantē profugo populo F Venerē fauētē, Aeolũ uētorũ deum vētos cōcitātē. Neptunũ deũ maris ſuo tridēte eoſdē ſedātē, Cupidinē miſeræ Didonis affectũ ſagittis ſuis trãsfigētē, aliaq; his ſimilia pmulta: q̃ mira illic verborũ pōpa, magnificoq; ſermonis apparatu, quaſi maxima & ſumma qdã Diuinarũ rerum myſteria pponunť hoĩbu; cum ſint uaniſſimæ fabulationes, in quibus nihil eſt ædificationis bonæ, ſed tantum ſalſa ſũt oblectatio ſenſuũ, ad decipiendum atq; illaqueandũ ſimplices animos, & à puritate eloquiorũ Dei (q̃ ſola caſta & proba G tiſſima ſunt) remorandos, imo arcendos & phibendos Neq; n. qui hmõi aſſueuerunt, ad puritatẽ eloquiorũ Dei trãsferre ſe facile põt, ſed cõnſeneſcũt plerũq; imò euaneſcũt & pereũt in uanitatibus, quas pelegerũt ueritati, hoĩes iudicio corruptiſſimi, ſua aũt ppria uoluntate miſerrimi. Et tñ illa, q̃ mō in exēplum pponuimus, Aeneis Vrgiliana, p omnibus fere gētilium Poetarum ſcriptis caſtior haberi ſolet atq; probatior. Nam alii pleriq; huius generis ſcriptorũ, multo his crepant abſurdiora, q̃ nec aures ferãt humanæ. Hæc H ergo humani ĩgenii eloqa, quanq̃ elaboratiſſima tñ caſta nō ſũt multa mēdaciorũ figmēta cōtinētia, uanitates plurimas pponētia lectoribus, elaborata ēt pleraq; ad humanã gloriã, ſiue ad uulgi plauſũ, ſiue ad captãdũ pricipũ fauorem. Eloqa aũt Dñi, ēt ex ıpe (ſubito impellēte ſpũ) à uitis Deo plenis uel dicta uel ſcripta, puriſſima, caſtiſſima, atq; mundiſſima ſunt, nulla figmenta, nulla mēdacia, nullas uanitates: ſed verbum uitæ cōtinentia: non ad humanã gloriã, ſiue cuiuſcunq; mortalium captãdos fauores dicta aut ſcripta, ſed in ſimplici ueritate, ad multiplicē fidelium utilitatē: hoc eſt (vt Apłus ait) ad docendum, ad arguēdum ad corripiendũ ad erudiendum ĩ iuſtitia. Atq; hac cōſideratione, caſta dñr Dei eloqa, nō ſolũ ob hoc, qm̃ in ſeſe munda ſunt, & ab omni cōmixtione mēdacii aut uanitatis aliena: Verum ēt pp affectum quem habent, qm̃ vc; caſtificãt, id eſt, mundos, & puros faciunt homines ſibi intentos. Vñ in alio pſalmo, poſtq̃ dixiſſet, Lex Dñi immaculata, ſtatim ceſſugio ſubiungit, cõuertēs animas, ab omni vc; uanitate & errore ad Deum, & lumen ueritatis. ¶ Cæterum qd ad uocabulum caſta puners arbitramur unicuiq; uel citra admonitionem facile aduerti poſſe, q hoc loco ñ caſtitatē ſignificet, ſpãliter illã q̃ luxuriæ aut corporali immunditię oppoſita: ſed in gñali tñ mēnditiã & puritatē, qũo Beatus Hieronymus ex Hebræo uertit, eloqa Dñi, eloqa munda: ut ſit idem cum eo qd paulò an enatum eſt, Lex Dñi immaculata. Solet. n ita nonnunquã caſtum gñaliter ſignificare mũdum, qũo & Petrus Apłus ait, Animas ueſtras caſtificãtes in obediētia charitatis. ¶ Verſu penultimo, Cuſtodies nos à gñatione hac in ęternũ. Gñationem iſtã, de qua in hoc uerſu fit mentio, interpretať Elucidario nationem prauorum & puerſorum hominum: ſin quē modũ in Euãgelio Dñs aliquoties legiť dixiſſe, Gñatio mala & adultera aut generatio praua & puerſa Sic & Paulus Apoſtolus: In medio (ınq;) nationis prauæ & puerſæ. Et Moſes in Cãtico; Generatio praua atq; puerſa, hęccine reddis Dño, popule ſtulte & inſipiens? Et iterum: Generatio puerſa eſt & infideles filii. Sic ter & ĩ aliis pleriſq; ſcripturarũ locis. Huic aũt ſnīæ cõſonat Paraph. Chal q̃ legit: A gñatione hac praua, in ęternũ. Poſſet tñ & alia aſſignari intelligentia talis, Tu Domine ſeruabis nos, & cuſtodies nos in omni ıpe, vc; à pſenti generatione, ab ea q̃ mō eſt uſq; in ſempiternum, id eſt, in omnibus generationibus, uſq; ad finē ſeculi. Atq; ita coniunctim legi deberet totum hoc. A generatione hac in æternũ qd diei ſolet, ex nũc, vel amodo uſq; ĩ ęternum. ¶ Verſu ultimo, ĩ circuitu impii ambulant.

2. Ti. 3.

Pſal. 17.

1. Pet. 2.

Matt. 12 16 & 17.

Philip. 2

Deut. 32

bulant. Quo impii ambulāt in circuitu, A varijs modis intelligi pōt. In Elucidatio ne.n. duplex modus īuenit. quorū alter est de abūdātia & nimia multitudine im piorū, alter verò de circuitione ad nocē dū. Super hæc aūt alii intelligūt exclusio nē impiorū, à regno cęlesti, quo dicere so lemus eos qui foris manēt exclusi ab habitatione, ambulare p circuitū dom'. Sic
Mat. 25. .n. cum electi, quos fm altitudinē & magnificētiā suā nūc De' multiplicat, ingressi fuerint ad nuptias, clausa ianua, impii excludent' a regno, & foras manere ȝpel lent' extra ciuitatē beatorū. Atq; ob hoc B dicim', q ambulabunt in circuitu. Rursum alii, propositi sermonis intelligētiā referunt ad iterationē vitiorū, fm quā dē vitio ad vitium, de cōcupiscētia in cōcupiscentiā pgunt impii, de malo in malū. Q io.n. heri oībus deliciis, cōcupiscētiis, & impietatib' pfruiti sunt: ita & hodie agunt, fi̅r̅ter acturi, ubi dies crastinus ad-
Iacob. 6. uenerit. Et quo pterito anno vi xerunt
Iudas. enutrientes in deliciis atq; luxuriis corpo ra sua, & satisfaciētes desideriis aīæ suæ: sic in p̄senti agunt, facturi si̅r̅ter & in die qui subsequuturus est. Iterū, ambulare C istud in circuitu, cōuenienter referri pōt ad laborē, errorē. & inutilem fatigationē impiorū. Qui n extra viā rectā positi p circuitū ambulāt, quo diutius ambulāt eo amplius deuiāt, & implicant' erroribus & cōtinuo elongant' magis à uia recta, à termino. Et cū laborent ac fatigent' plurimū, nihil tñ pficiunt, sed cōtinuo magis elongant' à requie. Qui aūt rectā viā ambulāt, cōtinuo appropinquāt ciuitati ad quā pergunt, & breui illuc peruenient quo tendūt. Ita aūt faciūt iusti, quorū via recta est, qm̄ de bono semper in melius pficientes, ascensiones disponētes ī cordibus suis, ambulāt de virtute in virtutē,
donec perueniāt vsq; ad Deū deorum in Psal. 83.
Siō. semper. n (iuxta Apl̄i verbum) ad interiora extendunt semetipsos, ad superne Philip. 3
vocationis brauiū. Illi ergo quia per circuitum ambulāt, nō appropinquāt ciuitati: & si in circuitu hoc permāserint vsq; in finem, nunquā eis dabit' in ciuitatem ingressus, quātumuis etiā sic per circuitum ambulātes uias ambulauerint difficiles, aut lassati fuerit in circuitione sua. Sapiē. 5.
Vn̄ in libro Sapientiæ, ex persona reproborum dr̄: Lassati sumus in uia iniquitatis, ambulauimus uias difficiles, nimirū curua impietatis itinera, quibus nō appinquat' ad requiem, utpote q̄ de labore temporali ad laborē perducunt æternū. Sap. 10.
Iustum autē deducit Dn̄s per vias rectas, ostenditq; illi regnum Dei, ut sic iter alle uiet ambulāti & proficiscenti. Omnium aūt horū sensuū quis p̄ferendus sit, non vsq; adeò facile est iudicare. Penè enim singuli bonam habent probabilitatem.

## DVODECIMI PSALMI ARGVMENTVM.

*PSalmus iste aptissimam dat formam clamandi ad Dominū iis qui graui qualibet & diuturna tētatione premuntur: utpote uel graui longoq; libidinis æstu uel ponderosa nimis pusillanimitate, uel tristitia demergente, uel acedia omne opus bonū fastidiente, aut infidelitū cogitationum angentibus dubietatibus, aut alius cuiuslibet generis malis: In quo, sic tentatus, ueluti conquerens de tentationis grauitate & prolixitate, deq; absentia siue protractione Diuini auxilii, postulat celerē a Deo misericordiā, & ante oīa menti, illuminationē, ne fortè pereat in mortem sicq; in potestatē ueniat hostiū suorū, & illi exultēt de casu eius. Cōtra quos vltimis duobus versibus, cōcepta in Deo salutatore suo sancta fiducia gloriatur, fideliter, sperās p Dei misericordiā puersa illorū de se nunquā implenda desideria: cui etiā, pro sua liberatione, laudis pmittit cātica.*

## DVODECIMI PSALMI ELVCIDATIO.

VSQVE QVO *domine obliuisceris me in finem?*

Quamdiu tandem piissime Deus, oblitus videberis mei, quem grauissimis premi vides malis, & durissimis, ac longis subiacere tentationibus quasi prorsus sum derelictus in æternum?

*Vsquequo auertis faciem tuam à me?* nūquid multo adhuc tpe pmanebis auersō à me aspectu uultus tui, me videlicet

in

in his tentationibus relinquendo, aut cō E solationem tuę visitationis atq; liberationis diutius subtrahendo? Satis iā sanè distulisse mihi videris præsentiā auxilii tui noli vltra negligere, ne auertatis diutius, res mecum ad extremum penè deuenisse videt, aspice, & intende quantocyus in auxilium meum.

2 *Quandiu ponam consilia in anima mea?* Quamdiu permittes me animo angustiatum varias in corde voluere atque reuoluere cogitationes, variaq; consilia, ad eum modum quo solent ij qui in angustiis agunt, & anxio sunt animo?

-* *dolorem in corde meo per diem?* F etenim qui me premit, dolorē, angustiā, atq; afflictionem, quæ me affligit iugiter in spiritu meo, quamdiu tandem patieris obsidere spiritum meum?

3 *Vsquequo exaltabit inimic' meus sup me?* Nunquid ad multum adhuc tēpus potestatem hanc, qua nūc premor, sup me tenebit aduersarius meus, ut illi liberū sit tentationibus vehementissimis affligere animum meum? Sufficiat hactenus Domine, sitq; iam satis:

* *respice, & exaudi me domine Deus meus.* G respice nunc Dñe Deus in me afflictū seruum tuum, & misertus afflictionis quam patior, exaudi orationem meam, qua postulo à tantis malis liberationem. Ioan.14.

4 *Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte:* Mentis meæ oculos salutari lumine spiritus tui illustra, & lumen sanctum tuū hominū illustrator benigne funde in cor meū, vt nō vnquā per cōsensum plenum peccati veniā in somnum mortis, in quo sunt oēs qnos tui luminis splendor nō facit ad vitam (quæ Christus est) euigilare, apertosq; tenere mentis oculos:

-* *nequando dicat inimicus meus, præualui aduersus eum.* ne glorientur nnquam de me & contra me aduersarii mei, si mihi forte præualuerint & voluntatē suā prauā de meipso perfectā conspexerint: id quod eis factu fuerit facillimum, si defuerint mihi cœlestis luminis tui radius atque ductus.

5 *Qui tribulāt me exultabūt si mot' fuero.* Aduersarij n. & persequutores mei (quibus nihil potius est pditione mea) minime sicè gaudebunt, si me cōrigerit à via recta declinare in viā iniquitatis, à virtute in peccatum cōmoueri, aut à stabilitate diuini timoris vacillare atque deficere:

-* *ego autem in misericordia tua speraui.* Ego autem spem meā oēm, & fiduciā totā posui in misericordia tua Dñe Deus mens, q̄ est super oēm carnē, & qua plena est oīs terra: sperās & cōfidēs, ꝙ nunquā patietur tua clementia iniquum illud inimicorum meorum gaudiū de me adimpleri, sed per gratiam tuam me præseruabis, ut non mouear, sicq; causam non habeant prauę exultationis suæ. Eccl. 18. Psa. 118.

6 *Exultabit cor meum in salutari tuo: cantabo domino, qui bona tribuit mihi:* Nec dabit illis gaudere de cōmotione, aut pditione mea, sed mihi magis gaudiū erit & exultatio in saluatione tua, quam à te accipiam propter salutem quam tu daturus es mihi:

* *& psallam nomini domini altissimi.* in lætitiæ quoq; meę testimonium & gratitudinis iudicium laudem cātabo Dno Deo meo, à quo oē bonum mihi liberaliter & benigne procedit: & psalmū laudis Iac. 1. canā sancto nomini Dñi, qui est altissim' oīum in cœlo & in terra, ac pinde oī laude superior, & nunquam satis laudabilis

## ANNOTAT. IN PSAL. XII.

VErsu primo & secūdo, & Vsquequo dñe obliuisceris mei finē, &c. Quādiu pouā cōsilia in aīa mea? Nota ꝙ in Psalmis atq; etiā in scripturarū, maxime autē Propheticarum locis, cum ad Deum iste ponitur loquendi modus ueluti per interrogationem: Vsquequo, quādiu, quādo, ꝓpter quod, ut qd, quare, aut simili aliqua particula, non sic accipi debet sententia, quasi sit mera īterrogatio respōsionem expectās, quemadmodum cum homines quippiā interrogāt proximos sibi respōsionem expectātes: sed tm̄ vt sit mirātis & admirationem ꝓponentis, uel desideriū magnum & expectationem insinuātis. Quemadmodum supra psal. 2. cū dī, Quare fremuerunt gentes? nō expectat vlla respōsio, sed tm̄ admiratio sic exprimit: quasi dicat Propheta, Miror rē tam absurdam illos attentasse. Et in loco.

præsenti

psenti, cũ dicit, Vsquequo Dñe.&c. nõ expectat ipse vt audiat certã sibi horã liberationis designari, sed tm̃ est expressio vehemẽtis desiderij & expectatiõis magnę, quã suã expectat liberationẽ. Similiter accipi põt Psalmo. 3. & 20. Dñe quid multiplicati sunt q tribulant me? Deus, Deus meus, quare me dereliquisti? Et alibi: Quare obliuisceris inopię nr̃æ & tribulationis nr̃æ? ¶ Versu. 3. & 4. Vsquequo exaltabit inimicus meus sup me, &c. Attende, aliud esse exaltari inimicũ, aliud pualere. Nã iustis in iustitia sua pmanentibus, nõ põt inimicus pualere diabolus: põt autẽ super eos exaltari, quatenus videlicet à Deo ptãtem accipi ad tentandũ atq; affligendũ eos quemadmodũ sup beatum virum Iob mõ quodã exaltatus fuit, cui tñ non pualuit ¶ Versu 4. Neqñ dicat inimicus. Posset nõ incõmode istud ad per-

Iob. 1. & 2.

A uersitatẽ sensualitatis peculiariter referri, q̃ nobis est hostis & maximẽ domesticus, & maxime noxius, & maxime inimicus noster est, qñ intra nos eũ habemus. Orabit ergo vir iustus, mentis oculos cęlitus sibi illuminari, vt non peruersitate carnalis affectus alliciat in peccati consensum, atq; in morte. Huic lr̃æ pulchrę consonat tran slatio siue potius Paraph. Chal. q̃ sic hẽt, Deus meus illumina oculos meos in lege tua, ne vnq̃ peccẽ, & dormiã cum his qui meruerunt mortem, & non dicat fomes prauus, dñatus sum in B eo. ¶ Versu vlt. Exult. cor meum in salut. tuo. Saluare hic pro salute vel saluatione positum vr̃. Vnde translatio Chal. Exultabit cor meum in redemptione tua: quamuis posset & pro saluatore accipi, à quo venit saluatio, quemadmodum in cantico Simeonis, & alibi frequenter.

## DECIMITERTII PSALMI ARGVMENTVM.

*HIC Psalmus satis cum vndecimo supra posito consentit, & idẽ fere habet argumentũ. Abundantiã n. malitiæ, & multitudinẽ malorum (qui Dei timore postposito, operantur quicquid libet) versibus septẽ primis describit. Deinde sub persona Domini, per amarã interrogationẽ insinuat peruersos pauperum oppressores cognituros aliquando Deum inimicem, quem modo cognoscere atq; inuocare noluerunt, quando timore horribili conturbabuntur, eo quod fideliũ cõsilio noluerint acquiescere, iusti; ab eo timore liberi, pp Domini præsentiã in eis habitantis: atque vltimo tandem versu, fidelium per Christum liberationem spiritu reuelante, præmonstrat.*

## DECIMITERTII PSALMI ELVCIDATIO.

*IXIT insipiens in corde suo,* Dixerunt filij hoĩum in qbus nõ est scietia veritatis, neq; sapiẽtia Dei, in cordibus suis, & hanc habent in animo suo erroneam existimationem,

* *non est Deus.*

q nõ sit fm veritatẽ Deus, vt à fidelibus creditẽ, q res humanas pſideret ac iudicet, q iustis pro iustitia fœlicitatẽ, aut malis p iniquitate reddat dãnationẽ: & hac falsissima persuasione blandiuntur sibi iniquitatibus suis, quo peccent liberius.

* *Corrupti sunt abominabiles facti sunt in studijs suis:*

Hac aũt falsa existimatione & psuasione iniqua pſupposita, sine timore existẽtes, neq; cuiusquã metuentes iudiciũ, corruperunt ipsi viã suã, & cõputruerũt velut iumenta in stercore impietatũ suarum, suniq; facti pp multitudinẽ & magnitudinẽ facinorum suorum, detestabiles & execrabiles ante Deum & oẽs homines pios, per impijssima opera sua & actiones D corruptissimas quibus intendunt: Esaiæ. 1.

* *nõ est qui faciat bonũ, nõ est vsq; ad vnũ.*

non est ex infidelibus istis q timorẽ Dei abiecerunt (quorũ est bona, imo maxima pars in hoc miserabili mũdo, q totus in maligno positus est) cui sit curę facere qd bonum ac rectum est: non est ne vnus qdẽ ex eis q studeat virtuti: sed à maiore vsq; ad minimum oẽs student iniustitiæ. 1. Ioan. 5 Hiere. 6.

3 *Dominus de cœlo prospexit super filios hominum:*

Dñs Deus oĩpotens de sublimitate cœlorum in quibus inhabitat, quasi proui-

dus & diligẽs humanarum rerũ curator E
attendit & ꝯsiderat filios hoīum, & actio-
nes eorum vniuersas, bonas pariter atq;
malas, ad reddendum vnicuique venturo
tpe pro operibus congruam mercedem:

** vt videat, si est intelligens, aut requirens*
Titum 1 *Deum.*
prospexit(inquã) considerans ad eos qui
per fidem rectam verè agnoscunt, aut ex
animo quærunt Deum.

4 *Omnes declinauerint, simul inutiles facti sunt:*
Psal. 35. Et vidit Deus, qđ maxima pars hoīum
via recta derelicta, ad iniquitatem decli- F
nauerunt, suntq; facti ad oẽ bonum opus
veluti reprobi & inutiles, quasi qui iam
didicerunt virtutem, nescientes vltra.

** nõ est qui faciat bonũ, nõ est vsq; ad vnũ.*
Ioan. 3. neque volentes benè agere: vix inuenit
qui benè agat, vix inuenit vel vnus. Tan
Pro. 24. ta est n. malorum copia, vt vix vllus videat numerus iustorum, si cum illorum
conferat immensa multitudine: & ex iis
ipsis q bonum facere videnť, vix vnus est
q solum ac semper faciat quod bonum
est, qui non frequenter admodum declinet ad malum, qui non subinde agat ali- G
quid quod sit minus rectum: quandoquidem in multis offendimus omnes, & septies in die cadit iustus.

5 *Sepulchrum patens est guttur eorum:*
Guttur pectorum quasi sepulchrum est
sp apertum, dum intolerabilem fœtorem
malitiæ suę interioris sine intermissione
exhalant, & ad vorandum innoxios semper parati existunt:

** Linguis suis dolose agebant:*
linguas suas mollificant, & blandis mollibusque verbis componunt, ad decipiẽdum proximos suos. H

** venenum aspidum sub labijs eorum.*
verba doctrinę siue suasionum, super omne venenum noxia meditantur, & sub linguis ad proferendum opportuno tpe retinent: conãtes alios & pestifera docere
dogmata, & in pessima ptrahere peccata.

6 *Quorum os maledictione & amaritudine plenum est:*
Os eorum scatet maledictis, amaruleñtis, blasphemiis in Deum, & cõuitiis atque detractionibus in proximos:

** veloces pedes eorũ ad effundẽdũ sãguinẽ.*
prompti semper & parati sunt ad effusionem humani sanguinis, faciles ad cõsentiendum, imo auidi ad procurandũ mortem etiam innocentium.

7 *Contritio & infœlicitas in vijs eorum:*
Conterunť miseri, & infœliciter pereunt,
viis istis pessimis sic ambulantes: corpusque & animam perdunt, dum sibi mortis
æternæ reatum per ista conciliant:

** & viam pacis non cognouerunt:*
viam virtutis & veritatis (quæ verè est via
pacis) ipsi noluerunt agnoscere, vt ambularent in ea:

** non est timor Dei ante oculos eorum.*
atq; omnium horum malorum seminariũ est, quia non est in eis timor Dei atq;
iudiciorum eius, quæ vel omnino non
credunt, vel certe non attendunt.

8 *Nonne cognoscent omnes qui operantur iniquitatem?*
Sed nunquid non tandem cognoscent
Dei iudicium oẽs qui nunc ex prauę voluntatis studio operantur malum?

** qui deuorant plebem meã sicut escã panis*
qui populum Dñi, hoc est humiles ac simplices, deglutiunt & vorãt ad eum modũ Psal. 9.
quo vorari solet panis à comedẽte sine vlla sibi resistẽtia, vt sine vlla comedentis
misericordia. Certè cognoscẽt Dñm iudicia facientem (cuius cognitionem & timorem nunc abiiciunt) cum fuerint cõprehensi in operibus manuum suarum.

9 *Dominum non inuocauerunt:*
Cum in hoc mundo agerẽt peruersi isti,
in Dñm non crediderunt, neq; eum vt
Deum suum inuocauerunt, neque in eo
spem suam posuerunt: sed vel in idolis,
vel in aliis rebus periturís, in quibus posuerunt fiduciam:

** illic trepidauerũt timore ubi nõ erat timor.*
& idcirco, quia nescierunt Dñm, timore
magno nonnunquã trepidant, vehementer conturbati sunt, qñ nulla fuisset eis cã
iusta timoris, neq; quicquam periculi, si
credidissent in Dñm Deum, eumq; fideliter inuocassent: quemadmodum in aduersitatibus temporalibus, in infirmitatibus corporalibus, atque similibus,
vehementer timere solent carnales homines, vbi tamen iustis nihil est turbatione aut timore dignum.

10 *Quoniã dominus ĩ generatione iusta est:*
Neque

Neq; mirum si trepidât illi timore, quã-doquidem Dominus non nisi in generatione iustorũ est, in ea solũ ad protectionem atq; custodiam inhabitans, nõ autẽ in generationem peruersorum: atq; idcir eo Diuina præsẽtia destituti illi metuũt, vbi bonis (quos inhabitat Deus liberator) nihil est periculi: .

** consilium inopis confudistis, quoniam dominus spes eius est.*

insuper & consilium pauperum atq; humiliũ seruorũ Dei repulistis, abiecistis, & suscipere noluistis, ò vos increduli atq; peruersi: quoniam Dominus Deus spes eorum erat, quem vobis etiam annunciare & suadere ipsi cupiebant: quorum consilio si obtẽperassetis, omnem timorẽ malũ iam euasissetis, neq; in sempiternum uenisset vobis vlla conturbatio.

11 *Quis dabit ex Sion salutare Israel?*

Quis verò erit qui tantæ poterit mederi malitiæ, quæ abũdat in terris? quis de superna illa cœlestiq; ciuitate (posteaquã hic sup terrã declinauerũt omnes, & maculati sunt in seipsis) dabit salutem & saluationem populo Israel, populo fidelium?

** cum auerterit Dominus captiuitatem plebis suæ,*

Indubie nemo pter Dñm Deũ saluatorẽ nostrum: qui cũ voluerit & sicuti voluerit, in tempore gratiæ, per filiũ suum auferet captiuitatem illã plebis suæ, sub qua misere detinebant, saluũq; faciet populũ suũ, id est, credituros in se, à peccatis ipsorum, dãs eis potestatẽ ex filijs captiuitatis & iræ, filios gratiæ fieri, & filios Dei:

** exultabit Iacob, & lætabitur Israel*

Matth. 1 ac tunc quidem exultabit gaudio spiritali oĩs fidelis credẽs in Dñm, vitia supplã-
Ephes. 2.
Ioan. 1. tãs atq; cõculcãs, & Dei placita pficiens: atq; iterũ, cum Dñs fideles suos ex huius mundi miseranda captiuitate, & ex huius vitæ peregrinatione eduxerit in patriam supernã, tunc profectò gaudio gaudebunt fideles oẽs, cunctis iam superatis & præteritis malis, quibus in hoc mundo iugiter ab iniquis affligebantur.

ANNOTAT. IN PSAL. XIII.

VErsu primo, Dixit insipiẽs in corde suo, nõ est Deus. Quidã peculiariter A huius Psalmi dicta accõmodãt incredulis Iudæis, qui Christi diuinitatẽ noluerunt suscipere, neq; agnoscere venientẽ in carne maiestatẽ, sicq; eũ dr, Nõ est Deus supplendum putant, hic homo, Christũ demonstrando: vt sit sensus: Dixit impius & incredulus Iudæus in corde suo, hic homo (qui filium Dei se asserit) non est Deus. Atq; ex hac radice ĩfidelitatis, iusto Dei iudicio, puenerũt ad abominãda impietatis facinora, q̃ in Psalmo describunt. Et sane qui ita Iudæorum populo Psalmum applicãt, non oĩno præter authori- B tatẽ loquunt: qñquidem & Paulus Apostolus cap. 2 Epistolæ ad Rom ad idẽ fere ppositũ aliquot eius versus adducit, iuxta trãslationẽ 70. interpretũ, ad declarãdum q Iudæos Christi aduẽtus nõ inuenerit innocẽtes: Scimus (inquit) qm̃ q̃cunq; lex loquit, his qui in lege sunt loqtur, vt oẽ os obstruatur, & subditus fiat oĩs mundus Deo Oẽs. n. peccauerunt, & egẽt gloria Dei. In Elucidatiõe tñ gñraliorem amplectimur sñiam, in vniuersum oĩbus impijs (in qbus nõ est timor Dei) psalmi pcessum aptãtes: qd dum facimus, priorẽ sñiam nequaqñ excludi- C mus, neq; Pauli citationẽ repellimus, sed ut particulare in vniuersali potius includimus Et conueniẽtius putamus qd dr, Nõ est Deus, intelligi absolute, absq; subauditione suppositi Hoc. n. dicunt ĩ cordibus suis impij, qm̃ hoc sibi psuadẽt, & hoc sentiunt, sic viuẽtes, sic agẽtes atq; loquẽtes, tãquã si id credãt, habeantq; persuasum, v3 c nõ esse Deum qui res curet humanas, aut actiones hoĩum sit iudicaturus: ex quorum psona in Iob dr, Circa cardines cœli perambulat, nec nostra cõ- D siderat. Huic autẽ sñiæ apertẽ satis consonat Chal. Paraph. habens in hunc modũ Nõ est potestas Dei in terra. ¶ Versu. 2. Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studijs suis: &c. Nota pulchrum ordinẽ versus huius ad pcedentẽ. Dixerat. n. impios existimare nõ esse Deum. Nunc verò e vestigio subsequit, corrupti sunt, & abominabiles facti sũt in studi is suis. Recta. n. horũ adinuicẽ cõsequutio. Est. n. fides ac timor Dei retinaculũ qddã & salutare vinculũ, quo arcet hõ ac phibet a cõmissione malorũ: queadmodũ pulchrẽ

Rom. 3.

Iob. 22.

Prou. 15 Sapiens attestatur dicens, Per timorē declinat oīs à malo. Et qui sine timore est,
Eccles. 1 non poterit iustificari Et Psalmo. 110.
Psal. 110 Initium sapientiæ timor Dñi. Cui ēt astipulatur quod in libr. Boetii de consolatu Philosophico, sacra philosophia eruditionē suā claudēs, ait in hæc verba, Magna vobis est (si dissimulare nō vultis) necessitas indicta probitatis, cum ante oculos agitis iudicis cuncta cernentis. Iuxta hāc itaq; sniam, q Deū habet ante oculos, qui credit in corde suo esse Deū, (vt verè credi debet) qui singula hoīum opera, cogitatus quoq;, affectiones & intima oīa cōspiciat, q & cūcta suo tpe adducturus est in iudiciū: q̄o non magnū habet

Eccl. 12. retinaculū quo phibeat a cōmittēda iniq. aic? Ecōtrario aūt q pdictæ veritati cōtratiā sibi induerūt existimationē, erroneamq; psuasionē, fiūt quasi equus indomitus, freno abiecto insaniēs, & in oē peccatū absq; retinaculo ruūt præcipites. De

Ephes. 4 cuiusmodi Apostolus scribit, q desperātes (id est, fidē & spē Dei nō habētes) tradiderunt semetipsos impudicitiæ, in operationē oīs immundiciæ Atq; ita ex una hac falsa psuasione cōsequit statim perfecta corruptio, & fœditas multiplex oīs generis peccatorum pp q abominabilis fit hō Deo. Queādmodum.n. sal in carne à corruptione eā pseruat, atq; fœtore: ipso vero pereunte aut deficiēte, caro mox corruptionē patit atq; cōsequētē fœtorem: ita fides ac timor Dei vbi adfuerit, præseruat à corruptione aīam, & gratā facit acceptabilemq; Deo: vbi verò defuerit, mox corruptio & fœditas consequit peccatorum, fitq; anima odibilis & abominabilis Deo. ¶ Versu tertio, Dñs de cœlo prospexit super filios hominum. More humano loquitur ppheta de Deo, quasi speculatorem in alta specula positū fingens qui desuper pspicit super actus hominum: quomodo in alio rursum loco, dicit, De cœlo respexit Dñs, vidit oēs filios hominum De pparato habitaculo suo respexit super oēs qui habitāt terrā. Et iterum, Prospexit Dñs de excelso san-

Psal. 31. cto suo, Dñs de cœlo in terrā aspexit: ut
Ps. 101. audiret gemitus cōpeditorum, ut solueret filios interemptorum. Propriē.n. prospicere, quasi ex eminenti loco, & à longe aspicere est. Quod autē dr hoc in loco, Dñs prospexit, vt videat si est intelligens, non aliud est. quā pspexit videns, aut videndo ad actus hoium, an videlicet ipsum cognoscerent & requirerent an nō. Ista.n. nunc diligēter cōsiderat, vt suo tpe fideliter p meritis cuiq; retribuat. ¶ Versu quarto, Oēs declinauerunt, simul inutiles facti sunt Qui à Deo declinat, inutilis est: qm̄ fructum bonum (ad quē pferendū conditus est) facere nō pōt. Illud .n. dicimus inutile, quod nō seruit vsui ad quē factum est. Hinc apud Sapientem

dr Homo apostata, vir inutilis. Quicunque: n. a Deo se separat, fit inutilis, Vtilis Prou. 6.
autē hō est, quisquis in Deo manet, qm̄ 2. Tim. 2
seruit gloriæ Dei, ad quā cōditus est Iuxta q̄ sniam Apostolus dicit quosdā esse vasa in honorē sanctificata, & vtilia Dño ad oē opus bonū parato. Nemo tñ sic est ex esse Deo inutilis, q Deus illū nouerit sibi facere vtilem: si nō ad glorificādā misericordiā & bonitatē, certe ad demōstrādā potentiæ atq; iustitię magnificentiā: docet n nos sanctus Apostolus esse vasa iræ apta in interitū, in quibus ostēdere velit Deus iram, & notā facere po- Roma. 9
tentiam suā. Et alio in loco docet in ma 2. Tim. 2
gna domo etiā fictilia uasa & terrea suū locum & vsum habere, Vñ docemur neminem (quārū ad Deum attinet) posse fieri inutilem, ita vt nulli vsui ipse eum ualeat aptare, tametsi ex sese hō peruersus ad oē bonum fit inutilis. Et fm hāc inutilitatem posteriorē intelligi debet potissimū q dr; Oēs declinauerunt, simul inutiles facti sunt. Huic aūt cōsonat q in Euāgelio Ioānis, ex ore saluatoris, discipulis dr: Manere in me, & ego in vobis. Ioan. 15
Sicut palmes nō pōt facere fructum, nisi manserit in vite: sic nec vos, ni si in me māseritis. Et si qs in me nō māserit: mittetur foras, sicut palmes, & arescet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet. Qd n. in proposito Psalmi versu declinare dr, hoc in verbo isto Saluatoris est, nō in Chro & Deo permanere. Inutilē autē fieri, est fructū nō posse ferre, & pinde ignibus tradi. Queādmodū autē palmes qui in vite nō māserit, licet ad fructū naturalitatis faciēdū fit inutilis, ē tñ apt° adhuc cōbustiōi, & igni nutriēdo vtilis: sic

& ho

& hō poſtquā declinauit,& à Deo ſepara A
tus eſt,licet ad faciendū fructum vitæ &
operationis bonæ ſit factus inutilis: ma-
Matt. 25 net tñ aptus ſiue vtilis(vt ita dicā) Deo,ad
Matt. 13 eſcā ignis,quē pparauit diabolo & ange
Matt. 3. li eius. Vñ in parabola,malos hoīes Chrs
zizaniæ,Ioannes aūt paleæ cōparat:quæ
licet non ſit vtilis, vt cōgregetr in horreū,
apta tñ eſt, vt ꝓiiciat in caminū.¶ Ver-
ſu eodē,Vſq; ad vnum, intelligunt quidā
vſq; ad Chr̄m:qm̄ ve3 ipſe ſolus p ſe bon⁹
Ioan. 15 eſt,& qm̄ abſq; eo nemo boni qcquā pōt
facere. Conuenientior tñ vr̄ altera expoſi
tio,quā in Elucidatione ſolam explicaui B
mus,vt illud,vſq; ad vnū,valeat, ne vnus
quidē:ſitq; ſenſus, Non eſt qui faciat bo-
num,ne vnus qdē.Sic.n loqui ſolemus,
cum vniuerſitatē,vel maximā partem vo
lumus ſignificare. Atq; in hac ſententiā
Rom. 3. videmus beatum Paulū in Epiſtola ad Ro
manos pſen:ē Pſalmi locū intellexiſſe,
& in teſtimoniū citaſſe,cum tertio capi-
te eius Epiſtolæ allegaturus præſentem
locū ita ſcribit, Cauſati ſumus Iudæos &
Græcos,oēs ſub pc̄tō.eſſe:ſicut,ſcriptū eſt,
Quia non eſt iuſtus quiſquā:non eſt in-
telligens aut requirens Deū,&c. Vbi Græ C
cè hr̄,οὐκ ἔστι οὐδὲ εἷς, hoc eſt) ad ver-
bum reddendo) Non eſt iuſtus, ne vnus
quidē.Qđ cū in Pſalmo expreſſum non
habeat,ſatis apparet,illud qđ in ſequenti
bus ex Pſalmo adducit ἕως ἑνός, id eſt,
vſq; ad vnū,accepiſſe ꝓ οὐδὲ εἷς hoc eſt,
neq; vnus,vel ne vnus.Ad idē facit & He
braica lectio,q̄ hēt,Non ēt vnus: hoc eſt
(ſuppleto verbo)Non eſt ēt vnus:aut, Nō
eſt vel vnus, quo ex Hebræo interpretes
vertūt. Qđ ſi qs roget, quonā pacto hæc
lectio habere poſſit veritatē, cū veriſimi-
le videat in oībus gn̄rationibus Deū ſp D
electos ſuos habere & habuiſſe, quos ip-
2.Tim.2 ſe ab iniquitate ſaluat, quēadmodū Pau-
3.Re.46. lus Aplus ait,Cognouit Dn̄s q ſunt eius.
In illis quoq; peſſimis maleficæ Iezabe-
lis tporibus,cum oīa plena eſſent pollu-
tionibus,tñſum nouimus querulanti He
liæ,ſeptē milia virorum relicta eſſe, qui
nunquā genu curuaſſent Baal, cum ille
ſe ſolū exiſtimaret relictū cultorem Dei.
Imo & in nouiſſima Antichriſti pſequu-
tione,qualis non fuit,neq; erit,ex Euan-
gelica narratione didicimus ſeruandos

adhuc electos,quos diuina bonitas non Matt. 24
patiet ſeduci à veritate. Quo ergo(q̄ret Ibidem.
aliquis)Propheta hic pronunciat,nō eſſe
ne vnū quidē q operet bonū? Aut ꝙ ipſe
reſpicit ille,dū hæc pronunciat?Huic q̄-
ſtioni facile rn̄detur,primum quidē,ſi hy
perbolico tropo vſum dicamus Pſalmi-
ſtā,q Prophetis admodū frequens & fa- Hiere. 6.
miliaris eſſe ſolet:quo mō & illud Hiere
miæ accipiēdum eſt, A minimo vſq; ad
maximum oēs auaritiæ ſtudent. Et illud
Pauli,Oēs quæ ſua ſunt quærunt : aliaq;
his ſimilia per multa,q̄ in ſcripturis paſ-
ſim ſunt obuia.Et iuxta hanc ſn̄ıam pro Philip.2
cedit Elucidatio.Poſſet nihilominus hic
locus & alter excuſari,ſm illud qđ i alio
Pſalmo poſitus in extaſi ſua idē hic Pro Pſal.115
pheta exclamat,dicens, Oīs hō mendax,
Vr̄.n.hoc vniuerſaliter(vt probatum eſt)
abſq; tropo intelligendū.Oīs.n.hō,quan
tum ex ſeſe,vanus eſt,mendax,& inſtabi
lis,& ad peccati vanitatē pronus, atq; à
viciata origine,ex ingenita mala concu-
piſcentia,ad malū procliuis.Atq; ita non
eſt ne vnus qdē,qui ex ſeſe quicquā ope-
ris vere boni,Deoq; placiti poſſit perage
re,abſq; ſpeciali Dei Saluatoris auxilio. Ioan. 14
Ait n.ipſe,Sine me nihil poteſtis facere.
Atq; ita corruptio iſta partim ad origi-
nale pc̄m̄ refertur, quo vniuerſi etamus
inquinati & abominabiles facti , donec
veniret ſalutare Dei nr̄i, ꝙ de captiuita-
te ſumus redēpti ad gaudiū filiorum Dei.
Sed tertio dicere licebit abſq; incommo
do,ꝙ non de bonorū numero hic loqua
tur,ſed tñ de inſipientibus illis,de qbus
primo ſtatim verſu ſermonē proponit q
oēs à maximo uſq; ad minimū in ſtudijs
ſuis corrupti,neſciunt nec; uolunt bene
agere.¶ Verſu 7.Contritio & infœlicitas
in uiis eorū.Qđ in uijs impiorū ſit con-
tritio & infœlicitas,id Eſaias ſm eandem
ſn̄ıam teſtat capite ſuæ Prophetiæ quin-
quageſimonono his uerbis , Opa eorū, Eſaiæ 59
opa inutilia:& opus iniquitatis in mani
bus eorū Pedes eorū ad malū currunt,&
feſtinant ut effudāt ſanguinē innocētē.
Cogitatiōes eorū cogitationes inutiles.
Vaſtitas & cōtritio in uiis eorū. Viā pa-
cis neſcierū,& nō eſt iudiciū ing eſſibus
eorū Imō & ipſi impii in libro q Sapiē-
tia inſcribit,phibēt de ſua cōtritione te-
E 3 ſtimo-

dictam quā nunc promeruerunt suis ma A lis actibus, aut quid expectare debeāt, qdve eis sit euenturum in nouissimo Neq; .n. consuetum est, cum pœna prædicere nolumus, illam silentio premere. Cæterum, illud deuorare pauperem vt cibum panis quod nos in Elucidatione retulimus ad æstimationem potentum qui pro nihilo reputant pauperes deuorare, neq; amplius cōmouent̄ q̄ si panem cibariū manducarent, intelligi etiam posset fm hoc, q̧ diuites & potentes de rapinis pauperum uiuunt & pascuntur quemadmodum homo pascitur pane. Rapinæ. n. & B deprædationes pauperum, victus sunt diuitum, imò, triumphus & gloria potētū. Alii p̄sētē locū sic intelligunt, qm̄ quotidie oppressioni pauperū potētes insistūt, quemadmodum quotidie panē māducāt ¶ Versu nono, Dñm non inuocauerūt, illic trepidauerūt timore vbi n̄ erat timor Nihil mirū, vbi cōsciētia perturbata est & puersū iudiciū, si ēt timor suū nō habeat ordinē, ut illud metuāt q̧ metuedū nō sit ecōtrario aūt timor desit, vbi timēdum foret. Timor. n. iudicium sequit̄, pp. qd ēt aliter sēsus timet aliter intellectualis C affectus siue voluntas, Cum igit̄ ī ipsis ob stinati penitus sit puersum iudicium, adeò vt (iuxta verbum Prophetæ) dicāt bo num malum, & malum bonum, tenebras lucē, & lucē tenebras sit, vt ibi timeāt, vbi uerè timēdum nō est, & ecōtrario. Timēt .n. ea q̄ fm ueritatem potius sperāda sunt & cōcupiscēda: ea verò q̄ timēda sunt, hęc concupiscunt, ad hæc spe & desiderio anhelant, quātum valēt. Paupertatem nāq; egestatē, defectum, humiliationem, infirmitatem dolorem, afflictionem, aduersitatem quālibet corporalem, mortem, & hu D iusmodi, summè horrēt & execrant̄. Honores autem, pompas, delicias, corpus bene curatum, & bene validum, omnimodā p̄speritatem, & diuitias, & huiusmodi velut summa quædā admirātur, & vehementissime ista concupiscunt ac deamāt & si forte ī his periclitantur ibi summe metuunt, quasi summis bonis sint priuādi. Cur ista? Quia peruerse iudicant. Qua re peruerse iudicant? Audi Apostolum Quoniam inquinatæ sunt illorum mēs & cōscientia, quoniā mēte corrupti sūt, & ad omne opus bonū reprobi. Et cōtraria autem, vbi cōscientiā bona est, adest quoq; bonum iudicium. Bonum autem iudicium facit, vt quę vere timenda sunt timeamus, & q̄ optāda optemus: & sic timeamus sicut mala sunt, sic optemus sicut bona sunt vt ea quę per se bona sunt per se optemus, nempe uirtutum opera & spiritualia bona quæ autem tātum adminiculatoriè bona sunt (quatenus s. bene vti illis plerunq; solent hoīes iusti, & per ea proficere) hæc optemus pp uirtutem & profectum spiritus: cuiusmodi est mediocris sāctarum scripturarum cognitio, quæ sunt victui necessaria (vt postulat Sapiens) & si quę sunt similia ad pietatem conducentia Sic ea quæ per se mala sunt, per se timeamus, seperationē à Deo damnationem æternam, & vitia omnia, que concupiscētias malas: quæ autem sic mala sunt, quia plerunq; illis male uti so lent homines, & in eis deficere sępius vident̄, q̄ proficere, cuiusmodi sunt honores, pompę, magnę diuitiæ, atq; delitiæ, supereminens seculi literatura, & huiusmodi, hæc non immerito piis mentibus pp periculum mali annexi metuenda. Et p̄fectio oīno sanum habet iudicium, seq; de stultorum numero esse cōprobat (quē ait Ecclesiastes esse infinitum) qui pro huiusmodi non formidat. in quibus tam plurimos deficere, imò deperire videt. ¶ Versu decimo, Consilium inopis cōfu distis. Inopē istum qdā intelligunt singulariter Christum, Dominum, cuius cōsilium cōfundentes siue respuentes Iudæi (cōtra quos etiā totum psalmum nōnulli proferunt) seipsos in metum malum cōiecerunt. Timuerunt. n. locum & gētē pdere, si huius inopis consilium admisissent Si dimittimus eum sic (siquiunt) oēs credēt ī eū, & venient Romani, & tollent nostrum locum & gentem. Nos autem qui psalmū generali expositione ad impiorum, maxime obstinatorum, uniuersitatem referimus, partem istam generaliter idem maluimus explicare. Cōsonatque huic generali expositioni, Paraph. Chal. habens numero plurali, Consilium pauperū q̄ ī cogitant in nobis uitupera stis, quoniam posuerunt in Deo spem suam. ¶ Versu ultimo, Cū auerterit Do

Marginal notes: Sapie. 5 (beside "quemadmodum quotidie"); Esai. 5. (beside "deò vt iuxta verbum Prophetæ"); Deut. (beside ".n. ea q̄ fm"); Deut. (beside "mitatem dolorem"); Gal. 5 (beside "di. Cur ista"); Titum 1. (beside "re peruerse iudicant"); Pro. 30. (beside "tio, quæ sunt victui"); Ecclef. 1. (beside "huiusmodi non formidat"); Ioan. 11. (beside "piorum, maxime obstinatorum").

5 *Ad nihilum deductus est in, conspectu eius malignus.*

Qui insuper homines malignos nō magnificauerunt, non laudauarunt, non fouerunt in sua malitiā per adulationem, sed magis (quarum in ipsis fit) humiliare eos, & ad nihilū deducere studuerūt: eorū conatibus malis constanter & viriliter amore iustitiæ resistendo:

* *timentes autem Dominum glorificat.* eos autem qui diligunt Dnm, magni æstimauerunt, in precio habuerūt, & honore affecerunt debito, eorum pijs studiis amorem, honorem, & auxilium pro sua cōditione impendentes.

6 *Qui iurat proximo suo, & non decipit:* Qui deniq; si qñ (vel necessitate compellere, vel vtilitate suadente) pximo suo qe quā iuramento addixerint, non decipiūt neq; fraudāt eū cui factum est iuramētū, sed firmissima fide adimplent: similiter & si promisso aut voto quicquā fuerint polliciti, non fraudant eum cui vel votū uel promissio facta est:

* *qui pecuniam suam non dedit ad usuram:* qui pecuniam insuper non mutuò dederunt ad accipiendum inde lucrum vsurarium illicitum.

* *& munera super innocentes non accepit:* qui munera non acceptauerunt aduersus innocentes, vt pro muneribus peruerterent iudicium, aūt contra eos iudicarent quibus causā est per se iusta.

7 *Qui facit, hæc, non mouebitur in æternū.* Qui hæc & quæ in eis includuntur oīa obseruauerint, ex eis non transgrediētes neq; omittentes, hi demum digni mihi videntur, quos in æternā requiem tu potētissime Deus dignanter assumas? quo nulla vnquam ventura est conturbatio, nulla commotio, sed sempiterna erit securitas, & tranquillitas ac stabilitas semper duratura In quam nos quoq; pauperes seruos tuos, p prænarratam iustitię viam propter nomē sanctum tuum perducere digneris, qui viuis & regnas Deus per immensa secula. Amen.

## ANNOT. IN PSAL. XIIII

VErsu primo, Dñe quis habitabit ī tabernaculo tuo? In priori parte, p

A tabernaculum Deī ecclesiam militārē intelligimus, qm̄ tabernaculū ad militātes & peregrinantes pertinet. Vita aūt ista, & militia & peregrinatio est. Militia enim (ut ait sanctus Iob) est uita hominis sup terram. De peregrinatione aūt alio in loco dicit Psalmist. Aduena ego sum apud te & peregrinus, sicut omnes patres mei. Et ad Hebræos scribit Apostolus, φ aduenas & peregrinos sese confitebant̄ sancti Patriarchæ super terram. Recte ergo Ecclesia ista, in qua ut militantes & peregrinantes demoramur, tabernaculū dici potest & meritò debet De quo taberna- Iob. 7. Psal. 38. Hebr. 11

B culo in Apocalypsi dr̄ Ioanni, Ecce tabernaculum Dei cum hominibus. Pro tabernaculo autem ex Hebræo vertit Hieronymus tentoriū, similiter & Felix. Dñe (inquiunt) quis peregrinabitur aut demorabit̄ in tentorio tuo? quod aperte p̄dictæ astipulatur interpretationi Peregrinabitur aūt, loco habitabit, etiam trāslatio habet illa qua Augustinus utitur. Mōs aūt iste intelligitur ecclesia, in supernis gloriose triumphans: quæ quamobrem mons sanctus dicatur, iam ante Psalmo tertio dictum est, Illa ergo hoc in loco Apoc. 21

C inter tabernaculū, siue tentoriū, & mōtē sanctum Dei differētia est, φ illic peregrinamur, in laboribus videlicet & miseriis multis uitā degētes pauperculā: hic vero requiescimus, ab oībus laboribus & afflictionibus liberi. Sic. n. in Apocalypsi legimus, A modo iā dicit spiritus requiescāt à laboribus suis. ¶ Versu tertio, Qui loquitur veritatem in corde suo, &c. Docuit aliquando sanctus homo Dei, ac paupertatis, altissimæ dispensator diuus Franciscus, illum esse fidelem Dñi seruū, qui cogitat quæ Domini sui sunt q loquitur q̄ Domini sui sunt, itemq; operatur q̄ Apoc. 14

D sunt Dñi. Hęc tria pulchro satis ordine, in hoc versu simul & initio sequentis, pariter iuncta cōspicimus. Nā loqui in eos de veritatem, perinde est atq; loqui quæ Dei sunt: qm̄ Dñs ipse est Deus veritatis Non facere autem dolum in lingua, est non loqui quæ contra Deum sunt. Ipse enim omnis fraudis est osor, Nam uirū sanguinū pariter & dolosum abominabit̄ Dñs. Nō facere aūt proximo malū, spectat ad operationē boni. Neq; n. ista Psal. 30. Ioan. 14. Psal. 5.



sic

sic mete negatiue, ut sonant, accipienda E sunt, sed sub negatione contraria affirmatio intelligenda venit. Vt cum dicitur, Non egit dolum in lingua sua: intelligitur, sed iustitiam & æquitatem loquitur cum proximis suis. Et iterum: Nec fecit proximo suo malum: intelligitur, sed fecit quod bonum, æquum, & iustum est, qđ in Elucidatione etiā indicauimus. ¶ Versu quarto, Et opprobrium non accepit aduersus proximos suos. Secunda pars huius versus specialiter posset de detractione intelligi, vt ille dicatur accipere opprobrium aduersus proximum suum, qui detractionē audit & sustinet siue acceptat, audiensq; arridet & applaudit, cū F magis debuerit obsistere. Melius tamen generaliter puto accipiendum, ut intelligatur de quolibet contemptu, & qualibet contumelia, sic tamen, vt etiam detractio includatur. Nam & ipsa opprobriū aliquod semper adfert illi, aduersus quē profertur. Sicq; aduersus alterum accipit opprobrium, qui contemptum aliquem videt irrogari, siue in præsentem, siue in absentem, aut quamlibet iniuriam, vilipensionem, aut oppressionem, quam acceptat, in qua obelctatur, imò quam sustinet, cum posset prohibere vel impedire, G atq; etiā deberet pro sua virili. Habet autem hoc loco aliquāto clarius & plenius versio Hieronymi ex Hebræo, in hūc modum: Non sustinuit opprobrium super vicino suo. Felix, Opprobrium non tulit aduersus proximum suū. Neq; dissonant ista à nostra vel lectione vel interpretatione. ¶ Versu quinto, Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus. Totū istud, ad nihilum deductus est, Græcè vno vocabulo dicit' ἐξουδένωται, qđ vno verbo correspōdenter dici posset Latinè, annihilatur, hoc est, nihil fit & nihil pēditur. Vnde beatus Hieronymus ex Hebræo vertit, Despicitur in oculis eius improbus. Felix aūt vertit. Neglectus in oculis suis abominabilis; quod eandem qđē sententiam, sed obscurius continet. est.n. sententia, hominem impium & detestabilem in oculis iusti esse neglectum: & nullius precij habitum, nihilq; reputatū ¶ Versu sexto, Qui iurat ꝓximo, & non decipit. Non ita hoc est intelligendū, quā si ad iustitiam pertineat, aut Deo hoīem gratum faciat actus iurādi: sed tātum ad significandum iuramentum (cum ipsum fieri contigerit) debere esse syncerū, firmumque & minimè fallax ac deceptoriū. Tātundemq; ualet, Qui iurat & non decipit atq; illud, Qui iurās vel cum iurat, vel si iurat, non decipit. Est autē hæc loquutio satis vicina illi qua dr̄ in Psal. Psalm. 4
4. Irascimini, & nolite peccare, fm quorundā expositionē suo loco suprapositā, qui sic intelligunt, Si irascimini, vel irasci contingat, nolite peccare. Vnde quēadmodum ex illo passu, fm hanc expositionem, non probatur iram spectare ad virtutem, sed tantum iræ temperationem & refrenationem: ita neq; ex hoc loco ꝓbari potest iuramentū ad virtutē spectare, sed tātum fidelitatē in iuramenti obseruatione. ¶ Versu eodem, Qui pecuniā suā non dedit ad vsuram. Dare ad vsurā cum in sermone generaliter ponit', absq; particula alterā indicāte significationē, indifferenter respicit vel illum qui accipit sub obligatione fœnoris, vt videlicet lucrū debeat polliceri sibi mutuanti: vel illum qui lucrum accepiat & spectat ex mutuo ꝙ ꝓbet alteri. Manifestum autē est, ꝙ hoc loco non nisi secundo mō accipiatur, cum dr̄, Qui pecuniam suā non dedit ad vsuram. Quod primum quidem patet ex accusatiuo pecuniam, adiecto: Is.n. indicat significationem secundam. Non.n. solent homines accipientes à creditoribus mutuū, dare pecuniā sub obligatione fœnoris, sed magis accipere. Deinde sententiæ veritas idipsum demonstrat. Neq; enim hoc aduersatur virtuti, primo modo dare ad vsuram. Potest.n. fieri, vt graui egestate quis oppressus meritò debeat ad vsuram confugere, quasi remedium opportunū suæ necessitati. ¶ Versu ultimo, Nō mouebit' in æternū. Præter expositionē in Elucidatione mōstratā, posset conuenienter intelligi ad hunc modum, Non cadet in æternum, neq; priuabitur: neq; separabitur à cœtu filiorum Dei. Cui cōsonat qđ ex Hebræo vertit Felix, Non elabet' in seculum: à fœlicitate.s. æterna, à monte sancto, de quo in principio propositum fuit: sed recta illud pertinget, illicq; permanebit.

XV.

## XV. PSALMI ARGVMENTVM.

*ORatio Christi est Psalmus iste, pro se ac suis membris ad patrẽ clamantis, sibiq; ac suis ab eodẽ patre præstita beneficia commemorantis: Initio n. Psalmi, patris implorãs custodiam, mox quemadmodum oẽ eius desiderium in sanctis pater impleuerit, narrare incipit, & quo per ingrauescentiam atque inualescentiam iniquitatum multorum ad se filiorum facta sit conuersio quos se dicit non ad gentilium aut Iudaicorum rituum obseruantiã conuocasse, vtpote quos ad cultum nouæ legis Euãgelicæ aduocauerit. Deinde à versu quinto, Deũ patrẽ gloriatur filius se suosq; habere in hæreditatem, in qua vt supra modũ præclara, mirificè sibi complacet, et ad noctẽ vsq; benedicent Deum, quem in conspectu suo prospicit semper, semperq; à dextris sibi assistentẽ, & paratum in auxilium, qui morte solutum filium custodiuit, vt nec aĩa in infernum descenderet, neq; caro experiretur putrefactionem, sed in uitam ipsum resuscitatuit immortalẽ, ac glorificatum sublimauit ĩ dextera sua, ubi omniũ est delectationũ plenitudo.*

## XV. PSALMI ELVCIDATIO.

ONSERVA *me domine, quoniam speraui in te:* Custodi pater me filium tuum, mihiq; credentes, & mea membra, à morte & omni malo conserua: quoniam in te est spes atq; fiducia mea, atque item eorum qui in me credunt:

* *dixi domino Deus meus es tu:*

Ioan. 17. dixi tibi, ò pater (qui meus es secundum humanitatis infirmitatem dominus) & in oratione confessus sum quòd Deus meus sis me secundum humanitatem superior & maior:

* *Quoniam bonorum meorum non eges.*

te (inquam) dñe & pater oro vt me conserues, qm̃ tu nullo bono nostro indiges, aut opus habes, sed ego & mei, tuorũ bonorũ egemus, & à te accipere omnia vere bona debemus, atq; à te oĩa expectare: cũ ipse vicissim à me vel ab alio quoquam omnino nihil debeas expectare aut etiam suscipere valeas.

2 *Sanctis qui sunt in terra eius:*

Idcirco autem fidenter te pater inuoco, quoniã benignum te & facilem agnosco erga me omnes te inuocantes. Nam quãtum ad sanctos & fideles qui sunt in terra tua, in hoc mundo, quem creasti, in Ecclesia quam fundasti:

* *mirificauit omnes voluntates meas in eis.*

quantum ad hos, siue erga hos, & in eis, siue de eis, tu mirabiliter fecisti, & mirifice impleuisti omnes voluntates meas, id est, quæcunque de eis fieri volebã opta-

B bam, desiderabam, omnia mirabili bonitate ac misericordia tua implesti, optime pater, de eis. Volebam enim credentes in me à peccatis fieri saluos, à morte & damnatione liberari, filios Dei fieri, diaboli regno esse subtractos, regni cœlestis fieri hæredes, spiritu sancto regenerari, atque alia quæ ad electorum salutem pertinerent: quæ omnia mirabiliter in e-

C lectis, diuinitatis tuæ potentia, per me filium tuum implesti.

3 *Multiplicatæ sunt infirmitates eorum:*

Et id quidem magis mirabile, dum attenditur eorum mira ad me facta conuersio. Nam postquam eorum infirmitates atq; miseriæ (tã idololatriæ, quàm cæterorũ errorum atq; vitiorum) multiplicatæ fuerant, & quasi vsq; ad summum excreuerant, quando totus mundus hisce miseriis potissimum erat implicitus,

* *postea accelerauerunt.*

tunc audita veritatis prædicatione, mox

D ardenti animo veritatem susceperunt, ac reiectis omnibus quibus implicitii fuerant erroribus, ad Deum viuum sese festinantes alacri corde conuerterunt: tanto iam ardentius atq; libentius veritati Rom. 3.
adhærentes, quanto se turpius antè vanitatibus attendebant fuisse inuolutos. Cõ Rom. 11.
clusa enim fuerant omnia sub peccato in Matt. 9.
incredulitate, vt agnoscerent omnes se peccasse, & egere gloria Dei, sieq; omnes consequerentur misericordiam.

4 *Non congregabo conuenticula eorum de sanguinibus.*

Et

Et ego( qui veni vocare pctores ad pœni E
tentiā ) venientes vndecunque ab infir-
mitatibus suis,benigne colligam:neque
tñ eorum conuenticula aut synagogas
aut collectiones cōgregabo de sanguini-
bus,hoc est , ad immolationē sanguinis
quorumcunq; animalium,hircorū , aut
vitulorum,aut etiā hominum ( quemad-
modum ad huiusmodi,siue pp huiusmo
di immolationes faciendas,erant Iudæo
rum atque gentilium cōuentiones ) sed
in Ecclesiam nouam,vbi erit sacrificium
oībus & Iudæorum & Gentilium sacrifi-
cijs excellentius, congregabo eos :
F *nec memor ero nominū eorū p labia mea.*
neque quales ante conuersionē fuerint,
in idolatriis atque vitijs suis vltra remo
rabor p labia mea , postquā sese ab eius-
modi vanitatibus ad veritatē conuerte-
rint,neque eis vnquam improperabo qd
fuerint, sed eiunt corā me priora omnia
in obliuione, proijciamq; post tergum
meum omnia peccata eorum,& iniquita
tum eorum vltra non recordabor.
5 *Dominus pars hæreditatis mea , & cali-
cis mei:*
Dominus Deus pater meus, ipse est por G
tio mea hæreditaria,& tota hrditas mea,
& ipse est portio calicis mei,hoc est tota
pars mea , simul & eorum qui credunt
mihi,quem expecto,quē solum desidero
in mercedem & gaudium omniū electo-
rum meorum . Ipse enim cum sit omne
bonum & perfectissima bonitas,sufficiē
tissima est hæreditas , abundeque ditare
potens omnes electos, eosq; plenissime
reddere beatos :
* *tu es qui restitues hæreditatē meā mihi.*
tu es ô pater cœlestis,qui me meosq; per
tingere facies ad hæreditatem meam , id H
est,ad possessionem cęlestis regni, à quo
secundum humanitatis formam ego fa-
ctus fuerā velut extraneus , & à quo mei
fideles per peccata fuerant facti alieni.
Ad hanc autem hæreditatem per resurre
ctionis gloriam & me, & fideles omnes
mecum reduces.
6 *Funes ceciderunt mihi in præclaris :*
Funiculi diuisionis mihi in præstātissi
mis & optimis partibus ceciderunt, hoc
est mihi in partem hrditariam obuenit,
quod est omnium præstantissimum.

* *etenim hæreditas mea præclara est mihi.*
nam hæreditatem meam ( quæ est Deus
meus,eiusq; regni possessio ) ego ptiosā
atque præclarissimam reputo,præ omni-
bus quæcunque sunt in cœlo vel in ter-
ra,neque quicquā omnium cum hac sor
te mea ego arbitror posse comparari.
7 *Benedicam dominum qui tribuit mihi in
tellectum:*
Gaudeāt pinde alii in suis sortibus , &
hrditatibus quas eligunt,alii quidē in di
uitiis,alii in honoribus, alii in volupta-
tibus , alii in aliis, has sibi in hrditates
F obtigisse gaudeant . Ego certe qui noui
quàm sit pclara hrditas mea(quæ est pos
sessio summi boni ) laudans ac gratias
agens,benedicam Deum,qui me meosq;
instruxit,& intelligere fecit pretium hæ-
reditatis huius præstantissimæ.
insuper & vsque ad noctē in oratione,
* *insuper & vsque ad noctem increpuerunt
me renes mei.*
confessione,& gratiarū actione perseue
rani,ita vt me increparent,& veluti argue
rent vigilias protrahentem,exhausti ni-
mis vigiliis renes mei,veluti conquerен
G tes subtrahi corpori debitum somnum,
sibiq; congruum vigorem, qui nō som-
ni tēpore potissimū comparatur, quem-
admodum oculi increpare solent nimiū
vigilias protrahentes , veluti debitam re-
quiem exposcentes.
8 *Prouidebā domino in cōspectu meo semp:*
Neque mirū si in oratione & benedictio
ne ita perstabā,quandoquidem Deum pa
trē meum cōspiciebam sp vt pręsentem,
& quasi ante oculos meos positum , qui
nunquam me relinquit solum.
* *quoniā à dextris est mihi, ne cōmouear.*
H qm à dextris mihi semper assistit, velu-
ti paratus in auxilium, ne vnquā veniā
in casum vel conturbationem,siue pecca
ti,siue mortis. Diuinitas enim humanita
tem nunquam destituit, sed ad suis sem-
per eam custodiens,ne in vllum malum
vel peccati vel etiam nocumēti alterius,
extra tempus prædefinitum & prordi-
natione æternam posset ipsa per fragi
litatem incidere.
9 *Propter hoc lætatum est cor meum , &
exultauit lingua mea:*
Propter hanc autē patris meis iugē præ-
sentiam

sentiam & indeficientem assistentiam, lętorum tuum in spiritu meo, atque ex exultatione inde gratiarū actione; linguā meā etiam ore benedicendo tam benignissimū patrem meum:

** insuper & caro mea requiescet in spe.*

ad hæc cum venerit tempus dormitionis meæ, reponam à meipso paululum animā meā, requiescet etiam cum sine ullo corruptionis periculo corpus meum (ab anima scilicet separatū) in spe certa paulo post futuræ resurrectionis suæ, atq; eū anima iterandæ coniunctionis.

10 *Quoniam derelinques animam meam in inferno:*

Certus enim sum, quòd pręsentia diuinitatis tuæ, ò pater (quæ semper adest mihi à dextris) non derelinquet animam meā in inferno, ad eum modum quo maligni spiritus atq; damnati in profundo eius detinentur: neq; item in lymbo inferni demorari aut detineri permittet, quemadmodum patrum piorum spiritus illic vsque in tempus redēptionis conclusi seruabantur:

** nec dabis sanctū tuū videre corruptionē.*

neq; iterū ex altera parte (nempe ex parte corporis) patieris me filium tuū, quē sanctificasti tibi in vnctione spiritus tui absq; mensura, vllam experiri corruptionem siue putrefactionem, quemadmodū cęterorum mortuorū corpora solēt mox post animę à corpore separationē in putredinē resolui. Diuinitas enim in mortis triduo & corpori & animæ (quanquā ab inuicem separatis) semper manēs vnita, verumque inhabitando custodiet, ad faciēdam post tridui tempus pręuisam adinuicem reunionem, quæ sicut animam ab īferno, ita corpus reducet à sepulchro

11 *Notas mihi fecisti vias vitæ:*

Demonstrasti mihi primo omnium, quasi primogenito mortuorum, uiam vitæ, reditum uidelicet à morte ad vitam, quando me à morte fecisti ad gloriosam vitā resurgere, ut essem primitiæ dormiētiū: & cæteris omnibus in me credituris autor fierem resuscitationis ipsorum, quam sanè uiam præter me alius nemo inuenire potuit unquam:

** adimplebis me lætitia cum vultu tuo:*

resuscitatum uerò & ad vitam reuocatū

A me Christum hominem, per glorificationē & exaltationem plenissime implebis, atq; satiabis immenso gaudio & lętitia ineffabili, in aspectu vultus tui:

** delectationes in dextera tua vsq; in finē.*

eritq; mihi plenissima iucūditas, & delectatio sempiterna in exaltatione ad dexteram tuam, in ęqualitate gloriæ tuæ, in communicatione & fruitione bonorum omnium quæ in te existunt.

## ANNOT. IN PSAL. XV.

B VErsu primo, Quoniā bonorū meorum non eges. Nouissima illa cōiunctio, quoniam, potest continuari secundum sententiam cum primo uerbo, Conserua: iuxta quē modum in Elucidatione accipit, sicq; causalitatis est indicatiua vt quasi causam assignet filius, ob quam à patre petat conseruari. Et quāquam causa uera nō sit plenè expressa, intelligitur tamē vt affirmatio sub negatione, quomodo ēt in annotationibus Psalmi hunc proximè præcedentis ostendimus. Sub eo n. quod expressè dicitur, Bonorum meorū
C non indiges, tacite intelligitur (secūdum affirmationem oppositam) sed ego cum meis, bonorum tuorum indigemus quod lectio Hebræa apte exprimit, habēs hoc in loco, Bene non est mihi sine te, ut uertit sacer Hieronymus. Potest & continuari dictio illa quoniam, cum uerbo proximo, dixit: ut causalitatis nota nō sit, sed tātum connexionis siue continuationis, ad hūc sensum, Dixi domino, Deus meus es tu, ita ut bonorum meorum non indigeas. ¶ Versu secundo, Mirificauit omnes uoluntates meas in eis. Videtur pro-
D nominis repetitio in fine uersus aliquantulam incommoditatem & obscuritatem adferre sermoni: simul & personæ mutatio de secunda ad tertiam, cùm tamen tota oratio ad patrē dirigatur. Clarius. n. diceretur, In sanctis qui sunt in terra tua mirificasti omnes voluntates meas. Sed neutrum in scripturarum (maxime propheticarum) usu, incognitū vel incōsuetum est, vt quanquam ista quasi noua aut insolita debeāt turbare. Nam de pronominis repetitione iā in annotationibus psalmi decimi meminim', & forsitā posterius

rius pluribus in locis admonebimus. E
Personę aut cōmmunicatio nusquā non
est obuia scripturarum lectoribus. ¶ Ver
su tertio, Multiplicatæ sunt infirmita
tes eorū. Cōtulit nōnihil gētibus in Chri
aduentu, ꝙ earum infirmitates fuerant
multiplicatæ, ꝙ exercuerant vsq; ad sum
mum infidelitates, idololatriæ, & cætera
uitia in eis. Tanto.n. facilius erat eis con
uerti à fęditate paternæ uanitatis & agni
tam veritatem suscipere. Iudęorum au-
tem populus, quoniam usq; adeo nō erāt
ipsi is infirmitates multæ vt gentiū, ideo
non sic accelerauerunt ad Christum vt il F
li. Dicebant enim se esse vnius Dei cul-
tores legis diuinæ obseruatores, paterna
rū traditionū sectatores: nec agnoscebāt
opus se habere medico: quoniam non ex
creuerāt sic infirmitates eorum, vt facile
sentirēt. Ideo non accelerauerunt ad me
dicū Christū. Quemadmodum iis qui le-
ui tantum infirmitate languet, ita vt mor
bum non vehementer sentiat, non curat
de requirendo medico, quoniam se non
sentit illo habere opus: cuius aūt infirmi-
tates multiplicatæ sunt atque inualue-
runt, vt facilè sentit infirmitatem, ita me G
dicum libenter suscipit, imo requirit. At
que id etiam hodie in plerisq; videmus,
qui in se confidunt tanquam iusti, cùm
reuera infirmi sint & periculosè labo-
rantes: ad medicum tamen nō accelerāt,
quoniā vsqueadeo multiplicatæ sunt eo-
rum infirmitates, neq; adeò inerudeuerūt,
vt eas valeant sentire: & iō nō intelligūt
opus se habere medico, cuiusmodi erant
scribæ & pharisęi, suntq; ēt hac tempesta
te plurimi. Sunt verò alii, q postquam in
profundum uitiorum & in extremam in
saniam deuenerunt, iam incipiunt suam H
fœditatem agnoscere, & sibiipsis displice
re pp fœditatem in qua se inueniunt, cū
ad sese diuino respectu deflectūt oculos.
Itaque fit, huiusmodi non rarò ad Deū
cognita suarū infirmitatū magnitudine
accelerent tanto ardentius, quanto tur-
Baruc. 4. pius: longiusq; à Deo aberrauerāt: & (iu-
xta Prophetæ verbum) quantum à domi
no abscesserant, decies tantum iterum
cōuertantur ad illum in toto corde suo.
Apoca. 3 Atque hinc est, ꝙ in Apocalypsi domi-
nus frigidos prælegit tepidis, dicens, Vti

nam calidus esses aut frigidus: quasi hoc
optandi modo indicans nonnullam spē
esse reliquam frigidis. Tepidos autē post-
ponit subiungens: Nūc aūt, quia tepidus Hebr. 12
es, incipiam te euomere ex ore meo. No
lunt.n. huiusmodi tepidi ad ignem cōsu-
mētem (qui Deus est) accedere: quo-
niam satis se calere arbitrantur, cum oī-
no non caleant, sed tepeant. Rectè itaq;
hoc loco dicitur, ꝙ post multiplicatas in-
firmitates accelerauerunt electi Dei. Nō
nulli autem de corporalibus infirmitati-
bus, vexationibus, & afflictionibus pſen-
tem uersum exponunt: quoniam.s. vexa-
tione dante intellectum, plurimi ad Deū
sese conferunt ardentius. Quæ sententia Esai. 28.
neq; mala foret neq; improbanda, si tā-
tum inueniri posset cum reliquo Psalmi
cōtextu bona connexio: qd forsitan fieri
posset, diceret de persequutionibus & af
flictionibus electorū in primitiua Eccle-
sia fieri sermonem. Nam hos constat tan-
to magis ad Deum accelerasse, tanto fide
lius, plenius, atq; totimus sese ad Deū cō
uertisse, quāto magis affligebanī exterius
¶ Versu 4. Nec memor ero nominū eo-
rum per labia mea. Eandem habet intel
ligentiam cum illo qd in Psalm. 9. supra Psal. 9.
positum est. Increpasti gentes, & periit
impius: nomen eorum delesti in æternū
& in seculum seculi, secundum expositio
nē quā inibi assignauimus. Notandū aūt
qd dicit, Non recordabor nominum eo
rum per labia mea: non aūt dicit se non
recordaturum illorum, quemadmodum
illo ēt in loco non dicit, Delesti eos, sed
nomen eorum delesti: nomen scilicet ue
tus, appellationes antiquas, quas sub dia-
boli seruitute tenebant. Nam (vt Aposto- 1. Cor. 5.
lus ait) si qua in Christo noua creatura,
uetera transierunt, facta sūt omnia noua.
Et in apocalypsi ipse dn̄s qui sedebat in Apoc. 21
Throno, ait, Ecce noua facio omnia. Qd
si omnia innouari debent infidelibus, no
mē ēt conuenit innouari. Nam & prin-
cipes gentiū, eorū quos aliunde in suam
seruitutem asciscunt, nomina commutāt
& innouant: quemadmodum legimus de
filiis captiuitatis, Daniele, Anania, Aza-
ria, Mizaele, quos ex iudęa transtulerat
rex Nabuchodonosor, quorū nomina cō
mutauit eunuchorū ꝓpositus, sub cuius
cura

cura fuerant traditi,imponēs Danieli nomē Balthasar:Ananiæ,Sidrac:Azariç,Misac:Mizaeli,Abdenago. Quanto magis oĩpotens omnium dñs nomine nouo appellabit seruos suos, nec recordari uolet veterum nominum per labia sua?Deniq; qui veterē hominem vult exui & expoliari cum actibus suis, quomodo nomen vetus patietᵣ? Conuenit.n.nouo homini nomen nouum. Non recordabitᵣ igitur Deus nominum illorū veterum,per labia sua. ¶ Versu quinto, Dñs pars hr̃ditatis meç,&c.Nonnulli hr̃ditatem hoc in loco intelligunt sanctam Ecclesiam, hunc sensum assignantes,Dñs pars & sors meorum fidelium,quæ est hr̃ditas mea.Iuxta illud quod in secundo Psalmo dr̃,Dabo tibi gentes in hr̃ditatē tuā. Sic item quod sequitᵣ,pars calicis mei,fm hunc sensum exponunt Dominus pater est merces & præmium passionis meç.Nam per calicē satis frequēs est ĩ scriptura noui testi passionem significari Nos tñ( absq; horum præiudicio )longe alium sensum assignauimus, qui nobis vr̃ germanior, & vsu Ecclesiastico conformior. Solet.n ex Episcopali iniunctione & Ecclesiastica institutione versiculus iste recitari ab iis q insigniuntur charactere clericatus,atque in clericos consecrantur,id est, in partē vel sortem domini. Hinc enim habent vt clerici vocentur,id est,de sorte domini,vel sortem partemq; suam hæreditariam habentes dominum Hanc autē nostram sententiam(quç uobis videtur germanior) in Elucidarione satis clare lucideq; explanauimus. ¶ Illud tamen aduertendum est,secundum hanc nostram expositionem, partem hr̃ditatis dici quasi partem hr̃ditariam Quæ acceptio nec à communi loquentium vsu est aliena Solent enim vulgo dicere homines,Hęc est portio hr̃ditatis meæ, cum demonstrare volunt suam hæreditariam portionem. ¶ Verum hoc loco forsitā quæratᵣ aliqᵣ, quonā pacto fieri posit, vt filius aut fidelis quilibet dicat Deū esse partem suæ hr̃ditatis Nemo enim potest Deo seruire & mammonæ, neque duobus dominis.Neque patitur ipse partitionem secū cuiuscunque: sed vult se esse totam insolidum hæreditatem eius cui se in hæreditatem dederit,totum cor exposcit, alienum amatorem secum non patitur, ex toto corde vult diligi. Quomodo ergo nũc pars dr̃ hr̃ditatis,& nõ potiᵘ tota hr̃ditas? Vñr.n. hæc adinuicem repugnare, pars hr̃ditatis,& tota hr̃ditas. Quæstionem istam ex iis quæ præmissa sunt, aduertenti animum nõ fuerit difficile dissoluere Non.n. repugnant adinuicem, tota hr̃ditas mea,& pars hr̃ditatis meæ, cum iuxta prædictum modū accipimus partem hr̃ditatis pro portione hæreditaria:imò coincidunt magis,id quod in simili facilè fuerit patenti exemplo declarare.Nam proles quæ paternam accipiunt hr̃ditatem,facta diuisione,vbi singulis fuerit assignata sua portio,rectè possunt singulæ dicere,Hæc est pars hr̃ditatis meæ,singulis totum quicquid in hr̃ditatem sibi obuenit demonstrantibus. Vocat n.vnusquisq; partem suæ hr̃ditatis,totum hoc quod accipit: cū non amplius aliquid de hr̃ditate habeat, quod totum quod demonstrat:sed quia ex tota paterna hr̃ditate per diuisionem illi hoc obtigit, cæteris cohęredibus alia sibi vēdicantibus.Atque ita fm hanc comparationem, vocant fideles partem hr̃ditatis suæ dominum: qm̃ in hoc mundo, dum alii sibi honores eligunt,alii diuitias, alii mundanā sapientiam,alii delitias, ipsi sibi dominum Deum in suam portionē accipiunt cum gaudio, libentissimè illis dimittentes suas quas elegerunt uanitates,modò ipsi suum possint adipisci electum,illumq; tenere inperpetuum Vnde & in alio loco dicit Psalmista, Quid enim mihi est in cœlo, & à te quid volui sup terrā? Deus cordis mei,& pars mea, Deus in æternum. Mihi autē adhærere Deo bonum est ponere in dño Deo spē meam.Et alibi,Dixi domino,Deus meus es tu,portio mea in terra viuentium. In lege quoq; dominus loquitur ad Aarō, dicens.In terra eorū nihil possidebitis, nec habebitis partē inter eos Ego pars & hr̃ditas tua,in medio filiorum Israel.Vbi manifestissimum est partem pro hæreditate vel hr̃ditaria portione vsurpari: qđ in aliis quoq; scripturarum passibus admodum vsitatum est.Patet itaq; nullam in supradicta nr̃a expositione inesse incommodum

cômodum,eáq; côformẽ esse vsui scriptu E
rarum. ¶ Versu eodẽ,Et calicis mei. Qđ
aût mox subiungit de parte calicis,idem
valet qđ pars hrđitatis. Calix.n.in scriptu
ris frequenter paratã retributionẽ signifi
cat:quemadmodum cùm dr̃,Calix in ma
Psal.74. nu dñi. Et in Apocalypsi, Bibet de calice
Apoc.14 iræ Dei,id est, de retributione indigna-
tionis eius,qua impiis retribuet fm ope
ra sua,côdigna pmia. Vñ pars calicis re-
ctè dr̃ sors retributionis diuinæ,id est,ip-
sa merces q̃ ex Dei retributione expecta
tur. Accipiturq; tã in bonã partem, q̃ in
malã,quemadmodum merces & retribu F
tio ad vtranq; partem spectant. Hoc aût
in loco sumitur in bonã partẽ, pro retri-
butione.f.fœlicitatis æternæ:quẽadmodû
Psal.21. & in sequentibus, Psalmo vigesimo pri-
mo,Calix meus inebriãs quã pclarus est.
Psal.10. Sed ĩ Psalmo decimo,cum diceret:Ignis,
sulphur,spûs procellarum,pars calicis eo
rum,in malã partẽ fiebat acceptio, id est
pro retributione dãnationis æternę,que-
madmodum illo in loco explanauimus.
¶ Versu eodẽ,Tu es q̃ restitues hrđitatẽ
Hier.14. meã mihi. Recte Chr̃s pr̃i dicit de restitu-
Matt.15. tione hrđitatis. Per humilitatem.n.car-
nis,& fm formã serui de sinu pr̃is descen G
dens,exiit( quasi colonus futurus )in ter-
Lucę. 8. rã,vt seminaret semen suum: factusq; est
velut peregrinus & extraneus( fm eã for
mã )à psentia diuinitatis. Confidit tñ à
patre sibi restituẽdã suã hrđitatẽ: qm̃ per
passionẽ & resurrectionẽ se nouit, ẽt fm
formã serui,assumendum in dexterã pa-
tris. Valde aût accommode hanc partem
dicere possunt fideles Chr̃i membra suo
capiti,vt ille eam dixit suo patri. Propter
Chr̃i n.amorẽ, huius mundi põpa, glo-
Matt.19 riã,delitiasq; spernunt, & abiiciunt uni-
uersa, quo Chr̃m sibi valeant insolidam H
& certam hrđitatem comparare,dicentes
cum beato Petro, Ecce nos reliquimus
omnia,& sequuti sumus te:id est,oẽs par
tes,oẽs hæreditates, omnia quæ sunt in
mũdo abnegauimus, & te præ.omnibus
elegimus in partem & hæreditatem no-
stram, te uno contenti, & extra te nihil
requirentes. Hi enim confidenter subiun
gere possunt,ac dicere dño, Tu es,qui re-
stitues nobis hrđitatem nostram quam
sperauimus. Pro temporali.n ob tuum a-
morem cõtempta,reddes nobis æternã :
pro corruptibili & mox peritura, imar-
cessibilẽ & nunquam perituram. ¶ Versu
sexto,Funes ceciderũt mihi in pclaris. Sũ
pta est hæc metaphorica loquutio à diui
sione sortium,q̃ per funes siue funiculos
solet fieri. Vñ psalmo septuagesimo dr̃
Dñs filiis Israel sorte diuisisse terrã expul Psal.70.
sarum gentiũ in funiculo distributionis.
Et frequẽter admodũ ad hac funiculi mẽ
surõne fit ĩ scripturis mẽtio. Q̃uo igit̃ il
le cui in distributione terræ alicuius ob
rigerit terra pinguior,lõgeq; pstãtior por
tionibus cæterorum q̃ pariter acceperũt
& ipsi funiculo distributionis partes su-
as,q̃uo(inquã)ouãs ac gestiẽs iste dicere
poterit funiculos sibi cecidisse in pclaris,
id ẽ,distributionis funiculo sibi pstãtẽ at
que insignem hrđitatẽ obtigisse:sic & in
proposito Chr̃s dñs de paterna hrđitate
(maximè ẽt pro suis mẽbris) gloriat̃,de
bemus quoq; & nos & singuli gloriati in
parte ista,ac dicere,qđ uerè in pclaris,ve-
rè fœliciter nobis ceciderit funiculus,id
est q̃ fœlix portio obtigerit nobis,q̃ pręclarã partẽ nacti simus, quã nõ velimus
cõmutare vlla aliena hrđitate,id est,nul-
lis diuitiis,nullis honoribus, nullis uo-
luptatibus quãtumuis maximis. Sic eco n-
trario miseri & cęci voluptatũ mũdiq; a-
matores clamãt, in pclaris sibi cecidisse
funes,& hẽt suã hrđitatẽ,pclarã, suã por-
tionẽ stupidissimè ac stolidissimè iactã
tes,dũ abunde se beatos putãt suis diui-
tiis,suis delitiis,suis honorib. Re ipsa tñ
satis ostẽdunt, quã nõ sit ipsis pclara sua
hrđitas:qñquidem illorum affectum mi
nime valent adimplere.q̃ possident,repu-
tantq; minimum sp, imo uelut nihilum
qđ habent, cum ĩfinito plura & maiora
cupiãt:qđ profectò non facerent,si id qđ
assequuti iã sũt,verè pclara esset hrđitas.
Sed ostendit vel luce clarius hæc iã gran
dis insufficientia,tamq; inexplebilis ege
stas,quã sit paupercula,tenuis, & macra
pter dñm oĩs hæreditas. Simul & illud
euidentissimè monstrat,impudenter mẽ
tiri oẽs,q̃ pręter dñm ullã iactant hrđita
tẽ præclaram. Atq; hæc quidem præsen-
tis loci sententia est. Ceterùm quantum
ad sermonis cõmodũ, dubium ur̃ quid
sibi uelit illud,ĩ præclaris. Apparet enim
hanc

hāc dictionē p ſeſe nō poſſe efficere cō-
pletā ſententiā. Soluit́ aūt hęſitatio, vel ſub
ſtātiuè accipiēdo p̄clara, vel intelligēdo
ſubſtātiuum partibus, aut hæreditatibus,
aut rebus. Præſtat tñ ſubſtātiuè accipi, vt
tātūdē valeat ī p̄claris, ac ī iucūdis, ī amœ
nis, ī elegātibus: quo vertit Felix. B. autē
Hieronym', ī pulcherrimis. Pro ſcda aūt
parte, Etenim hæreditas mea p̄clara eſt
mihi, vertit B. Hierony. Et hæreditas ſpe
cioſiſſima mea eſt: alij, Hæreditas p̄clara
vel pretioſa eſt mihi. Chaldaica eſt trāſla-
tio, Sed & hæreditas mea cōplacuit ſuper
me. Quæ oīa electionē noſtrā atq; ſnīam
elucidāt. ¶ Verſu ſeptimo, Increpuerunt
me renes mei: Sicut oculi, cū nimiū vigi-
lias ꝓtrahim', quaſi p modū aliquē nos
increpāt & affligūt, veluti debitā ſōni re
quiē expoſcētes: ita hoc ī loco de renib'
dr, qui vigilijs immodicis maximè ex-
hauriunt, ſuoq; vigore fraudant. Propter
Eccl. 31. qd à Sapiēte dr, Vigilia honeſtatis tabe-
faciet carnes. Et priſci illi patres, q oē ſtu
diū adhibebāt edomādis carnis libidino
ſis affectib' (quorū ſedes in renibus ſiue
in lūbis eſt) vigilijs imodicis maximè va
cabāt, ī a ſeſe arbitrātes carnē optimè in
ſeruitutē ſpūs ſubigere. Pōt verò iſta re-
nū interpretatio & aliter accipi, vt p re-
nes intelligam' affectiones ſiue deſideria
Psal. 7. quō nōnūquā ſolēt in ſcripturis accipi:
veluti cū dr Deus renū & cordiū ſcruta-
tor, id eſt, affectionū & cogitationū. Secū
dū aūt hūc modū increpāt nos renes no
ſtri vſq; ad noctē: qm̄ affectiones piæ &
bona deſideria ſanctorū, qbus ſatagunt
gratos ſeſe demōſtrare erga Deū, nō ceſ-
ſant extimulare & inuitare ad laudē &
gratiarū actionē, neq; ocioſos eſſe pmit-
tūt: & quātūuis oratio aut gratiarū actio
fuerit ꝑacta, vix tñ patiunt́ vt fiat ceſſa-
tio, ſed ampliora ſp ꝓuocāt & impellunt
Facit.n. hoc ī fidelib' pia grati animi er-
ga Deū affectio, vt nūquā ſibi videant́ fe
ciſſe ſatis: ſed ad maiora ſp adſpirēt, quaſi
aň nihil fecerīt Quēadmodū ex aduerſo
in quibus nō eſt debita erga Deū cordis
affectio, hi ubi vel labia ſua ī orōne aut
gratiarū actiōe aperuerint, vł genua tm̄ po
ſuerint, iā abūde multa ac magna feciſſe
ſeſe exiſtimāt. Alij verò, renes Chri dicūt
eſſe iudęos, ex qb' (ut ait Apl.) ſm carnē

A Chrs natus eſt: ſicq; renes (id eſt, populū Rom. 9.
ipſum ſuum de quo natus eſt) dicunt eū
īcrepuiſſe vſq; ad noctē: qm̄ vſq; ad mor-
tē illū perſequuti ſunt. Verū hæc ſnīa nec
cōnectioni ſatis ꝯſonat, quā in Elucida-
tione mōſtrauimus, neq; vſquā puto in
ſcripturis poſſe reperiri, vbi renes alicu-
ius dicātur ipſius cōſaguinei, vel illi de
quibus quis progenitus eſt. ¶ Verſu octa
uo, Qm̄ à dextris eſt mihi ne cōmouear. Ps. 108
A dextris eſſe dicimus eū qui in auxiliū Ps. 110.
paratus nobis aſſiſtit. Vnde in alio Pſal-
B mo, Quia aſtitit à dextris pauperis, ut ſal-
uā faceret à pſequentibus animā meā. Et
alibi, Dñs ꝓtectio tua ſuper manum dex
terā tuā Alij verò per dexterā intelligunt
ꝓpitiatiōnē, & fauorē vt eſſe alicui à dex
tris, ſit illi eſſe ꝓpitiū atq; bñ fauētē. Qd
non omnino malè ꝓpoſito quadrat, ne-
que ab altera expoſitione multum diſſo-
nat: qm̄ Deus, ſuæ propitiationis clemen
tia & benigno reſpectu, auxiliū nobis &
ꝓtectionē impēdit. ¶ Verſu decimo, Nec
dabis ſanctū tuū videre corruptionē. No-
mē, ſanctū, quidā accipiūt genere neutro
intelligētes corpus ſanctū: ſed obſtat in
C Græca electione articulus maſculini ge-
neris. Habet.n. Græca τὸν ὅσιον, id eſt (gñ
re maſculino) ipſum ſanctū. Sed & ex He
bræo interpretes, maſculino genere ſan-
ctū aut miſericordē vertūt. Accipiēdū ꝑ-
inde eſt ſm ſynecdochē vt de toto ꝑ par-
te ſermo fiat. Quēadmodū.n. ī priori par-
te aīa fit mētio, ſic ī ſecūda de corpore.
¶ Quātū verò ad tres iſtos verſus nouiſ-
ſimos notādū eſt, quāuis peculialiter in
Elucidatione aptati ſūt pſonæ Chri, po-
ſe tñ ꝯmodiſſimè ad vniuerſos ēt fideles
extēdi, Neq;.n. fideliū aīæ in inferno de-
D relinquēt cruciādæ in ꝑpetuū, vt aīæ īpio
rū: neq; corpora oīmodā experient́ cor-
ruptionē abſq; ſpe reſtitutionis & reſurre
ctionis: quēadmodū corrūpūt́ penit' cor
pora impiorū, ſed nota fiet eis atq; reſe-
rabit́ via vitę p reſurrectionē à mortuis
poſtquā adīplebunt́ lætitia ī aſpectu Dei-
tatis, ī dextera illius, in ſorte electorū &
beatorū, quos (vt Euāgelicus ſermo de-
mōſtrat) ad dexterā ꝯſtituet iudex, vbi ad
remunerationē aduenerit. Nā in ſiniſtra
(q̄ hœdorum erit loc') nō delectationes
erunt, ſed cruciatus & tormenta æterna.

## XVI. PSALMI ARGVMENTVM.

*EX tituli indicio fit manifestum, hunc Psalmũ formã esse orandi. In quo vir fidelis benè sibi conscius, innocentiam atque iustitiam suã multis modis probatã proponens, petit sibi à Deo iustorũ saluatore contra iniustè aduersantes fieri iudiciũ, sicq; in iustitia stabiliri ut nũquã illorũ prauitate moueatur a uia recta, Deumq; in hoc orat mirificare misericordiã (nam vt se quasi pupillã oculi custodiat, protegãtq; sub alis misericordiæ & omnipotentiæ suæ, ut nocumentũ nullũ sustineat a persequentibus. Quorũ crudelitatem (quo exaudibilior fiat oratio) uersibus tribus, nẽpe decimo, undecimo, & duodecimo patẽter aperit, ac deinde diuinũ postulat auxiliũ nouissimè versu decimoquinto, illorũ condẽnationẽ per imprecationis modum, prædicẽs & ab electis separationẽ pro eo quod in hac vita illis quæ Deus non probat fuerit satiati, & oĩum temporalium bonorum abundantia fuerint abusi, se verò hoc in tempore peregrinationis esurientẽ cũ apparebit gloria domini, sperat beatitudine æterna ĩ aspectu diuinitatis satiãdũ.*

## XVI. PSALMI ELVCIDATIO.

*Xaudi domine iustitiã meã:* Attende Dñe ad meam iustitiam, in qua (te teste simul & attestante mihi conscientia) sedulo studeo coram te conseruari: meam innocentiam considera, quod aduersum inimicos nihil peccauerim:

* *intende deprecationem meam.*

G & considerata innocẽtia atq; iustitia mea benignus intende ad exauditionẽ orationis meæ, qua te deprecor pro mea ab inimicis liberatione.

2 *Auribus percipe orationem meam. non in labiis dolosis.*

Aures tuas, Deus piissime, auditumque benignum exauditionis tuæ accommoda orationi meæ, quam coram te fundo corde syncero & integro minimeq; ficto aut simulato, non aliud ore loquens, qui corde retinens.

3 *De uultu tuo iudicium meum prodeat.*

H A cõspectu vultus tui (quo omnia cõspicis, ac peruides humanarum actionũ singula) procedat proueniatq; mihi iudiciũ contra aduersarios meos, qui mihi iniuste sunt molesti:

* *oculi tui videant æquitatem.*

oculi cognitionis tuæ & benignus aspectus tuus aspiciant veritatem & iustitiam qua me innocentẽ ex tua gratia confido vt pro mea iustitia contra iniustè aduersantes proferas (me liberato, illis verò fugatis) iustam sententiam.

4 *Probasti cor meum, & uisitasti nocte:*

Neque verò innocentia mea, quam ppono ad exauditionem impetrãdã, te latet eamq; nec vanam nec falsam esse tu nosti. Si quidẽ spiritũ meum & conscientiã cordis mei tu probasti: inq; variis tentationibus probatum cõperisti, & uisitasti ad probationem maiorem etiã in nocte aduersitatis, in tristibus tenebris aduersitatum, qñ mihi lucis atque præsentiæ tuæ subtracta videbatur consolatio:

* *igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas.*

tribulationibus quoq; variis & afflictionibus, sicuti in fornace ignis probat aurum, ita me quoq; examinatum & probatum reddidisti, & in oĩbus perseuerantẽ me in iustitia conspexisti, atq; ab omni iniquitate peccati solicitè declinantẽ sic vt nullis tentationibus nullisq; tribulationibus à iustitia potuerim dimoueri confortatus gratia tua.

5 *Vt non loquatur os meum opera hominum:*

Vsqueadeo aũt ab oĩ iniquitate, ut nõ solum opere non peccarẽ, verumetiã nec ore loquerer opera hominum, id est, quæ mala sunt & noxia. Hæc e.n. sunt opera hominũ, mendacium, vanitas, & peccatum,

* *propter verba labiorum tuorum ego custodiui uias duras.*

pp sermones sanctos tuos, ppter pcepta tua æqssima, q̃ tu quasi per labia tua dixisti, nobisq; obseruanda districte præcepisti: ne ipsa (inquam) in vllo transgrederet, ego obseruaui diligẽter & solicitè custodiui Gene. 8.

stodiui

stodiui uias iustitiæ & uirtutis,quæ sanc A (propter homini inditam corruptionē, & sensum hominis ab infantia & origine pronū ad contraria uirtuti)arctæ & angustæ sunt,duræq; ad difficiles, ita ut pauci admodum sint qui illas inueniant, aut perambulare uelint pluribus vias latas,molles,ac spatiosas,quæ in perditionem ducunt,percurrentibus.

*6 Perfice gressus meos in semitis tuis:* Veruntamen,qui absque tuo auxilio nō perest hō in sua perseuerare iustitia, tuā misericordiam inuocare cogor,orans ut pfectos facias gressus meos ī istis iustitię B semitis, vtq; in finem vsq; pseuerare me facias in illis:

* *vt non moueantur vestigia mea.* ne forte ullo unquā tempore contingat uestigia gressuum meorum,actiones vitę meæ moueri, & errare ē viis illi duris, illisq, relicti in vias latas ac seculari animo suaues deuenire :quemadmodū(prochdolor)non paucis euenire conspicio.

*7 Ego clamaui,quoniam exaudisti me Deus:* Fidenter autem clamo ad te,neq; metuo postulare quicquam eorum quæ mihi ad salutem necessaria cognouero,quoniam exauditionis tuæ gratiam frequenter sū expertus:

* *inclina autem tuā mihi,& exaudi verba mea.* & nunc Domine solita pietate flacte ad orationem meā,& exaudi dignanter uerba orationis meæ,

*8 Mirifica misericordias tuas, qui saluos facis sperantes in te.* Mirabiles ostende miserationes tuas;& magnos demonstra effectus consuetæ misericordiæ tuæ,ô Deus Saluator omniū ī te uero corde confidentiū. Omnino.n. D necesse est ut mirabilem exhibeas atque demonstres misericordiam tuā,in electorum tuorū saluatione:quoniam nisi maxima miseratione salus illis non posset cōtingere;neq; in finē usq; : nisi tua iugiter miseratione adiuti,possent persistere ī uiis tuis maxime tot undiquaq; inimicis circūdāti:ib⁹& à viis tuis abducere eos modis omnibus cupiētibus atq; conātib⁹.

*9 A resistentibus dexteræ tuæ custodi me* Serua me Deus & custodi,ab aduersariis meis,diabolis & hominibus malis q resistunt uirtuti omnipotentiæ tuæ, quęre nires impedire,q̄ tu uis fieri bona,q̄ uero tu non uis,mala solicite conātes pmouere:

* *vt pupillam oculi.* ab his(inquam)tu me dextera tua sic custodi,& serua diligētissime,assidua tua ptectione quemadmodum in corpore pupilla oculi prouidentia naturæ solicitissime custoditur per continuum pelliculæ operculum, quod ipsam pupillam ab oī nocumento iugiter defendit,ne aliculn de lęsionem ualeat recipere, aut quodlibet nocumentum.

*10 Sub vmbra alarum tuarum protege me: à facie impiorum qui me afflixerunt.* Quomodo Gallina sub a lis suis pulos defendit ab auibus rapacibus,ita me quoque sub aliis tuis,subq; scapulis fortitudinis atq; ptectionis tuæ, ptege ab impiis aduersariis meis,q me grauiter affligunt suis tētationibus atq; psequutionibus,q̄ rentes mortu dare animam meam,ne videlicet quod optant possint implere.

*11 Inimici mei animā meam circūdederūt:* Vide autem,Deus pijssime,feritatē & crudelitatem aduersariorum meorum. Ecce enim animam meam ex omni parte obsederunt,magno impetu, magnaq; astu-C tia vndiquaq; insidias constituentes, ad eum modum quo obsideri solent ciuitates:ut quocunque me uerterem,nusquam deessent mortis pericula,

* *adipem suum concluserunt:* absque oi misericordia crudelissime agunt aduersus animam meam,nullā oīno habentes compassionem, siue ullius miserationis affectum,quasi adipe in quo cōpassionis & misericordiæ sedes est)cōcluso atq; prorsus obdurato, uisceribusq; misericordię penitus obfirmatis,vt nullo ualeant cōmiserationis tangi affectu:

* *os eorum locutum est superbiam.* ore quoque suo superba loquuti sunt,blasphemiam domine in te,atq; in me conuitia,exprobrationesque indignas,quasi nemo omnino,ne tu quidem ipse,me possis de eorum manibus liberare.

*12 Proiicientes me nunc circumdederunt me:* Ipsi nunc me ē via recta, quātum in se est,conātes impulsibus suarū tentationū eiicere,siue in terrā proiicere à statu rectitudinis,ex oī parte me obsederūt, vbique

 mihi

mihi ponẽtes insidias,ne quo modo posſim euadere manus eorum.

* *oculos suos statuerunt declinare in terram.*

Sta uerunt deflectere in terram oculos suos diligentiſſimeq; cõſiderare greſſus meos & uias quas ambulo,vt ſic poſſent mihi cõmodius locare retia, & laqueos ponere certiores, quos nequirẽ euadere.

13 *Susceperunt me sicut leo paratus ad prædã & sicut catulus leonis habitãs in abditis.*

Parati ſtant ad excipiendum me,ſi cõtigerit ĩ laqueos eorũ uel leuiter incidere aut inuolui,ad modũ leonis famelici, q ad prædam eſt paratus, feroci animo me uorare cupientes:& quemadmodum catuli leonis qui in occultis latitant,expectantes magno deſiderio,donec prædam conſpiciant.

14 *Exurge domine,præueni eum:*

Tu verò Domine,meam innocẽtiam atque iſtorum prauam crudelitatem cõſiderans,exurge mihi in auxilium,neq; diſſimules aut differas,,& præueni atq; anteuerte illos priuſquam mihi præualeant, de eorũ inſidijs & ẽtate me liberando, ut præſentior atq; potentior mihi ſit tua miſericordia ad ſaluãdum,qu m ſit illorum crudelitas ad nocendum:

* *& supplanta eum,*

deuince illos, proſterne atq; cõculca ſub pedibus tuis(quemadmodũ uictis fieri ſolet,quemadmodum ipſi facere mihi ſperabant)oĩ eorum uirtute & aſtutia ſuperata,atque in nihilum per te redactæ:

* *eripe animam meam ab impio, frameã tuã ab inimicis manus tuæ,*

illisq; calcatis ſic animam meã ſaluã fac de manibus impiorũ, gladium quoq; & poteſtatem quam à te acceperunt erue,eijce:& aufer ab iis q ſunt inimici & aduerſarii potẽtiæ tuæ, ſicut nõ patiaris illos nobis per ſuam potentiam aut uiolentiã ullum inferre nocumentum.

15 *Domine à paucis de terra diuide eos*

Domine,tu index uenturus ſecũdum vltionẽ tuæ inſtitiæ diuides eos,ſuperabiſque quantũ ad bonæ remunerationis ꝑmiũ,ab electis tuis(qui pauci admodum ſunt numero, cõparatione multitudinis peruerſorũ)de terrã uiuentiũ:à qua ipſi excludenẽ,illis intromiſſis,vt ſic fiat peruerſorum à bonis diuiſio,qui nunc in hoc E tempore ſimul ſunt commixti,

* *in uita eorum de absconditis tuis adimpletus est venter eorum.*

cauſa aũt ob quã diuidentur ab electis impii bonorum pſequutores hęc eſt,qm in uita ſua dum ſuper terrã uiuerẽt, adimpleuerunt uentrem ſuum,ſaturati ſunt & copioſe perfruiti ad omnem plenitudinẽ iis q abſcondita ſunt à cõſpectu tuo, q tu ignoras, q tu minimè probas,id eſt ſeculi huius deliciis, & tẽporariis fœlicitatibus,inq; uitiis,atq; cõcupiſcentiis, la F ſciuis,& luxutiis(quę tu ignoras ac deteſtaris)enutrierunt corda ſua,& ſine freno oblectauerunt ſemetipſos: aut quemadmodum in hac vita receperunt bona quę tu non probas, ita in futura bonis illis priuentur quæ erunt in conpectu tuo. Matt.15. Iacobi 6 Iudas. Lucę.16.

16 *Saturati sunt filiis,*

Filios in hac uita ac filias habẽt ad abundantiã,eosq; egregie pulchros, robuſtos & bene compoſitos,& item omnium tẽporalium bonorum abundantia ſunt ꝑfruiti,& veluti ſatiati:

* *& dimiserũt reliquias suas paruulis suis.*

G & vſqueadeò pleni fuerũt bonis oĩbus vt ea no poſſent per ſeſe expendere omnia, ſed dimiſerunt reſidua prolibus ſuis: Inſuper & doctrinas prauas & exẽpla peſſima, moriẽtes quaſi reliqas malitiarum ſuarum reliquerunt ſuis poſteris,quos in rectitudine iuſtitię debuerant inſtituere.

17 *Ego aũt ĩ iustitia apparebo cõspectui tuo,*

Ego uerò illa omnia quibus illi mõ ſatiãtur contemnens,atq; pro nihilo pẽdens uniuerſa,hoc ſolum curare uolo ac ꝓuidere,vt in iuſtitia omniq; uirtutum perfectione appareã ante conſpectum tuũ,& mõ ſemp ante te in tuo beneplacito con H uerſando,& poſt hanc uitã ad tuam pręſentiam pertingendo:

* *satiabor cum apparuerit gloria tua.*

parum aũt eſt,ſi modo dum illi ſaturanẽ ego eſuriam,illis deliciãtibus ego lugeã & fleã.Certiſſima.n.fide ſcio, ꝙ pro hac eſurie,quã modo libens ob amore tuum ſuſtineo uentura ſit mihi perfecta bonorũ oĩum ſatietas,tũc cũ poſt tenebras vitæ hui⁹ manifeſtauerit ſe mihi gloria tua cũ tu dabis faciẽ ad faciẽ contueri magnificã illã gloriam tuã,in qua tecũ iubilãt oẽs ſancti tui,in ſecula ſeculorũ. Amen. Matt. 5. 1.Cor.13

ANNOTAT. IN PSAL. XVI. A

NOtandũ ꝙ totus iste Psalmus à nõ nullis accipitur vt oratio Christi ad patrẽ,& pro sua.& ꝓ membrorum suorũ liberatiõe,supplicãtis. Idq; potissimũ ob hoc,ꝙ versu quarto dicat,Non est inuẽta in me iniqtas:& qm̃ de Chr̃o dici videatur,ꝙ pp̃ pceptum patris custodierit vias duras,viã.s.veritatis,tã vitæ quã doctrinę Sed & alia q̃ dñr de malitia aduersantiũ, vt,e ꝙ ipsum circundederint & susceperint quasi leo paratus ad pdam,& cætera hmõi,rectissimè ad Christum quadrant. Atq; itẽ,qđ vltimo loco de satietate dr̃ vẽ B tura,Christo fm̃ humanitatẽ recte cõpetere cognoscit. Veruntñ & Ecclesiæ, q̃ corpus est Christi,& cuilibet ei iusto, q mẽbrũ est eius recte Põt Psalmus totus aptari,queadmodum monstrat Elucidatio Qđ autẽ dr̃, Nõ est inuẽta in me iniquitas,si ab hoĩe puro ꝓferat,cum modificatione debet intelligi:nõ vtiq; quasi nulla oĩno sit aut fuerit in eo peccati iniquitas sed quia testimonium phibẽte sibi conscientia,nullum agnoscit in se peccatum mortis (cum Psalmum profert) in se in- C habitans,propter quod Dei posset inimicus constitui. Tale n peccatum ꝓpriè iniquitas reputatur, atque nominatur. Aut ad aduersarios referatur ista iustitia,quasi dicat se nihil cõmeruisse aduersus illos neq; vllã in se inuẽtam cõtra illos admissã iniqtatẽ,vt sic iuste đbeat ab illis sustinere afflictionẽ.¶ Versu. 1. Exaudi Dñe iustitiã meam. Exaudi iustitiã meã, tantũ dẽ est ac si dicas, Exaudi me in iustitia deprecantem,aut pp̃ iustitiam & innocentiam exaudi orantem. ¶ Versu secundo, Non in labijs dolosis Particula illa, Nõ in labijs dolosis,non est connectenda cũ verbo auribus pcipe,sed ad orõnẽ referri debet,supplendo aliquid, quo fiat cõpleta sñia,hoc mõ. Auribus pcipe orationẽ meã,quã fundo,aut facio, aut q̃ fit a me, non i labijs dolosis. Oratio autẽ dolosis fit labijs, cum effectus interior cordis & spũs desiderium non respondent voci deprecãti:vtpote cũ exterius orãt labia,cor autem longe est à Deo, neq; rectum est coram eo quem lingua orat. ¶ Versu. 5. vt non loquatur os meum opera.hominum. Initiũ versus huius fm̃ sñiam aptius videretur iungi fini versus pcedẽtis ad hunc sensũ,Nõ est inuenta in me ulla iniquitas,ita vt neq; loquatr os meum opera hoĩum. Multum.n.est,nõ solum nõ opere iplere, sed neq; nominare,neq; loqui q̃ praua sunt, ad cõsensum ullum si ue delectationem, aut loquendo de ipsorum perfectione detractare. Vñ & Aplus suos monet Ephesios, dicẽs: Fornicatio & oĩs immunditia aut auaritia nec nominetr in vobis,sicut decet sanctos, Et alibi, Corrunpunt mores bonos colloquia praua. Opera autẽ hoĩum recte dñr vicia & peccata,quibus vacãt carnales. Solet.n. nõnunquã i scriptura simpliciter hominis nomine,carnalis intelligi:queadmodum cum Paulus scribit corinthijs, Cum inquit,dicat qs,ego sum Pauli,& cæt. nõ ne homines estis,id est,carnales? Qui autẽ inter homines,carne superantes, fm spiritum ambulant,hi non iam homines sed Dij merẽtur appellari iuxta illud, Ego dixi,Dij estis,& filij excelsi oẽs. Insup virtutum opera, & actiones verè bonæ, Dei potius sũt, quã hoĩum Deus.n.est q operat in nobis & velle & pficere,ꝓ bonavoluntate:& sine eo nihil oĩno possumus. Vitia autẽ & peccata nostra sunt,hoĩum sunt opera, non Dei. Est n. ex sese oĩs hõ vanus & mẽdax, imò vanitas vniuersa:& ex sensus pueritiæ ad male agẽdum potẽtes faciles q; sumus. ¶ Versu nono, A resistẽtibus dexteræ tuæ custodi me Quòd mõ dñr praui dæmones, homines que puersi resistere dexteræ Dei, ipsum est qđ Psalmo 10. de iisdẽ dr̃, ꝙ destruant q̃ perficit Deus. Siquidẽ hic ad seminãdum semẽ bonum in cordib' hoĩum, ad inserenda pclara virtutum germina, ad eradicãdum malarum cupiditatum zizania: interius sp atq; exterius operatur. Illi verò i cõtrariũ seduló conãtur mala seminare semina, plãtare spinas & tribulos semen bonum suffocare, plãtata quoque virtutũ germina euellere aut are facere: sicq; dexteræ Dei (quãtũ qdem in se est) resistunt, dum id qđ super omnia desiderat, nempe electorum salutem, hi totis conatibus impedire qrunt ¶ Versu eodem ut pupillã oculi Quod dr̃ de pupilla oculi, diligenter est notandum. Ipsa n, cum sit præ

Ephes.5

1.Cor.15

1.Cor.3

Psal.71.

Philip.2

Ioan.15

Ps. 115.

Gene. 8.

Psal. 10.

sit prę oībus mēbris corporis tenerrima, & facillimè vel à leuissimo puluisculo recipiat læsionem, propter tamen custodiā pelliculæ ipsam operientis (quod ciliū nomināt) atque ēt supercilium (quod veluti tectum est, desuper situm, aduersus illapsum leuium puluerum) ita seruatur, atque custoditur naturæ diligentia, ut rarissimè vllam præsentiat à foris læsionē. Atq; ita sane & nos, cum ex nobis nimiū simus delicati ac molles: facillimeq; à quibuslibet intrauolantibus cogitationibus nocumenti susceptibiles: obumbrante tn̄ & operiente nos iugiter protectione diuinæ custodiæ, tuti sumus, neq; vllum nocumentū persentimus, donec illa nos non destituit. ¶ Versu 11. Adipem suum concluserunt. Quo dicimur continere vel cōcludere super aliquē viscera, qn̄ misericordiā cōtinemus, & nolumus misereri (iuxta illud. 1. Ioan. 3. Qui habuerit substantiā huius mundi, & viderit fratrē suū necessitatē habere, & clauserit viscera sua ab eo, &c.) ita ad eandē sensum dicere possumus cōcludere adipē, in quo sedes esse vr̄ misericordiæ. Cuius est indiciū, q͏ homines pinguisculos, & obesa carne videamus magis lenes, tractabiles, mites, atq; misericordes: macilentos autem & excessos, experiamur magis crudeles, feros, intractabiles atq; nōnunq̄ īmanes, & prorsus immisericordes. ¶ Versu 12. & 13. Proijciētes me nūc circūdederūt me, &c. Sic loquit, acsi iā piectus, pstratus, atq; persum datus sit ab inimicis, sitq; iā ab illis in pdā susceptus eū tn̄ prius suam allegauerit iustitiā, & iniqtatis nullius sibi fuerit conscius. Proinde duo hi versus sic intelligant oportet, quō in Elucidatione expositi sunt de inimicorum malitioso conatu. Aut fm cū loquēdi modū accipiatur, quo id q͏ futurū metuimus, quasi præsens reputamus atq; enunciamus. Indubiè. n. facillimè id nobis cōtingeret proijci, psterni, & in pdā suscipi, nisi nos seruaret diuina ptectio. Qd etiā dr̄, Oculos suos statuerūt declinare in terrā: pter sensum in Elucidatione assignatū, accipi ēt. pōt, vt sit idē qd prius dictū ē, Adipē suū concluserūt. Solent. n. qui misereri oīno nolunt, in terrā oculos defigere, & nolle ad eū qui patitur miserum, oculos dirigere, ne forte moueat aspecta patientis miseria. Id in parentibus ac magistris, parcere nolentibus pœnā cōmeritis filijs siue discipulis, est cōspicuū. ¶ Versu 14. Frameam tuā ab inimicis manus tuę. Per framcā nōnulli intelligēdū putāt spiritū & animā hoīs iusti. Per hāc. n. Deus aduersum inimicos pugnare cognoscitur, eosdēq; superare. Verū ea expositio, q̄ monstrat Elucidatio, magis pbanda vr̄: videlicet, vt per frameā, rompheā, siue gladium intelligatur potestas illa quæ à Deo malis subinde cōcedit. Potestatē. n. omnem quā habet diabolus, qua ad nocendum vtitur, non nisi à Deo habet: tametsi ab eo concessa non sit ad hoc vt noceat. Similiter & hoīnibus prauis à Deo gladius frequenter cōcedit ad exercitationē electorum: dū impijs regna, imperia, dignitates, prefecturæ, diuitiæ, potentia, authoritas cōtingūt, quibus rebus nocere valēt, suntq; formidabiles. Hāc aūt frameā postulat iustus eripi, auferriq; ab inimicis manus Dei, id est, sic cohiberi Diuina virtute, vt nocere sibi nunq̄ possint, neq; aliqn̄ hac sua potestate pualeāt. Quia enim inimici sunt manus Dei, & aduersarij potētiæ eius, optādum est ab ijs qui amici sunt manus Dei, vt aduersus gladius ille tollat de manibus ipsorū. ¶ Versu 15. Domine à paucis de terra diuide eos in vita eorum, &c. Particula ista, in vita eorum, ī medio posita, à plerisq; ad pcedētia refertur ad verbum diuide, hoc modo, Diuide eos in vita eorum. Quæ cōnexio rectā habet intelligentiā, qm̄ impij etiā donec viuunt, secundum iudicium Diuinæ discretionis meritò segregant & diuiduntur ab electorum numero: dum absq; charactere Dei, absq; pignore & signo salutis separatim consistunt à patre diaboli, diuisi à filijs Dei, & cauterio diaboli signati iuxta verbum Api, cauteriatā habētes suā ɔscientiā. Diuidit quoq; eos Deus ab electis, qui pauci sunt, dum eis nunc cōcedit tēporalibus frui prosperitatibus suos autē electos disciplina paterna corripit, & multis aduersitatibus affligi & exercitari pmittit. In Elucidatione tn̄ consequētibus hanc particulam conjungimus, legentes hoc modo, In vita eorum de absconditis tuis adimpletus est venter eorum

1. Ioan. 3

1. Ti. 4.

tũ: ppea ꝙ huius connexionis intelligentia nobis facilior & commodior videretur. ¶ Versu eodem, De absconditis tuis adimpletus est venter eorum. Abscondita ista Dei intelligi possunt, vel tpalia & caduca bona quæ Deus non aspicit, quia neminẽ pp illa aspicit aut acceptum habet, sed tñ ob bonam voluntatem, & fidelem, quæ sibi exhibetur seruitutẽ. Dñr aũt hæc abscondita Dei, id est abscondita Deo: non ꝙ ea ignoret, sed quia non probat neq; aspicit ad illa Possunt etiam intelligi vitia & peccata; quę abscondita sunt à Deo, quoniam ea reprobat Deus & detestatur. Quam vtramque intelligentiam indicat Elucidatio. Per uẽtrem aũt recte accipimus ipsam carnalem concupiscẽtiam vel cupiditatem illorum: quã

A cum Deus sua permissione illis implet, concedendo eis temporalium bonorũ abundantiã, quasi ventrẽ eis implet de absconditis. Vitijs, quoq; & peccatis vẽtrẽ illis adimplere Deus intelligit, quia pmittit illos suæ cupiditati & concupiscẽtiæ obsequi, & abundanter illis præbet vnde suæ ɔcupiscentiæ & cupiditati satisfaciãt in uitijs degẽtes. ¶ Versu. 16 Saturati sũt filiis. Hoc loco, pro filiis habet Psalteriũ Romanũ, porcina, Saturati sunt, inquit, porcina, hoc est, immunditia & sordibus peccatorũ vel tpaliũ bonorum. Atq; hoc B modo legit & interpretatur beatus Augustinus, agnoscẽs tñ & nostrã vulgatã lectionem, quã ẽt interpretatur, per filios intelligens operaꝰ mala, dicens illos filijs saturos, quia operibus malis plenos.

## DECIMISEPTIMI PSALMI ARGVMENTVM.

2.Re.22 *PSalmus iste vna cum titulo, ex libro Regum acceptus inuenitur. Est autem gratiarum actio cum laude & commemoratio præteritorum beneficiorum, quæ rex ipse & Propheta mirabilia sibi à Domino Deo exhibita benefiaia commemorat, potissimum in liberatione ab oĩbus inimicorum oppugnationibus. Aduersus hos enim totus Psalmi decursus loqui conspicitur. Et primũ quidẽ, quemadmodum à grauissimis sit pluribusq; periculis Dei beneficio liberatus, generaliter edicit vsq; ad uersum nonum, post hunc specialius modum Diuinæ liberationis, & terribilẽ Dei ad pugnandum pro se aduentum describens, versibus decem proxime sequentibus, plurimumq; iuuabit in horum versuum intelligentia, Dominum quasi virum pugnatorem attendere, & modum obseruare corporaliter pugnantium. Nam introducit hic Psalmista Dominum quasi virũ pugnatorem, qui ad hoc de cœlis descenderit, vt sibi cõtra hostes ferret auxilium. Deinde à versu 19. ad exagerandam liberatoris sui gloriam, hostium fortitudinem & sæuitiam proponit, à qua se gloriatur liberatum. Allegat aũt suæ liberationis causam Versu 21. ex Dei beneplacito & ipsa sua innocentia, quam ad Dei gloriã prolixius protestatur, dicens se custodiuisse vias Domini & alia huiusmodi, quæ ad perfectã pertinent iustitiã. Deus verò cum talis sit erga vnumquemq; nostrum, quales nos erga ipsum monstramus (cum sanctis sanctus, & cum peruersis ipse quoq; crudelis, superbos humilians, humiles exaltans) ob hoc ab eo meruisse se dicit liberationem, inimicos verò confusionem Atque hæc quidem vsque ad uersum. 31. Dehinc verò in Dei speciali spiritus exultatione & feruore raptus, miris modis prædicat eundem, partim quantum ad ea quibus in seipso magnus est & laudabilis, potissimum autem in ijs quæ ipse ab illo accepit beneficijs Et super omnia fortitudinem illam cœlestis auxilij, qua super inimicos obtinuit victoriam perfectam, atque etiam inposterum obtinere non dubitat, multis versibus prolixè ardenterq; commemorat, Deo non solum in omnibus dans gloriam. Propter quod commemoratis tãbus, in laudis proposito Psalmum finit ac terminat ¶ Aduertendum est aũt hunc Psalmum plerosq; fidelium totum Christo applicare gratias agentẽ patri, pro sua suorumq; mirabili liberatione & mirifica exultatione alios, ad Ecclesiam, pro liberatione à grauissimis periculis & persequutionibus Quas intelligentias nequaquã reprehendimus, neq; abijciendas censemus, imo in annotationibus post hunc Psalmũ adijciendis monstrabimus (vel figuraliter) vtramq; Quia tamen difficile est singula oĩno ad Christi personã aũt Ecclesiæ adaptare. facilius autem ipsi personæ Dauid, idcirco hunc in nostra Elucidatione faciemus loquentem. Deoq; suo liberatori (quod & titulus patenter indicat) gratias agentem. Nos verò illum audientes tam feruenti spiritu Dei beneficia prædicantem, Deumque liberatorem mirifice efferentem, discamus ab eo quemadmodum pro acceptis beneficijs nos quoque saluatori nostro grati esse debeamus.*

DECIMISEPTIMI PSALMI E-
ELVCIDATIO.

ILIGAM te Domine fortitudo mea:
Ioan 15 Diligere te volo ex corde bono Domine Deus
Philip 4 meus, & vero charitatis amore tibi semper adhęrere, indissolubiliterq; copulari in sempiternum, quandoquidem tu mea es omnis fortitudo, sine quo omnino nihil possum facere, & in quo me confortante possum quæcunque possum:

* *Dominus firmamentum meum,*

tu es Dñe stabilimentum meum, sup quē firmus ac solidatus consisto, quasi super firmā & immobilem petram: cui donec innitor, impossibile est in lutum peccatorum immergi pedes meos:

* *& refugium meum, & liberator meus.*

es quoq; mihi in tutissimum refugium, & tanquam arx munitissima, ad quam confugiens, & intra quam me cōcludens seruabar, ab omnibus inimicis, & es mihi omnimodus liberator atque saluator.

2 *Deus meus, adiutor meus, & sperabo ī eū.* G

Tu es Dñs Deus auxiliator meus, mihi sp. in adiutorium paratus contra inimicos meos: & ob hoc in te securus spem meā omnem totamq; fiduciam constitui.

3 *Protector meus & cornu salutis meæ:*

Protector quoq; ac defensor es mihi contra oppugnationes hostiles, & totū robur ac vis saluationis meę: p quē & inimicos meos debellare queo, & expugnare, sieq; de manibus eorū meipsum saluare, quēadmodū suis cornibus solēt se aīalia nō solùm saluare ab opugnantibus, sed per eadem etiā oppugnare atque deuincere: H

* *& susceptor meus.*

susceptor meus atque defensor es, qui in defensionem me suscepisti.

4 *Laudans inuocabo Dominum:*

Cum laude & gratiarū actione pro perceptis pietitis beneficijs inuocabo Dñm ex toto cordis affectu quandocunque me contigerit ab hostibus oppugnari:

* *& ab inimicis meis saluus ero.*

& ipsius bñficio (nihil dubito) saluabor, liberaborq; quantocius ab oībus inimicis meis, ita vt nihil mihi vniuerso suo conatu valeant nocumenti inferre.

5 *Circumdederunt me dolores mortis:*

Quæ mihi data sunt experiri, recitabo ad gloriā Dei mei, vt pro magnifica sua liberatione, digna laude celebret liberator. Fuit enim, qñ dolores grauissimi quasi dolores mortis me ita circundederunt ex omni parte, ita coangustauerunt, quēadmodum coangustari solent & vehemētissimis cruciari doloribus qui sunt morti proximi:

* *& torrētes iniquitatis conturbauerūt me.*

tantosq; dolorū cruciatus mihi intulerūt impiorū dæmonū & hoīum prauorū F psequutiones: qbus, veluti torrēte impetuoso à fonte iniquitatis manāte, obrui, & opprimi, ac pene submergi videbar.

6 *Dolores inferni circumdederunt me: præoccupauerunt me laquei mortis.*

Ex omni parte angustiæ me pressérunt maximæ, quales sentiūt q sunt in inferno, & iā occupasse me ante tps videbant laquei mortis atq; damnationis æternæ, & quasi illaqueatus iam videbar mortis laqueis adhuc in corpore viuens: ita vt super terram existens corpore, spiritu mihi viderer in angustijs inferni constitutus, viuensque mortuus.

7 *In tribulatione mea inuocaui Dominum: & ad Deum meum clamaui.*

In his aūt tantis tribulationū angustijs, in rebus tā iuxta humanā viā desperatis, memor Dei liberatoris mei ad ipsum leuaui oculos, eumq; in auxiliū ex cordis intimo aduocaui, & clamorē orationis meæ direxi ad illū, magno affectu ad illū clamans pro salute de tantis periculis.

8 *Et exaudiuit de tēplo sācto suo vocē meā:*

Ipse verò benignissimus Deus nō despexit orationē supplicantis (tametsi in sublimibus cęlorū habitet, & ego iacerē in imis terræ) sed benigne exaudiuit orationē meā de sublimi solio glorię suę, de cęlo sancto suo, in quo vt in templo ad suā cum electis inhabitationem deputato & specialiter sanctificato, inhabitat:

* *& clamor meus in conspectu eius introiuit in aures eius.*

& clamor orationis meæ intromissus est ante conspectū maiestatis eius, ascenditque & peruenit vsq; ad aures ipsius, eumque ad miserendum & implēdum postulata

lata inclinauit.

9 *Commota est & contremuit terra, fundamēta montiū cōturbata sunt & commota sūt:*
Aduenit autem mihi quantocyus in auxilium cōtra inimicos, mirabiliter admodum & terribiliter, ita vt quasi moueri & contremiscere terra videretur, adeo vt ēt montes à fundamentis commoueri viderentur atque conturbari:

* *quoniam iratus est eis.*
hunc autem terrorem exhibuit aduentu' p̄sentiæ, suæ ad ostensionem iræ, suæ quoniam ira accēsus erat aduersum iniquos me iniuste persequentes.

10 *Ascendit fumus in ira eius, & ignis à facie eius exarsit:*
Eratq; hæc eius ira, & indignatio magna ualde quemadmodum cū de facie huomi nis ira perciti fumus videtur exurgere p̄ nimio feruore iracundiæ, & cum videtur ex vehementi sanguinis commoti inflāmatione quasi ignis flāma à facie hominis furentis exardescere:

* *carbones succensi sunt ab eo.*
ira vt ab ira sua ueluti carbones succēderent ignem uindicem de cœlo super inimicos demittens.

11 *Inclinauit cælos & descendit:*
Humiliauit semetipsum habitator cœlorū sublimiū, & modo quodā cœlos inclinauit, cum de sublimitate cęlorum descēdit, vt mihi in terris ferret auxilium,

* *& caligo sub pedibus eius.*
& caliginosę nubes erant sub pedibus aduenientis, calcabatq; nubes, & quasi pro scabello subiectas habebat, in terrore adueniens.

12 *Et ascendit super Cherubin & uolauit,*
Et quemadmodum ii qui ad pugnam se parant, equos ascendunt, quorū in bellis utunt ministerio & fortitudine: ita Deus pro me ad pugnā veniens ascendit, nō super equos, neque currus equorū, sed super cherubinos spūs, super nobilissimos illos, cādidissimos, celerimos, fortissimosque vectores, super quos ipse tesidet, qui que illi sunt pro curru, & his vectoribus non accurrit, vt qui equis vehunt, sed celerrime aduolauit, nullā omnino morā patiēs, sed absq; mora statim præsens vbi cunque placuerit.

* *volauit super pennas ventorum.*
A aduolauit (inquam) non alis auium gestatus q̄ aerem secando cum difficultate peeptibiliter moueri cōspiciunt, sed quasi super uentorum pennas, quasi ventum p̄ alis habens, ad modum uenti celerrime absque ulla resistentia ac mora & im perceptibiliter aduolās, ventunq; tempestuosum simul adduxit secū, ad inimicorū meorū terrorē, quo ipse quasi vehi, & veluti alis quibusdam uolare videbatur.

13 *Et posuit tenebras in latibulum suum:*
Aerem quoq; perfudit, impleuitque tenebris, ptæ nimia densitate nubium, atque B ita in tenebris sibi latibulum costituit, seque occultauit, vt tanto maior esset hostibus terror, eum plagas de super acciperēt ferientem autem non viderent:

* *in circuitu eius tabernaculum, eius tenebrosa aqua in nubibus aeris.*
erat tabernaculum eius in circuitu, nēpe aqua tenebrosa in nubibus aeris, hoc est, per circuitum sibi faciebat quasi tabernaculum & castrū ex aquis nubiū tenebrosis, ex nubibus aquosis, quæ erāt in aere inter nubes cœli. Ex his .n. insolito mō coagmentatis atq; condensatis: quasi fortalitium atq; munitionem sibi faciebat, unde pugnare aduersus inimicos meo.

C 14 *Præ fulgore in conspectus eius nubes transierunt.*
A fulgore aspectus eius qui procedebat à præsentia ipsius, nubes inflāmatæ celerrimo uolatu motæ sunt & aduersus inimicos in sagittarum modum directę:

* *grando & carbones ignis.*
simulq; à præsentia & iussione eius, grando insolita & flammę ignis in modū carbonū pariter cōmixta, p̄iecta sūt ī hostes

15 *Et intonuit de cælo Dominus, & altissimus dedit vocem meam.*
D Vocem quoq; tonitrui terribilem de supernis nubibus illis (ex quibus sibi tabernaculum & cœlum quoddam, constituerat) emisit: & ipse altissimus, qui de excelsis p̄ me pugnabat, terribiles atq; insolitos edidit tonitrus, ad inimicorū cōturbationē:

* *grando & carbones ignis.*
grando insolita, & ignis flammæ in modum carbonum uehementer accensæ, pariter ferebantur.

16 *Et misit sagittas suas, & dissipauit eos*
Et quēadmodū de castris ac turribus in hostes

hostes iacere solēt, q intus pugnāt, sagittas & iacula, aduertēdū illos in fugā, sic oīpotens Dñs de tabernaculo suo emin̄ emittebat coruscationum suarū sagittas in hostes meos, quibus perterrefacti mox terga dederunt, suntq; præ timore abinuicem diuisi atq; dissipati, ordine perturbato, singulis quo videbatur fugientibus.

* *fulgura multiplicauit, & conturbauit eos.* erant aūt sagittę eius fulmina terribilia, quæ multiplicando copiose iaculabatur in illos & conturbati sunt terrore uehementissimo, cum pro me pugnantem desuper cœli Dominum sentirent, animoque destituti in fugā acti sunt præcipites F

17 *Et apparuerunt fontes aquarum,*
Tantos verò Deus exoriri fecit, tamq; terribiles terræ motus, ad illorum conturbationem, ut confractis canalibus confractisq; absconditis aquarū fontalium meatibus, pateret occulta fontium.

* *& reuelata sunt fundamēta orbis terrarū.* loca quoq; subterranea & profunda, quę uidebantur quasi in fundamēto orbis terrarum abscōdita, per terræ commotionē uel aperta vel scissa (vt in terræ motibus fieri solet) denudata atq; patefacta sunt.

18 *Ab increpatione tua Domine,*
Omnia autem hæc terribilia & horrēda portenta, quibus cōturbati sunt, fugatiq; G hostes mei, ab increpatione & iracundia tua Domine super illos processerunt:

* *ab inspiratione spiritus iræ tuæ.* ex eo q̄ flauit aduersum eos flatus indignationis tuæ, ab immissione vindictæ quā in ira tua excitasti, emisisti, ac ueluti flare fecisti, ad modum uenti tempestuosi contra illos.

19 *Misit de summo, & accepit me,*
Ita misit de summitate cœlorū (quos inhabitat) Deus altissimus cœleste mihi auxilium à terrarum infimo ad se exclamanti, & sua defensione de manibus persequē H tium suscepit me:

* *& assumpsit me de aquis multis.* & assumpsit me in protectionē, liberauitq; à multitudine populorū & hostium innumerabiliū, qui me uelut inundātes aquæ absorbere volebant & perdere: aut à multitudine exorientiū tribulationū atq; persequutionū, quibus verisimiliter erā obruendus atq; absorbēdus, nisi me Diuinę protectionis assumpsisset custodia.

20 *Eripuit me de inimicis meis fortissimis & ab his qui oderunt me,*
Ipse me liberauit ab hostibus meis, qui erant fortes atq; robusti supra modū, potentes ualde ad nocendum mihi, & à talibus inimicis q̄ me obfirmato animo & īplacabili odio habebāt exosū, qbus mea pditione nihil prius est neq; optabilius, Iob. 5. Ps. 123.

* *quoniam confortati sunt super me.* idcirco autem ipse suam mihi liberationē dignanter exhibuit, qm̄ uidit inimicos meos esse multo me robustiores, & (quantum ad meam attinet uirtutem) illos mihi cōspexit facile p̄ualituros, nisi suo mihi succurrerent auxilio.

21 *Præuenerunt me in die afflictionis meæ,*
Quasi præoccupando, tam numero multitudinis, q̄ magnitudine uirtutis fortiores contra me exurgunt imparatum, & (quantum ex memetipso) longe inferiorē excitantes mihi afflictionis diem, magnamq; mihi angustiam inferentes

* *& factus est Dominus protector meus.* uerum Dominus Deus aduersus illorum insultus protectorem se ac defensorem exhibuit mihi.

22 *Et eduxit me in latitudinem,*
Qui quidē sua ualidissima potētia, quasi uir pugnator, de manibus inimicorū me liberatū cōstituat in latitudine libertatis extra omne periculum, oēm à me angustiam animi & cordis anxietatē repellēs.

* *saluum me fecit, quoniam voluit me.* ipse me ab oībus inimicorū insultibus saluum faciat illæsumq; abire, non pp meę iustitię cōdignū meritū, sed pp beneplacitū benignę voluntatis suæ. qm̄ ita placitum fuit ante illum, qua me elegit & saluare me uoluit, idcirco & fecit.

23 *Et retribuet mihi Dñs sm̄ iustitiā meā,*
Respiciet nihilominus (tametsi primæ liberationis meæ causa sit bona eius erga me volūtas) ad iustitiam atq; innocentiā meā, in qua sedulo conuersari studeo ante cōspectū ipsius, & secundum eam mihi bona retribuet sibi seruienti. Exod. 15

* *& secūdum puritatē manuū mearum retribuet mihi.* secundum puritatē conuersationis meæ, & bonorum operum rectitudinē, quā adiuuāte ipsius gratia sedulo conor operari

benefa-

benefaciet mihi. Est enim hoc iustum, vt A
seruus à domino protectionem accipiat
atque defensionem oportunam.

24 *Quia custodiui vias Domini:*
Sic enim multus testimoniũ perhibet cõ
scientia, quod præcepta atq; mãdata Dei
(per quæ ambulare nos voluit) diligen-
ter custodiui, eaq; obseruare solicitus fui:

* *nec impie gessi à Deo meo.*
neq; impietatem feci aduersus Dominũ
Deũ meum per quã in finẽ ab eo diuide-
re, aut quę inter me atq; illum inimici-
tias constitueret, ob quam protectionis
mihi iustè subtraheret patrocinium. B

25 *Qm̃ oĩa iudicia eius in conspectu meo:*
Quoniã iugiter ante oculos habeo, &
mentis cõsideratione verso omnia pcepta
eius, quæ disposuit nobis in iudicio:

* *& iustitias eius non repuli à me.*
atque etiam iudicia illa, quibus obseruatores præceptorũ suorum discernit præmio à præuaricantibus.
& præcepta ipsius iustissima, in quorũ ob
seruatione homo iustificatur, non contempsi, nõ abiecit per transgressionẽ, sed
reuerenter suscepi atq; custodiui, per stu-
diosam obseruationem, permanendo in C
Actu.10 eis: Opera quoq; iustitiæ veræ, quæ illi est
accepta, non neglexi: sed soitcitè amplexatus sum ea.

26 *Et ero immaculatus cum eo:*
Et quemadmodum hactenus cõuersatus
sum in beneplacito eius, ita etiam amo-
do in residuo temporis mei propono im
maculatus, permanere cũ eo, & sine macu
la peccati ante cõspectum eius cõuersari:

* *& obseruabo me ab iniquitate mea.*
sicq; in eius gratia & dilectione in fine vſ
que perseuerare & obseruare me volo, di-
ligẽterq; mihi cauere ab oĩ iniquitate, neD
quam aliquando contra Deũ meum cõ-
mittam, per quam ab eo diuidi merear,
eiusq; gratia & defensione priuari.

27 *Et retribuet mihi dominus secundum iu-
stitiam meam:*
Et cum iuxta bonũ istud rectitudinis pro
positũ ambulauero, certus sũ q̧ bona red
det mihi iustissimus & misericordissim᷒
Dominus, iuxta eã quam in me agnouerit iustitiam atque innocentiam:

* *& secundum puritatem manuum mearũ
in conspectu oculorum eius.*

& secũdum munditiã cõuersationis ope-
rumq; bonorum quæ operatus fuero in
sanctitate & iustitia coram ipso, quasi ad
gloriã & laudẽ eius, tanquã ipso inspecto
re & iudice, certus sum quod bona retri
buet mihi, & in præsenti auxiliũ oppor-
tunum non denegans, & in futuro secu-
lo salutem largiturus æternam.

28 *Cum sancto sanctus eris:* Lucæ.1.
Et de his quidẽ fide certissimus nihil om
nino addubito, ò iuste & misericors De᷒,
quia ita sis cũ seruis tuis sp actururus. Talis. n. tu erga vnumquenque existis, taleq;
te vnicuiq; exhibes, qualis ipse erga te fue
rit, & qualem se erga te monstrauerit. Erga eos. n. qui in sanctitate tibi atq; iusti-
tia student seruire, sanctum te exhibes,
ac misericordem, eos in te sanctificando
amplius, & teipsum sanctificando in eis:
agisq; cum eis sanctè per omnia, & mise
ricorditer:

* *& cum viro innocente innocens eris.*
& cum homine innocẽte, qui te curat nõ
offendere, tu quoque innocẽter ages, nõ
redditurus illi malum quod nõ commeruit, neque illi nocebis in veritate, vt ille
à noxa sibi cauit erga tuam maiestatem.

29 *Et cum electo electus eris.*
Cum amico tu amicè ages, & qui te elege
rit in Dominum, tuæ se seruituti ex bona Ioan.15.
voluntate addicens, hunc absq; dubitatione & tu vicissim me eliges in seruum,
imò amicum, imò filium:

* *& cum peruerso peruerteris.*
contra verò, qui corde peruerso p malitiam te derelinquẽres ad vitia & peccata
conuertunt, his tu puersus eris, id est,
crudelis, atq; seuerus & formidabilis vl- Matt. 5.
tor, agensq; cum illis non (vt cum priori
bus) benignè amicè, sed peruersè siue pra
uè: hoc est seuerè admodum atq; distri-
ctè, traditurus nimirũ huiuscemodi tortoribus, atq; ab eis exacturus omnia ad
nouissimum vsq; quadrantem, vt tanto
sentiant te seueriorem vltorem, quanto
prius benignum & misericordem dominum contempserant.

30 *Qm̃ tu populum humilẽ saluũ facies:*
Tu enim es, q homines spiritu paupe-
res, ac sĩplices corde, benigne respicis, fa Ibidem
cisq; saluos, & nũc eos à malo custodiẽs,
& in futura vita ad salutẽ ęternã exaltãs:

*& ocu-*

** & oculos superborum humiliabis.*
eos autẽ qui incedunt in superbia, fastũ atq; extollentiam animi elatis oculis mõstrantes, hos tu p tuã iustitiã de primes, & ad terrã vsq; summa humiliatione psternes. Veniet.n. quando omnis qui se
Luc. 14. modo exaltauerit, humiliabitur: & econuerso, qui se humiliauerit, exaltabitur.

31 *Qm̃ tu illuminas lucernã meã domine:* Et quidẽ tu ipse es Dñe, qui illustratione superna cœlestis radij meam mentem illuminas, eamq; velut candelã aut facẽ ardẽtem lucere facis, per tui spũs irradiationem, veluti particulã quãdã illius increati luminis infundendo in aĩam meã.

** Deus meus illumina tenebras meas.*
& hãc illuminationem te præcor vt perficias, ita vt cor meum tenebricosum (qd ex sese nihil est nisi tenebræ, & obscuritate ignorãtiæ plenũ) perfectẽ illumines: & si quid forte adhuc latet tenebrarum, hoc ipsum p lucis tuæ irradiationẽ depellas, vt prorsus nihil in me remaneat tenebrarum, nihil obscuritatis sit horridũ, sed tua luce clarescant, luceant, ni eantq; omnia.

32 *Quoniam in te eripiar à tentatione:* Per te.n. oẽm tentationẽ, quęcunq; obuenerit, siue corporalem, siue spiritualem superare possum, atque liber euadere:

** & in Deo meo transgrediar murum.*
Philip. 4 & in te, ô Deus meus (qui me illuminas, me adiuuas me deducis, meq; cõfortas) oĩa possum: neq; quicquam omnino est vel tã graue, vel tam humano iudicio impossibile quod non in cõfortatus, tuoq; amore cõfirmatus possim ac valeam, siue agere, siue sustinere: etiam si (vt ita per excessum quendam rei magnitudinẽ exprimã) murus validus foret trãscendus, qd
Ibidem. apud hoĩes tñ iudicaretur difficilimum.
Rom. 8. Omnia.n. possunt in eo qui me confortat: & certus sum, quia neq; mors, neq; vita, neque vlla creatura, vlla tentatio, poterit ab eius charitate me separare.

33 *Deus meus impolluta via eius:* Dei mei via est immaculata: hoc est pręcepta eius (per quæ nobis ipse constituit ambulandum) nihil immundum, nihil prauum continent:

** eloquia domini igne examinata.*
sermones Domini, siue præceptorũ, siue promissionũ, sunt probatissimi, purissimi E atq; castissimi, ad modũ auri puri qd igne probatũ est atq; purgatũ, dispositi in summa veritate atque æquitate: nã veritas Psal. 11.
ipsa sunt & æqtas, nihil cõtinentes prauitatis, nihil vanitatis, nihil mendacij: Psal. 18.

** protector est omnium sperantium in se.*
securus ac certus protector ipse est omnium in se recto corde sperantium.

34 *Quoniam quis Deus præter dominum: aut quis Deus præter Deum nostrum?* Ipse.n. solus est Deus verus oĩpotẽs, qui possit in se sperãtes pțegere dextera sua, neque alius est Deus verus, siue ĩ cœlo, siue in terra, pter vnum Dñm & Deũ verũ quẽ nos credẽtes in eũ colimus, quem laudamus, cui nũc psallimus, cui vni vt soli vero Deo, nr̃a omnia ferimus accepta.

35 *Deus qui præcinxit me virtute:* Ipse est qui me armat, cõfortat, & quasi ad pugnam accingit fortitudine, per virtutem gratiæ suæ me corroborando.

** & posuit immaculatam viam meam.*
& viam vitæ, conuersationisq; meæ gressum ipse custodiuit sine macula peccati, faciens me vias rectas percurrere.

36 *Qui perfecit pedes meos tã quã ceruorũ:* Ipse est, q pedes meos ita veloces reddidit, atq; ad cursum ita pfectẽ agiles mobilesq; effecit queadmodum sunt pedes ceruorum, q in currendo sunt celerrimi. Sic.n. & me fecit p agilitatẽ internæ gratię suę, celeriter alacriterq; absq; pigritia, vias percurrere pceptorum suorum.

** & super excelsa statuens me.*
& ipse est, qui me super excelsa cõstituit, ita me confortans, vt etiam vias difficiles ambulare, & ea quæ hominibus alta ac nimis sublimia, vixq; possibilia videntur, audeam in ipso tentare.

37 *Qui docet manus meas ad prælium:* Ipse est q me docet manibus præliari aduersus hostes meos, qq; in pręliãdo manus meas dirigit atq; cõfortat, vt me pugnante ipse magis q̃ ego dicendus sit pugnare. Sic n. illi est placitum, ad faciẽdã cõtra inimicos nostros victoriã, nr̃arum manuum, nr̃arumq; uirium frequenter vti ministerio, quo confusibilior fit hostiũ prostratio ab imbecilli hoĩs manu:

** & posuit vt arcum æreum brachia mea.*
ipse brachia mea inpugnando facit quasi æreum arcum, ad ferendum fortia, ad lęsionem,

fionē, suscipiendum dura & verberū icti A bus non cedentia, nullis potentia laboribus aut frangi aut fatigari: Id.n.præstat suis pugnatoribus. Deus, vt in pugna strenuè feriant aduersarios, ab ipsis autē læsionem non suscipiant: facitque eos nec aduersariorum ictibus vulnerari, nec frāgi pugnæ molestiis.

38 *Et dedisti mihi protectionē salutis tuæ.* Et saluasti me domine protectione tua ab omnibus inimicis meis:

* *& dextera tua suscepit me.*

& virtus oīpotentię tuę ipsa me defendit ab illorū īsultibus atq; oppugnationib⁹ B

39 *Et disciplina tua correxit me in finem:* Et eruditio interiorq; instructio tua ipsa me rectificauit, inq; rectitudine cōstituit ad perseuerandum in ea vsq; in finem:

* *disciplina tua ipsa me docebit:*

Esai.28. Interior tua instructio siue eruditio ipsa me docebit quomodo in omnibus agere debeam, & conuersari.

Ipsa ēt exterior per afflictionem disciplina atq; eruditio correxit me, atq; ad rectam viā reduxit, siqñ à rectitudine cœpissem in prauitates declinare: dansq; in intellectum inflicta vexatio à malo quātocyus reduxit, ita vt experientia mali edoctus, tanto de cętero firmius atq; solidius in viis tuis cōsisterē. Virga.n. disciplinę est, qua electos tuos (siqñ aberrare cœperint) ad bona reducis, firmiusq; (seueritate tua vel paululum experta) in te perstare facis, atq; perseuerare in finem. Vix.n. potest in finem perstare in numero filiorum, qui extra disciplinam tuam est, quiq; paterna tua visitatione non aliquādo corripitur.

40 *Dilatasti gressus meos subtus me:* Dilatasti quoq; subtus me gressus pedū D meorum, latisq; passibus me fecisti incedere: id est, feruenter me progredi, multumq; procedere ac promouere in via virtutum fecisti:

* *& non sunt infirmata vestigia mea.*

Hebr.12 & nō sunt debilitati pedes mei in ambulando vias tuas, neq; sunt infirmati in vestigiis suis, propter tuam confortationem, atque confirmationem gratiæ tuæ.

41 *Persequar inimicos meos, & comprehendam illos:*

in tua aūt hac confortatione non solum nou timebo inimicos meos, verumetiā persequi audebo, atq; ēt oppugnare & debellare eos, imò & comprehedēā illos, atq; sub mea redigā potestate d uictos.

* *& non conuertar donec deficiant.*

& non cessabo ab eorū impugnatione, donec illorū sensero defecisse virtutē, & deuictam esse contritamq; illorum potētiam: donec perfectam obtinuero victoriam, non remittam pugnam.

42 *Confringam illos, nec poterunt stare.* Conteram tuo auxilio virtutem illorum, atq; in nihilum redigā, nec poterunt cōsistere ante conspectū meum, ad mihi resistendum, sed victi confusiq; aufugient.

* *cadent subtus pedes meos.*

& quemadmodū ii q gladio cędunt, vulnerati cadunt sub pedibus cædentiū: ita cęsi atq; prorsus deuicti pstēnent ad pedes meos in testimoniū pfectę victorię.

43 *Et præcinxisti me virtute ad bellum:* Fortitudine pſentię tuæ armasti atq; animasti me, & quasi accinctū paratūq; fecisti ad pugnam contra inimicos meos:

* *& supplātasti insurgētes ī me subtus me.*

& eos qui in me insurgebant, q mihi bel C la mouebant, q mihi nocere quærebant, tu per auxilium tuū deuictos proiecisti subtus pedes meos, dans mihi ita perfectam de eis victoriam, vt iuxta placitum eos calcarem, cosq; vt scabellum pedum prorsus nihil facerem.

44 *Et inimicos meos dedisti mihi dorsum.* Et vertisti in fugam inimicos meos, fecistiq; eos præbere mihi dorsum, ad modū fugientium in prelio, qui desperata victoria terga vertentes, insequētibus pugnatoribus dorsum præbent liberè cędendum, neque vltra de pugnando cogitant aut resistendo:

* *& odientes me disperdidisti.*

& eos qui me odiose quærebāt perdere, tu per terrorē potentię tuę disperdidisti, dissipasti, atq; contriuisti, ita vt prorsus præualere in nullo poruerint.

45 *Clamauerūt, nec erat qui saluos faceret.* Cum cæsi præ miseria atq; cōfusione clamarent pro auxilio, non erat qui illis posset ferre suppetias. Siquidem manus Domini pugnabat aduersum illos, cuius potentiæ nemo potest resistere:

* *ad dominum, nec exaudiuit eos.*

etiam

et si ad Dñm cœli, cuius sup semanū sen E
Esa. 47. tiebant clamarē, nō exaudiebant: qm̄ nō
Dan. 4. ex corde puro inuocabāt, sed terrore tm̄
mortis contriti, potissimum φ in inno
centis persequutione fuissent deprehensi, quod Deo est abominabile.

46 *Et cōminuā eos vt puluerē ante faciē venti:* Et datum est mihi & ex diuina virtute cōterere atq; dispergere exercitus hostium meorum, sicut puluis à facie venti impetuose flantis dispergitur:

* *vt lutum platearum delebo eos.*
quasi lutum quod in plateis iacet, qd calcantium pedibus vndiquaque dispergi-
F tur & conculcatur, sic auferam, dispergā, atque deijciam illos.

47 *Eripies me de contradictionibus populi:* Tu me de cōtradictionibus, de oppugnationib. populorū saluabis, pacē mihi daturus ab hostibus meis per circuitum:

* *constitues me in caput gentium.*
insuper & constitues me principē, ducē, ac dnm super gentes plurimas, oēs quas tu subiugabis meo imperio, faciesq; me illis præeminentem in regni gloria, quē admodum eminet & excellit caput super membra extera.

48 *Populus quem non cognoui, seruiuit mihi: in auditu auris obediuit mihi.*
Populi alienigenę, quos prius nō agnouerā inter subditos meos, subiecti facti sūt mihi: & obedientissimi in solo auris auditu, mox ad auditum vocis atque iussionis meæ seruierunt mihi.

49 *Filij alieni mentiti sunt mihi:*
Filij, in alieni, filij iniquitatis, filii Belial, qui se meo imperio subtrahunt iniustē, quo peccent liberius, ip si mendaciter nequiterq; suo more egerunt, mecum pacta ac fœdera in ita minimē seruantes:

* *filij alieni inueterati sunt, & claudicauerunt à semitis suis.*
filii isti alieni (quos ego nō pro meis omnibus agnosco) inueterati sunt in malitiis suis: pp qd odientes iustitiā, odiunt me quoq; iustitiæ administratorē, & claudicauerunt, aberrauerunt q; à semitis suis, in qb. olim ambulabāt, obedientiā debitā & pmissā abiicientes, quos pp impietatē suā & ego nihili facio, ne q; perdendo multum me perdidisse existimo.

50 *Viuit dñs, & benedictus Deus meus:*
Viuis Dñe, estq; vita vera viuificans oīa, à quo supra narrata cuncta mihi præstantur: & benedictus sis tu atque laudatus Domine Deus, author salutis meæ & vnicus saluator meus:

* *& exaltetur Deus salutis meæ.*
& glorificeris magnificerisq;, ô Domine Deus, author salutis meæ.

51 *Deus qui das vindictas mihi:*
Tu (inquā) Deus q facis mihi vindictam atquē vltionem contra inimicos meos:

* *subdis populos sub me.*
& populos alienigenas non solum me non sinis opprimere, verumetiam subiectos & tributarios mihi facis ad ampliādam gloriam regni mei:

* *liberator meus de inimicis meis iracūdis,*
tu es unicus saluator meus, q me liberas de hostibus furore suo in me insurgentibus, & plia aduersum me excusantibus.

52 *Et ab insurgentibus in me exaltabis me.*
Et ab aliis qui opugnando atq; inuadendo insurgunt in me, tu salutem dabis mihi & victoria me sublimabis:

* *à viro iniquo eripies me.*
ab oībus iniquis q mihi iniuste quærunt
G malum, tu me eripies, faciesq; saluum.

53 *Propterea confitebor tibi in nationibus domine:*
Propter hoc confessione laudis ego te celebrabo in gentibus plurimis, quas tu mihi subiectas feceris:

* *& nomini tuo psalmum dicam.*
& psalmos laudis decātabo glorioso nomini tuo, in cōspectu oīum populorum.

54 *Magnificans salutes regis eius:*
Tu.n es magnificās saluatiōes regis tui, mirabiliter & magnifice saluās regē populi tui, quē constituisti sup populū tuū:
H * *& faciēs misericordiā Christo suo Dauid,*
misericorditer agens cū Dauid Christo tuo, quem tu electum unxisti oleo super populum tuum, ab omnibus hostibus & malis vniuersis eum liberando:

* *& semini eius vsque in seculum.*
neq; verò cū ipso solo, quātū ad eius singularē personā peculiariter attinet, verūetiam cū vniuersis posteris eius in sempiternum, qui verum fuerint semen eius, & paternæ iustitiæ fuerint sectatores. His .n. tu domine benefacies in misericordia tua, qui personarum acceptionem nesciens,

sciens, omnes tibi in iustitiæ veritatis fide A liter seruientes, gratos habes & acceptos vsque in æternum.

## ANNOT. IN PSAL. XVII.

TAmetsi hunc Psalmũ videamur per sonæ Dauid in Elucidationis pcessu peculiariter applicasse, nõ excludimus tñ eorum intelligentiã, q Chro aptare illum voluerint, imò et includimus, quemadmodum in figura figurarum continet, & in signo signatum. Siquidem Dauid, Chri figurã gessisse constat Et quæ de Da B uid ĩ psalmis dicunt aduersum inimicos suos dimicante, nõ est difficile ad Chrm contra mũdi principes, diabolos scribas que & pharisæos, p ueritate & humani generis liberatione pugnantem, accõmodare Neq; rursum erit difficile, Psalmum propositum ad ecclesiã referre: quę prius grauissimis psequutionibus agitata atq; concussa ac veluti mortis doloribus circundata, tandẽ est diuinitus mirabiliter liberata pp innocentiã suã: q à Deo multis est donis preciosis tanquam amabilis sponsa dotata, quæ et super alienigenas C populos accepit ex Dei beneficio principatum. Iterum, & iustus quilibet à grauibus periculis miro modo liberatus, Deo liberatori suo volẽs gratias agere, ex hoc Psalmo formam gratiarum actionis optimã poterit accipere. ¶ Versu quinto, Circũdederunt me dolores mortis. Si Chro applicet Psalmus, dolores istos mortis, & dolores inferni, intellige angustias & dolores agoniæ passionis atq; mortis: torrentes autem iniquitatis, persequutionẽ graui ssimã, quã impij dęmones, scribę atq; pharisæi aduersus eum suscitauerant. Si verò Ecclesię aptet, intellige affli- D ctiones & psequutiones grauissimas, quibus in suis primordiis fuit cõquassata à seculi principibus, ac deinde varijs hrticorũ adinuentionibus, à qbus et postremò in nouissimo Antichristi tpe grauissimè affliget ¶ Versu nono, Cõmota est & contremuit terra. Ab hoc versu vsq; ad decimum sequentẽ (hoc est, vsque ad versum 19) videnť hæc omnia ad personã Dauid commodius referri: certè facilius nihil est dubium. Chro aũt & ecclesię nõ nisi cum magna difficultate & obscuritate plurima. Pro quorum intelligentia est aduertendum, Deum nonnunquã seruo suo Dauid in auxilium ad fuisse inuisibiliter quemadmodum cum nullã exercitus pugnã exhiberet, sed inuisibiliter ipsum Dauid cum suo exercitu confortans, dabat cælitus victoriã. Nõnunquã verò nimia sua dignatione, ad ostendendũ alienigenis terrorem suum, populumq; suũ, ac seruum Dauid magnificandum corã oculis nationum, et visibiliter ad pugnãdum pro Dauid apparuit, euidentibus signis suam demonstrans præsentiam, & veluti armis corporalibus pugnando se manifestans, quemadmodum & de Iosue Iosue.10 legimus, quod ipso pugnante lapidibus de cœlo demissis pugnabať contra fugientes: & de Aegyptiis in mari rubro, cũ insequerenť Israelem, ingressi post eos in siccum alueum, respiciens.n.Dñs (vt Exo. 14. Exod.14. scribitur) sup castra Aegyptiorum, per columnam ignis & nubis interfecit exercitum eorum, & subuertit rotas curuum, ferebãturq; in pfundũ, quod videntes Aegyptiis, dixerunt, Fugiamus Israelem, quia Dñs pugnat pro eis cõtra nos. Sic & in secundo regum lib. cap. 5 legitur quemadmodum Philisthæis diffu- 2. Re. 5. sis in vale Raphaim, ad qrendum Dauid vnctum in regẽ Israel, Dñs ipse apparuit in cacumine pirorum. Sic.n. responsum fuit Dauid à Dño, Cum audieris sonitũ clamoris gradiẽtis in cacumine pirorũ, tunc inibis prælium, quia tunc egredieť Dñs ante faciem tuã, vt percutiat castra Philisthiim Et de hoc miraculo cõmode intelligi potest Dauid in his decẽ versibus peculiariter loquutus Vt enim insignis admodum & manifesta fuisse victoria, quam à Deo cælitus accepit pro se pugnante, propter quod dignum duxit illam singulariter in sua gratiarum actione cõmemorare Percussit enim tunc ipsis Philisthæos, à Gabaa usq, Geser, plaga maxima. Quãquã autem non exprimanť Ibidem. illo in loco oĩa quę hic dñr de terręmotu, de fulmine & tonitruo, & de nubibus cõdensatis, satis tñ est verisimile, oĩa illic sic apparuisse, qũo ipse q ad fuit, & pro quo exhibebanť hæc mirabilia, psens ipse cõspexit. Possũt nihilominus hęc omnia my-

nia mysticis sẽsibus ad Chr̃m referri, quę A iur. Deinde, vt ad q̃cunq; ꝓ eius amore
Ioan. 12 potentia Diuinitatis mirabiliter & magnificè fecit victorem sup aduersarias potestates, principẽ huius mundi (quẽ iudicatũ eiecit foras in ira sua) & ꝯtra oẽs seculi superbos, potẽtes, atq; sapientes quos cõturbauit & ꝯmouit p simplicium Apostolorum ꝑdicationem p hos de cœlo tonans, mittẽsq; sagittas eloquiorũ ardẽtium, qbus illi qdem fugati sunt, saluati aũt de manibus ac potestate eorum fideles: idq; pp irã Dei aduersum hostes generis humani, quã ostendit in plenitudine tp̃ris. Quę oĩa q exactius velit cognoscere, apud alios dignos fide cõmentatores teqrat ꝓlixius tractata. Nr̃a breuitas nõ patit̃ nos exactius singula prosequi. ¶ Versu 29. Cum peruerso peruerteris. Pro verbo peruerteris, qdã vetusti codices inueniunt̃ habere peruersus eris. Nihil autẽ differt sñiam quæ talis est peruerse ages, & peruersum te monstrabis, hoc est, seuerũ vltorẽ, & durum iudicẽ. iis q peruerso & nõ recto sunt corde. Cõsonat illi q vulgo dici solet, Malo nodo malus q̃rendus est cuneus. Illud aũt cõsidera ione dignissimum est, quãtę hoc sit cõsolationis, talẽ G erga nos sese mõstrare Deum Dñm, quales nos serui erga ipsum nos exhibem⁹. Profectò aduersum lõge est inter hoĩes, qui cum innocẽtibus plerumque peruerse agunt, nõ metuentes ab illorum innocentia vindictã, cum peruersis autẽ (quorum potestatem aut vim metuunt) quasi innocẽtibus, benignius agũt. ¶ Versu 31. Q̃m tu illuminas lucernã meã Dñe. Mẽs humana nõ ex se lux est vel lumẽ, sed lucerna, luminis vcʒ capax vt candela, quæ si igne fuerit cœlesti & lumine desuper participato accensa, lucet, & illuminat interiora hominis. Si verò accensa nõ fuerit neq; lumine cælitus participato donata cãdela est qdem sed extincta, nõ ardens neq; lucens. Iustorum autẽ mens, vt sit ardens, lucẽsq; lucerna à Dño illuminat̃ quẽadmodũ de Ioãne dr̃, Ille erat lucerna ardens & lucens. ¶ Versu 32. Q̃m in te eripiar à tentatione, & in Deo meo trãsgrediar murũ. Dei cõfortatio iustum ad duo facit valẽtẽ, in qbus est pfecta iustitia. Primum n. hoc agit, vt nulla tẽtatio ne à rectitudine & Dei charitate separe-

peragenda sit animo prõptus, et si difficillima & humanitus videant̃ impossibilia, cuiusmodi est murum transgredi. Horum prius innuit̃ cum dr̃, In te eripiar à tẽtatione. Posteri⁹ verò: cum dr̃ In Deo meo transgrediar murum. Quid. n. tã difficile vel ĩpossibile humanitus, quã murum trãsgredi? ¶ Versu 33. Deus meus impollutauia eius. Clarior foret orõ, si dixisset, Impolluta est via Dei mei, aut, De⁹ meus impollutã hẽt viã. Nunc verò dum primum Deus meus ponit̃, ac sine recto- F ne hoc relicto adiicit̃ per relatiuum, impolluta via eius, turbatior fit & inconfuse ta orõ: sed emphasis maior latet, & exprimit̃ hac in nouitate multa affectio, quẽadmodum & alibi dr̃, Dñs ipse est Deus. ¶ Versu 47. Eripies me de cõtradictionibus populi. Tres isti versus cõmodissime Chr̃o possent applicari. Ipse n. de contradictione quã (Paulo teste) à pc̃toribus aduersus semetipsum grauissimã sustinuit, Heb. 12. patris potentia ereptus, constitutus est in caput gentium, regemq; ac ducem populi, primogenitus factus in multis fra- Rom. 8. tribus, iuxta illud: Dabo tibi gentes hr̃di Psal. 2. tatem tuam, & possessionem tuã terminos terræ. Populus quoq; gentium qui prius fuerat idololatriæ deditus, quem prius Deus non agnouerat (quẽadmodũ neque cognitus fuerat ab eo) subiecit se seruituti eius, factusq; est obediẽs ei mox vt ꝑdicationem Apostolicã, verbum Euãgelii, doctrinã veritatis, auribus audire cœpit. Filii aũt alieni, Iudæi (qui ex electione paterna filii erant Dei, sed sua ꝓpria prauitate atque infidelitate facti à Deo alieni) ipsi mentiti sunt Chr̃o Dño, H negaueruntq; eum, dicentes se alium nõ habere regem, nisi Cæsarem: mẽtiti sunt verò Dño suo, illum abnegantes coram Põtio Pilato, suntq; obdurati & obsti- Ioan. 19. nati in sua malitia, & deuiauerunt à semitis fideliũ patrum suorum. Patriarcharũ atq; Prophetarum, & cæterorum iustorum q aduentum Christi toto corde desiderabant, quem hi aduenientem mali filii cõtempserunt, atque etiam intremuerunt. ¶ Versu ultimo, Magnificans salutes regis eius. Videtur esse incõmodum orõnis ex subita mutatione ꝑsonę. Priore

re siquidem versu dixerat secunda persona, Cõfitebor tibi, &c. nunc verò subito absq; cõnexione debita, subdit, Magnificãs salutes regis eius, & faciẽs misericordiã Chr̃o suo, tertia persona cũ dicendũ magis videret ad hunc modum, Confitebor tibi in nationibus Dñe, & nomini tuo Psalmum dicam. Tu enim es magnificans salutes regis tui, & faciens miseri- A cordiã Chr̃o tuo Dauid, & semini eius vsque in seculum. Verum de huiusmodi difficultatibus quæ in scripturis, ex personarum mutatione occurrunt, q; qs cõqueritur, delicatis auribus esse se ꝓbat, minimeq; in scripturis sanctis versatum, vtpote quẽ adhuc offendunt eiusmodi, qq; nõdũ illis assuetus, q̃ sunt scripturarum vsui familiarissima, mihi meq; extranea.

## XVIII. PSALMI ARGVMENTVM.

*ERucta Psalmista in hoc Psalmo, ex plenitudine contemplationis venturorum mysteriorũ nouæ legis magna & mirabilia fidei nostræ sacramenta, incipiens à prædicatione Euangelij quod per cœlestes illos Apostolos nocte & die pergens atque proficiens omnibus populis est prædicatum, cuiuscunque linguæ vel idiomatis fuerint in omnibus finibus orbis terrarũ. Atq; hæc quidẽ primis quatuor versibus, Dehinc versibus tribus sequentibus, Dei humanationẽ, atq; à patris sinu ad terras filij Dei descensum, ac posteriorem ad eundem regressum & sancti spiritus donationem prædicit. Post quæ à versu octauo de lege Euangelica (quã Christus adueniens tradidit obseruandam, ad quã Apostoli prædicandum per orbem fuerant missi) prolixius loquitur, multiplicetur eã commendans, vsque ad versum 13. Vbi deinde, à delictis quotidianis, in quibus multipliciter ẽt iustos contingit offendere, & ab occultis petit mundari, & à peruersis atque alienis Deum sibi parcere precatur: ita vt non dominentur eius, sicq; immaculatus perstare possit ante Deum, illiq; adiutori & redemptori suo grata semper laudis depromere cãtica.*

## XVIII. PSALMI ELVCIDATIO.

*COELI enarrant gloriã Dei.* Sublimes ac cœlestes viri, Apostoli sancti, (quos Deus sicuti cœlos inhabitat, suaq; luce dignanter perfundit, qui etiam in cæteros Inferiores omnes, super quos à Deo constituti sunt, mirabiliter & salubriter influunt) hi sunt, qui Dei magnificam gloriam enarrarunt, prædicaruntq; populis per orbem vniuersum:

* *& opera manuũ eius ãnũciat firmamẽtũ.*
& opera Dei, quæ ipse in potentia, sapien D tia, & bonitate sua mirabiliter est operatus, tam in rerum oĩum potẽtissima creatione, quàm in humani generis dignantissima redemptione, annunciauit venerandus ille senatus Apostolicus, qui est veluti firmamentum, in quo lucent ipsi vt fulgidissimæ quædam stellæ, totum mundum illuminantes.

2 *Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat scientiam.*
Verbum aũt prædicationis eorum, breuissimo tẽporis spatio percurrit & peruenit vbiq;, die vno diei alteri veritatis verbũ eructante, celeriterq; transmittẽte, & nocte vna alteri scientiã hãc verbi Dei, & Euãgelicæ legis cognitionẽ indicãte: ita ut quasi de die in diem pergere videretur, celeriterq; incrementa accipere quotidianis profectibus.

3 *Non sunt loquelæ neque sermones, quorũ non audiantur voces eorum.*
Vsqueadeò autem verbum istud pdicationis eorum celerrime peruolauit omnia, Mar. 16. Actu. 13
vt nõ sint vlla loquelarũ gñra, neq; idiomata vlla sermonum, in qbus nõ auditæ sint aut fuerint voces prædicationis atq; annunciationis eorũ: itemq; nulli fuerũt homines cuiuscunque linguæ, cuiuscũq; idiomatis, cuiuscunq; loquelæ, ad quos non peruenerit illorum sublimium pdicatorum instructio: quemadmodũ nõ est vlla gens neque populus, ad quos nõ pertingat cœlorum corporalium illuminatio, influxus, & multiplex operatio.

4 *In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.* Mar. 16.
In oẽs partes terræ peruenit vox Euangelicæ prædicationis ipsorum, & in omnes

fiues orbis terrarum peruenerunt sermones eorum, qbus magnalia Dei annunciauerunt: pueniti( dico ) vox pdicationis eorum in orientem, occidentem, & meridiem, & septentrionem, vbiq; fructificans & crescens, Domino( cuius gloriam prædicabāt) iter ipsorum dirigente, & sermonem sequentibus signis confirmante.

5 *In sole posuit tabernaculum suum:*

Ioan. 1. Inter oīa aūt magnalia Dei, quæ cœli illi annūciauerūt, hoc veluti caput est atq; præcipuum, quod Deus in sole posuit tabernaculum suum: id est, mansionē atq; habitationem suam posuit in Chro homine (qui sic in medio totius Ecclesiæ cōstitutus, illuminat omnem hoīem veniētem in hunc mundum, quō sol in medio firmamenti, mundum totum illuminat) quando ipsi Diuinitati complacuit humanam sibi in Chro vnire naturam, ita ut in homine Christo tota diuinitatis plenitudo inhabitaret corporaliter.

* *& ipse, tanquam sponsus procedens de thalamo suo.*

& ipse hic sol, Dei filius, de secreto sinus paterni, in quo erat ante secula, pcessit in publicum, assumpta carnis nostræ substantia, inter homines visibilis visibiliter

Coloss. 2 apparens:

itē & de secreto materni vteri, in quo per spiritus sancti operationem conceptus latebat, processit (inquam) ad eum modū, quo sponsus adornatus nuptialibus vestibus, cum gaudio & festiuitate foras procedit de cubili suo.

6 *Exultauit vt gigas ad currendam viam:*

Adueniens autē in mundum Dei filius, in gaudio magno & alacritate multa, hilariter ad nrām prauitatē descēdit, viāq; illam qua à cœlorū sublimibus ad infima nostra venit, alacriter valde cucurrit, ad modum fortis gigantis accurrentis ad pugnā & liberationē populi sui. Sic.n Dei filius, & gigas fortissimus, debellaturus hostē generis humani, non vtiq; vlla necessitate coactus, neq; inuitus, sed ppter nimiam charitatem, qua dilexit nos libētissimo animo ad nos accurrit poti⁹, q̄ accessit, imò aduolauit potius quā accurrit:

* *à summo cœlo egressio eius.*

Ioan. 1. uia autem quam peurrit ad nos veniēs,

Ioan. 16. maxima omnino & lōgissima erat. Siquidem egressus eius erat à sublimitate cœlorū, à patris sinu, in quo quiescebat ab initio. Exiit.n.à patre, & venit in mūdum.

7 *Et occursus eius vsque ad summum eius:*

Et post peractam pugnā, obtentumq; de hoste triumphū, peractis oībus ad quæ missus fuerat, iterū occurrit, estq; regressus illuc vnde exierat. Mundum enim relinquens rediit ad sinum & dexteram patris, vnde nobis aduenerat:

* *nec est qui se abscondat à calore eius.*

ipse uerò in altum ascendens, dona dedit hominibus suis spūs, secitq; electos suos Ps. 67.

vniuersos sui caloris & ardoris (hoc est Ephes. 4

spūs sui) participes, ita vt nemo sit, quem nō visitatio donorum eius subinde tāgat, q non uirtutem sentiat illuminationis & spūs eius, quātumuis ēt se abscōdere aut occultare videat à cōspectu Dei. Quēadmodum.n sol materialis ad summū cœli scandens, omnia sui caloris virtute contingit, neq; quicquā est quod nō eius virtutem sentiat, tametsi quædā amplius, alia minus: ita & sol iste, sui caloris & luminis virtutem modo quodam diffundit in omnes, illuminans omnem hominē venientem in hunc mundum.

8 *Lex domini immaculata:*

Simul autē cum his Dei magnalibus annunciauerunt cęlestes illi uiri per orbē Ioan. 1.

terrarum, legē illā pręclaram Euangelicam, quā suis obseruandam Chrus Dns Mar. 28.

tradidit, dociq; gentes pcepit. Quę sanè lex immaculata est, tā in semeptisa, vtpote nihil habens maculæ, nihil iniquū, neque vanā præcipiens aut phibēs, quā in suis obseruatoribus, quos sanctos & immaculatos coram Deo constituit.

* *conuertens animas:*

estq; conuertens hominum animas à vanitate errorum & peccatorum ad veritatem uitę ac fidei. Qui enim illi intēderit, Psbl. 110

facile relictis vitiis, veritati atque virtuti sese accommodabit:

* *testimonium domini fidele:*

lex illa, quæ & testimonium Dñi dicit', φ in ea testificetur monstretq; Deus, qd agēdum quidve omittendum, fidelis est, disposita in iudicio & equitate, firma, stabilis, suis obseruatoribus preciosa reddēs pręmia.

* *sapientiam præstans paruulis.*

pre-

prȩstatq; ueram ac cœlestem sapientiam A humilibus, diligenter assidueq; meditantibus in eo, quorum mentem Deus gratia dignanter illuminat, ut ipsius legẽ ualeant secundum ueritatem intelligere.

*9 Iustitiæ domini rectæ, lætificãtes corda,*

Pro. 15. Præcepta Dei (quibus iustificantur homines) recta, æqua, & iusta sunt, lętificãtque corda illorum qui obseruant ea. Siquidẽ mens ex testimonio bonę conscientię & obseruatione fideli præceptorum Dei secura quasi iuge conuiuium est.

* *Præceptũ Domini lucidũ illuminãs oculos* B lex Domini nequaquã obscura est, nequaquã intricata aut implicita difficultatibus euiusmodi sunt pleræq; hoĩum leges sed lucida ẽ clara est imò ueluti lux quędã est illuminans oculos, mentes intẽdentium illi ut uiam uitæ uidere possint qua ambulare debeãt, ɋdq; uel agere uel omittere oporteat.

*10 Timor Domini sanctus permanet in seculum seculi.*

Timor Domini ac filialis reuerẽtia (quam nos docet lex Euangelica erga Deũ uera affici charitate) sanctus ac mundus est, per quẽ sanctificat͛ hõ, & declinat a ma-

Pro. 15. lo, perduraturus in sempiternum, & neq; C in patria felicitatis abiiciendus. Permanebit enim in æternum sanctorum erga Deum filialis reuerentia:

* *iudicia Dñi uera iustificata in semetipsa.* præcepta Domini quę in iudicio disposita sũt nobis, & ſm ꝗ iudicaturus est Deus obseruantes siue transgredientes ea, sunt in summa ueritate & æquitate disposita, iustitiam & ęquitatẽ habentia ex semetipsis, & in semetipsis à Deo uidelicet ɋa Domini illius sunt, & ab illo data, ꝗ potestatem habet plenam pręcipiẽdi nobis D quicquid uoluerit. Quicquid enim ille ꝑcipit, hoc ipso quòd ab illo præcipit͛, iustum est vt obseruetur à nobis, quicquid tandem illud fuerit.

*11 Desiderabilia super aurum & lapidem preciosum multum,*

Sunt autem hęc Domini præcepta bonis amabilia ualde & concupiscibilia, estq; eorum intelligẽtia obseruantia summe optanda, concupiscẽda, atq; desideranda amplius quã possessio auri, uel argẽti vel lapidis quantumlibet preciosi,

* *& dulciora super mel & fauum.*

maioremq; præstant suauitatem atq; internam dulcedinem obseruatoribus suis ꝙ præstare possint ea quæ reputãtur corporali gustui suauissima, ueluti mel & fauus mellis. Nam hæc tãtum fortunę aut corporis bona sunt, possuntq; uel oculos uel palatum oblectare paululum, quę oblectatio & modica ualde est, & nõ diu duratura lex aũt Domini, meditantibus in ea dulcedinem maximam in spiritu donat, & obseruantibus ex bonæ conscientiæ testimonio integram suauitatem, atq; oblectationem perfectam, quę & his uerè maior est illa quam mundus donat, & in æternum non deficiet.

*12 Etenim seruus tuus custodit ea:*

Et quidem serui tui fideles qui tibi placere quærunt, ipsi intenti sunt ad obseruationem illorũ præceptorum tuorum, soliciti ea custodire, opereq; adimplere:

* *in custodiendis illis retributio multa.*

& non est sine fructu labor eorum, sed in illorum obseruatione bonam atq; copiosam percipiunt remunerationem, dum & nunc in hoc tempore per obseruationẽ gaudiũ acquirunt in cõscientia, ex bono testimonio, & in futuro beatam suscipiẽt ęternæ fœlicitatis retributionem.

*13 Delicta quis intelligit,*

Ueruntamen ɋa fragiles admodũ sumus ex nobis ipsis, & carnis sensu proni ad illicita, fit vt frequenter & qui tibi bona uoluntate seruire cupiũt, in multis offendãt quotidie, & leuib⁹ offensionibus multipliciter delinquant, ita vt vix quisquã sufficiat ea omnia deprehendere, in quibus offendit, cũ occultissime nonnunquam subrepant, etiam cum minime ipse qui operatur anima aduertit,

* *ab occultis meis munda me:*

contra quas quotidianas offensiones tuã Deus pijssime clementiam sedulo deprecor, vt ab occultis istis peccatis meis (quæ siue per ignorantiam, siue per subreptionẽ commisi) quæ mihi præ multitudine omnia non satis sunt cognita, meam animam emũdes per indulgentiam & benignam illorum remissionem:

* *& ab alienis parce seruo tuo.*

& ab iis ꝙ à te sunt alieni à malis atq; ꝑuersis (qui tui serui nõ sũt, sed potius tuę

uoluntatis cōtradictores)parce mihi Do E
mine,& esto mihi liberator,ut non illo-
rū prauis aliquando sugestionibus seducar
in malū. Ab iis etiam quæ impii dæmones,uel carnis corruptio, aut mundi peruersitas(quę tria semper hostes tui sūt & à te alieni)mihi ingerunt, parce mihi: & hos motus prauos peccatorum, quos obtrudunt mihi etiam nolenti, & secundum spiritum reluctanti,ne imputaueris mihi, nec consentire me patiaris uiolētiæ illorum.

14 *Si mei non fuerint dominati , tunc immaculatus ero:* F

Quātumuis enim fuerint mihi molesti, quantumuis me grauiter urgeant & angant suis tentationibus, confido tamen, donec illi mihi non dominentur,donec eis secundum spiritum non consentiam in malitiis, me fore immaculatum ante conspectum tuum,sanctumq; ac mundū reputandum ante oculos maiestatis tuæ,

·* *& emundabor à delicto maximo.*

& mūdus seruabor à peccato pleno atq; perfecto, quod non sit nisi per consensū uoluntatis in oblatam propositamque iniquitatem. G

15 *Et erunt vt cōplaceant eloquia oris mei:*

Neq; ulla ex parte illorū malitia(quamdiu uoluntate non consensero) me tibi reddere poterit odiosum aut male gratū: sed erūt(nihil illis obstantibus)verba laudis gratiarū actionis, quibus te laudauero per os meum,accepta tibi beneplacita,cū nemo tibi fiat acceptus aliter quā propriæ uoluntatis consensu:

* *& meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.*

& meditatio cordis mei in lege tua & beneficiis erit grata semper & placita an H
te conspectum præsentiæ tuę.

16 *Domine adiutor meus, & redēptor meus.*

Tu enim es ò domine auxiliator meus atque redemptor,cuius auxilio confido in præceptis legis tuæ perseueraturum me semper neque ullis unquam alienorum suasionibus aut impulsibus cessurum, ac tandem ab hominibus periculis liberatum saluum futurum in vitam eternā, quā promissione ueridica pollicitus es vniuersis tibi seruitute fideli famulantibus,in pmiū retributionis ęternę Amen.

## ANNOT. IN PSAL. XVIII.

VErsu primo,Cœli narrant gloriam Dei . Per cœlos intelligunt sancti Apostoli.Habent.n.magnam cum cęlis similitudinem.Cęli.n.à Deo. lumen suscipiunt , & miram influendi agendiq; virtutē, ut ea subiecta corpora effundant terrā uniuersā circūambulāt . Deiq; iussu circumeūt ad uiuificandū eā.Neq; est ulla terræ plaga,quā cœli non perlustrēt ac visitent. Continent item quicquid in rerū natura existit,& extra ipsos est nihil Que oīa sanctis Apostolis applicare,attēdenti Elucidationis uerba est facillimū. Eadē quoque ratione firmamēto assimulant.q quā ad hoc possit ēt alia adiici rō, qm ve; sicut firmamentū diuidit aquas ab aquis,aquas cœlestes ab aquis q super terrā sunt,ita uenerandus ille Apostolorū senatus,aquas ab aqs, populos infideles diuidit atq; distīguit a fidelib⁹, aquas cælestes ab aquis terrę . Aquę. n.multæ populi multi.Posset nihilominus p firmamentū commode admodū intelligi uniuersa fidelium Ecclesia.accipiēdo firmamentū corporale( ad q̄ fit cōparatio) nō tantum pro sphęra vnica, quā ponūt octauā in ordine cælorū , sed p tota illa machina cœlorū, in quibus sunt stellæ siue erraticæ siue fixę,id est, pro omnibus simul orbibus , tā planetarū q̄ cæterarū stellarū fixarū. Tota.n. Ecclesia in laude & gratiarū actione opera Dei annunciat, & cū fauore prædicat. ¶ Versu secundo, Dies diei. eructat verbū.Præter interpretationē in Elucidatione positam,posset uersus hic aliter intelligi,per diē accipiē do fidelē legis Euāgelicæ per noctē verò Iudæū aut ēt Philosophū,ad hūc sensum, Dies diebus verbū Euangelicæ pdicationis eructāt,fideles à Deo quasi dies illuminati,de plenitudine īterioris vnctiōis doctrinęq; sācte fidei,qua pleni sūt,copiose effūdūt ī alios fideles,sicq; fideles aliis alios trahunt.quēadmodū dies diē quasi post se trahit,& dies diei lumē velut trāsmittit,quēadmodū & nox nocti,id ē Iudæus(cui⁹ cognitio legalis ueluti noctis ē lumē , cōparatione ad cognitionē legis Euāgelicæ,q̄ est quasi lux diei) Iudęo le-

Apo.17

gis in-

gis indicat scientiā, quemadmodū item A & philosophus philosophum docet rerū humanarum cognitionem, quę ueluti noctis tenebræ sunt compatatione ad lumē doctrinæ Euangelicæ, imò etiam comparatione ad sciētiam legis. ¶ Versu tertio. Non sunt loquelæ neq; sermones quorum non audiātur uoces eorum. Sermo iste multam habet difficultatem, eo quòd in eodē casu duplex ponitur relatio, dicēdo quorum & eorum, deinde etiam quòd primi relatiui fiat enunciatio per genitiuum quæ uideretur rectius per casum datiuum fieri debere, pro quorū, dicēdo qbus B Non est tñ minor in Gręco sermone incōmoditas aut difficultas, quàm sit in Latino: vt neq; Latino interpti id putet imputandū. Sciendū aūt est huius uersiculi duplicem dari posse intelligētiam. Prior hæc est, non sunt ullę linguæ, neque ulla sermonum genera, quibus non sint auditæ uoces Apostolorum prædicantium, hoc est, pdicasse illos in oībus gnribus linguarum, ita ut nulla sit lingua, nullū idioma, quo non ipsi prædicauerint, & in quo non fuerit audita uox prædicationis eorū. Quæ intelligētia de dono linguarū C loquitur quod certissimum est Apostolos ita accepisse, ut quocunque peruenerant pdicandi Euangelii gratia, eiusmodi illic sermonis idiomate uterētur, quo ab illius loci incolis potuissent intelligi Consonatq; hæc intelligentia illi quod in primo capite Actuum Apostolicorum diuersarum linguarum homines dicebāt Audiuimus illos nostris linguis loquētes magnalia Dei, audiuimus unusquisq; linguam in qua nati sumus Posterior intelligētia est, sm quā per loquelas & sermones accipiuntur homines ipsi cuiuscūq; D loquelæ siue idiomatis quemadmodū & in aliis scripturæ locis, non semel linguę vel loquelę solēt accipi. Veluti cū dr. Ex oībus gētibus, tribubus, & linguis. Et alibi, Tribus & linguę seruient ei. ¶ Versu quinto, In sole posuit tabernaculum suū. Quemadmodum per cœlos Apostoli, ita p solē signat Christus Dñs Sol. n. in medio cœlorum quasi rex & princeps locū habet illuminans mirabiliter oīa, & suū lumē per firmamentum longe lateq; diffundens, suo respectu oīa uiuificans absē

Apoc 7.

Dan. 6.

tia aūt cūcta mortificans Fulgetq; gloria & splēdore pre omnibus astris, & immēsū superat claritatem cœlorum. Oriens mane in magnifica gloria, & fulgore per maximo ad vesperam occidit, cum in meridie in summo cœli, hoc est, in eleuatione maxima descendit quantocius appropinquante vespera, & se penitus per noctis tempus abscondit; rursumq; mane in gloria magna, cum gaudio eorū, qui in terra sunt, reuertit. Insuper in medio firmamenti positus, ab illo vehitur & ueluti circunfert per orbē uniuersum. Hæc aūt oīa nō ita, difficile fuerit Christo Dei patris filio aplicare Ipse. n. in medio Apostolorū, atq; adeò in medio totius suę Ecclesiæ, erat quasi præceptor & doctor, suæ doctrinæ claritate eos illuminans, ut ipsi deinde mūdo uniuerso sufficiēter illuminādo. Ipse ī medio est totius Ecclesiæ, omnem hominem uenientem in hunc mūdum illuminans, lucens in cordibus fidelium, ad illuminationem scientiæ claritatis Dei, ut ait Apostolus. Ipse est veritas & uita, in quo oīa erant uita ab initio, & in quo uiuimus, mouemur, & sumus. Adueniente quoq; mundi uespera, temporis plenitudine appropinquāte, descēdit Dei filius de summo cœlorum, de sinu patris in uterū, matris, illicq; sese (sub humana natura diuinā occultādo) abscondit. Post passionē uero, ueluti noctis peracto tempore à mortuis resurgens, reuersus est in magnificentia glorificationis suę ad summū cęlorū vñ fuerat gressus. Insuper ab Apostolis circumuectus est per orbē terrarū, & ueluti per eius circuitū illorū pdicatione deportatus, dū, eius gloria, ubique terrarum lōge lateq; prædicauerunt Aduertendum præterea, quod dicitur ipsa Diuinitas, in hoc sole posuisse tabernaculū, suū, est aūt tabernaculum peregrinātiū aut ad pugnam pergentium, Venturus ergo ad pugnam Deus contra inimicū ngris humani, & quasi colonus atque peregrinus futurus in terra, tabernaculū assumpsit carnis, nostræ, in quo peregrinus & pugnator inhabitauit, quod tamē (pugna peracta) nō est dedignatus, neq; à se abiecit, sed dignāter glorificatū euexit secum in patriam suam Potest et p solē virgo Maria intelligi, quæ propter p-

Ioan. 1.

2. Cor. 4

Ioan, 14

Acto. 17

Ioan. 1.

Hier. 14

clarum fidei lumen, pp eximium charita E tis feruorē, propter præclaram omnimodam sanctitatem, rectè solis nomine pôt designari. In hoc aūt sole posuit Deus tabernaculū, qñ in ea humanam assumpsit naturam. ¶ Versu eodē Processio ista qua tanquam sponsus processit Christus de thalamo, duplex inuenitur. Prior quidē à sinu in ueterum matris, ac deinde à matris utero mundum. Et paternus ergo sinus, & virginis uterus Christi thalamus fuerunt: Clarius tamen processio sua in- F telligitur, qua de patris sinu per uterum uirgineū processit in publicum mundi inter homines homo apparens, Rectè autē hoc loco sponsi & nuptiarum adhibetur cōparatio. Siquidem in Christi incarnatione desponsatio duplex, & duplices erāt nuptiæ Primum enim admirabiles nuptiæ celebratæ sūt in uirgineo utero inter naturā diuinā & humanā, qñ in vnum suppositum, spiritu sancto operante, Diuinitas atq; humanitas pariter sunt vnitæ. Deinde cū his nuptiis & alteræ fiebant Christi videlicet hominis cum EcclesiaG sancta. Hāc enim, in vtero uirginis, hō factus primum uelut dixit in sponsam, ea que sibi cohabitare fecit. Quod matrimoniū tūc cōsummatū fuit, qñ cum illa sua desponsata uxore in crucis lecto dormiuit, hoc est, qñ in illa eadem quam in natiuitate assumpserat natura, in cruce pro humano genere mori est dignatus. Sponsis quoq; mos est vestibus nouis & decē
Phil. 2. indui sic & Christus habitū nouitatis assumpsit habitus factus vt hō in quo sibi
Acto. 10 Ecclesiā copulauit. ¶ Versu septimo, Nec est q se abscondat à calore eius. Per hūc calorē posset, præter spiritū sāctū (de quo in Elucidatione dictum est) etiam aliud H accipi, satis proposi o conueniens, nēpe ptās Chri iudiciaria, quā à patre morte deuicta accepit, constituitus index uiuorū atq; mortuorū quemadmodū oīs clamat scriptura. Assumptus siquidem in cælum ad patris dexterā, de cætero expectat ut ueniat iudicāte uiuos & mortuos: contra ipsos uerò & infideles specialiter, in furore, & fauore iracundiæ suę, quam nemo poterit effugere, à qua ira nemo se poterit occultare ¶ Quamuis autem præsentem Psalmum hucusq; in Elucidatione atq; annotationibus exposuerimus, secūdum mysticam intelligentiā per cęlos intelligentes Apostolos, per firmamentum Apostolicum senatum, per quos in vniuersum orbem deffusa est prædicatio ueritatis Euangelicę, atq; ita in sequentibus (sm quem sensum manifestè docet Apo- Rom. 10 stolus Paulus debere nos hunc præsentē Psalmū intelligere, cum in Epistola ad Romanos, ad astruendum Apostolicæ pdicationis generalitatem, quartū ipsius uersum allegat) possent tamen non inconuenienter hæc omnia de cœlo, firmamēto sole, & processione atq; cursu ipsius ad literam intelligi & exponi; idq; pulchre admodum, & iucunda sententia. Cœli. n. in amplitudine sua, verbo solo creati, in oī suo ornatu manifeste proclamant, & palam anunciāt gloriā potentissimi Dei, Ps. 32. qui (ut in alio Psalmo scribit) uerbo suo illos firmauit, & spiritu oris sui pfecit omnē uirtutē illorum. Firmamētū quoque prædicat mirabilia opera Dei, φ tanta magnitudine & inæstimabili stellarū multitudine mirifice est decoratum. Die ac nocte non cessant hæ creaturæ laudare dñm, & velut de die in diem laudem effundunt, neq; finis est laudationis & Rom. 1. annuntiationis huius, vt quo diutius qs in illis contempletur, eo amplius gloriā Dei pspiciat. Inuisibilia. n. Dei per ea quę facta sunt, intellecta cōspiciunt. Non sūt ullæ linguę, neq; populi, quibus non prędicet cęlorum magnificentia Dei omnipotentiam, & quasi vocem suam & prędicationem effundit super omnes gentes, sicq; modo quodā in oēm terram, & in fines orbis terrę exiuit sonus iste annonciationis, & prędicationis corū. Sol quoque iste corporalis in medio cœlorum, quasi in tabernaculo suo inhabitat, & ipse tanquā sponsus procedit formosus in stola sua, quando de occasu reuectus mundo oriens, & illucescens in magnifico splēdore, Currit quoque fortissime vt gigas, & motu uelocissimo sitra naturalis diei spacium rapitur per medium cœli, vt cōpletum efficiat cursum suum, totū cœli ambitū intra breuissimum hoc tēporis spatiū perābulās, siue potius percurrēs. Dum in summo cœli est, descēdit in occasum, & iterum ab occasu reuertitur sm uicissitudi-

uicissitudinem ad coeli medium atque su A premum,& pertingit calor eius sup uniuersam creaturam. Quæ omnia sic breuiter indicata,si quis latius explicet, aut ꝓfundius contemplet, videbit quàm non male possint hæc omnia etiam secundũ litteram intelligi & exponi de cœlis & sole corporalibus:id qd & in annotationib' ex Hebræo aliquãto fiet clarius,quãtũ ad versus aliquos magis principales. In his tñ annotationibus noluimus, pp uitandam confusionem,nisi mysticã interpretationem prosequi,q̃ ex intentione Apostoli est, & orthodoxorum patrum expo- B sitionibus magis conformis. ¶ Versu 8. Lex Dñi immaculata. Nota, quemadmodum præcepta domini multiplici hic appellatione nominantur; videlicet lex, testimonium, iustitiæ, præcepta, atque iudicia. Quorum nominum omnium atque etiam plurium rationes latius explicatæ inueniri possunt Psalmus. 118 vbi harũ appellationum est frequentissimus vsus. ¶ Versu decimotertio. Ab alienis parce seruo tuo. Incertum est an alienis masculini generis sit, vt intelligatur ab iis qui à te alieni sunt:an generis neutri, vt acci C piatur pro malis vel peccatis alienis,hoc est, potius quæ aliunde obueniunt, quemadmodum sunt cogitationes & affectiones malæ atq; inordinatæ,quę vel ex diaboli fraudulentia, vel ex carnis malitia sese ingerunt homini præter uoluntatis consensum. Motus.n. inordinati (siue irę, siue gulæ, siue alterius peccati, quãuis ex suo genere mali sunt,non sunt tamẽ nostra mala,vel nostra vitia, nisi ex voluntate nostra procedant, vel per voluntatem propriam ea acceptemus, oblatis consentiendo,aut in ipsis delectationem constituendo. Alioqui,si non consentiD mus,si mox,vt senserimus, ad petram allidimus,reclamamus,repugnamus,cõtra luctamur,non consensum præbemus,nõ delectatione immoramur; aliena sunt, non nostra, dęmonis enim sunt, malæ carnis,nostra verò non sunt, quæ quantum possumus, tota virtute abiicimus.
Ps. 135. Nullum enim uitium meũ est,nisi quod voluntas mea facit esse meum. His autem alienis delictis frequenter virum et iustum contingit obrui,à quibus sibi po

stulat Deum parcere,vt scilicet non imputentur sibi ad punitionem,quibus pro suã fragilitate obluctatur,aut vt nõ sinantur aliquando ita excrescere,vt dominationem acquirant,& in cõsensum nimia pugna deuictũ tandem pertrahant. Neutrum autẽ genus valet vel ex Græco, vel ex Hebræo discerni. Vtrobique enim similis quæ in Latino est ambiguitas. Vnde ex Hebræo quidam vertunt,à superbis libera me, quod pro genere masculino videtur facere. alii,à superbiis vel temeritatibus,quod pro genere neutro. ¶ Versu decimoquarto, Si mei non fuerint dominati. Idem in hoc uersu vsu venit, quod in præcedenti ostendimus: videlicet quod incertum est an genere masculino debeat legi, dominati sunt, ut referatur ad ipsos alienos, an genere neutro, dominata sunt, ut referatur ad ipsa aliena vitia & peccata. In Græco enim verbum est, unde fit, ut hinc decerni non possit de genere. Vtraque autem lectio bonum sensum habet. Secũdum genus masculinum sensus est manere hominem immaculatum & mundum à delicto magno & mortali, quo inter Deum & animam fiat diuisio, donec impii mala suggerentes non dominentur illi cui mala suggerunt. Non enim coinquinatur homo pertentantiũ malas suggestiones, nisi per consensum tentantibus se subiiciat,aut ab eis deuinci se patiatur, illosque dominari ac pręualere sibi. Si verò genere neutro legamus,sic clara est sententia: Non enim maculat hominem, quod malis moribus & vitiosis cogitationibus atque affectionibus obruitur, modò non patiatur suo consensu illis venire intra se dominiũ. Quanquam autem vulgatiores codices Latini pene omnes habeant genere masculino. Si mei non fuerint dominati,apud beatum tamen Augustinum inuenimus genere neutro, Si mei non fuerint dominata, qui etiam exponit vitia & peccata.

## XIX. PSALMI ARGVMENTVM.

*PSalmum istum plerique fidelium doctorum ad Christum referunt, ut sit oratio populi fidelis, Christo-Domino prospera omnia precantis. Quorum pietati nullo modo obsistimus. Nobis tamen in Elucidatione placet magis ad regem temporalem aut præsidentem temporaliter accommodari. Videtur enim oratio esse à Dauid composita, & sacerdotibus tradita, tanquam formam orationis simulatque benedictionis pro salute & prosperitate victoriæ cõtra inimicos: ipsius qua uterentur ad cantandum & supplicandum Deo pro regis salute potissimum eo tẽpore quo cõ*

1.Tim.2 *tra hostes esset profecturus. Et quoniã beatus Paulus docet, Timotheo scribens, primum oĩum fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus: peculiariter aũt pro regibus & oĩbus qui in sublimitate sunt cõstituti, ut quietam & tranquillã uitã agant subditi si illi accipiant misericordiam, cũque vix alius in vniuerso Psalmorũ libro occurrat qui tam cõmodè & aperte per omnia ad hoc propositum quadret, visum fuit nobis expediẽs, hunc Psalmum ita elucidando aptare, ut apta forma esse possit orãdi pro rege, aut et alio quolibet siue in temporalibus, siue in spũalibus præsidente, ut ipsum proferant siue sacerdotes, siue alij et subiecti pro salute regis: potissimum cũ huius Psalmi nullus pene fit usus, si Chrĩo applicetur. Nihil n. opus est nunc postulare patrem, ut filium suum exaudiat, ut illius holocaustum acceptet, ut illum salues ab inimicis. Iã n. ista peracta sunt. Secundum nostrã autẽ quam proposuimus intelligentiam, totus Psalmus rectè cohæret, neque opus ullo argumenti contextu, cum seipsam monstret connexio. Verumtamẽ & spiritualiter accommodari poterit hic Psalmus cuili*

Lucæ 17 *bet fideli pro quo uolumus de precationem facere, ut de hostibus spiritualibus obtineat pugnã do victoriã. Et poterit Psalmus iste pro quolibet proferri, cupiente regnũ Dei (quod intra se est) custodire ab inimicis, populumq; subiectum (id est, vires omnes, actiones, cogitationes atque affectiones) sub imperio iusto tãquã rex bonus, continere. Hoc. n. pacto, unusquisque fidelis, qui cum vitijs & concupiscentijs pugnat, cunctis; dæmonibus & mũdo, rex nominatur. Et quatenus rex est, vel esse cupit, eatenus pro eo Psalmus iste contra inimicos dirigi potest. Neque difficile est habenti uel paululum spiritualis luminis, ea quæ de temporali rege dicuntur, ad huiusmodi spiritualiter regem transferre. Nunc tamen attendamus, quemadmodum pro regibus ac præsidentibus orare debeamus: attendentes quoque, affectum cordis & desiderium orationi conformemus.*

## DECIMINONI PSALMI ELVCIDATIO.

*XAVDIAT te dominus in die tribulationis:*
Exaudiat te Dominus in tẽpore tribulationis, cum insurrexint aduersum te inimici tui, ad persequendum animam tuam, cum clamaueris ad ipsum de tribulatione tuã:

** protegat te nomen Dei Iacob.*
protegat te atq; defendat Dominus Deus patrum nostrorum, Abraham, Isaac, & Iacob, ad inuocationẽ nominis sui sancti.

2 *Mittat tibi auxilium de sancto:*
Mittat tibi de sup de cęlo sancto suo adiutorium, præbeatq; tibi auxilium supernum de sublimi sanctuario suo:

** & de Sion tueatur te.*
& de superna illa cœlesti arce Sion, tibi adueniens in auxilium, tueatur te ab omni nocumento hostium tuorum.

3 *Memor sit omnis sacrificij tui:*
Aspiciat Dñs ad omne sacrificium tuum, quod ei animo liberali & corde deuoto frequentissime obtulisti, aut etiam offers, aut in futuro proponis offerre:

** & holocaustum tuum pingue fiat.*
& holocaustum tuum in conspectu eius pinguescat, & quasi pinguissimũ fiat acceptum in oculis eius, in modum adipis pinguissimi, tam illud quod obtulisti, quã quod offers etiam nunc, aut in posterum offerre decreueris.

4 *Tribuat tibi secundum cor tuum:*
Tribuat tibi dominus omnia iuxta desiderium & uotum cordis tui, quæcunque salutaria postulas siue desideras:

** & omne consilium tuum confirmet*
& omne tuum consiliũ, omne propositũ cordis tui, quodcunq; cogitaueris in corde tuo, ad gloriã Dei atque propriam tuã subiectorumq; tuorũ salutem, Dñs ipse confirmet, & in effectum perducat.

Læta

5 *Lætabimur in salutari tuo:*
Lætabimur nos (qui ex Dei ordinatione sub alis tuis protegimur) in salute & saluatione tibi à Deo concessa contra inimicos, tuos, ac deinde & in saluatione q̃ nos per te & ex te consequemur: quęadmodum lætari solent subditi in saluatione & victoria regis, & ipsi nimirum hac via protecti ab inimicis suis.

* *& in nomine Dei nostri magnificabimur.*
& in nomine Dei nostri, quem speramus tibi protectorem atque defensorem fore, nos magnificabimur atq; exultabimus super inimicos nostros, liberati de manibus eorum, imò de eis obtéta victoria, & reportato triumpho.

6 *impleat Dominus omnes petitiones tuas:*
Adimpleat Dñs, & ad effectũ plenũ pducat oẽs petitiones & omnia desideria cordis tui, quæcunq; fm Deum salutaria cõcupiscis tibi donando:

* *nunc cognoui, quoniam saluum fecit Dominus Christum suum*
nunc fisi in Dei misericordia, & spei certitudine confirmati, quasi rem indubitatã firmiter tenemus, ac si res iam perfecta foret: pleneq; confidimus q̃ saluũ faciet Dñs te regẽ nostrum Christum suũ, quem super nos vnxit præposuitq; regem populo suo.

7 *Exaudiet illum de cœlo sancto suo:*
Exaudiet te dñs de cœlo qđ sanctificauit sibi in aulã & sedẽ regni tui, vbi nihil omnino pollutum est, nihil coinquinatum sed sunt omnia diuinæ consona volũtati:

* *in potentatibus salus dexteræ eius.*
salus autem dexterę eius victoria atque saluatio quam faciet per dexteram suam ipsa erit in fortitudinibus supernis Diuinę potentię, inq; virtute supna, qua Deus tibi velut in multis potentibus exercitibus assistet.

8 *Hi in curribus, & hi in equis:*
Sperent alii, & confidant in apparatu bellico, in fortitudine prudentiaq; humana in curuum multitudine, & equorum fortitudine ac numero:

A * *nos autem in nomine Domini Dei nostri inuocabimus.*
nos autem spem habebimus non in huiusmodi, neq; in equis nostris, neque in curribus nostris, aut in ulla nostra fortitudine siue prudẽtia, aut cuiuscunq; etiã auxilio, sed in Deo omnipotente cuius nomen inuocabimus, quotiescunq; graue aliquid nobis imminebit: & cuius nomen etiam inter preliandum eon clamabimus, ab illo postulaturi salutẽ atq; victoriam, qui eam habet in manu sua.

9 *ipsi obligati sunt, & ceciderunt:*
B Ipsi quidem fidentes in humanis viribus atq; in semetipsis spem habentes, cõprehendentur, cõstringent, concludentur, & quasi obuincientur, & cadẽt prostrati in plio, non potentes suo tanto apparatu obtinere quam sperabant victoriam:

* *nos autem surreximus, & erecti sumus.*
nos aũt in Dño spẽ habentes, fortissimo propugnatore nostro, nõ psternemur, neq; succumbemus, sed ver victricẽ Dei nostri manum exaltabimur, & resurgemus ab humilitate nostra sub qua pressi aliqñ iacebamus sub inimicis nostris, & ẽt ab illa, ad quã nos psternere sperabãt aduersarij nostri impetu virtutis suæ.

10 *Domine saluum fac regem:*
O Dñe, te precatur supplex populus tuus vt regem quem unxisti super nos, quem propugnatorem & saluatorem dedisti nobis, saluum semper ab omni aduersitate custodias, & item omnes qui in sublimitate super populum tuum sunt constituti; vt tranquillam & quietam vitam agat populus tuus in omni pietate: 1. Ti. 2.

* *& exaudi nos in die qua inuocauerimus te.*
& exaudi nos Dñe, salutaria ista bona à te humiliter deposcentes, in quocunque die te ad protectionem ex corde inuocauerimus, vt ita tuæ exauditionis benignitate, & q pręsident, & qui subiiciũtur omnes serui tui, pariter in salutem tuã perducamur æternam, sine fine tecum illic pariter regnaturi ante conspectum tuum in secula seculorum, Amen.

## VIGESIMI PSALMI ARGVMENTVM.

*Psalmus iste cõueniẽter accipi posset vt forma gratiarũ actiõis p regis victoria, quẽadmodũ mox præcedentẽ diximus esse formã orãdi p regis salute. Et ad eum sensum facile est totũ*

*Psalmum*

*Psalmū exponere, si tantum ea quæ Christo absq; mensura tribuimus, & secundū æternitatē regi temporalē gloriam iuxta congruitatem adaptemus. Possunt item quæ in hoc Psalmo dicū-*
Apo.22. *tur pro sanctorū gloriosa victoria, & salute post pugnam secura, Deo decantari. Hi.n.oēs reges sūt regnaturi cum Christo imperatore suo, qui illis dedit eē reges in secula seculorū. Et his facile est applicare Psalmum, tantū ea quæ Christo attribuūtur secundum plenitudinē ut primogenito, his ad mensurā (quasi adoptione regibus factis) applicando. Verū quia huius Psalmi oīa peculiariter, & eximio modo ad Christum pertinere cognoscuntur, uisum fuit nobis hūc Psalmū regi Messiæ, Christo domino peculiariter aptare, sicq; totā Elucidationis seriē texere, ut gratiarū actio sit patri decantanda pro filii sui Domini nostri magnifica exaltatione, & inæstimabili gloria, ad quam illum post passionis utilitatē sublimauit. Et quidē usq; ad Psalmi penè dimidiū, hoc est, usq; aduersum octauū, gloria exaltati Messiæ exprimitur: post verò, oīum aduersariorū ueritatis, qui Messiam hunc respuerunt & in eo patrem Deum contempserunt, pœna atq; vindicta terribilis describitur. Nouissimus autē uersus in laudis proposito cātícū terminat.*

## VIGESIMI PSALMI ELVCIDATIO.



OMINE *in virtute tua lætabitur rex:*

Dn̄e deus, omnipotēs pater, in virtute potentiæ tuę lætabitur Chr̄s rex noster, cū p eā hostes suos deuicerit, optatumq; de hoste (ad quē debellādū venerat) triūphum reportauerit:

* *& sup salutare tuū exultabit vehemēter*

& de salute atq; saluatione, quam tu illi in tua virtute facere dedisti pro populo suo, gaudio p maximo gaudebit. Cū.n. nihil ipse iā optauerit, q̄ salutē ac redēptionē populi sui, constat gaudium illi fore perfectū, tunc cū morte deuicta, & hoste humani generis debellato, perfectā populo suo redemptionē fuerit operatus:

2 *Desiderium cordis eius tribuisti ei:*

Desiderium cordis & uotum pii affectus ipsius adimplesti ei, & desideratā populi sui salutē contulisti ei:

* *& voluntate labiorū eius nō fraudasti eū*

neque denegasti ei petitionē voluntatis suæ, qua te orauit p os suū, & postulauit per labia sua, postulans à te dari sibi gentes in hæreditatem, & terminos terræ in possessionem.

3 *Quoniam præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis:*

Idcirco autem ipse in te lætabitur, & tu adimplesti desiderium eius, q̄m tu illū
Psal.2. copiose implesti, non ad mensurā, dulcissimis benedictionibus oīum gratiarū spiritualium, faciens super eum requiescere spiritum sapientiæ & intellectus, consilii & fortitudinis, scientiæ & pietatis, & timoris sancti tui: atque ob hoc non potuisti non exaudire iā gratissimum puerū tuum, tibi supplicantem:

* *posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso.* Ioan. 3. Esa. 11.

fecisti illū, hoste deuicto, regē sup populū quē dari sibi postulauerat, & diadema regni gloriosum, coronā immarcessibilē regni æterni iposuisti capiti eius vt regnet super oēs sanctos in secula seculorum.

G 4 *Vitam petiit à te, & tribuisti ei:*

In diebus carnis suæ, cū adhuc in pugna uersaretur, preces supplicationesq; obtulit tibi suo patri, petens à morte saluus fieri, & in manus tuas cōmendans spiritū suum: petiit à te vitā æternā, nō pro se tantum, sed & pro populo suo: & tu liberaliter dedisti ei, tam pro se, quàm pro omnibus seruis eius:

* *longitudinem dierum in seculum & in seculum seculi.*

longitudinē scilicet dierum dedisti ei, id est, durationē æternam, & vitam sine fine in omnia secula seculorum.

H 5 *Magna est gloria eius in salutari tuo:*

Gloria regni eius est magna valde, superās nimirū oēm gloriā pricipū terræ: cū sit ipse regū terræ princeps, rex regū, & dn̄s dominantiū, & duratione existens sempiterna: quā sanè gloriā ex tuo salutari, ex tua saluatione ipse habet, eo, q à morte illum tua potentia mirabili saluare volueris, sicq; mirificè exaltare, dans illi nomen quod est super omne nomen: Hebr. 5. Apo. 19.

* *gloriā & magnū decorē impones insup eū.*

pro passionibus quoq; & laboribus qbus Ibidem.

fuit

fuit pro salute populi sui humiliatus, ma A
gnifica gloria & honore pmaximo coro
nasti, decorasti, & exaltasti illum, ita vt in
nomine eius omne flectatur genu.

*6 Quoniam dabis eum in benedictionem, in seculum seculi:*

Qm̄ tu illū benedices benedictione æter
na, imo benedictionis authorē cōstitues,
ita vt in eo benedicantur oēs tribus ter-
ræ, ita vt ipse omnium verè benedican-
dorum sit benedictio in sempiternum.

Phil. 2. & 26. * *lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo.*

lætitia illū inæstimabili adimplebis in
gaudio fœlicitatis æternæ, per aspectū vul B
tus tui, per præsen tiam Diuinitatis tuæ.

*7 Quoniam rex sperat in Domino:*

Gal. 3. Qm̄ quidem rex noster Christus sperā-
uit in Domino Deo patre suo, & illi suā
causam omnem commisit, inq; illius ma
nus omnia commendauit.

Gen. 22. * *& in misericordia altissimi nō cōmouebit.*

& in misericordia altissimi cōfidens, nō
potuit conturbari aut frustrari, neq; etiā
commouebitur aut frustrabitur vnquam
sed in sempiternum securus erit, tam qd
ad se, quàm quo ad populum suum.

*8 Inueniatur manus tua oībus inimicis tuis:* C

Qui verò se tibi aduersarios, innobedien
tes, atq; inimicos exhibuerint, illi inue-
nient sentientq; manum tuā, & seuerā
experientur vltionē districtæ iustitię tuę:

* *dextera tua inueniat oēs qui te oderunt.*

dextera tua tanget & comprehendet om
nes, qui tibi aduersantur, vltionemq; ex-
ercebit in eos.

*9 Pones eos vt clibanum ignis, in tempore vultus tui.*

Matt. 25 In ignem sempiternum mittes eos, vbi
igne vehementissimo & inextinguibili
ardebunt, quasi caminus ignis vehemen D
tissime calefactus atque inflammatus: id-
que facies in tempore iræ tuæ, quando
tempus veniet ostēdendi seueritatem iu-
sti iudicij tui:

* *Dominus in ira sua conturbabit eos, & deuorabit eos ignis.*

tu dñe in furore iusto iracundiæ, illo tpe
vltionis conturbabis, disperdes, & cōfun
des eos conturbatione maxima: & mox
ad prolationem sententiæ tuæ accipiet
eos ignis gehennæ, inque eum incident
atque mergentur in ictu oculi, perpetuis

& intolerabilibus cruciatibus in eo affli
gendi.

*10 Fructum eorum de terra perdes.*

Simul quoq; perdes & ad nihilum redi-
ges omnem fructum, quem in terra habe
re videbantur, ita vt damnati nullum vl-
tra valeant fructum percipere ex ijs quæ
possederant, quæque relinquerant super
terram, neque de omnibus operibus quę
operati sunt super terram de quibus iam
erubescunt & confunduntur confusione
sempiterna:

* *& semen eorum à filijs hominum.* Ioan. 6.

semen quoq; eorū & posteros (quos pra-
uis suis exēplis ipsi corruperūt, q malitię
parentū suorū fuerint imitatores) pdes,
perireq; facies de numero filiorū hoīum
viuentium, de numero bonorum segre-
gabis eos, & inter mortuos collocabis.

*11 Quoniam declinauerunt in te mala:*

Idcirco autem pœna huiusmodi vlcisce-
ris eos, qm̄ mala & peruersa contra te,
tuósq; seruos attentauerunt.

* *cogitauerunt consilia quæ non potuerunt stabilire.*

& ad suas malitias cōceptas adimplēdas,
ↄsilia, modos, & adinuentiones subtiliter
excogitauerunt: q tñ nō potuerunt cōfir-
mare, & in effectū perducere, vincente ni
mirum tua potentia atq; sapientia oēm
illorum malitiā. Cogitauerunt. n. tui no-
minis gloriam annihilare, & tuos culto
res opprimere inimici tui: quod te impe
diente, neq; potuerunt vnquam, neq; po
terunt operis effectu complere.

*12 Quoniam pones eos dorsum:*

Qm̄ tu pones illos, facies q; tibi esse velut
dorsum, impositurus super eos onus
importabile, & pondus dānationis æter-
næ quod tuo iudicio portare debebunt:

* *& in reliquijs tuis præparabis vultū eorū.*

in pęnis dānationis æternæ, quas tu illis
seruas quasi reliquias peccatorū suorū, q
veluti feces sunt vini deliciarū, quod in
hoc mundo potarunt: in his, inquā, tuis
reliquijs, implebis uultū eorū, & his po
tabis eos, cum vultū suū exhibuerint ti
bi, cū venerint ante ↄspectum tuum: his
reliquijs, his fæcibus tu pręparabis, ac mi
ro modo ad horrorē aptabis, atq; dispo-
nes facies eorum, cōfusionem mortis &
damnationis (quæ illis ex operibus suis

relicta

relicta est veluti superducturus super fa-
ciem eorum.

13 *Exaltare domine in virtute tua:*
Ita tu domine rex noster & dominus no
ster, exaltaberis & gloriosus apparebis,
ac talem teipsum demonstrabis in omni
potenti fortitudine tua:

* *cantabimus & psallemus virtutes tuas.*
nos verò populus tuus & serui tui cōgra
tulantes tibi, laudibus ꝑdicabimus, cāti-
cisq; ac Psalmis ad laudā aptatis efferē-
mus fortissima opera virtutis atq; oīpo-
tentiæ tuę, q̄ Christo Iesu regi nostro est
tecū ô ingenite pater, & cū spiritu sancto
communis in secula seculorum. Amen.

## ANNOTAT. IN PSAL. XX.

Versu tertio, Qm̄ præuenisti eum in
benedictionibus dulcedinis Si pro
sanctorum gloria hunc Psalmum profe
rimus, manifestum satis est quō ipsi præ-
ueniantᷣ à Deo benedictionibus dulcedi
nis, visitatione, liberalitate, & multiformi
gratia Dei qbus suos electos misericor-
diter Deus præuenit, vt dignā valeant &
bonā militiā militare, & fructum dignū
facere. Iuxta quod alio loco noster canit
Psalmista, Misericordia eius ꝑueniet me,
Quod aūt dr̄ Deus posuisse in capite co-
ronā de pretioso lapide, nō aliud, est nisi
quod reges sunt in conspectu eius, iuxta
quod in Apocalypsi dr̄, fecit nos regnū
& sacerdotes Deo & patri suo. De regi-
bus autem temporalibus intelligendo
psalmum, præuentio item in benedictio
nibus dulcedinis intelligitᷣ liberalis do-
Ps. 58. natio gratiarū, quas in rege posuit Deus,
vt aptus esset atq; idoneus dominator su
per populum suum, & corona illa de la-
pide pretioso, tpalis regni diadema acci-
pitur. Et sequuntur cætera facile aptari
possunt utriq; intelligentię. ¶ Versu octa
Apoc. 5. uo, Inueniatur manus tua omnibus ini-
micis tuis. Quæ hic sequuntur sub ꝑso-
na secūda, possūt referri uel ad patrē ad
quē factus est sermo ī principio Psalmi, ut
sit sensus, Tua manus ô Deo pater, inue-
niatur omnibus inimicis tuis, qui uide-
licet filio tuo resistendo, aduersarios sese
tibi exhibuerunt. Aut ad personam re-
gis nostri Christi pertinere possunt, ad

E hunc sensum, Inueniatur manus tua, ô
rex noster Christi omnibus inimicis tu-
is, qui tuo se regno subdere nolunt obla-
tam per te euangelii gratiam recusantes
& redemptionis exhibitum beneficium
abiicientes. Neque multum refert, siue
hoc, siue illo modo sermo efferatur, quā-
doquidem iidem sint Dei patris & regis
Christi inimici, aduersarij iidem. Qui.n. Ioan. 15
odit filium, & patrē odit qui misit illum.
Et qui filio aduersatur, inimicū se patri Ioan. 5.
cōstituit. Cōe itē erit vltionis iudicium
patri & filio: iudicabit enim pater per fi-
F lium, cui dedit potestatem iudicium
facere: quemq́, (iuxta petri sermonē) iudi
cem constituit viuorum atq; mortuorū. Actu. 10
¶ Versu penultimo, in reliquiis tuis prę-
parabis vultum eorum. Reliquiæ illę pec
catorum, pœnæ sunt, quæ pro commissis
peccatis eis apud iustum iudicem seruan
tur. Nam (Paulo testante, stipendia pecca Rom. 6.
ti, mors esse nihil aliud manet impios
post mortē ex oībus quibus in hoc mū-
do intetuierūt vitiis, q̄ ꝯfusio ęterna & dā
natio perpetua. Quemadmodū.n. vinū,
& ceruisia, & oē quod inebriat, aut in de-
liciis est, fæces habet, quæ tn̄ à bibentibus
G relinquuntur, neq; simul cum potu hau
riuntur, sic oēs huius mundi deliciæ qui-
bus peccatores fruuntur, fæces quasdam
habent gustus pessimi & intolerabilis: q̄
modo quidem ab illis nō gustantur quā
sint amaræ, verum iustus iudex reliquias
has & fæces illis reseruabit in tēps vltio-
nis, atq; in diem iudicii adducet eas, ac
tunc quidem illos gustare imo, velint no
lint, epotare compellet, cum iuxta illud
Apocalypsis tm̄ illis dabitur de tormen-
tis, quantū prios in deliciis fuerant glo-
rificati, Neminem verò turbet, quod Deo Apo. 18
H loquens Psalmista dicat, reliquiæ tuæ,
quasi Dei sint istæ reliquiæ, & non pec-
catorum. Reliquiæ.n. Dei, dn̄r, quatenus
ipse eas seruabit peccatoribus, non autē
quasi ipse eas sit gustaturus. Quemadmo
dum vindicta Dei, dr̄, quam in impios
proferet, non quam sentiet ipse Peccato-
rum aūt longe aliter esse dr̄, quatenus
scilicet in eas exercebitur, & quatenus
ipsi eam ferent in se se. Sic difformiter
reliquiæ istę & Dei dicuntur, qui eas ser
uat impiis, & impiorum, qui gustabunt
epota-

ep otabuntq; eat. Potest autem commo- de admodum præsenti loco accommo-
Psal. 74 dari etiam illud, quod in Psalmo alio A scribitur de calice Domini, cuius fæx nõ est exinanita, de qua bibent omnes peccatores terræ.

## XXI. PSALMI ARGVMENTVM.

*HVnc Psalmũ manifestissimum est ad Christi personã spectare ex euangelijs sacris: in quibus ipsius versus plures ad Christũ pertinere afferuntur, & in Christi passione imple-*
Mat. 27. *ri. Nam principium Psalmi à Christo in cruce prolatum scribit Matthæus ca. 27. sui Euangelij: vbi ẽt illud, Respice in me non adijcitur, quemadmodum neque hoc loco in Hebræis habetur co-*
Ioan. 19 *dicibus. Illud quoq; diuiserunt sibi vestimenta mea, Ioannes cap. 19. testatur in Christi passione*
Heb. 3. *impletum rursum illud, narrabo nomen tuũ fratribus meis, Paulus Apostolus in epistola ad Hebræos ad Christum accommodat, docens quõ nos Christus dignatus sit vocare suos fratres Et (vt summatim dicã) quisquis ea quæ sancti Euangelistæ scripserũt de passione Dominica (Matthæus quidem cap. 26 & 27, Marcus. cap. 15: & 16 Lucas. 22. & 23. Ioannes verò 18. & 19) contulerit cum ijs quæ in hoc loco dicuntur, apertissimè cognoscet oĩa hæc ad Christum optime quadrare: & videbit quemadmodum clarissimo illuminationis radio præuidens ante multa tpa Dauid quæ futura erant, sic quasi præterita descripserit, atque ea quidem ita perfectè atque distinctè, ac si præsens ipse omnia transacta oculis conspexisset. Est ergo Psalmus iste oratio Christi in afflictione passionis positi, quam ad patrem effundit: in quo primum suã derelictionem proponit, quasi*
Matt. 27 *cum querimonia, secundum eam infirmitatem, secundum quam ẽt calicem sibi auferri in Euangelio legitur postulasse Ad eandem enim partem (nempe infirmam & humanam secundum sen-*
Matt. 3. *sualem affectum) videntur illa petitio, & ista querimonia pertinere. & indicat vtraque carnis*
& 17. *infirmæ fragilitatem, quam se habere veram ac passibilem, atque passiones etiam exhorrescentẽ, Christus dominus & illa petitione, & hac querimonia nobis demonstrare volebat. Exaggerat aũt querimoniam ex eo quod patres antiqui (qui non nisi serui erant) clamantes ad patrem, frequenter exauditi fuerint, deq; manibus inimicorum liberati: cum ipse filius existens dilectus, in tantam derelictionem, patris permissione deuenerit. Moxque incipit suæ passionis miseriam & magnitudinem enarrare per omnia iuxta Euangelicæ narrationis historiam, atque id quidẽ à versu septimo vsque ad vigesimum. A quo deinde, post enarratam passionis miseriam, patrem orat pro liberatione & resuscitatione sua, ne in morte vel in inferno permaneat, sed à mortuis redeat victor, idq; facit tribus versibus. Quæ verò dehinc sequuntur, à versu. 23. ad Christi resurrectionem, & ad nouæ Ecclesiæ per Christi resurrectionẽ genitæ ædificationẽ pertinent. vsq; ad finẽ Psalmi, & primum quidẽ patri promittit filius clarificationẽ & prædicationẽ ipsius in medio ecclesiæ. Dehinc versu 24. subito cõmutata psona, Christus qui hactenus ad patrẽ direxerat sermonẽ, nũc ad fideles Ecclesiæ filios exhortationem conuertit monens eos pro suæ resurrectionis gloria gratias agere patri liberatori. Ac deinde conuersionem gentium ad Deum, & Ecclesiæ ædificationem, ac beneficia quæ in Ecclesia conferentur (tam de patre, quàm de se ad patris dexteram exaltato, quasi de tertia persona loquens) prædicit: atq; ita qui in querimonia inceperat, propter solitudinis (vt videbatur) derelictionem, in gaudio terminat, propter fidelium ex sua resurrectione conuersionem & multiplicationem.*

## XXI. PSALMI ELVCIDATIO



EVS *Deus meus respice in me.* Dñator oĩum Deus qui meus ẽt peculiariter es pater, & Deus sum assumptæ carnis fragilitatem, aspice queso nunc ad me, in quanta sim positus desolatione, in quanta pendeam miseriam, omni destitutus solatio, omni prorsus auxilio humano priuatus, posteaquam omnes noti atque discipuli fugientes me reliquerunt. * *quare me dereliquisti?* atq; adeo ẽt tu pater meus benignissime, quõ sic me reliquisti, tuæ mihi diuinæ liberationis subtrahens consolationem, perinde ac si purus essem homo, & non etiã filius tuus, vnus tecum Deus & dñs? * *lõge à salute mea verba delictorũ meorũ.* ecce verba delictoũ meorũ, id est, opera peccato-

peccatorũ generis humani, populi mei, A laudatur & gloriatur oĩs populus tuus.
q̃ tu pater in me posuisti, & ego in meip so libens suscepi, atq; portaui, quæ ego nõ secus atq; mea reputo, volens pro eis tanquã pro peccatis propriis ex tua volũ tate satisfacere. hæc (inquã) peccatorum opera sunt, quę longè me faciun: à salute mea, quæ nunc à me tuã saluationẽ elon gant, pp quę nunc tua me Deitas non liberat. Nã sic decretum est à te, & sic ego acceptaui, vt hanc desolationem ad mortem vsque, pro generis humani peccatis expiandis, debeam sustinere.

2 *Deus meus, clamabo p diẽ, & nõ exaudies:* B
Mat. 26. Quanquã aũt id sciam, & fm spiritum ad
Ibidem. id sim promptissimus: tñ, quãtum ex parte carnis, quæ infirma est, & aspera horret, præ nimio pauore & horrore, tædio atque miseria clamaui ad te, secundum inferiorem hanc partem, postulãs si possibile esset, auferri à me calicem quem prę uidebat spiritus: clamaui (inquã) per diẽ, cum horror ille futurę passionis partem inferiorem turbaret: verùm tu non exaudisti me in hac petitione, fm inferioris partis appetitum postulantem:

* *& nocte,*
Lucę. 22 atq; ẽt cum nocte clamarem in horto positus, flexis gẽibus in terra prostratus, atque ẽt in agonia grauissima constitutus: tu tñ non exaudisti, sic vt auferres à me calicem, quem ex tuo decreto, & ex meæ etiam voluntatis secundum spiritum acceptione eram bibiturus:

* *& non ad insipientiam mihi.*
nequaquã tñ hoc ad insipientiã mihi dẽt imputari, nemo hoc dẽt in me arguere, q fm partis inferioris appetitũ postulauerim id, in quo non est mihi facta exau ditio, qm licet fm inferioris partis infir- D mitatẽ (ad testimoniũ veræ humanitatis meæ) exhorruerim calicem, atq; pro eius
Luc. 22. amotione fuerim deprecatus, tñ fm spiritum in omnibus submisi atq; commen daui meipsum voluntati tuæ dicens tibi, Non mea sed tua voluntas fiat.

3 *Tu autem in sancto habitas, laus Israel.*
Dũ verò ego in his pendeo angustiis, dũ in hac desolatione ago in terris, tu in excelso cęlo sancto tuo habitas, ò mi suauissime pr̃, q es laus populi tui fidelis, quẽ laudant ac prædicant serui tui, & in quo

Siquidẽ laudabilis est populus, cuius tu es dominus Deus eius, & in te semper est ipsorum laudatio. Ps. 143.

4 *In te sperauerunt patres nostri:*
Patres nostri, fideles serui tui, Patriarchę atq; Prophetę, & cæteri iusti horum imitatores, ex quibus secũdum carnem ego factus sum: ipsi spem suam omnem in te positam habuerunt. Roma. 1 & 9.

* *sperauerunt, & liberasti eos.*
& tu non dereliquisti sperantes in te, sed liberasti eos de manibus oĩum inimicorum, & saluos fecisti eos ab omni malo.

5 *Ad te clamauerunt, & salui facti sunt:*
Clamantes ad te de necessitatibus & angustiis suis pro auxilio, tua diuina virtute ipsos protegente, & pro eis pugnante, salui facti sunt:

* *in te sperauerunt, & non sunt confusi.*
spẽ suam in te posuerunt, & nõ sunt frustrati spe sua, nec sunt confusi ab expectatione sua.

6 *Ego autem sum vermis, & non homo:*
Cùm verò istis, qui tñ serui erant, semper misericordiã tuam exhibueris, mihi tamen nunc in tanta hac derelictione posito non præstatur à te liberatio.
Ego enim nõ quasi hõ, sed potius vt vermis pauperrimus & miserrimus appareo cuius nemo miseret, quantũuis indignis simis modis sim tractatus, quemadmodũ super vermem nulla est misericordia:

* *opprobrium hominum, & abiectio plebis.*
sum factus hoĩum opprobriũ & illusio, atq; ẽt infimæ vilissimæq; plebis despectio, vir dolorũ & sciẽs infirmitates, quasi leprosus & despectus, de nouissimis virorum, cui non est species neque decor. Esaiæ. 5.

7 *Omnes videntes me, deriserunt me:*
Oẽs q me viderunt in hac pendentẽ miseria, trãseuntes per viã derisionis & illusionis signa exhibuerunt contra me: Mat. 27.

* *loquuti sunt labijs, & mouerunt caput.*
loquuti sunt ore suo aduersum me cõuitia, probra, blasphemias iaciẽtes in me, Ibidem.
absq; vlla reuerentia: & in derisionis signũ mouerunt aduersum me capita sua, quasi ꝯgaudẽtes meæ miserię, & ꝑstantes dignã factis me accepisse vindictam.

8 *Sperauit in domino, eripiat eum:*
Loquuti sũt aduersum me in tãtis angu- Ioan. 8.
stiis

stiis pendentem in hũc modum. Ecce vbi A nunc est Deus, quẽ se patrem habere gloriabatur, in quo sperare se dicebat, quem se glorificare, & à quo se missum prædicabat: veniat nunc illi in auxilium, & eripiat illum de manibus nostris:

** saluum faciat eum, quoniam uult eum.*

Matt. 27. si hic filius Dei est, descendat nunc de cruce: & si pater hunc filium suum agnoscit, descendere illum faciat de cruce, sicque faciat saluum de manibus nostris,

Ioan. 3. & 5. quandoquidem ipse asseruit se à patre suo diligi & amari, & esse Deo in ipso, ut patri in filio, beneplacitum. Atque ita, dũ tu pater me nunc derelinquis, isti crucifixores mei arbitrantur falsa esse quæcunque de te prædicaui.

*9 Quoniã tu es qui extraxisti me de vẽtre:*

Ecce domine pater tu es qui me sine humanæ virtutis operatione, tua diuina operatione, nasci fecisti secundum carnẽ, atque modum, in verum hominem prodire, de vtero virginis matris meæ.

** spes mea ab uberibus matris meæ:*

& quemadmodum generationis, patrem alium præter te non habui authorẽ: sic tu etiam spes mea tota semper fuisti in te semper confisus sum, etiam tunc cum sugerem verba matris meæ, id est, à prima etiam infantia semper spem in te habui tanquam in Deum & patrem meum:

** in te proiectus sum ex vtero.*

in te omne spem meam conieci, & velutí meipsum totum plenissima confidẽtia in te proieci, à prima infantia, à tempore egressus ex vtero.

*10 De uentre matris meæ Deus meus es tu*

A tẽpore quo egressus sum de utero matris meæ, a prima ætate semper ego te agnoui & habui Deũ meũ & patrem meũ semper te colui, semp in te speraui:

Ps. 15. ** ne discesseris a me.*

ne ergo nunc derelinquas me pater vsquequaque, quemadmodum isti existimant: propterea quod tẽporalis liberationis auxiliũ non præstas, arbitrantes me prorsus à te derelictum: sed adesto mihi in auxilium sic, vt in morte non permaneam, & tempore definito per te à mortuis resuscitet ad vitam, vtque interim in his passionibus fortis perseuerem pro generis humani salute.

*11 Quoniam tribulatio proxima est,*

Idcirco autem tuæ præsentiæ supplex deposco auxilium, quoniã tribulatio maxima ex omni parte mihi adiacet, & vndiquaq; me premit, ex omni parte circũdãtibus me angustijs & malis, dum cõtinuo inimicorum sæuiente inuidia, ac malitia accumulantur mihi cruciatus:

** & non est qui adiuuet.*

& in his oĩbus doloribus nemo est hominum qui mihi impendat, quicquam auxilii, dum oẽs à me discipuli atq; noti fugerunt: & si qui etiã sint qui velint, adiuuare, propter fortitudinem & rabiem inimicorum non valent.

*12 Circundederunt me vituli multi:*

B Circundederunt me ad cõprehendẽdũ, illudendũ, & affligendũ milites delicati atque lasciui admodũ vitulorũ lasciuiẽtiũ & saltantium præ petulantia, gaudentes in captione, illusione, & afflictione mea: Mat. 26.

** tauri pingues obsederunt me:*

scribę, pharisęi, & seniores populi (qui veluti tauri erant implacabili odio & crudelitate erga me obdurati, pingues vtiq; & potentes delicijs & diuitijs) obsederunt me, & ita diligenter custodiri fecerunt, atque ipsi etiam obseruauerunt, ut nullo modo secũdũ humanã viam viderer posse eripi de manibus eorum, donec me morti traderent.

*13 Aperuerunt super me os suum, sicut leo rapiens & rugiens.*

Ad deuorandũ me apetuerunt os suum aduersũ me, ad modũ leonis rapere quærentis prædã: & rugitũ emittentis ad perdendum suo terrore innoxia animalcula. Sic enim & ipsi ferocissimi aduersarii mei contra me dilatauerunt os suum, & rugitũ sæuæ accusationis contra me emi

D serunt, ante Pontium Pilatũ pręsidẽ terribiliter me accusantes in multis, dicẽtes Lucę 23. me subuersorẽ gentis, turbatorẽ populi, potestatibus rebellantẽ, & Dei blasphematorem iuxta legẽ mortis reũ. Quẽ sane rugitũ iniqui clamoris cõtra me emiserunt, ut morti adiudicatum crudeliter interficerent.

*14 Sicut aqua effusus sum:*

Et ego præ passionis enormitate, acerbitate pœnarũ, & vexatione immensa, quibus me affecerunt, dilapsus sum, quasi vi

ribus

ribus omnibus destitutus in modū aquę effusæ, quæ consistentiā non habēs mox diffluit & dilabitur:

** & dispersa sunt omnia ossa mea.*

& oīa ossa mea dissipata sunt, dilapsa sūt infirmata sunt, suaq; fortitudine & robore pristino destituta ita ut nihil ultra superesset in me virium.

15 *Factum est cor meum tanquam cera liquescens, in medio ventris mei.*

Cor meū nimia passionū angustia oppressum factū est intra me, in medio corporis mei, in superioribus corporis, ad modū ceræ quæ per ignis calorem dissoluitur, sicq; suam perdens quā prius habebat duritiē, & continuitatem, diffluit reso luta Sic. n. & cor meū intra me continuo defectu resoluebatur & defluebat tendēs ad defectionē, præ passionis ardore atque vehementia, nimia afflictione pene excisum atque consumptum.

16 *Aruit tanquam testa virtus mea.*

Fortitudo mea oīs, omnisq; vigor qui intra me fuerat, exhauritur, penitusq; absumitur, & excoquitur passionis magnitudine: ad eū modū quo ex vase fictili (qd humido prius fictū fuerat) p ignis actionē omnis humor excoquitur & elicitur, donec perfecta ei sit solaq; siccitas:

** & lingua mea adhæsit faucibus meis.*

Adeò aūt omnis humor & vigor defecit in me, vt lingua adhæreat faucibus meis, veluti conuiscata nimia siccitate: quod solet fieri ijs, qui grauissima siti premunt.

** & in puluerem mortis deduxisti me.*

& vsque ad puluerem mortis (in quē recuertunt mortui) penè redire permisisti me, mox in mortem venturū. dū mihi robur ab illis sic exhaustum non reparas.

17 *Quoniā circundederunt me canes multi:*

Neq; verò mirū, si tā graue sustinuerim in mea passione miseriā. Circundederūt enim me inimici mei malitiosa inuidia ac implacabili iracundia, velut canes rabidi latratus suos sæuissimos contra me emittentes, & dentibus suis me crudelissime lanientes, iidemq; numero nō pauci nimirum scribæ omnes; pharisæi, populi, & omne concilium, atque ēt vniuersus populus, quē illi contra me concitauerunt, vt vnà cū eis contra me clamarent, mortemq; meam deposcerent:

E ** concilium malignantium obsedit me.* Mat. 27.

congregatio peruersorū istorū qui malignè & inuidiosè egerunt contra me, obsedit me, quasi per circuitum, & ita diligēter, vt euadere non valerem.

18 *Foderunt manus meas & pedes meos:*

Accepta tandē impiobis suis rugitibus, latratibus, atque clamoribus importunis, sententia ut ego cruci figerer, perfoderūt clauis manus meas & pedes meos, cruci me sic affigentes crudeliter.

** dinumerauerunt omnia ossa mea.*

& in cruce me extēdentes, extensione ter

F ribili ita distēderūt tenerū corpus meū, vt dinumerari facilè possent ab astantibus oia ossa mea, cūstibus ipsis præ nimia illa distensione ita prominentibus, vt distinctè videri facile valerent.

19 *ipsi verò cōsiderauerūt & īspexerūt me:*

Cum verò hæc egissent, nihil pmoti misericordia, imò magis gaudētes & gloriātes de perpetrata impietate, stabant ex aduerso, & contuebantur exaltatū in ligno, pendentemq; in altitudine patibuli: ac diligenter inspexerunt me, ad satiādū desiderium suum; & sibiinuicem me demon Mat. 27.

G strabant illudentes:

** diuiserunt sibi vestimenta mea:*

illi quoque qui huius sceleris (meę dico crucifixionis) extiterunt ministri, accipiētes vestimēta mea partiti sūt ea, faciētes quatuor partes, vnicuiq; militi partē: Ibidem.

** & super vestem meā miserunt sortem.*

& super vestē meā, super tunicā incōsutilē, quæ desuper erat contexta per totū, miserunt sortē, cuius esset, quis eam totā sibi acciperet, nolentes eam (eo quod inconsutilis erat) scindere.

20 *Tu autem domine ne elongaueris auxilium tuum a me:*

Et illi quidem rabidissimi canes, & rugiētes leones, hanc in me crudelitatē exercuerūt. Tu verò Deus pater meus, qui nō relinquis me solū, qui semper mecū es, ne mihi nunc in tāta desolatione posito deneges auxilium tuum, postquā ab omni humano & temporali destituor: Ioan. 19.

** ad defensionem meam conspice.*

sed aspice ad defensionem & liberationē meam, ut me in morte non derelinquas, neq; in inferno, neq; in sepulchro, quēadmodum isti opinantur: sed ut ad vitā Ioan. 8.

post

post triduum quantocyus me resuscites.

21 *Erue à framea Deus animam meam:*
Erue animam meam à gladio diaboli,
à potestate mortis, vt non tenear à morte neque ab inferno.

* *& de manu canis vnicam meam:*
& de potestate canũ istorũ rabidorũ quá me morsibus suis insanis interficere existimabant, erue aĩam meá: q̃ mihi vt vnica, est merito charissima. Nã carnẽ quidẽ in passionẽ & mortẽ dare non formidaui, & in manus inimicorũ corpus tua voluntate venire libenter permisi aĩam tñ oĩo modis oĩbus à morte saluari, neq; in potestatẽ inimicorũ meorum venire.

22 *Salua me ex ore leonis:*
Salua me per resuscitationem potentiæ tuæ, ex ore leonum istorum pessimorũ, ne quod ipsi petebant obtineant, cum me à morte saluaueris:

* *& à cornibus vnicorniũ humilitatẽ meã.*
& à potestate maligna istorum (qui sunt veluti vnicornes, ad nocendum concessa sibi potestate atq; authoritate terribiles) salua me humilem, pauperculum, & afflictum puerum tuum.

23 *Narrabo nomen tuum fratribus meis:*
Ego verò à morte, quã illi mihi putabãt inferre, resuscitatus, tui nominis gloriam annunciabo & manifestabo fratrib. meis
Act. 1. Apostolis atq; discipulis meis, qbus post passionẽ meã præbebo meipsum viuũ in multis argumẽtis, per quadraginta dies apparens eis, & loquens de regno Dei.

* *in medio ecclesiæ laudabo te.*
atq; per hos ego te faciã in medio totius Ecclesiæ fidelium laudari & glorificari, missurus eos in mundũ vniuersum vsq; ad vltimum terræ, vt oẽs credentes bapti-
Matt. 28 zatos in nomine Trinitatis, doceãt seruare præcepta tua, & veritatem tuam, ad quam prædicandam tu me misisti in mũdum: atq; ita tu pater Domine, in medio
Ioan. 18 totius Ecclesiæ per hos fratres meos cõgregandæ, fies laudabilis & glorificaberis ab omnibus fidelibus.

24 *Qui timetis dominum, laudate eum:*
Vertit sermo ad fideles Ecclesiæ, Vos fideles quicunq; creditis in dñm Deum vestrum, illumq; vt dignum est reueremini, vos (inquam) iustum est, dignum, & cõgruum laudare eum pro mirabili vestra

A redemptione, quam per me filium suum ipse dignatus est operari.

* *vniuersum semen Iacob glorificate eum.*
quicunq; verum estis semen Iacob, non carne tñ, sed fide & veritate: quicunq; fidei patriarcharum imitatores estis, vos glorificare cõuenit Deum patrem meũ, qui liberationem patribus vestris repromissam fideliter per me filium suum adimpleuit.

25 *Timeat eum omne semen Israel:*
Honorate, colite, ac dignè reuereamini illum, quicunque reputari vultis in verũ
B & spirituale semen Israel:

* *quoniam non spreuit neq; despexit deprecationem pauperis.*
vtique enim laude est dignissimus, q̃m non abiecit, neq; exaudire renuit deprecationem, qua ego in passionis humilitate infirmus, despectus, pauper, & contemptibilis, ipsum fui deprecatus.

26 *Nec auertit faciem suam à me:*
Neque auertit à me vultum suum, cum deprecarer eum pro me atque membris meis, quasi exaudire nollet postulantem, aut quasi male gratam haberet postula-
C tionem meam:

* *& cum clamarem ad eum, exaudiuit me.*
imo clamantẽ me vultu placito respexit, benignis auribus audiuit & exaudiuit, de morte me ad vitã immortalẽ faciẽs resurgere: vñ & vobi, quicunq; creditis, quicũque mea mẽbra estis, vita processit æterna, & simul omne bonum, pp quæ à laudibus illius (qui vobis tanta tam dignanter præstitit) cessare nunquam debebitis.

27 *Apud te laus mea in Ecclesia magna.*
Ad te ò pater meus tendit, & apud te est, atque ẽt de te, laus mea in Ecclesiæ meæ
D nouæ copiosa multitudine, in qua te vno animo concordes laudant fideles mei & membra mea:

* *vota mea reddã in cõspectu timentiũ eũ.*
laudes meas & pia cordis mei desideria, quibus te sp desideraui & optaui laudare, ego persoluã per membra mea in Ecclesia, quam tibi congregabo, in conspectu oĩum fidelium timentium & colentium sanctum nomen tuum. Tu n qui nunc in paruulo Iudææ loco paucos habes tui nominis cultores, post meam resurrectionem laudaberis & honoraberis cultu

 præstan-

præstantissimo in multitudine gentium
vbique per ecclesiam sanctam.

28 *Edent pauperes, & saturabuntur:*
Pauperes spiritu, humiles, & mites, quos
ego congregauero in ecclesiam meã, ipsi
gustabunt & comedent cibũ, nõ panis
neq; carnis, sed verbi Dei, cibum quoq;
corporis mei, quod eis in sacramento da
bo absconditum, quo cibo vtroque co-
piose reficientur (quantum opus erit) fi-
deles & humiles serui mei:

* *& laudabunt dominum qui requirunt eũ:*
& ipsi non ingrati de percepto pabulo,
cum laude gratias agent nutritori suo F
Deo, ex toto corde illi placere atq; serui
re desiderantes:

* *viuent corda eorum in seculum seculi.*
Deut. 8. & quemadmodũ cibo corporali sustentã
Mat. 4. tur & cõfirmantur hoĩes in vita corporis,
Ioan. 6. ita confirmabuntur corda & spũs eorũ in
Ibidem. vita atq; augmento spirituali, vitamq; ac
cipient, & in ea confirmabuntur in sem-
piternũ: nunc q̃dẽ in vita gratiæ, & in fu-
tura patria, in vita gloriæ sempiterna. Vi
uit.n. hõ in oĩ verbo qđ procedit de ore
Dei sumq; verba Dei spũs & vita. Et itẽ
panẽ illum Eucharistiæ, panẽ vitæ qui de G
cælo descendit, quisquis manducauerit,
non morietur, sed viuet in æternum.

29 *Reminiscentur & conuertentur ad dominum, vniuersi fines terræ.*
In illo tpe, post meã resurrectionem præ
dicãtibus Apostolis in vniuersis mundi
partibus, quotquot fuerint ad vitã præde
stinati, recordabuntur dñi Dei sui, credẽ-
tes in nomine eius, quẽ abiecerant, negle
xerant, contẽpserant, & prorsus ignora-
uerant patres eorum idololatriæ dediti,
& cum affectu ex toto corde ad ipsum cõ
uertentur, vt auersi ab omni vanitate cõ- H
uertantur ad seruiendum Deo viuo & ve
ro, in iustitia & omnimoda sanctitate.

30 *Et adorabunt in conspectu eius vniuersæ familiæ gentium.*
Ioelis. 2. Et ex oĩbus tribubus oĩbusq; nationi-
Lucæ. 1. bus gentium alienigenarum conuersi ad
fidem ab infidelitate sua in vera humi-
litate & corde fideli procedent ante cõspe-
ctũ tuũ, adorabuntq; te dñm Deũ suum.

31 *Quoniam domini est regnum:*
Apoc. 16. Et vere ita dignum & iustum est, eritque
1. Pa. 29 hoc mihi summum gaudium, cum ista
post meam resurrectionem impleri per
Apostolicam prædicationem in Ecclesia
mea conspexero, vt abnegata vanitate ad
cultum Dei fideles conuertantur. Tibi
enim, ô mi pater, qui es verus oĩum dñs,
competit regnum, tuum est regnum, ti-
bi competit regnare in populo, non au-
tem idolis aut dæmonibus:

* *& ipse dominabitur gentium.*
& tu es qui regnare debes atque dñari in
vniuersis gentibus per totam Ecclesiam,
non aũt diabolus princeps tenebrarum,
cui tantum competit tyrannis inferni.

32 *Manducauerunt & adorauerunt omnes pingues terræ:*
Plurimi quoq; ex iis q̃ potentiores, nobi
liores, sapientiores, ditiores, ac præstan-
tiores, videntur super terram, gustabunt
& commedent etiam ipsi de pabulo præ-
dicto, panem salutaris Euangelicæ doctri
næ, & sanctum panem corporis mei: &
adorabunt dominum Deum suum cum
laude & gratiarum actione:

* *in conspectu eius cadent omnes qui descendunt in terram.*
corã te incuruabunt se, & adorãdi gratia
procident ante cõspectum tuum, oẽs qui
cũq; sese curuatis genibus posuerint sup
terrã hoc est qcũq; se in terrã ad dorãdũ
prosternet, quicunq; in terræ puluerem
siue in pauimentum se demittent ad ado
randum, hoc facient non iam ante ido-
la, sed in conspectu tuo, hoc est pene oẽs
& plurimi valde tibi procident.

33 *Et anima mea illi viuet:*
Et ego resuscitatus p te, morte deuicta, vi
ta spiritali in gloria immortalitatis viuã
corã te, ante cõspectũ tuũ, atq; ad gloriã
tuã, moriẽ non visurus vltra in æternum:

* *& semen meum seruiet ipsi.*
& vniuersi filii mei, vniuersi fideles qui
crediderũt in nomen tuũ, doctrinamq;
meam susceperint, te colẽt fideliter, tibi-
que serui & obedientes erunt.

34 *Annũciabitur domino generatio ventura.*
Gñratio vẽtura, populus nouus fidelis Ec
clesiæ q̃ surget post meã resurrectionem,
euãgelizabit tibi dño Deo suo, pdicatio- Roma. 6
nẽ & annũciationẽ salutis accipiet p Apo
stolos vt credat in dñm Deũ suũ: sicq; p
veritatis prædicationẽ q̃ tunc accipiet,
populus ille fidelis factus ex infideli,
annume-

annumerabitur tibi tãquã uero domino suo asseribeturq; & recẽlebitur inter ser uos tuos, quasi recenter subiectus dominationi tuæ:

Rom. 3. * *& annunciabunt cœli iustitiam eius populo qui nascetur, quem fecit dominus.*

annunciabunt sancti Apostoli mei, viri plane cœlestes, populo illi nouo (qui ad

Ioan. 1. hnc est nasciturus, qui est p Apostolicã prædicatione in baptismate & fide generãdus) iustitiã Dei, iustitiã verã q corã Deo iustificat, q est ex fide in patrẽ & filiũ eius: illi, inquã, populo, quẽ tu pater ab æterno prædestinasti & præordinasti facere in tempore suo, & quẽ itẽ perficies B abtabisq; tibi in tẽpore definito, regeneraturus illũ tibi ex aqua & spũ sancto, vt fiat populũ electũ & peculiarem, in Ecclesiã sanctã in qua inhabitas, & modo per dulcedinẽ tuę gratiæ, & in futuro secũdum plenitudinem gloriæ tuæ sempiternæ. Amen.

## ANNOTAT. IN PSAL. XXI.

Versu tertio, Tu autẽ in sancto habitas laus Israel. Nota qd laus Israel dr̃ Deus dupliciter, vel quẽ laudat Israel, id est, oĩs populus fidelis, oĩs plebs Dei;

Deute. 4 vel in quo laudatᶜ & glorificatᶜ populus fidelis. Si qdẽ magna est fidelis populi gloria & laus magna, ꝙ dũm habeat Deũ suum in se habitãtẽ, ad custodiã atq; protectionẽ: quẽadmodũ & summa erat idololatris ignominia, ꝙ simulachra muta haberent pro dijs suis. Vnde erat illud Moysi, Non. n. est alia natio tã grandis, q habeat deos appropinquãtes sibi, sicut Deus noster adest nobis.

¶ Versu 6. Ego autem sum vermis, & nõ homo. Aduerte differentia inter occasionem vermis & alterius animalis perfectioris. Si enim animal perfectius, vt puta bos, vel ouis, vel equus, vel aliud qdlibet interficiatur aut moriatᶜ, sunt q conpassione moueanᶜ & doleant. Et si ob vsũ humanũ cogãtur hoĩes illa interficere, quemadmodũ ea q in cibũ veniũt, faciũt hoc tñ absq; vlla ostẽsione crudelitatis, siue ictu uno graui, siue professione gutturis, iuxta qd cõuenit, morte breuiori & faciliori ipsa interimentes. Erga aũt vermes nequaquã vulgo hac vtunᶜ cõpassione nis misericordia hoĩes, quãtũuis illis magna videaᶜ inferri inflictio aut vexatio: sed absq; vlla cõmiseratione frequẽter in varias partes secãtur, neq; ẽt naturaliter viscera sic cõmouenᶜ intra hoĩes, qũo si eadẽ aliis pfectioribus animãtibus cõtingerẽt. Nisi forte qs diuina pietate plenᵘ ẽt in infimis & nouissimi gradus viuẽtibus noslet primã illã vitã & oĩs vitæ primariũ fontẽ agnoscere & venerari causa aũt quare magis sup aĩalibus, pfectiorībᵘ sit humanis visceribus naturalis cõmiseratio, quã sup vermibus impfectioribus vr̃ hinc esse, qd illa sint humanæ spẽi aliqua ex parte (rõne pfectionis sensuum & mẽbrorũ) magis similia atq; vicina, quã sint hæc ĩfirma & ĩpfectissima aĩalia Cũ verò oẽ simile diligat sibi simile sm naturalẽ affectionẽ, amor autẽ cõmiserationẽ progignit, sit vt vbi maior est similitudo maior quoq; sit amor & cõmiseratio. Ob hæc nimirũ Chr̃s dñs vermẽ se nominat quem Prophetę agnum nominarũt, ouẽ & vitulũ: nimirũ ipse se ãplius humiliãs quã illi ausi fuerãt. Propter. n. nimiam crudelitatẽ, quã in eum exercuerãt impij Iudę, vix homini similis videbaᶜ. Propter qd ab Esaia pdictũ fuit, Vidimus eũ quasi leprosum, despectum, & quasi nouissimum virorum, virum dolorum, & vi- Esa. 53.
rum scietẽ infirmitates. Nõ erat species ei, neq; decor. Et in humilitate iudicium eius sublatum est, atq; alia plura: q omnia palã vermis nostri miseriã attestantur. Et qm̃ p hac summa despectione, homini similis nõ videbaᶜ, vix quisquã fuit qui super eo mouereᶜ misericordia. Imò cum D iam à Pilato portans spineam coronam & flagellis per totũ corpus crudelissimè uulneratus, exhiberetur, demonstraretur que turbis, ad misericordiã excitandam adeo moti non sunt persequutores, ut ẽt amplius iã mortẽ sitirẽt, inualescẽtibus- Ioan. 19
que vocibus absque omni misericordia clamarent, Tolle, tolle, crucifige eum. Nõ nulli verò santorũ patrum aliud in super mysterium intelligunt, in eo quod Christus se vermen, & non hoĩem dixit qm̃ videlicet non vt cæteri homines est humano more conceptus, ex concubitu maris & fœminæ, sed nouo miraculo, ex supna

 operatione

operatione spiritus sancti. Quemadmodū n. vermis patrē non habet cuius cum matre cōcubitu generet, sed in ligno vel in terra, ex putrefactione vel occulta virtute interna (q ex influxu venit corporis cœlestis) cōcipit & generat: ita Chrs dñs nō ex virili semine, neq; ex cōmixtione, sed ex influxu supno & obumbratione spūs sancti conceptus fuit in vtero virginis superbenedictæ Mariæ, quasi in medio ligni castissimi, & ab omni sorde purissimi, aut quasi in medio terræ pinguissimę, & p gratiā spūs sancti fœcundissimæ. Intra pinguem. n. terrā solēt libenter vermes pgigni. Atq; huic rectè quadrabit, qd Dauid (q psonā Christi pręfigurare solet) legimus. 2. Reg. 23. capite, tenerrimū ligni vermiculū nuncupatum.
2. Re. 23
Fuit insup Chrs dñs sm humanitatem tenerrimus, cōplexionis dispositionē nobilissimā habens: queadmodum in vermibus summa est teneritudo. Qua de re latius egimus in libris quos de cōsideratione rerū naturaliū cōscripsimus. libri. 9. ca. 28. His ergo rōnibus, vel diuisim, vel potius in vnū simul coassumptis, Christ' dñs uermē sese nuncupasse intelligat. Primū rñ Elucidationi respondet, & propo sito rectius quadrat, intelligentiā quoq; pleniorē facit. ¶ Versu 15. Factū est cor meū tanquā cera liquescens in medio vētris mei. Participiū liquescēs, pōt indifferenter cōiungi vel cū cera, ut sit sensus. Cor meū factum est in medio uētris mei tanquam cera liquescens: aut cum corde, ad hunc sensum, Cor meū factū est liquescens in medio vētris mei tanq̃ cera. Qd autem ad sentētiā pertinet, nihil refert, sic an sic iungamus. Vulgatior est modus prior, quē in Elucidatione quoq; sequuti sumus. Per ventrē aūt hoc loco intelligi oportet nō solū partem illā q solet eo nomine appellari, in quo cibi sunt & stercora (In hoc siquidē ventre nō est cor, neq; in medio eius locū habet inter intestina plena stercoribus) sed pro parte corporis superiori vsq; ad collū accipi oportet vētrē: atq; in huius vētris medio situ ē cor hoīs. ¶ Versu. 24. Qui timetis dñm, laudate eū. Posset ab hoc loco residuū Psal. accipi, quasi ipsius Prophetę Dauid sermo loquētis ī spiritu de gloria

E resurrectionis Chri, deq; pris ex hoc clarificatione, de populorū cōuersione, Ecclīæ ædificatione, de Apostolica pdicatione sacrorū viuificorū institutione, & in alijs q in tpe gratiæ futura erant. Nos tñ in Elucidatione maluimus totum Psalmum à Christo pronunciari, ea q de Deo dicit ad patrē referētes, atq; ēt ad ipsummet Chrm, quatenus patri suo est coæqualis, sicq;, cum ait, Cōuertent ad dñm, Laudabunt dñm, Dñi est regnum, & c. simul & de patre loqt, & de seipso sub tertia F psona, quasi de alio. ¶ Versu 32. In cōspectu eius cadēt oēs qui descēdunt in terrā. Huius versus posterior pars vr habere difficultatē erit tñ facilis eius intelligētia si ita legatur: Oēs qui descendunt in terrā id est, oēs qui se demittunt in terrā, & prosternunt ad adorandum, cadent ante cōspectum eius, id est, procidēt ante ipsum. Dictum est autē, oēs, hyperbolicè: quia plurimi in primitiua Ecclīa cōuertebant vel oēs pordinati & electi in Ecclesia, quē admodum apud Ioanē. Et erunt oēs dociles Dei. ¶ Versu vltimo, Annunciabit Dño gñratio ventura. Qd dr annūciā da
Ioan. 6.
G dño gñratio ventura, in Elucidatione indicauimus duplicē recipere intelligentiā iuxta primā īpropriè accipit vox annunciabit, vt idē valeat qd pdicabitur, improprie item sumpta, ut tātundem ualeat, atque pdicationē & annunciationē suscipiet de Deo. Et huic sententiæ illud, qd mox sequitur, cōcordat: annunciabunt cęli iustitiā eius populo q nascetur. Estq̃ hæc particula scda, expositio prioris: ut ista posterior pars, q p actiuū verbum enunciabit, prioris per passiuum obscuH rius enunciatæ tollat obscuritatem: id qd scripturis nō est infrequēs. Populus. n. fidelis (qui erat gñratio ventura) annunciatus, euāgelizatus, siue pdicatus est) vt ita loquamur) dño, id est, pdicationē & annunciationē suscepit de dño, & ad credendum in dñm, quia cœli, id est, Apostoli, annunciauerunt eidē populo iustitiā Dei. Nō aūt mirum videat, si verbū illud annunciabatur, dicamus īpropriè hic accipi. Nā & ī Euāgelio verbum euāgelizari (quod sm virtutem idem ualet pene qd annunciari) similiter impropriè sumitur cū dicit ad discipulos Ioannis Saluator
Mat. 11
Lucæ. 7.

Pauperes

Pauperes euangelizantur, id est, pauperes bona & lęta nuncia accipiunt, vel pauperibus bona Euāgelica nunciantur. Prædictæ expositioni fauet Chald. Paraph. q̄ hoc loco sic habet, Semē Abrahæ seruiet corā eo, annunciabit virtutem fortitudinis Dei generationi venturæ: vbi ſm actiuam significationem idem exprimitur, quod in iam dicta intelligentia dr̄ p paſſiuum. Altera aūt intelligentia, quam innuit Elucidatio, erat accipiendo verbum annunciari, quasi ꝓ annumerari, vel recēseri, vt sit sensus. Annumerabitur dn̄o generatio ventura: quemadmodū populus de nouo acquisitis annunciatur, asseribitur, annumeratur regi qui illū acquisiuit recenseturq; & velut refertur ad eum. Veluti cum ex quispiam copiosum mittit exercitū, vt alienigenas sibi gētes subdat: A is qui exercitui præest, quoscunq; expugnat, dn̄o suo cuius negotiū agit, annumerat, asscribit, atq; annunciat. Ad eūdē .n. modū sancti Apostoli, q à Christo ad orbem subiugandū missi fuerunt, ex omnibus finibus orbis terræ, quoscunq; ad fidē Christi conuertēdo salubriter expugnabant, eos Christo annumerebāt, adiūgebant in populū, & veluti in numerū retulerūt dicionis ipsius: cuius nō suū agebāt negotiū, quē admodū insignis quidā ex illis aiebat, Non. n. nosipsos pdicam*, sed Dn̄m nostrū Iesum Christū. Cœlis er 2. Cor. 4.
B go annunciantibus iustitiam Dei, annūciata est dn̄o gn̄ratio noua, populus nou* adnumeratus est ei, & in numerum subditorum ipsi relatus, simulq; recensitus. Et ſm hanc sententiā verti pōt ex Hebræo, Numerabitur dn̄o generatio quæ veniet.

## XXII. PSALMI ARGVMENTVM.

*Dulcissimus est hic Psalmus fideli cuilibet electo atq; spūali homini, ad meditandum Dei & Christi præcipua beneficia & pro eis gratias agendū ualde accōmodus. In ipso namque multiplicia Dei beneficia commemorantur: quemadmodū videlicet Deus quasi pastor bonus, nihil eorum nobis deesse patitur, q̄ sunt ad salutem nostrā utilia, constituēs nos in uberrimis Ecclesiæ pascuis, potans nos aquis sapientiæ salutaris, q̄ à spū sancto fluit in Ecclesia, & cuius participes fiunt fideles oēs in sancta Ecclesia: insup corda nostra ad se benigne cōuertēs, & p viā iustitiæ nos benigne deducens pp misericordiā suam. Deinde ēt in summis periculis protectionis suæ beneficiū nunquam nobis subtrahens, disciplinā insuper paterna ut filiis uirga & baculo impēdens, ad corroborādū nos contra hostiū oppugnationes mensam parās, id est sanctissimum suum corpus & sanguinem nobis donās in Ecclesia: neq; sic solum exterius pascēs, verumetiam interius oleo spūalis gratiæ lætificans & fæcundans: mercedem quoq; & retributionē gloriosam preciosumq; calicem fortiter agentibus proponens. Cuius denique indeficiens misericordia nunquam nos deserit omnibus diebus uita nostræ, donec nos adducat in mansionem quietis æternæ.*

## VIGESIMI SECVNDI PSALMI ELVCIDATIO.

OMINVS regit me, & nihil mihi deerit:

Domine Deus, qui diues est in misericordia, ipse quasi pater & pastor bonus me pascit ac dirigit, Ephe. 2. quemadmodum pastor suam ouiculam, Ioan. 10. ita mei solicitam ac prouidam curam gerens: & ob hoc cōfido, ꝙ nō deficiā omni bono, neq; quicquā vnquā mihi deerit in ulla gratia, quod mihi sit ad salutē atque spiritualem vitam necessarium.

* *in loco pascuæ ibi me collocauit.*

Et primum quidē (vt ipsius saltē aliqua enumerē bn̄ficia) ꝯstituit me, firmauit atque habitare me fecit ī optimis pascuis. ī Dn̄itate & corpore Ecclīæ suæ sanctæ: in qua veluti ī pascuis pinguissimis atq; vberrimis pascūt atq; enutriūt oēs fideles

2 *Super aquam refectionis educauit me:*

Enutriuit me secus decursus aquarū viuētiū, iuxta fontē aquæ viuæ, q̄ est aqua sapiētiæ salutaris fluens in pascuis Ecclīę: qua potantur oēs fideles in ea, atq; in hac cœlesti sapientia crescere me fecit, & augmentum sumere in spiritu:

* *animam meam conuertit.*

cuius aquę tanta est dulcedo, tāta est refe-

ctio atque refocillatio q̃ præstat aię bibē E
ti ex ea, ut per suum gustum animā meā
ac spiritum ab omni vanitate auersam eō
uerterit in purum ac solum verum ipsius
Dei mei amorē. Gustato etenim spiritu,
desipit oīs caro: & cœlestis illa sapientia
omnia facit quæ in mundo sunt insipida

*3 Deduxit me super semitas iustitiæ:*

Perduxit quoque me pastor meus in viā
iustitiæ, ponens me in via & obseruatio-
ne p̃ceptorum suorū, atq; etiam ducē &
custodem mihi in hac via se præbens à
lapsu & transgressione me preseruando, F
vtq; adimplenda ipsius mādata essem va
lidus me interius corroborando:

** propter nomen suum.*

fecit autem hæc oīa mihi, non pp mea
merita, nō q̃ ego dignus essem ex me tan
tis beneficiis ab eo affici, sed propter sui
nominis gloriā, qm̃ sic illi fuit placitū, vo
luitq; his modis suū nomē, suā gloriam,
suam bonitatem in me demonstrare.

*4 Nam & si ambulauero in medio umbræ mortis, non timebo mala:*

Insuper etsi contigerit me peruenire vsq;
ad maxima pericula, ita ut quasi proxi-
mus videar morti, iamq; me mors ipsa vi G
dea t aperuisse, & velut obumbrasse, atq;
expandisse se supra me: non tamen con-
turbabor, neq; desperatione aut diffiden
tia deiiciar à timore imminentium ante
prementium malorum:

** quoniam tu mecum es.*

quoniam te semper mecum habeo adiu-
torē, & defensorē meū, qui et de periculis
maximis, imò & de morte potēs es (si ti-
bi placitum fuerit) me liberare, q de me
es amplius, q̃ egomet de meipso solici-
tus, quiq; in tribulationibus & periculis H
maximè & præsentissimè adesse soles.

*5 Virga tua & baculus tuus, ipsa me consolata sunt.*

Quòd si qñ aduersitas quęlibet tua per-
missione, aut dispositione aduenerit in
eruditionem & correptionē (siue uirga
ea fuerit, siue baculus, siue modica, siue
magna, siue ad tolerādū leuior siue gra-
uior) vsq; adeò nō cōturbabor sup pater-
na disciplina tua, ut et magnam cōsola-
tionem sim ex ea accepturus. Erit.n hoc
mihi indicio, q̃ nondū à cura tua me ab-
iecceris, quòd nondum adulterinū me ha
beas: & nothum, sed vt legitimum filium:
potissimum cum sciam nullū esse filium Hebr. 12
quem nō corripit pater: & eos qui extra
disciplinam sunt, adulterinos esse, non fi
lios legitimos:

*6 Parasti in conspectu meo mensam, aduersus eos qui tribulant me.*

Et quoniam tribulantium atq; persequē
tium magna est copia & multa crudelitas
partim carne interius seuiente, partim
mūdo exterius, diabolis vtrinque: ut ad-
uersus omnes istos infractus & imperter
ritus stare queā, & non aliqñ succumbere
mensam parasti in conspectu meo, cibū Ioan. 6.
proponis salutarē in Ecc̃lia tua sancta fi-
deliter pugnantibus, panē vitæ qui de cœ
lo descendit, pretiosissimū corpus tuum
& sanguinem: de qua mensa sumentes di
gneq; cōmunicantes, accipimus fortitu-
dinem, & confirmamur in spiritu, vt ad-
uersum omnes nos tribulantes, fortes &
inuicti perstare valeamus.

*7 Impinguasti in oleo caput meum:*

Ad hæc interna vnctione spiritus tui san
cti vnxisti spiritum meū, oleo suauissimo
spiritualis gratiæ tuæ mentem meā atq;
affectū (lætificando pariter atq; fœcūdā-
do) copiose perfundisti, quemadmodū
oleū corporale faciē exhilarat & impin-
guat. Id enim facis, dū charitatem tuam
p spiritū sanctum diffundis in cordibus Ps. 103.
nostris, quātū ad effectum: quod ad men- Roma. 5
tem verò attinet, vnctione tua doces nos 1. Ioan. 2
de omnibus, & omnem doces de creden
dis atq; agendis veritatem:

** & calix meus inebriās, quā p̃clarus est.*

Super oīa verò pars calicis mei quā expe Ioan. 14
cto, portio mea hęreditaria, & beatissima & 16.
illa hæreditas atq; retributio fœlicitatis
æternæ, quæ me satiabit: ac prorsus ine-
briat, quæ totum meum desiderium & ap
petitum sufficienter implebit, ò quam est
præclara, & q̃ pretiosa & inæstimabilis,
super omnia quæ in mundo sunt aut va
lent cogitari: qua neq; oculus videre po
tuit, neq; auris audire: imò nec in cor ho Esa. 64.
minis ascēdit, quæ præparauit Deus se di 1. Cor. 2.
ligentibus. Atque in hunc calicē præcla-
rissimum iam præparatū mihi & seruatū
in cœlestibus aspiciēs, mentisq; oculos Sapien. 7
ac cordis affectum spe certissima intētos
tenēs, omnes pro nihilo superabo aduer
santium

santium tribulationes atque tẽtationes.

8 *Et misericordia tua subsequetur me,*

Semper aũt misericordia tua prẽsto mihi aderit, ac veluti subsequẽt, ita vt me cũ sit, & mecum laboret in oĩbus, quocunq; me vertero, custodiens introitum meũ, custo-
Ps. 120. diens aĩam meã ab omni malo, parata auxilium præbere in omni opere bono, ad quodcunq; voluero extendere manum meã: quemadmodum pastor diligẽs ouiculas suas subsequitur, neq; vnquã solas eas relinquit, donec in caulas induxerit, ne vsquã forte vel aberrent, vel in foueas cadant, vel luporum esca fiant:

* *omnibus diebus vitæ meæ.*

atq; hoc tuæ solicitissimæ curę atq; custodię beneficiũ, non vno tñ vel die vel anno impendes mihi, verũ oĩbus, qbus hic vixero sup terrã, donec vixero in hac militãte Ecclesia, ĩ hoc deserto vbi oĩa sunt periculis, foueis, laqueis, ac lupis plena.

9 *Et vt inhabitem in domo Domini in longitudinem dierum.*

Et ita quidẽ sp tua misericordia me subsequẽt, vt in æternitate in domo tua tecũ valeã inhabitare, vt nemo me in hac via à præparata illic mansione valeat impe- C dire, aut à te vlla rõne separare, sed in ęternũ permanere & habitare valeã in conspectu tuo atq; in domo tua: nunc quidẽ in ecclesia hac militante, p gratiã tuã, in triumphante verò aduẽtura, sm perfectã gloriã tuã, quæ siue fine pdurabit oĩbus electis in sęcula seculorum, Amen.

## ANNOT. IN PSAL. XXII

VErsu primo, Dñs regit me. Regere in bonã partẽ accipiẽ. Est.n. Græcè ποιμαίνει, qd significat regere ad modũ pastoris, siue pascere: qd verbum ẽt su D pra Psalmo 2, haberi diximus in Græco, Reges eos in virga ferrea. Loquiẽ.n. hic Psalmus de Deo quasi pastore, & plura ex iis q̃ hoc loco dñr de Christo erga Christianos, dicta videntur sm similitudinem pastoris corporalis & ouiũ. Est.n. pastoris officiũ curare, vt nihil desit ouibus quod sit ad earum bonã valitudinẽ necessarium: vt in loca pascuorum educat eas, vt in vias bonas & rectas deducat, à deuiis & suspectis locis custodiat, vt si in periculu incidant pñtia auxilio suo eas li- A beret, vt pede suo (siqñ à via recta aberrare incipiant, aut à grege segregent) eas redire cogat: deniq; vt p̃o oibus sollicitã curã gerat, & nunq̃ eas deserat, donec in quietis locum, in caulas inducat. Hęc aũt oĩa in isto Psalmo facile est considerare quõ Christo Dño (qui sese testatus est pastorem bonum) applicentur, interiectis Ioan. 10.
nihilominus & aliis quibusdã, quæ corporalibus ouibus nõ conueniunt: quẽad modũ de aquis refectionis, quibus oues non egent corporales: de conuersione aĩæ, de parata mensa, de impinguatione B capitis in oleo, & calice præclaro. Nobis.n. rõnalibus ouib. ampliori atq; ẽt alia cura est opus, q̃ oues corporales accipiãt à suis pastoribus. ¶ Versu. 5. Virga tua & baculus tuus. Nonnulli p baculum intelligunt sustentationẽ Dei, qua iustos sustentat. Cũ.n. dñs electas oues suas percutit (hoc est, disciplina qualibet seu aduersitate corripit) baculo nihilominus eos sustentat, dando in aduersitate patientiã, ne vel in murmurationẽ, vel in despera tionẽ, vel in alia mala p impatientiã cadant. Cum ergo simul sunt virga & baculus, in hoc consolari debet electus. Virga aũt si sola fuerit, defuerit q; baculus, timẽdũ est ne reprobus fiat ille qui sine baculo virgã sentit. Alii p baculũ pastoralẽ siue pedũ, intelligunt Dei internã directionẽ. Cõsolatio.n. est electorũ, cũ exterius flagellãte virga, interius directio Diuina in viã rectã reducit. Parum.n. pfuerit virga, si defuerit hic baculus. Hęc aũt vbi simul adsunt, magna est eius q ea experiẽ cõsolatio. Sensit virgã Pharao, sensit & Sẽnacherib: verum qa baculus defuit, nõ eis sola virga attulit consolationẽ. Sensit & Dauid virgã, post dinumerationẽ po- Exod. 4.
puli: sensit itẽ Nabuchodonosor, postquã 5. & 6.
eleuatum fuisset cor eius. Et his, qa simul adfuit baculus, interior Dei directio ad 4. Re. 16.
pœnitentiã, idcirco acceperunt consolationẽ, & per virgã atq; baculum senserunt emendationem. Nos autẽ in Elucidatione, tam per virgã, quã per baculum 2. Re. 24
indicauimus accipi correptionẽ disciplinæ: per virgam quidem mitiorem, per baculum verò duriorem. Quosdã enim vir Dan. 4.
gã tñ, alios ẽt baculo corripit pastor bonus: & quosdam quidem leuiori ac mi-

tiori disciplina, alias verò duriori corripit, iuxta quod ipse nouit vnicuiq; ad salutē & meriti promotionē conuenire. Isto aūt quicquid tandē ex dñi manu euenerit, siue virga corripiat siue baculo, cōsolatio esse debet, dū attendit dñm esse & patrē qui corripit: idq;, totū quod agitur ad suā sibi salutē proficere. Quasi virga percutiebatur Dauid, cū pro adulterij & homicidii peccato, pueruli ex adulterio concepti vitā impetrare non potuit. Leuis n. satis & mitis videbatur ista correptio pro peccati magnitudine. Baculo verò cædebat, cum post populi dinumerationē, septuaginta millia hoīum ex populo sibi charissimo, pro suo peccato percuti vidit pestilentia: itē, cū grauissimā sibi persequutionem à filio suo Absalon suscitare cōspexit. In vtroq; aūt suscipiens

2.Re.12.

1.Pa.21.

1.Re.16

E patienter Diuinā correptionē, emendatus & consolatus est. Quod aūt per virgā dicamus intelligi correptionē mitiorē, per baculū verò duriorē, ex cōi consuetudine accipimus parentum, qui filios donec in ętate sunt minori, virga corripiūt: quos iā grandiores factos, omissa virga, baculo corrigunt, si commeruerint. Est aūt præter virgā & baculum, ēt gladius Dñi, quo corripit reprobos, qui de numero filiorum non sunt. Atq; hic potius ad vltionē, quàm ad disciplinā spectat. Non .n. ad patrē, sed ad iudicē spectat gladius. F Gladius ergo dñi metuendus est, & semper præcauendum ne veniat nobis. Cæterum virga & baculus cum aduenerint, ēt in consolatione sunt habenda, atq; inter præcipua Dei beneficia hominibus spiritalibus sunt æstimanda.

Rom.13.

## XXIII. PSALMI ARGVMENTVM.

*Psalmus iste in initio & in fine Christum Dominum respicit: in medio autem eos qui dignos se Christo per iustitiam & vitam bonam exhibuerint. In principio itaque Christi Domini vniuersale super omnem terram dominium proponitur, propterea q. ipse orbem terrarum fecerit & creauit. Est enim iustum, rationabile, atq; necessarium, eundem esse orbis dominum qui creauit illum, atq; oēs habitantes in eo. Versu aūt tertio incipit describere qui digni habendi sint vt admittant ur in orbē illum venturum, in ciuitatem supernam: posteaquam constat non omnes illic admittendos absque discrimine, quemadmodum in hoc orbe sine distinctione habitant boni & mali, & omnium secundum naturalem subiectionem (ratione creationis) æqualiter Deus est Dominus. Describit autem quales isti esse debeant, qui in illum venturum orbem, in montem sanctum sint admittendi, versibus quattuor, nimirum à tertio vsque ad septimum. A quo rursum vsque ad finem, Christi gloriosum dominum proponit, non iam quod ratione creationis rerum habet: sed quod ratione peractæ victoriæ à patre accepit, iuxta illud, Data est mihi oīs potestas in cælo & in terra. Considerans itaq; propheta in extasi spiritus Christum accepto hoc domino cum gloria magnifica ascendentem vnà cum multitudine illius beatæ captiuitatis, quam ascendens secum ducebat in altum (de quibus in præcedentibus statim prædixerat) tanquam præcurrens nuncius, angelos alloquitur, ut aperiant venienti Domino portas ciuitatis, secundum omnem altitudinem & latitudinē: causam simul adiungens, magnitudinem gloriæ & maiestatis eius, quem contemplabatur aduenientem: sicq; dulcissimo exitu in suauissima contemplatione ingressus Christi, Psalmum hunc terminat.*

Matt.26

Ephe.4.

Psal.67.

## VIGESIMI TERTII PSALMI ELVCIDATIO

*OMINI est terra & plenitudo eius:*

Terra vniuersa cū omni sua plenitudine, cum omnibus quæ in ea sunt, & in ea sustentantur, creaturis, domini Dei est, qui creauit eam.

* *orbis terrarū & vniuersi qui habitāt ī eo:* vniuersus, in quā, orbis terrarum, totus terræ globus, cū oībus qui in eo, vbicūq; gentium, vbicunq; locorum inhabitant.

2 *Quia ipse super maria fundauit eum:* Ipse. n. est, qui orbē terræ creans stabiliuit, firmauit, constituit, solide posuit super elementum aquæ, super congregationes aquarum, quæ sunt maria:

* *& super flumina præparauit eum.* & super vniuersitatē aquarum, super elementū totū aquæ, artificio magno & sapientia præparauit, stabiliuit, fit miterq;

collo-

collocauit eũ,quasi globũ in medio aquę
A operari non experientur.

3 *Quis ascendet in montem domini?*
An uero omnes qui nũc in hac terra inhabitant absq; discrimine boni atq; mali,sic ẽt in supernã mansionem sint absq; discretione admittendi?Quod si nõ omnes,qui ergo digni erunt assumi in mõtẽ illum excelsum, atq; ad sublimitatẽ peruenire maiestatis Dei , ante conspectum diuinitatis?

* *aut quis stabit in loco sancto eius?*
aut qui digni reputabuntur,vt stent, permaneant,atq; vt ciues inhabitẽt in ciuitate illa superna , in mansione illa beata, quam ipse dominus sanctificauit sibi in
B aulam regiã , & gloriosum palatium suũ?

4 *Innocens manibus & mundo corde:*
Illi nimirum,qui manibus fuerant mũdi, puri,& innoxii,qui nihil operati sunt iniquũ,neq;contra Deum,neq;contra proximos,sed econtrario opera iustitię & virtutis sedulo sunt operati:qui,inquam nõ solum opere exteriori innocentes se exhibuerunt,ut uerumetiam cor mundum & affectum syncerum gestauerũt,adeo vt nõ solum opere nihil noxiũ perpetrarint, uerum neq; desiderio quicquam tale cõcupierint.

* *qui non accepit in vano animam suam:*
qui animas suas non in vanum sine frustrà à Deo acceperunt , sed ipsis bene usi sunt,ad bonum cultum Dei ; ipsarum uirẽs oẽs diuinis obsequiis dedicando , ad quem finem indubitatum est hominibus animam rationalem datam esse.

* *nec iurauit in dolo proximo suo.*
qui ẽt non iurant in dolo,nõ peierãt, & omnino nõ mẽdaciter,neq; dolose agũt cũ proximis suis:sed quæ promiserũt aut iurauerunt,implent iuste atq; fideliter, & quæcunq; agunt cũ proximis, sinceriter absq; fraude & dolo peragunt in iustitia,
D

5 *Hic accipiet benedictionem à domino:*
Hi sunt qui in cœlestibus benedictionẽ accipient immortalitatis,& donum beatitudinis æternæ à domino,cuius in hac uita uoluntatem peregerunt.

* *& misericordiam à Deo salutari suum.*
& hi perfectam illam æternæ salutis misericordiã cõsequent à Deo omnipotente salvatore suo,rigorem autem ultionis quam illi sentient qui contraria fuerint operari non experientur.

6 *Hæc est generatio quærentium eum:*
Hæc atq; huiusmodi , qualem suprà descripsimus,est generatio eorũ qui timent dominum,tales esse debent,qui de populo & numero timentium esse cupiũt,atq; cũ eis præmii æqualitate participes fieri:

* *quærentium faciem Dei Iacob.*
hic est,inquã,populus & generatio eorũ qui ex puro corde requirunt conspectũ Dei veri,qui ambulant tanquã in cõspectu Domini Dei sui, semper illi cupiẽtes placere,& tales fieri oportet,qui de horũ numero haberi uelint:Atque huiusmodi sunt,qui dñm sunt in cęlestia scãdentem comitaturi,ĩ laudibus,vt hic añ cõspectũ eius semper ambulauerũt in uirtutibus.

7 *Attollite portas principes vestras:*
Vox Prophetæ in spiritu exhortantis angelos,vt Christum dominum eum victoria redeũtẽ suscipiant, vos vero ò principes, ò sublimes angelici spiritus,attollite:eleuate,& in altum atq; latum aperite portas vestras,redeunti cum victoria magnifica domino.

* *& eleuamini portæ æternales:*
uos quoq; portę ęternitate stabiles ciuitatis supnæ,eleuamini altẽ,lateq; apimiai.
C

* *& introibit rex gloriæ.*
ecce.n.aduenit rex gloriosus Christus dominus,peracta militia, regnum in ciuitate supna accepturus,omnibusq;ãgelicis exercitibus præferendus. Cui sane cũ innumera multitudine iustorum omniũ, qui se in uita Deo dignos exhibuerũt aduenienti, cõuenit portas ciuitatis uestræ (in quam ingredietur,accepturus regnũ) altẽ lateq; aperiri.

8 *Quis est iste rex gloriæ? Dominus fortis, & potens,Dominus potens in prælio.*
Quod si cognoscere uelitis quisnã iste sit rex gloriosus,cuius prædico aduentum, & cui portas iubeo attolli atq; eleuari,scitote quoniã ipse est Christus Dominus, rex fortissimus & potentissimus, eandẽ cum patre fortitudinẽ & coæqualem habens uirtutẽ,ipse,inquam,qui potens & robustus ẽ pugnator,q potẽtia sua debellato inimico generis humani, gloriose triumphauit,deuicta morte, infernoq;& inferni principe diabolo superatis.

9 *Attollite portas principes vestras.*

Iterum

Iterũ uos exhortor, ô principes excelsi, angelicæ potestates, vt portas ciuitatis uestræ latè aperiatis uenienti à victoria in q; propria redeunti domo, cũ innumero iustorũ comitatu, quos secũ à captiuitate īferni potẽter liberatos adducit, uestris ordinibus inserendos.

* *& eleuamini portæ æternales.*

uos iterum moneo, ô portæ æternæ, nunquam confringendæ, ciuitatis supernæ, quã nemo vnquam poterit expugnare, uos, inquã iterũ iubeo alte lateq; quãtũ fieri potest aperiri, in tãta gloria & comitatu uenienti domino,

* *& introibit rex gloriæ.*

Apo.9. Introibit. n. p uos rex regum & dñs dominantiũ, rex gloriosus super oẽs reges. Non habet aũt qui in tãta maiestate & tãto cũ comitatu aduenit p angustũ ostiolũ intromitti, sed portas necesse est illi in altum & altum prorsus aperiri,

10 *Quis est iste rex gloriæ?*

Neq; uerò est q̃ miremini quisnam iste tantus sit qui sic ascẽdit in gloria, qui venit tãto comitatu ingressurus in ciuitatẽ uestram ut regnum accipiat,

* *Dominus uirtutum, ipse est gloriæ.*

Ioã.4.5. ecce n. ipse est dñs angelicarũ uirtutũ omniumq; uestrorũ exercitũ, & omnio omniũ uestrum ipse est dominus, filius Dei, patri æqualis, qui olim exiens ad patris splendã uolũtatẽ in terras, nunc reuertitur, peractis omnibus, cũ gloria: propter q̃ cũ omni reuerentia & obsequio quo potestis, illi debetis obuii procedere aduenieteq; cũ omni lętitia & iubilo suscipere generis humani redemptorẽ, & angelicorũ ordinum reparatorẽ, Dominũ Iesũ Christum, qui patri erat eritq; coæqualis unà cum spiritu sancto in omnia secula seculorum, Amen.

## ANNOTA. IN PSAL. XXIII.

VErsu primo, Domini ẽ terra & plenitudo eius. Nota duplex esse Christi dominiũ, prius quidẽ, rõne creationis Est. n. ipse creator omniũ, & idcirco omniũ etiã dominus. Qui n. de nihilo fecit omnia, cœlũ, terrã, & quæ in eis sunt, qd ni etiam Dominus sit horum omnium? Hoc modo, irrationabilium omnium ita

E & oĩum hominum Christus est dominus siue bonorũ siue malorum Ac de hoc dominio in duobus primis uersibus agitur. Alterum est dominium qđ sibi Christus veluti comparauit, atq; per passionem pmeruerit, quod post laboriosam militiã ac pugnã cum diabolo (victoria tandẽ p propriã mortẽ obtenta) veluti lucrifecit, iuxta quod ad Philippenses Apostolus scribit, Christus factus est pro nobis obediens vsq; ad mortẽ, mortẽ aũt crucis, pp quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod est super oẽ nomen, vt in Philip.2

F noĩe Iesu omne genu flectat. Quo dominio licet ẽt omnium dominetur, nempe cœlestium, terrestrium, & infernorum, sñ peculiari mõ sup sanctos & electos suos habebit dominium in regno cęlesti: intra quod regnũ nõ includunt, & sub quo dominio nõ erunt nisi illi, qui nunc per innocentiã & iustitiã dignos se Deo seruos exhibuerint; quos ẽt secũ vehet in gloriã suã, regnaturus cũ eis in ppetuũ. De hoc aũt scdo dominio fit sermo ĩ reliqua parte Psalmi, maxime aũt circa finẽ: describitur illius dominij & ĩperii à Chro susce-

G ptio. Huius aũt duplicis dominij consideratio manifestabit Psalmi connexionẽ, q̃ alioq difficile capit. ¶ Versu. 6. Hæc est gñatio q̃rentium eum. Gñatio collectiuum nomen est hoc loco, idẽ fere ualens qđ populus, vel natio, uel ẽt progenies, Et frequenter tum in Psalmis, tum in Euangelijs in hanc significationem accipit, vt Iuli cum Iudęis ex pbat Dñs, Gñatio praua, incredula, atq; peruersa Et apud Paulum, In medio nationis prauæ atq; peruersæ A q; in alio Psalmo, Quadraginta annis offensus fui generationi. Atq; ẽt in Phili.2 Matt.16 & 17. Ps.64.

H fine præcedentis 21. Annunciabit domino gñratio uentura. ¶ Versu. 7. Attollite portas principes vestras. Hic in spiritu Propheta monet angelicos ciues aperire portas uenienti Dño: eosq; uelut interrogantes de domino quisnã sit introducit: ac respõsionẽ subdit. Loquit aũtẽ hic, cũ portas iubet attolli & eleuari (quæ idem sonant, id est, in altũ & latum aperiri) sm cõsuetudinẽ & vsum hominum. Cũ n ingressurus est in ciuitatem nobilis qspiã aut rex magnum comitatum & apparatum secum habẽs, pcurrunt nuntii, q portas

tas aperiri iubēt,nō tm̄ iuxta cōsuetudinē vsq; ad dimidiū,sed ad integrū, ita ut desup oībus repagulis & obicibus amotis,quātū possibile est in oī solitudine pateāt ad ingressum magnifici regis. Atq; hoc ēt vulgo in magnificis domibus ꝓspicimus,q̄ cum cōsuetudinarie nō nisi angustū habeāt introitū,ingressuro tn̄ ipso domus dño,aut alio quopiā magnę ęstimationis viro,tota patefit porta sm̄ latitu A dinē,vt cōuenientiori illi & honorificētior sit introitus. Iuxta hūc sanè modū Dauid in spū veluti ꝑcurrēs ante ascēdentē & in propria redeuntē dñm,ad eos q intus sūt principes cœlestes clamitat,vt tollāt portas:illisq; abintus(vt ipse eos introducit) more humano interrogantibus, quisnā ille sit cui sic portas iubeat patefieri, respondet adesse fortissimum victorem, & gloriæ regem, Christum Dominum.

## XXIIII. PSALMI ARGVMENTVM.

*Psalmus iste,vt satis intellectu facilis,ita est & vtilissimus. Est.n.forma cōmodissima ad eleuandum spūm in Deum. In qua primum ob fiduciā quā in Deum habet homo fidelis, ab inimicis & confusione quā illi conantur adducere,petit diuinitus liberari:atq; id vt fiat,petit vias Dei sibi mōstrari,inq; eis diuino & superno dirigi ducatu, & quo moueat efficacius, antiquas miserationes Dei cōmemorat sibiq; delicta iuuentutis & ignorantias dimitti,& misericorditer secum agi postulat,ne forte ob peccata pristina si in districtione iustitiæ cū ipso agatur,in ullo detrimentū sustineat. Post hæc à versu nono persona mutata,qui hactenus sub secūda ad ipsum Deum dixerat sermonē,nunc ad tertiā se cōuertit:declarans Dei erga seruos suos bonitatē & fidelitatē,& multā ipsi seruientem vtilitatem,vsque ad versum.17. vbi iterum ad secundam personam,quam aliquantulum intermiserat reuertitur,suas tribulationes multas & increscentes Deo proponens,protectionemq; & liberationem postulans:non peculiariter tantū suam,sed in conclusione Psalmi,generaliter totius populi fidelis,qui est Israel Dei.*

## XXIIII. PSAL. ELVCIDAT.

*D te domine leuaui animam meam.*

Ad te Dñe spiritum meum leuaui, mentem atq; voluntatem totam in te, fide recta,spe firma,&charitate pura direxi.

* *Deus meus in te confido, non erubescam.*

tu es Deus meus in quo oīs mihi spes posita est,& in quo oēm meā constitui fiduciā,pp qd postulo, ut nō me pmittas cōfundi ab expectatione mea, sed uoti atq; desiderii mei fac me cōpotē dādo mihi q̄ D à te expectaui spiritualia omnia bona.

2 *Neque irrideant me inimici mei:*

Ps.118. Neq; permittas sup meo lapsu gaudere aduersarios meos,qui q̄runt mihi dominari,q me conant̄ in peccati lapsum adducere, & in mortis foueam pertrahere.

* *etenī vniuersi qui sustinēt te,nō cōfūdunt̄*

quicūq; n.cū patiētia te expectāt,& sustinentes permanent in obseruatione ꝑceptorum tuorum, nō experientur confusionē,neq; frustrabunt̄ à desiderio suo

3 *Cōfundētur oēs iniqua agētes superuacuè.*

Qui verò te nō expectāt,q nō permanēt C in obseruatione ꝑceptorum tuorum,sed iniq; agunt superuacuè,absq; vlla vtilitate & rōe,imò ꝯtra rōnē oēm,& ad maximū suū malū trāsgrediētes ꝑcepta tua,hi ꝯfusionē æternā inuenient ī nouissimo,cū tuo iusto iudicio suę iniqtatis pęnas luēt.

4 *Vias tuas domine demonstra mihi.*

Mihi verò Dñe,q ī te cōfido,te expecto, tibiq; placere cupio,demōstra uias tuas, per quas ambulē corā te,vt placeam tibi.

* *& semitas tuas edoce me.*

& doce me ambulare per semitas tuas, quas cōstituisti nobis,vt per eas recta ingrediar, non declinās ad dexterā vel ad sinistram:hoc est mandata atq; præcepta tua fac me intelligere,& secundum ea diligenter operari.

5 *Dirige me in veritate tua,& doce me:*

Fac me Dñe ambulare in ueritate iustitię tuæ, & esto mihi director atque doctor in uia ueritatis & iustitiæ tuæ.

* *quia tu es Deus saluator meus: & te sustinui tota die.*

qm̄ tu es Deus author salutis meæ, teque vt solum saluare me potentē in patientia sustinui iugiter,nulla fruct' expectatiōe,

nullo

nullo dissolutus tædio.

6 *Reminiscere miserationũ tuarũ domine :* Recordare ò Domine miserationum tuarum antiquarũ, quibus ab initio misereri semp solitus es petentibus misericordiã:

* *& misericordiarũ tuarum q̃ à seculo sunt.* miserationes tuas multas ac magnas quas te fecisse audiuimus cum patribus nr̃is, ex quo stetit præsens seculum, harum( in quam )miserationum tuarũ antiquarũ tu Dñe reminiscere, vt sicut semper misereri es solitus, ita etiam nunc mihi pauperculo tibi humiliter supplicãti misericordiam benignus impendas.

7 *Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris.*

Peccata adolescentiæ meę, quibus te multiplicites offendi in temporibus pteritis, dum in me feruetet iuuentilis ardor, & vigeret vis concupiscentiæ: item & ea quæ quomodocunque per ignorantiã, aut surreptionem cõmisi, quorum mihi numerus determinatus est incognitus, & q̃ oĩa sigillatim nõ ualeo recogitare in amaritudine, tu Domine dimitte mihi misericorditer: proiice omnia post tergum tuum, noli vltra memor esse eorũ, sic ut ea mihi imputes ad vltionem.

8 *Secũdũ misericordiã tuã memẽto mei tu:* Secundum multã & magnam misericordiã tuã memento mei in bonum Domine, vt mecum agas secundum dulcedinẽ misericordiæ tuæ, in peccatorum dimissione & collatione gratiæ tuæ.

* *propter bonitatem tuam domine.*

idq; peto nõ secundum rigorẽ seueræ iustitiæ tuæ, sed propter suauissimam & dulcissimam tuam misericordiam, qua promptus es & expositus omnibus, qui te humili corde requirunt.

9 *Dulcis & rectus dominus :*

Tu enim Domine dulcis es in misericordia, & rectus in iustitia: sic dulcis, ut etiã rectus: sic misericors, vt nihilominus iustus: tamen præcedit quodãmodo & præcellit erga electos dulcedo misericordię, rectitudinem iustitiæ:

* *propter hoc legẽ dabit delinquẽtibus ĩ via.* atq; ob hoc( quòd dulcis simul sis ac rectus, iustus pariter atq; misericors ) legẽ ponis pctõribus in via vitæ huius, in via conuersationis suæ, per quã nimirũ auerE si à peccatis, à uiis suis malis, cognoscãt uiam rectam, quam ambulare debeant, quid agere, quidve omittere, quid facere, quid declinare.

10 *Diriget mansuetos in iudicio :*

Homines humiles & mansuetos, q se humiliant sub potenti manu tua, tu dirigis in iustitia, ambulare eos faciens per rectitudinem iustitiæ tuæ. 1.Pet. 5.

* *docebit mites vias suas.*

mites ac humiles tu doces ambulare uias tuas, obseruare pręcepta tua.

11 *Vniuersæ uiæ domini misericordia &*
F *ueritas.*

In omnibus uiis tuis, Domine, simul cõiũcta sunt misericordia & ueritas siue iustitia, ita ut omnibus actionibus, atq; dispositionibus quibus agis nobiscũ, simul hæc duo reluceant: sic in omnibus misericordem te exhibens, vt nihilominus inueniaris iustus, sic quoque ex altera parte iustus & uerax in omnibus existens, vt nihilominus & misericors:

* *requirentibus testamentum eius, & testimonia eius*

peculiariter verò ambo hæc manifestant
G erga electos tuos, qui exquirunt & desiderant testamentum tuũ, quod disposuisti nobis obseruandum, & qui requirũt pręcepta tua ad opere implendum ea.

12 *Propter nomen tuum domine propitiaberis peccato meo:*

Obsecro ergo te Domine, propter gloriã nominis tui, quoniam bonus es Dñs, qm̃ es saluator misericors, vt propitius sias & clementer indulgeas peccatis meis,

* *multum est enim.*

quæ cum multa sint & magna, opus habent magna propitiatione & infinita mi-
H sericordia tua, & id etiam vt postulo, te facturum confido.

13 *Quis est homo qui timet dominum? legem statuit ei in uia quam elegit.*

Quisquis ex hominibus timet, reueret, ac digne colit Dñm, huic lex à Deo statuta ac posita est in viis iustitiæ quã elegit ad ambulandũ in ea, vt secundum legem illam viuat in via recta, in iustitia quam sectari & operari concupiuit. Qui n. timent Dñm legem Euangelicam habent à Deo constitutam sm quam ambulare debent, & sese dirigere in omni via sua.

*Anima*

14 *Anima eius in bonis demorabitur.*
Anima siue spiritus eorum in bonis domini commorabitur, dum mente atq; voluntate cœlestibus ac supernis bonis inhærebunt, & deliciabűtur in eis, testimonium habentes bonæ conscientię.
* *& semen eius hæreditabit terram.*
& non solum ipsi ingredientur in hæreditatē æternam, verumetiā imitatores eorū & filii secundum spūm (quos siue verbo doctrinę, siue exemplo bonę conuersationis genuerunt Deo) et ipsi hæreditate possidebunt terram uiuentium.
15 *Firmamentū est dominus timētibus eū.* B
Dominus firmamentum est atque stabilimentum omnibus seruis suis timentibus eum, super quo firmati sunt ædificati, fundati atq; stabiliti, quasi super firmam petram, cui innitentes, decipi aut frustrari non possunt,
* *& testamentum ipsius vt manifestet illis.*
& testamētum est ipsius Dñi, promissio que firmissima quā disposuit seruis suis ut sese manifestet illis. Qui enim diligit Dominū cognoscitur & diligitur ab eo, & (iuxta promissum) familiari dignatione manifestabit illi seipsum.
16 *Oculi mei semper ad dominum.*
Oculi mei interiores ad Dominum sunt, & aspiciunt omni tempore, quasi ad eum in quo spes mea omnis recumbit.
* *quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos.*
ipse enim est solus me saluare potens, qui me de laqueo peccati & obligatione mortis liberabit, vel præseruando ne incidā, aut certè (si per quamcunq; fragilitatē inciderο) ex laquei nexu me extrahendo.
Euellet quoq; pedes affectuum meorum à laqueo vt non irretiantur laqueis terrenarum concupiscentiarum, & nexibus D peccatorum, sed liberi in ipso semper rectis gressibus pergant.
17 *Respice in me, & miserere mei.*
Aspice ad me benignis oculis tuę misericordiæ, & misericorditer age mecum:
* *quia unicus & pauper sum ego.*
quoniam tanquā orphanus & solitarius ego sum, quasi ab omnibus derelictus, neminem habēs adiutorē pręter te Domine, in quo spes mea omnis sita est, & pauper sum, multorum indigus spūaliū donorū, quorū nihil ex memetipso habeo,

A atq; ob hoc opus est mihi modis oībus, vt tuus me benignus aspectus diligēter custodiat, & diues tua misericordia meæ supleat paupertatis inopiam.
18 *Tribulationes cordis mei multiplicatæ sunt.*
En cordis mei angustię, afflictiones, atq; tribulationes (qbus me grauiter affligūt aduersarii mei, diabolus, mundus, & caro propria) vehemēter multiplicatæ sunt, & vehementer insurgunt, dum illi tanto me fortius oppugnant, quanto ego tibi diligentius seruire laboro:
* *de necessitatibus meis erue me.*
tu verò Domine (qui solus potes, & in quo oēm habeo fiduciā) de angustiis istis, quæ me urgent, libera me, vt nō mihi impedimentum ullum præstent in seruitute tua, in obseruatione præceptorū tuorū.
19 *Vide humilitatē meā, & laborē meum:*
Aspice Dñe benigno misericordię tuę intuitu ad omnē afflictionē meā qua humilior & premor, & ad omnem laborem atq; molestiam qua grauor, dum tuis mādatis seruire contendo;
* *& dimitte vniuersa delicta mea.*
C aspiciēsq; humilitatem meā & laborē, tā to facilius benigniusq; dimitte mihi omnia peccata mea, siue grandia, siue minora, quibuscunq; vllo vnquam tempore te offendi, vt sit mihi humilitas hæc omnis & labor quē nūc pro tuo amore sustineo, veluti ad purgationem uitæ peioris ante actæ, atq; etiā in purgationem quotidianorum delictorum, quibus per singulos dies multipliciter etiam nunc te offende re contingit
20 *Respice inimicos meos, quoniam multiplicati sunt.*
Vide Domine ad inimicos meos, quemadmodum multiplicati sunt, factiq; numero plurimi.
* *& odio iniquo oderunt me.*
& ij ipsi odio crudeli atq; implacabili pter omnem causam rōnem oderunt me. Neq; n. unicus est inimicus uolentibus in lege tua ambulare, sed multi admodū, qui molestiis affligunt tibi seruire cupiētes, neq; parum inimici sunt quicunq; aduersant: sed inimici sunt irreconciliabiles & implacabiles, qui non prius cessant ab impugnatione, & persequutione,
quàm

quam nos in suum consensus, id est, in E
motiem pertraxerint.

21 *Custodi animam meam & erue me:*
Aduersus ergo tā multorum tamq; crudelium inimicorum sæuitiā, tu mihi esto custos atq; defensor, & libera me de manibus illorum, vt non mihi præualeant.

* *non erubescam quoniam speraui in te.*
non me patiaris cōfundi ut illis subiciar,
Ps. 9. quoniam in te domine, nō in propriis viribus, spem meam omnem cōstitui. Nequaquam autem tuum est derelinquere in te sperantes.

22 *Innocentes & recti adhæserunt mihi:*
Et quanquā pueri se mihi hostes & inimicos exhibuerīt, iusti tñ & boni adiunxerunt se mihi, & sancto fœdere sociati sunt mihi: adhæsiq; ego per amicitiam & charitatem innocentibus, declinato prauorum consortio:

* *quia sustinui te.*
propterea quod te sustinui domine, qđ te expectaui, quod in te speraui, quod tibi uolui placere.

23 *Libera Deus Israel ex omnibus tribulationibus suis.*
Libera ô Deus & salua fidelem populum tuū, qui te agnoscit & debito colit famulatu, ex omnibus afflictionibus & angustiis, quibus, in hoc mundo, in hac lachrymarum ualle premimur, conforta, ut, nō succumbamus, patientiam dona & perseuerantiā, ne deficiamus, donec saluos nos facias in regnum tuum cœleste, Amen.

## ANNOTAT. IN PSAL. XXV.

VErsu 6. Remi. miser. tu dom. Qui verè magnanimus est atq; munificus, ex commemoratione priorū beneficiorum, adeò non commonetur ad continendū ulteriore, ut etiam extimuletur magis & inuitetur ad plura exhibenda, prioribus vel similia uel potiora Atq; hoc modo sancti patres, Deum magnificentissimum, itēq; magnificentissimum cōsiderantes hūc seruāt morē, ut uolentes Deū ad cōferenda beneficia excitare, atq; efficaciter ut obtineant commouere priora exhibita patribus proponant. Hoc ipsum nūc orator hoc in loco obseruasse conspicit cū antiquas miserationes replicat vt nouas impetret. Inter misericordias aūt & miserationes, nulla vr̄ esse secūdū rem aut sensum aduersitas. Videtur enim quociescunque misericordiæ inueniunt plurali numero, accipi debere pro miserationibus, quemadmodum cū dicitur in alio Psalmo, Vbi sunt misericordiæ tuæ antiquæ dn̄e? Et apud Paulum, Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis. Alioqui non misericordiæ multe sūt domini, sed una est perfecta misericordia. Miserationes autem, nō vna tm̄, sed plurimæ, nouæ, & antiquæ Miserationes enim eius super oīa opera eius, vt habet alius Psalmus. ¶ Versu 9. Dulce. & re. dō. Dulcedo diuinæ misericordiæ & iustitię rectitudo, cā sunt quur legē ponat Deus peccatoribus in uia huius uitæ, per quā à peccato uolentes se auertere, & pœnitentiā agere? cognoscere ualeāt quō ad Deū debeant conuerti, & quid agere debeant ad placēdū illi. Magnæ n. indubiè est misericordiæ, qđ nobis per legis euangelicę & illius quē dulcissimæ & facillimæ traditionē, dignatus sit suam indicare uolūtatē, quid à nobis exigat: quid velit fieri, quid postulet à nobis. Rectitudo quoq; iustitiæ eius seruos rectitudine & iustitia sibi similes postulat, atq; ob legē nobis iustitiæ cōstituit, sm̄ quam & ipsi iustificemur, sicut ipse iust⁹ est, & exigit hoc iustitiæ rectitudo, vt tales sint ei⁹ serui, qualis ē ipse dn̄s, iuxta illud Euāgelicū: Estote uos pfecti, sicut pater uester cęlestis pfectus est Non ergo solū quia rectus, neque solū qa dulcis ē dn̄s: sed qa dulcis pariter & rectus, ob hoc legem dat iis q in uia sūt, cæcis peccatoribus ut habeāt quō pœnitentiam agant, & ad Deum se cōuertant. Si n. dulcis tm̄ esset dominus, non ēt rectus, videret nō esse illi curæ ut iustitię uacarent serui eius, sicq; lege opus nō esset. Et si tm̄ rectus ac iustus esset, nō ēt dulcis ac misericors, nō illi cure esset iuste an iniuste nos ageremus. Habet enim ipsius iustitia modum, quo etiā in impiis nouit glorificare potentiā suam. Qm̄ ue tò & dulcis est & rectus, ob hoc legē posuit, quam custodiētes, sm̄ quam ambulātes, & iustitia ipsi assimilemur, & dulcedinē eius ęterna remuneratione pcipiamus.

¶ Versu 11. Vniu. viæ dom. mis. & ver. Videntur

Ps. 88.
1. Cor. 1.
Ps. 144.
Matt. 5.

dentur viæ dñi in hoc versu alia accipi si- gnificatione, q in versu mox præcedenti, cum dr̃ Deus docere mites uias suas. Viç enim dñi in scripturis dupliciter intelligunt. Primum quidē præcepta & cōsilia Dei, quæ frequentissimē nia nuncupantur cū alijs in locis, tū præcipue Psal. 118. Propterea q per ea nos ambulare & sm ea viuere non delicando, Deus constituit & pcepit. Altera acceptione viæ dñi intelligunt opera, dispositiones, aut cōsilia Dei, qb' agit oīa. Iuxta quā acceptionē apud Esaiā ait dñs, Nō.n. viæ meæ, viç vestræ. Et quantū distant cœli ē terra, sic distant uiæ meæ à uiis vestris. Hoc est non sunt actiones meæ & cogitationes qbus ago & dispono oīa, similes actionibus & cogitationibus vestris. Et alibi, non esse æquam uiam dñi blasphemant impii, id est, actiones Dei & cōsilia cogitationes & dispositiones qbus agit, non esse æqua ac iusta, neq; eum iuste agere in operibus suis. Vr̃ aūt in uersu priori rectius cōpetere prima acceptio. Docet n. Deus mansuetos & humiles præcepta sua & testimonia, eos illuminando, & ad implendum gratiam dando: iuxta illud, Declaratio sermonū tuorū illuminat, & intellectū dat paruulis. In hoc aūt 9. versu cōuenientior vr̃ altera posterior significatio, iuxta qđ in Elucidatione expressimus. Possent nihilominus ēt hic viæ dñi intelligi pcepta eius; Sunt.n. pcepta eius, p quæ nos ambulare pcipit, misericordia & veritas. i. in misericordia & veritate siue æqtate dispositæ: quēadmodū alibi opera manuū eius dicunt esse veritas & iudicium. i. in veritate & iudicio facta, vera & iusta. Itē & in priori versu nō esset incōmodus sensus, si iuxta secundā acceptionem daret intelligētia. Docet.n. Deus mites & humiles uias suas, cōsilia sua & opera facit eos intelligere, q superbi (pp tumorē cordis) capere nō valent. Superbis.n. resistit, humilibus autē dat grām. ¶ Nota.n. aūt, cum subditur in hoc versu vndec. Requirentibus testm̃ eius & testimonia eius, nō ita hoc accipiendum, quasi, rei veritatem viæ dñi iis qui non requirunt, nō sint misericordia & veritas. Verē.n. etiam erga pessimū quēmq; & alienissimū à testō Dei & præceptis eius, viæ dñi misericordia & veritas erūt. De veritate quidem nihil dubium erit, qñ promissa præuaricantibus pœna illi persoluetur, & iusta vindicta reuelabitur. Misericordia aūt apparet, primū quidē præmia, dum illum priusquam ad vltionē adducit, tam multiplici miseratione præuenit. Imò & in ipsa condēnationis snīam non deerit prorsus misericordia, cum longē infra condignitatē accipiet pœnā. Veruntamen quia oīs misericordia præuia malis exhibita, in illa vltima districtione & condemnationis sententia per iustiam cōtra eos proferenda, vr̃ absorberi (dum nullam ex prioribus illis miserationibus vtilitatem tenebunt, imò etiam grauius ab eas accipient iudicium) & quia pondus illud intollerabile instæ snīæ tūc erit, vt qđ simuladet in misericordiæ, non sentiatur: hinc quodam modo erga illos videbuntur uiæ dñi carere misericordia, & videbit hæc abesse, dum illa nimium aperiē atq; clarissime superlucebit: quemadmodum Iacobus dicit, Iudicium sine misericordia futurum illi qui non fecit misericordiam: cum tamen secundum veritatem nullus omnino hominum sit, qui iudicium prorsus absque misericordia sit suscepturus.

[Margin: Esa. 55. · Eccle. 18 · Iob. 19. · Psal. 118. · Psal. 110 · 1. Pet. 5. · Iaco. 2.]

## XXV. PSALMI ARGVMENTVM.

*Hominis iusti & ad perfectionem innocentiæ sedulo conantis, hic Psalmus est; qui in testimonio bonæ conscientiæ sibi bene conscius, contra inimicos petit à Deo fieri iudicium pro sua innocentia, quam etiam à Deo probari & tentari (ne forte vlla subsit fictio, & ut gratiæ prioris mereatur augmentum) postulat. Enarrat autem particulatim suam iustitiam, quomodo veritatem dilexerit, iniquitatem autem detestatus fuerit, odio habens iniquorum cætus & conciliabula, innocentem societatem diligens, quòd in templo Deo sacro sit assiduus ad audiendum laudes domini, in quibus oblectatur. Atque hæc quidem vsque aduersum nonum: vbi deinde, enarrata sua iustitia, postulat à Deo non simili cum impiis perditione puniri, postea quam ab illis vita sese & actibus differentem ante conspectum eius exhibuit. Constat autem hūc Psalmū non satis cōpetere iis qui adhuc in imperfectiori sunt gradu, qui nōdū totis viribus ad innocen-*

*innocentiæ perfectionē contendunt: neque adhuc validi satis uidentur huiusmodi ad huius Psalmi pronuntiationem Nondum, mollis dicere ualent: In innocentia mea ingressus sum, in domino sperans non infirmabor. Proba me &c. Et quod in fine subiungitur, ego in innocentia mea ingressus sum: & Pes meus stetit in directo Quæ tamen in medio Psalmi sunt, fere omnes qui non prorsus impii sunt, vtcunque possunt fidenter de se dicere. Imò & priora & nouissima (quæ secundum constantem pronuntiationem non nisi perfectis competunt) possunt nihilominus ab ijs, qui imperfectiores sunt, sed bonæ uoluntatis, dici cum formidine, & diminutione, & quodā pudore, quasi agnoscentibus imperfectum: hoc ipsum autem quod in se aduertunt boni, Deo ferentibus acceptum. Sunt enim (vt non dubium est) innocentiæ atque iustitiæ gradus.*

## XXV. PSALMI ELVCIDATIO.



VDICA *me domine*, Domine Deus, qui iudicas iustè, & facis vindictā innocentum, te oro fieri mihi iudicē: tibi meā causam cōtra aduersarios cōmitto, vt pro me contra illos facias iudicium, qui sine causa me persequuntur:

* *quoniā ego innocentia mea ingressus sum:* ego enim (te teste, simul & testimonium perhibente mihi cōscientia mea) sedulo conatus sum in iustitia ita conuersari, vt nemini quantum ex me nocumentum inferrem, neminemque offenderem eorum qui nunc me persequuntur:

* *& in domino sperans non infirmabor.* & in te dn̄e sperās, ab innocentia mea nō deficiam, non frangar, non dissoluar, nō infirmabor à virtutis & innocentiæ proposito, sed stabilis & fortis perstare in te cōfido, quantūuis me vrgeant aduersarij.

2 *Proba me domine, & tenta me:* Et ne forte mihi ipsi falso adblādiar, placet mihi domine, vt secundum voluntatē tuam probes me ac tentes, quantum & sicut tibi expedire videbit, ad eum modū, quo in igne probantur & purgantur metalla, ne fortè aliud mihi de me uideatur, quàm sit in veritate: quēadmodum metalla priusquam probentur, sæpe id esse existimātur, quod post conspiciuntur nō fuisse, dum probantur, vtq; per hanc ꝓbationem purior fiam, quemadmodum aurum verum igne probatum:

* *vre renes meos & cor meum.* vre tu dn̄e, & igne probationis tuę ex aīa cuncta mea intima, affectiones meas & intentionem cordis mei: ita ut ad purū excoquas oēm scoriam, & omnem vitiosam cōmixtionem absumas: quemadmodum per ignis examinationem & ustionē probatū & purificatum efficit aurum.

3 *Quoniam misericordia tua ante oculos meos est.*

F Est enim misericordia tua mihi semper ante oculos, in eam iugiter intendo, ad illam aspicio, propter quam etiam non dubito spem meam omnem in te conijcere, & propter quam probari à te non formido, sperans & sciens quoniā fidelis tu es qui nō patieris me tētari supra id qd̄ possūt:

* *& complacui in ueritate tua.* & ueritas atque iustitia tua cōplacuit mihi, in ea mihi bene placuit, dilexi eam, & elegi ad custodiendum eam, inque ea ad finem vsque ad perseuerandum.

4 *Non sedi cum concilio uanitatis:*

G Ad hanc autem custodiendā ueritatem, declinaui malorum cōsortia, recusans sedere in concilijs iniquitatis, cōciliabulis hominum peruersorum (qui vanitatem tractabant) nolens præbere consensum:

* *& cum iniqua gerentibus non introibo.* & cum hominibus puersis, cū operarijs iniquitatis nolui habere cōmerciū, nolui illis cōmorari, neque cū eis, tanquam consentiēs eorū malitiæ, ingredi, & egredi, aut cum eis non introibo in cōciliū, neq; consentiam malis eorum actibus.

5 *Odiui ecclesiam malignantium:*

H Congregationes & cœtus eorum q male cogitant, & iniquitatē tractant, ego odiui & detestatus fui, ex affectu cordis mei:

* *& cum impijs non sedebo.* & cum hoībus, in quibus nō est timor Dei, in quibus non est pietas, nolo considere, nolo vllo pacto uel consentire, vel subscribere illis in malitia: sed quantum potero, elongabo me & separabo ab illis, ne quo mō ꝯtingat me coinquinari ab illis

6 *Lauabo inter innocentes manus meas.* Cum hominibus aūt Deum timentibus,

qui

qui in iustitia sese innocentes custodire student, cum his ego cõicabo, illis adhærebo, cum his familiariter agã: inter quos non solum non coinquinari, sed melior etiam possim fieri:

* *& circundabo altare tuum domine.*

& in locis, in quibus tuũ nomen colit, in quibus tu laudaris circum altaria, in quibus tuo nomini offertur sacrificium laudis, ero assiduus, & tanquam circundans illis adhærebo.

7 *Vt audiam vocem laudis:*

Ad hoc (inquam) circũ altaria tua ero assiduus, in tabernaculo & tẽplo tuo nomini sanctificato, vt illic voces laudãtiũ atque psallentiũ tibi audiã, ministrorũ tuorum, quæ mihi omnibus cãtilenis & omnibus musicis sonis lõgè sunt gratiores:

* *& enarrem vniuersa mirabilia tua.*

vtq; cũ psallentibus tibi ẽt ipse pariter enarrẽ & eloquar pro mea virili oĩa mirabilia tua, quantũ potero eo pronuntiãdo ad gloriã tuã id q; vel corde interius, vel ẽt exterius oris sono, me pariter laudantibus ministris adiungendo, & quasi vnum ex psallentibus constituendo.

8 *Domine dilexi decorem domus tuæ:*

Dilexi dñe affectu magno decorẽ & splẽdidissimũ templum tuum, quod est tuo nomini dedicatum, in quo tu inhabitas vt in ornatissima domo tua: & huius sancti templi tui (in quo tu habitas & coleris) decorem multò amplius quàm propriæ domus ornatum dilexi:

* *& locum habitationis gloriæ tuæ.*

& locum, in quo tu dignãter inter hoĩes Deus inhabitas, s[m] magnificentiam gloriæ tuæ, valde dilexi, atq; eius decorem & ornatum (quantum in me fuit) promouẽdum, diligenter semper laboraui & laborabo.

9 *Ne perdas cum impijs Deus animã meã:*

Ne itaq; dñe Deus aĩam meam in perditionẽ venire sinas, in qua impij sunt peruenturi, qui innocentiam contempserunt, teq; & cultum tuum ignorauerunt:

* *& cum viris sanguinum vitam meam.*

& cum hoĩbus peccatoribus multis cõmaculatis fœdissimis peccatis, interfectoribus & oppressoribus innocentum, ne perire sinas vitam meam.

10 *In quorum manibus iniquitates sunt:*

Quorum manus plenæ sunt iniquitatibus & operibus pessimis, quæ patrarunt, & donec viuant patrare sunt parati:

* *dextera eorum repleta est muneribus.*

qui in dextris suis accipiunt munera indifferenter ab omnibus, ad subuersionẽ iustitiæ: vt quasi plenæ sint muneribus manus eorum, pro quibus vẽdunt & subuertunt iustitiam.

11 *Ego aũt in innocẽtia mea ingressus sum:*

Ego verò huiuscemodi nequaquã in prauitatibus suis consensi, neq; assimilatus sui, neq; operatus similia, sed in iustitia innocenter ꝯuersari sedulo conatus fui:

* *redime me, & miserere mei.*

ac proinde, ne simili cũ illis pœna me inuoluas vt perdas, sed ecõtrario libera me à perditione, & misericordiam tuam perfectam ostende mihi in vita æterna.

12 *Pes enim meus stetit in directo:*

Ex munere.n. gratiæ tuæ pedes mei steterunt in iustitia & rectitudine, ambulaueruntq; in ea, & perseuerãt vsq; modo, perseueraturi quoq; (vt confido) in finẽ:

* *in ecclesiis benedictam te domine.*

& ego pro gratiarũ actione laudem tibi & benedictionem reddã, in oĩbus cõgregationibus sanctorum, in conspectu omnium timentium te, donec me perducas ante conspectum vultus tui, vbi te sine fine collaudabo cum omnibus sanctis tuis in secula seculorum, Amen.

ANNOTAT. IN PSAL. XXV.

VErsu 2. Proba me dñe, & tenta me. Nota hoĩes iustitiam tenentes in triplici esse distinctione. Infimus.n. gradus est eorum qui aduersa toleratu leuia patienter ferunt, vbi aduenerint: nondũ tñ eo peruenerunt, vt grauiora ferre sint parati pro iustitia. Qui enim prorsus nulla ferre cum patientia sustinent, clarum est eos, vt prorsus mũdanos & carnales, extra iustitiam esse. Secundus est gradus eorum qui non leuia tantum, verumẽt quantumuis grauia, vbi aduenerint, sustinent patienter potius, q̃ iustitiã & veritatẽ deserant, veruntñ passiones & tollerãtu difficilia horrent, neq; appetunt, mallentq; absq; tribulatione prorsus vitam agere. Et ferunt quidem, facientes

I (quod

(quod dici solet) ex necessitate virtutem: E nondum tñ eo peruenerunt, vt afflictionẽ vel ipsi vltroneā assumere, vel à Deo postulare velint. Tertius verò gradus est eorum q nõ solum ea q̃ accidunt, quadā necessitate cogente, voluntariè tolerant, verumetiam in tribulationibus gaudere, easq; sm Dei voluntatē exoptare & concupiscere didicerunt. Tales legimus beatissimos Apostolos, qui ibant gaudentes à conspectu concilij, quod digni essent pro Christi nomine pati, qui docuerunt in tribulationibus gloriādum & oẽ gaudium existimandum, cum in tentationes F varias inciderimus. Talē in actibus Lucas describit Paulum, qui rogatus obnixe à fratribus ne Hierosolymā ascenderet, vbi tribulationes & vincula p oẽs Ecclesias illi spiritus pdicebat, nequaquam ꝯsensit. Talis erat Ignatius, q Romanos, obtestabaꝰ ne suā passionẽ impedirēt, cupiens Chri frumentum dētibus moli bestiarum, & cum eis felicē depugnare pugnā. Talis quoq; erat Psalmista, qui dicebat, Proba me dñe, & tenta me, vre renes meos & cor meum. Et tales nos esse conuenit, cum ista profecimus cupiētes vez G quātum ex Dei voluntate fuerit, & quātum ipse nobis expedire viderit, modis illi placitis probari & vri: vt cum Augustino dicamus, Hic vre dñe, hic seca, vt illic parcas. ¶ Versu 7. Lau. int. innoc. ma. me. Lotio ista manuum pōt intelligi ad literā, corporalis, & ita cum ait se lauare inter innocentes manus suas, significat suā se cõuersationē cū innocētibus habere, illisq; familiarē se fieri, cū illis ad mēsam accedere, illisq; ꝯuiuere, assidere, & adhærere: quēadmodū ecōtrario peruersi cū peruersis lauant manus, id est, cū p- H uersis cõuiuūt, habitant, & conuersanꝰ. Solent. n. pares sociari paribus. Aūt lotio ista intelligi pōt emundatio à pctō & macula. Qui. n. manus lauat corporaliter sordes abluit, & fit candidor. Ita quoq; is, q inter innocētes & bonos hēt conuersationē suā, illisq; assiduè cõuiuit, illorū bona conuersatione, si in eius vita est vlla macula, emundatur, & fit cõtinuo profectu (cõuictorū exēplis allectus) mūdior atq; cādidior. Impij ergo īter impios polnāt manus suas, easq; sordidiores indies reddāt, proficiētes in peius. Iustus aūt in medio innocentiū lauabit manus suas. ¶ Versu 7. octauo, & nono. Circ. alta. tuū dom. Quæ hic dñr de altari dñi, de vocibus laudis, & de decore domus Dei, ad literā intelligi possunt cõmodissimè de altari atq; domo materialibus, & laudibus cātorū uoce factis, quo exponit Elucidatio. Vir. n. iustus, & verè in innocētia sua timēs Deū, nõ solū in spū ipsum ueneraꝰ, verumēt vniuersa q̃ ad Deū ꝓpinquius spectāt, & velut è vicino ad ipsum attinēt (quemadmodum sunt loca Deo dicata, & laudes sacrę q̃ Deo exhibenꝰ in tēplis, ornatusq; tēplorum honestus & decēs, tametsi corporalia & externa, peculiari tñ reuerētia veneraꝰ: quēmadmodum ecōtrario illi in qbus vera nõ est pietas, nullā pdictis impēdunt reuerētiā, sed aut negligunt, aut cõtēnunt planè & irrident. Posset nihilominus mystice intelligi altare & domus Dei & voces laudis, in spiritu. Siquidē altare nostrum, Chrs est: quē amoris affectu circundamus, dū inter innocētes manus lauamus. Illud altare circūdātes, in cęlestibus psallentiū angelorū voces spiritu audimus, ipsisq; iā in cęlis positi nostras laudes adiungimus: decorē quoq; illius domus diligimus, cum mēte ad cęlorū gaudia aspiramus. Aut ad Ecclesiā militantē hæc oīa referaꝰ. Hoc n. mō decorem dominus Dei diligunt omnes perfecti, & iusti, dum pro Ecclesię bono statu zelant, & quantum in se est, oēm deformitatem errorum, hęresum, atque vitiorum auferre laborant.

Acto. 5. Rom. 5. Iacobi. 1. Actu. 21 Ignatius in Epist. ad Rom.

## XXVI. PSALMI ARGVMENTVM.

*HOC Psalmo David protectionis & auxilij diuini virtutē primū describit sex versibus, dicēs neq; castra hostiū fortissima se timere, vbi Deū habuerit adiutorē. Deinde vsq; à versum duodecimū q̃uo vna petitionē postulans, diuinā protectionē super inimicos victoriā sit cõsequutus enarrat: & pro percepto beneficio, laudem & gratiarum actionē proponit. Post hæc verò vsq; ad versum penultimū, vt nondū securus domini misericordiā deprecatur, vt ab ea nū-*

*quam deseratur, sed contra inimicorum malitiam, diuina misericordia in omnibus recta uia dirigatur. At demũ uersibus duobus nouissimis, in domini fiducia seipsũ stabilit atque confirmat, credens uidere bona domini, & paratus expectare aduentum ipsius.*

## XXVI. PSALMI ELVCIDATIO.



OMINVS *illuminatio mea, & salus mea.* Dominus est illuminator atq; saluator meus q me in omnibus agendis illuminat, ut sciã quid & quo modo agere oporteat, & saluando protegit, vt sim in omnibus per eum securus.

* *quem timebo?*

& quis est propter quem ego conturbabor, talem habẽs saluatorem? cum nemo prorsus neq; hominum neque dæmonũ inueniatur tam ad nocendũ potẽs, quàm sit hic meus Dominus ad saluandum.

2 *Dominus protector vitæ meæ:*

Exod. 15 Dominus cui (nomẽ est omnipotens) ipse protector est uitæ meæ, & defensor animę meæ, aduersum eos qui eam quærũt interficere.

* *à quo trepidabo?*

& quis siue hominum, siue dæmonum tã potens aut ualidus, à cuius timore ego cõturbari debeam, aut qui mihi tam potẽti defensore confirmato possit prçualere?

3 *Dum appropriant super me nocentes, vt edant carnes meas.*

Cum appropinquauerint contra me nocere quærentes inimici mei dũ aduersus me insurrexerint ad oppugnandum animo crudeli, ad interficiendum, tanquam comedere quærentes carnęs meas, vt me interficiant ac deuorent.

4 *Qui tribulant me inimici mei, ipsi infirmati sunt & ceciderunt.*

Qui tribulant me, & affligunt isti inimici mei, ipsi Deo me protegente defecerũt uiribus, & frustrati sunt à ꝓposito ac desiderio suo, non potentes implere malitiam quã contra me cõceperant, & quãtumuis conati fuerint, non potuerunt, malitię suæ adhuc complere propositum.

5 *Si consistans aduersum me castra:*

Etiamsi contra me congregentur inimici in multitudine maxima, castrametẽtes ĩ circuitu meo, & me obsideãt validissime ex omni parte ei circuncingantq; in modum coronæ,

* *non timebit cor meum.*

non timebit tamen neque cõturbabitur pro hoc spiritus meus, in cœlesti sperans auxilio.

6 *Si exurgat aduersum me prælium: in hoc ego sperabo.*

Etiãsi aduersus me omnes hi in prelium cõsurgant, incipiãtq; aperta oppugnatio ne me inuadere, nõ cõturbabor, nõ deiiciar animo, sperans semp, nec sperare desinens in Deo illuminatore, saluatore, & defensore, meo qui semper adest in opportunitatibus, & prope est iis qui tribulato sunt corde, inuocãtes eũ in ueritate.

7 *Vnam petij à domino, hanc requiram:*

Vnam rem, unam petitionem præ omnibus & ante omnia postulaui a Domino Deo meo, quam eandem etiam perseuerãter exquiram, & instanter postulabo, ad hanc contendam donec perfecte obtineã quam mihi denegari nullatenus patiar, & quam vnam si obtinuero, facile paruipendam alia omnia quæ desiderari possunt: Ps. 9. Ps. 33.

* *vt inhabitẽ in domo domini omnibus diebus vitæ meæ.*

hæc autem vna petitio est, vt inhabitare possim in sempiternum in domo Domini semperq; Dei domesticus permanere, ita ut & nũc in gratia confirmatus, donec niuam in Eccle. militãte (quæ est domus Dei) tã numero quàm merito permaneã, & post vitam corporis, ciuitate ac mansione superna, in æternitate inter domesticos tuos merear inueniri, sicq; columna fiã in domo tua immobilis & firma vt foras nunquam proiiciar à conspectu tuo, 1. Tim. 3.

8 *Vt videam uoluptatem Domini.:*

Vt experiri perciperẽq; merear iucũdissimam uoluptatem, & suauissimas Domini delicias, & nunc quidem secundum ꝑniam degustationem supernæ dulcedinis ex parte aliqua, & plenus in futuro, secũdum perfectam satietatem. Psal. 3.

* *& uisitem templum eius.*

& vt peruenire merear ad templū sanctū E
Psal, 10. ipsius in cœlestes mansiones, in quibus
Deus inhabitat gloriosus, tāquā in tēplo
sancto suo, vbi deliciis æternis pfruar cū
electis Hanc enim vnicam petitionem si
merear obtinere, pro nihilo reputo oēs
aduersantium turmas, quæ ab illa petitio
ne me, quantumuis conentur, non pote-
runt facere alienum.

9 *Quoniā abscondit me in tabernaculo suo:*
Idcirco autem huic vni rei inhærens in
nullo timeo neq; conturbor, neq; illi mi
hi possunt præualere, quoniam abscōdit
me Dominus à facie inimicorum meo- F
rū, & quasi in tabernaculo occultauit me
ipse per præsentiam auxilii sui, ita ut sub
eius protectione, quasi in tabernaculo &
domo securus agam.

* *in die malorum protexit me in abscondito tabernaculi sui.*
in die belli, in tempore quo me oppugna
re uellent, in tempore periculorum cum
ipsi mihi mala meditarētur, protexit me
ab inimicis meis ueluti in abscondito ta
bernaculi sui, ita me diligētissime custo-
diēs, concludens, & conseruans, vt ex nul-
la parte ad me patere possit aditus aduer G
sariis meis quomodo ea quę habent ho-
mines charissima, & quæ nulla ratiōe au
ferri sibi patiuntur? solent in abscōditis
& occultissimis locis domus suæ abscon
dere, ne furibus ullus ad ea pateat acces-
sus Sic.n. Dominus cū preciosam & cha
rissimam habeat animam meā, quasi in
abscondito tabernaculi diligētissime so-
licitissimeque eam custodit.

10 *In petra exaltauit me:*
In firmamento suo atq; fortitudine qua
me stabiliuit & sustentauit, tanquā in for
titudine petrę, ipse dedit mihi victoriam, H
& glorificauit super inimicos meos.

* *& nunc exaltauit caput meum super inimicos meos.*
& nunc ex Dei beneficio exaltatum est ca
put meum super inimicos meos, nondū
succubui, nondum deiectum sum à statu
aut proposito uirtutis, in quo me Deus in
celsitudinē constituit, sed persto adhuc ui
ctor & superior omnibus inimicis meis,

11 *Circuiui, & immolaui in tabernaculo eius hostiam vociferationis:*
Propter hoc in gratiarum actionē circui
ui per oīa mihi facta à Deo beneficia mē-
te ea reuoluēdo, & per singula diligenter
recogitando, & quasi sacrificium gratissi-
mum obtuli in templo eius ante conspe
ctum eius hostiū laudis & gratiarū actio
nis ex animo deprōptæ, cum magno cla
more & vociferatione, præ affectu grati-
tudinis, quemadmodū clamare solent &
vociferari homines, præ nimia lætitia

* *cantabo, & psalmum dicam Domino.*
neq; cessabo in posterum à laude ipsius,
sed cantare eius noī propono, & psalmos
dicere (vt est æquissimū) pro plurimis iis-
demq; maximis q̄ ab eo percepi bñficiis.

12 *Exaudi Dñe uocē meā, qua clamaui ad te:*
Tu uerò Domine me cū gratiarum actio
ne & laude te deprecantē benignus aspi
ce, uoceq; orationis meę qua ad te clama
re nō desino, clemēter exaudi, ut tibi sit ac
cepta laus mea, & exaudita fiat depcatio.

* *miserere mei & exaudi me.*
miserere mei, misericors Dñe, & exaudi
deprecantem, ut unam illam quam petii
mihi non deneges.

13 *Tibi dixit cor meū, exquisiuit te facies mea:*
Tibi testificatur Domine & loquitur cor
meum, qui uides cordis mei intima, ꝙ te
desiderem, facies quoque mea item te ex
quisiuit, semper ad te intenta, ad te dire-
cta & eleuata, tanquam ad id quod oīum
maximè desidero:

* *faciem tuam Domine requiram:*
tuam faciem ô Domine Deus meus, ego
toto corde & omnibus uiribus requiram
tuā præsentiam, tuum benignum & gra-
tiosum aspectum, quo aspicis electos fi-
lios tuos, ego sempiterna affectione exqui-
rā, & præ omnibus desiderabilibus cōcu
piscam & petam, donec mihi demōstres
eā, donec perueniat facies mea ad cōtuē-
dam faciem tuam, donec eo pueniam vt 1.Cor.13
facie ad faciem te merear contueri.

14 *Ne auertas faciem tuam à me:*
Noli Domine, noli auertere à me beni-
gnū aspectum tuum, quem exquiro, sed
econtrario magis illum ad me misericor
diter conuerte.

* *ne declines in ira à seruo tuo:*
ne iratus aliquando discedas vel paululū
à me pauperculo seruo tuo, q sine te ne-
que sū aliqd, neq; possum aliqd, sed in be
nignitate tua mihi placabilis sp existas,

& semper

& semper mecum permane in defensionem atq; auxilium meum.

15 *Adiutor meus esto,*

Esto mihi auxiliator in omnibus necessitatibus meis aduersum omnes oppugnantes me:neq; aliquando destituas me auxilio præsentiæ tuæ.

* *ne derelinquas me, neque despicias me Deus salutaris meus.*

neq; despicias,derelinquas, aut abijcias me imperpetuũ,ô Deus,in quo tota mihi spes est posita salutis.Si.n. tu me reliqueris,vel ad momẽtũ p subtractionem gratiæ aut protectionis tuę,mox ꝑualerint mihi in impetu aduersarij mei, & tã facile me sine te prosternent,q̃ donec tu mecum esses, præualere oĩo nõ poterant.

16 *Quoniam pater meus & mater mea dereliquerunt me:*

Tu(inquam) Dñe,ne me deseras. Eece,n. parentes mei carnales, oẽsq; cognati & noti dereliquerunt me,non potentes mihi ferre auxiliũ,aut salutẽ dare, contra tã potentes inimicos, qui me impugnant; neq; oĩno quisquã est in hoĩbus, à quo expectem contra eos auxilium:

* *dominus autem assumpsit me.*

Ps. 8 & 66. tu ergo Dñe qui solus me adiuuare potes ad quẽ solum sunt oculi mei, assume me pauperẽ & orphanũ,derelictũ ab oĩbus, in protectionem & curã tuam. Tu.n.pater es pauperum orphanorum atq; derelictorum, & iudex ac defensor eorũ qui humano sunt destituti auxilio. Assume (inquam)me in filium pater,in discipulũ præceptor,in ouiculam pastor, in seruũ dominus,in clientem patronus,vt sis mihi vnus tu in omnibus sufficiens, quæ sunt meæ saluti necessatia

17 *Legem pone mihi domine in via tua:*

Ponę Dñe mihi legẽ in via tua,firma eã in corde meo, dans mihi intelligentiam præceptorum tuorum,sm quã ambulem corã te,vt placeã tibi,& ad te merear exoptatissimum terminum peruenire.

* *& dirige me in semita recta,*

& dirige me p ducatũ sancti spũs tui in via recta,in obseruatione perfecta præceptorum tuorum,vt ea non transgrediar, declinans ad dexteram vel ad sinistram:

* *propter inimicos meos.*

idq; ego peto abs te,& tu mihi Dñe impendas pp inimicos meos,qui maximo studio me conantur à via recta abducere & morti tradere:vt quantum illi soliciti sunt in malum meum,tanto tu in bono me confirmes amplius: vt sic ipsi confundantur, & ego ab illorum malitia nullum accipiam nocumentum.

18 *Ne tradideris me in aĩas tribulãtiũ me: quoniam insurrexerunt in me testes iniquĩ:*

Ne permittas Dñe me venire in potestatem aduersariorum meorum, qui tentationibus & persequutionibus suis affligunt spiritũ meũ:neq; pmittas illos ꝑualere aĩæ meę,aut super eã consequi dñm: Eece,n. resurrexerunt aduersum me testes iniquitatis & iniustitiæ,qui malè de me loquuntur,& falsa aduersum me pronunciant atq; testãtur,vt ad mortem me valeant perducere:

* *& mentita est iniquitas sibi.*

& iniquitas eorum confinxit sibi mendacia,ipsi sibi per iniquitatem confinxerunt falsa ac vana, quibus me innocentem ad mortis mala perducerent.

19 *Credo videre bona Domini:*

Quantumcunq; aũt illi mentiantur, & fingant falsa ac vana,eaq; aduersum me proponant:ego tñ spero & confido visurum me bona sempiterna,quę seruis suis dabit Dominus Deus meus:

* *in terra viuentium.*

non vtiq; in hac terra, quã mortales homines inhabitãt,sed in terra illa cęlestis patriæ,in terra absq; mortis sensu æternaliter viuentiũ.Illic me spero bonis sẽpiternis pfruiturum,in perfecto gaudio.

20 *Expecta Dominum:*

In hac autẽ spe confortatus,te moneo ac hortor,aĩa mea, vt cum aduersorum tolerantia & æternorum desiderio,expectes Dominum Deum tuum, quasi parata semper occurrere illi.

* *viriliter age:*

expectans autem non otio torpeas,neq; cesses ab operando bonum: sed fortiter operare opera Dei,prælia Dñi aduersum hostes præliãdo,& in operatione oĩs boni:dum tempus est,non deficiendo.

* *& cõfortetur cor tuum,& sustine Dñm.*

confortet in confidentia diuini auxilij Gal. 6.
& spe bonorũ cœlestium,cor tuum:confortare in spiritu,& roborare, sicq; secu-

re sustine Dñm,& corde eñ diligẽs,& ex pectãs aduẽtum ipsius donec adueniens, de tabernaculo militiæ huius te educat in habitationẽ gloriæ suæ:in qua triumphabunt vniuersi qui prælia Domini in finem vsque fortiter fuerint præliati, in gloria & delicijs sempiternis, Amen.

## ANNOTAT. IN PSALMVM VIGESIMVMSEXTVM.

VErsu sexto, In hoc ego sperabo. Falsus est iuxta sẽsũ in Elucidatione expressam, vt pro nomẽ hoc siue referat siue demõstret id qd processit initio Psalmi, protectorẽ vel, illuminatorẽ, & saluatorẽ, quasi dicat, In eodẽ hoc quem ab initio dixi illuminationẽ & salutẽ meã, & protectorem meum, semper ego sperabo, quantumuis illi insiliat & ferociant contra me. Posset tñ ẽt hanc habere intelligentiã, Si exurgat aduersum me prçliũ, adeo non turbabor, adeò nõ deijciar aĩo, vt ẽt ex hoc sperẽ diuinæ grãæ maiora mihi aduẽtura munera. Qui.n. fortiter ĩ prçlii Dñi rem gesserit, restiterit; viriliter impugnantibus aduersis potestatibus, meretur ampliora à Dño accipere dona gratiarũ. Et quemadmodum milites bellicosi non solũ non detractant pugnam, sed ẽt gestiunt quodammodo, & velut anhelant ad pugnã, tum pp lucra & spolia, tũ ꝙ suas vires gaudeant exercere, & duci suo suã fidelitatem commendare: ita spiritualis Domini bellator in Domini virtute confidens, non tantum non debet fugere aut timere prælium, & tentationis diaboli omnino exhorrescere, verumetiam quodammodo cum lętitia suscipere, & aggredi animo prompto, confidẽs ex hoc suo Dño probatior & acceptior fieri. Atq; iuxta hanc sententiam legimus perfectiores quosdã ex patribus, vtpote magnum Antonium, & simplicẽ Franciscum, dæmonum exercitus etiam inuitasse, & velut prouocasse atq; extimulasse ad pugnam. ¶ Versu 7. Vnam petii à Domino: vna est petitio, vna res est, quam quilibet iustus petere debet & requirere: id est, sedulo postulare, & velut pro ea contendere, ita vt omnino nolit illa priuari. Hæc est æterna & perpetua nostri spiritus humani cum Deo consũctio, & vnio beatitudinis æternæ. Multa quidem postulamus & varia, sed in hoc vno summatim includuntur oĩa, quęcũque ad salutẽ nostrã postulare possumus. Cætera aũt quæ ad hanc vnã nõ spectãt, vt tpalia siue corporalia bona, possunt quidem vtcunque ab hominibus peti & postulari, quatenus videntur fore commoda & conducibilia spiritui (vtpote necessaria corpori, & ad virtutis exercitia opportuna adiumenta) verũ requiri ista non debent id est nõ omnino, quis pro illis debet contendere vt à Deo accipiat, sed submittere magis hmõi petitiones diuinæ voluntati, vt si expedire non iudicet quod postulat, non præstet. ¶ Versu octauo, vt videam voluntatẽ Dñi. Vr hoc in loco facta deprauatio vulgatæ lectionis, ex mutatione vnius literæ, nempe p, in, n, videturq; pro voluntatem, legendũ voluptatẽ. Primùm.n. sensus magis quadrat proposito. Deinde vtraq; lectio & Græca & Hebræa voluptatẽ habet, & nequaquã voluntatẽ. Nã ex Hebræo vertit B. Hierony. pulchritudinẽ Dñi. Alii amęnitatẽ vel iucunditatẽ vel dulcedinẽ interpretantur, quæ oĩa voluptatẽ sonant. Habet similiter & Chaldæa Paraphrasis. Quin & B. Augustinus in suo Psalterio manifestè legit, & clarissimè exponit delectationẽ dñi Græca verò litera (ex qua immediate nostri Psalterii versio facta est) habet τερπνότητα, quod manifestè sonat voluptatem. Cum itaque in vna litera apud Latinos stet mutatio (quæ facilè admodum fieri potest) & vtraque consentiat originalis lectio, atque ipsa etiam faueat sententia, satis probabile est factam esse mutationem. Nos tamen, licet in Elucidatione ita expressimus, ob hoc noluimus ex nostra authoritate publicam mutare lectionem, scientes non hoc esse nostri officii: satis esse putamus, si id admonuerimus quod videtur probabilius. Potest nihilominus, si voluntatem legamus, conueniens dari intelligẽtia, imò eadẽ penè cum altera lectione quæ habet voluptatẽ. Cum.n. datum nobis fuerit videre voluptatem Dñi, i. frui voluptate & gaudio beatitudinis ęternę, tunc pariter & videbimus volũtatẽ Dñi, illam videlicet qua nos sume vult, cupidissime

pidissime optat fieri saluos, hanc tūc vide
Ioan. 6. bimus plenissime impletā in nobis. Hæc est (inq; Christus Dñs) volūtas eius q mi sit me, ut oīs q credit in me, nō pereat, sed habeat vitē æternā. Proinde eadem ex vtraq; lectione sñia pōt accipi. ¶ Versu vltimo, expecta dñm, viriliter age. In Elucidatione ita exposuimus hunc uersum, vt sit exhortatio hominis, siue ad aīam
Ps. 114. suā, iuxta qđ in alio Psalmo dicit, Cōuertere aīa mea in requiem tuam, siue ad semetipsum se conuertentis, atq; seipsum ad patientiā & perseuerantiam exhortātis. Posset nihilominus accipi vt ex hortatio gñralis, quā Propheta postquā suā proposuit fiduciam, dicens, Credo videre bona Dñi, etiā cæteros ad idē inuitādo, gñraliter facit tanquam si dicat, Ego confido visurum me bona dñi in terra viuentiū. Et tu quisquis es, qui eadem cupis assequi, & à Deo similiter auxilium & salutem obtinere; expecta dominum, & viriliter age: spiritu confortare, & esto robustus, & ita securus expecta dominum.

## XXVII. PSALMI ARGVMENTVM.

*Psalmus iste aptā præbet fidelibus orandi formam. In quo considerans fidelis pessimam q̄ manet in pios retributionem ad Deum clamorem orationis dirigit, uehementer & multis verbis postulans, ut cum illis in retributionem nō ueniat, neq; similē cum illis mereatur accipere sortem, qui dolose agūt cū proximis suis, atq; ab hoc iustā accipiēs secūdū opera sua cōdēnationem. Atq; hæc primis septē versibus. Hinc verò concepta in Deo fiducia, & interno testimonio confortatus, consurgit ad gratiarum actionem, dominū suū protectorem & adiutorem carne refloreſcente, & animo hilari collaudare paratus: cui omnē victoriam & omnem salutē tam suam quā populi totius asscribit: nouissimo uersu pro uniuerso populo Dei fundens orationem, ut illum saluum facere & benedicere dignetur, atque in æternum exaltare.*

## XXVII. PSALMI ELVCIDATIO.

*AD TE domine clamabo:* Ad te Domine leuabo vocē orationis meæ, & ex affectu magno te inuocabo: qui solus mihi potēs pſtare q postulo:

** Deus me' ne sileas à me, neqū taceas à me* tu vicissim dñe me clamante non taceas ne despicias te deprecantem, ne tanquā surdus, tanquā qui non audieris, à respōsione sileas: sed ex aduerso loquere mihi verbum miserationis: & responde verbū exauditionis:

*Et assimilabor descendentibus in lacum.* alioqui. n. (si tu silere & tacere nolueris, neq; responderis mihi) similis fiam iis q degunt in inferno, & quasi unus ero de numero illorum, qui iā descenderunt in illum. Quos. n. tu non exaudieris, quos tu responsione non fueris dignatus, hi iā inter mortuos deputati sunt, & quasi desperati atq; reprobi à cōspectu tuo: quemadmodum qui iam in infernum descēderūt, quātumcunq; clament, responsionē abs te non merentur: sed quasi surdus nō attendis clamorem illorum.

2 *Exaudi Domini vocem deprecationis meæ dum oro ad te:*
Ne ergo domine mihi sic obsordescas, sed exaudi benignus uocē deprecationis meæ, qua oro ante conspectum tuum:

** dum extollo manus meas ad templum sanctum tuum.*
cum ex effectu piæ deuotionis atq; ex desiderio impetrationis in oratione posit' eleuo manus meas, siue spūales mentē atque affectū: siue etiā corporales, versus cœleste tabernaculum tuum, in quo vt in templo sancto tuo inhabitas.

3 *Ne simul tradas me cū peccatoribus:*
Ne me simul in eādē portionē tradas cū iis q sese peccatis maculant, tuamq; sanctissimā voluntatem multipliciter transgrediunt absq; pœnitentia: ne eadē mecū illis retributione præmies, neq; cum illis in eandem punitionem venire patiaris:

** & cum operātibus iniquitatē ne pdas me.*
& ne me ī eādē pditionē venire sinas: ad q̄ veluti sūt operarii iniquitatis, quos à te
Mat. 7. iubebis maledictos ī ignē æternū abire.
Luc. 13.

4 *Qui loquuntur pacem cum proximo suo:*
qui duplici corde existentes, ore quidem
& verbo simulant pacem & dilectionem
cum proximis suis.
* *mala autem in cordibus eorum.*
eum sint mala in cordibus eorum,& ma-
la meditentur aduersus proximos in cordi
bus suis,sicq; longe diuersum est cordis
desiderium atq; propositum à sermone
oris,& loquuntur in dolo proximis suis
quod tibi est abominabile.
5 *Da illis secundum opera eorum:*
Atq; iis qdē huiusmodi sunt,tu Deus,se-
cundum ordinē iustitię suæ, reddes præ-
mia operibus talibus condigna: F
* *& secundū nequitiā adinuentionū ipsorū.*
& mercedem persolues conuenientē ne
quitię atq; prauitati astutarum cogitatio
num suarum,quas adinuenerunt & effin
xerunt ad deceptionem proximorum,ni-
mirum æternā mortem,quæ est peccatis
debitum stipendium.
6 *Secundū opera manuū eorū tribue illis:*
Rom. 6. Mercedē congruam, dabis illis iuxta or
dinem iustitiæ tuæ,secundum opera sua,
quæ in vita egerunt:
* *redde retributionem eorum ipsis.*
1.Cor.3. retributionē cōgruā & pmium cōdignū,
Mat.16. qd suis malis actibus iustè cōmeruerunt,
Mat.25. psolues eis.Vnusquisq; n̄ sm suum labo
rē à te accipiet mercedē:& tu reddes vni
cuiq; secundum opera sua:iis qui bona
egerunt vitā æternā: illis verò qui mala,
ignem ęternum.
7 *Quoniā non intellexerunt opera domini:*
Idcirco autem præmio pessimo, morte
æterna punies illos,qm̄ noluerunt intel-
ligere ut bene agerent, noluerunt intel
ligere opera Altissimi: non cognouerūt
opera tibi grata & placita, nec intende-
runt eiusmodi operibus,quibus tibi pla- H
Ps. 35. cere possent.
* *& in opera manuum eius:*
neq; intelligere studuerūt opera manuū
tuarum,q̄ tu fecisti,facis,& facturus es in
nouissimo:sed adeò fuerunt immersi ter
renis rebus,& adinuētionibus suis ma-
lis adeò intenti, ut non conuerterent se
ad cognoscendum te in mirabilibus ope
ribus tuis,neq; ad intelligendum quibus
operibus tibi placere deberent:
* *destrue illos,& non ædificabis eos.*

E Atque ob hoc,quia te noluerunt dum tē-
pus fuit cognoscere,te nō studuerunt be
ne operādo sibi placare,ob hoc in nouissi
mo die perdes eos sniā dānationis æter-
næ,& non saluabis eos:non videbunt sa
lutem iustorum,nec coædificabunt cum
illis à te in ædificio ciuitatis tuæ.Sunt.n.
lapides inutiles,& igni æterno sua praui
tate præparati.
8 *Benedictus dominus,*
Ego verò testimonio tuo interno benè
sentiēs,& benè cōfidēs in horū numerū
non venturā animam meam , benedico
te dn̄e Deus meus,laudo & glorifico.
* *quoniā exaudiuit vocē deprecationis meæ.*
propterea q̄ exaudieris uocem orationis
meæ, qua deprecatus sum , & iugiter de-
precor faciem tuam,me similē fieri illis
pmittas,aut in eādē venire perditionem.
9 *Dominus adiutor meus & protector meus:*
Tu Dn̄e adiutor meus es & eris, atq; itē
protector,& à te erit semper adiutorium
meum,atq; mea protectio:
* *& ī ipso sperauit cor meū & adiutus sū.*
& in te Dn̄e spem omnem cōstitui ex cor
G de meo,ex pleno affectu bonæ uolunta-
tis meæ,& ita accepi abs te auxiliū. Qui
.n.tibi fidunt,sentiunt tuum adiutorium
10 *Et refloruit caro mea.*
Adueniente autem adiutorio gratię tuę
in aīam meam,non solum spiritus ipse
interius inhabitans cōfortatus est,sed &
caro exterior quasi particeps facta inter-
nę visitationis & lætitię nouū accepit vi
gorē,& quasi refloruit atq; reuiguit,depo
sitoq; senectutis velut torpore,iterum cę
pit reuirere & iuuenescere,quasi noua
accepta fortitudine,parata in omne opus
bonum:quēadmodū is qui lassatus ex iti
nere,famecq; & siti exhaustus flaccessit in
ambulatione,cum panis & vini vel pau-
lulum degustauerit noua assumpta forti
tudine:vel uti reflorescit atq; reuirescit
exertus,paratus iā ad pergendum viam
quam cœperat alacritate pristina:
* *& ex voluntate mea confitebor ei.*
& sic tuæ gratiæ adiutorio confirmatus,
paratus sum ex bona & prōpta, voluntate
ex corde læto & alacri, spiritu prompto
& hilari,tibi confessionem laudis persol-
uere omnibus diebus uitæ meæ.
11 *Dominus fortitudo plebis suæ*

Tu domine es fortitudo populi tui in A
quo populus tuus valet quicquid valet, &
sine quo nihil omnino potest:

** & protector saluationum Christi sui est.*

Ioan 15. & specialiter tu es protector atq; author
præcipuus oium saluationum quas fecit
Chrs tuus rex populi tui quem super po-
pulū vnxisti & constituisti loco tui. Om
nem.n salutem quam facio ego Dauid
seruus tuus pro populo tuo, oēm victo-
riam quam consequor, nō asscribo forti
tudini populi mei, neq; mihi ipsi quē su-
per populum tuū constituisti: neq; nobis
ipsis damus gloriā, sed tibi soli domine B
Deus noster: quo protegente, defendēte,
& dāte fortitudinē, hostes sunt in manib.
nris, & nos saluamur de manibus eorū.

12 *Saluum fac populum tuum domine:*

Tibi ergo dñe ut in oībus damus gloriā,
Esa. 19. ita quæso, ut populum tuum (qui tui no
minis unicus est cultor) semper tua cœ-
lesti propugnatione saluum facias ab oī-
bus tā visibilib⁹ q̄ inuisibilibus inimicis:

** & benedic hæreditati tuæ*

& populo huic quem tibi in hrditatem
specialem & in peculium ex omnibus gē
tibus elegisti, vt habitares in medio eius, C
cœlestis tuæ benedictionis gratiam largi
ter infunde, ut ab inimicis sint re ꝑtegē
te securi, & tuo nomini (benedictione su
perna interius uiuificati) semper sint per-
maneantque deuoti:

** & reges eos, & extolle illos vsq; in æternū.*

rege quoque illos, & pasce ut pastor bo
1. Cor 6. nus & dirige eos in omnibus agēdis, vt
Apo. 2. 2. semp ambulent corā te in corde pfecto:
extolle atque exalta illos super inimicos
suos ut nunquam veniant in subiectio-
nem malorum:

Exalta quoq; illos, & magnifica in subli- D
mitate gloriæ tuæ æternæ, in qua glorifi-
cas omnes electos tuos: ut sicut nūc tibi
corde fideli famulantur, ita tecū post la-
borem operationis sublimētur in requiē
gloriæ tuæ sempiternæ, quam tu possides
unus & trinus ante omnia seculorum se
cula. Amen

## ANNOTAT. IN PSAL. XXVII.

VErsu primo, In ultima particula ver
sus, Et assimilabor descēdētibus in
lacum. Nota diligenter nouā acceptionē
& significationē coniunctionis, & Non
enim hoc loco simpliciter (vt solet) acci-
pit, sed posita est quasi pro alioqui, quē-
admodū & in Psal. 145. cum dr: Non a-
uertas faciem tuā à me, & similis ero de-
scendentibus in lacū. Est autē snia & hic
& illic similis, tāquā si diceret orās, Nō Ps. 145.
auertas faciē tuā à me: Alioqui, si tu auer-
tas: uel nā si auertas, mox assimilabor de
scendētibus in lacū. Ita & hic. Ne taceas
à me: alioqui.n. id est, si tu taceas à me
assimilabor descendētibus in lacū. Quā
uis autē hæc acceptio coniunctionis, &
rarò admodum occurrat: cogit tñ his in
locis intelligentia, vt ad eum modum ac
cipiatur coniūctionalis illa enūciatio: a-
lioqui nulla haberet recta snia. ¶ Versu
decimo, Et ex voluntate mea confitebor
illi. Ex voluntate cōfiteri, est corde alacri
& hilari laudare Et iuxta eundē modum
dr in Ps 53. Voluntarie sacrificabo tibi, Ps. 53.
& cōfitebor noī tuo dñe, qm bonum est.
Idē.n illic est uoluntariè, qd hic ex uolū
tate. Quia n. id qd inuitè fit vel ex coa-
ctione, uel tm ex consuetudine, solet cum
torpore & pigritier fieri: cōtra uerò, ardē
ter & hilariter, qd ex ꝓpria siue bona vo
luntate. Inde hæc ur locutio proficisci,
vt ex voluntate uel uoluntarie dicamur
facere, qd hilariter &, alacriter ex bono
ac prōpto corde volumus pficere. ¶ Ver-
su penultimo, Protector saluationū Chri
sui est. Intelligitur Dauid loq de seipso,
quasi sub alterius psona, Chrs.n. dñi erat
ipse, postquā in regē populi dñi fm ele-
ctionē fuerat inunctus. Hoc.n. dñe fre-
quenter inuenimus Saulem ab ipso ho-
norifice nominatum Nō mittā (inquit) 1.Re.26.
manum meam in Chrm dñi, & alias fre-
quēter. Significat ergo hoc uerbum oēm
victoriā & salutē, quā ipse ut rex populi
Israelitici faceret, nō ex se esse, neq; ex po
puli sui ꝑerat fortitudine, sed ex Dñi mā
gis auxilio & ꝓtectione. Sed & si ad Da-
uid mysticum, ad Chrm Dūm patris fili-
um, spūaliter referamus intelligentiam,
etiam sic uerum est Deum esse protecto
rē saluationum Chri sui. Salus.n. & uicto
ria quā operatus est Christus dominus
in generis humani redemptione, Deo
authore facta est, id est, ex uirtute di-
uinitatis

uiniratis est ꝑfecta. Verũ prior intelligẽtia minus torta vr, & quadrare aptius. Ver su ult. Posset ĩ uerbis huiꝰ versiculi assignari iucũda petitionũ diuersarũ distinctio. Primum. n. petit saluatio populi, cum dr, Saluũ fac populũ tuum Dñe. Deinde, ipsius populi saluati benedictio: Tertiũ, ut à Deo regant, Quartũ, ut extollantur exaltatione æterna. Primũ. n. est, ut à pctis & mortis obligatione saluemur, deinde, vt à pctis liberati benedictionẽ cœlestiũ gratiarum cõsequamur, post hoc, ut Dei sp cura regamur & dirigamur, ne in dimissa pctã iterum recidamus, aut collata bona pdamus, ac tandem post hæc oĩa, vt exaltatione glorię æternæ sublevemur.

## XXVIII. PSALMI ARGVMENTVM.

*Videtur David cum hunc Psalmũ caneret, fuisse singulari & peculiarissima quadam illuminatione edoctus, de cunctis ædificãdæ nouæ Ecclesiæ mysterijs: q̃ hic ita luculenter aperit, ac si cõpleta iã ea uidisset, mira verborum magnificentia Estq̃, Psalmus iste exhortatio fidelium ad laudẽ Chri Domini, pp multiplicia & maxima beneficia, q̃ ipse in mundũ adueniens per veritatis doctrinam & Apostolicam pdicationẽ, electis exhibuit. Monentur itaq; afferre oblationem Domino, & sacrificare filios arietum & gloriam & honorem, & adorare in cœlis regnantẽ, cuius uox (nẽpe pdicatio Euangelicæ ueritatis, quã primum per seipsum, deinde, & per Apostolos pdicauit) effusa est super oẽs populos, quasi uox tonitrui sup aquas multas, cum magna virtute & magnificentia in ostensione signorum & prodigiorum mirabiliũ, ita vt etiã electissimi plurimi, tanquam cedri Libani, fuerint hac pdicationis uoce cõuersi, & humiliati atque confracti, per quã pdicationem, credentibus diuisa sunt spũs sancti dona: concussum est desertum gentiũ, atq; et populus Iudæorum, dum ex vtroq; populo plurimi sunt cõuersi per quã insuper fideles quasi cerui sunt parati, & ad oĩa alacres facti, condensa sine occulta sunt patefacta per quam multitudo populorum, quasi aquæ inundantes in modum diluuij confluxerunt in aluum Ecclesiæ, in cuius medio residet ipse Christus Dominus idem qui ad patris dexteram populo suo dans fortitudinem & benedictionem, ad pacem æternam.*

## VIGESIMIOCTAVI PSALMI ELVCIDATIO.

*FFERTE Domino filij Dei:* Vos ò fideles omnes, qui per Chrm ex filijs iræ facti estis filii Dei, pro summo & multo maximo uobis impenso beneficio, in gratiarum actionem, afferte hostias ad immolationẽ & sacrificium:

* *afferte Domino filios arietum.* affecte (inquam) pstantissima & optima quæq; quę habetis, cuiusmodi sunt in sacrificiis corporalibꝰ filii arietũ. i. oues & agni, q̃ sunt in oblationibus & sacrificiis legalibus p cæteris aĩalibus acceptiora. Afferte iterũ vosipsos atq; uos mutuò, q estis filii arietum, patriarcharum & Apostolorum, qui uos in Chro, ut arietes oues genuerunt, suntq; uobis duces & antecessores in fide Chri, & primi in gregibus Ecclesiæ, uosipsos qdẽ afferte, ut hostiã uiuentẽ sanctam, Deo placentem, in omnibus exhibentes uos sicut Dei ministros, uos inuicem quoque afferte, curantes proximos ad cultum & seruitutẽ Dei adducere, ut qui audit, dicat, ueni.

1 Cor 4. Rom. 12.

2 *Afferte Domino gloriam & honorem: afferte Domino gloriam nomini eius:* Afferte ad immolationem & sacrificium Chro Dño facienda, gloriã & honorem, quæ sunt illi gratissima sacrificia præ oĩbus quæ postulat à nobis Nihil. n. tã nos illi debemus pro maximis suis erga nos beneficiis, nihilq; vicissim adeò à nobis ipse postulat, quã ut illi gloriam & honorem exhibeamus, & laudis hostia semper offeramus, uitulos labiorum nostrorum confitentium nomini eius:

1. Cor. 6. Apo. 22.

* *adorate Dominum in atrio sancto eius.* & si requiritis, quo pacto gloriã illi & honorẽ afferre debeatis hic modus est pcipuus, ut puro corde ipsũ in spũ & ueritate adoretis, residentẽ gloriosum in aula sancta sua, latriã illi & cultũ summũ soli sũmo & primo ẽti oĩum dñatori debitũ exhibere, residẽti & regnãti in amplissimo

fimo & auguſtiſſimo cœlorum habitacu A lo, vno eodēq; & penitus æquali honore cum patre Chriſtum filium uenerantes.

3 *Vox Domini ſuper aquas:*

Ioan, 4. Si requiritis beneficia quæ ſint & mirabilia iſta, pro quibus adorare, & gloriam dare exhortor, præcipua quædam breuibus cōmemorabo. Ecce enim uox Domini effuſa eſt ſup aquas multas, ſuper oēs populos, qn per ſemetipſum primum. ac deinde per ſuos Apoſtolos prędicauit Dominus Euangelicæ ueritatis doctrinam, per uniuerſum orbem, in omnibus gentibus & populis:

* *Deus maieſtatis intonuit.*

Chriſtus Dominus (qui erat in maieſtate & æqualitate patris) ipſe quaſi tonitrui uocē edidit in mundo, q̄ apud oēs nationes, in omnibus finibus orbis terrarum breuiſſimo tēporis ſpatio audita eſt, quēadmodum tonitrui ſonus lōge ac late diffunditur per vniuerſam ragionem.

* *dominus ſuper aquas multas.*

Tonitrui etiam uocem emiſit, quia terribiliter inſonuit, ita vt commouerent corda infidelium ad pœnitentiam, & ab infiC delitate ad fidem potenter conuerteret plurimos in omnibus finibus terræ. Dñs (inquam) hoc pacto ſuper populos mul-

Apo. 17. tos, Aquæ enim multæ, populi multi, fortiter, intonuit, & uocē fortiſſimam emiſit. Atq; hoc maximum eſt beneficium, quo Eccleſia ex gentibus congregari ad fidē, & in ea ædificari cœpta fuit.

4 *Vox domini in uirtute:*

1. Cor. 6 Vox autem iſta domini non fuit infirma

Apo. 12 & impotens, ſed magnæ admodum uirtutis, potens ualde & efficax ad operandā cōuerſionem multorum populorum, adD penetrandum intima cordium:

* *vox domini in magnificentia.*

Marci. 1 uox iſta domini in magnificentia aparuit uirtute ſignorum atque prodigiorum ſequentium confirmata, & mirum in modum glorificata, factaq; hac confirmatio ne nimium eredibilis.

5 *Vox domini confringentis cedros.*

Vox illa domini tantæ fuit virtutis, & tā magnifica, vt etiam eedros electas arbores ſufficeret confringere, id eſt, ſublimes & potentes ſeculi à ſua ſuperbia cōuerte re, atque ſub fidei iugo humiliare:

* *& confringet dominus cedros Libani.*

& confregit dominus per virtutē huius prædicationis ſuæ, etiam electiſſimas cedros quales ſunt quæ in Libano creſcunt, id eſt, magnos etiam & glorioſos, tam potentia q̄ ſapientia, aut nobilitate, humana, qui ſunt tam cedri, Libani, ab infidelitate & ſuperba uanitate ſua auertit, atque ad humilitatem fidei inflexit.

6 *Et comminuet eas tanquā vitulū Libani:*

Neque verò magna difficultate confregit & humiliauit ſublimes illas cedros, ſed mira facilitate, quemadmodum pinguē, B delicatum & tenerrimum uitulum, cuiuſmodi ſunt qui in libano paſcuntur, facile eſt comminuere, & agere quocunq; qs uoluerit. Fecit. n uox Euangelicæ pręd1cationis quaſi agnos manſuetiſſimos, & quaſi uitulos teneros, atq; ad omnia facile agitabiles, eos qui prius tanquā cedri per altitudinē ſupbię, & duritiē feritatis, inſuperabiles, & intractabiles videbātur:

* *& dilectus quemadmodū filius unicornium.*

& ipſe per quē hæc omnia ſiunt, Chriſtus dñs eſt, patri ſuo ſingulariter dilectus, quemadmodum filii unicornium, q erga ſuos fœtus probātur dilectionē habere ſpecialem Ita hic ſpeciali dilectione admodū fuit ſuo patri dilectus, & ipſi in ſuo filio fuit beneplacitum. Mat. 13.

7 *Vox domini intercidentis flammam ignis,* Actu. 2.

Ad uocem inſuper Euangelicæ prædicationis diſpartitus eſt fidelibus ſpiritus ſanctus, qui eſt ueluti flamma ignis corda illuminans, purgans, & inflammans, eiuſque dona uelut diuiſa ſunt, ac tanquā intereiſa deſtribuendo, dum alii quidem p ſpiritum dabatur ſermo ſapientiæ, alii ſer 1. Cor. 11

mo ſcientiæ, & c. In quorum donorū multiplicitate, quaſi intereiſio videtur flāmę ignis, & diuiſio unius ſpiritus, cum hæc omnia operetur vnus atque idem ſpiritus, diuidens ſingulis prout uult:

* *vox domini concutientis deſertum,* Ibidem.

& per uocē hanc concuſſus eſt populus gētiū, qui erat omnino deſertum, protſus alienus à Deo, & percuſſus eſt Apoſtolica prædicatione, quaſi malleo, vt ſalubriter conuerteret ad pęnitentiam. Eſt enim uerbū dñi quaſi malleus cōterens petrā:

* *commouebit dominus deſertum cades.* Actu. 13

cōmouit quoq; vox iſta Apoſtolicę pdica Hier. 23

tionis

tionis nō solū populū gentium ( qui erat
uelut prorsus desertu m, ac perfecta solitudo, omnino à Deo derelicta ) uetum-
etiam populum Iudaicum, qui erat quidē desertum, quatenus perfecto, vero, ac spiri
tuali cultu destituebatur, sed desert um ca
des, erat desertum sanctificationis, habēs legem sanctam, & sancta qualiacunq; sa
cramenta, pp quæ non simpliciter, neq; omnino (vt gentium populus) erat desertū. Atq; ēt hos commouit dominus sua
uoce, multos ex eis ad ueritatem Euange
Actu. 13. lii inducendo, quotquot ad uitam præor-
dinati fuerant ex eis, & item cōmouebit
plures ex eis in fine temporum post An
tichristi persequutionem. Cęteri verò qui
conuerti noluerūt, ipsi cōmoti sunt infęliciter odio & inuidia contra prædicato
res Euāgelicos, & aduersum illos insurrexerunt, ꝓhibentes illos (quantū in se fuerat) loq in deserto gentiū uerbū ueritatis.

8 *Vox domini præparantis ceruos:*

Vox dñi ipsa sibi parauit fideles suos, quasi ceruos alacres & prōpto animo, ad currēdum velocissimè per uniuersum orbem, ad ascendendum summa montiū, fa
Actu. 14. stigia uirtutū, & culmē perfectionis Euā
gelicæ, atq; ad pugnandum cum serpēte diabolo, eumq; de cauernis in quibus latitat (de cordibus infidelium) extrahendo quæ omnia, sicut ceruis competūt corporaliter, ita fidelibus quos Dei uox præparat, & suo ministerio aptos fecit, spiritualiter recte conueniunt:

* *& reuelabit condensa:*

& reuelabit dominus per uocem Apo
1. Cor. stolicæ prædicationis occulta & abscōdita fidei Christianæ & veritatis Euangelicæ misteria, quæ antè multiplicitate figuratū & i uolucris ceremoniarū erāt velut tecta & occulta, quemadmodū ea quæ foliorum densitate sunt operta:

* *& in templo eius omnes dicent gloriam.*

atq; his peractis, patefactis fidei Christianæ mysterijs, quæ ante fuerant occulta, fideles omnes in Ecclesia (qui huius verita
tis reuelatę facti fuerint participes) dabūt gloriā omnipotenti dño, qui ista in plenitudine tpis dignatus fuerit manifestare, quæ seculis præteritis nō erāt agnita.

9 *Dominus diluuium inhabitare facit:*

Ephe. 3. Dominus per uocem Euangelicæ prædicationis multitudinē copiosissimam populorum ex gentibus conuersorum, tanquam copiosam & in modū diluuii inūdantē, fecit inhabitare in hoc tēplo suo, in unitate sanctę Ecclesiæ ciues sanctorū eos faciens, & domesticos Dei, ex hospitibus & aduenis, quales prius fuerant:

* *& sedebit dominus rex in æternum.*

& ipse vt omnium dominator, & sup om
nia tenens imperiū, vt rex regum & dñs
dominantiū, sedebit, & regnabit sine fine
in secula seculorum in vtraq; Ecclesia, tā Ephe. 2.
militante, q̄ triumphante, qui immobilis
manens in sua quiete, hęc omnia in tem
poris plenitudine operatus est ꝓ nobis.

10 *Dominus uirtutem populo suo dabit:*

Ipse quoq; sedens in maiestate sua, entā Apo. 19
gerit populi sui, dabitq; ei fortitudinem, qua & inimicis resistere ualeat, & ea quę recta ac bona sunt operari:

* *dominus benedicet populo suo in pace.*

Dominus benedictionem multiplicem spiritualium omnium gratiarū dabit populo suo, dās illi pacem, temporalem quidē, quantū ipsi expedire videbitur: spiritualem uerò atq; internam, nunc in gratia post in gloria sempiterna, cuius pacis & nos quoq; participes facere digneris domine Deus noster, qui trinus & vnus uiuis per æterna secula, Amen.

## ANNOTA. IN PSAL. XXVIII

Illud aduertendum est, per totum hūc Psalmum frequenter eadē replicari: velut cum in ipsius principio uerbū, afferte, tertiò ponitur, & cum toties uox domini, uox domini, pene ad finē vsque replicatē, itē uersu tertio particulatim, & quasi cōcise, singulæ particulæ efferuntur. Vox domini sup aquas, & Deus maiestatis intonuit: & iterum, Dñs super aquas multas vbi partes incompletę sunt. Iterumq; uersu quinto, Confringentis cedros, vbi mox subditur, Et cōfringet dominus cedros Libani. Hæc (inquā) omnia, sic vel replicata, vel concise atq; impfecte prolata, ad magnificentiā faciunt sermonis, & vehementiā exhortationis, quę in hoc Psalmo ad vniuersos dirigitur qui sūt in Ecclesia fideles. ¶ Versu 3. Vox dom. sup. aquas. Vox illa domini sup aquas accipi

possēt

posset uox paterna, quæ, cum in Iordane A baptizaretur à Ioanne Christus dñs, audita est, de eo testificans, ac dicens: hic est filius meus dilectus, ĩ quo mihi cõplacui. Nos tñ in Elucidatione ĩ totius Psalmi processu, per uocem dñi intelligimus prædicationem ueritatis Euangelicæ: cui omnia quæ sequuntur aptissimè consonant: & magis hæc intelligentia vr̃ proposito cõuenire, quam illa altera de uoce paterna. ¶ Versu 5.7.& 8. Cum per genitiuum dr̃ uox dñi confringentis cedros, intercidentis flammam ignis concutientis desertum, p̃parantis ceruos, viderentur orationes clariores, si genitiui illi mutarent̃ ĩ nominatiuos, hoc modo, Vox dñi confringens cedros, intercidẽs flammam ignis, &c. Atq; ad hunc modũ vertit oĩa casu nominatiuo diuus Hieronymus ex Hebræo Græca tamen lectio (quæ nostræ latinę vulgatæ respõdet, & ex qua ista translata est) hẽt casum genitiuum, quomodo, & nos habemus. & habet etiam ipsa conuenientẽ, licet difficiliorem, intelligentiam Dr̃ enim vox domini confringentis cedros, uox dñi qui per ipsam confregit cedros, per ipsam cõcussit desertum, per eã intercedit flammã ignis, per eam pręparauit ceruos. Diuinitas enim per vocẽ prædicationis operata est hæc omnia: & fuit uox ipsa exterior prædicationis non nisi ministerialis cau B sa: ipse autem dominus, secundum diuinitatis internam uirtutem, causa erat principalis, quę intimè operabatur hæc omnia. Neq; tam dici potest vox hæc operata, quàm per vocem dominus, qui emittebat eam.

Mat. 3.

## XXIX. PSALMI ARGVMENTVM.

*Psalmus iste spirituali uiro vestissimè conuenit, & ea q̃ intra se spiritualis percipit, optime explicat neque facilè poterit intelligi, nisi ab eo qui modũ illum quo Deus agit cum seruis suis (nunc præsentem se exhibendo, nunc absentẽ se ab illis elongando) intelligit. Vr̃ aũt Dauid, cum istum Psalmũ componeret, ex magna & grauissima admodum tribulatione emersisse, quæ illius spũm uehemẽter afflixerat, siue corporalis illa siue spiritualis fuerit. Vnde à magna lætitia incipit, laudem Dei commemorans, pro præstita liberatione & ab inimicis saluatione, pro exauditione & quasi ab inferis reductione: considerans q́; miram & non satis sibi laudabilem Dei misericordiam, eandemq́; oĩbus æque expositam generali exhortatione, fideles oẽs ad laudẽ Dei inuitat, propterea quod ipse, tametsi nonnunquam ad tempus modicum videatur irasci, nostris culpis id exigentibus, sp tamen uitam nostram & bonum magis vult & magis de eo gaudet ex sua uoluntate, qui etiam facilè lugentes in pœnitentia consolatur per misericordiam suam. Atque hæc vsque ad uersum septimum A quo deinceps id quod se expertus didicit, confitetur: quomodo uidelicet ipse in abundantia Diuinæ consolationis cõstitutus, proposuisset quidem nunquam à Deo dimoueri sed auertente illo paululum conspectum præsentiæ suæ senserit infirmitatem fragilitatis propriæ: ita vt p̃ nimia conturbatione cogeretur exclamare ad Dominum, & lachrymabilibus uocibus Dei misericordiam inuocare, donec tandem oratione exaudita rediens, & priorem illam abundantiam reducens, redderet ipse lætitiam salutaris sui, ita ut per aduentum p̃sentiæ suę oĩ luctu & sacco depositis pristinum illi redderet sp. ritus gaudium: propter quod pollicetur se domino in oĩ gloria laudem æternam persoluturum.*

## XXIX. PSALMI ELVCIDATIO.



XALTABO *te domine quoniam suscepisti me:* Magnificabo te domine & pdicabo celsitudinẽ gloriæ tuæ donec uiuã, ppterea quod in defensionem, & protectionẽ suscepisti me, perire non sinens animam meam:

* *nec delectasti inimicos meos super me.* neque passus es supergaudere mihi inimicos meos, & de meo lapsu, aut mea perditione illos lætari noluisti.

2 *Domine Deus meus clamaui ad te:* Domine Deus meus, ĩ tribulatione & periculis positus ex affectu cordis te deprecatus sum, auxilium à te petens, & defensionem postulans;

* *& sanasti me.*

& tu me

& tu me postulantē benignus exaudisti,
& saluasti me, atque liberasti ab omnibus
doloribus & periculis meis.

3 *Domine eduxisti ab inferno aīam meā:*
Erat iam in infernum descensura anima
mea, & in proximo erat vt in peccatum
consentiens reā damnationis & inferni
se faceret: aut certè iam in peccatū cōsen-
serat, iā inferno se addixerat per peccatū
mortis, sed tu domine ab inferno eam
eduxisti, atq; saluam fecisti, vel eam præ-
seruando à peccato ne inferni rea fieret,
vel iam ream factam ex inferno extrahē
do per peccati dimissionem:

* *saluasti me à descendentibus in lacum.*
ita saluasti me à damnatis qui in lacum
descenderunt inferni, priusquā illuc de-
scenderem, vbi nulla est redemptio, beni-
gnè me liberando.

4 *Psallite domino sancti eius:*
Propter hanc quā ego in memetipso ex
pertus sum Dei misericordiā, hortor vos
oēs qcunq; in sanctitate & iustitia ambu
latis corā domino Deo vestro, vt mecum
illum ad gratiarum actionē collaudetis:

* *& confitemini memoriæ sanctitatis eius.*
confessionem date sanctitati ac bonitati
eius, commemorando, & magnificando
illam: scientes eandem hāc misericordiā
quam mihi exhibuit, æque oībus, etiam
uobis esse expositā, & æquæ paratā (abs-
que personarum delectu) uniuersis.

5 *Quoniam ira in indignatione eius:*
Quamuis enim irascatur aliquando ad
tēpus, & iram suam erga nos nonnun-
quā ostendat, nimirum in indignatione
sua cum uidelicet nrīs culpis vel pctīs
id exigentibus, aduersus nos iustam ha-
bet indignationem zelus iustitiæ eius:

* *& uita in uoluntate eius:*
Ezec. 18. & 33. uita tamē nostra & oē bonum nostrum
est in volūtate & beneplacito ei⁹. Nequa
quam. n. vult mortem etiam peccatorum,
neq; oblectatur in perditione aut puni-
tione nostra, sed vult magis ut conuerta
tur peccator & uiuat, uostra atq; bono no
stro est ipsi beneplacitum.

6 *Ad vesperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia.*
Imò tam facilis est Dei iræ in misericor-
diam commutatio, ut nōnunquā qui ad
uesperā in fletu demorati fuerint, & pœ-

E nitentiam egerint, mox summo mane p-
cipiant redditā sibi lætitiā salutaris sui
ita statim adest pœnitentibus ipsius mise
ricordia, ita e uestigio lugentes subsequi-
tur cōsolatio, modo ex uero corde dole-
ant atq; lugeant commissa sua, quibus cō
tra se eius indignationem prouocauerūt

7 *Ego autem dixi in abundantia mea:*
Et ego cum essem aliqn̄ in abundantia
consolationis interuç constitutus, cū es-
sem in latitudine deuotionis spiritalis
positus, corde interius per Diuinæ uisita-
tionis p̄sentiā dilatato, dicebā intra me-
F metipsum, & ita proposui,

* *non mouebor in æternum.*
iā amodo nō mouebor dn̄o Deo meo
vsque in æternum, amodo illi adhærere
volo uinculo indissolubili, ex nunc me
nemo poterit separare vel paululū à do-
mino Deo meo, nulla res me poterit post
hac ab illo diuellere.

8 *Domine in uoluntate tua, præstitisti decori meo uirtutem.*
Ego quidem ita dicebā, & verè, donec in
illa abundantia positus essem, ita quoq;
existimabā. Verum subsequēs experiētia
hoc me docuit, nō esse in hoīs potestate
G absq; te propositum cordis sui perficere,
neque sine te illud posse hominem pro
voto in effectū deducere, & hoc cognoui,
quod tu domine solus esses, qui decori
spirituali & ornatui gratiæ tuæ, q intra
me est, p̄stas uirtutē in bona & benigna
uoluntate tua, qui ornatum oēm & pul-
chritudinē quæ est in anima mea, ex tua
gratia corroboras, & tua uirtute, donec
placitū est tibi, custodis, ut in me perma-
neat, & ego in illo persistam.

9 *Auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus.*
Vbi uerò auertis faciē tuam à me, & uel
H paululū abscesseris, quasi me relinquēs,
siquando tuæ p̄sentiæ cōsolatione desti-
tuor, statim cōturbat intra me aīa mea,
quasi q pericliteť de oī ornatu quē intra
se abs te cōtinet, & vehementi angitur so
licitudine, sciens tū me in magno periculo
positum, & facillimè à te posse decidere.

10 *Ad te domine clamabo, & ad deum meum deprecabor.*
Sed quid faciā, cū me ita derelictum sen
sero, cū te percepero auertisse faciē tuā?

Non

Non cessabo domine lacrymis, fletibus, & precibus ad te clamare, itaq; totis affectibus intentissimè deprecari cum amaris singultibus, donec exorem, & obtineã ad me reditum præsentiæ tuæ, donec reddatur mihi in lætitia salutaris tui.

11 *Quæ utilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem?*

Flens quoq; & plorans clamabo in hũc modũ. Quæ tibi erit vtilitas, pijssime De' ex vita mea? qs tibi honor, q̃ tibi gloria, ex eo quòd viuere me fecisti super terrã? qnid etiam mihi profuerit vita mea, si in corruptionem mortis æternæ descendero? si à te derelictus, descendam in sepulchrum inferni, cum damnatis in corruptione sempiterna? Nunquid ad hoc me creasti, Deus optime, vt in corruptionẽ mortis venirem, & non magis ad hoc vt vita fuerer coram te, & laude sempiterna glorificarem faciem tuam? Ad hoc quomodo faciam, quomodo exequar, ad qđ creasti me, si me permittas derelictum in putrefactionem peccatorum deuenire?

12 *Nunquid confitebitur tibi puluis:*

Nunquid impii (qui sunt tanquam puluis, quem proiicit ventus à facie terræ) aut nunquid ij qui in puluere dormiunt q̃ sine spe gloriosæ resurrectionis ad vitã in terræ puluerem resoluunt, semperq; vt puluis aridi & vigore Diuinæ gratiæ destituti permanebunt? nunquid hi (inquam ego) dabunt tibi confessionẽ laudis gratam & placitam?

* *aut annunciabit veritatem tuam?*

aut nunquid ipsi annunciabunt & prædicabunt cum laude & gratiarum actione veritatem & iustitiam tuam: Imò per hos blasphemabitur potius, quàm laudabitur veritas tua. Noli ergo permittere dñe, vt in numerum horum aliquãdo deueniam neque illis assimiler (quod certè facilè fiet, si diutius a me auertas faciẽ tuam) sed quantocius ad me conuerte benignum aspectum tuũ, ut nõ illi assimilerarido pulueri: redeatq; mihi decor ille & ornatus quem tu præstitisti mihi, in beneplacito tuo.

13 *Audiuit dominus, & misertus est mei:*

Cum verò ita orarem, audiuit dominus orationem meam, & misericordia mot' A est ad exaudiendum deprecationẽ meã.

* *dominus factus est adiutor meus.*

factusq; est mihi ipse dñs, respectu misericordię suæ & auxilio gratiæ, adiutor defensor & liberator.

14 *Conuertisti planctum meum in gaudium mihi:*

Commutasti tu domine luctum meũ in gaudium: & mœrorem pœnitẽtiæ quo affligebar pro peccatis meis, atq; etiã propter pericula, in quibus me constitutum videbam per tuam absentiam, conuertisti in lætitiam spiritualem; quæ mihi reddita est te redeunte, iterumq; me dulci tua B consolatione visitante:

* *concidisti saccum meum, circundedisti me lætitia.*

abiicere me iussisti habitũ lugubrẽ, ad me lętificandum rediens: & saccum pœnitẽtiæ quo operiebar, velut concidisti atq; rupisti, nolẽs me ultra lugere, iubẽsq; me à luctu cessare in aduentu tuo; sed magis gaudere, epulari, & iucundari in spiritu me voluisti, cum iam mecum esses tu spõsus animæ meæ: & mira, noua, atque insolita lætitia me abunde lętificasti in ad- C uento tuo.

15 *Vt cãtet tibi gloria mea, & nõ cõpũgar:*

Idq; fecisti, dulcissime domine Deus me' vt ego tibi iam laudem canam in omni gloria mea, in omni ornatu meo, & in omni virtute mea, omni deposita tristitia: & nequaquã vltra doloribus stimuler aut in tristitia agam:

* *Domine De' meus, ĩ æternũ cõfitebor tibi.*

& ita sane domine Deus meus, omni nũc abiecta tristitia, omni timore foras per charitatem misso, concepta spe salutis D meæ & damnationis timore pulso, ex toto cordis affectu uolo ęterna tibi confessione laudem persoluere, & nunc quidẽ in vita corporis quantum patietur humana fragilitas, & perfectius in futura vita in ęternitate seculorum, Amen.

ANNOTAT. IN PSALMVM VIGESIMVMNONVM

NOn ignorans hunc Psalmum quosdam fidelium doctorũ Christo domino totum accommodare, qui à patre susceptus fuit atque custoditus ne vel à

morte

morte uel ab inferno teneretur,qui à pla E (quæ Deus est) puenire mereamur,ibiq;
ga mortis temporalis in sua resuscitatio illius perpetuo frui conspectibus:ad quē
ne à patre fuit sanatus,& ab inferis redu- finē q̃ sua culpa nō puenerint,certè nul-
ctus,cui pater velut ad momentum ad tē la erit in sanguine eorū utilitas, nihil il-
pus modicū,ob culpam generis humani lis pderit vixisse,dū in corruptionē proiī
(quā ī se suscepit) visus fuit irasci:uoluit ci meruerūt.Vñ de suo traditore loquēs Mat. 26.
tñ ad vitā eū resurgere,& ab horrore mor Saluator,dicebat,bonū erat ei,si natus nō
tis ad resuscitationis lætitiā redire.Sed & fuisset hō ille.Applicādo aūt hūc versum
cætera q̃ sequuntur,nō ita difficile fuerit Chro,erit: ista snīa:Quæ erit vtilitas, ò pa
ad Chrm applicare,in passione humilia- ter cœlestis,in effusione sanguinis mei?
tū,atq; in resurrectione glorificatū. Quā quid proderit fusum esse meū sanguinē,si
intelligētiā in aliorū cōmentatijs prom ego in corruptionē pmitter venire, vt
ptū est requirētibus inuenire.Neq; nos il anima apud iferos pmaneat captiua, cor
lā dānamus aut abiicimus,tametsi in hoc pus putrefiat in sepulchro? Nihil vr̄ pro
Psalmo q̃dā sint q̃ intelligētiā hmōi non F futura mei sanguinis effusio, nisi à mor-
nisi coactius fere posse videantur. Ea aūt tuis ego resurgens, oībus meis fidelibus
quā in Elucidatione latius expressimus, (quos per sanguinē meū redemero) vias
nobis visa considerantibus singulas hu- vitę demonstrem,& ianuas aperiā regni
ius Psalmi partes, aptius quadrare. tui.¶ Versu 14.Conuertisti planctū meū Mat. 5.
1.Tim. 2 ¶ Versu 5.Qm̄ ira in indignatione eius. in gaudium mihi.Versus iste,qui de plā-
Notādū p huius versus intelligentia, qd ctu in gaudiū cōuerso loquitur, respōdet
cum Deus erga suos nōnunquā ostendit illi promisso Euangelico,quo lugētibus
irā,hoc profecto non in voluntate neque diuina promittitur consolatio,tametsi p̄-
ex beneplacito ipsius est,qui oēs cupit vi cipua in futuro seculo, nōnulla tñ ē in
uere,& saluos fieri: sed ex indignatione pręsenti tēpore. Atq; hoc idē est,quod in
est,quē cōtra nos nosipsi peccatis nostris posteriori parte versiculi dr̄ de concisio
prouocamus:atq; ob hoc,quātumuis ira G ne sacci & circundatione lętitię. Saccus
scatur,ad indignationē à uobis prouoca enim lugentibus conuenit. Vñ Mardo- Hester.4
tur,mox tñ vbi nos per pœnitentiā placa chæum in libro Hester legimus sacco in Ionæ. 3.
uerimus indignationē eius,cessabit ira q̃ dutū plorasse ante portā regiā,& Niniui
non est in voluntate eius,redibitq; uobis tas in sacco & cinere legimus egisse pœ-
vita & salus,q̃ in eius beneplacito est: q̃ nitentiā.Per hoc ergo q dr̄ saccus conci-
res indubiē maxima est materia magnifi sus,significat tristitiā,& luctū pœnitētiæ
cē laudandi tā piissimū dn̄m.¶ Versu 11. ex Diuina p̄sentia ablatum,lætitiæ verò
Quæ util.in san.meo. In sanguine dr̄ vita indumentum esse redditum. Ad Christū
animaliū cōseruari:& sanguine deficien autē accōmodādo intelligētiam, cōcisus
te,deficit animaliū uita. Atq; ob hoc, eū est in resurrectione saccus mortalitatis,
dr̄,Quæ vtilitas in sanguine meo,idē est qn̄ à corpore ablata est mortalitas, cor-
ac si dicat,Quæ utilitas in vita mea? hoc ruptibilitas,grossities,obscuritas,& mul-
est,quorsum pfuerit me uixisse,si in cor tiplex infirmitas: circundatus aūt est &
ruptionē mortis in dānationē inferni deH indutus vestimento lætitiæ,recipiēs cor-
scendam? Ad hoc.n.creati sumus, ut be- pus glorificatū,agillimū,splendidissimū,
nè viuendo in hoc seculo,ad vitā æternā immortale,& prorsus impassibile.

## XXX. PSALMI ARGVMENTVM.

*Psalmus iste hominis est plenā in Deo spē habētis:qui sua spe firmissima initio Psalmi decē versibus ppositis,deinde suā miseriā magnā & multiplicē quā ab aduersariorum prauitate sustinet,sequēt.bus octo uersibus lamentabiliter describit,usq; ad versū 18.vbi rursū in Deū sese cōuertēs suā liberationē & aduersariorū confusionē postulat,uersu 20 ad æternæ fœlicitatis cōtēplandā dulcedinem (quasi extra se raptus) trāscendens,Dominumq; cellandā: p mirifica misericordia. Et quia donec in hoc mundo sumus sp gaudia sunt miscenda tristibus,& ī* Ecl. 11.

*die bonoru m*

*die bonorum (iuxta Sapientis verbum) Immemores non oportet esse malorum: iccirco vers 28. animi sui desolatorium quendam excessum (in quo fuisse se aliquando recordatur) cõmemorat, à quo tamen diuinâ miseratione statim se fatetur liberatum. Nouissimis aũt duobus uersibus ad fidelem Dei seruitutem & dilectionem vniuersalem ponit exhortationẽ, cupiens eius quam ipse expertum se nouit Dei benignitas & misericordia fideles vẽs fieri participes.*

## XXX. PSALMI ELVCIDATIO.



*N te domine speraui, non confundar in æternum:*
In te dñe Deus meus spẽ meam omnẽ cõstitui, nõ me patiaris ab expectatione mea vnquã confundi, neque in æternum sinas frustrari desyderium meum:
** in iustitia tua libera me.*
sed pp iustitiã, veritatem, & fidelitatẽ tuã libera me ab omni periculo & confusione, quẽadmodũ in te speraui. Exposcit.n. hoc tua iustitia (ꝙ verax es, ꝙ fidelis in pmissionibus) vt sicuti pollicitus es, tuo auxilio non destituas in te sperantes.
*2 Inclina ad me aurem tuam:*
Inclina Deus auditum tuũ ad precẽ meã & dignanter attende orationi meæ:
** accelera ut eruas me.*
festina ne tardaueris, ut eruas ac liberes animam meã de periculis, angustiis, & necessitatibus, siue spiritualibus siue corporalibus in quibus versor.
*3 Esto mihi in Deum protectorem, & in domũ refugii: vt saluum me facias.*
Talẽ te mihi exhibe dñe Deus, vt sis mihi defensor atq; propugnator, pariter & asylum siue tutus refugii locus, vt ita me facias saluum ab inimicis meis, quatenus protector p me tua potẽtia contra aduersarios meos dimicans ac pugnans: quasi asylũ verò atq; tut⁹ locus refugii, me ad te cõfugientẽ veluti abscondens, cõcludẽs, atq; diligenter custodiens, accessum ad me habere nõ valeant nocere parati.
*4 Qm̃ fortitudo mea & refugiũ meũ es tu:*
Tu enim domine es mea oĩs fortitudo, & in te est robur meum omne, per cuius propugnationẽ spero ab inimicis fieri saluus: & tu es meũ tutissimũ refugiũ, ad quẽ semper in oĩbus periculis confugiẽs, spero inimicorum rabiem effugere:
** & propter nomen tuum deduces me & enutries me:*
& hoc de te optimè confido, ꝙ pp tui nominis gloriã eris mihi ductor & enutritor, qui me p periculosissima huius mũdi itinera deduces, ut absq; nocumento
B insidiantium in via pertranseam, atq; ad optatum æternæ vitæ terminum pertingam: quiq; me in hoc deserto vastæ solitudinis, vbi multi fame pereũt, educabis & enutries, ita vt nihil mihi desit in ulla grã spirituali: pasces q; & enutries me pane verbi tui, & pabulo internę gratiæ tuæ: in quo etiam pane duplici educabis me, donec euadam in virum perfectum. Eccl.1.
*5 Educes me de laqueo quẽ absc õderũt mihi*
Educes quoq; me, & liberabis ab insidijs 1.Cor.1,
omnibus istis quas ponunt mihi callidissimè, & occultãt inimici mei mihi eas notas faciendo, & ne in eas incidam, aut eis illaqueer diligenter præseruando s:
** quoniam tu es protector meus.*
C tu.n. dñe fieri voluisti ptector meus, pp quod me non patieris in laqueos inimicorum incidere: præcipue cum tu oẽs illorum quãtumuis callidissimas fraudes, quas contra me moliuntur, plenissimè habeas cognitas, & facillimũ sit tibi illas mihi patefacere, aut certe etiam nesciẽtẽ saluare, ut illorum machinationes tua potentia atque sapientia pro me dissoluas.
*6 In manus tuas commendo spiritum meũ:*
Et ego domine optime, tibi fidens, & cor
D de integro omnẽ solicitudinẽ in te piciens, quem scio mei solicitissimã gerere curam, commendo, & cõmitto tibi id ẽt quod preciosissimum habeo, nempe spiritũ meum: illumq; tibi protegendum, custodiendum, & saluãdum cõmitto, vt tu de illo & cum illo agas per omnia, iuxta beneplacitum sanctissimę volũtatis tuę, multo verò magis corpus hoc, & corporis omnia (quæ æstimationis minoris sunt) tibi etiam committo:
** redemisti me domine Deus veritatis.*
tu.n. domine qui es Deus verax, Deus

fidelis, fallere neminem, potens, primaq; & summa veritas, redemisti me hactenus de morte & miseriis plurimis, neq; hactenus tibi fidens sum confusus, etiam in grauissimis periculis: atq; ita eadē fiducia volo pro futuro tēpore oīa mea tibi in manus dare, atq; in tuæ dispositionis arbitrio spiritū meū & mea oīa audacter constituere, ut in omnibus non mea, sed sanctissima tua voluntas fiat.

7 *Odisti obseruantes uanitates, supernacue*

Habes tu q̄dē dn̄e odio, & displicent tibi oēs qui inhærent vanitatibus, qui vanissimæ idololatriæ, aut ambitioni, aut voluptatibus carnis, aut cæteris peccatorū vanitatibus sese dedunt, & illis inhiant atque inseruiūt: qui has (inquā) vanitates superuacnè, absq; utilitate & fructu, absq; omni verò cōmodo, contra oēm rōnem turpiter obseruāt ac diligunt, tu merito odisti & despicis: neq; saluos facies eos qui pseuerant, in huiusmodi. Odisti quoque eos qui ad uana hominum auxilia attendūt, qui in rebus caducis spē cōstituūt (quæ oīa vanitas sunt) qui hæc obseruant frustra cum verè non possint ista salutem dare, nisi tu solus dn̄e Deus.

Eccl. 1.

8 *Ego autem in domino speraui:*

Ego vero nequaquā obseruaui vanitates non inhæsi iniquitatibus, neq; attēdi uanis illorū auxilijs q̄ saluare non possunt, sed spē meā oēm in te collocaui, q̄ es dominus Deus meus, & tibi tota fiducia inhæsi, qui solus potens es tua voluntate saluū me facere ab oībus inimicis meis:

* *exultabo, & lætabor in misericordia tua.*

magnifice gaudebo, & quasi exultabo p̄ lætitia in dulcissima misericordia tua, q̄ me neq; raro neq; tenuiter expertum recordor atq; profiteor in gaudio, sperās item & in posterum quæ occurrerint, per eandem mala superare.

9 *Quoniam respexisti humilitatem meam:*

Quoniam tu domine benignè aspexisti humilitatem & afflictionem qua me prę mebant aduersarii mei:

* *saluasti de necessitatibus animam meam.*

saluam fecisti misericordia motus aīam meam, de angustiis & necessitatibus quibus urgebant me aduersarii. Est. n. hoc tibi proprium, miserorū aspicere & sublcuare miserias.

E 10 *Nec conclusisti me in manibus inimici:*

Neque concludi me aut cōstringi passus es in manibus inimicorum, non me passus es victum & captiuum venire in potestatē hostibus meis: neq; pmisisti tētari me supra id qd̄ possem, sicq; adeò coägustari, vt nō possem effugere manus tētatorū: sed fecisti cū tētatione prouentum vt possem sustinere, ut possem exitū habere, & effugere potestatē psequentium 1. Co. 10

* *statuisti in loco spatioso pedes meos.* Psal. 17.

statuisti pedes meos in loco admodū lato & amplo, eduxisti me in latitudinē extra omnē anxietatem animi & periculorum angustiam: eduxisti me in libertatē animi & cordis latitudinem, ut secure possem currere dilatato corde latam viā mandatorum tuorum. Psal. 81.

11 *Miserere mei domine, quoniam tribulor:*

Miserere semper mei dn̄e, vt hactenus non defuisti mihi misericordia tua, quoniam vehementer affligunt & persequuntur me inimici mei:

* *conturbatus est in ira oculus meus anima mea & venter meus.*

& tā graui tamq; diuturna ac longa persequutione adeo me nonnunquā fatigāt vt præ indignatione conturbent quęcunque intra me sunt, sensus mei exterius, interius aīa, atq; etiam interiora corporis me præcordia & cor, q̄ sunt in medio vētris me, in parte corporis superiori.

12 *Quoniam defecit in dolore uita mea:*

Neq; mirum, si ita cōturbor. Ecce enim continuo decursu deficit, & ad finem tendit vita ista quam uiuo, in dolore nimio, spiritu tristi mihi continuo exiccante ossium uigorem:

* *& anni mei in gemitibus.*

H & anni vitæ meę istius corporalis trāseūt & abscedunt in gemitibus, fletibus, & suspiriis, quę mihi extorquent molestissimi atque implacabiles hostes mei, non dātes dolori requiem.

13 *Infirmata est in paupertate virtus mea:*

Robur corporis mei imminutum est, & decreuit paulatim in humiliate ista nimiæ afflictionis meæ, & veluti emarcescit omnis vigor qui intra me est:

* *& ossa mea conturbata sunt.*

& ossa mea (q̄ latent interius) destituta sunt uiribus, quasi medullis intrinsecus consumptis

consumptis,ut solet grauiter & diu & afflictis accidere.

14 *Super omnes inimicos meos factus sum opprobrium vicinis meis valde:*

Propter omnes aduersarios meos,qui & numero tanto & tanta ferocitate aduersus me insurgũt,& tam grauiter me persequuntur,factus sum uicinis meis in opprobrium & confusionem, ita ut ex me cõfusionem sustineant,qui mihi propinquos aut vicinos fuisse se dixerint:

* *& timor notis meis.*

& terror factus sum cognatis & notis meis,quibuscum aliquñ uixi familiariter: dũ metuunt ipsi ne propter me aliquam ab inimicis meis sustinere contingat molestiam,atq; ob hoc non audient mihi ullum obsequium impendere, aut ullam monstrare humanitatem.

15 *Qui videbant me foras fugerunt à me:*

Etiã ex viciuis & notis meis,qui me forte conspiciebant,qui me alicubi reperiebant,foras aufugerunt, & abscesserunt à me,uel non uolentes, vel non audentes verbo aut facto cõmunicare mihi,ne forte ex me vllum periculum incurrerẽt,aut nulla infamia ex meo cõsortio notarentur.

* *obliuioni datus sũ tãquã mortuus à corde.*

sicq; factũ est(dum nemo mihi audet pręstare humanitatẽ)ut obliuioni datus sim à corde,et iis qui viciui prius & familiares fuerãt,tanquã si plane essẽ mortuus, vt nemo de me ac mea cõsolatione quicquã ultra cogitaret, sed prorsus à corde deductus sim in perfectam obliuionem: quemadmodum à corde penitus obliuioni dari solent mortui:sicq; uiuens etiam nõ erãt mortuo oĩbus amicis & notis meis.

16 *Factus sum tanquam uas perditum:*

Aestimatus sum tãquã uas inutile,quod non nisi oneri est, dum nulli ultra deseruit usui,& locum tm̃ occupat: sic & ego videbar iam prorsus inutilis & abiectus, & quocunque veniebam,quasi oneri erã omnibus,omnes me pellebãt, nemo meum uolebat consortium:

* *quoniam audiui uituperationem multorum commorantium in circuitu.*

audiuit etiam(præter omnem afflictionẽ corporalẽ & angustiam persequutionis) uituperia multorum circumquaq; cõtra me loquentium, & exprobationes, qbus

A de me diuersi diuersa,quisque pro suo erga me affectu, loquebantur ut fieri solet de iis quos publica aut principis potestas persequitur, & ad mortem quærit.

17 *In eo dum conuenirent simul aduersum me accipere animam meam consiliati sunt.*

In conueniendo ipso aduersum me hoc est,tunc cum conuenirent in concilium, vel in exercitum,pariter contra me uno animo uno desiderio, unaq; uoluntate nocendi,tractauerunt pariter & conciliũ fecerunt, quomodo raperent aĩam meã, quomodo uitam à me auferrent,quomodo
B me morti traderent.

18 *Ego autem in te speraui Domine: dixi Deus meus es tu:*

Ego autẽ in tãtis pſequutionibus,in tam multiplici miseria positus:quid agerem? Hoc habui consilium,vt mihiipsi diffidẽs (qui me imparem sciebam tantæ aduersariorũ potentię & ferocitati) in te omnem fiduciam conijcerem:ac proinda ad te direxi clamorem orationis meæ, supplici uoce clamans,& dicens, Ecce Dñe tu es Deus meus,cui seruio, qui ex toto corde etiam in desperatissimis rebus confido:

C * *in manibus tuis sortes meæ.*

sortes meæ ecce in tuis manibus positæ sunt, omnis fortuna mea(ita ut humano more loquar) omnis mea spes in te uno sita est,in manibus tuis,ĩ dispositione sãctissimæ tuæ voluntatis: tibi omnẽ meã fortunã & salutem cõmitto, tu fac quod bonum ac rectum videtur in oculis tuis.

19 *Eripe me de manu inimicorum meorũ, & à persequentibus me.*

Eripe me dñe de potestate aduersariorũ meorum, & ab illis qui me ad mortem persequuntur, tu me tua protectione facias saluũ,ut mihi nõ ꝓualeant, ut quod
D moliuntur non perficiant, ut frustrentur contra me omnes machinationes eorũ.

20 *Illustra faciẽ tuam super seruum tuum:*

Lucere fac sup me seruum tuum irradiationẽ vultus tui,conuerte ad me beniguũ aspectum faciei tuæ,& quasi te adueniente splẽdeat super me fulgor ꝑsentiæ tuę: quomodo sol adueniens super terrã,pręsentia aspectus sui refulget super eam:

* *saluum me fac in misericordia tua:*

saluum me fac ab omnibus inimicis, ꝓpter misericordiam tuã,quæ semper pa-

ret miseris, estque poscentibus semper opem ferre parata:

* *Domine nō confundar, quoniā inuocaui te.* neque permittas piissime domine cōfundi me seruum tuum, vt in subiectionē nō veniam hostibus meis: quoniam te ego aduoco in auxilium meum, qui non soles te inuocantes relinquere confusos.

21 *Erubescant impij, & deducātur ī infernū:* Impii illi & iniqui persequutores, q sine causa mihi machinati sunt mortem, hi ex vltione iustitię tuę accipiāt cōfusionē, & tēporalem modo, vt irrita fiant eorū cōtra me cōsilia, & in futuro ultionis die F æternam, ex terribili sententia tua: & proiiciātur à facie tua in dānationē īfernī:

* *muta fiant labia dolosa.* obstruantur ita per sententiam tuā labia: eorum qui dolosè & iniquè loquuti sūt, & egerūt contra proximos: sicq; muti fiāt in dam nationē protrusi, & æterna cōfusione perfusi, ut non vltra valeant suā in quēquam innocentem exercere malitiā.

22 *Qui loquūtur aduersus iustū iniquitatē:* Illi (inquā) confundantur, qui labiis suis loquuntur iniqua, falsa, calumnias & deceptiones contra proximos suos, contra iustos & innoxios, vt eos morti tradant: G

* *in superbia,* idque in superbia & inani timore, quasi semper ipsi victuri sint, quasi supra se superiorem aliū non habeant iudicē, quasi non sit qui de operibus eorum rationē possit exigere, aut cui sit rōnem redituri:

* *& abusione.* & in magna itē abusione atque contemptu, proximos suos ad candē Dei imagi nem creatos (ipsis quātum ex naturæ cōditione nihilo inferiores, imò secundū iustitiam multo meliores) contemnentes, & quasi pro nihilo æstimantes: H Potestate etiam & diuitiis, quæ abs te illis concessæ sunt, pessime abutētes, ad innocentum oppressionem, quibus ad illorum defensionem uti debuissent.

23 *Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ domine:* Veruntamen, ut his omissis q animum aggrauant, respirem aliquantulum in spe bonorum cœlestium (quæ aduersus oīa occurentia mala sufficiēs est consolatio), in primis cōsiderāda occurrit illa immēsa & infinita iucunditas cœlestis dulcedinis tuæ.

* *quam abscondisti timentibus te.* quam preparasti ab æterno, & dare disposuisti diligentibus te, electis tuis, tametsi nunc in hoc tempore abscōdita sit, neq; nunc eam detur hominibus in hoc mortali corpore cōstitutis plene experiri, seruas autem eam, & differs in tēpore suo manifestandā, quando à spe electi tui ad fruitionem & possessionem transibunt.

24 *Perfecisti eis qui sperant in te.* Operatus es eam & velut perfecisti, iāq; perfectā habes apud te, pro illis qui in te sperauerunt electis tuis:

* *in conspectu filiorum hominum.* perfecisti (inquam) perdendam & manifestandam, palam omnibus angelis & electis tuis, in conspectu filiorum hominū, sanctorum tuorum.

25 *Abscondes eos in abscondito faciei tuæ:* Illic eos absorptos in te, & iam totos in te trāsformatos, abscondes & occultabis quasi in tutissima custodia reclusos in aspectu vultus tui, in præsentia diuinitatis tuę: dum te illis facie ad faciem præbebis contuendum,

* *à conturbatione hominum.* ita, inquam, abscondes eos, vt nulla hominū cōturbatio ad illos possit accedere, nullū ad illos malū possit introire, nullum flagellum ad tabernaculum illud appropinquare, sed erunt eis absque ulla cōturbatione oīa salua, læta, & prospera. Ps. 90.

26 *Proteges eos in tabernaculo tuo à contradictione linguarum.* Illic quoq; protectione tua, in tabernaculo, in quo tecum inhabitabūt, securos facies eos, & tutos reddes à contradictione linguarum, quibus donec in hoc mūdo viuimus, uexamur & tribulamur, ita vt illic nullā ultrà contradictionē, siue calūniæ, siue deceptionis, siue malæ suasionis, sint audituri, quam in hoc mūdo passim, velimus, nolimus, ferre oportet.

27 *Benedictus Dominus quoniam mirificauit misericordiam suam mihi:* Benedictus per omnia & laudatus sit Dominus Deus meus, qui erga me mirabilē ostendit misericordiam suam, mire misericorditer agens mecum:

* *in ciuitate munita.*

in Ec-

in Ecclesia sua sancta, siue militante, siue triumphante: quarum vtraq; est quasi ciuitas fortissima atq; optimè munita, ciuitas inexpugnabilis, cũ habeat vtraq; in medio sui fortissimũ custodē oĩpotentē Dñm. In Ecclesia qdem militante mirificauit mihi misericordiam suam, in qua tanta mihi confert beneficia gratiarum

Esa. 64. suarum. In triumphante verò, dum in ea mihi præparauit, & iam veluti custodit præparata, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, & quæ nunquam in cor hominis ascenderunt.

28 *Ego aũt dixi in excessu mentis meæ, proiectus sum à facie oculorum tuorum.*

1. Cor. 2 Et quanquã nunc ita exultem & lætet in spiritu, in consideratione venturorũ bonorum: nemini tñ in tali aliqñ me statu fuisse adductũ in talem ecstasim, in talē stuporis excessum, vt mihi viderer proiectus ac reprobatus à conspectu præsentiæ tuæ, quasi de numero electorũ nõ essem: ad quem excessum stuporis me pducebat, ꝙ considerarem me iam grauibus affligi malis, & ĩterius ita aridũ cordis deuotione, vt ꝓrsus videreris iã me abiecisse, atq; oĩno mei existimareris oblitus.

29 *Ideo exaudisti vocem orationis meæ, dũ clamarem ad te.*

Tu verò cum me videres ita aĩo deiectũ, ita humiliatum corde, & contribulatum spiritu, ne forte diutius abs te derelictus corruerem in desperationem, statim vbi ad te clamaui, supplici prece misericordiã postulãs, exaudita oratione mea, quãtocyus adfuisti, per subuentionem & consolationem misericordiæ tuæ.

30 *Diligite Dominum omnes sancti eius:*

Concludens tandem, hortor vos omnes, quicunq; fideles estis serui Dñi, & illi in sanctitate placere vultis, vt toto corde diligatis Dominum Deum vestrum:

* *quoniam veritatem requiret Dominus:*

Dominus enim veritatem & iustitiam requirit in seruis suis, volens eos in veritate, in sanctitate & iustitia ante conspectum suum fideliter conuersari, sicuti ipse est fidelis & verax:

* *retribuet abundãter facietibus superbiã.*

Lucæ. 1. ijs aũt qui superbè egerint, contemnentes aut trãsgredientes sanctissima & æquissima præcepta sua, ipse copiosa reddet pro sua iniquitate condigna præmia.

31 *Viriliter agite, & confortetur cor vestrum omnes qui speratis in domino.*

Propter hæc, vel q diligitis Dñm, electi eius, q in ipso speratis, ꝯfortamini, & estote robusti, ad fortiter operandũ opa Dñi, vt veritas quam requirit dñs, inueniatᷣ in vobis, atq; ita serui digni inueniamini in aduentu ipsius, qui est honor & gloria in secula seculorum, Amen.

## ANNOTAT. IN PSAL. XXX.

VErsu tertio, Esto mihi in Deũ protectorē, & in domum refugij. Duo simul postulat vir fidelis à Deo: primum quidem, vt Deum habeat protectorem. Deinde, vt eundem habeat in domum siue locum refugij In his enim duobus firma custodia est: cum quis & locum habet bene munitum, in quo se valeat concludere, & protectorē habet atq; propugnatorem, qui ab impugnantium insultibus ipsum valeat defendere. His verò duabus partibus satis accõmode rñdent particulæ duæ versiculi sequentis. Nam quod dr̄, fortitudo mea, ac protectionem infertur: quod verò refugium dr̄, ad domum spectat refugii, pro quo alia translatio habet locum munitum. ¶ Versu sexto, In manus tuas cõmendo spiritũ meũ. Luc. 23. Ex Euangeliis dicimus Christum in crucis arbore pendentem, versiculum hunc protulisse, cũ emitteret spiritum Propter quod non incongruè totus hic Psalmus Christo Dño à plerisque sanctorum doctorum solet applicari: potissimum cum cætera oĩa, quęcunq; in hoc Psalmo dr̄, conuenienter admodum ad idem propositum valeant accommodari: id quod attendenti cuilibet facilè potest fieri manifestum. Nos tamen ita temperauimus Elucidationem, vt Psalmus totus & personæ Dauid, & Christo Domino, & fideli cuilibet in simili necessitate atq; derelictione posito, hbere valeat applicari. Quantum verò ad huius versiculi intelligentiã attinet, notandum ꝙ (sm cõem loquendi consuetudinem) in manus cõmẽdare dicimus, duplici ratione. Primũ quidem, committere in potestate, & in arbitrio constituere, vt is, cui res commenda-

mẽdat,agat in ea,& de ea,prout ei visum fuerit: queadmodũ in manibus habere, vulgaro more dicimur, illud qđ habemus ĩ ptãte.Idq; ob hoc,qm̃ qđ ĩ manibus tenemus,cũ illo agimus pro libito. Dicimur ẽt illud cõmendare in manus, quod alicui in custodiã & protectionem cõmittimus:queadmodum fideles hoĩes cõmendare debent, suas aĩas in manus Dei:& subditus oĩs in manus regis sui se se cõmendat Iuxta hanc verò duplicẽ cõsideratione versiculus hic & plenissimæ resignationis indiciũ exprimit, & superni auxilij expectationẽ. Cũ.n.in manus potentioris rẽ aliquã cõmendamus siue cõmi.timus,partim quidẽ in illius potestate, plena resignatione eã ꝯstituimus, partim verò illius auxiliũ expectamus & imploramus, velut agnoscentes propria virtute non sufficere nosipsos ad tantæ rei custodiã. Quãquã aũt expresse in hoc verbo solũ fiat de spiritu mentio, oportet tñ sub eo qđ præstantissimũ est, alia quoq; inferiora cõprehẽdi, corpus vꝫ, & oĩa q̃ ad corpus attinẽt. Queadmodũ .n.spũm pr̃i cõmendauit Chrs moriens, ita cõmendauit & corpus:vt queadmodũ ille non teneret in inferno,sic neq; hoc in sepulchro:sed pr̃is opatione,die tertia simul rediret in corporis nouã cõpositionẽ.Idẽ dicẽdum,si ad personã Dauid,aut aliũ quẽlibet fidelẽ Psalmi intelligentia accõmodet.Ad perfectam.n.instiriã pertinet,corpus,aĩam,spiritum, & omnino omnia quæcunq; habuerit hõ,in manus Dei cõmendare,inq; illius potestate plena resignatione constituere,& eius fidei seruanda cõmittere. Si.n.quod oĩum maximũ,eum(nempe spiritum nostrũ) Deo cõmendamus,multo magis ea quæ sunt inferiora Sed & illud aduertendum est, ꝙ fm vsitatã consuetudinẽ libenter solent hoĩes,si pretiosum aliquid habeant cui metuunt,talibus cõmendare custodibus,quos potẽtes satis & sapiẽtes norũt, vt possint & sciant depositũ custodire:& simul ẽt bonos, sibiq; benignos & amicos,vt cõmissum diligẽter seruare velint, sollicitẽq; curare. Nemo.n. sanæ mentis,rẽ pretiosam quã diligit,tali cõmendat homini,qui vel non est potens seruare,vel nõ satis sapiẽs est aut prudẽs vt sciat,aut deniq; ẽtsi prudens sit & potẽs, non est tñ bono ergo cõmittentem animo,neq; bene amicus, vt velit adhibere curã & operam pro rei custodia. Cum.n. tali homini res committitur, stultus est qui sic male commendat, quod seruatũ cupit. Atq; ita sane omniũ hominũ stultissimi sunt,qui suas animas cõmendant in manus hominũ, seq; & sua oĩa filiis hoĩum(in quibus non est salus) cõmittunt.Neq;.n.potẽtes sunt, neq; sapiẽtes, vt vel corporis,aut ẽt fortunæ bona cuiquã custodiant:quantominus vt ea quę spiritus?Deinde,ẽt si potentes essent aut vsqueadeò prudentes, vt hoc possent ac scirẽt,qđ certum est eos nec posse nec scire:constat tñ aut paucissimos, aut omnino nullos inueniri tã benigno affectu, tã amico animo,tam stabili cordis bonitate,quibus tuto possimus nostra pretiosissima quæ habemus committere. Cum videamus eos ẽt,quos natura arctissimo vinculo colligauit,inuicẽ sibi fraudẽ facere,nec satis tuto fidere:fratres vꝫ fratribus,parentes filiis,quodq; amplius est coniugibus coniuges. Recte proinde maledictũ pronunciauit Propheta, hominẽ illũ,qui carnẽ ponit brachium suũ, hoc est,qui in manus hominis sua cõmẽdat. Atq; verò per contrariũ,Quisquis in manus Dei se suaq; cõmendat,is demum sibi optime consulit. Neq;.n.frustrari poterit eiusmodi:cũ sit Deus sua oĩpotẽtia potentissimus seruare quęcunq; illi commiserimus,ẽtsi pretiosissima & maxima oĩno fuerint:quemadmodũ de illo Paulus testat,dicens:Scio cui credidi, & certus sum quia potens est depositũ meum seruare. Est item sapientissimus,vt periculũ nobis esse non debeat,ne per vllã fraudis circumuentionem perdere nos ꝯtingat q̃ illi cõmiserimus. Et deniq; pfecte & stabilissimè bonus,affectu in nos optimo,benignissimo,suauissimo, amicissimo,& verè paterno,vt metuendũ nobis non sit,quin quicquid illi cõmendauerimus,sit ex aĩo & ex bona voluntate diligentissime seruaturus & nostra oĩa,quęcunq;in eius manus obtulerimus,sit pro sui nominis gloria & nr̃o sempiterno salutis cõmodo dispositurus. Rectè ergo Christi exemplum imitantes, tam in vita,quam

Ps. 145.

Hier. 17

1. Tim. 1

ta,quã in in morte dicamus Deo salutari nostro.In manus tuas cõmendo spiritũ meũ.¶ Residuũ autẽ huius versiculi dimidiũ,qd subsequit̃,Redemisti me Dñe De᷒ veritatis pôt ad liberationẽ à periculis p̃teritis referri Facit.n. experientia fidelitatis in præteritis temporibus,ut secure,& in posterum fidamus.Atq; ita ex beneficio liberationis præteritę,quã aliquãdo, imò frequenter admodum experti sum᷒ rectè fiduciam concipimus, ut secure cõmittamus Deo etiam in venturis oĩa nostra.Si verò redemptionẽ illã peculiariter intelligamus,qua totũ genus humanũ redemptũ fuit à morte & faucibus diaboli,dulcissima est & oĩno suauissima huius sermonis connexio:tanquam si dicat fidelis Dño,Quidni ego commendẽ ĩ manus tuas spiritũ meum? Quur tibi illud ẽt,qd pretiosissimum habeo, dubitẽ aut uerear cõmittere,qui genus humanũ vniuersum,atq; in eo meipsum miserere p̃ditũ,tã mirabili cõcilio & tã magnifico pretio redemisti?Q̃uo.n.nõ commendatos illos benignissime suscipies fidelissimeq; defendes,quos adhuc inimicos tãtis laboribus placuit redimere? Verũ hęc latius diximus,latiusq̃, adhuc meditãda deuotis mentibus relinquimus.Abyssum .n.inexhaustæ dulcedinis cõtinet iã tractatus versiculus,q̃ nullis sermonibus explicare sufficimus.¶ Versu.14.15.& 16. Sup oẽs inimicos meos,&c.Legimus hęc
1.Re. 20 in p̃sona Dauid oĩa bñ impleri:aduersus quẽ tãtã persequutione Saul egit, ut nemo qcquã auderet cũ eo habere cõmertij.Nã & Ionathã filiũ ꝓpriũ carnis suæ,
1.Re. 22 sæuissima obiurgatione pro amore & studio erga Dauid cõfudit,voluitq; peutere
1.Re.23 lancea:& Achimelech pontificẽ, qui illi panes dederat & gladium,totius negotij ignarus,eum oĩbus sacerdotibus causa illius interfecit:simulq̃; & paruulos,& mulieres,& oẽm ciuitatem eorũ percussit in ore gladii Ceilam quoq; cũ oĩ virtute Israel voluit oppugnare, ppa qd in eã ingressus fuisset Dauid.Nõ iniuria igit̃ refugiebãt oẽs consortium eius, suæ saluti metuentes.Consequẽter quoq; de obliuione illud clarũ est,ꝙ siq amico aĩo fuerant erga Dauid (quales non dubium est plures extitisse) qui eius vicem dolerent: iñ ob longã ac diutinã absentiam,quasi mortuũ ac desperatæ salutis (videbãt.n. Saulis irã implacabilẽ,& spẽ nullã de reditu Dauid)ab illorũ memoria excidisse: quemadmodũ facile obliuisci solemus eorũ q̃ diutius absunt ab oculis, ẽt si fuerint aliqñ charissima.Porrò de vitupera-
tione multorum in circuitu, docet Nabal illius,iuxta nomen suũ stulti, stulta & blasphema responsio.Et uerisimile,est nõ hũc solũ fuisse,qui ita indigne cõtra Dauid fuerit loquutus.Rursus in Christũ Dñm hæc aptè cõueniũt,aduersus quẽ à principibus populi & sacerdotibus legimus sæpius data edicta publica,ut si quis eũ cõfiteretur,extra synagogã fieret.Et si quis nosset ubinã esset, indicaret, ut apprehenderet eũ. De Lazaro quoq; legimus,ꝙ eũ cogitabãt interficere, ppa ꝙ a Chrõ resuscitatus,Chri gloria magnificabat.Cęcus natus extra synagogã eũ probro eiectus fuit,non nisi quia exptũ sanationis beneficiũ cõfitebatur,suũq; curatorẽ nolebat blasphemare,Nicodemus quoque,ob hoc tm̃,ꝙ legis ꝓcessum ꝓ Chrõ requirebat,dicens,nõ esse consuetudinẽ legis quẽquã iudicare,donec auditus fuerit,& eã examinata, acri obiurgatione & ironia ualde amara,in concilio publico fuit redargutus.Obliuioni quoque datus fuit,qñ pp edictũ principũ nemo de illo palã qcquã ĩ bonum loq audebat: qñ ad declinãdã p̃sequutionis rabiẽ in desertis agebat,qñ à mane ad vesperã vsq; p̃dicationis laboribus fatigato, nemo cibum vel hospitiũ p̃bere ob principiũ meũ audebat Cæterũ,uituperationẽ multorũ p circuitũ,satis ĩdicãt illæ tumultuãtis vulgi voces,Malus est,& seducit turbas,Nos scimus:qa hõ peccator est,hõ vini potator,amicus publicanorũ,&c. ¶ Versu decimoseptimo, In eo dũ ꝯuenirẽt simul, &c.Clarior esset oro,si ita versum haberet,In cõueniẽdo illos simul aduersum me:quẽadmodum alibi dr̃,In cõuertẽdo Dñs captiuitatẽ Siõ.Vel simpliciter,Cum cõuenirẽt simul aduersum me. Atque ad hunc sensum accipi oportet ꝓpositum sermonẽ.¶ Versu decimooctauo,In manib᷒ tuis sortes meę.Ex cõi loquẽdi consuetudine sumptus hic sermo ĩdicat,nos nr̃aq; oĩa,oẽmq; de nobis & nr̃is dispositionem

Marginal references (right column): 1.Re. 25 · Ioan. 9. · Ioan. 12 · Ibidem. · Ioan. 9. · Ioan. 7. · Ioan. 7. · Ibid. 11. · Ioan. 7. · Ioan. 9. · Mat. 11. · Lucæ. 7.

sitionem in Dei voluntate pendere. Oĩa
.n.siue aduersa,siue ꝓspera,siue læta,siue
tristia, in illius prouidẽtissima disposi-
tione,& benignissima voluntate posita
sunt Poteſtq; subintelligi indifferenter
verbũ vel indicatiui modi,vel imperatiui
Atq; hoc posteriori modo erit verbũ resi
gnationis,tãquam si dicat aĩa fidelis, In.
manib⁹ tuis sint sortes meę,tibi me mea-
que oĩa cõmẽdo,vt sic mihi cedat in om
nibus,sicq; agať mecũ,quõ tu cuncta eue
nire,& quõ tu de me fieri volueris: quẽ-
admodũ inter hominẽ q sortes tenet in
manibus iaciendas,in eius iactu est vel F
lucrum vel dãnum,uel ꝓsperitas vel ad-
uersitas eius,ad quẽ sortes attinẽt.Si.n.
iactus illius cadat fœliciter habebit lucrũ
& gaudiũ:sin aliter,dãnum atq; dolorẽ.
¶ Versu vigesimo tertio, Quam magna
multitudo dulcedinis.Quòd dř, magna
multitudo dulcedinis,magnã habet em-
phasim,ad exprimẽdum vtcunq; immen
sam & ineffabilẽ æternæ fœlicitatis dul-
cedinẽ. Alioq sufficiebat alterum,dicẽdo
magna dulcedo,vel multa dulcedo. In al
1.Pet. 1. tera autẽ parte,cum dř,quã abscondisti ti
mentibus te,abscõsio illa sic accipiť,quõ G
in Epistola Petri priore dř de hęreditate
ęterna,ꝙ cõseruať in cœlis. Et in canoni
1.Ioan 3 ca Ioãnis,Filioli,nõdũ apparuit qd eri- E
mus. Et iuxta Prophetã. Oculus nõ vidit,
nec auris audiuit:nec ĩ cor hoĩs ascẽdit q̃ Esa. 64.
p̃parauit De⁹ diligẽtib⁹ se. Qđ.n.p̃paratũ
est,nõdum tñ manifestatum, ꝓculdubio
recte abscõditum dici põt,& debet. Et sic 2.Cor.12
p̃parare atq; perficere,ut tñ lateat adhuc oc
cultũ,hoc in loco vř esse abscõdere. Lon
ge autẽ alio mò accipiť abscõsio, quum
Dei gloriã dicimus abscõditã impiis. Sic Psal. 115
.n.illis est abscondita,non ꝙ seruetť ali-
qñ manifestãda,sed quia ꝓrius nunquã
sit illis manifestanda. ¶ Versu 28. Ego au Psal. 67.
tẽ dixi in excessu mẽtis meę. Excessus ali
quis in bonum legitur,qualis est ille de
quo alio in loco dř, Ego dixi in excessu
meo,oĩs hõ mẽdax. Et rursum, Ibi Benia-
min adolescentulus, in mentis excessu.
Hoc autẽ in loco videtur excessus iste re-
ferri nõ quidẽ planè ad vitium,sed potiꝰ
ad stuporẽ qui ex admiratione nimia so-
let accidere,iuxta qđ in Elucidatione mõ
strat intelligentia. Vnde in translatione
beati Hieronymi ex Hebręo hř, In stupo
re meo. Psalterium verò Romanum ha-
bet, In pauore. Alii (de quorum numero
sunt Ioannes Reuchlinus & Felix) putãt
rectius uertendum,in p̃cipitatione vel fe
stinatione,id est dum subito cõturbatus
stuperem,uidelicet nõ bene considerata
ex altera parte tua misericordia.

## XXXI. PSALMI ARGVMENTVM.

*IN numero pænitentialium Psalmorum,secundum hic locum ex antiqua consuetudine obti nere dignoscitur: estq; pænitentibus,& ad Deum se se conuertentibus valde accõmodus. Videtur autem illi maxime cõpetere qui postquã in peccato aliquo diutius perstitit, ipsumq; uel excusando. uel (quod frequentius est) dissimulando tacuit agnoscereq; & emendare ne glexit, tandẽ conscientiæ stimulo compunctus,& diuina qualibet ultione tanquã compulsus (uexatione dante intellectum) agnoscit iam & confitetur apertè, quod prius dissimulauerat peccatum,ac ueniam & remissionem quantocyus accipit Ac de his quidem, usq; ad uersum septimũ,satis manifestum est fieri sermonẽ, Dehinc verò dicitur,quẽadmodũ omnes sanctita tẽ sectari & tenere cupiẽtes, pro peccatorũ remissione iugiter debeat in hoc tẽpore orare,ne for se si illa negligantur,excrescant in modum aquarum diluuiĳ,sicq; ab eis obruti & oppressi,in profundũ dãnationis mergantur,quõ impiis solet cõtingere. A quo periculo sanè maximo,qm solus potens est saluare Deus,in illũ transilit versu nono,ut in suũ refugium & ab oĩbus circũ dantibus malis securũ munimentum In uersibus autẽ duobus sequentibus,id est, decimo & undecimo, Deus ipse veluti acceptans pænitentiam & confessionem pænitentis, responsionẽ bonam reddit,promittens quærentibus viã iustitiæ p̃stare intellectum & instructionẽ,suamq; super intẽtionẽ prouidã & sollicitã curã:simul generali exhortatione,hoĩes à vita carnalis & sensualis illecebris auocãs atq; dehortans. Versu autẽ duodecimo, Prophetia in spiritu quasi diuinã exhortationẽ adimpleri exoptãs Dominũ orat,ut ad peccatorũ cõuersionẽ torũ qui pœ nitere assimulãt,neq; freno neq; chamo parcas,hoc est,ut per aduersa eiusmodi cogas & cõpel las.*

*lat Postremo describens diuersam sortem iustorum atque peccatorum, exultans in eleuatione spiritus iustos omnes generali exhortatione ad lætandum & gloriandum in Domino exhortatur, sicq; (ut pœnitentialibus Psalmis mos est, qui à tribus cœpit, terminatur in lætitia.*

## XXXI. PSALMI ELVCIDATIO.



*EATI, quorum remissæ sunt iniquitates.*

Illi uere beati sunt (nūc quidem certa spe post futuri i perfecta fruitione) quibus Deus per suā misericordiam oīa peccata dimisit indulgētiamq; & ueniam concessit omnium peccatorum, quibus illum offenderant, & qbus rei tenebantur ad perditionem mortis æternæ. B

1 * *& quorum tecta sunt peccata.*

illi (inquam) quorum peccata per remissionem plenariam ita sunt tecta & operta, vt ea Deus ultra non aspiciat, non recordetur amplius, suntq; ueluti post tergum proiecta, & per obliuionem delera.

2 *Beatus uir, cui non imputauit Dominus peccatum:*

Beati sunt homines illi, quibus Deus ita perfectam concessit peccatorum omniū remissionem, vt nullum omnino peccatū in eis ipse agnoscat. C

* *nec est in spiritu eius dolus.*

illi (inquam) qui non solum exterius nullum habent apparens crimen, sed neque latentis prauitatis quicquā habet in corde absconditum. Nam qui exteriore tantum iustitiæ apparentiam custodiunt, ita vt illis homines (ea quæ foris parent solū uidentes) nullum queant imputare peccatū hi verè beati non sunt (tametsi falso sibi id persuadent) eo ꝙ in corde interius lateant in spiritu, quæ illis Deus cordiū D inspector imputauit in peccatum.

3 *Quoniam tacui, inueterauerunt ossa mea:*

Ego uerò quoniā tacui, dissimulans agnoscere & cōfiteri peccatum meum, quo onusta erat conscientia, consenuerunt & aruerunt ossa mea oēs uires defecerunt robur oē abscessit, & omnis vigor spiritus qui in me erat absumptus est, queadmodum cum hō ad ossa vsque consumitur.

* *dum clamarem tota die.*

tametsi iugiter per omnem diem absque cessatione ad dominū clamarem, poscens auxilium, Donec. n. tacemus, donec dissimulamus, donec excusare uolum⁹ donec apertè nolumus confiteri Domino, quæ latent intrīsecus in abscōdito cordis nostri, nō est Deus exaudibilis nostra oratio, quātūuis clamem⁹ uoce, quātumuis ore & exteriori gestu deū postulauerim⁹:

4 *Quoniam die ac nocte grauata est super me manus tua:*

Veruntamen tu Domine, qui de salute mea semper es solicitus, vt me ad pœnitētiā peccatiq; agnitionem & confessionē perduceres, aggrauasti super me manum tuam, graues mihi afflictiones ex tua ordinatione siue internas, siue externas immittendo.

* *conuersus sum in ærumna mea, dum cōfigitur spina.*

& ego in afflictione huiusmodi positus, agnoscens vltricem manum tuam, cōuersus sum de peccato pœnitentiam agens ad te Dominum Deum meum, à quo per peccatum fueram auersus, dum remorsus ille malæ conscientiæ admodum spinæ continuo pungit mētem ac ueluti infigitur ad pugnandum, quomodo figit carni spina rubi, vt eā diuexet ac laceret.

5 *Delictum meum cognitum tibi feci:*

Itaque uelut compulsus hac tortura atq; carnificina malæ conscientiæ, & tali cōpunctus stimulo, agnoui quia tu Domine esses qui me requirebas ad pœnitētiā, sicq; meum peccatum, quod vsque tunc uel excusando vel dissimulando tacuerā, per agnitionem & confessionem ipsum, tibi manifestaui:

* *& iniustitiam meam non abscondi.*

& iniustitiam, quam aduersum te commiseram, non ultra celaui, neq; reticui, sed palam eam ante conspectum tuum, proposui, & accusaui.

6 *Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatē peccati mei.*

Mox uero vbi peccatum agnoui, tāta fuit erga me tua pientissima misericordia, vt statim

statim ad propositum cordis mei, cū iam proposuissem in corde meo peccatū confiteri ac memetipsum accusare, tu statim adesses, dimittens mihi impietatem peccati mei, tanquam si stes expectans ad miserendum mei.

7 *Pro hac orabit ad te omnis sanctus:*

Esaiæ.30 Pro hac autem impietate peccati, quemadmodum mihi fuit necessarium pœnitere, & remissionem postulare: ita necesse

Psal. 50. est omnem eum, qui se sanctificare uoluerit in hoc mundo frequenter orōnem facere

Esaię.49 ad te Dñe, cui soli peccāt homines,

* *in tempore opportuno.*

2. Cor.6 donec ad exortandum est tempus opportunū, donec in hoc tempore acceptabili, in hoc die salutis exaudibilis est oratio. Quisquis.n. in hoc mundo uiuit nō sine quotidianis degit offēsis, pro qbus p singulos dies (donec tempus est miserēdi) in recollectione mentis positus, lachrymes & oratione fundere debet, remissionemq; petere, qui in sanctitate & iustitia tibi Domine cupit placere. Si quis enim dixerit quia peccatum non habet, p quo oret, seipsum seducit, & ueritas in eo nō est. Atq; etiam si propriam quis impieta-

1. Ioan.1 tem non habeat, pro cuius remissione debeat orare, habet nihilominus peccata pximorum, quę tanquam propria quilibet uere sanctus debet in orōne deflere, pro que eis remissionem abs te postulare.

8 *Veruntamen in diluuio aquarum multarum ad eum non approximabunt.*

Qui tamen sanctus est, dum ita p quotidianam orationem sese continuo purgare studet, & sanctificari adhuc, per hāc cōtinuam bonam exercitationē seruabitur, ut nunquam pondere peccatorū prorsus ualeat obrui atq; demergi in profundū, ita ut etiamsi inundātes tētationes in mondum copiosatum aquarū magni diluuii excreuerint, non sint ad illum appropinquaturæ, sic ut illum obruere ualeant, aut prsus in perditionem demergere. Qui.n. a quotidianis delictis sese continuo emēdare satagunt, hi nō facile vel grauissimis tentationibus prorsus succumbunt, quemadmodum econtrario, qui minima negligunt agnoscere & cōfiteri, ac quotidiana delicta tacent, & ante conspectum tuum Domine Deus confiteri dissimulāt paruipēdunt, & emendare non laborant, pp peccandi consuetudinem & prauam habitudinem, cum graues tentationes illis aduenerint, facilè etiā peccatis mortis obruuntur, imò ēt leuibus tentationibus facile succumbunt.

9 *Tu es refugium meum à tribulatione quæ circundedit me:*

Tu es, ò Domine, ad quē cōfugio in omni tribulatione, quæcunq; me circundederit & apprehēderit, tu es mecū tutissimum refugium, ad quem semper in aduersis omnibus habeo recursum, nihil dubitans de tuæ misericordię fidelitate, modo ego fideliter tibi confitear iniquitatem meam.

* *exultatio mea, erue me à circūdātibus me.* tu Dñe, qui es meum gaudiū, in quo exulto & glorior in spū meo, libera me ab inimicis meis, q me ab oī parte & plurimi & ad decipiēdū solicitissimi circūcingūt.

10 *Intellectum tibi dabo, & instruam te in uia hac qua gradieris:*

Responsio diuina. Non quidem hoc tibi ego polliceor, ab omni tribulatione & malo sic te liberare postulantem, ut nihil omnino mali persentias, sed hoc dabo, qd tibi ad salutē satis erit. Dabo tibi ego ipse intelligentiā præceptorū meorum, atq; eorum quæ tibi erunt ad placendum mihi necessaria, & docebo te (siue vnctione mea interna, siue ēt doctrina exteriore) in uia ista iustitiæ quā tu ambulare pponis, & in lege mea, secundum quam tibi uiuendum erit, si mihi placere uelis

* *firmabo super te oculos meos.*

ponam etiam super te, & firmiter ponam benignum aspectum meum, neq; illum à te amouebo, donec perstare uolueris in hoc proposito iustitię tuæ, habeboq; semper ad te pium aspectum, vt sim tibi quasi custos, protector, & prouisor in omnibus ne quicquam tibi possit aduersum contingere, quemadmodum solet bonus pastor super gregem firmatos habere oculos, & pater super filium dilectum.

11 *Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus.*

Propterea, ò filii hominum, cum ego iā parato sim erga uos animo ad benefaciēdum, ne vestro uitio, uia ueritatis relicta, similes efficiamini irationalibus animātibus, ne

tibus,ne uestro honore cōtēpto, in quo creati estis,uosipsos cōparetis iumentis insipiētibus,equis atq; mulis, in quibus nullus est intellectus quo ducauř, nulla rōuis regula qua dirigantur:quæ solo agitata affectu sensuali quocunq; ille pertraxerit,pergunt:sed intelligite magis dignitatem conditionis vestrę,& tanquam rationales creaturę,ratione ac spiritu nō carne uiuere curate,secundum ducatum rationis illuminationisque & eruditionis meæ.

12 *In chamo & frano maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te.*

Vox Prophetæ.Quia uerò multi iam suę dignitatis obliti iumentis assimilati, ad uocē exhortationis tuæ obsurdescūt,nec audiunt te domine dulciter monentem, suauiterq; uocantem, obsecro te dñe, ut eiusmodi qui ad te conuerti dissimulāt, neque dulcibus tuis exhortationibus & pollicitationibus ad pœnitentiā commouentur,ut eiusmodi (inquam) uel aduersitatum pressuris ad te cogas, ac ueluti p uim compellas reuerti, ad eum modum quo equi & muli solent frenis & chamis constringi,& cogi ad faciendum opera hominū,quæcunq; ipsi uoluerint, & quę alioqui induci non possunt.

13 *Multa flagella peccatoris :*

O si cognoscerent qui Deo approximare noluut,quāto iuxta ueritatē sit melius homini iusto,quàm peccatoribus.Nā homines quidē peccatores, tametsi florere uideanť in hoc seculo, multa tamen expectant flagella & tormenta uaria, eaque æterna,quibus cruciabuntur in seculo futuro:atque ēt modo ex mala conscientia, ueluti perpetuum sustinent flagellum pugionem ac stimulum: & in oībus obuenientibus necessitatibus atq; aduersis multum torqueri illos uidemus,dum cōsolationem interiorem diuinam nesciunt,ꝑpter quod etiā minima recula facile commouentur,& uehementer affliguntur:

* *sperantem autem in domino, misericordia circundabit.*

qui autē domino seruiunt,& uouent sperare in eo,atq; in eo consolationem accipere,hos misericordia ex oī parte circūciuget,& in futuro quidem seculo perfecta atque plenissima,& in præsenti nihilominus sufficienter admodum, quātum præsentis uitæ conditio patitur.

14 *Lætamini in domino, & exultate iusti:*

Proinde uos ò serui Dei excelsi,quicūq; in sanctitate & iustitia Deo uestro seruire laboratis, lætari merito debitis in eo, & perfecta lætitia exultare:

* *& gloriamini omnes recti corde.*

& uos quicunque estis recti corde,mūdi spiritu, in rectitudine iustitiæ & mādatorum Dei ambulantes, oīa deuia,omnia tortuosa malorū fugiētes vos(inquā)decet iure in domino magnificē gaudere, in misericordia eius qua circundabimini,& à peccatorum flagellis saluabimini in uitam sempiternam,Amen.

## ANNOTAT. IN PSALM. XXXI.

Versu 1.Quor.tect.sunt pec.Nota ꝙ peccata dupliciter dici possunt tecta siue abscondita.Quorundam.n.pctā, benē fęliciter tecta sunt & operta:quemadmodum de charitate dicit sanctus Petrus, quòd multitudinem pctōrum ipsa operiat.Et ista quidem verē tecta sunt atque operta, eo quòd à facie Dei sunt abscondita,qa ea nō videt ultra ad īputationē & punitionē,sed( ob veniā & indulgētiam ) est eorū oblitus, qūo per Prophetā pollicetť iis qui se à via mala auerterīt, ꝙ omnium iniquitatum pteritarum nō recordabitur amplius.Et in cantico.Ezechias confitetur,Deum post tergū ꝓiecisse oīa peccata sua Iuxta au ē hunc modū peccata dimissa dicuntur tecta,qa ea quę tecta sunt & operta,non videnť.Quorūdam uerò peccata tecta quidē sunt & occulta hominibus,quorum oculos p exteriorem sanctitatis simulationē fascināt & decipiunt:Deum aūt (qui scrutatur renès & corda )nō latet interior turpitudo, atque ideo uerē tecta nō sunt.Et hi sanē qui sic tecta habent sua pctā,ab hominibus quidem beati dicunť, sed apud Deū maledicti potiꝰ ięueniunť. in quorū hypocrisin, sacra Euāgelia ex ore dñi multiplex admodū uæ detonāt & desulminā. Sunt etiam nonnulli, qui propter cordis cæcitatē sic tecta habent peccata,ut ēt ipsos lateant factores . Nec hi quidem sub beatitudine inueniuntur, cuius hic Psalmus

1.Pet. 4. Ezec. 18. Esa. 38.

Psalmus meminit:qm non bene tecta ha E beant pctã sua. Rursum & alii sunt, qui nō ignorant quidem pctm̄ suum, tamen ob complacentiam vel dissimulant quasi ignorent, vel et excusare conantur excusationes in pctis Hi tametsi quantum in ipsis est, conentur ea tegere & operire excusationis velamine, aut operculo dissimulationis non possunt tñ efficere, ut ante Deum uerè tecta habeant, qui nullis excusationibus uanis potest decipi, atq; ob hoc, ne ipsi quidē huius beatitudinis valent esse participes. ¶ Versu 3. Quoniam tac. inueter. ossa mea. Quæ hic atque in se F quentibus dicuntur, nō sunt de solis peccatis mortalibus intelligenda, qbus omnimodã inimicitia inter Deum & aĩam hominis constituitur, verumetiã ex aliqua parte de leuioribus, q̃ venialia vocamus. Oportet enim eos, qui sanctè uiuere volunt, & fideliter Deo in finem vsq; seruire, nihil dissimulare, neq; grande, neq; paruum, quicquid in se uitiosum deprehēderint: sed pro sua uirili conari debēt, ut etiã ea quæ parua admodum reputantur obseruent, ne committant, commissa deplorent, ut dimittantur, dimissa autem G emēdare satagant, ne recidant in eadem. Nã qui minima negligit, facilè sibi cōtinuo malitiæ profectu (ut est malum oĩbi lumine uiscosius) & plura & maiora aglomerabit Et id quidem satis apertè docet experientia, eos qui diuinæ seruituti serio atq; fideliter intendūt. Nam si quãdo ullum pctm̄, tametsi leuius, in eis cœperit residere, & mansionem facere, cœperintq; ad illud assuescere, negligereq; ipsum, & uelut dissimulare, aut etiam excusare, sibi persuadentes parum esse si in uno illo (maxime cū mortiferū non sit) offH fendant paulolum, mō alia pcipua & maiora custodiant: si quando (inquã) ista seruis Dei incipiant insidere animo, statim sentiēt se ueluti flaccescere in solitis Dei obsequiis, & à priore ardore atq; spiritus robore deficere, efficienturq; uelut lãgui di spiritu, & incipient clamare ad dñm pro recuperanda fortitudine solita, & deuotionis gratia, uerum nō sentient ꝓ uoto respondēte m, donec in proposito perstiterint sui peccati. Et uix in principio morbi agnoscere valent, aut magis volūt causam morbi sui donec tandē aggrauata super ipsos manu dñi, & cōscientiæ stimulo compulsi, agnoscant, confiteant, & emendare cupiãt pctm̄ suum: quod ubi primum animo conceperint, mox adest Dei consolatio. Si uerò pergãt in cœpto errore, & pugnantē conscientiam, monētemq; Deum omnino recusent audire, periculum est, ne continuo fluxu ad alia diffluentes, prorsus dilabant, cadantq; te soluti in nihilum, ac tepescente in eis cōtinuo ardore, tandē euomantur ab ore dñi. Quapropter seruis Dei ualde abhorrenda est, etiam in iis q̃ parua æstimant, dissimulatio & excusatio. Et diligēter insequendum est hoc in loco pœnitentis nři propositum exemplū, ut minima quoque nō taceamus, neq; dissimulemus qcquam eorum in quibus offendimus, quinpotius si peccauerimus (vt non pōt absq; offensis transigi hæc uita miserabilis) adeum statim pœnitētes & confitentes cōfugiamus, quem apud patrem habemus aduocatū Iesum iustū q fidelis est, ut dimittat nobis peccata nostra, si confiteamur (inquam) non ore tm̄, sed ex animo, cū desiderio & proposito stabili uitæ melioris. Prolixe nos qdē ista deduximus: prolixius tñ & exactius te quisquis es Christiane lector, hæc ipsa meditari ac ruminare optamus, & in domino pro tua ipsius salute exoramus. ¶ Versu 7. Pro hac ora. ad te om. san. Pronomen hac relatiuè accipi tur: referturq; non ad uocem, sed ad rem intellctam, de qua facta est mentio in uersu mox præcedenti. Pro hac, id est, pro dimissione peccati. Quamuis posset et accipi ut referat iniquitatem, sicq; relatio erit ad nomē, eritq; sententia, Pro hac, id est, iniquitate, orabit omnis sanctus, vide licet ut dimittatur. Et est in vtroq; prorsus eadem snia. Quod aūt dr, in tēpore opportuno intelligendum est de opportunitate ad exauditionē & ĩpetrationē postulationis, quod est tēpus vitæ præsentis Nam post hoc tempus, frustra erit oĩs oratio, cum nulla erit exauditio. Atque hanc intelligentiam apertè indicat Felicis ex Hebræo translatio, quæ habet, In tēpore inueniendi, hoc est: donec tempus est inueniendi & impetrandi remissionem peccati, Neque dissonat, quod uetus beatus

Matt 23 & 24.

Ps. 140.

Apoc. 3.

1. Ioan. 1 & 2.

beatus Hieronymus, tps inueniēs. Iuxta A hanc aūt expositionē, apertum est, idem hic dici tps opportunū, quod Apostolus ex Esaiæ testimonio vocat tps acceptabile, diéq; salutis. Posset nihilominus & aliter ista ipis opportunitas intelligi, ad tps discussionis & recollectionis, cum ad eos
2 Cor. 6 ingredientes qui se sanctificare student, serui Dei, ad examē oīa cogitata, dicta ac facta reuocātes, si quid inuenerint, quod Deo existiment displicere, mox per pœnitentiam defleat, ne si peccatum quod agnoscitur, per pœnitentiam non deleatur, suo pondere (iuxta Greg. sententiam) B mox ad aliud pertrahat. Ad quē sensum non incongruè accipi potest quod i versio Hier. tps inueniens: quasi dicat, Omnis sanctus tps inueniens, id est, cum tps cōmodum inuenerit, orabit pro peccati remissione. Eandemq; habet intelligentiā, si verteretur ex Hebræo, in tpe inueniendo, id est, quod inuentum fuerit commodum ad orationē. ¶ Versu. 10. Particula illa, in via hac qua gradieris, in medio duorū posita, pōt vel cum pcedēti, vel cū sequēti coniungi. Rectius tñ cum præcedenti, ad illū sensum quē in Elucidatio- C ne expressimus. Cui apertè et consonat versio B. Hier. ex Hebræo, quæ sic habet, Docebo te, & mōstrabo tibi viā p q̄ ambules. Cęterū quod in altera parte dr̄, Firmabo super te oculos meos, iuxta eādem loquendi consuetudinē dr̄ : quō ponere dicimur oculos super eos, quos benigno fauore amplectimur, & pro quibus solicitudinem bonā agere volumus. Et est hic loquendi modus scripturis sanctis non infrequens: quemadmodum in alio Psalmo dr̄, oculi dñi in pauperem respiciunt. Et alibi, Oculi dñi super metuentes eum: & alijs plerisq; in locis. Plus aūt est, super aliquem firmare occulos, q̄ simpliciter ponere. Contingit. n. eos qui super quempiam oculos ponunt, rursum oculos auertere, & id quidem frequenter absque omni ratione iusta: quod vt Deus excludat, ait se non simpliciter positurū oculos super seruos suos, sed et firmaturum, id est, stabiliter firmiterq; positurū, ita vt nunquam abs q; illorum culpa sit eos auersurus ab illis super quos semel posuerit. Sine pœnitentia. n. (vt ait Apostolus) sunt dona Dei: neque temerè mutari nouit, vt homo.

Psal 10.
Ps. 38.
Rom. 11
Num. 23
Malac. 3

## XXXII. PSALMI ARGVMENTVM.

*Psalmus iste exhortatorius est ad laudem Dei, ex cōsideratione multiplici ipsius perfectionis. Et principio quidem versibus tribus primis, iusti ad laudem Dei inuitantur. mox verò deinde laudis materia proponitur ex rectitudine in verbis, fide in operibus, ex iustitia & misericordia qua plena est vniuersa terra, ex potentibus operibus creationis rerum omnium quas solo verbo creauit, ex præpotente consilio sapientia eius, cui nulla potestas potest obsistere, quiq; et principium & populorum consilia facit irrita, ex omni scientia deinde, & oīum humanarum rerum inspectione & cognitione. Atque hæc quidē vsq; ad versum 16. Hic verò iterum replicans de potentia fortitudinis Dei, proponit, quemadmodum non sit in vlla alia re salus constituenda, nisi in sola Dei misericordia, qua, quos voluerit potens est à morte & omni malo seruare in æterna fœlicitate. Ob quod in persona iustorum, omnium loquens Propheta, dicit se dominum sustinere adiutorem & protectorem suum, atque in ipso lætari velle & sperare: postulans in conclusione, speratam misericordiam non frustrari, eamq; iuxta expectationem suam experiri.*

## XXXII. PSALMI ELVCIDATIO.



XVLTATE iusti i dño. Gaudere & exultate i dño Deo vr̄o oēs qui sectamini iustitiam, & diligitis æquitatem, syncera sanctaque & immaculata lętitia.

* *rectos decet collaudatio.*

eos. n q recto sunt corde, bene vti oportet cum Deo cōpositi, hmōi (inquā) decet laudare dūm. Nā & iure possunt, & merito debent. Possunt quidem, eo q̄ in ore ipsorum sit laus Dei speciosa, quemadmodū contrario non est speciosa laus in ore pctōris. Debēt verò, quia quanto amplius Dei bonitatē cognouerunt eiusq; Eccl. 14.

beneficia

beneficia sunt experti, eo magis debent prædicare laudabilem dominum.

2 *Confitemini domino in cithara: in psalterio decem chordarum psallite illi.*

Date illi confessionē & laudem, ex corde hilari: in lætitiæ euidentis testimonium et instrumenta adhibentes musica, citharas & psalteria decem tensa chordis atque huiusmodi psalmos illi canite, in iubilo cordis pariter & vocis.

3 *Cantate ei canticum nouum:*

Cantate ei canticum nouitatis in nouo & in solito gaudio, quemadmodum noua cantica solent peculiari iucunditate F decantari, & gaudio maiori quam vetera & trita carmina:

* *bene psallite ei in vociferatione.*

psallite & canite illi sollicitè, diligenter, ac sapienter in iubilo & exaltatione vocis, in protectionem magni gaudii, ita vt vox animo per omnia respondeat.

4 *Quia rectum est verbum domini:*

Laudis aūt ratio & canticorum materia, sit vobis ista, qm̄ rectum est oē verbum quodcunque egressum fuerit ex ore dn̄i; plenum veritate & fidelitate, iustitia & æquitate: estq; fidelis ipse & verax in om G nibus verbis suis, sicut in præceptis æquissimus, ita in promissis fidelissimus:

* *& omnia opera eius in fide.*

& oīa opera eius q̄ ipse facit fidelia sunt, in veritate & æquitate disposita, nihil omnino vel in fraude vel in dolo vel in stabilitate agens.

Ps. 110. Et sic agit ipse nobiscum in oībus operibus suis, vt de eius fide nemo debeat, aut possit merito dubitare, sed quilibet illi secure possit absq; metu fidere.

5 *Diligit misericordiam & iudicium:*

Diligit ipse misericordiā & iustitiā, duo H hæc pariter coniuncta, & seipso, & in seruis suis. In seipso quidem, dum in oībus operibus suis sp duo hæc pariter iuncta vult adesse, ita in oībus seruans iustitiā, vt nusquā prorsus absit misericordia, atque iterum econuerso sic in oībus tenēs misericordiā, vt nusquam absit iustitia. In seruis autem suis hęc diligit, dum in eis ista pariter requirit, & in quibus hęc inuenit, eos habet acceptos:

* *misericordia domini plena est terra.*

Ps. 11. 8 quanquam autem & iustitiā & misericordiā simul diligit: peculiarius tn̄ relucet in operibus ipsius misericordia, qua plena est vniuersa terra, quæ in omnibus creaturis orbis terrarum clarius effulget, & erga oēs homines (vbicunq; tandem locorū habitantes) sese monstrat apertius.

6 *Verbo domini cœli firmati sunt:*

Per verbū dn̄i cęlorū orbes conditi sunt Gen. 1.
in principio, qn̄ dixit Deus, & facti sunt 1. Cor. 1.
ab initio. Pater. n per suum filium coæternum (qui est verbum, virtus, & sapientia ipsius) creauit omnes cœlorum orbes:

* *& spiritu oris eius omnis virtus eorum*

& oīs eorum virtus atq; perfectio, in spiritu sancto illis donata est atq; infusa, qui est spūs à patre spirante procedens, atq; Ioan. 15. & 16.
itē à filio, quemadmodum spiritus & flatus corporalis ab ore spirantis procedere conspicitur. Hic siquidem spiritus, amor est, bonitas, atq; suauitas, in quo oīa virtutem atq; perfectionem suā accipiūt, sicut per filium creata sunt omnia.

7 *Congregans sicut in vtre aquas maris:*

Qui aquas maris quæ sub cœlo sunt congregauit in vnum locum, ut appareret Gen. 1.
arida: suiq; terminis & limitibus cōclusit, & cōclusas tenet quemadmodū aqua in utre aut uase cōcluditur & continetur.

* *ponens in thesauris abyssos.*

qui profunditates immensas in locis occultis constituit, vbi tanquā in thesauris habet conclusas aquas, ventos, & alia in maxima abundantia, quæ educit quoties uoluerit, quemadmodum in tpe generalis diluuii rupti fuerunt oēs fontes abyssi magnæ ex mandato Dei, & ad Ionæ susceptionem de abyssis mari cætus prodiit: Gen. 7. Ionæ. 2.
& alias frequēter de pfunditatibus aquarū cæte grandia apparere facit, & de abyssis terræ dracones terribiles, nonnūquā quoq; & uentorum magnam uim educit ad ostensionem terroris sui.

8 *Timeat dominum omnis terra:*

Timeat proinde magnificū in operibus suis dominum oēs inhabitatores terræ, eumq; digno reuereantur honore.

* *ab eo autem commoueantur omnes inhabitates orbem.*

& commoueantur à facie eius oēs qui habitant super terrā, atq; ex consideratione magnorū mirabilium eius quæ ipse facit solus, paueant omnes, & sancto ti- Ps. 71.
more

more commoueatur ad reuerentiā illius. A
9 *Quoniam ipse dixit, & facta sunt, ipse mādauit, & creata sunt.*
Ipse namq; est q solo verbo creauit omnia, sola iussione voluntatis suæ ex nihilo ꝓduxit uniuersa. Nullum enim laborem in rerum creatione exibuit neq; exterius operari aliquid debuit, neq; temporis mora indiguit ut creationem faceret: quomodo necesse est, homines artifices suis operibus (quæ secundum artem operantur) plurimum & laboris & solicitudinis & temporis insumere, nōnunquam & aliorum complurium uti ministe- B
rio sive auxilio. Ipse u absq; labore & solicitudine, absq; temporis mora, absq; oī adiutorio, absq; præiacente materia, solo uerbo suo potentissimo, & iussione efficacissima, de nihilo creauit omnia.
10 *Dominus dissipat consilia gentium:*
Ipse est in cuius dispositione & uolūtate cuncta sunt posita, in cuius manu & dissipare cōsilia hominum, eaq; ad nihilum redigere & à suo effectu impedire, quoties ipsi fuerit placitum:
* *reprobat autem cogitationes populorum.* C
cogitationes populorum quas proposuerint, animoq; conceperint, ipse tanquam inutiles reiicit, prohibetq; impleri, cum uoluerit, nec pōt populorum multitudo unius Dei potentiæ contrauenire, ut aduersus ipsius uoluntatem, ullam suarum cogitationum in effectum perducant.
* *& reprobat consilia principum.*
sic neq; principum uniuersa potestas ꝓualere potest uirtuti Dei ut contra ipsius uoluntatem sui cordis possint proposita atq; decreta perficere, sed dissipat ea, infringit, & euacuat regnū dominus, quo- D
tiescūq; & quomodocunq; uoluerit. Neque quicquam ipsorum ualet potētia, nisi quantum magnus dominus sua uolunta te permiserit.
11 *Cōsilium autem domini in æternū manet:*
Hest 13. Consilium autem atq; propositum Dei, & definita uoluntas eius: nulla aliena potētia,
Esa. 47. nullo consilio impediri pōt, sed impletur absq; ullo impedimento, & permanet in æternum:
* *Cogitationes cordis eius in generatione & generationem.*
Prou. 21 uoluntates, consilia, atq; decreta eius quæ cogitauit, & definita uolūtate uoluit operari, in omnibus generationibus impleta Apoc. 21
sunt ab initio, & perficientur usque in seculum. Neque enim unquā aut fuit, aut erit aut esse potest ulla potestas, quæ possit resistere uolūtati Dei, aut eam à suo effectu prohibere. Siquidem non est sapientia, non est prouidentia: non est consiliū contra dominum.
12 *Beata gens, cuius est Dominus Deus eius:*
Proinde, populus ille vere beatus est, qui hūc potentissimū dominum habet Deū suum, vt ipse Deus, sit eorum Deus, & ipsi sint populus eius.
* *populus quem elegit in hæreditatem sibi.*
uere beatus populus ille, quem dominus Deu. 14.
tantus & tam omnipotens, per electionē Ps. 134.
suæ bonæ uoluntatis elegerit sibi in hęreditatem, quē sibi adoptauerit in peculiū & in possessionem ęternam, vt habitet in medio eorum, eosque possideat & custodiat in sempiternum.
13 *De cælo respexit dominus:*
Neque tamen populi illius tantum ipse est Deus & dominus, sed etiam vniuersorum. De cęlorū enim altitudine eminus prospicit, attendens & considerans quid agatur in terris. Neq; n. circa cardines cęli tantùm perambulat, neq; solùm q agū
tur in cœlestibus, sed ēt quæ in terris geruntur, considerat: nimirum vt cœli, ita & Iob. 22.
terræ dominus:
* *vidit omnes filios hominum.*
prospiciens autem de cœlo, specialiter cōsiderat & attendit filios hominum. Nā cum omnes creaturas quæ in terra sunt noscat & consideret, speciali tamen modo filios hominum contemplatur, quibus ęterna præmia (cæteris in corruptionem abituris) proposuit.
14 *De præparato habitaculo suo respexit sup omnes qui habitant terram.*
De habitaculo cęlesti, quod sib ipse præparauit in mansionem & aulam regiā, attendit ad omnes qui habitāt in terra, siue bonos siue malos. Ad illos quidem, ut eorū bonos conatus ac pia studia adiuuet, & in quibus imperfecta fuerint, sua grā perficiat, ac post beata fœlicitate remuneret. Ad hos verò, vt eos à vitiis suis malis auocet ad pœnitentiam: etsi quidem conuerti uoluerint, auxilietur pœnitentibus, sin autem in

tē ī obstinatione sua obdurati, pmāserit, E digna eos ultione ī mortē ęternā ꝓiciat.

15 *Qui finxit sigillatim corda eorum:*

Ipse est pater spirituū uniuersæ carnis, q miro artificio sm infinitam sapientiam suā creauit sigulorū hoīum singulas aīas: ac spūs, singulisq; uitā oēm, & motum, & quicquid est in ipsis uitale; miro artificio indidit, estq; uitæ author & dominus:

* *qui intelligit omnia opera eorum.*

& qm̄ sic & intime omnia fecit, & occultissimas quoque potentias ac vires tam corporis, q̄ animę in homine constituit, nihil mirum si ipse singula cognoscat hominum opera, neq; solum exteriora, uerum etiam cogitationes & affectiones, & quęcunque sunt hoī intima. Imò hoc ip
Ps. 93, & 99. sum ratio monstrat, vt multo mel ius, multoq; exactius & intimius ipse cognitā habeat nostra omnia, quam habeamus nosipsi, quandoquidem ipse fecit nos & intima nostra, nō aūt ipsi nos. Quis aūt melius & intimius cognitū habere possit opus quodlibet artifice qui fecit illud?

16 *Non saluatur rex per multam uirtutē:*

Dū uero respicit dominus super filios hominū, non attendit ad temporalē potestatem vel potentiam, siue ad corporis robur. Non n. reges salutem consequi poterunt coram Deo per multitudinē exercitus robotis sui. Primum quidem, non spiritualem: quia ad hāc salutem eiusmodi corporalia per sese nihil adiuuāt. Deinde, neq; corporalem in bellis & prælijs, vbi dominus per suam potentiam voluerit obsistere: quoniam in manu dn̄i est vi
2. Mat. 5 ctoria, & cui uult donat eam. Neq; est il
2. Re. 14. li differētia, ī multis uel paucis salutē dare

* *& gigas non saluabitur in multitudine virtutis suæ.*

ne gigantes quidem, in omni robore suo & magna corporis fortitudine saluati poterunt ante faciem domini, cui nō est differētia inter immanem gigātem & pusillū nanum. Hæc.n (nēpe potestas magna & corporis robur) nos Deo nō cōmēdāt.

17 *Fallax equus ad salutem:*

Illi quoque qui in equis confidunt, decipiunt seipsos in ista uana fiducia equorū, qui saluare non pñt de manu Dei, quoniam non minus facile est Deo, cum uoluerit, siue equitē siue peditē prosternere:

* *in abūdantia aūt virtutis suæ nō saluabit.*

in omni abundantia suę fortitudinis nō saluabit de manu domini, neq; equus ipse, neq; sessor illius Nam uno ictu utrosque prosternit, quēadmodum olim equū & ascensorem proiecit in mare.

18 *Ecce oculi domini super metuentes eum:*

Vis autē audire unde uera salus tibi proueniat? Eece oculi dn̄i (i. benignus atque misericors eius respectus) aspiciunt ad seruos eius, q timēt eū, atque obediūt ei: Exo. 15.

* *& in eis qui sperāt sup misericordia eius.*

& in bonum aperti sunt & attenti erga eos qui spem habēt in misericordia Dei, eāq; inuocant, & in ea saluari confidūt.

19 *Et eruat à morte animas eorum.*

Ad hoc autem oculi domini aspiciunt super metuentes eum, ut ipse eos qui eiusmodi sunt per potētiā virtutis suæ, & propter misericordiam suam, saluet à morte eterna in regnum suum cœleste:

* *& alat eos in fame.*

& ut in tempore famis, in tempore egestatis eos pascat suo cœlesti pabulo, hic quidem præsenti tempore (dum nihil deesse eis patitur, quod ad ueram vitam spiritus sit necessarium) pascens eos copiosè atq; reficiens, cū impij fame siue defectu uerbi Dei, & spiritualium bonorum egestate consumantur, & pereant. In futuro quoque seculo, cum fame æterna affligentur impij, epulabuntur iusti, & satiabūtur Ps. 16. Ps. 35.
pane uitæ æternæ ī aspectu uultus Dei, inebriabūtq; ab ubertate domus ei⁹. Nā ī ipsis esurientib. serui Dei comedēt, & illis siti crucia. is, hi ī ebrietate sua gaudebūt. Esa. 65.

20 *Anima nostra sustinet dominum:*

Quoniàm itaq; solus est dn̄s, à quo vera salus sit speranda, volumus in spiritu sustinere & præstolari dominū, atq; ab eo solo salutem expectare:

* *quoniam adiutor & protector noster est.*

ipse enim est auxiliator atq; defensor noster ipse est saluator animarum nostrarū quo nos adiuuante sua gratia, & ab hostibus protegente, salui erimus ab omni malo & consequemur uniuersa bona.

21 *Quia in eo lætabitur cor nostrum:*

Et quidem in hac spe & expectatione lætabitur in ipso spiritus noster, nihil metuens, nihil de promisso solicitus,

* *& in nomine eius sancto sperauimus.*

& in nomine eius, quod est sanctū & admirabile, spem nostram omnem collocauimus, ad eius inuocationem sperantes omnia semper bona consequi, & ab omnibus malis liberari.

22 *Fiat misericordia tua domine super nos:* Nunc itaq; piissime domine, qui tam magnificus comprobaris in omnibus operibus tuis, tā misericors erga omnes seruos tuos, fac experiamur in nobis sanctā hanc quam prędicamus, quā psalmo laudamus misericordiam tuam:

*quemadmodum sperauimus in te.* sicut semper in te sperauimus, ut nō cōfundamur ab expectatione nostra: sed ꝑ beneficium misericordiæ tuæ ab omnibus malis liberemur, & in bona introducamur sempiterna, Amen.

## ANNOTAT. IN SPAL. XXXII.

VErsu. 1. Rectos decet laudatio Dei. Impios aūt nō decet laudare Deū, donec in sua impietate fm volūtatē persistunt: Oīs.n. qui laudat Deū, quasi præsens assistere debet Deo quē laudat, & cū eo velut colloqui. Non est aūt decens, ut C is qui sordibus peccatorum est inquinatus, Deo assistat illusq; maiestati se obiiciat ante oculos. Vnde & in alio loco scriptum est: Peccatori dixit Deus: Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamētū meū p os tuū? Tu verò odisti disciplinā, & proiecisti sermones meos retrorsum, &c. Qua pp, si is q peccator est, cupiat vnà cū iustus laudare dnm, curet primū illis se similē reddere, p pœnitentiā abluens immunditiā peccatorum, atque ita demū speciosam laudem Deo profe- D ret in ore suo. ¶ Versu 11. Consiliū aūt dñi in æternum manet. Consilium & cogitatio si fm ꝓprietatē significationis accipiantur, nō cōpetūt Deo. Nō.n. est in Deo cōsiliū neq; cogitatio: q sunt ex imperfectione, & includunt ratiocinationis quendā discursum. Tunc.n. consulit homo, qn varia perpendit, & simul confert: sicq; deliberat, ut eligat qd visum fuerit melius. Et tunc cogitat cū multa mente voluit, & varia cogitat, unde ēt nomē accipit cogitatio. Pro cuius intellectu sciēdū est cogitationē & cōsiliū dupliciter acci- A pi primo, ut cogitatio sit ille discurs', quo p diuersa discurrentes multa cogitamus, & cōsiliū sit ipsa deliberatio, qua plura eligibilia simul cōferimus. Scđo, accipim' minus ꝓprie cogitationē p cōclusione q p ratiocinationis discursum tandē acquirit, & post illā cogitationē in mente relinqtur. Cōsiliū verò ꝑ electione illa q terminat deliberationis collationē, & est velut cōclusio prioris cōsilii. Cū ergo in Deū ista nō cōpetant, neq; discurrere rōcinādo, neq; cōsulere deliberando qui oīa simplicissima intelligētia cōtuetur. & B simplici volutione eligit, patet neq; cogitationē neq; cōsiliū in Deo inueniri fm eū modū quo ī hominibus ponunt. Cū aūt Deo in scripturis attribuunt, ferè secūdo mō accipiunt, imꝑfecto iā secluso. Accipiturq; cogitatio ꝑ definitione & iudicio mētis eius, quā sine discursu hēt rōcinationis. Cōsiliū aūt ꝑ definita volūtate & ꝓposito volūtatis eius qd in eo est absq; oī deliberatione, & collatione vni' ad aliud. Atq; hæc sunt cōsilia, & hæ sunt cogitationes dñi, q manēt ī ęternū. ¶ Versu 10. Beata gens cuius Dñs Deus eius. Non talis est in hoc versu cōstructio dictionū, qualis esse vr prima facie fm positionis ordinē: sed intelligere oportet nominatiuū, dñs, ut suppositū verbi est alterū aūt noīatiuū, De', ut à posteriori parte rectū, à verbo substātiuo, ad hūc modū Beata gēs, cui' dñs est De' eius. Quēadmodū.n. maledicti sunt, quorū idola & dęmonia sunt dij eorū, ita beati asserunt à Propheta, quorū dñs est Deus eorū. Sed & ꝓnominis illi' posterioris additio non tāda est, ꝙ nō sit quantū ad emphasim & plenitudinē snīę superflua, tametsi Latinitatis & grāmaticæ rō nō vsq; adeo cōstet. Si.n. omitteret illud ꝓnome nouissimū, diceretq; tm, Beata gēs cuius dñs est De' snīa haberet beatā esse gentē illā q dūm habet Deū. Cum vero addit, eius, snīa est beatā esse gētē illā q dūm habet Deū suū. Quāquā aūt ī vtroq; horū fm sē eadem snīa indicet, maiorē tn emphasim hēt illa posterior eloquutio, cum sua snīa: atq; ob hoc magis oblectat pios aīos, tametsi forsitā minus sit grata linguis desertis, & delicatis auribus. Sācta.n. scriptura, mentium non aurium delicias spectat.

## XXXIII. PSALMI ARGVMENTVM.

*Propheta in hoc Psalmo, corde & ore Deũ laudare proponẽs, inuitat ad idẽ vniuersitatem iustorũ, eã in spiritu alloquens, tam quo'ad absẽtes, quàm praesentes: quibus domini ponit benignitatem, in exaudiendo orationes sanctorum suorũ, pro laudis materia & incitamẽto gratiarũ actionis, peculiariter verò suae exauditionis exemplũ proponẽs, atque ex illo caeteros exhortando inuitans, ut gustent, & videant q̃ suauis sit dominus, ut q; illũ timeãt, qui suos seruos (seculi diuitibus penuriã patiẽtibus) oĩbus verè bonis abundare facit. Atq; haec quidẽ decẽ primis versibus Post hoc verò, ad instructionẽ sese conuertens, in quo institia & timor Dei cõsistant, edocet: & de domini erga iustos benigno respectu, specialiq; custodia, protectione & prouisione, impiorumq; ex aduerso punitione pluribus versibus late differit, eademque subinde replicans propter spiritus plenitudinem. Atque haec ad finem usque Psalmi perdurant*

## XXXIII. PSALMI ELVCIDATIO.

E NEDICAM *dominum in omni tempore:* Benedicere ego uolo, & ex bona volũtate laudare dñm Deum omnibus diebus quibus viuã pro tam immensis suis, quę in me collocauit beneficiis:

* *semper laus eius in ore meo:* nũq̃ deficiet laus eius ab ore meo, sed erit ipsa mihi vt ĩ corde, ita & in ore, ppetua.

2 *In domino laudabitur anima mea:* In dño magnifice lætabitur, atq; gloriabit cum laude aĩa mea, & spiritus meus.

* *audiant mansueti, & lætentur.* qui mites sunt & humiles corde, in mansuetudine dño seruiẽtes, cupio ut meam hanc audiant cognoscantq; lętitiam, ut pariter & ipsi mecum lætentur.

3 *Magnificate dominum mecum:* Magnificate, pdicate, & laudibus ac psalmis vnà mecum celebrare omni laude dignissimũ omnipotentẽ dominum, quicunque fideli estis & mansueto corde:

* *& exaltemus nomen eius in idipsum.* & exaltemus atq; glorificemus eum pariter, vos mecum, & ego vobiscum, uno studio, eodẽ aĩo, codemq; conatu & feruore, ut quia ex memetipso nequaquã sufficio dignã vllã magnificentiæ & beneficentię illius gratiarũ actionẽ persoluere, saltem vestro auxilio, & communi charitatis studio, fiat illi laus nostra acceptior.

4 *Exquisiui dominum:* Ecce ego primum quid ipse sim expertus propo nam, quo uos ad collaudãdũ reddam alacriores. Cum magno cordis affectu ego requisiui dñm in oratione mea, & ipse me exaudiuit orantem:

* *& ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.* & ex omnibus tribulationibus meis vñcunq; mihi obuenientibus, ex oĩbus necessitatibus & angustijs ipse me sua consolatione & protectione liberauit.

G 5 *Accedite ad eum, & illuminamini:* Et quoniam ita in memetipso Dei beneficia largiter sum expertus, sciẽs non esse psonarũ acceptorẽ Deũ: iccirco etiã vos, quicũq; estis fideli & mansueto corde ac bonæ volũtatis, & vrgẽte me summa charitate fidenter exhortor, vt accedatis cũ fiducia ad thronũ gratiæ eius. Accedentes. n. illuminabimini à respectu vultus eius, quem super vos faciet illucescere q̃ fideli corde ad eum accesseritis:

* *& facies vestræ non confundentur.* & non eritis confusi, neque repulsam patiemini, sed benigne donabit vobis petitiones cordis vestri, honorabitq; faciẽ

H vestram in benignitate sua.

6 *Iste pauper clamauit & Dominus exaudiuit eum, & ex omnibus tribulationibus eius saluauit eum.* Quis verò hoc possit iure metuere, ne accedens ad dñm cõfusus recedat? Ecce n. hunc pauperculum & vilissimum hominum (meipsum) dico, qui pauper sum, egenus & mendicus, & ex memetipso nil nisi nihil clamãtẽ & orantẽ nequaquam despexit, neq; confundit aut abiecit ad se accedẽtẽ: sed exaudiuit benignè, & ex omnibus

nibus angustiis atq; necessitatibus libe- A rauit. Quur ergo quisquã metuat accedere, aut confundi timeat?

7 *Immittit angelus domini in circuitu timentium eum:*

Per circuitum timentium Dominum angelus illius ad eorũ auxilium & ꝓtectionẽ deputatus atq; destinatus sese immittit: seseq; diffundit, & velut castrametatur per circuitum eorum, ne possint ad illis nocendum accedere aduersarii.

* *& eripiet eos.*

Heb. 1. Immittit ẽt angelus Dñi terrorẽ & timorem per circuitum seruorum Dei, in ad- B uersarios qui undequaq; illos obsederit. & ipse pro illis pugnans defendet eos ab omni malo, & ex oĩbus periculis faciet saluos. Sunt.n. angeli Dei administratorii

Psal. 90. spiritus, in ministerium missi, propter timentes dominum, qui hæreditatem accipient salutis æternæ, & hoc, habent de iustis à Deo mandatum, ut custodiant eos in omnibus viis ipsorum.

8 *Gustate et videte, qm̃ suauis est dominus:*

Laborate gustare, & intima experientia sentire: discireq; & cognoscite, ꝙ benignus, dulcis sit & suauis dominus oĩbus C qui requirunt illum, nequaquã amarus, dur⁹, austerus, morosus, crudelis aut difficilis, eiusmodi ferè iter hoĩes esse solẽt. q ulla potentia siue authoritate ꝑeminẽt.

* *beatus uir qui sperat in eo.*

vere beatus est uir ille, & securus est de bona salute, qsqnis spẽ suã & fiduciã in eo constituit, illiq; ex toto corde suam aĩam & seipsum in benefactis commendat.

9 *Timete Dominum omnes sancti eius:*

1. Pet. 4. Reuereamini, timete, diligite, & honorate dñm Deũ oẽs serui eius, qui creditis in eũ, eiusq; mandata obseruate diligenter:

* *quoniam non est inopia timentibus eum.*

1. Cor. 1. qm̃ iis qui sic eũ filiali affectu timent ac reuerentur, nullius rei est defectus nulla egestas, nihilq; illis deesse patitur Deus, quod ad salutem sit eis necessarium, sed sunt diuites per illum in omni bono, ita vt nihil illis desit in ulla gratia & bono spirituali: In corporalibus uerò bonis, ta

Philip. 1. metsi uideant egere, habent tñ oĩa, & abũdãt, cum per internam consolationem hæc oĩa nihil faciũt, & de defectu magis quam abundantia gloriari sciunt.

10 *Diuites eguerunt & esurierunt:*

Diuites seculi qui in diuitiis transitoriis & ulus mundi spem suam constituunt, & in illis oẽ adhibent studium, ipsi uerè egeni sunt, pauperes & inopes, esuriẽque & defectũ magnũ patientes, qui spũaliũ bonorum (quæ sola uerè bona sunt) oĩno nihil uel paululum admodum habẽt, eo ꝙ nimium intenti caducis, ransitoriis, & proinde falsis bonis, negligant ea quæ sola sunt uerè bona.

* *inquirentes autem dominum non minuẽtur omni bono.*

qui autem ex bono corde seruiunt domino, & illi desiderant placere, hi non deficient, non patientur egestatem, & defectũ in ullo uerè bono, sed abundantiam consequentur omnium per Deum.

11 *Venite filii, audite me:* Ps. 110.

O fratres mei & filioli (sic n per amoris teneritudinẽ mihi nunc placet oẽs uos Eccle. 1. seruos Dei, & præsentes futuros, tali nũcupatione cõpellare) accedite huc ad me, qui vos rem vtilissimam cupio monere, & auribus tam cordis quàm corporis suscipite doctrinam meam,

* *timorem Domini docebo uos.*

docebo. n. uos timorem Dei qui est ueræ sapientiæ initium, & sine quo nemo potest iustificari, ac proinde ante omnia maxime uobis est necessarius.

12 *Quis est homo, qui vult vitam?*

Quisquis igitur hominum es, q verã cupis possidere uitã eam quæ sm Deum est, quã nulla mors subsequetur, uitam aĩæ & spiritus, nunc quidem in gratia, post verò in gloria, sempiternam,

* *diligit dies videre bonos?*

quisquis dies bonos cupis experiri, dies illos æternitatis beatos in gloria, dies interminabiles, dies sine noctibus, dies qui nunquam occident, dies gaudii perpetui & fœlicitatis æternæ, quisquis (inquã) es tu qui ista desideras, erunt tibi quæ subsequuntur diligenter attendenda, & obseruanda diligentius.

13 *Prohibe linguam tuam à malo:*

Primum quidem linguam tuam compescere stude, ne grediatur per eam quod malum est, ne vllum vel noxium vel mẽdax verbũ vel ẽr vanũ & otiosũ proferas. Iacob. 1. Nã qui se existimat religiosum esse, & nõ

 refrenat

refrenat linguã suam, huius proculdubio vana est religio: quandoquidem de omni verbo otioso qđ loquuti fuerint hoĩes, reddituri sunt rationem in iudicio Dñi,

** & labia tua ne loquantur dolum.*

Mat. 12. potissimum autẽ os tuum custodias, ne quicquam loquatur noxiũ, aut fraudulẽ tũ, aut dolosum aduersus proximos suos. Qui enim dolos loquuntur, Deo sunt abominabiles: Qui autem custodit os suũ, seruat animam suam.

Prou. 21. 14 *Diuerte à malo, & fac bonum:*

Hoc autem iacto fundamento à linguæ custodia, sine quo facillimẽ corruet qcqđ ædificatum fuerit, sollicitũ te deinde exhibeas in fugiendo malum, & prosequendo bonũ, ita ut ab oĩ vitio abhorreas: & quicquid malũ esse didiceris, ac proinde Deo ingratum, id tanquam venenũ pestiferum, præsentissimum toxicum fugias, operibus aũt virtutis & bonitatis diligẽter insistas, & quicquid bonum esse, ac ꝓinde Deo gratum didiceris, id fideliter & solicite implere festines,

** inquire pacem, & persequere eam.*

ad hæc, diligenter ꝑquire pacẽ & sectare eam sollicite, quæcunque ad pacem faciunt libẽter amplectens, pacem (inquam) primum quidẽ cũ Deo, ut nihil in te patiatis inhabitare quod inter te & ipsum ponat iustã dissidii causam: deinde, & cũ temetipso, & secundum spiritum & rationis iudicium, turbulentas oẽs & seditiosas tam cogitationes, quã affectiones studeas in pacem & concordiam cõponere:

Rom. 12. postremo & cum proximis, ut quãtũ fieri potest, & quantum in te est, cum omnibus hominibus pacem habeas neq; solũ habeas ipse, uerumetiã in aliis paçẽ (sem per studeas cõponere. Beati enim pacifici, quoniam filii Dei uocabuntur. Et in pace est locus eius, qui est Deus pacis.

15 *Oculi Domini super iustos:*

Matt. 5. Nihil uerò pigere te debet huius laboris, neque tibi hoc uirtutis studiũ esse debet molestum. Oculi namq; Domini (id est,

Psal. 75. benign⁹ & paternus respectus illius) aspiciunt ad eos qui student iustitiæ, & curã

2. Co. 13. ipse gerit de illis, ut eos in suis conatibus consoletur, adiuuet, atque cõfirmet,

** & aures eius in preces eorum.*

& auditum benignum facilemq́ue ꝑbet illorum precibus, paratus sẽp ad exaudiendum illos, quicquid in oratione petierint, ut propter hoc nemo debeat a uirtutis studio deficere, sciens, liberum sibi in omni difficultate ad Dominum patere accessum & securum refugium.

16 *Vultus aũt Domini sup facientes mala:*

Ex aduerso autem, super eos qui student impietatibus, est vultus iracũdiæ & indignationis Dei, & toruus aspectus eius etiam illorum opera, sed non in ipsorum bonum, considerans:

** vt perdat de terra memoriam eorum.*

nimirum, ut operarios iniquitatis iusto suo iudicio in ꝑditionẽ mittat ꝓ suarũ iniquitatũ demeritis, sicq; eos de terra viuẽtiũ disperdat, & prorsus auferat memoriam eorum tam de terra ista corporaliter uiuentium, vnde per mortem auferentur, quàm de terra illa æternaliter viuentium, vbi nulla erit memoria damnatorũ qui proiecti sunt à facie Dei.

17 *Clamauerũt iusti, et dñs exaudiuit eos:*

Et quoniam (ut diximus) oculi dñi super iustos sunt, & aures ad preces eorum, hinc fit, ut quotiescũq; iusti ad Dominũ clamauerint, ipse mox fit ad exauditionẽ paratus, ut quodcũq; postulauerint, ipse eis (iuxta quod profuturum & salutare nouerit) concedat:

** et ex oĩb. tribulationib⁹ eorũ liberauit eos.*

& ex omnibus tribulationibus, angustiis & necessitatibus, in quibus fuerint, ipse eos benigne liberabit sm beneplacitum suum, nonnunquam quidem ẽt tẽporali liberatione, semper autẽ spirituali & æterna: ita sanctos interius in præsenti cõsolãdo, ut in tribulationibus nõ deficiãt, tandem verò, ex omnibus malis in fœlicitatem æternam eosdem recipiendo.

18 *Iuxta est dñs his qui tribulato sũt corde:*

Propè est Dominus, per suæ misericordiæ præsentiam, iis qui sunt propter tribulationum & tentationum magnitudinem aĩo anxio, ac uelut confracto atque contrito, quemadmodum permittit nõnunquã Deus etiam iustis contingere ad suum exercitũ & meriti augmentum, ut tentationum vel magnitudine uel multitudine, vel longa nimis ac continua duratione, ueluti in anxietate aĩ veniãt, cupiẽtes oĩmodis seruare iustitiã, & tñ pp tẽtationum,

tionum vehementiam metuente, nè forte eam contingat relinquere, atq; his ꝓpè adest Dominus, bonam volūtatē aspiciens, quo eos sustentet, & nequaquā collabi in desperationem, aut constringi per tentationem, patietur.

*Et humiles spiritu saluabit.*

& eos qui sunt pauperes, spiritu & corde humili, humiliter Deo suas animas commendātes, ipse humilium saluator faciet saluos ab oī malo, in regnū suū cœleste.

19 *Multæ tribulationes iustorum:*

Multæ quidem numero, ac variæ admodum vndiquaq; obueniunt tribulationes iustis, & necesse est oēs qui pie uolunt viuere multiplicem pati persequutionem, Deo sic disponente ad illorum coronā: partim quidem à mundi hominibus, partim à carnis vel prauitatibus vel necessitatibus, partim ab inimicis dæmonibus.

*Et de omnibus his liberauit eos Dominus.*

1.Ti.3. verumetiam si mille cuplo plura forent ac grauiora, Dominus unus est, qui de oībus eos liberat, & per uarias tribulationes (quasi aurum in fornace) probatos, ad gloriam regni illos perducit.

20 *Custodit Dominus ossa eorum: vnum ex his non conteretur.*

Sapien.5 Et licet videanᵗ iusti apud homines nō nunquā male tractari secundum corpus à malis, & vsq; ad ossa in illos nōnūquā contingat deseuiri: Illud tamen sciēdum est, quòd Dominus oīa ossa iustorum numerata habet, neque unum ex illis perire sinet in nihilum quòd non illis diligēter custodiat, & in suo tempore cum magna gloria restituat in resurrectione: quemadmodum iustorū oēs capilli numerati sūt, & capillus de capite illorū perire nō pōt.

21 *Mors peccatorum pessima:*

At uerò mors pcōrum uerè pessima est, & maximè metuenda, tā illa secunda, qua anima morte æterna perditur, quam ēt prior mors corporis, quæ tametsi nōnūquam mitior uideatur morte uiolēta iustorum, est tn̄ secundum uerum iudiciū terribilissima, qm̄ per ipsam ad mortem transitur æternā, & dānationem cruciatus perpetui: cū ecōtrario iusti per mortē temporalem pertingāt ad æterna gaudia.

*Et qui oderunt iustum delinquent.*

& omnes qui iustos oderunt, atq; in eos machinantur mala, tāquā osores iustitiæ, peccatores sese cōprobant, & damnationis reos, quam etiam non euadent.

22 *Redimet Dominus aīas seruorū suorum:*

Dominus autem saluabit animas eorum qui sibi quærunt in sanctitate & iustitia placere, nec patietur, quantum ad aīam, quicq̄ illis ab hostibus accidere aduersi.

*Et non delinquent oēs qui sperant in eo.*

& qui in eo spem suā iactatā & bene firmatam habuerint, non cadent in pctm̄ tale, quo prorsus à Deo separentur. Sollicite enim curabunt, ne peccatum vllū tale admittāt, & si fortè contingerit incidere, sollicite curabunt, ne in peccato pmaneant, sed resurgent quantocyus in spe misericordiæ Dei.

## ANNOTAT. IN PSAL. XXXIII.

VErsu secūdo, In Domino laudabiᵗ anima mea. Nota uerbum laudari in sacris literis solitum usurpari nonnūquam pro gloriari. Est n. hoc in loco, ac si dicat, In Dn̄o gloriabitur anima mea, Psal. 63. queādmodū alibi, Lætabiᵗ iustus in Domino, & laudabunᵗ in eo oēs recti corde, id est, gloriabuntur. Non. n. uidetur hic Dauid loqui uelle de laude vel laudatione suæ animæ, passiue accipiendo, qua uidelicet aīa ipsius laudaretᵗ, cum hoc in loco potissimum de laudatione Dei attēdat facere sermonem: videtur ergo istud verbū laudabiᵗ, & in hoc loco, & in aliis similibus, quanquā uoce passiuā habeat terminationem, magis tamen actiuā vel neutram habere significationē, quemadmodum glorior, aut lętor, & significat, cū laude lętari, qd̄ pene idē est cū gloriari. ¶ Versu quinto, Facies vestrę non cōfundenᵗ. Ex more scripturarū dicimus confundi faciē eorum qbus denegaᵗ petitio. Vnde 3. Regum. 2. loquēs ꝓ Adonia ad Salomonē mater ipsius Bethsabeæ, dicebat, Petitionē unam paruulā ego deprecor à te. Nō cōfundas faciem meā. ¶ Versu sexto, Iste pauper clamauit. Iste pauper 3. Re. 2. cum ait, vr̄ esse demonstratio suiipsius, cum alium neminē exprimat, neq; certā aliam personā designet. Nam ita fere loqui solemus, quoties de nobis abiectius loquimur. Veluti si dicam, Miserere

Deus huic pauperculo pctori, demonstrā E in qbus sum sufficiēs esse. Scio & humi-
do meipsum qui loquor. Sed & alias sese liari, scio & abundare Vbiq; & in oĩbus
paupereē & inopē atq; conteptum noĩat institutus sum & satiari, & elurire, & abū Philip. 4
Ps. 118. Psalmista, veluti Psal 118 Adolescentulus dare, & penuriā pati. Oĩa (inquit) possum
sum ego, & contemptus. Et alibi, Ego in eo q me cōfortat. At verò huius sæcu-
Ps. 39. verò mendicus sum & pauper. ¶ Versu o- li diuites, q pter falsas istas tparias, alias
ctauo, Gustate & videte qm̃ suauis est Dn̄s nō nouerunt veras & æternas diuitias, ac
. Suauis hic nō intelligit' vt ad gustum re- pinde spē oēm in illis ponunt, & cor to
ferat', ut significet dulcedinē. Nā Græcè tum ad illas adiiciunt, dum sine mō eas
est χρηστὸς id est, bonus siue benignus, op- expetunt, nullum suæ cupiditati cōstitu-
poniťq; fero, aut immiti, aut difficili. Et entes terminum, fit, ut post multū laborē,
ita & vertit B. Hier. ex Hebręo. Qm̃ bo- post plurima pericula, quātūuis ma-
Ps. 144. nus est Dn̄s. Ad eundē modum accipi & gnos aceruos cōgregauerint, nunquā tñ
debet hæc eadē uox Psal. centesimo qua- F expleri valeat illorum inordinata cupidi
dragesimoquarto, cum dr̄ Suauis dn̄s vni tas, neq; eo deuenire aliqñ possunt, vt eo-
uersis, &c. ¶ Versu 9. & 10. Non est ino- rū q desiderāt, sat habere se dicāt. Quā in-
pia timētibus eū. Notādum illud, qd hic terminabilē & insatiabilē diuitū cupidi
dr̄de timētibus Dn̄m, nihil eis posse de- tatē, Seuerinus Boeti' eximius ille Chri-
esse, principalius intelligi de bonis spūa- norū Philosophus, imò philosophicē ma
libus iis q ad salutē hoī fuerint necessa- gis Theologus, ĩ libro De philosophico
ria. Nā horum nō finit Deus seruos suos cōsolatu pulcherrimē depingit & expri-
pati defectum, qn (vt ait Paulus) pster il- mit, metro scdo libri scdi. Qd carnē totū,
1. Tim. 6 lis abunde oĩa. Habet tñ minus principa qm̃ lectu & attentione est dignissimū, pa
liter & de bonis tpalib' veritatē. Sācti. n. riterq; nfo pposito valde accōmodum,
viri, qui pp̃ ęternas diuitias trāsitoria ista idcirco huic loco duximus inserēdū Sic
pro nihilo pēdunt, neq; ea requirunt, nisi ergo apud illū canit sacra Philosophia.
quatenus ad vitā corporis trāsigēdā & saG Si quantas rapidis flatibus incitus
tisfaciēdam naturali necessitati, illis op' Pontus versat arenas,
habuerint paucissimis, & iis qdē uilissi- Aut quot stelliferis ædita noctibus
mis cōtēti, facilē hñt & adipiscunť qd cu- Cœlo sydera fulgent,
piunt, id est, victum & uestitum, q̃madmo Tātas fūdat opes, nec retrahit manū
dum ex illis qdā egregius ait. Habētes ali Pleno copia cornu:
mēta, & qbus tegamur, his cōtenti simus. Humanum miseras haud ideo genus
Et alibi, cum paucula qdā in necessitates Cesset flere querelas.
quotidianas ex donatione fidelium rece- Quamuis vota libens excipiat Deus,
Ibidem. pisset, Habeo (inquit) oĩa, & abundo, Imò Multi prodigus auri,
verò alio rursum in loco nihil habēs, glo Et claris auidos ornet honoribus,
riať nihilomin' oĩa se possidere. Tā facit Nil iam parta uidentur,
opulētos ea q ſm Deum est spūs uera pau Sed quæsita uorans sæua rapacitas
ptas, Sed & vetus illud misericordię, & H Alios pandit hiatus.
oĩs pietatis exēplum, sāctus Tobias filiū Quæ iam præcipitē fręna cupidinem
suū erudiēs, dicebat, Noli timere fili mi, Certo fine retentent:
Philip. 4 pauperē qdē uitā gerimus, sed habebim' Largis cum potius muneribus fluens
2. Cor. 6. multa bona, si timuerimus Deum, & re- Sitis ardescit habendi?
cesserimus ab oĩ pctō, & fecerimus bene, Nunquā diues agit, q trepidus gemēs
sed etsi cōtingat sāctos Dei interdum vix Sese credit egentem.
& necessaria inuenire naturali sustētatio Cū itaq; sācti Dei hoĩes minimis paucis
ni, ne hoc qdē admodum grauate ferunt, simisq; plenissimē cōtēti, abundent & in
q in Deo firmati sunt. Vñ ille ditissimus tenuissima substātia, hi verò etiā in am-
oĩum possessor, quē suprà cōmemoraui- plissimis possessionibus semp adhuc e-
mus, didicisse se cōfiteť, quō cōtētus esse geant, semp eis desit aliquid, ad quod a-
& in minimis possit. Ego (inquit) didici, spirent, imò quo amplius conquirunt, eo

& plu-

& pluribus & maioribus in dies ĩdigeãt: A
constat iuxta ueritatem (etiam quo ad
res temporarias) his esurientibus & defe
ctum patientibus in suis diuitiis, illos in
sua tenuitate, vel ẽt penuria abundare.

Quis aũt dubitet eũ qui eget, pauperiorẽ
esse secundum ueritatem eo qui abũdat?
Relinquitur itaque tam de spiritualibus
quàm de temporalibus bonis uerum es
se propositum Prophetæ sermonem.

## XXXIIII. PSALMI ARGVMENTVM.

*Psalmus hic uiro iusto cõpetit, qui ab aduersariis psequutionẽ grauẽ patit: cũ sit ipse innocẽs, & illi nullã habeant cãm hunc psequendi. In quo, De eo more humano loquens, quasi uiro pugnatori, ipsũ aduocat in suũ vltorẽ, defensorẽ & saluatorẽ, cõfusionẽ ĩprecãs ex aduerso suis psequutoribus, quos ait sibi mortis tetendisse laqueos, quas sm cõformitatẽ ordinationis Diuinæ iustitiæ, vel precat ut veniãt, vel pdicit venturos sup authores suos. Ipse uerò in Deo suo latari pmittit, eiq; vt pauperũ liberatori cõfessionis laudẽ psoluere. Atq; hæc quidẽ, usq; ad uersũ 13. Hic verò iterũ reuertitur ad cõmemorandũ puersitatẽ aduersariorũ, & suã ex aduerso humilitatẽ atq; charitatẽ, quã se p illorũ peccatis pænitentiã egisse, atq; humiliter supplicasse pfitetur, qua ẽt erga illos ut amicos & fratres sese studuit exhibere, ac p eorũ malis cũ luctu dolere, cũ illi ecõtrario nõ solũ nõ doleant sup malis eius, verumetiã studio & cõsilio mala multa aduersus eũ excogitẽt p nimia indignatione, & obdurata inuidia, ita vt cũ ille eis quasi amicis placere fraterno affectu studeat, hi ecõtrario hostili aĩo dentibus frendeãt in illũ. Atq; hæc vsq; ad uersum uigesimum. Dehinc tribus uersibus subsequentibus liberationẽ postulat à Deo, p exauditione gratiarũ actionẽ & laudis confessionem pmittens. Mox uerò uersu. 24. & 25. aduersariorũ duplicitatẽ & malitiã replicat, vt ad exaudiẽdũ facilius flectat quẽ orat. Nam uersibus sequentibus, magno affectu à Deo postulat sibi quidẽ & salutẽ, illis vero cõfusionẽ pro meritis dignã, vt exultẽt quibus grata est innocentia atq; iustitia, & ipse per linguã suã liberatori persoluet confessionem sempiternã. Illud aũt in hoc Psalmo aduertendũ est, quod & in pluribus aliis posse uidelicet eũ pene indifferenter referri vel ad persõnã Christi Domini, vel ad personam Dauid, vel ad unumquemlibet ex iustis, qui sunt in tribulatione & persequutione ab aduersariis constituti. Nos autem in Elucidatione ita oĩa temperabimus, ut cuilibet etiam iusto aptari facilè possit ad Dominũ secundum hanc formam clamare uolenti, aut gratias agere. Siquidem in hoc Psalmo permixtĩ, nunc diuini auxilij imploratio, nũc pro exauditione, gratiarũ actio proponit. In annotationibus aũt distinctius quædã vel Christo applicabunt, vel Dauidi.*

## XXXIIII. PSALMI ELVCIDATIO.

*IVDICA domine nocentes me:*

Fac pro me Domine iudicium aduersus eos qui mihi quærunt nocumenta inferre, eosq; propter suam iniquitatem, secundum iustitiã tuã condemna: vt quod quærunt, adimplere non valeant,

*expugna impugnantes me.*

pugna p me aduersus illos, qui me suis psequutionib⁹ & tẽtationib⁹ impugnãt.

2 *Apprehende arma & scutum:*

Quasi uir pugnator exhibe te mihi, & in pugnam mihi te præpara, quõ facere solẽt hoĩes q ad pugnam sese accingentes arma arripiũt, quibus hostem feriãt, & scutũ quo se ab hostiũ ictibus defendãt

*& exurge adiutorium meum,*

sic (inquam) paratus ad prœliũ, adueni mihi i adiutorium cõtra aduersarios meos, qui ut me sunt longè potentiores, ita tua potentia multò sunt inferiores.

3 *Effunde frameam & conclude aduersus eos qui persequuntur me:*

Insuper (vt humano more amplius tibi loquar Dñe Deus meus) euagina, & ve- D
lut extra vaginam effunde gladium vltionis tuæ, quẽ donec dissimulas, donec differs facere iudicium, quasi conclusum intra vaginam seruare uideris, & conclude, atq; obsidionem pone per circuitũ cõtra eos qui persequuntur me, vt nõ valeãt tuũ iudiciũ & tuas manus effugere:

*dic animæ meæ, salus tua ego sum*

mihi vero interius in spũ loquens testificare de salute, qđ cã tu mihi sis certò pstiturus, q vtcũ non sim hostiũ impugna

 tionibus

tionibus deuincendus, sed tua protectio ne semper securus ac saluus sim futurus.

4 *Confundantur & revereantur quaerentes animam meam.*

Illi autem qui animam meã quærebant diripere, qui perdere laborabant vitam meam, & ad mortem me pertrahere, con confusionẽ accipiũt, & erubescentia atque pudore impleãtur, cũ se viderint suo ꝓposito per tuã protectionẽ fraudatos.

5 *Auertantur retrorsum & confundantur cogitantes mihi mala.*

Cogantur tua protectione retrorsum reuerti, id est, à cœpto cordis sui proposito

F desistere, impediri nimirum obstaculo potentiæ voluntatis tuæ, & confundãtur, perficere non valentes conceptũ desiderium, oẽs qui cogitabant cõtra me mala, qui consilia faciebant, & in corde uersabant, quomodo mihi mala irrogarent.

6 *Fiant tanquam puluis ante faciem vẽti:*

Fiant huiusmodi, te dissipante eorum conatus, quasi puluis terræ aridus ante cõspectum uenti: vt quemadmodũ ob uentum impetum nullam habet puluis soliditatem, neq; continuitatem, sed rapitur atq;

G dispergit à vento quocunq; ille proiecerit, ita tu per uim potentię tuæ dissipes & dispergas eos, vt non ualeãt qđ desiderãt.

* *& Angelus domini coartans eos.*

& angelus tuus, Domine, ad auxiliũ mihi destinatus, sit coartans, persequens, impellens, atq; ad fugam compellens eos, ut cogantur cœpta relinquere & proposita nequeant perficere.

7 *Fiant via illorum tenebræ & lubricum:*

Viæ illorum fiãt obscuræ & tenebricosæ, vt non videant quo vadant: fiant ẽt lubricæ, vt non ualeant commodè per eas ambulare, vel effugere:

H * *& angelus Domini persequens eos.*

& sic angelus tuus Domine persequens eos, eosq; in fugam compellẽs, ad faciẽdum pro me vindictam & iudicium.

8 *Quoniam gratis absconderunt mihi interitum laquei sui:*

Sine causa namq;, & præter meum omne meritum, in abscondito posuerũt mihi laqueũ perditionis, & insidias mortis, per quas me quærebant in perditionem concludere, & morte illaqueare:

* *supervacuè improbrauerũt animam meã.*

E sine cã & absque meo omni demerito, opprobrio affecerunt animam meam, loquutiq; sunt mala contra eam.

9 *Veniat illi laqueus quem ignorat:*

Veniat illis (quicunq; tandem fuerint, q mihi sine causa mala quærunt) laqueus inspiratus, & malum inexpectatũ, quod ipsi mihi meditabantur:

* *& captio quã abscondit apprehendat eũ:*

aut laqueus damnationis æternæ (qui est laqueus inextricabilis) quem modò ignorent, quem nunc non attẽdunt, qui mala meditantur contra proximos suos,

F * *& in laqueum cadat in idipsum.*

& rete illud siue laqueus ille ad captionẽ meam ab illis paratus, quem illi in occulto posuerant ad me illaqueandũ, cõprehendat eos, ita vt ipsimet q aliis insidias posuerant, incidãt in laqueum, in laqueũ (inquam) ipsum eundem quem innocentibus aliis parauerant. Ita.n. habet vltio Diuinæ iustitiæ, vt eos qui proximis suis machinantur mala, & mortem meditantur damnationis æternæ, indissolubilibus nexibus inuoluat.

10 *Anima autẽ mea exultabit in Domino:*

G Anima aũt mea Diuino iudicio liberata, uel de liberatione secura, magnifice gaudebit in Domino Deo saluatore suo,

* *delectabitur super salutari suo.*

& iucundabitur de salute sua, quam illi Diuina præstitit benignitas, aut in saluatore suo qui sibi salutem prętitit, & ab inimicis liberationem.

11 *Omnia ossa mea dicent domine quis similis tibi?*

Tantã autem erit exultatio animæ meę, vt ex omnibus uiribus te collaudet, ita vt omnes uires quæ in ea & ab ea sunt (quę H sunt ueluti ossa in corpore) tanq̃ gestientes confessionem laudis persoluere, dicãt tibi & confiteantur, quòd nemo sit alius similis tibi, sic omnimodis magnus, sic potens, sic sapiens, sic bonus ad saluandum humiles.

12 *Eripiens inopem de manu fortiorũ eius:*

Tu es enim qui liberas eos, quibus deest humanum auxiliũ de potẽtia & uiolenta manu potentium seculi, qui ipsis sunt diuitiis, dignitate, & authoritate potẽtiores:

* *egenum & pauperem à diripientibus eũ.*

qui liberas egenos & pauperes supplices tuos,

tuos,tibiq; deuotos,è violentia, iniquorum qui eos p vim quærunt opprimere.

13 *Surgentes testes iniqui, quæ ignorabam interrogabant me.*

Volo autē ego ad laudē tuā meæ oppressionis & persequutionis exponere grauitatē.Ecce consurgentes aduersum me falsi testes,obiiciebāt mihi,& proponebant quasi reo ea,de quibus,mihi sm veritatē minime erā consciusˢ,& à quibus me cōscientia & veritas nouit alienissimū: de illis me accusabant,quæ ego nūquam me vel dixisse vel fecisse cognoueram.

14 *Retribuebant mihi mala pro bonis:*

Pro bonis q̄ ego illis impenderam,& impendere non desinebā, reddebant mihi mala,afflictiones & persequutiones grauissimas,quas ab illis sustinui:

* *sterilitatem animæ meæ.*

ad sterilitatē aīę meæ,ita vt quasi sterilē facerent animā meā,cui præ nimia molestia nihil agere libebat eorum q̄ vellet: quēadmodū accidere solet iis qui nimijs premuntᶠ molestiis,ut quasi steriles & semimortui videantᶠ,dum eis nihil agere libet,vel licet eorum quæ vellent.

15 *Ego autem,cum mihi molesti essent induebar cilicio.*

Ego verò,cum illi sic mihi multis modis essent molesti,non me cōuerti ad reddēdum malum p malo,aut vt p meipso vindictā facerē:sed magis ad pœnitentiæ lamēta,& ad humilitatis insignia,vt sic humiliatus & pœnitens tibi commendarē causam animæ meę, simul & pro illis te deprecarer:itaq; ego ad humilitatis & pœnitentiæ protestationem,operiebam meipsum cilicio vel sacco,quæ sunt operimenta apta pœnitentibus.

16 *humiliabam in ieiunio animam meam:*

Humiliabā quoq; & affligebā corā te animā meā in ieiunio,qd ipsum etiā pœnitentibus & sese humilianubus cōuenit, sicq; in hac humilitate tam pro meis q̄ pro illorum peccatis orabam:

* *& oratio in sinu meo conuertetur.*

& oratio mea quā p illis effudi, licet in illis propter impedimentū obstinati cordis eorum non proficeret,non frustra tamen effusa fuit:quia ad me reuertebatur & ad memetipsum ac meos redibat copiosè fructus ipsius.

17 *Quasi proximum & quasi fratrem nostrum sic complacebam:*

Tanquā ad amicos,& amicitia singulari velut pximos, imò tāquam erga fratres meos,sic placide,mansuete,& benigne in oī gratia cōuersabar ad illos,quātum in me erat,cum illis pacem & charitatem q̄rens & tenēs,sicq; meā erga illos cōuersatione instituēs,ut laborarē eis tāquam amicis & fratribus meis complacere, si quo mō potuissent emolliri, & ne quomodo ego illis causam pstare mali odii,

* *quasi lugens & cōtristatus,sic humiliabar.*

& pro illorum obstinatione atq; cōsummata malitia sic humiliabar & affligebar,quēadmodū solent qui luctū habent & degunt in tristitia. Quia.n charitas faciebat aliena mala quasi propria reputari nō poterā nō contristari & lugere super iniustorum insanabili peruersitate.

18 *Et aduersū me lætati sunt & cōuenerūt:*

Ipsi verò econtrario in malis meis cōtra me gaudebant,quum mihi mali aliquid vidissent accidere,imò conuenerunt ipsi pariter aduersum me vt tractarent, quo modo mihi mala inferrent:

* *congregata sunt super me flagello,& ignorani:*

sicq; per illorum conciliabula iniqua, accumulata sunt, sup me mala plurima, cum ego ignorarem causam tantorū malorum,& nullius omnino rei mihi conscius essem,ob quā ita contra me impiè & crudeliter agerent.

19 *Dissipati sunt nec compuncti:*

Dissipati sunt,atq; in diuersa suis cogitationibus distracti,quærentes varia cōsilia & modos diuersos,quibus me affligerēt,& his oībus nō sunt compuncti corde neq; vlla miseratione cōmoti sup innocentia mea,sed absq; omni misericordia & compunctione pergebant nouam contra me excogitare malitiam.

* *tentauerunt me,subsannauerunt me subsannatione frenduerunt sup me dētibus suis.*

multis & variis modis vexauerunt me,irrisionibusq; & illusionibᵘ varijs cōtumeliā magnā & multiplicem intulerunt mihi insup.& fremuerunt contra me, frenduerunt q; dētibus suis præ indignatione nimia;veluti dolentes q uon possent omnem suā maliciā & crudelitatē sufficienter

cienter effundere, veluti maiora ac plu-
ra adhuc irrogare cupientes.
20 *Domine quando respicies:*
Tu verò Domine Deus, q cõmẽdaui cau-
sam meã, in quo tota mihi spes reposita
est, respice iadẽ oculo misericordiæ tuæ
ad me seruũ tuũ, & mea hæc omnia ma-
la, quę siue causa patior ab iniquis,
* *restitue animã meã à malignitate eorum:*
& animam meam, quæ nunc tantis affli-
gitur malis, in libertatẽ constitue, & eri-
pe à peruersitate illorum:
* *à leonibus unicam meam.*
ab illis (inquã) persequutoribus meis, ĩ
modum leonũ ferocissimis, animã meã
(quæ ut vnica est mihi charissima) resti-
tue in libertatem, & salua, ut ab illis nõ
rapiatur in mortem.
21 *Confitebor tibi in Ecclesia magna:*
Pro gratiarũ actione ego tibi confessio-
nis laudẽ psoluam, in multitudine ma-
gna & copiosa fideliũ atq; sanctorũ tuo-
rũ, in cõspectu oĩs Ecclesiæ sanctæ tuæ.
* *in populo graui laudabo te.*
in populo multo & magno valde ego lau
dabo te: & corã oĩbus fidelibus tuis, quo-
rum futurus est maximus numerus, lau-
dem tibi pro gratiarum actione reddam,
cum me ex illorum manibus saluaueris
à morte, & in vitam reduxeris.
22 *Non supergaudeant mihi qui aduersant*
*mihi inique:*
Nõ patiaris tu Dñe, neq; permittas fieri
vt gaudeant sup me, & de casu atq; perdi
tione mea exultent impij illi, qui contra
omnem iustitiã & ęquitatẽ innocentem
me persequuntur & tribulant.
* *qui oderunt me gratis, & annuunt oculis.*
qui sine causa (cum ego illis nihil nisi
bonũ ostẽderim) me psequunt odio, &
nihilominus fm exteriorũ signorũ iudi-
cium inimicitias dissimulant, & simulant
finguntq; amicitiam oculis mihi & nuti
bus (vt solent amici amicis) annuentes.
23 *Quoniam mihi quidẽ pacifice loquebant*
Nam mihi hi quidem ore pacẽ monstra
bant, & velut amici loquebantur cum pa
ce & reuerentia, ne prauas eorum machi
nationes aduerterem:
* *& in iracundia terræ loquentes dolos cogi*
*tabant.*
Verùm intrinsecus in iracundia terrena
E pessima inuidia (quã ipsi ex terrenis affe
ctionibus contra me conceperant) dum
mihi loquerentur dolos, & malitias pessi
mas cõtra me voluebãt in cordibus suis
excogitantes quomodo me in mortem
& confusionem pertraherent.
24 *Et dilatauerunt super me os suum:*
Et cũ ego in malũ aliquod venissem, aut
aduersi aliquid mihi contigisset, aperie-
bant illi in latitudine os suũ contra me,
ad exprobandum & illudendum mihi.
* *dixerunt euge, euge, viderunt oculi nostri.*
resolutiq; in chachinnum, ad se inuicẽ cõ
tra me dixerunt in magna lætitia, euge
euge, iã tandẽ viderunt oculi nostri qđ
F tamdiu desiderauimus, iã oculis nostris
vidimus impletum, vel ex parte aliqua
cordis nostri desiderium: sic inuicẽ se ad
congratulationem de meis malis excitã
tes, & meæ miseriæ insultantes.
25 *Vidisti domine ne sileat:*
Non tẽ ista latẽt Dñe, q vides, & nosti oĩa
ac pinde oro, ut motus misericordia nõ
dissimules, neq; cesses auxiliari mihi.
* *domine ne discedas à me.*
Dñe Deus ne elonges teipsum à me, per
subtractionem auxilij & defensionis tuæ.
Nam si tu vel paululum abscesseris, facil
limẽ illi dominabuntur mihi.
G 26 *Exurge, & intende iudicio meo:*
Exurge Dñe, & quasi de somno excitatus
euigila, sisq; attentus ad faciendum &
exequendum pro me iudicium contra il
los persequutores meos.
* *& Deus meus & dominus meus ĩ cãm meã*
tu (inquã) q es Dñs meus, & Deus meus
exurge, & intẽde ad decernẽdã & iudicã
dam causam meã, quã tibi cõmẽdaui, ne
que vltra differas iudiciũ. Tẽpus est.n. vt
illorum malitia confundatur, & serui tui
patientia remunerationem accipiat.
H 26 *Iudica me secundum iustitiam tuam, do*
*mine Deus meus:*
Fac pro me iudicium, & causam meã iu
dica contra aduersarios meos, fm iustitiã
& ęquitatem tuam: cuius est innocentes
liberare, & condemnare noxios:
* *& non supergaudeant mihi.*
& nõ permittas, ut illi de me lætentur,
neq; patiaris illos sui voti cõpotes fieri.
28 *Non dicant in cordibus suis, euge, euge,*
*anima nostra:*

Non

Non sinas eò rē meā deuenire, vt gaudentes de mea perditione, dicant intra se lætitia & exultatio fit aiæ nostræ: non sinas (inquā) ita illos sese lætificare de meo interitu: quod certè facerent, si sui propositi effectu potiri possent.

** nec dicant deuorabimus eum.*

neq; eò rē deuenire patiaris, vt verè dicere possint, Iā prorsus deuorabimus & absorbebimus eum, iam illum in mortem & perditionem præcipitabimus.

*29 Erubescant & reuereantur simul qui gratulantur malis meis.*

Quin potius confusio & erubescentia illis veniat pariter oībus, quicunq; gratulantur & gaudent de malis meis, aut concupiscunt meam perditionem.

*30 Induantur confusione & reuerentia, qui maligna loquuntur super me.*

Confusione & erubescentia inuoluātur, & velut operiant̄, quicunq; cōtra me in malū magna & superbia loquuti sunt, q.cūq; in superbia aduersum me præsumptuose egerunt. Confundant̄ (inquā) videntes tuo auxilio oīa ipsorū contra me consilia esse irrita, & p te malū quod michi fuerant machinati, esse à me depulsum, & in ipsos potius authores retortū.

*31 Exultent & lætentur qui volunt iustitiam meam:*

Illi verò qbus beneplacitū est in iustitia mea & q amant innocētiā meā eamq; illesam cupiunt, & saluā ab iniustis persequutoribus, fac tu Dominé, vt exultent & lætentur, congaudentes saluti meæ:

** & dicant semper magnificetur dominus, qui volunt pacem serui eius.*

& illi q desiderant & optant pacē atq; salutē meā, eū te viderint fm iustitiā tuā liberasse meā innocentiā, laudē tibi reddētes, dicāt semper, glorificetur Dominus, & benedicant nominis sancto tuo propter misericordiam mihi exhibitam:

*32 Et lingua mea meditabitur iustitiā tuā:*

Sed & lingua mea de gratiarū actione sollicita, ex corde meditabundo eloquetur, & laudabit admirabilem iustitiā tuam:

** tota die laudem tuam.*

& laudem tuam iugiter omni tempore personare conabitur, neque deficiet laus tua de ore meo in æternum, Amen.

A

## AN NOT. IN PSAL. XXXIIII.

VErsu 1.2.& 3. Iud. dom. noc. me. Clarū est in his versibus, ex spūs abundantia, & velut fidenti ac libera familiaritate ad Deū humano more dirigi sermonē, id qd & in aliis pluribus locis, maximè in Psalmis, subinde solet occurrere. Cōsonat aūt hæc descriptio bellica satis cū eo qd in Cantico Moysi dr: Dñs quasi vir pugnator, oīpotens nomen eius. Viri .n. pugnatoriū est, eū prælium fuerit ineundem, ad inuasionē hostium arma apprehendere, ad propriā verò protectionē clypeū assumere, gladiū euaginare, & hostē circūcingere, sicq; eū expugnare atq; deuincere. Qd aūt in 2. parte tertii versus dr, Die aiæ meæ, salus tua ego sum: illi vt cunq; cōsentit, quod in alio Psalmo ait, Audiā quid loquat̄ in me dñs Deus, qm̄ loquet̄ pacē in plebē suā. Et alibi, Auditui meo dabis gaudiū & lætitiā. Rursum alio in loco, Auditā fac mihi mane misericordiā tuā. Tunc.n. dicit aīç nrç Deus, Salus tua ego sum: cum eā interius consolādo, & timorē hostiū repellendo, de liberatione & salute securā reddit, & de victoria facit bene sperantē. Ac tunc sanè loquitur dñs pacē in nobis, tunc datur auditui nostro interiori gaudiū, tunc audita fit nobis Dei misericordia. ¶ Versu. 5. Auertantur retrorsum & confundantur. Auerti retrorsum dñr ex cōi loquendi consuetudine, qui impediuntur quoquo mō ab impletione operis quod proposuerant aut cœperant. Orat ergo vir iustus, vt ii qui aduersus se mala excogitāt, auertantur retrorsum, id est, vt progredi non possint, neq; perficere quod vel cogitarant vel cœperant. Hanc aūt auersionē vel prohibitionē in malis (q Deo cedere nesciunt) e uestigio subsequit̄ confusio & erubescentia, eo quod in affectū suas cogitationes perducere sint prohibiti. Nā in viris bonis, et si in te qualibet prohiberi eos Diuina dispositione contingat (quēadmodum in Apostolicis actibus Paulo factum legimus, cum in Bithiniā proficisci proponens, prohiberetur à spiritu Iesu) nō subsequitur tñ confusio neq; deturbatio. Norunt enim diuinç dispensationi cedere, & subiectā illi semp suā voluntatem

Exo. 15

Psal. 84.

Ps. 50.

Ps. 142.

Ps. 34.

Actu. 16.

voluntatē tenentes,non confunduntur, E
cū illa aliud disposuerit:sed gaudēt ma-
gis sua voluntate frustra, superiorē illā,
quæ oībus est præparāda,impleri. ¶ Ver
su 7.Fiant viæ illorum tenebræ. Tria si-
mul mala coniungit, quæ deuictis & fu-
gientibus de prælio(sic.n.iam initio Psal
mi)loqui cœpit Propheta more pugnan-
riū valde sunt incōmoda. Primùm.n.in-
cōmodum est, si viā habeāt tenebrosam,
vt non videant quo fugiant Facile n.tūc
vel in foueas, vel in alia loca periculosa
incidunt,aut hostibus ēt nescientes fiunt
obuij.Quod si ēt lubrica est via, geminū F
malum est. Si verò & persequutor velox
subsequatur,qui vrgeat fugientem, & ta-
lis persequutor qui agilitate & fortitudi-
ne superat fugientē( cuiusmodi est ange-
lus dñi,comparatione ad humanam vir-
tutem)vix effugibile malum est. Videnť
aūt ista potissimum ad corporalem con-
fusionem & fugam referri,tametsi valeāt
& fm spiritualē sententiam mystice intel
ligi.¶ Versu.9.Veniat illi laqueus quem
ignorat.Notandum, quod hæc simul cū
præcedentibus quæ per modum impre-
candi ponunť,recte in Christi persequu- G
toribus impleta videntur. Pugnauit.n.
pro ipso aduocatus oīpotens pater eius
& saluum fecit à morte,die tertia ad vitā
eum resuscitando.Illi verò confusi sunt
& impediti ab impletione cogitationum
suarum,quibus Christū cogitabant mor
ti tradere,& eius gloriā(ēt post resurre-
ctionē cognitā)obscurare;facti sunt qua-
si puluis,dispersi in oēs partes mundi ex
vltione Dei,quæ per angelos administra
tur:in tenebris ambulant, & lubrica est
via eorum (qua fm legis literā currunt)
nihil habens solidum, in quo pedem va- H
leant figere:& Diuina vltio vsq; ad tem-
pus constitutum cōsummationis seculi,
quasi subsequitur & coangustat illos:de-
niq; laqueus mortis & damnationis,quē
Christo tetenderant,apprehendit eos,dū
iam pp incredulitatem captiui tenentur,
& tpalia & diabolica captiuitate,post hoc
seculū infelicius æternæ mortis vinculis
illaqueandi.Ipse verò Christus dñs, & in
se,& in membris suis delectatur in dño,
& plenæ laudis ei reddit confessionem.
Sed & quæ sequunť de iniquis testibus

Christo apertissimè ex Euangelica histo
ria conueniunt,& q mala ei pro bonis
impii retribuant Personę quoq; Dauid
hæc omnia non incommode applicari
facilè videt,quisquis historiam libri Re- 1.Re. 24
gum, memoria retinet. Neque.n.semel
pro illo Deus,aut angelus eius pugnasse
legitur,hostesq; in fugā vertisse per vias
tenebrosas,& pluuia ac grandine lubri-
cas factas,persequente eos ad hæc ange-
lo domini nouis terroribus, & laqueum
mortis,quem innocenti Dauid tanto stu
dio tetenderat Saul iniquus, quomodo
idem ipse tandem susceperit,inq; eodem
perierit,manifestè docet præfata historia.
Quæ verò de iniquis testibus dicuntur,
intelligi possunt de his qui apud Saulem
falso accusabant Dauid in iis in quibus
reuera erat innoxius Fuisse.n. eiusmo-
di aliquot,qui apud Saulem falso detra-
hebāt Dauidi, ipsius verba satis dilucide
monstrant,quæ post Saulem egressum è
spelunca, abscissa chlamidis ipsius ora,
clamauit dicens,quare audis verba ho-
minum loquentium, Dauid quærit ma-
lum,aduersum te?¶ Versu 13.Quæ igno
rabam,interrogabant me.Attende nouā
acceptionē verbi interrogare, quod hic
ponitur pro abiicere. Alioqui,testes non
proprie interrogant quærendo,sed asse-
runt,potius testificando. Dñr aūt testes
hic interrogare,forsitan ppea quod sicut
is qui interrogat, responsionē expectat
ab eo quem interrogat:ita testes dū suam
accusationem proponunt,velut respon-
sionem expectant eius aduersus quē obii
ciunt,vt vel consentiat,vel abneget accu
satus.Vnde cum de saluatore nostro fal-
si testes dixissent,hunc audiuimus dicen-
tē,&c.statim adiunxit princeps sacerdo- Mat. 26.
tum,Nihil respondes ad ea quæ isti te- Mar. 14.
stificantur aduersum te? ¶ Versu decimo-
quarto,Retribuebant mihi mala pro bo- Mat. 26.
nis.Cum Psalmus iste Christo dño accō-
modabitur, sterilitas hæc aīæ referri cō-
mode poterit ad illum statum in quo
erat,cūm imminente iam passione paue-
re inciperet & tædere,contristari & mœ Lucę. 22
stus esse:cum factus in agonia,sanguinis
guttas sudaret. Aut intelligatur sterili-
tas ista animæ,cessatio ipsius ab opere,
ad quod missus fuerat. Constat, enim
frequenter

quenter Iudęos sua ingratitudinē (dū ma A la pro bonis nimis ingratè & improbè redderent) Christū ab opere pdicationis & sanationis cessare fecisse, ita vt aliqn latere, cedendū putans malitię, & illorum insaniæ locū dare volens. Ac tunc velut sterilis videbat aīa & vita eius, cū tñ fm veritatē nullo vnquā momento apud pa-
2.Cor.6. trē esset nobis sterilis, tametsi foris videret sterilis, cū nihil exterioris operis ageret. ¶ Versu 15. Induebar cilicio. Quę hic dñr de cilicio & de ieiunio, non certo vident ad literā in scriptura vsquā vel de Chrō, vel de Dauid legi: qđ vel in perse-B quutione inimicorū ista fecerint. Vnde possumus per ista simpliciter intelligere humiliationē & afflictionē, qua & Christus dñs, & Dauid ipse pro inimicis sese afflixerunt, id quod de vtroq; est ex scripturis satis manifestū. ¶ Versu 16. Et oro mea in sinu meo conuertetur. Oro dr in sinū orantis conuerti, qū pro ali s effusa, & velut foras emissa, in propriā vtilitatē redit eius à quo fusa est. Ex cōi aūt loquendi consuetudine hic sermo accipit. Quod.n. in sinu habemus, nondū periisse dignoscit. Et quod in sinū reuertitur, C nondum perijt fructus eius. In sinu.n. seruabitur. Atq; per hunc modū ecōtrario dicimus, in ventum, vel in aerē abire orationē illorū, qui nec sibi, nec aliis fructū orando faciunt: quēadmodū sunt superborū & impiorū inacceptabiles preces. Quæ.n. in ventū effunduntur, pereūt. ¶ Versu 17. Quasi prox. & quasi fra. nost. sic comp. ac deinceps, manifestū ex Euāgelica historia, Chrō hæc oīa cōpetere. Mansuetissima.n. & amicabilissima eius erga oēs conuersatio fuit: & tñ sæuissima fuit rabies psecutorū eius, tā in cruciatibus D & flagellis, quā in irrisionibus & opprobriis. Sed & versu 22. manifeste indicat, hunc Psalmū de Christo potissimū intelligi. Nā apud Ioannē legimus Christum sibi ipsi huius scripturæ partē applicasse, cum post enatratā Iudæorum feritatē conclusit, dicēs, Sed vt impleat sermo qui in lege eorum scriptus est Quia habuerunt me gratis. Versus quoq; mox sequentes, Christo optimè quadrant Pacifice.n. Iudæi loquebant Christo, vocātes eum magistrum, pceptorē, & à Deo missum, vt ex diuersis Euangelii locis clarescit: & cætera itē q̄ sequunt, ex Euangelica lectione aperte Chrō videnť conuenire. ¶ Versu 21. In popu. gra. laud. te. Populus grauis non significat grauitatē morū, quā maturitatē possumus nuncupare, vt sit sensus. ī populo maturo laudabo te. Tametsi.n. hæc sua habeat veritatē (siquidē in maturis & bene cōpositis laudant Deus, nō in iis qui leues sunt & incōpositis moribus) non vr tñ ista hoc in loco esse scripturæ huius intelligentia. Significat aūt grauitas ista potius copiosam multitudinē. Nā & vulgo sic loquimur, multitudinē & magnitudinē admodū copiosam 1.Mac.1 volentes significare. Velut cum dicimus Rex cū exercitu graui inuasit hostes. Cōgregat imperator aduersum Turcas graue exercitum. Sic primi libri Machabęorum primo capite de Antiocho dr, q, ingressus est Aegyptum in multitudine graui, id est, in magna exercitus multitudine. Et Esaiæ 21. c. dr, à facie grauis præ Esaiæ. 21 lii, pro plio grandi & magno. Vñ ex Hebræo q̄dā vertunt, In populo multo. Beatus verò Hierony In populo forti: quod ad eandē pōt sniam reduci. Populus aūt iste multus, est fidelīū populus, q ex Dei gratia mirum in modum auctus est, & excreuit p vniuersum orbē. In quo sane populo, p vniuersā Ecclesiā, laudat filius patrē, vt hoc in loco pollicet. ¶ Versu 23. In iracun. terræ loqu. dolos cogitabant. Iracundia terrę dr mala iracundia, qualis erat iracundia psequutorum Chri. Exarserunt.n. & indignati contra eum, nō fm Deum, neq; pp Deum (tametsi falso illud suæ impietati prætexerunt) sed fm carnē & terrenas affectiones: quoniam videlicet veritatem prædicabat, & cœlestia annunciabat, vitia autē illorum arguebat, in quibus persistare eligebant Sed & in illo solenni suo consilio, quod aduersus Christum pontifices collegerant, quid aiunt? Ioan.11 quam proponūt indignationis causam? Si dimittimus eum sic (inquiunt) omnes credent in eum, & venient Romani, & tollent nostrum locum, & gentem. Videlicet manifestum est, iracundiam hanc non nisi terrenam fuisse, quo loquentes dolos aduersus illum cogitabant. ¶ Versu 24. Dilatata. sup. me os suum. Dilatare

re os solē:,q irridēt& exprobrāt alijs,aut q ꝑtraaliquē glorianť.Vñ Anna Samuelis mr̄,in Cātico suo dicebat, Dilatatū est os meū sup inimicos meos &c.nimirum significare volens,iā se gloriari posse cōtra suā æmulā,& habere iā quod illi respondeat, quæ ante ipsam crebris exprobrationibus solita fuerat affligere. Particula aūt,euge euge,partim quidē exprobrantis & insultantis esse vr̄, quatenus contra ipsum dirigitur,super quo profertur:partim verò exhortantis ad gaudiū, quatenus sibi inuicē loquūtur,qui pariter glorianť aduersus alium. Et similē ferè vim habet cū dr̄, vah vach,qđ beatus Hierony.ex Hebræo vertit, pro euge euge. In Hebræo hr̄ heach heach: ꝙ est aduerbium gaudendi atq; etiam illudendi.

1.Reg. 2.

## XXXV. PSALMI ARGVMENTVM.

*IN profunda meditatione rerū duarum diuersissimarum id est, humanæ prauitatis & Diuinæ bonitatis, constitutus Propheta, hunc sequentē Psalmum cōposuit, In quo primis quatuor versibus, hoīum in malitia obstinatorum depingit peruersitatē, qui Dei timore abiecto, dolose agūt corā Deo, tam verbis quàm operibus ad omnem impietatem faciles semperq; parati. Mox verò in 5. & 6. versibus, quasi ab extremo in extremū aliud subito transiens, saltu magno ad diuinæ bonitatis & omnimodæ perfectionis consideratione transilit: misericordiæ eius in cœlis altitudinē, veritatis ac fidei plenitudinē, iustitiæ firmitatem, & iudiciorū inexhaustā profunditatem considerans. Ac deinde specialius magnificentiam misericordiæ eius prosequitur, per quā & infimos, vilissimos peccatores, à sua salute Deus non repellit: sub cuius alis sperant oēs fideles, de cuius dulcedine reficiuntur atq; potantur electi, tanquā de fontali origine vitæ & oīs boni. Quā & misericordiā simul cum vera Dei iustitia prætendi & exhiberi fidelibus postulat, suā meditatione concludens: & ne impedimentum vllū aut obstaculum inueniat operatio diuinæ misericordiæ, malum superbiæ deprecatur, per quod cecidisse meminit omnes operatores iniquitatis. Facit aūt hanc contemplationem admodum iucundam & delectabilem illa rerum diuersissimarū comparatio (opposita enim sibi inuicem iuxta posita magis elucescunt) dum primum profunditatē malitiæ hominum obstinatorum considerat, mox verò ex opposito Dei omnimodam & sublimissimam perfectionem contemplatur: à qua, deinde ordinato progressu, descendit ad considerationem beatitudinis & fœlicitatis bonorum, qui sperant in illa.*

## XXXV. PSALMI ELVCIDATIO.

DIXIT iniustus, vt delinquat in semetipso:

Dixerunt hoīes impij in cordibus suis intra semetipsos,& propositum fecerūt,vt absq; remorsu malè agant: sicq; ex electione & proposito malæ voluntatis præeligunt iniquitatem virtuti:

* *non est timor Dei ante oculos eius.*

non habent Deū præ oculis neq; timorē eius:atq; ita sine fræno, sine retinaculo sese libere dedunt oībus iniquitatibus quas cogitauerunt in cordibus suis.

2 *Quoniam dolose egit in conspectu eius:*

Non habere aūt illos timorē Dei ante oculos,hinc euidens est, qm̄ dolose, nequiter,& duplici corde agunt in conspectu Dei, quasi existimentes se posse latere Deum, vel quasi non sit ipse iniquitatum iudex & vltor futurus:

* *vt inueniatur iniquitas eius ad odium.*

ita(inquam) dolose & nequiter agunt,vt inueniatur iniquitas eorum odibilis,detestabilis,& abominabilis Deo, fiantq; ipsi propter suam dolosam malitiā Deo prorsus odibiles & abominabiles, & reprobi à conspectu ipsius. Qui enim ex infirmitate qualibet peccant, sic tamen vt non prorsus timorem Dei abijciant, nebue dolose agunt in conspectu Dei,in impœnitentia absque remorsu perseuerando, quasi ipsum latere possint, aut eius manus effugere, sed post cōmissum peccatum ad cor reuertuntur,horum iniquitas non omnino inuenitur ante Deū ad odium:neque ipsi Deo per hoc prorsus odibiles fiunt & reprobi,quemadmodum illi priores.

3 *Verba oris eius,iniquitas & dolus:*

Verba

Verba oris impiorũ illorum quæ loquuntur, A
plena sunt malitiæ & fraudis, malitię
quidẽ cõtra Deum fraudis cõtra proximum.
Ex abundantia.n. cordis (quod
in proposito malitiæ firmatũ est & obduratum)
os illorum similia loquitur.

* *noluit intelligere ut bene ageret.*

Mat. 12. neglexerunt, imò cõtempserunt & recu-
Lucæ. 6. sauerunt intelligere ueritatẽ, & ea cogno
scere, quæ ad vitam benignè agẽdã eisẽt
necessaria, à veritate auditũ & intelligen-
tiã auertentes, dicentes Deo, Recede à
nobis, sciẽtiam uiarum tuarũ nolumus.

4 *Iniquitatem meditatus est in cubili suo:* B

2.Ti. 4. Iniquitatẽ meditãtur in cubilibus, in pe
Iob. 21. netralibus cordis sui, atq; etiam in cõcla-
uibus suis, cũ fuerint solitarii, nihil aliùd
reuoluunt, quam quomodo suas iniqui-
tates ualeant perficere,

* *astitit omni viæ non bonæ:*

assistunt iuxta omnes uias malas prõpti
eas perambulare, ad mala quęlibet operando
faciles atque parati,

* *malitiam autem non odit.*

nullam horrescunt impietatem, prõpti
ad exercendam quãlibet malitiam, vbi
primum sese obtulerit occasio.

5 *Domine in cælo misericordia tua:*

Verùm his in sua peruersitate relictis, ad
te potentissime domine Deus transeo cõ
templandum. Ac primum quidẽ offert se
se mihi immẽsa tua misericordia, q̃ tan-
to mihi est admirabilior, quãto illorum
est impietas ꝑfundior, quam tu ita beni-
gne sustines, ita toleras patienter. Relu-
cet autem eadẽ hæc misericordia tua, po
tissimum in cęlo, & beatis incolis eius,

* *& veritas tua vsque ad nubes.*

ueritas autem & fides tua totã replet ter
ram, estq; altissima & excelsa, quasi vsq; D
ad nubes, qm̃ tu ueritatem & fidem ser-
uas altissimã atq; certissimam omnibus
inhabitantibus terram, omnibus uerax
existẽs, & fidelis in omnibus uerbis tuis.

6 *Iustitia tua sicut montes Dei.*

Ps. 144. Iustitia tua per quam vnicuiq; reddis se
cundũ opera, & per quam iudicas oĩa, ip
sa est alta nimis firmaq;, stabilissima &
immobilis, ad modum montium Dei, id
est, altissimorum & immobilium, quam
nemo poterit à rectitudine sua in alterã
partem deflectere.

A * *iudicia tua abyssus multa.*

iudicia autẽ tua, quibus omnia dispẽsas,
gubernas, & diiudicas, profunda sunt &
imperuestigabilia, quæ nullus ualeat hu
manus intellectus perscrutando inueni-
re, quẽadmodum abyssus immensa, cuius
profunditas cognosci non potest.

7 *Homines & iumenta saluabis domine.*

Tu domine secundum occulta tua consi
lia atq; iudicia saluos facere decreuisti,
non solum homines præcipuos, qui sm̃
legem tuam vel scriptam, vel naturalem
rationabiliter vt homines uiuunt, te co- Ps. 43.
B lentes & tibi operibus bonis secundum
rõnem & legem præscriptã seruientes, ve Ps. 31.
rumetiam infimos & despectissimos ho
minũ, qui iumenta potius q̃ homines ap
pellari meruerũt, assimulati per uitam ir-
rationabilẽ iumẽtis irrationabilib⁹, simi-
lesq́; facti equis & mulis, in q̃bus nõ est in
intellectus, cuiusmodi populus gentium
erat idololatrarum, & peccatorum oĩum
carnalium, quorum bonã partem à suis
uitiis, & irrõnali uita cõuersã tu saluabis

* *quemadmodum multiplicasti misericordiã tuam Deus.*

C & in hoc mirabili opere misericordiæ
tuæ ò bone Deus, quo modo & quantũ
magnificasti atq; glorificasti sanctam mi
sericordiam tuam. Nam quod etiã nos
infimos & sordidissimos peccatores di-
gnatus es uocare & suscipere ad gratiam
atq; salutem, est hoc profecto maximæ
& inęstimabilis misericordiæ certum iu
dicium.

8 *Filij autem hominum in tegmine alarum tuarum sperabunt.*

Atq; ob hanc tuam præclaram miseri-
cordiam, filii hominum de sua salute
D soliciti, & tibi seruire cupiẽtes, spẽ suam
cõstituent in protectione tua, subq́; alas
misericordię tuę uelut ad tutissimũ refu
gium confugient, vt sub eis foueantur in
ꝑfectu spiritualiũ uirtutum, & protegan
tur ab aduersitate persequentium. Nusquam
enim nisi ab his tuis alis tutum
est electis refugium.

9 *Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ:*

Sub his autem alis tuæ misericordię ha-
bitantes, copiosè pascentur atq; reficien-
tur de vbertate, de abũdantia, de pingue-
dine domus tuæ,

&

* *& torrente voluptatis tuæ potabis eos.*
& tu domine potabis eos, atq; reficies de lipidissimo illo torrēte iucūditatis tuæ: in hac quidem præsenti vita, de pinguedine & torrente gratiæ spiritus sancti, qua in Ecclesia sancta reficiuntur, consolanẽ & abunde implentur animæ fideliū tuorū, in futura aūt patria, de illa abundantissima plenitudine oīs boni, qua satiantur oēs beati, cū apparuerit illis gl'ia tua.

Ps.16.

10 *Quoniam apud te est fons vitæ:*
Nam apud te, siue tecum: est fontalis origo omnis uitæ: esq; ipse tu fontalis uena a qua omnis uita effluit, & à qua incessanter & indeficienter uita profluit atq; emanat in omnes in quos uolueris, atq; ob hoc potens es uoluptatem uitæ æternæ communicare filiis hominum, adhærētibus tibi, qui es uena aquarum uiuentiū:
* *& in lumine tuo videbimus lumen.*

Iacc.17. in lumine tuo, quod in nobis tu infundis, daẽ nobis uidere & cognoscere teipsum q es lumen increatū, infinitū & immensum, Nam & nunc in uia, ꝙ te vicunque cognoscimus ꝑ speciē, ex beneficio est tui luminis, siue naturalis siue fidei, qd tu utrūq; infundis i nobis. In patria aūt eū te facie ad faciem cōtutbimur, erit ī nobis refulgētia gloriæ & claritatis tuę quam in nobis recipiemus tanquam in speculo, quando ad imaginem tuam trāsformabimur à claritate uultus tui.

..Co.13.
2.Cor.3.

11 *Prætēde misericordiā tuā scientibus te:*
O: o aūt te dñe, concludens meditationē hanc meam, vt misericordiam tuum extendas ad illos omnes qui in te credūt, q te per fidem cognoscunt & sciunt:
* *& iustitiā tuā his qui recto sunt corde.*
& iustitiam tuam exhibe ac prętende iis qui sunt syncerę & bonę uolūtatis, è quorum numero me quoque ex tua gratia unum esse confido.

12 *Non ueniat mihi per superbia:*
Ne autem ullum mihi misericordiæ atque iustitiæ tuæ eueniat impedimentum obsecro domine vt non patiaris in mētis elationem me incidere, & superbiam in me uenire, qua præceps ferar in malū, & di moueat à rectitudine status mei,
* *& manus peccatoris non moueat me.*

Ioan.8. neq; permittas, vt peccatorum potentia atq; potestas (siue diaboli, qui peccat ab initio, fine hominū malorū, qui imitantur illum, & sunt ex parte illius) suis tentationibus persequutionibus, extra ueritatis uiam me pertrahant in deuia iniquitatis, & à soliditate uirtutis demoueat in instabilitatem peccati.

1.Ioan.3

13 *Ibi ceciderunt, qui operantur iniquitatē:*
Neq; verò sine causa est quod mihi metuo Illic enim (id est, in superbia, & per superbiam) ceciderunt omnes operarii iniquitatis, primum quidē spiritus magni, qui per superbiam corruerunt à sublimitate conditionis suæ in infima baratri: deinde & oēs q peccauerūt in hominibus, qm̄ initium omnis peccati superbia est, & per illam apostatare siue auerti à Deo,

Eccl. 10.

* *expulsi sunt nec potuerunt stare.*
per illam expulsi sunt, & eiecti a suis sedibus (quæ illis pręparatę fuerāt, si in superbiam non fuissent elati) & non potuerūt perstare in ea gloria, in qua conditi fuerat ab initio, postquam uenisset illis pes iste superbiæ, qui si illis non venisset, nūquā expulsi fuissent sed perstitissent vsq; in hodiernū diem, & in sæculum sæculi. Atq; hanc ob causam, cupiēs ego imperpetuū sentire misericordiam tuā, atq; in tua iustitia semper perstare merito hoc à te omni instātia postulo, vt ab illo pede superbiæ pessimo, & peccatorum manibus, me custodias in sempiternū Amē.

## ANNOTA. IN PSAL. XXXV.

Versu primo Dixit iniustus vt delinquat in semetipso, iuxta sententiā in Elucidatione explanatam, particula: in semetipso, copulari debet cum uerbo primo loco posito, ad hūc modū: Dixit iniustus in semetipso, vt delinquant, uidētur aut enunciandi modo significari illi, qui peccāt ꝓposito cordis, ex peruersa & obstinata malitia. Nā qui ex infirmitate aut fragilitate peccant (qd est humanū) hi in semetipsis in spiritu, priusquā peccēt, dicunt ut bene agant, id est, proponunt bene agere, tametsi obueniēte tentatione, iu æta proposirū nō agāt. Atq; hi sanè, cū vt hoīes peccēt, nō penitus statim reprobantur à Deo, sed per pœnitentiā redeuntes post peccatū, recipiunẽ & saluanẽ ab eo. Atq; hmōi ex infirmitatē, vel ēt ex ignorantia

rantia peccantes, iumenta illa commode intelligi possunt, de quibus fit mentio in versu septimo. Vt enim priorum illorum propter obstinationem insanabile peccatum est, & icirco sub odio Dei sunt & reprobi, ita horum econtrario propter infirmitatem sanabile malum, neque reprobi sunt à conspectu Domini, qui non solos agnoscit innocentes, uerumetiam suscipit & saluat peccatores poenitentes. ¶ Versu 3. Cum dicitur, verba oris impii, iniquitas & dolus similis modus loquendi est, quo alibi de Deo dicitur, quod opus eius sit confessio & magnificentia, id est, magnificum & confessio dignum. Et alio in loco, mandata eius dicuntur veritas & æquitas, id est, vera & æqua. Ita sane & hoc in loco, verba impiorum dicuntur iniquitas & dolus, quoniam iniqua sunt & dolosa, siue fraudulenta impietate nimirum & fraudolentia plena. In secunda autem parte uersus, verbum voluit, accipiatur non ut dicat meram negationem, quasi non uoluit, sed potius contrarietatem, pro recusauit & uoluntatem auertit. Nam obstinati illi in impietate sua (de quibus manifestum est hoc loco fieri sermonem) non solum non volunt intelligere quæ bona sunt, uerumetiam recusant intelligere, & plane sua praua voluntate auertunt intellectum. ¶ Ver. 5. Dom. in cęlo miser. tua. Ne discriminatim & diuisim istas huius versus partes intelligas, quasi solum in coelo sit Dei misericordia & ueritas, solum usque ad nubes. Nam & in cęlo est ueritas, & est in terris usque ad nubes misericordia. Illo tamen distincto loquendi modo uti uoluit Propheta, propterea quod in cęlo specialius relucet Dei misericordia & vbique fidem & ueritatem ipse custodit omnibus, ubicunque locorum fuerint, absque personarum acceptione, quemadmodum in Apostolicis actibus ait Petrus, In ueritate (inquit) comperi, quia non est personarum acceptor Deus, sed in omni gente, qui timet Deum, & operatur iustitiam, acceptus est illi. Potest per hanc distinctionem sermonis accipi tamen super excellentia Diuinæ misericordiæ, secundum manifestationem & apparentiam: eo quod multo maior appareat erga nos Dei misericordia, quàm iustitia. Vnde in alio Psalmo dicitur, Miserationes eius super omnia opera eius. Et Iacobus

Psal. 110.
Psal. 118.
Actu. 10.
Psal. 144.

A Apostolus in sua Canonica Epistola, superexaltat (inquam) misericordia iudicium. Hanc autem præcellentiam misericordiæ conuenienter accipimus, in eo quod dicitur misericordiam esse etiam in cœlo, id est pertingere vsque in cœlum, iustitiam autem vsque ad nubes. Manifestum est enim nubes sub cœlis esse inferiores. Secundum ueritatem tamen, & vsque in cœlum pertingit iustitia, & illic est, oportetque eam æqualem esse cum misericordia cum utraque infinita sit & æque immensurabilis, cum sint iustitia & misericordia Dei, unus & idem ipse infinitus B Deus & incommensurabilis. ¶ Versu 7. Homines & iumenta saluabis domine. In Elucidatione spiritualiter quæ sint iumenta exposuimus. Non enim in congruum est, neque nouum in scripturis, uocari res illorum nominibus quibus assimilantur sin aliquam proprietatem, quando & Christus, propter mansuetudinem & tolerantiam passionis, ouis uel agnus: propter fortitudinem atque uictoriam, leo, propter firmitatem, petra inuenitur appellatus. Ita nihil inconueniens, si homines honorem sibi à Deo datum non intelligentes, ac seipsos iumentis insipientibus C assimilantes, iumenta etiam appellentur. Quod autem etiam iumenta huiusmodi uelit saluare Dei misericordia, apertissime testatur ipsa uox filii, dicentis in Euangelio, Non veni uocare iustos, sed peccatores ad poenitentiam. Quid enim hoc est aliud quàm, Non solum homines uerumetiam iumenta veni saluare? Nam publicani & peccatores (de quibus loquebantur dominus) indubie ex his iumentis erant. Verùm hinc nemo ansam sumat erroris, nemo aliter quam oportet ea quæ hic dicuntur de saluatione iumentorum intelligat, quasi dicere ve-D lit Propheta, æque omnes à Deo salutem consequuturos, siue bonus siue malos: & iam esse uniuersalem Dei misericordiam, ut neminem sit repulsura à salute æterna in damnationem. Manifeste enim hoc aduersatur Euangelicæ doctrinæ, quæ bonos in uitam æternam docet ituros in die iudicii, malos uerò in æternum ignem. Non ergo illa est sententia Prophetæ, quod uniuersaliter omnes et irrationabiliter & male uiuentes sit Deus in salutem æternam admissurus, eos quos in morte & in die iudicii

Iacob 2.
Esa. 53.
Apoc. 5.
Ibidem.
1. Cor. 10
Esaiæ. 8.
Matt. 9.
Matt. 25
Ioan. 5.

iuméta inuéti fuerint. sed hoc tñ vult ser E
mo ꝓpheticus, ꝙ multos pctóres in suis pctis sordidos, à pctis in hac uita saluos facit Deus & mundat: sicq; q erant iuméta, hoies facit, atq; in salutẽ æternã ꝑducit. Possent tñ iumenta ista intelligi corporaliter irrationales bestiæ, ac tunc verbum, saluabis, nõ dẽt accipi, ut solet in scripturis ꝓ saluatione iustorum, uel à pctis, uel in vitã æternã, sed referri ad nutritionẽ, & sustentationẽ in sua essentia. Est.n.iã magna Dei misericordia, ut nõ solum hoibus q ad uitã sunt necessaria subministret, verumẽt irrationabilibus F
Ps.144. bestiis, & infimis aĩalibus, iuxta illud alterius Psalmi, Oĩa à te expectãt, vt des illis escã in tpe opportuno. Et iterum, Qui
Ps. 103. dat escã oĩ carni. Verum prior intelligẽtia magis vr̃ esse ex mẽte Psalmographi.
Ps. 135. Versu eodẽ. Quemadmodum multiplicasti misericordiã tuã De⁹. Istud legi põt diuisim, ſm ſnĩam à priori parte, vt sit admiratio q̃dã ex consideratione magnæ misericordiæ Dei. Et hanc ſnĩam in Elucidatione sequuti sumus. Cui ẽt consentit B. Hier. ex Hebræo translatio, q̃ sic habet, Quã ꝑtiosa est misericordia tua, dñe, G
Ad quẽ modum concorditer vertũt etiã cæteri ex Hebræo interpretes. Posset tñ iuxta nostram lectionem legi coniunctim cum priore parte, ad hunc sensum, Hoĩes & iuméta saluabis dñe, ſm quod uel iuxta quod multiplicasti seu magnificasti misericordiã tuã, hoc est, ſm multitudinem, uel potius ſm magnitudinem aut magnificentiam misericordiæ tuæ.

¶ Versu nono, Inebriabunt̃ ab ubertate domus tuæ. Illud mirandum de libertate sanctarum scripturarum, ꝙ illis etiam uocabulis, quæ apud hoĩes uitium sonãt H
& fœditatẽ, in rebus sacratissimis utitur. Veluti cum hic inebriari dicant sancti ab vbertate domus Dei, & cum alibi satiandum se dicit Propheta, apparente gloria
Psal. 16. dñi. Manifestum autẽ est, in huiusmodi sermonibus oẽm crassitiẽ semoueri debere, nihilq; crassum, corporale, aut fœdũ oportere intelligere. Inebriatio.n. hoc in loco, sicut & illic satietas, nõ aliud q̃ plenitudinem & perfectam abundantiam significat, quemadmodum apud hoĩes pleni sunt cibo aut potu absq; defectu, qui satiati sunt aut inebriati. Põt verò ista vbertas domus Dei, vel ad Ecclesiã militãtẽ, uel ad triũphantẽ referri, quẽadmodum & sequẽs particula de torrẽte voluptatis, quã uis magis videat̃ de Eccl. triũphãte sermo haberi. Qđ autẽ torrẽs uoluptatis dr̃, quo potant̃ sancti, satis illi cõsonat qđ apud Ioãnẽ de aqua spũalis gratiæ dr̃, Oĩs qui biberit ex aqua hac, fiet in eo fons aquæ uiuæ salientis in uitã æternã. Nõ.n. est aqua hæc stagnalis, sed impetu ꝑpetuo illuc recurrit vñ egreditur, iuxta illud, Ad locum vñ exeunt flumina, reuertunt̃. Quemadmodum.n. aqua spũalis grẽ à throno ꝓcedit oĩpotẽtis, ita ad eundẽ magno impetu redire sp festinat, secum rapiens cor humanum, & cogitationes atq; affectus illius: quẽadmodum fluxus aquarum torrentis secum rapit folia, arenã, lapillos, atq; alia q̃libet, q̃ forsitã fuerint immixta. Sed & in Cãticis de his aqs dr̃, ꝙ impetu fluunt de Libano, qđ sanè ad torrentẽ spectat. Et qm̃ nõ dedignant̃ sacræ literæ in rebus tã maximis, iã vilissimis uti uocabulis, illã æternę beatitudinis sufficientiã ebrietatis & satietatis, appellationibus significantes, age & nos aliquãtulũ illã qualis & quãta sit futura, ex horum cõsuetudine cõsideremus, & quãto seruis Dei sua sit ebrietas & satietas futura suauior, quã hui⁹ seculi ebriosis aut uoratoribus, paululũ degustemus, siue potius delibemus. Primũ qdẽ, illud sibi in magnã fœlicitatis partẽ reputant uoratores & ebriosi huius seculi, si plurimũ valeãt ingurgitare, & cũ ingurgitauerint plurima, si nõ ide grauamẽ aut nocumẽtum psẽtiãt, optarẽtq;, si fieri posset, ꝑpetuo ingurgitare, & nunqnã cibum ori abesse, potũq; nunquã deesse gutturi, si capacitas ventris ita ꝑmitteret. Hinc & esuriẽ vehemẽter amãt & sitim. Imò si forte hęc ñ adsit, ꝓ voto, mille modis sibi ꝓcurãt voradi aut potãdi appetitum, nõ certè ut esuriãt aut sitiãt, sed vt cibũ ori, aut potũ gutturi cũ delectatione immittere valeãt. Dolẽt quoq; & cõqueruntur, nõ maiorẽ sibi ab edẽdũ & bibẽdũ eẽ appetitũ. Deinde & illud eorũ fęlicitatẽ ꝑficit, si iã sint abũdãtes, vt quãtumcũque ĩgurgitẽt, sciãt nũquã sese defectum passuros. Alioq ñ admodũ magnã adferret

Ioan. 4.
Eccle. 1.
Cant. 4.

ret uoluptatẽ hodie inebriari aut satiari, A
ctas vero penuriā pati. Est aũt his cõside
rationibus sãctorũ ĩ patria admodũ bea
ta futura satietas atq; ebrietas. Sp.n. men
sæ illi beatissimæ in æternitate assidebũt,
nũquā impetuũ recedẽrã cõuiuio illo
delitiosissimo, ad qđ semel si fuerint ad-
missi cõuiuio opulẽtissimo, tibi oĩum re
rũ deficiẽs est copia, vbi nihil nõ erit eo
rũ q̃ desiderari pñt, & tñ erit quãtũ desi-
derari põt, vbi ppetuo comedentes mel
dulcissimũ, & vinũ electissimũ multũq;
amabilissimũ ppetuo bibẽtes, nullũ un-
quã grauamẽ sustinebũt, nullā sentient
aut repletionis aut tedij aut nauseę mole
stiā. Neq; metus nobis esse poterit, ne de
ficiat aliqñ ĩ quo reficiamur, mel vel ab
ore, aut uinũ à gutture. Erit.n. illic oĩs bo
ni in deficiẽtia. At verò seculi voratores
ac ebriosi, nõ ppetuo inijcere pñt uel ci-
bũ uel potũ, sed cessare aliqñ eos opor-
tet à sua delectatione, eãq; intermittere.
Neq;.n. ppetuò comedere ualẽt, vel ppe
tuo potare. Et qđẽ cũ multũ biberint, ifir
mant, & magno dolore nonnunquã tor
quentur, subinde ẽt cũ amaritudine euo
mere cõpulsi, quæ cũ modicã delectatio- C
ne fuerãt ingurgitata: & cũ ĩ cõuiuio aũt
compotatione ad diẽ sederint, fatigati co
guntur recedere & somno sese dare, ratio
neq; ita destituũtur, & eius vsu priuãtur,
vt neq; ,pximos sibi neq; ẽt seipsos co-
gnoscant. cũ beati illi sp comedentes, sẽ
perq; bibentes, absq; omni intermissio-
ne, nullo inde uel minimo incommodo
afficianť, ita ut post mille annorũ millia,
tã recens & tã plena sit illis futura suæ
ebrietatis atq; satietatis uoluptas, quàm
primo ipso nocumento, quo ad ea pfruẽ
dũ fuerãt admissi. Et licet sp ebrii, sępq; D
saturi sint futuri, nunquã tñ impedientur
à pfecta cognitione, imò visione aperta
Dei, et tñ oĩum in eo contemplatione.
Deniq; illud expẽdi quàm beatum se pu
taret ebriosus quispiā, si illi liceret iuxta
uas maximũ & indeficiens optimo li-
quore plenũ ppetuò adiacere, absq; nocu
mẽto, spq; ex uasis plenitudine in guttur
suũ liquor optim' copiosè ĩflueret, ipse
verò nullũ ĩde grauamẽ, nullā molestiā
nullā torquẽtẽ sẽtiret repletionẽ. Talis ꝑ
fecto erit beatorũ ebrietas, & ĩfinito quã
cogitari possit admirabilior. Hæc de san
ctorũ beata fęlicitate, ex vilissima secula-
riũ ebrietate, nos quidẽ ,plixius forsitan
q̃ necesse erat deduximus. Te tñ qcũq;
huic annotationi lector obtigeris, puta-
mus rectè factũrũ, si in istis ruminãdis ẽt
lõgius diutiusq; demoreris, vt uel ex par-
B te aliqua quãtum ex humanis rebus pñt
capi cęlestia, discas, q̃ te maneãt ĩ fututo
beati pmia. ¶ Versu. 10. Q̃m apud te ẽ fõs Ps.129.
uitę. Apud Deũ esse fõtẽ vitæ, idẽ est, ac si
dicať, ipse est fõs uitę, quẽadmodũ & ali-
bi, Apud dñm ẽ misericordia, cũ ipse sit
misericordia. Qđ aũt de lumine dř. In lu
mine tuo videbimus lumẽ, pter eã q̃ in
Elucidatione ponit intelligentiā, põt ẽt
ita accipi, vt sit sensus, Te ipsum, in teip-
so videbimus te, qui lumẽ es, videbimus
in tuo lumine, in teipso', qui es lumen,
C aut in tua illuminatione. Te.n. nos illu
minante, ad tui cognitionẽ perfectā tũc
te videbimus. Sed & altiori adhuc cõtem
platione, & ad patrẽ & filiũ distinctā ista
referre possumus. Est.n. filius lumẽ, est lu
men & pater, Et qa de lumine qđ est pa-
ter, pcedit lumẽ qđ est filius (nimirũ lu-
mẽ de lumine) idcirco hac rõne filius di
ci põt lumẽ patris. In tuo ergo cõsubstã-
tiali lumine te videbimus ò pater ĩgeni-
te, ò lumẽ beatissimum, in tuo coæterno
filio te videbimus, æternũ patrẽ luminũ. Mat.11.
Nemo.n. nouit te patrẽ, nisi tuus filius, &
D cui uoluerit ille reuelare Insuper & splẽ
dor est glorię imago quoq;, figura, & cha Luc.10.
racter substãtiæ tuæ. Manifestũ est aũt, in
imagine illud videri cuius est imago, po
tissimum in tali imagine, ꝙ eandẽ ha- Hæb.1.
beat cũ eo, cuius est imago, substantiā.

## XXXVI. PSALMI ARGVMENTVM.

*PSalmus iste (ut alii nonnulli) sm alphabeti Hebraici literas contextus est hac rõne, ut quelibet litera geminos complectatur uersus, ita ut primus uersus, Noli æmulari, incipiat à litera Aleph: tertius, Spera in Domino, à Bet, quintus, Reuela Dño à Daleth, atque ita deinceps. Tractat aũt totus fere hic Psalmus discretionẽ malorũ, (qui plerunq; florent tẽporaliter, sed condẽnabũtur æternaliter) & bonorũ, qui nũc quidẽ despecti sunt, plerũq; & egẽtes in hoc*

*tempore, sed in venturo seculo æterna fælicitatis sunt hæreditate ditandi. Estq; Psalmus vehementer cõsolatorius iustis, & impijs terribilis: quẽ quisquis legit, & sic legit ut ĩtelligat, mirũ si temporalẽ prosperitatẽ, non dico non appetat, non dico, pro nihilo ducat sed etiamsi nõ abhorreat quodãmodo & abominet, huius verò ipsi egestatem paupertatẽ & patientiã, mirum, nõ solũ si non ferat sed ẽ: si non desiderat potius, & gaudenter amplexari quærat. Tanta ferè per vniuersum hunc Psalmum dir, & iterũ iterumq; replicãtur de commutatione admirabili temporalis fælicitatis in æternam miseriam, & temporalis miseriæ in æternã fælicitatẽ. Suntq; hæc eo magis terribilia q̃ per oĩa eis subscribat, eaq; confirmet Euangelicus sermo. Quid n. aliud*
Luc. 6. *sibi uult, qd̃ saluator noster sonat in euangelijs. Væ vobis diuitibus, qui habetis consolationẽ*
Luc. 16 *uestrã. Væ uobis qui saturati estis qm̃ esurietis. Væ uobis qui ridetis, nunc, quia lugebitis &*
Ibidem. *flebitis, Væ cũ bñdixerint uobis oẽs hoĩes, &c. Iterũ qd aliud sibi uult Euãgelica parabula pauperis Lazari & diuitis expulonis? Quid sibi uult ille Abrahæ ad diuitẽ sermo, Fili recordare quia recepisti bona in uita tua, & Lazarus similiter mala. Nunc aũt hic consolatur, tu verò cruciaris. Deniq; & illud quod Esaias multo ante prædixerat. Ecce serui mei comendet, & vos*
Esai. 65. *esurietis. Ecce serui mei bibent, & uos sitietis. Ecce serui mei lætabũtur, & uos confundemini. Ecce serui mei laudabunt præ exultatione cordis, & uos clamabitis præ dolore cordis, & præ cõtritione spũs ululabitis nunquid aliam spectat sententiam q̃ eam quam totus hic Psalmus, clamat, & iterũ iterumq; ingeminat? Proinde attentè admodum hic Psalmus legendus est, ijs potissimum ad consolationem, qui temporali egestate affliguntur, sed & illis ad salutarẽ timorẽ non minus intimè legendus atq; intelligendus est, qui sibi vident seculi pompas, omnium rerum abundantiam, & temporales oẽs prosperitates vndiquaq; affluere. Quoniam aũt totus ferè Psalmus continuato nexu super his atq; huiusmodi cõtextus est spãli alio uel argumento vel epitome mihi vr̃ non indigere. Nam attento se ipsam clare satis monstrabit consequutio uersuũ. Proinde p argumento hæc à nobis dicta sint satis. Tu verò nũc pp̃heta attende beatis sermonibus: ut consolationẽ spũs aut salutarẽ cordis timorẽ, utrĩq; institutionẽ inde percipias.*

## XXXVI. PSALMI ELVCIDATIO.

*OLI æmulari in malignantibus: neque zelaueris facientes iniquitatem.*

Noli, quisquis iustitiam diligis, æmulationẽ tuã apponere ad malignantes, neq; zelũ tuũ apponas ad operatios iniquitatis, noli indignari, noli conturbari, in si hoc mũdo eos uideas temporali prosperitate, & omnium rerum bono successu florẽtes, noli illis inuidere tẽporalem suam fœlicitatẽ, neq; commouearis intra temetipsum, ut illos imitari aliH quando uelis, dicens cum impiis in corde tuo: Ex quo cœpi seruire Domino apprehenderunt me multa mala: uolo proinde similis fieri peccatoribus, ut possim cũ illis & ipse temporalibus frui prosperitatibus. Sed neq; indignationi mouearis, uel cõtra ipsos impios florentes, vel cõtra dominũ ita res humanas dispẽsantẽ. Nesiquã hisce modis, æmulatione aut zelo in illorũ pperitatibus cõmouearis.

2 *Quoniam tanquã fœnum velociter arescẽt.* Verũ.n. non nisi uanitas est illa apparẽs eorum fœlicitas, neq; ullam habet stabilem durationem, sed quemadmodũ gramen uirens non diu suum uirorem obtinet, breui exicandũ, ita, & ipsi qui nunc uirere & florere conspiciuntur, sm sæculum mundi huius, breui & citius quàm quis credat suo priuabuntur uirores.

* *& quẽadmodũ olera herbarũ cito decidẽt.* & quemadmodum hærbę latis folijs pulchre uirentes ad tempus aliquantulum, breui intereunt, dum aut abscinduntur, aut flaccescunt & arescunt solis defectu, ita illi breui decidẽt ab oĩ ornatu suo, in quo nunc gloriantur. Quomodo enim ex ardescente sole exarescit gramẽ, & decidit flos eius, ita & diues marcescit in itineribus suis.

3 *Spera in Domino: & fac bonitatem, & inhabita terram & pasceris in diuitijs eius:* Tu verò q iustitiã diligis, noli ad illorũ Iacobi. 1
attẽdere temporalẽ felicitatẽ, neq; assimilari cupias illis, sed studiosus esto ut in 1. Petri, 5
dño Deo totã spem tuã cõstituas, inque eum solicitudinẽ tuã oẽm proijcias sperãs autem in Domino, studiosè operare

opera illius,& q̃ bona cognoueris, ea p- A
Psal. 38. ficere sedulo contendas: sic aũt in Dño
sperans,& bonis operibus intentus, in-
habita cũ fiducia (vt peregrinus tñ & ad-
uena) super terrã istam, in qua te Dñs po
suit, vsque ad tps trãslationis tuæ, donec
illi erit placitum peregrinandi tibi tps
concedere,& copiosè sustentaberis ex fœ
cunditate eius & abundantia fructuum,
quos ad sufficientiã producit omnibus
mortalibus. Qui.n. volucres cœli pascit,
Matt. 26 ipse etiam te indubiè pascet seruientem
& fidentem sibi: licet forsitan non ita de-
licatè, vt impij illi florentes in seculo ine- B
briantur, saturantur, & delitiantur in vo-
luptatibus suis.

4 *Delectare in domino:*
Sic tibi studiũ delectari in dño Deo tuo,
ipse sit tuum gaudium, ipse tuæ deliciæ:
vt nunquã in villa re, nisi in deo,& sis eo
delectatus,& ipse sit omnis tui gaudii ob-
lectationisq; principium,& regula.
*& dabit tibi petitiones cordis tui.*
Ioan. 15 & si aũt fideliter hoc obseruaueris, quæ-
Iacob. 1. cunque petieris in nomine ipsius, quę ti-
bi verè fuerint salutaria atq; vtilia, dabun
tur tibi ab eo, qui omnibus in fide firma C
nihil hæsitando potentibus præbet af-
fluenter,& non improperat.

5 *Reuela Domino viã tuam,& spera in eo:*
Tob. 4. Manifestas fac Dño vias tuas,& corã illo
aperi consilia tua oĩa,& actiones tuas il-
li propone atq; cõmẽda, tanquã optimo,
fidelissimo,& securissimo consiliario: ab
eo pete, vt vias tuas dirigat atq; consilia
tua: nihilq; illum celes eorum consiliorũ
tuorũ, quin os eius semper interroges, au
xiliumq; implores: quod cũ feceris, esto
securus,& fidenter spera in illum.
*& ipse faciet.*
ipse n. pro te, rerũ sibi commissarũ curã
solicitã geret: & ipse perficiet atq; adim-
plebit pro te, quæ tu ipse per te nunquã
proprio consilio vel propriæ prudentiæ
inixus, potuisses expectare. Est.n. ipse no-
bis infinitò & potentior, vt valeat,& sa-
pientior vt sciat,& melior vt velit, perfi-
cere q̃cunq; nobis sunt ad salutẽ necessa-
ria:& (quod super oĩa est) cum tanta potẽ
tia & sapientia, nostri etiam est quàm si-
mus nos erga nosipsi multo amantior,& pro
ea quæ nobis salutaria sunt, ipse nobis

est multo sollicitior.

6 *Et ducet quasi lumen iustitiam tuam:*
Si verò teipsum ita illi toto corde cõmẽ-
daueris, ipse suæ gratiæ cooperatione
exurgere & effulgere faciet iustitiam tuã,
id est, omnis virtutis in te perfectionem,
quasi lumen præclarum,
*& iudicium tuum tanquam meridiem:*
& iudiciũ tuũ, id est, rectitudinẽ & æquita
tẽ tuã faciet exoriri & effulgere, quasi lu
men meridiei clarissimũ, ita vt non solũ
tu ipse totus ab eo illumineris, verũmẽ
vt luceat lumẽ pfectionis tuæ corã homi-
B bus, vt videant bona opera iustitię tuæ,& Matt. 5.
glorificent patrẽ q in cęlis est, valeantq;
& ipsi aliqua ex parte ambulare in lumi
ne tuo, exemplum imitantes tuæ iustitię,
quomodo in lumine meridiano tuto so-
lent homines ambulare,
*Subditus esto domino,& ora eum.*
tu verò subde teipsum Dño & sub potenti 1. Pet. 5.
manu eius te humilians, patienterq; fe-
rens quicquid ille immiserit,& quicquid
de te disposuerit, nihil remurmurans, in
humilitate hac tua, instanter eum orans,
vt te cum faciat iuxta sanctissimã volun-
C tatem suam in omnibus, vtq; te in bono
confirmet atque promoueat.

7 *Noli æmulari in eo qui prosperatur in via
sua, in homine faciente iniustitias.*
Iterũ dico ac moneo, quisquis iustitiam
diligis, ne æmulationem tuã apponas ad
homines impios, qui prosperant in viis
suis malis, in viis huius seculi, aduersum
homines, qui per opera iniustitiæ suble-
uantur ad florem & gloriã huius mũdi.

8 *Desine ab ira,& derelinque furorem:*
Caue indigneris aut conturberis super
fœlicitate temporali illorum,& noli con
D tra illos sic de causa exacerbari animo,
aut inuidentia stimulari,
*noli æmulari vt maligneris.*
noli ad illos sic tuã æmulationem appo-
nere, vt respectu & intuitu temporariæ
huius & momentaneæ prosperitatis te-
ipsum illis velis assimulari ad malefacien-
dum, quo per fas & nefas (vt illi faciunt)
tibi comparare possis similia,
Neq; verò contra illorum fœlicitatem in-
digneris, vt pp hoc tu male agas, aut Deũ
offendas, quemadmodum nonnulli fa-
ciunt, qui dum bonos videntur affligi &

penuriā pati, malosq́ aūt abundare & flore-
re, Deum quasi rerum humanarum non
bonum dispensatorem, blasphemant.

9 *Quoniā qui malignantur exterminabunt:*
Noli (inquā) ita conturbari ad male agē-
dum, quī oēs male agentes, in perditio-
nem sempiternam condemnabuntur:

* *sustinentes autem Dominum, ipsi hæredi-
tabunt terram.*

Illi aūt q in humilitate & patiētia Dñm
expectant, illius iudicia non discernen-
Apo. 22. tes, in oībus bene contenti quæcunq; il-
le disposuerit, illi toto corde fidentes, ip-
si sunt qui hæreditate possidebunt terrā
viuentium, eamq́; inhabitabunt in sem-
piternum, in qua reges etiā sunt futuri.

10 *Et adhuc pusillum & non erit peccator:*
Vis aūt cognoscere, cuiusmodi sit flos il-
le prosperitatis impiorum? Ecce paululū
sustine, expecta tps modicum, & videbis
ante oculos tuos, quō per mortē deper-
det peccator oīa, ita vt qui prius in im-
pietate sua florere videbatur in maxima
gloria, per mortem velociter, & admo-
dum cito ad non esse deueniat

* *quæres locum eius, & non inuenies.*
adeò vt si quæsieris locum eius, vbinam
sit qui ante paululum tam gloriosus exti-
terat, non queas vltra illū inuenire, quo-
niam morte absumptus est.

11 *Mansueti autem hæreditabunt terram:*
Qui verò mites sunt, & humiles corde in
patientia, & benefactis Deo commendā-
tes aīas suas, ipsi sunt q hæreditate possi-
debunt terram: & hanc quidem corpora-
lem donec placitum erit altissimo, in ea
habitando, & ex ea quantum sat erit ac-
Matt. 11 cipiendo: post verò, terram illam æter-
naliter viuentium, quam expectant om-
nes animæ iustæ:

* *& delectabuntur in multitudine pacis.*
& veram accipiēt delectationem in abū-
dantia pacis, in requie & tranquillitate
aīarum suarū, quā inueniunt, quicunq;
mites sunt, & humiles corde. Iusti.n. & in
hac vita pacem habent cordis & plus ve-
ræ delectationis, quàm habere possunt
impij in omni prosperitate sua: cum nō-
possit pax esse impiis, neque proinde ve-
ra vlla ac solida delectatio.

12 *Obseruabit peccator iustum:*
Isa. 57. Laborant quidē impii modis omnibus

E vt noceant iustis, & attente obseruant il-
los: vt occasionem captātes, & ansam ali-
quam inuenire desiderantes, ad inferen-
dum eius nocumentum:

* *& stridebit super eum dentibus suis.*
& præ nimia ira, indignatione, atq; inui-
dia, ēt dentibus stridebunt cōtra eos, vel
in signum consummatæ aduersus illos
indignationis, vel præ cupiditate nocen-
di, eo quòd pro voto & desiderio suo nō
satis valeant nocere:

13 *Dominus autem irridebit eum:*
Dñs verò, qui de cœlo prospicit super fi- Psal. 13.
F lios hoīum, ipse miseros illos frustra mo-
lientes in perniciem aīæ suæ, pro nihilo
ducit, & tanquam irridet vanos conatus
eorum: videns illos tam multum male cu-
pere iustis, & tam minimum posse.

* *quoniam prospicit, quod veniet dies eius.*
prospicit.n. Dñs, q̄ ventura sit dies vltio-
nis aduersum illos, qui nunc proximis
suis cogitant malum, quā in eos omnis
hæc iniqua cogitatio & machinatio re-
torquebitur, illi autē aduersus quos fru-
stra machinati fuerant, absque omni no-
cumento apparebunt.

G 14 *Gladium euaginauerunt peccatores, in-
tenderunt arcum suum.*
Parauerunt se quidē impii ad oppressio-
nē iustorum, omni vi & virtute qua po-
tuerunt, arma sumentes ad eā rem accō-
moda, gladios videlicet euaginantes, &
arcus intendentes, tanquā mox ferire pa-
rati, & omnem armorum suorum virtu-
tem aduersus iustos apparuerunt.

15 *Vt decipiant pauperem & inopem:*
Ad hoc vt humiles spū, & sanctos Dei,
mundo despectos (qui omnis auxilii hu-
mani ope destituti, in solo Deo hēnt fi-
H duciā) deciperent, & in mortē caute præ-
cipitarent, prius etiam quàm ipsi perci-
piant. Nam qui gladium euaginatum te-
net facilè simplicem etiam ignorantem
& inaduertentem perimet:

* *vt trucident rectos corde.*
& vt crudeliter per malitiam trucident
atque perimant innocentes, quibus nul-
la est in corde iniquitas.

16 *Gladius eorum intret in corda ipsorū.*
Verum ex diuinæ iustitiæ dispositione
eueniet in vltionē impietatis eorum, vt
mors illa quā innocentibus parauerant,

ad ipsosmet voluatur impios,qui aliis eã
fuerant meditati: imò hoc ipso q in ali-
os gladium parant,& mortem meditan-
tur,seipsos crudeliter in anima perimũt,
prius quàm teipsa ullum intulerint iu-
stis nocumentum.

** & arcus eorum confringatur.*
& arcus eorum,hoc est,omnis eorum vir
tus & potestas, qua bonis nocere cogita-
uerant,diuinæ iustitiæ dispositione,non
habebit fortitudinem:euacuabiturq; pra
ua eorum machinatio,& Deo impedien
te ad effectum non pertinget.

17 *Melius est modicum iusto,super diuitias* B
*peccatorum multas.*
Illud autẽ certissimum ac verissimũ uer-
bum est,ac iustis in mediocritate, vel ẽt
tenuitate rerum tẽporalium viuentibus
admodum cõsolatorium,longe melius es
se,salubriusq;,ac beatius homini iusto,
modicum illud quod ei obtigerit cũ iu-
stitia,quãtumcunq; tãdem tenuissimum
vel minimum fuerit,quàm sint peccato-
ribus multæ ac magnæ ipsorum diuitiæ
& amplæ possessiones cũ iniquitate coa-
ceruatę,aut in pctõ possessæ.Longè nãq;
quietius & melius uir iustus sua medio- C
critate cõtẽtus uiuit,quà pctõres in abũ
dantia diuitiarum suarum.Et multo præ
stat,pauperem nunc vel mediocrem vitã
degerere in iustitia,cum spe futuri regni,
quàm nunc in iniquitate diuitem, in
expectatione æterni supplicii.

18 *Quoniam brachia peccatorũ cõterentur:*
Tametsi enim nunc uideantur ad tẽpus
terribiles in potentia diuitiarum suarũ
impii:futurum est tamen breui, ut forti-
tudo eorum omnis conteratur & consu
matur:neq; quod valere modo uidetur, D
ualebunt imperpetuum.

** confirmat autem iustos Dominus.*
iustos autem dñs corroborat,confortat,
& confirmat in omni bono, ut nunquã
à spirituali sua fortitudine deficiant.

19 *Nouit Dominus dies immaculatorum:*
Nouit Dñs, & quasi descriptũ habet in
scientia prædestinationis suæ,numerum
dierum vitæ hoĩum bonorum, qui nunc
cõuersãtur sine macula, & uniuscuiusq;
eorũ dies,quibus uicturus est sup terrã,
omnes apud Dominũ numerati sunt,hẽ
que constitutum à Deo tẽpus uitæ ipso-
rũ,ulla humana potẽtia poterit anteuer-
tere,atq; ob hoc,q in domino sperãt,me
tuere non debent impiorum potentiam.

** & hæreditas eorum in æternum erit.*
hẽditas quoq; illa ventura uitæ æternæ
in terra uiuentium,perdurabit illis in sẽ
piternum,nunquã ab eis auferenda, ubi
semel ad eã possidendam fuerint admis-
si. Atq; ob hoc conturbari nõ debent, si
tẽporaria prosperitate pmittat Deus flo
rere impios,ipsis nũc in hoc tẽpore egẽ- Mat. 25.
tibus.Seruantur.n.ad meliora gaudia,vt
illi ad pessima supplicia.

20 *Non confundentur in tempore malo:* Sopho. 1
In die iræ,calamitatis, & miseriæ, in tpe
quando male erit omnibus operariis ini
quitatis,nõ male sentient cũ impiis,neq;
participes erunt confusionis illorum:

** & in diebus famis saturabuntur:*
& in tempore illo qñ fame æterna cru-
ciabuntur impii,comedent, & satiabunť Esa. 95.
satietate perpetua sancti. Quapropter æ- Luc. 16.
quo animo ferre debẽt iusti,si in aliquã
to honore & qualibuscunq; deliciis nũc
florere permittanť impii, ipsi uerò de-
spectiores nunc sint, esuriẽq; & egestatẽ
patiantur.Vult.n.hoc diuinæ iustitiæ p-
uida ac iustissima dispensatio, ut.ii qui
nunc in uita sua bona recipiunt,in uẽtu-
ro seculo recipiant mala,econtrario au-
tem qui nunc mala,illic bona.

** quia peccatores peribunt.*
pctõres.n. p modico flore & breui gau-
dio, in pditione æternã condemnabunť.

21 *Inimici verò domini mox vt honorifica*
*ti fuerunt & exaltati,deficientes quemadmo-*
*dum fumus deficient.*
Ita quidem iusti amici & serui Dei hono
rabuntur & glorificabunť in diebus ęter
nitatis.At verò exaduerso impii,inimici
Dñi,& serui diaboli, nõ perstabunt in
gloria sua,sed mox ubi honoribus ac di-
uitijs exaltati fuerint, post paululũ subi-
tò deficiẽt,quemadmodũ fumus subito
euanescit & auolat, neq; relinquẽt uel ul
lum suæ gloriæ vestigium, cum prorsus
in cinerem redigentur & puluerem, &
omnis ornatus auferetur ab eis.

22 *Mutuabit ur peccator,& non soluet:*
Et ut ẽt,quantum ad huius uitæ tps, ali-
quam faciamus cõparationem, illud aia
tę oculos quotidie cernim⁹,hoĩes iusto s

 in sua

in ſua mediocritate multo magis eſſe li E
berales,& ſibi atq; etiã alijs ſufficientes
ad benefaciẽdum,quàm ſint impij homi
nes in omni abundantia ſua. Vidimus n.
nonnunquam pctõres, etiã ea quæ mu-
tuo accipiunt ab alijs, nolle reddere aut
perſoluere,propter malitiam & auaritiã,
etiam ſi plurimum abundẽt, & ſine incõ
modo id poſſint: ſicq; auari non ſolum
ſua nõ cõmunicant,ſed aliena inſup per
rapinam occupant, frequenter etiã mer-
cedes operatiorum ſuorum, & depoſita
pupillorum detinentes:
* *iuſtus autem miſeretur,& tribuet.*
Tob. 4. iuſtus uerò non ſolum alienum nõ reti-
net,uerumetiam de eo quod habet miſe-
ricorditer impartitur iis quos uiderit pa
ti egeſtatem,iuxta conditionem faculta-
tis ſuæ.Eſt.n.ut potuerit,miſericors . Et
quidem ſi abundanter illi fuerit, tribuit
abundanter:ſi uerò exiguum,& hoc ipsũ
libenter impertiri ſtudet. Sed etſi à quo-
piam miniſterii,obſequii, aut commodi
quicquam acceperit,pro ſua facultate re
tributionem aliquã facere ſatagit. Vſq;
adeò ditior eſt iuſti mediocritas, quàm
impii abundantia,& ſufficientius eſt mo G
dicum iuſto, quàm impio ſua plurima.
23 *Quia benedicẽtes ei hẽditabunt terrã:*
Et quidem benedicentes Dominum ſer
ui ipſius,qui illũ cordis affectu & ore ſi-
mul & opere benedicunt atq; glorificãt,
hẽditate poſſidebunt terram,de hac craſ-
ſa ac temporali,ad æternam facturi trãſi
tum,unde nunquam expellentur.
* *maledicentes autem ei diſperibunt.*
impii uerò qui affectu ſui impietate,oris
blaſphemia & conuerſationis fœditate
maledicunt Dominum,ipſi mittentur in
perditionem & interitum ſempiternum.
24 *Apud Dñm greßus hominis dirigetur:* H
Greſſus viri iuſti apud Dominũ dirigun
tur,& ab eo in uia recta bene inſtituun-
tur,ut non ambulet per deuia,neque de-
flectat ad dexteram vel ad ſiniſtram
* *uiam eius volet.*
Pſal. 1. & uiam eius bonam,per quam ambulat,
habebit beneplacitum, complacebitq; ſi
bi in uia eius. Nouit n. Dominus, & a-
mat uiam hominum iuſtorum.
25 *Cum ceciderit,non collidetur,*
Si quãdo contigerit ut ex humana fragi-
litate ad caſum declinet,præſeruatus erit
ne collidatur ſiue cõfringatur, ut nõ om
nino cadat ad mortem,atq; etiam ſi iam
cecidiſſe cõtigerit,non erit tñ ei ad mor-
tem & læſionem irrecuperabilẽ, ſed quã
tocyus reſtituetur in ſtatum priſtinum:
* *quia Dominus ſupponit manum ſuam:*
Dñs.n illum pſeruat ad modum eius qui
manum ſupponit,vel ei qui iam caſurus
erat,ut caſum impediat, uel ei qui iã ce-
ciderat, ut ipſum à caſu eleuet. Sic.n.per
manum ſuam benignã,per ſuam potẽ-
tiam benigniſſimã,iuſtos Dominus, cũ
F in diſcrimen lapſus ueniunt,ſuſtẽtat gra
tia ſua,ne cadant, atq; etiãſi cecidiſſe cõ-
tigerit,ex humana fragilitate uel ſuper-
ueniente abũdantia malitiæ,rurſum gra
tia ſua erigit iacentes per pœnitentiam,
26 *Iunior fui,et enim ſenui: & nõ vidi iu-
ſtum derelictum:*
Neq; in ſpũalibus ſolum prouidet ſuis
Deus ,uerumetiam in corporeis neceſſi-
tatibus ad ſufficientiam,id quod ego per
experientiã lõgã manifeſtè didici. Fui.n.
ego puer aliqñ , & adoleſcens ac iuue-
nis,ac nunc in ætate prouecta uiuo ſenex,
G & non uidi ego toto hoc tpe uitæ meæ
virum iuſtum,quem Deus deſtituiſſet oĩ
bus uitæ neceſſariis,cui non tñ ipſe ſub
miniſtraret de cibis corporeis,quantum
erat ad uitam ſuſtentandam neceſſariũ,
* *nec ſemen eius quærens panem.*
neque filios iuſtorum uidi prorſus defi-
ciẽtes nutrimẽto,ſicq; alimenta requirẽ
tes,ut inuenire non poſſent quæ uitæ ſu
ſtentandæ ſufficerent.
27 *Tota die miſeretur & commodat;*
Imò uerò iugiter ad oẽm occaſionẽ, ubi
poterunt,& quantum poterunt uiri iuſti
aliorum quoq; miſeriis & indigentiis
H ſtudet ſuccurrere,nunc ſua miſericordi-
ter egentibus ĩpartiendo,nunc iis q ege
ſtatem patiuntur mutuum dando abſq;
fœnore,nihil inde ſperando,
* *& ſemen illius in benedictione erit.*
& ſemen ipſorum, filij ac filiæ,q iuſtitiæ Lucæ. 9.
& miſericordiæ paternæ fuerint imitato
res,benedicentur à Domino in benedi-
ctionibus gratiæ ſanctæ.
28 *Declina à malo,& fac bonum;*
Tu qſquis diligis iuſtitiã nihil metuas,
neque conturberis de ulla re, neque me-

tuas quicquam, tantùm fuge malitiam, & A
sectare bonitatem:
*  *& inhabita in seculum seculi.*
atq; securus inhabitabis apud Dominũ in domo eius in æternũ, primum hic qui dẽ super terrã, donec illi erit placitum, deinde in seculo venturo in terra uiuẽtiũ.
29 *Quia dominus amat iudicium:*
Diligit enim Dominus per rectitudinẽ iustitiæ, & omnes qui secundum iustitiã & æquitatem conuersantur, cum iudicio mala declinantes, & facientes bona, ipse gratos habet & acceptabiles:
*  *& non derelinquet sanctos suos, in æternum conseruabuntur.*
eosq; qui ita sibi seruierint, ipse nõ derelinquet in finem tametsi ad tẽpus non nunquã videat illos relinquere: imò in sempiternũ custodiet, cõseruabit, & salua bit eos ab omni malo, i regno patris suæ.
30 *Iniusti punientur:*
Homines impii pœnas luent de sua impietate in æternis cruciatibus,
*  *& semen impiorum peribit:*
Apo.22. filii quoque & filiæ eorum, qui imitatores sese præstiterint paternę iustitiæ, simili perditione interribunt cum illis.
31 *Iusti autem hæreditabunt terram:*
Iusti verò cum semine suo (quemadmodum sæpe iam diximus) hæreditate possi debunt terram:
*  *& inhabitabunt in seculũ seculi super eã.*
Colos.1. & inhabitabũt super eam in æternitate. Erunt.n. reges in terra uiuentium, & cũ suo rege (cui in hac uita seruierunt) dominabuntur super eam in secula.
32 *Os iusti meditabitur sapientiam:*
Vir iustus meditatur cum sollicitudine, ut loquatur uerba sapiẽtiæ p os suum, curabitq;, ut sermo quẽ profert, semper ĩ gr̃a sit sale cõditus, vt prosit audiẽtibus.
*  *& lingua eius loquetur iudicium.*
& per linguam suam ipse loquetur quod rectum ac iustum est, cum econtrario impius meditetur insipientiam & iniquitatẽ, quæ nihil ualẽt proficere audiẽtibus.
33 *Lex Dei eius in corde ipsius:*
Matt.12. Neq; uerò in ore solum & lingua uir iu-
Lucæ. 6. stus quæ recta sunt, & iusta loquitur, sed intus ẽt in medio cordis legem Dei sui semper portat absconditam, & ita quicquid foris per linguam eloquitur, de bo no thesaurõ qui intus est profert:
*  *& non supplantabuntur gressus eius.*
& quoniam sic in corde semper legẽ Dei gestat, ita fiet, ut non ualeat supplantari, prosterni, & ad casum inclinari in gressibus suis. Qui enim legẽ Dei in corde iugiter gestant absconditam, illique attendunt, & cum illa confabulantur interius, non facilè possunt in lapsum præcipitari, neq; facile ulla inimici uel uiolẽtia vel fraudulentia possunt à recto dimoueri: quemadmodum econtrario impii (qui legẽ Dei in corde non portãt, sed impia B sua desideria reuoluunt) in omnes uias malas & omnia peccata sunt faciles.
34 *Considerat peccator iustum:*
Considerat & obseruãt impii iustos, propter iram & inuidiam occasionem quærentes & opportunitatem, vt eis noceat:
*  *& quærit mortificare eum.*
imò si quãdo offeratur opportunitas, conantur etiam morte efficere innoxios.
35 *Dominus autem non derelinquet eum in manibus eius:*
Dominus tamen (cui cura est de iustis in se sperantibus) nõ permittet illis potesta C tem contra seruos suos faciendi quæ cogitauerint aut uoluerint, sed per auxiliũ suum saluos faciet eos:
*  *nec damnabit eum cum iudicabitur illi.*
& cũ iudicabitur aduersus illos impios, cum à Deo proferetur contra illos iudicium ultionis, non eandem condemnationis sententiam accipient iusti, neque pariter cum illis hos damnabit Deus, sed aliam longe sententiam proferet erga eos, pacis & beatitudinis ęternæ.
36 *Expecta dominum, custodi viam eius:*
Sustine tu Dominum, quisquis iustitiam D diligis in humilitate & patientia, totum te illius uoluntati submittens & cõmittens, qcqd ex illius uoluntate tibi acciderit, patienti ac grato animo suscipiens, nihilque obmurmurans, & uiam mandatorum Dei diligenter obserua,
*  *& exaltabit te, vt hæreditate capias terrã.*
si ita nunc te humiliaueris sub potenti manu eius, indubiè magnificabit, glorificabit, & exaltabit te in die uisitationis & retributionis: ita vt accipias terram uiuentium in possessionem hæreditariã & sempiternam, in qua victurus sis pariter & re- 1.Petr.6. Lucæ,14

& regnaturus imperpetuum. Omnis enim E
qui se nunc humiliat, exaltabitur.
** cum perierint peccatores videbis.*
& si forte id creditu difficile uideatur, pro
pterea quod florere conspiciant impii, despe
ctis iustis in humilitate & patientia sua:
expecta paululum, & crede interim, do-
nec post modicum oculis tuis videas, cũ
in perditionem missi fuerint iniqui.
37 *Vidi impium super exaltatum:*
Vidi ego nonnunquam in hoc seculo, su
pra modum magnificatos & gloriosos
in honoribus, diuitiis, fortitudine, & po
testate magna, ad quam altitudinem per F
iniquitatem conscenderant.
** & eleuatum sicut cedros Libani.*
uidi (inquam) illos non solum re, sed et
corde vehementer eleuatos, & superbos
extento collo in magnam pompam gra
dientes, ad modum cedrorum Libani, quę
& procerae sunt, & altissimae staturae, pul
chriq; uiroris.
38 *Et transiui, & ecce non erat:*
Transiui ego, mecum admirans huiusce
modi magnitudinē & celsitudinē, & post
paululum vbi trāsissem, mox disparebat
omnis illa pompa & celsitudine, quę prius G
uisa fuerat, neq; iam apparebant usquā
locorum, qui ante paululum ita magnifi
cos sese exhibuerant triumphatores.
** quaesiui eum, & non est inuentus locus eius.*
quaesiui eos, & consideraui diligenter qd-
nā actum esset de eis, aut vbi remansissēt
illi tam floridi, tam gloriosi, & nemo cō-
monstrare potuit, sed prorsus vt fumus eua-
nuerāt cū omni gloria sua, quasi nō fuis
sent, iamq; in perditionē fuerant abiecti,
vnde nunq̄ sunt imperpetuū redituri.
39 *Custodi innocentiam, & vide aequitatem:* H
Tu itaque horum foelicitate sic transito-
ria nihil commotus, cura semp quoad po
tes, vt innocens sis, immaculatus ante do
minum Deum tuum, & attende ad iusti-
tię rectitudinem, vt in ea permaneas, eā
in omnibus cogitationibus, affectionib9
sermonibus, & operibus solicite custo-
diens, ne unquam contra illam agas.
** quoniam sunt reliquiae homini pacifico.*
hoībus.n. pacificis, qui nunc ita per insti
tiam pacem sectantur, erunt reliquię p̄-
tiosae, & nouissima eorum erunt optima
atq; foelicissima, tametsi nunc modica ad
modum videatur prosperitate gaudere,
sed magis aduersis affligi.
40 *Iniusti autem disperibunt:*
Impii autem post modicum florē, & mo-
mentaneum quod delectat pariter oēs in
perditionem mittentur, proiicienturque
in ignis aeterni cruciatū, nec apparebūt
in numero aut pręmio sanctorum.
** simul reliquiae impiorum interibunt.*
neq; illis tales erunt post mortem reli-
quiae quales sunt iustis, neque erunt no-
uissima horum illis similia: oēs.n. impio
rū reliquię simul cum ipsis interribunt,
id est, ex omni p̄speritate qua in hoc mū
do freti sunt, nihil eis erit post hāc vitam
reliquū, nisi mors tm̄ & interitus sempi-
ternus, sicq; eorū reliquiae disperibunt,
quia nullę erunt, quemadmodum iusto-
rum seruabuntur reliquiae, quoniam pre
ciosae sunt futurae.
41 *Salus autem iustorum à domino,*
Salus verò iustorum à domino Deo est,
qui eos sm̄ suam uoluntatem saluos fa-
cit, & temporaliter, qn̄ & quantum volue
rit de manibus impiorum, & vniuersali-
ter, à damnatione mortis ęternae,
** & protector eorū in tempore tribulationis.*
& ipse est defensor atq; propugnator il-
lorum, quoties tribulatio aliqua & pse-
cutio eis obuénerit, quo protegente, &
sua grã assistēte, seruātur ab omni malo
42 *Et adiuuabit eos dominus, & liberabit
eos, & eruet à peccatoribus, & saluabit eos,
quia sperauerunt in eo:*
Ipse eos adiuuabit auxilio suae protectio
nis, & per gratiam suam eos pro suo pla
cito liberabit, eripietq; eos de manu pec
catorum, & saluos eos faciet, quoniā spē
suam omnem in ipso fidēti corde collo-
cauerunt, ac proinde (qm̄ fidelis est) com
missos sibi nequaquam patiet in perdi-
tionem abire. Quāquam enim sanctorū
suorū corpora, & facultates & huiusmo-
di, permittat Deus nonnunquam in po-
testatē uenire impiis, vt ea diripiant, &
interficiāt p̄ suo placito, animam tm̄ nō
illis concedit posse occidere, quae est ho Luc. 12.
minis pars praecipua, quam ipse suscipit
in sinū suū cū iustorū occidunt corpo Mat. 10.
ra, sed neq; corpus illis annihilare datū
est, quod suis seruis iterum restituet in die re
tributionis in gloria coelesti, Amen.

ANNOTA. IN PSALM. XXXVI. A

VErsu 1. Noli æmulari in malignãti bus, neq; zelaueris, &c. In Græco (vñ psalterium nostri vsus trãslatum est) in priori parte hr̃: μὴ παραζήλου, quod significat, Ne zelum, ad indignationem, ad iracundiam prouoceris, uel ne irriteris. Nam παραζηλόω: significat ad zelũ ꝓuocare, siue irritare, siue excitare, qd vo-
Deut. 32. cabulũ Paulus Apl's in Epistola ad Romanos aliquoties usurpat, primũ quidẽ
Rom. 10 cap. 10. allegãs illud ex cãtico Moysi, Ego ad æmulationẽ vos adducam in non gẽ- B
Rom. 11 tem, &c. Deinde cap. 11. cum ait, Honorificabo ministerium meum, ſi q̃uo tãdem ad æmulandum ꝓuocem carnem meam. In vtroq;. n. horum locorũ, supradictum vocabulum in Græcis hr̃. Et quia zelus plura significat, hinc fit, ut utraq; huius versiculi pars multiplicẽ simul includat intelligẽtiã. Significat. n. zelus feruorem iræ uel indignationis uel inuidiæ, uel, ardentem affectum ad rem aliquã: quẽadmodũ cũ Apostolus ait. Aemulor. n. uos
2. Cor. 11 Dei æmulatione: siue ad aliquem diligendũ, siue ẽt ad imitãdũ & assimilãdũ, quę C oĩa ꝓposito huic accõmoda, breuiter in Elucidatione attacta, p seipsum occasione data sapiens ac prudẽs lector plenius poterit ĩtelligere. Nos, breuitatis cã singula perseq omitimus. ¶ Versu tertio, Spera in dño, & fac bonitatẽ, & inhabita terrã, & pasceris in diuitijs eius. Frequenter ad modũ in hoc Psalmo mẽtio fit de terra à sanctis hæreditanda atq; inhabitãda, atque ẽt in regnũ eis subigenda, cũ ecõtrario dicant impij eã nõ possessuri hęreditate, neq; inhabitaturi multo minus sup eã regnaturi. Quibus pulchre admodum D respondet, qd á dño ĩ promissione beatitudinũ dr̃: Beati mites, qm̃ ipsi possidebunt terram. Nos in Elucidatione vbiq;
Hebr. 13 terrã hanc partim ad istã corporeã retulimus, in qua sancti, quãdiu in placitum est altissimo, in pace cordis uiuũt, cõtẽti
1. Tim. 6 pſentibus, hoc est, victu & tegumentis. Quia. n. sciunt dñi esse terrã & vniuersã eius plenitudinẽ, eã quasi terrã dñi & patris sui fidenter inhabitãt: & de iis q̃ illa protulerit (quæ hic vocant diuitiæ eius) quasi de promptuario & cellario dñi & patris sui viuunt cũ fiducia. Præcipue tñ ad illã beatissimã terrã uiuentiũ refert intelligentia, de qua alibi dicit Propheta Psal. 23.
Credo videre bona dñi in terra viuentiũ Psal. 26
Præter hæc tñ, cõmode admodũ ẽt de terra cordis proprij intelligi possunt hæc oĩa, quẽadmodum & venerãdus pater Augustinus, supra adductũ illud dñi uerbũ exposuisse inuenit. Vnicuiq;. n. homini Deus cor suũ dedit: expurgatione uiciorum & insertione uirtutum diligenter, & fideliter excolendũ: sicq; singulos hoĩum ueluti colonos & agricolas in huiusmodi agro constituit. Atq; hãc quidẽ terrã, & hunc agrũ cordis, oẽs mali atq; boni dono acceperunt à Deo, qui finxit sigillatim corda filiorũ hoĩum. Verũ est mira- Psal. 32.
bilis qdã hac in re distãtia inter bonos & malos. Boni. n. cupientes ex sibi data terra fructũ bonũ accipere, habitationẽ sibi ĩ ea cõstituũt, & ad seipsos sese cõuertũt, vt in illo agro laborẽt assidue, quecunque pullulare cõspexerint mala zizania sollicite euellendo: quęcunq; verò bona & salutaria nouerint uirtutum semina in eo seminãdo. Atq; in hoc sanè negotio totã uitã sup terrã istã trãsigũt. Nunquã. n. ab hac terra colẽda cessare conuenit fideles operarios uirtutis. Sicq; ad modũ coloni, hæreditarẽ suã corporalẽ incolentes, inhabitant boni oẽs cordis sui, donec viuãt sup terrã. Deus vero q singulorũ attendit opera, & vnicuique reddit 1. Cor. 3
sm̃ suũ laborẽ, eos quos sic diligenter cõspexerit, non deserta reliquisse suã terrã sed inhabitasse eã, & fideliter excoluisse: ipse de labore agriculturæ huius trãsferet in terram uiuentium, ubi tum illos de pinguedine & fructibus terræ suæ absque labore in ęternum iubebit refici, satiari & inebriari: hoc est, de dulcedine æternæ fœlicitatis, & plenitudine gaudij sempiterni, quod in corde ipsorum erit pro piorũ remuneratione laborũ. Contra uerò, impij datã sibi terram nolũt inhabitare, nolũt ad cor conuerti, nolũt intra se habitare, sed per diuersa desideria sæculi huius, per concupiscentias & auaritias foras semper euagantur, & se intra se continere recusant, atq; ita desertã relinquunt, & proinde incultam terram suam, quam ad excolendam à suo cõditore acce-

re acceperant. Ex quo deinde cōsequitur, E ut fructum nullum indignum inde recipiant. Cum ergo dñs agri illius viderit colonos istos pmissos infideliter excoluisse, imò penitus inculta reliquisse terram quam illis tradiderat atq; locauerat, putas quid faciet agricolis istis? Iusto suo iudicio pro negligentia infidelitate eos cōdemnabit, simulq; cum eis terram iam spinis & vepribus plenā, nullisq; bonis onustam segetibus proiiciet in perditionem, & cōbustionem camini ignis. Ita fiet, ut hanc terram non sint hæreditate possessuri impij, quæ simul cū illis in pditionē mittenda veniet. His verò aptè

Heb 6. admodum & manifeste nimium consentiunt, F q cap. 6. Epistolæ ad Hebræos, de terra fructificante ac benedictionem accipiente, & de terra sterili maledictioni obnoxia, scribit beatus Apostolus in hæc verba: Terra n sæpe venientem sup se bibens imbrem, & germinans herbam opportunam illis à quibus colitur, accipit benedictionē à Deo, pferens aūt spinas ac tribulos, reproba est & maledicto proxima, cuius consummatio in combustionem. ¶ Versu 8 Desine ab ira, & derelin- G que furorem, noli æmulari ut maligneris. Secunda pars duplicē (vt in Elucidatione monstrat) recipit intelligentiam. Prior est: Noli sic illorum prosperitatem considerās ad æmulationē prouocari, ut malignari pponas, seu male agere, illisque assimilari in impietate, quo similiter ut illi floreas. Et tales sane nonnullos cōspicimus in armiores, qui dum vident se donec in iustitia & innocētia pei manent, pauperes & despectos haberi, & ab alijs calumniā & oppressionem perpeti, iniquos aūt conspiciunt florere & abunda H re oībus, esseq; honorabiles, & oībus acceptos, incipiunt dicere sibi in cogitationibus suis, Vt video, nihil proficiam, donec in hac simplicitate perseuerauero, sed ut tum, ita permanebo pauper & cōtemptus oībus. Ibo ergo, & faciam iniustitiam, & audabo proximos, mentiar, furabor, opprimā propinquos potero, ut ipse hactenus oppressionem sustinui: peierabo, & uerū occurratfidem violabo, adulabor magnatibus, iniustā lucra sectabor, & absq; discretione quicquid mihi vel pauxillū lucri ad ferre quiuerit, vel ullū adducere fauorem, exercebo liberè. Atq; his rationibus experiar, an nō ēt ego, ut cæteri, ad diuitias & honores ualeā pertingere, atq; ex hac paupertate & despectione emergere. Isti sane sic æmulantur in miserijs miseri, ut malignenē, atq; à iustitia excidant. Posterior autem intelligētia est, Noli sic ad æmulationē, ad iracūdiam, ad indignationē aut ad stimulantē inuidiam prouocari, vt male agas: idq; vel Deū blasphemando, qui ita dispensat humanarum rerū statum, uel ēt cōtra illos nimiū & irrationabile atq; iniustū odiū gerēdo in pectore, quemadmodū nōnulli inueniunt rebus pauperes, q propter hāc inæqualitatē vsqueadeo magnū erga diuites odiū cōcipiunt, ut gaudeāt si quid illis mali euenerit, doleāt verò illis rē be ne cedere, & obsunt in qbus possunt: & si opere non possunt, certe corde nocere cōcupiscūt. Hi verò nō sunt ex mansuetis illis, q terrā inhabitabunt. Sunt n aīo diuites & immites, tametsi rebus foris appareāt pauperes, & gestibus quādā pfendāt mansuetudinē. Prior autē intelligētia versui mox subsequenti aptius quadrare vr. ¶ Versu 13. Dominus irridebit eum. Quod dicitur dominus irridere impios proximis mala moliētes ut more humano dictū accipi oportet, quemadmodum si res videat q empiam ex ministris suis sibi ... callidas insidias excogitare, & iniquas machinationes struere suorū magnatū alicui, quē ipse vnice diligat, & p cæteris habeat familiarē, atq; præcipue charum, ridet ille impias machinationes iniq insidiatoris, differens tamen & dissimulans, donec dies oportunus aduenerit, quo innocentem à malitia liberet, ipsum verò impiū dignas iubeat pœnas. Sic.n. & nunc dominus cum electis suis agit: Ridet.n. peruersorum malitiam, quæ quantum potest nocet, & multum quidem se nocere putat bonis, cum reuera parum admodū sit, quod aduersum hos illi ualent. Sed veniet, qn dñs q nunc dissimulat, pro suis faciet aduersum illorum prauam uolūtatē vindictam, pro horum aūt innocentia, salutem. In secunda autem parte, pronomen eius ancipitem habēs relationem, duplicem

Deut. 32. Rom. 10 Psal. 2 Cor. 11 2 Timo. Heb. 13


ccm

cem effecit intelligentiā:ita tñ, ut ambæ A
in unā coincidãt. Pōt.n. relatiuū eius
referri ad dñm:ut sit sensus, prospicit dñs
uenturū esse diē suū hoc est, diem iudicij,
quo ipse adducet oīa iudiciū, & quo de
impietatibus iniquorū reqret vindictā.
Diē aūt iudicij vocari diē dñi et in Ap'lo
1 Thes. 5 didicimus, q Thessalonicēsibus scribens
Ioel. 2. in prima epistola, Dies dñi (inquit) sicut
fur ī nocte, ita veniet. Et apud Prophetā,
donec ueniat dies dñi magnus & horri-
bilis. Aut referri pōt relatiuū eius, ad im
piū, hoc mō, Dñs irridebit impiū qm̄ p-
spicit venturū esse diē ipsius, nēpe impij, B
id est, diē quo ipsius malæ impietates,
quas nunc meditat oēs palā fieri, & iu-
stā suo authori adduceēt cōdemnationē.
Sic.n. & vulgò loq solēt hoīes Heri dies
tua erat, cras forsitā vestra erit:eo signifi
care voluerint, idipsum miseriæ uel infor
tunii qd ipsi sustinuerunt priores, proxi-
mis suis adhuc esse venturū. Atq; hāc po
steriorem intelligentiā sequuta est eluci
datio ¶ Versu 17. Melius est modicum
iusto. Tametsi qd hic dr, modicū iustis
melius esse quā diuitias peccatorū mul-
tas, pcipue intelligat de bonitate & vtili C
Pro. 15. tate spūali:habet tñ et veritatē de utilita-
te & bonitate temporali. Nā & tpaliter
melius plerūq; est iusto ex sua mediocri
tate, eū sua sorte cōtentus uiuit, in secura
mēte (q iuxta sapientis verbū est quasi
cōuiuiū, ppetuā habens oblectationē) eū
impii cupiditate sua insatiabili, et maxi-
ma abundātia nō ualeāt suos amicos qui
etos reddere, sed ppetua torquent ampli'
habendi solicitudine. De hac aūt re ple-
ni' diximus in annotationibus Ps. 33.
¶ Versu 26. Iunior fui, etenī senui, &c.
Miret forsitā quispiā, quonā pacto ita fi-
denter Dauid hoc audeat asserere, q vsque
ad senectutē iustū nō viderit derelictū, D
aut semē ei' qrēs panem. Certè nos pluri
mos iustorū videm', altem, panem qren
tes mendicatim, & hostiatim p colligen
do pane circūeuntes: imò & derelinqui
vident nōnulli, & deficere iis q sustenta
tioni sunt necessaria. Neq; n. dubiū est q
multos fames passim extinguat, & si non
sp subito, ita ut ad oculū appareāt exha-
lare aīam, certe paulatim, dū p defectu p-
uenientis pabuli, destitui incipiūt uirib'
sicq; paulatim prsus intereunt. Pro hac
aūt obiectione dissoluenda, primū est at
tendēdū, impropriè admodū accipi hoc ī
loco, qrere panē. Nō.n. panem qrit, qui
mendicatim panem sibi colligit: sed pa-
nem qrere hoc in loco potius est pane
deficere, panem nō inuenire, quasi panem
reqrere sive desiderare fm eū ferme mo-
dū quo dici solet, in pliis illos desiderari
qui interfecti sunt. Vñ hoc loco Psalte-
riū Romanū habet, Nec semen ei' egens
pane pro quærens panem. Alioqui quis Gene. 3
est ex operatiis, qui nō qrit panem? Et
quō nō quæret panem hō, cui pceptū est
in sudore vultus tui vesceris pane tuo?
Cæterū, qd adducit de multis fame pereū
tibus, hoc aduertendum est diligenter;
plures esse hoīum qui derelinquunt &
destituunt necessariis:uerū à seipsis dere
linqunt, nō à Deo. Et multi fame consu-
munt, quos nō dereliquit Deus, sed ipsi
sese interimunt. Neq; solū se, sed & suos
liberos multos miserius Sunt.n. nōnul-
li (qd dolendum est) crudeles sui suorū-
que interfectores: qui eū honesta & satis
diuite sint familia pgnati, si ad paupptatē
deuenerint, malūt extremā pati penuriā,
seq; ac suos fame crudeliter & impie pe-
rimere, q suā paupptatē ppalare, & elee-
mosynæ gratiā verecūnde postulare. Et
dū foris nōnunquā vestimentorum de-
core satis splendent, interius membra cor-
poris tabescere sinunt, & esurire familiā:
quo (ut ipsi aiunt) suā nō dehonestent
pgeniem. Hos sanè Deus neq; dereli-
quit neq; perimit sed potius ipsa illorū
vana supbia. Atq; huius rei uehementer
expedierit, eos qui pascendo & erudien-
do populo psunt illos commonefacere.
qm̄ satis cōpertū est, multum hoīum nu-
merum ita sese pdere. Neq; sua tñ & suo
rum corpora (qd forsitā utcunq; fuerat
rat tolerādum) verumetiā crudelius p-
prias suas aīas, crudeli homicidio, eterne
dānationi reddere obnoxias. Quomodo
enim sui suorumq; non est crudelis in-
terfector, qui ob humanā uerecundiam,
imò verò ob uanam superbiā, seipsum &
suos domesticos interficit: imò verò nō
vnius est homicidij, reus qui eum mendi
cādo possit alere creditā sibi domum, fa
me perire sinit. Quid enim refert, si
uc bre-

ne breui horulæ spatio gladio animã tibi tuisq; eiicias, siue longiore cruciatu necessarij pabuli subtractione, cogas emigrare? Hi ergo nõ ut iusti nõ derelinquũtur, cũ nec iusti sint, q sunt crudeles homicidæ. Deinde, neq; à Deo, sed à semetipsis derelinquunt. Si.n. media ad hãc rẽ accõmoda quærerent, vel laborãtes manibus, vel (si id non valeant, aut si id nõ sufficiat) verecunde suam necessitatem exponẽtes, & eleemosynæ gratiã, quã et Dei filius non est dedignatus agnoscere, postulãtes, nequaq̃ neq; ipsi, neq; domus eorũ fame deficerent. Quẽadmodum.n. (iuxta dñi vocem) semper pauperes habiturus est mundus, ita eiusdẽ ordinatione & dispositione nunquã deficient viri
Mat. 26. misericordię, qui non patient fame peri-
E re iustos. Et si qñ oẽ humanũ subsidiũ deficeret viro iusto, nihil dubitãti & fidenter postulãti, proculdubio tẽpestiue adesset diuinũ: id qđ de pluribus sanctorũ virorum atq; mulierũ certissimæ prodiderunt historiæ. De Helia qdẽ in torrente à coruo pasto, liber Regum, p quẽ Se- 3.Re.17.
reptana quoq; mulier (cui oleũ iã & farina defecerãt) plurimo tpe sustẽtata est, alioq tamiã cũ filio cocto ac vorato vltimo pane, fame moritura. Itẽ & de hui discipulo Elizeo, per quẽ reges tres pericli- 4. Re. 3.
F tãtes in solitudine, cũ oĩbus exercitibus suis refocillati sunt. De Daniele in lacu Dan. 14.
leonum, liber Danielis refert. De Paulo quoq; eremita scribit sacer Hiero. Sed & de aliis plurimis i noua lege viris sãctis, dignissime fidei hoc ipsũ tradũt historiæ.

## XXXVII. PSALMI ARGVMENTVM.

*HIC Psalmus (qui in ordine pænitentialium tertius ponitur) formam conuersionis ad Deum præbet illis qui de graui iniquitate sese toto corde conuertere volunt ad dominũ. Videturq; homo is propter cõmissam iniquitatem supra modũ conturbati: qui intra se sentit grauissimã miseriã, diuini.s. iudicii horrorẽ, & afflictiuos admodũ malæ conscientiæ stimulos, mirabilem in corpore indispositionem, & conturbationẽ, ac motum diuersorũ tumultũ, quæ sibi ex peccatorum multiplicatione, & aggrauatione, & reiteratione fatetur uenisse, pp suã insipientiã: quibus oĩbus vehementer affligi se dicit & contristari, pręcipuè verò dum à lumbis oriri intra se sensit fœdos concupiscentiæ motus, quibus ita premitur, ut totũ corpus fiat mirabili cõfusione prorsus deꝓportionatũ sicq; vehemẽter afflictus: sentiẽs manũ ultricẽ domini, gemitus, suspiria atq; et clamorem fundit pro miseria ad dominum. Hęc autem omnia, usq; ad uersum undecimum per ordinẽ penitus confitetur. Dehinc exprimit graue certamẽ, qđ sustinet extrinsecus, ab illis qui noti amici & proximi ei fuerant, donec in peccatis illis extitisset socius. Nã hi cũ vident pænitẽtẽ uelle veteris uitæ uiã relinquere, eligere verò arctas uias pænitẽtiæ, multis modis aduersantur bona ꝓponẽti: partim suasionibus blãdis, partim comminationibus asperis, infirmũ aĩum, & alioqui mala conscientia satis onustũ vehementius affligentes. Aduersum quos, quo usus fuerit cõsilio exponit uersu 14. & deinceps, dicẽs aduersus illos suas aures prsus se obturasse quasi nihil audiret, nihilq; voluisse illis respõdere ad cõsentiendum tanquã si mutus fuisset: posuisse verò in domino spẽ suã, & illũ cõtra inimicorũ sæuitiã accepisse defensorẽ. offerẽs quidẽ se ad correctionẽ & disciplinã domini paratum, propter iniquitatem quã agnoscit: ab inimicis tamen istiusmodi, qui bonitatẽ sectãti detrahunt & obsistunt, orans liberari: & contra illorũ rabiem, diuinum sibi rectè poscit auxiliũ.*

## XXXVII. PSALMI ELVCIDATIO.



*OMINE ne in furore tuo arguas me:*
Domine in implacabili illo furore quem exhibebis atq; demonstrabis in oẽs impios in die iudicij tui, à quo nemo saluare impiũ poterit, ne tum simul cum illis sñia arguas me:

** neque in ira tua corripias me.*
& in seuera illa ultione tua, in terribili illa vindicta irę tuæ, ne sñiam correptionem & formidabilem sententiam tuam, quam experientur omnes qui in impietatibus suis perseuerauerunt.

*2 Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi,*
Idcirco autem irã tuã formido & depre-

cor dñe,qm̃ pũctnrę tumoris tui iã ſtimu A
lare cœperu nt aĩam meã,dũ reuoluo pec
catorũ meorũ magnitudinẽ:quemadmo
dum ſagitiæ cum infiguntur in carnem,
ſtimulant vehementer &affligunt eam,

** & confirmaſti ſuper me manum tuam.*

& tu extendere iam cœpiſti atq; aggraua
re ſuper me vltricem manum tuã, ex qua
ẽt nunc iſtos male conſcientiæ ſtimulos
atq; torturas graues me ſentire percipio,
quæ ſi modò ita mihi grauis eſt,vt affligar
vehementiſſimè, quanto erit intolerabi-
lior tunc,cum in immenſum vltionẽ fa-
ciet grauiorẽ? Merito ergo domine iram B
tuam ego formido,& à facie implacabi-
lis tum furoris tui,iure ego(dum tempus
eſt miſerendi)expaneſco.

*3 Nõ eſt ſanitas ĩ carne mea,à facie iræ tuæ:*

Ecce iã nunc in carne mea, non eſt ſani-
tas,nihil eſt integrum pp irã tuã & indi-
gnationẽ,quã per peccata mea ſcio iuſtè
contra me prouocatam: ſed totus quaſi
languidus,& mala diſtemperantia animi
ægrotans,deficio ita,vt præ dolore & lan
guore,vix mihi libeat vltra viuere,

** non eſt pax oſſibus meis,à facie peccatorũ meorum.*

nullã pacem habẽt oſſa mea,vniuerſę vi-
res corporis & aïæ commotæ ſunt,& cõ-
turbatæ pp peccata mea, per quæ cum
me ſentiam tuã irã iuſtè commeruiſſe,
non poſſim vllam præ timore & horro
re requiem,& oĩa prorſus quæ intra me
ſunt,per iſtam peſſimam peccati deordi-
nationẽ, velut in magna cõturbatiõe &
indiſpoſitione ſunt cõſtituta, & ita mul-
tu inſolito,atque inordinatione mirabi-
li voluuntur intra me imaginationes,co
gitationes,& affectiones meæ,abſq; vllo
ordine & compoſitione ſolita,nullã mi
hi permittentes pacem cordis mei

*4 Quoniam iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum:*

Ecce enim peccata mea quæ hactenus diſ
ſimulaui, q hactenus operui excuſaui,
cõfiteri quoque & emẽdare neglexi,iam
eo excreuerunt, ut ẽt ſupergrediantur ca
put meum, ita ut iam ſpiritum habeant
(mẽtẽ dico & uoluntatem)peſſundatũ, il
lũq; uelut ſuperauerint,& ad ſenſualis ap
petitus concupiſcentiã inflexerint, imò
huius ſeruituti illum uelut ſubiecerint,

** & ſicut onus graue grauatæ ſunt ſup me.*

& paulatim creſcentia, facta ſunt ſup me
grauiora & ponderoſa ualde, quẽadmo-
dum onus magnum dorſo alicuius aut
capiti impoſitũ , ita ut diſſimulare ultra
non poſſim,nec ferre ultra ualeam.

*5 Putruerũt & corrupta sũt cicatrices meæ:*

Inſuper & cicatrices vulnerũ meorum re
nouatæ ſunt, & ſemel ſanatis vulneribus
iterũ cęperunt periculoſius ſubtus carnẽ
exurgere:hoc eſt , peccata mea aliqñ di-
miſſa,& per pœnitentiã ſanata reiterani,
& reciduo mihi non cauens, factus ſum
quàm ante fueram deterior,& ægrotans
periculoſiori vulnere:

** à facie inſipientiæ meæ.*

idq; pp inſipientiã meã,qm̃ vos ita inſi-
pienter vulnera illa priora feci recrude-
ſcere,& quę ſemel planxeram,ſtultus ego
iterum reſumere non metuebam.

*6 Miſer factus ſum,& curuatus ſum vſq; in finem:*

His modis vſq; ad finem (id eſt,nimium
& vehementiſſimè,quãtũ ferre poteram)
miſerijs variis & magnis afflictus fui,& to
tus incuruatus ſub pondere miſeriarum,
C vſq; in finem,ita vt mihi viderer amplius
ferre non poſſe:

** tota die contriſtatus ingrediebar.*

atque ita horrore conſcientię perturba-
tus,& peccatorum turpitudine conteri-
tus,iugiter verſabar in magna mœſtitia
& deſolatione.

*7 Qm̃ lumbi mei impleti ſunt illuſionibus:*

Nã lũbi mei (in qbus luxurioſi affectus
eſt ſedes)pleni erãt fœdiſſimus motibus,
quibus mirũ in modũ mihi illudebat, &
qui magna me efficiebant ignominia,dũ
ex eis fœdas,beſtiales,& omnino inordi
D natas cõmotiones exurgentes, & tyran-
nizantes perſentirem in meo corpore,

** & non eſt ſanitas in carne mea.*

& planè nõ eſt ſanitas ĩ carne mea,nulla
eſt debita cõpoſitio,nulla eſt rectitudo,
nulla rectitudinis ꝑportio,ſed diſtẽpera
ta,incõpoſita,confuſa & inordinata ſunt
oĩa.Poſtea.n.q̃ ſpiritus meus eã, quam te
cum habebat,ò Dñe Deus,rupit confœde
rationem, cœperunt non ſolum quę in
anima: ſed & quæ in corpore omnia
confundi, ſuam compoſitionem diſſol-
uere, à ſua confœderatione diſcedere,

tumul-

Sicq; meipsum feci, pp virtutis proposi-A tum, quasi surdum & mutū: perinde ac si nihil audirem eorum quæ ipsi pro ponebant, nihilque haberem quod illis responderem, aut quo illorum uanas propositiones confutarem.

16 *Quoniam in te domine speraui:* Atq; hæc qdem idcirco feci Domine quoniam in te iam cœperam constituere spē meam: propter quod, ab omnibus illorū vanitatibus uolebam prorsus auertere animum:

* *tu exaudies me domine Deus meus.* neq; dubito, quin tu misericordiatū pater pro tua benignitate sis exauditurus me pauperem & afflictum seruum tuū, spiritu contribulato ac hūmili, cōtritoq; corde tibi supplicantem, & totum se tibi plena fiducia committentem.

17 *Quia dixi nequando supergaudeant mihi inimici mei:* Dixi, n. in corde meo: volo dum tempus est, in Dño ponere spē meam, ut per eum possem fieri saluus á rabie inimicorum meorum, nequando ipsi de mea gaudeāt, si mihi præualuerit, suamq; de me videāt impleri uoluntatem?

* *dum commouentur pedes mei, super me magna loquuti sunt.* C cum. n. vel modicum incipiunt moueri à recto pedes mei, statim exultentes magna & superba loquuntur aduersum me quasi suo uoto potiti: sed ante victoriam (ut spero) canentes triumphum.

18 *Quoniam ego in flagella paratus sum:*

Lucæ. I. Et quidē, quod ad te attinet Dñe, ego conscius magnitudinis peccatorum meorū, paratum me offero ad disciplinam & correptionem sufferendā, prout misericors iustitia tua dictauerit, & expediēs cognouerit; nō refugio à te, Dñe, pro peccatis D meis disciplinam suscipere correptionis sciens qd grauiter peccauerim in cœlū & coram te, ut iam non sim dignus vocari tecū adhuc vt filius, sed potius flagella sustinere ut seruus malus & fugitiuus:

* *& dolor meus in conspectu meo semper.* imò & ipse uolo propter inigtates meas dolore iusto & pœnitentia meipsum affligere, & dolorem meum seruare volo semper, donec viuam, nunquam prorsus obliuioni daturus iniqtatem meam, uoloq; in hoc dolore & afflictione hac pœnitētiæ persistere, usquedum in me tua consolationē ab eo reuelare dignaberis.

19 *Quoniā iniquitatem meam annunciabo:* Nā iniquitatē meā ego ipse cōfiteri paratus sum, & celare nō uolo, sed meipsum, ī aperta cōfessione paratus sum accusare,

* *& cogitabo pro peccato meo.* & recogitabo ī amaritudine turpitudinē peccati mei, & pro eo me affligam: Ero quoq; memor, donec viuam peccati mei, atq; ēt postquam tibi placitum fuerit dimittere, mihi tamen iustum erit sub B inde recordari & recogitare, quàm à te olim fuerim elongatus.

20 *Inimici autem mei uiuunt, & eo firmati sunt super me:* Quanquam autē ita per oīa tuæ voluntati me subijciam, & à te paratus sim qcquid decreueris correctionis libenter suscipere inimicorū tamen meorū rabiem metuo, & ab illis per te saluari oro, meliꝰ iudicans in manus tuas incidere, tuaque manu corrigi, q̄ illorū potestati tradi, vt per eos morte interficiar. Ipsi aūt hi inimici mei adhuc supersunt, neq; desistunt me male persequi, contra me fortitudine & violētia cōfortati sūt atq; corroborati,

* *& multiplicati sunt qui oderūt me iniquè* insuper & numero multiplicati qui me falso & sine causa oderunt & persequuntur malū quærentes paupereulæ aīæ meę

21 *Qui retribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi:* Ecce hoīes ingrati qui pro bonis mala retribuunt ipsi mihi aduersati sunt in pietatis negotio, & cum ego nihil illis nisi bonū exhibuerim, nūc uicissim mala mihi rependere laborāt, detractionibus que & cōtumelijs molesti fuerunt mihi.

* *Quoniam sequebar bonitatem* propterea quod ab illorū prauo cōsortio meipsum segregās, uiam eligerem virtutis, eamq; deinceps ambulare vellem.

22 *Ne derelinquas me domine Deus meus, ne discesseris à me.* Quanto verò illi magis mihi aduersant tāto te piissime Dom ine Deus meus precor mihi fieri propitium ut ī tātis malis (quæ ego partim intrinsecus fero, partim foris sustineo) miserum me, & iā multis modis afflictum nunquā derelinquas, ne

pl. Quis.n. filius, vt ait Apostolus, quē nō A
Hebr. 12 corripit pr? Etsi extra disciplinā estis, er-
go adulteri, & nō filij estis, sed tñ non ar-
guit in ira & furore. Argui aūt in miseri-
cordia, ēt optare debemus, iuxta quod in
Ps. 140. alio Psalmo dr̃, Corripiet me iustus ī mi-
sericordia, & saluabit me ¶ Versu 4. Qm̃
iniquitates meæ supergressæ sunt caput
meū. Per caput, nō insolitū in scripturis,
ꝙ in hoīe supremū est intelligi, spū siue
mētē & volūtatē. Tūc ergo iniquitates su-
pgrediunť caput, qñ vsq; adeò excrescūt, si-
ue multitudine siue magnitudine, vt spū
pessundent, vt mētē obtenebrēt, & volūta B
tē incuruent ad mali cōsensū. Facit autē
hoc nō solū vnius peccati mortalis graui-
tas, verumēt nōnunq̃ nimiū excrescētiū
quotidianorū multitudo: vbi neglecta vel
ꝯtēpta, nō fuerint quotidianis lachrymis
expurgata. Scdm hūc aūt modū & in alio
Ibidem. Psal. Postulat Propheta, caput suū no im-
pinguari pctõris oleo, hoc est adulatio-
nis blāditia nō ptrahi aut seduci mētē &
voluntatē in peccati cōsensū. ¶ Versu. 5.
Putruerūt & corruptæ sūt cicatrices meę.
Cicatrix, vulneris pcedētis sed curati indi-
ciū est. Vbi aūt cęperit semel curatū vul- C
nus & iā clausum, intus sub pelle repu-
trescere, plerunq; maius est periculum, q̃
fuerit in primo vulnere. Ita sm similitudi-
nē, p cicatrices, putrefactionem & corru-
ptionē, pcti dimissi reiterato (q̃ recidiua-
tionē nūcupāt) significať. Rectè aūt dicit
pęnitēs, facie insipiētiæ cōputruisse cica-
trices. Verè.n. insipiētia magna est & aper-
ta stoliditas, q̃ semel ppria voluntate &
affectu plāxisti, ea ppria iterū voluntate
resumere: quemadmodū cū reuertiť car-
Prou. 26 nis ad vomitū. ¶ Versu 14. Ego aūt tāquā
2. Pet. 2. surdus nō audiebā. Quēadmodum (iuxta D
Saluatoris verbū) inueniunť Eunuchi, q
seipsos castrauerunt pp regnum Dei: ita
Matt. 19 sunt & surdi, q seipsos surdos faciunt, pp
regnum Dei, similiter & muti, illi vc3, q
pp regnū Dei īterdixerūt sibi, ne eū volū-
Iob. 31. tate & ꝯsensu audiāt vel dicāt aliqd eorū
Matt. 5. q̃ cōtra Dei gloria faciūt, atq; virtutē. At-
& 15. que hoc mō & cæci inueniunť pp regnū
Dei, q pepigerunt fœdus cum oculis suis
vt nō videāt in quo offendāt, sicq; oculos
sibi eruunt, vñ scādalū paterenť. Similiter
& claudi, q pedē scādalizātē abscindunt

& proiiciunt pp regnum Dei. Imò & cā-
ptiui hoc mō inueniunť, q seipsos cōclu-
serunt in carcere, quēadmodum beatus
Hieronymus in Epistola quadā ad Eusto-
chium, se fateť à semetipso pp gehennæ
metū carcere dānatum, cum pp Dei serui-
tutē in eremi solitudine sese conclusisset.
¶ Versu eodē, Et sicut mutus nō aperiens
os suum. Quod in 2. parte dr̃, Factus sum
sicut mutus nō aperiēs os suum: & dein-
de, sicut hō nō habens in ore suo redar-
gutiones, forsitā mirabiť quispiā, qd sibi
velit. Vr̃.n. expediēs interdum, vt redar-
guantur impij, & aperiamus os nostrum
aduersus stultas impiorum ppositiones:
quēadmodum & Saluatorē legimus va-
na pponenti diabolo respōdisse, & redar- Matt. 4.
gutionibus aptis confutasse. Sed sciē-
dum est, ex serie Psalmi totius, loqui hic
eum q recens est in bono pposito, & ad- Luc. 4.
huc inexercitatus atq; infirmus Hmōi aū-
tē pstat, vt prorsus in silentio discāt vanā
obiicientium insipientiā cōtēnere, q̃ mul-
tis verbis cum illis misceri in disputatio-
nē. Com.n. illi ī sua prauitate admodum
sint exercitati (quēadmodum & Dñs te- Luc. 16.
statť, filios huius seculi prudētiores esse
filiis lucis in gñratione sua) ipse verò ru-
dis adhuc sit in eo quod cœpit negotio
Dei, tutius est nouitio militi obmutescē-
do, q̃ hinc inde argumētādo & rūdendo,
aduersus malos suasores agere si firmus
velit in eo quod cœpit vel pposuit per-
stare. Quæ regula, in fidei dogmatibus
contra impiarum assertionum authores
vel ppugnatores, simplicioribꝰ fidelium
diligētissime ēt cōseruāda est. Nihil.n. pe-
riculosius esse pōt, q̃ simplices) q nōdum Hebr. 5.
p cōsuetudine exercitatos habet sensus
ad discretionē boni & mali) cum illis di-
sputatione cōtēdere, q pro sui ingenii
prauitate & astutia, simul & exercitatione
lōga in suis vanitatibꝰ parati sunt ad im-
pugnādā valide ad modū veritatē Neq;
nisi in regula orthodoxę & catholicę fi-
dei fundatissimis, & in scriptura sctā exer-
citatissimis viris, tuta est hmōi cōgressio.
¶ Versu. 19 Excogitabo p pctō meo. Co-
gitare debemus de peccato multipliciter,
De eo qdē quod in pñti nos adhuc gra-
uat, vt de ipso agamus pęnitentiā De pte-
rito autem quod iā dimissum cōfidimus,

Cogitãdũ nobis est nihilominus, vt à recidiuo cauẽtes, nõ iterum in illud ipsum incidamus, vel in aliud, siue simile, siue maius. Nonnunq̃ ẽt præteritorum peccatorum magnitudine, multitudine, & fœditate non inutiliter cogitamus: vt magnitudinẽ Diuini beneficij, quo ex illis nos liberati & saluati sumus, melius valeamus p hmōi consideratiõnẽ cognoscere, (Non. n. plene cognoscit medici curantis beneficiũ, nisi morbus ipsi fuerit ægrotanti bene cognitus) sicq; in gratiarum actionẽ Deo digne psoluẽdã excitemur. Atque hac arte Paulus frequenter apud suos discipulos vtit. Veluti ad Rom. 1. ca. quanta gentiũ facinora cõmemorat, & ca. 2. quo Iudæorum male gloriantiũ in lege præuaricationem exaggerat, vt tandẽ demonstraret, oẽs peccasse, & eguisse gloria Dei. Similiter & in Epistola ad Corinthios. 1. cap. 6. post enumerata turpissima facinora, subdit: Et hæc quidem fuistis aliqñ: sed abluti estis, sed sanctificati estis. Et ca. 12. Cum gentes essetis, ad simulachra muta prout ducebamini, euntes. Ad Ephesios. Eramus natura filij iræ. Et alias plurimis in locis, quales ante conuersionem fuerint, eis post conuersionẽ proponit: idq; facit vt, uel ad gratiarum actionẽ, vel ad cautelã illos inducat. De futuris verò peccatis, aut ẽt possibilibus, cogitare oportet, nõnunquã metuendo, & pro nr̃a ab illis præseruatione deprecando, quẽadmodum in orõne dominica quotidie facimus cum oramus nõ induci in tentationem, sed à malo liberari.

Rom. 1. Roma. 2 Roma. 3 1. Cor. 6 1. Co. 12 Ephes. 2 Matt. 6.

## XXXVIII. PSALMI ARGVMENTVM.

*Positus in tribulatione malorum vir iustus firmat in aĩo propositũ, nolle se contra tribulãtes os aperire, neq; contra mutire, sed in silentio patiẽter ferre quæcunq; placuerit Deo, vt patiatur ab illis, tametsi id graue sit ac permolestum, nec sine vehementi æstu multiplicium cogitationũ facile valeat impleri, vt non saltem bonis ac rationalibus sermonibus aduersarij obsistat iniuste tribulantibus. Cõpescit tamen se hac in parte, Deum habens ante oculos ad quẽ mox conuertit sermonẽ, à quo ẽt numerũ dierum vitæ suæ interrogat, velut tædium habens vitæ præsentis, & desiderium liberationis ab hac miseria. Atq; hæc quidem. 6 primis versibus. In sequẽtibus aũt 4. versibus, hominis vanitatẽ (partim ex nimia naturæ mutabilitate & breui vitæ duratione, partim ex stulta & vitiosa actione) proponens, ad Dominũ sese totũ conuertit, in illo suã oẽm spẽ, & oẽm substantiã positã confitendo. Atq; hæc, vsq; ad uersum vndecimum. Hinc verò considerans afflictus oẽm suã persequutionẽ, non vt ab hoĩbus, sed vt à Deo permittente & disponente propter peccata super se venientem eundem orat pro peccatorum remissione: atq; ita consequenter recto ordine & pro flagelli amotione, attenta & humili oratione supplicat, iam defatigatus assiduis malis: allegans etiam, aduenam se esse & peregrinum super terram, vt hac ratione facilius impetret exhiberi sibi miserationem. Aduenis enim peregrinis debetur vel ex naturali lege commiseratio.*

## TRIGESIMIOCTAVI PSALMI ELVCIDATIO.

DIXI, *custodiam vias meas: vt non delinquam in lingua mea:*
Proposui in corde meo, & pactum feci custodire & obseruare vias meas, sicq; diligenter ad actiones meas oẽs attendere, vt nec p linguã meã peccatum vllum cõmitterem, quicquã, vel malum, vel noxium, vel otiosum loquẽdo, quod loqui non conueniret.

2 *Posui ori meo custodiam:*
Atq; vt hoc propositum salutare perficerem, os meum sub diligẽti obseruatione constitui, quasi sub clausura quadam: cauens, ne inde sermonem vllum, nisi post diligens examen & discutionem naturã pateret egredi:

* *cum consisteret peccator aduersum me.*
tunc ẽt cum cõtra me starent ex aduerso peccatores, cum illos viderem ante oculos meos iniquitatem aduersum me pficere. Proposui n. pmittere illos pro suo placito agere, nec velle contradicere, sed in silentio potius sustinere, dominoque causam omnem commendare.

3 *Obmutui, & humiliatus sũ, & silui à bonis*
Itaq; iuxta hoc consilium atq; propositũ

cordis mei, cũ illi aduersum me starẽt, A ad peragendum suam malitiã, & mihi psequutionem inferendã, ego obmutescebã & humiliabar, in patientia & humilitate sustinendo, quæ illi inferebãt mala & opprobria, & tacui ẽt a bonis, ita vt nõ solum blasphemias, conuicia & iurgia, non rependerem me molestantibus: verũ neq; rationabiles sermones vllos, per quos a proposito malo illos forsitan potuissem inflectere.

* *& dolor meus renouatus est.*

me verò ista agente, atq; in hoc proposito me exercitante, sensi intra me renouari B dolorem cordis mei, & velut ingeminari.

4 *Concaluit cor meum intra me:*

Concalescere.n. cœpit intra me cor meũ, & velut feruore quodã accendi, partim quidẽ ab innata humano affectui superbia & impatientia, ob quã difficilimum ẽ pati iniuriã ab aduersariis, maximè cõtrã stantibus, & eã nõ saltẽ verbo retaliare: partim verò, pp zelũ, & conscientiæ testimoniũ quo vrgeri videbar, vt illis saltẽ rationabilẽ responsionem redderem, si forte molli responsione irã frangere, & (Prou. 15) à cœpta eos malitia prohibere possem: C partim ẽt  mea ista nimia patientia illos videbã in sua malitia firmiores fieri, eam que exercere licentius: quæ oĩa vehementer affligebant cor meum:

* *& in meditatione mea exardescet ignis.*

& in hoc sollicita anxiaq; meditatione positus, sẽsi velut igne quodã anxiæ sollicitudinis æstuare spiritũ meum, multa atq; ea quidem diuersa & cõtraria meditantem, dum mecum ipse fluctuarẽ, vellẽ ne iuxta propositum prorsus obticere, an fracto proposito aduersum illorũ malitiã meipsum defendere, illosq; de sua D prauitate saltem verbis bonis arguere.

5 *Loquutus sum in lingua mea:*

Post multã verò fluctuationẽ, loqui tãdẽ cœpi ẽt in lingua mea: verùm non illis ad satisfaciendũ cupiditati vindictæ, sed tibi Dñe, ad consolandã contra iniurias aĩam meã, tibiq; dixi, cum ab aduersarijs premerer in oratione mea, præ desiderio liberationis à præsenti miseria.

* *notum fac mihi domine finem meum,*

quãdiu adhuc me premet, ô Dñe, ista hominũ prauorũ malitia? Fac mihi Dñe cognitũ finẽ vitę meæ, qua in medio huius malitiæ sum victurus super terram. Iam .n. tædet aĩam meam vitæ huius, & cupio magis dissolui, & tecũ habitare, vbi nulla (Iob. 10.) esse potest malitia persequentis, atq; hoc sane desiderio, requiro in libertate cordis cognitionem exitus mei.

6 *Et numerum dierum meorum quis est, vt sciam quid desit mihi.* (Philip. 1.)

Et numerũ dierũ meorũ, quibus viuam in medio huius malitiæ, fac me cognoscere, vt scire valeã, quantum mihi adhuc tpis superfit in vita transigendũ, & quãdiu hic mihi sit in ista peregrinatione & afflictionibus psequutorũ pseuerandũ.

7 *Ecce mensurabiles posuisti dies meos:*

Ecce.n. certẽ ego illud habeo,  dies oẽs vitæ meæ tu constitueris ac definieris in certo numero, qui tibi est cognitus, & certã constituisti mihi periodum ac terminum vitæ, ante quam vt liberari ab hac miseria non potero, ita post eam indubie hinc me scio migraturum.

* *& substantia mea tanquã nihilũ ante te:*

& subsistẽtia mea ac vita, qua in hoc corpore in terra subsistã & viuã, modicæ admodũ & quasi nullius durationis est in ↄspectu tuo, cuius duratio est æterna, principiũ nõ habẽs neq; finẽ, cũ tpis mei duratio quasi heri inceperit, cras finienda.

8 *Veruntamen vniuersa vanitas omnis homo viuens.*

Imò certè oĩs hõ donec in vita hac corporis viuit, donec in hac tpis duratione permanet in hoc mondo, nihil aliud q̃ vanitas, imò vniuersa & integra vanitas. Est.n. oĩs homo in hac vita viuens, præ omnibus creaturis, maximè mutabilitati & instabilitati subiectus, tam mirè instabilis, tam nimis variabilis, per singulas horas & momenta singula immutationibus subiectus, vt merito dici possit ipsum esse vniuersam perfectamque vanitatem.

9 *Veruntamen in imagine pertransit hõ:*

Quin & in vmbra quadã, tanq̃ in imagine, siue ad imaginis modum, pertransit hõ per seculum vitæ præsentis, ita velociter transiens, atque ita nihil subsistens, vt transit vmbra, q̃ & nullam habet solidã subsistentiã, & facillimè citissimèq; diffugit, nullum relinquens sui vestigium

* *sed & frustra conturbatur.*
ac proinde vanum est hoiem conturbari aut tumultuari pro vllis rebus,t parijs & transitoriis huius mundi(q̄bus nulla duratione,nulla stabilitate frui possit) siue qs ea q̄ videnť bona auferat,siue quæ videnť mala inferat. Oino.n. stultum atque ridiculum est,multum aĩo commoueri pro rei cuiuslibet ablatione, quam post breue momentum velis nolis necessario es perditurus. Et nihilominus vanum est propter modicum incommodū vehementer conturbari, quod mox post momentum diffugiet.

10 *Thesaurizat,& ignorat cui cōgregabit ea:*
Inter oĩa aũr q̄ vanitatis sunt hoĩ um,illa est vel præcipua, vel apertissima, ꝙ magno studio,cura,labore solicitudine,thesauros magnos hoĩes cupidissimè cōgregant,in aceruos congregantes aurū & argentum,& cætera hmõi(pro q̄bus & corpora periculis exponunt,& aĩas suas perditioni æternæ mancipare non formidant)& tñ ignorant,q̄bus ista sic congregent,incertum est.n.ad quē hmõi rerum sit deuentura possessio:neq; sciunt hoĩes, ad quē sit post mortem, suarum rerum venturum dñium. Et de hærede quidem frequenter oĩno ignorant, dum sic cupidissime congregant,quisnam ille sit futurus:Aut si personā vtcunq; sciunt, certe qualis ille sit futurus, & q̄uo partis vsurus,ignorant,aut in quos vsus ipse congregata sit expensurus, aut quo animo (grato ne an ingrato)erga eum qui thesaurizauit futurus. Sic autem in incertum tantos labores pro nihilo, imò in detrimentum æternum insumere,quis non videat esse vanissimum?

* *& nunc quæ est expectatio mea,nonne Dominus?*
Quæ verò est,ò pijssime Deus,mea expectatio?q̄d est meū desideriū? q̄d est quod ego expeto,quod quæro? Certe nō aliud, nisi tu ipse Dñs & Deus meus. Tu.n.es p̄stolatio mea & patientia mea,quē solū expecto cum desiderio:vt te aliq̄n possideam,propter quem talia omnia temporaria pro nihilo contemno,& omnia aduersantia patienter ferre volo:

* *& substantia mea apud te est.*
Iob. 17. & substantia mea omnis apud te est: id

E est, meas omnes diuitias in te vno positas habeo,teq; repnto omnes diuitias & totam possessionem meam, in quo vno habere me omnia confido. Psal. 7.

11 *Ab oĩbus iniquitatibus meis erue me:*
Tu domine,q̄no te dignus fiam, ab omnibus peccatis meis me libera:

* *opprobrium insipienti dedisti me.*
& tu p̄misisti me fieri opprobrium, & illusionē hoĩbus insipientibus,aduersariis meis,quem contemptum & afflictionem patienter fero, modo tu tantùm sic humiliatum me à peccatis meis absoluas.

F 12 *Obmutui,& non aperui os meum quoniam tu fecisti:*
Cum aũt illi mihi illuderent,& irrogarēt iniurias,obmutescebā ego iuxta q̄d dixerā ac p̄posuerā in corde meo,neq; ad r̄nsionē, defensionē, aut exprobrationem aperui aduersum illos os meum, sinens illos agere contra me quicquid esset collibitum:quoniam sic ista accipiebam tanquam à te illata & facta,id est, à tua prouida dispositione & prudenti permissione,propter exercitium patientiæ & purgationem peccati mei:

G * *amoue à me plagas tuas.*
& q̄a hæc oĩa quæ patior, non vt ab insipientibus hoĩbus, sed vt à tua pronida dispositione accipio,idcirco nō illis r̄ndeo,nō cū illis cōtendo vt cessent, sed te Dñe deprecor,vt tu à me ista tua verbera,ista tua flagella amoueas, cum tibi ita placitum & vtile visum fuerit. Te enim volente cessabunt plagæ aduersariorum meorum, quorum ministerio ad meam disciplinam vti te confidero.

13 *A fortitudine manus tua ego defeci in increpationibus:*
H A fortitudine vltricis manus tuę,quā super me grauiter extentā experior, ego quasi defeci in castigationibus & flagellis tuis, & i ā totus videor exaustus prę grauitate persequutionis & afflictionum, quæ super me ex tua dispositione venerunt:

* *propter iniquitatem corripuisti hominem.*
tu.n.Dñe corripere solitus es hoĩes, arguere & castigare pp iniquitatē:quemadmodum pius pater filiū corripit peccantē,partim,vt quod per iniquitatem iustitiæ subtractum est, per vindictæ pœnalitatem restituatur:partim verò vt correptus

prius offendisse se sciat,& quę offenderit, agnoscat,agnoscens vero emendare studeat,ne iterum vel eadem, vel prioribus peiora non castigatus committat.

14 *Et tabescere fecisti sicut araneā aīam eī⁹.* Et facis tu Dñe tabescere animam meā, atque in nihilum vitam defluere,ad eum modum quo aranea exhausta oī vigōre & exiccata tabescit, quæ sane correptio & pœna toti etiam generi hominū propter originale peccatum infligitur.

* *veruntamē vane conturbatur oīs homo.* veruntamen vanum est hominē pro vlla re temporaria cōmoveri animo, & vel nimia delectatione affici, vel immodico dolore torqueri,propter qd mihi consultius uidetur in nullo cōturbari, tibiq; in patientia omnia committere.

15 *Exaudi orationem meam Domine, & deprecationem meam:*

Tu tantum Domine exaudi orationem meam,quam fundo ante conspectum tuum,& deprecationem qua te deprecor pro remissione peccatorum:

* *auribus percipe lachrymas meas.* lachrymosas orōnes meas, & p̄ces quas cū lachrymis ex dolore pœnitentię effundo,auribus percipe,& clementer exaudi.

Hebr.13 16 *Ne sileas:*

Ne taceas, neque obsurdescas,sed magis attentus esto ad orationem meam,& benigna exauditione responde deprecationi meæ:

* *quoniam aduena ego sum apud te,& peregrinus sicut omnes patres mei.*

2.Cor.5. qm̄ ego ante sum quasi aduena,& quasi peregrinus in hoc mūdo, stabilē hic nō habēs mansionē,qūo oēs maiores mei, nō nisi aduenas,& peregrinos esse se cōfessi sunt super terram. Nō.n.habemus hic manentem ciuitatem,sed futurā inquirimus, & donec in corpore uiuimus à Domino peregrinamur, per fidē ambulantes,non per speciem.

17 *Remitte mihi vt refrigerer, priusquam abeam,& amplius non ero.*

Quoniam ergo aduenis & peregrinis debetur misericordia & cōsolatio,precor te domine, ut remittas aliquantulū sp̄ me manum tuā paululumq;, si ita tuæ volūtati placitum & expediēs visum fuerit,eā alleuies,& à me subtrahas,ut q pene mi-

A hi uideor iā exhaustus, atque destitutus internis uiribus,respirē & refociller aliquantulum,accipiamq; vel modicā consolationem & requiē,priusquam ab hac terra miseriæ,& peregrinatione egrediar qn̄ amplius non ero super terram, neq; vltra redibo,posteaquā semel abscessero vt etiā modo in peregrinatione, aliquid illius super plenissimæ consolationis velut prægustare valeam,qua apud te spero in æternum frui. Amen.

## ANNOTAT. IN PSAL. XXXVIII.

B Versu quinto & sexto,Notum fac mihi Domine finē meum. Quod petit Propheta,notum sibi fieri finem suū, & numerum dierum uitæ suæ, nō aliud quàm exprimit tædium p̄sentis uitæ, & desiderium futuræ,in qua se liberandum credit ab oībus malis. Mos enim est, cū ad aliquam rem uehementer aspiramus, siue ut finiatur,siue ut inchoetur, vt supputatis diebus expendamus, qn̄ hæc res desinet,aut illa incipiet. Et aliàs diximus, cum ita loquit̄ Psalmista,Vsquequo Dñe

C obliuisceris me,quonsq;,quamdiu,alijsque consimilibus modis non aliud indicari nisi magnum desiderium, nullam aūt expectari certam responsionem. Atque ita & in proposito,petens uir iustus à dn̄o vt notum sibi faciat finē,& numerum dierū, nequaquā responsionē expectat, sed sm̄ suum desiderium uehemēs, sic loquēdo,insinuat. ¶ Versu sexto,Quid desit mihi,id est, quantum desit mihi tēporis uitæ meæ,hoc est,quantum adhuc mihi supersit dierum, aut temporis, quo uiuendum mihi est super terram. Illud

D enim temporis dicitur nobis deesse, ꝙ nondum uiximus, quod adhuc superest in uita transigendum. Vnde & vulgo loquentes dicere solent homines, tot annos se habere, quot annos viuendo trāsigerunt. Illos.n.qui nondū transacti sūt, habere se non dicunt. Verbi gratia, qui 30.annos uixit, ex loquendi vulgata cōsuetudine dicit se, 30 annos habere. Eos aūt quibus uicturus est nōdū se dicit habere. Et sm̄ hunc modum,annos residuos q supersunt transigendi,sibi dicit Propheta deesse,eo ꝙ nōdū eos habeat. Quā uis forsitan sm̄ aliam considerationem

 rectius

rectius dicere possumus iuxta veritatem, illos annos habere nos q adhuc supsint: illos verò iã deesse, iã nõ haberi, qui ptericrũt. Nã fm veritatẽ nihil minus habemus, q̃ id qd oĩo pteriit, & ita preriit ut nullo mõ reuocari possit cuiusmodi est tps qd iam pterirũ est. Illud uerò qd ad huc habendũ est, tãtũ spe habemus, & expectatione possidemus. ¶ Versu 7. Et substãtia mea tanq̃ nihilũ ante te. Substãtia te in hoc Psal bis ponit, & iuxta Elucidationis declarationẽ, nõ eodẽ mõ accipit. Nã prius quidem, pro substantia seu vita ponitur. Vnde & ex Hebræo uertit B. Hier. Et uita mea quasi nõ sit in cõspectu tuo, pro quo alius vertit tẽpus, eandẽ prętendens intelligentiã, vez de tẽpore uitæ, & subsistendi in hoc corpore. In secũdo aũt loco, vr substantia aliud esse quã subsistentia, vel tempus uitæ, nimirum ipsum in quo omnes suas diuitias, possessionẽ oẽm, atq; oẽ suum bonum posuiũ indicat. Nã quadrat hæc intelligentia recte ad id qd pcessit de uanitate hoĩum auarorũ. Quasi dicat propheta, Hi quidẽ thesaurizant, & ignorant cui cõgregãt illa tẽporaria bona. Mea uerò expectatio non alia est, q̃ dñs: & substantia mea oĩs; oẽs diuitiæ, & oẽs mei thesauri apud te sunt, ita eũ te unũ habuerim oĩa sim habiturus, quę ego expecto & desidero. Atq; his recte satis Hebræum consentit, quod hoc in loco habet, Præstolatio mea uel spes mea in te. ¶ Versu 8. Veruntñ vniversa uanitas, oĩs homo uiuens. Hũc versum ita explanat Elucidatio, ut uniuersa & vanitas regimine adiectiui & substãtiui copulentur, sicq; sensus, Omnis hõ viuens, est uniuersa uanitas. Atq; huic constructioni consentit Felicis translatio ex Hebræo, quæ habet: Certe oĩs uanitas oĩs homo permanens, in vita scilicet ista corporis. Et videtur hæc esse Psalmistæ sententia qua omnem hominem, donec hic uiuat super terram, facit esse uniuersã vanitatem, significans nimirum illã maximam & summam mutabilitatem atque instabilitatem, cui præ cæteris omnibus creaturis, donec in corpore degit, amplius subditus est homo. Nã sicut (iuxta Beati Gregorii demonstrationem omnis creaturæ aliquid homo, nimirum esse cõmune habens cũ inanimatis oĩbus uiuere, & vegetare cum plãtis sentire cũ alalibus, intelligere, & uelle cũ angelis, ita similiter & oĩum creaturarum mutabilitati communicat homo, & oĩs creaturæ mutabilitas in humana specie uelut agglomerata. Cũ inanimatis.n. cõmunicat hõ, quantum ad corpus mortale qd modo inhabitat, in mutabilitate ab esse: qm̃ corruptioni subiectus est atq; ẽt aliis mutationibus fm locum, & fm uaria accidẽtia corporalia. Cũ uiuentibus, fm mutabilitatem augumẽtationis, diminutionis, nutritionis. Cũ sentientibus, fm oẽs mutationes sensuum & sensualium affectio num atque passionum. Cũ angelis uerò fm uolubilitatem cogitationũ & uolitionum. Quomodo ergo iuxta magni illius Gregorii sententiam, recte omnis creaturæ noĩe intelligitur homo, eo q omnis creaturæ aliquid habet hõ, ita & in proposito dicimus hominẽ recte uniuersa, siue omnẽ uanitatem nominari, qm̃ oĩs uanitatis omnium creaturarum aliquid habet homo. Et quæ in aliis sunt dispersa, in hoc uno simul inueniunt. Nõ fuit aũt Prophetæ satis dicere, uniuersa uanitas hõ uiuẽs, sed addere uoluit ẽt fm uniuersale signum, Oĩs homo uiuens. Nam si omisisset signum illud uniuersale, forsitan existimaretur de tota specie tantum loqui, quasi nõ in singulis indiuiduis speciei humanæ inuenire sit uniuersam uanitatem, sed in tota solum specie, quantũ ad diuersa indiuidua, ut pote in uno hãc uanitatis partem, in altero alterã. Nunc verò in singulis quoq; indiuiduis uniuersa uanitas est, & perfecta, plenaq; eiusmodi mutabilitas. Atq; idcirco dixit, uniuersa uanitas, omnis homo uiuens. Videtur autẽ prima facie huic nostræ expositioni repugnare lectio Gręca, q̃ ita habet. πλὴν τὰ σύμπαντα ματαιότης πᾶς ἄνθρωπος ζῶν, hoc est, Veruntñ oĩa uanitas omnis hõ uiuens. Atque huic etiã consonat Hieronymi ex Hebræo translatio quæ sic habet, Omnia enim uanitas, omnis homo stans, id est, permanens in vita. Vñ apparet, quod non recte fm priorem expositionem iunxerimus vniuersam uanitatẽ per modũ adiectiui & substãtiui, & aliã esse à suprapositã sententiam.

tiam. Verum aduertēdū est ēt hāc lectio nē supradictū sensum facile posse reduci, tm̄ ꝑpositione p. aut in Græco κατὰ (id qd apud Græcos n̄ ē nouū) subintellecta, ad huc modū, ꝑ oīa vanitas est, omnis homo uiuens. Et quid aliud esse pōt per omnia uanitas q̄ vniuersa aut omnia vanitas? Si aūt omnino nihil placeat intelligere, quæ nos coniunximus, lege diuisim, & talem accipe sentētiā. Verūtamē uniuersa sunt vanitas, oīa sunt vanitas q̄ in hoc mundo sunt ēt omnis hō uiuēs: vel præcipuē aūt omnis uiuens. Verum prior sententia & coniūctio multo cōuenientior est præcipue cū neq; Græco aut Hebræo repugnet. ¶ Versu. 12. & 13. Ab omnib⁹ iniquitatibus meis erue me, &c. Saluberrimū nobis in tribulatione malorū positis, hoc in loco proponit cōsiliū: vt cū affligimur, oīa tāquā de manu dn̄i suscipiamus. Quemadmodū eximiū illud ac celeberrimum patientię exēplū sanctus Iob, cū à Satan tātis affligeretur malis, ad Dn̄i manū respiciēs, dicebat (Iob. 2.) Si bona de manu Dn̄i suscepimus, mala cur nō sustinemus? Dn̄s dedit, Dn̄s abstulit, sit nomē Dn̄i benedictū. Qd cōsiliū si sectemur, & nō oculos nostros ad hominē persequentē, atq; iniuriā inferentem, sed ad Deū (cuius permissione & ꝓuida dispositione pro nr̄a salute id fieri crēdēdū est) intenderimus, non faciles erimus ad murmurationē aut retaliationē iniuriæ, aut exactionē vindictæ, neq; peccabimus in blasphemiis vel maledictionib⁹ quēadmodū de illo, legimus, qd in oībus illis (maximis indubie) aduersitatibus nō peccauit labijs suis, neq; stultum quicquā cōtra Deum loquutus est: Cōtra Satā uerò ministrū horū malorum, aut cōtra vllū aliorum hoīum, ne verbū quidē murmurationis aut iniurię emisit de ore suo. Sic & Dauid rex refugiēs à facie filii, cum malediceret ab hoīe Belial, oblatā de manu Abisai vltionē cōpescuit, dicēs, Dimitte eum ut maledicat, Dn̄s. n. præcepit ei, vt malediceret Dauid. Et qs est q audeat dicere quare sic fecerit? Et rursum Dimitte eum ut maledicat, iuxta ꝑceptum Dn̄i, si forte respiciat dn̄s afflictionē meā, & reddat mihi dn̄s bonum pro maledictione hac hodierna. Illud aūt nos prudētiæ

A cautelam docet, quod oraturus Propheta Dominum ꝑ flagellorū amotione, prius orāt uersu ꝑcedēte pro oīum peccatorum dimissione. Prius. n. dicit, Ab omnibus iniqtatibus meis erue me, ac deinde subiungit uersu sequenti, Amoue à me plagas tuas. Est. n. ille ordo rect⁹, vt prius cā tollatur, ac deinde effectus. Sunt aūt plurimi, qui orāt quidē Deum labijs ꝓ afflictionum amotione, sed ad radicē nō ponūt securim, neq; prudēter petūt, qa nō curāt de suorum peccatorum (in quibus stare eligūt) dimissione. Et cum hæc plerūq; cā sit flagellorū Dei, stultū ē, ꝓ affe-B ctus amotione orōnē facere, & de causæ oblatione nihil curare. ¶ Versu penultimo, Ne sileas qm̄ aduena ego sū apud te & peregrinus. Oēs quidē homines, æque boni atq; mali, nō aliud in hoc mundo sunt, q̄ aduenæ & peregrini. Oēs. n. tm̄ trāsitum facimus per uiā huius uitæ, neque habet hic quisq̄ā hoīum manētē ciuitatē, imò neq; passum pedis ꝓprium & verò hæreditarium, sic ut ꝑpetuò illum valeat tenere in possessiōe suā. Verū est inter bonos & malos differentia, qd boni affectu hic se peregrinos faciūt & sūt, idq; & ore C agnoscunt & cōfitent (quēadmodum pulcherrime admodū de sāctis Patriarchis scribit beatus Apostolus, ꝙ à longe eā aspicietes, & salutātes factas sibi ꝓmissiones, cōfitebant, ꝙ peregrini essent & hospites sup terrā re ꝓmissionis, tanq̄ alienā inhabitātes in casulis, eo ꝙ patriā meliorē expectarēt, nēpe cœlestē, & ciuitatē fundamēta habētē, cuius artifex & cōditor Deus. Quia n. affectu & mēte nō inhærēt rebus huius mundi, sed cōuersationem suā in cœlis habere studēt, qa nō q̄ super terrā, sed, q̄ sursum sunt, sapiunt D & quærunt, qa in mundo existentes, non sunt de mundo, quia non contēplant ea quæ videntur temporaria, sed quæ nō videntur, ęterna, quia corpore absentes à Dn̄o spiritu & desiderio præsentes se ei exhibere & placere cōtēdunt. Idcirco hic quidē super terram nō nisi aduenæ sunt, hospitesq; & peregrini, ciues autem sunt sāctorum & domestici Dei. Vnde & egregius ille Patriarcha Iob interrogatus à Pharaone, quod essent anni uitæ ipsius Dies (inquit) peregrinationis vitæ meę,

Heb. 13

Actu. 6.

Heb. 11.

Philip. 3.

Colos. 3.

Ioan. 17.

1. Cor. 4.

2. Cor 5.

Ephe. 2.

Gen. 47.

meæ, centum triginta annorum sunt par E ui & mali, & nõ peruenerũt vsq; ad dies pattũ meorũ, quibus peregrinati sũt. Impii uerò & terreni homines, licet reipsa uelint nolint, aliud quã aduenæ esse nõ possint, neq; aliud quàm peregrini, affe-ctu tñ nihil sũt minus. Ita.n. rebus huius mũdi inhærẽt, ac si perpetuo hic in terra sint ꝑmãsuri, & quidẽ affectu cupiunt, si fieri id posset, ꝑpetuo in terrenis hic pos-sessionibus uitam agere, libẽtissimẽ Deo (vt ipsi stulti stultissime effutire solent) sua regna superna cõcessuri, si ꝓ illis terrã uellet ipsis dare perpetuã. Et cum hinc F aduenieñte statuto tpe, migrare cõpelluntur, ægerrime reddũt animã, nimirũ hoc ipso monstrãtes, ꝙ affectu super terram non aduenæ, sed uere ciues fuerint, & ꝙ patriam ueterem morientes relinquant, non nouam requirant. ¶ Versu ultimo, Amplius non ero. Cum dicit Propheta, Amplius non ero: nemo hinc ansam accipiat malè opinandi, quod per mortem prorsus homo intereat, tam secundũ corpus, quàm ſm animam, & quod non sit post mortẽ aliqñ futura resurrectio. Nequaquam enim hoc volebat Propheta sãctus, sed tantum de incolatu suo & peregrinatione loquit, quasi dicat sine me peregrinationum & aduenam refocillari atque respirare aliquantulum, priusquam abeam hinc ex isto incolatu atq; peregrinatione, & vltra hic non ero in hoc incolatu, ĩ hac uita mortalis corporis, quõ modo iam viuo, donec tibi erit placitũ finire peregrinationem meam.

## XXXIX. PSALMI ARGVMENTVM.

*Psalmum istum de Christo intelligendũ manifestè docet Paulus Apostolus in Epistola quã scripsit Hebrais, capite 9. vbi aliquot uersus (nonũ vc3, decimũ, & undecimum) ex eodẽ profert, quos Christo applicat de legalium consummatione & nouæ hostiæ immolatione loquẽdi. Videnť tñ prima facie primũ & finis Psalmi nõ uſq; adeò cõuenire Chr̃o, potissimũ vbi uersus finem peccata sua confitetur, & iniquitatum suarum multitudinem, qui Psalmum profert: Christus aũt agnus existens sine macula, peccatum omnino non fecit neque inuentus est unquã dolus in ore eius. Veruntamen sic Christũ aduertimus pro suis membris cõfitentẽ & deprecãtẽ, id est, pro nobis peccatoribus (qui licet eius redempti sanguine, & per eum liberati, tñ multipliciter quotidie offendimus) nihil prorsus uidebitur absurdum, si ipsum, qui quantum ad suæ personæ singularitatẽ uere est sine peccato, audimus aliena peccata tãquã sua, confitentẽ, & ꝓ mẽbrorũ delictis capitis deuotionẽ videamus exorantẽ. Atq; hac de cã in Elucidatione quæ sub sequitur, explanãdo principiũ atq; finẽ Psalmi, in quibus loqui vĩ in persona membrorũ suorũ, usi sumus tertia ꝑsona, quo clarior esset intelligẽtia, ita ut ipse intelligať de nobis loqui, sub persona tertia, cum, in Psalmo videatur de se loqui sub primã ꝑsonã In medio, aũt vbi ad Christi personã quæ dñr sunt accommodando ad primam personã (ut in textu) seruauimus, vt sic manifeste lector hac diuersitate diiudicare ualeat, quid ipse ſm personam fideliũ, atq; membrorum dicat, quidue ſm personam suam propriam. His itaq; præmissis, ad commotionem legentium, nunc breuiter solito more, Psalmi totius sententiam complectamur. Commemorat itaque in primis illud de suis membris Christus dominus, qũo post longam & vehementem patrum expectationem, humanũ genus tandem respiciens Deus pater omnipotens, de captiuitate mortis, lacu inferni & fœditate peccatorum tã originalis quàm actualium, saluum fecit, atq; in uiam iustitiæ reduxit, vbi gaudentes liberatori suo canunt dulcia gratiarũ actionis & læta cãtica, ita ut mutuis exemplis multi ad Dei timorem uideantur conuerti: huiusmodi hominum certe & uera asseritur esse beatitudo: Atq; hæc primis sex uersibus. Dehinc uerò Christi ad patrem de semetipso sermo dirigitur, enarrantis quæ per ipsum erga genus humanum ille uoluit ſm consilium sapientiæ suæ mirabiliter operari, quomodo videlicet mirabilia Dei secreta concilia annunciare uenerit hominibus, quomodo in carne humana passi factus est obediẽs usque ad mortem vt hostia placabilis fieret pro peccatis hominum, posteaquam alia nulla oblatione aut hostia corporali potuit patris ira placari: qũo deinde patris voluntatẽ diligentissime impleuerit, neq; ipse solum impleuerit, uerum fidelibus uniuersis publicè & palam annunciauerit, nihil celãs eorũ quæ à patre sibi tradita fuerant docenda. Atq; hæc vsq; ad uersũ 15. Ab hoc aũt uersu, vsq; ad finẽ transitũ facit ad deprecandũ patrẽ pro infirmis membris suis, quorũ iniquitates*

1.Pet.2.

Iacob.3.

*tes & miseriaſ ut proprias reputat pro illis tanquam pro ſemetipſo patre rogans, ut illos ab eõ malo eripiat, & ſic adiuuet per confirmationem gratiæ ſuę, ut malis non ſuccumbant: illi verò qui ad ipſorum laborant pernitiem, ut confuſione æternæ damnationis abſorbeantur, ut liberati fideles patrem magnificent, in quo ſibi repoſitum habent omne adiutorium.*

## XXXIX. PSALMI ELVCIDATIO.

XPECTANS *expectaui dominum.*

Magno & vehementi deſiderio, longaq; expectatione, ante pfectã generis humani redẽptionẽ B expectauerant patres ad ſalutem domini patris mei; ut iuxta conſiliũ & propoſitũ ſuũ ęternum ipſos aliquando faceret ſaluos ab ea in qua iacebant captiuitate:

* *& intendit mihi.*

& tandem propitius factus pater meus oculos miſericordiæ ſuæ poſuit ſuper illos, uultuq; placabili miſericordia motus aſpexit illos.

2 *Et exaudiuit preces meas:*

Et exaudiuit preces eorum, & clamores multos magnos & lõgos, quibus pro ſua liberatione ad ipſum exclamauerunt:

* *Et eduxit me de lacu miſeriæ, & de luto fęcis.*

& eduxit eos de profunda fouea inferni, à morte æterna & damnatione illos liberans, cuius per peccata facti fuerant debitores: atq; itẽ à luto cœni, & ſorditie à fœditate peccati, tã eius qđ ex origine contraxerãt, quã eorũ quæ per propriã voluntatem ſibi ſuperiecerant: ſaluos eos faciens à peccatis eorum, & à regno mortis transferens ad uitam.

3 *Et ſtatuit ſupra petram pedes meos:*

Eductos autẽ de lacu & cęnoſo luto peccatorum, Ipſe conſtituit ſuper uiã bonã mundã & firmã, cuiuſmodi ſunt viæ lapidibus ſtratæ & petroſæ, id eſt, in via iuſtitiæ & uirtutis grã ſua cõfirmauit eos, vt ultra ĩ lutũ & fæcẽ pctĩ nõ ĩmergerenẗ

* *& direxit greſſus meos.*

ipſe director illis ac ductor fuit p uiã iuſtitiæ, operari eos docens iuſtitiam, & in operando ſic dirigens, ut non deflecterẽt neq; ad dexterã neque ad ſiniſtram.

4 *Et immiſit in os meũ canticũ nouum:*

Eductos verò à tãtis miſerijs debĩc lætificauit interius ĩ unctione ſpiritus ſui ſãcti, atque ita canticum nouum dedit in ore eorum:

* *carmen Deo noſtro.*

carmen (inquam) lætitiæ & gratiarum actionis ad laudem Dei ſaluatoris ſui, qđ illos interior exultatio & lætitia ſpiritus docuit decantare liberatori ſuo.

5 *Videbunt multi & timebunt:*

Videbunt multi aliorum exempla, & lumen iuſtitiæ atq; uirtutis eorũ refulgebit multis pximorũ in exemplum, qui inducent exẽplo bono timorẽ domini:

* *& ſperabunt in domino.*

diſcentq; ponere in dño ſpem ſuam, ut cũ proximos ſuos, tãta uiderint à Deo miſericordia affectos, & tanta cõſolatione repletos animenẗ & ipſi ſpe ſimili, ad iſtiuſmodi bona conſequenda.

6 *Beatus uir cuius eſt nomen dñi ſpes eius.*

Et verè beatus eſt hõ ille, qui ſpẽ hẽt & fiduciã nomine dñi, qui dñm Deũ ponit ſpem ſuã, & oẽm fiduciam habet in eo, toto ei corde & tota mente inhærens:

* *& Nõ reſpexit ĩ uanitate & ĩſanias falſas*

ad ea verò q̃ ſunt huius mũdi tẽporaria caduca bona, itẽq; ad vitia & peccata, q̃bus plenus eſt mũdus, nõ intendit oculis mẽtis ſuæ, ut eos ſuũ poneret ſuper illa, fiduciaq; & amore eis inhęreret: q̃ reuera nihil aliud ſunt, q̃ vanitas, & meræ inſaniæ atq; dementię, q̃bus hõ velut demẽtatur, imò efrenaẗ, & pſus ab humanę conditionis nobilitate elõgaẗ: q̃ cũ multa polliceanẗ, & eximiã quãdã promittere videantur fœlicitatẽ, ſm veritatẽ tñ nihil præſtare poſſunt ſuis amatoribus, eorum q̃ pollicebanẗ, ſicq; fallunt plane & decipiunt, apparentia quadã, oſtentatione, ac ſpecie boni, amatores ſuos.

7 *Multa feciſti tu domine Deus meus, mirabilia tua:*

Multa admodum ſunt opera tua, q̃ tu feciſti dñe Deus pater meus, & magna, & admirabilia: partim in rerum omnium potenti creatione, partim in generis humani

mani magnifica redemptione, & electo-
rum tuorum salutatione:

* *& cogitationib⁹ tuis nō est q similis sit tibi.*
& non est quisquam neq; in cœlo, neq; ĩ
terra, neq; alicubi gentiū, qui similis sit
tibi, aut æqualis in cogitationibus tuis: q
secundum cogitationes atq; cōsilia sapiē
tiæ tuæ valeat tibi comparari:

8 *Annunciaui, & loquutus sum:*
Ioan. 17 Ego assumpta carne in mūdū adueniēs,
annunciaui & prædicaui hominibus, ad
quos missus fueram, istas mirabiles cogi F
tationes & magnifica cōsilia tua oīa quę-
cunq; à te patre meo audiui, nota faciēs
eis, ea potissimū q̃ tu de humani generis
redemptione, electorumq; glorificatio-
ne, & damnatorum reprobatione cogita
ueras, atque decreueras, & annuncianda
mihi commiseras:

* *multiplicati sunt super numerum.*
me autem super terram annunciante (par
tim quidem per memetipsum, partim p
meos Apostolos, atq; ministros, in orbē G
Hebr. 2. vniuersum destinatos) submiserunt se ve
ritati quā plurimā in oībus gētibus & po
pulis: sicq; multiplicati sunt vehemēter
Mar. 10 fideles, qui totam, contemptis oībus vani
tatibus, in te solo ponerent fiduciam.

9 *Sacrificium & oblationem noluisti:*
Eorum autē quæ illis ex tua volūtate an-
nunciaui pcipuū erat, opus miserationis
illius, qd eis p meū in mundū aduentū
exhibuisti Tu.n. pater, sacrificia corpora
lia, & corporales oblationes non pp seip
sa requisisti, neq; unquā ut p se placita,
& pp se grata offerri tibi voluisti, neque
hisce corporalibus rebus placari uoluisti
iram tuam erga genus humanum:

* *aures autem perfecisti mihi.*
Philip. 2. sed mihi filio tuo ad operis illius pfectio
nē, aures pfecisti, & corpus aptasti, hoc H
est, corpore me induisti, in quo pfecta ti
bi obedientia, etiā vsq; ad probrosissimā
mortē obediens fierem atq; subiectus, vt
sic per summā illā meā obedientiam re
stituerem, quod per inobedientiam fue-
rat collapsum genus humanum.

10 *Holocaustū & pro peccato nō postulasti:*
Oblationes illæ corporales, siue quæ p
Gen. 2 peccatis offerebātur, siue pro holocaustis
nō tibi fuerunt per se gratæ, neq; tu ea
propter seipsa requisiuisti de manibus ser-
uu

[illegible] tibi, nisi quatenus signū & vm
bræ erant venturorum, quæ in carne mea
erant adimplenda:

* [illegible] *tunc dixi, ecce venio.* Esaię. 1.
tunc in tempore quo illa consumari de- Heb. 10.
beant, & finiri vetera, adueniente tēporis
ad hoc constituti plenitudine, dixi ego ti
bi, Ecce pater, paratus sum iuxta æternā
prædestinationem tuam uenire in carne
humana, in serui forma, ut placitum tibi
offeram sacrificiū, & hostiā verē placabi
lem, quo sic adimpleam in memetipso
consilium redemptionis humanæ, quod
illis corporalibus perfici non potuit:

11 *In capite libri scriptum est de me, vt fa
cerem voluntatem tuam:*
In libro enim vitæ & æternæ prædestinatio
nis tuæ, de me pordinatū est & pdestina- 1 Cor. 15
tū, tāquā de primogenito in multis fra- Rom. 8.
tribus, tāquā de præcipuo ac primo om
niū electorū, in salutis gloriā ex homini
bus venturorum, sicq; in libri illius capi
te, id est, in primo atq; dignissimo loco,
ut ego voluntatē tuā ēt vsq; ad mortis
ignominiam, in perfecta obedientia per
ficerē & adimplerē. Ita.n. pater ab æter-
no disposuisti, ut per me tuum filium, in
persona serui assumpta, voluntatē tuā de
generis humani reparatione perficeret;

* *Deus meus volui & legem tuam in me-
dio cordis mei.* Ioan. 4.
& quia ita à te dispositū cognoui, idcir- 5. & 6.
co & ego mi pater, uoluntatē meam san
ctissimę tuæ voluntati conformē feci, pa-
ratus in oībus, nō meam, sed tuam adim-
plere voluntatē, & q̃ tibi sunt placita, face Ioan. 8.
re semper, sicq; legē tuam ego accepi, &
reposui in intimo cordis mei, mente pa-
riter & affectu eā diligentissimē ample-
xans, ut eam totis viribus perficiam.

12 *Annunciaui iustitiam tuam in ecclesia
magna:*
Iustitiam fidei, iustitiam veram, quæ co-
ram te iustitia est:

* *ecce labia mea nō phibebo, domine tu scisti.*
atq; ipsam etiā tuā iustitiam, qua in te ip
so iustus es, ego pdicaui: partim per me-
metipsum, partim p meos discipulos, in
cœtu magno fideliū, in multa ac magna
congregatione populorum credentium,
ecce tu nosti dñe, quō nō cōtinuerim os
meum, neque tacuerim, quin tuam iu-
stitiam

ſtitiā vbiq; palā & aperte prædicauerim;
Ioan. 18. 13 *Iuſtitiam tuā nō abſcondi in corde meo:*
Non celaui, neq; occultatam cōtinui in
corde meo iuſtitiam tuā, quaſi erubeſcēs
aut formidans eam confiteri propter ma
lorum perſequutiones.
*Veritatem tuam & ſalutare tuum dixi.*
Ioan. 17 ſed abſq; omni metu in te habens fidu-
ciam, tuam ueritatem & tuam ſalutem
prędicaui in ore meo:
& præcepta omnia iuſtitiæ tuæ diligēter
eis cum ſeuera interminatione proponē
do, & quam tu eis miſeras ꝑ me ſalutē
conſtanter euangelizando.
14 *Non abſcondi miſericordiam tuam, & ueritatem tuam, à concilio multo*
Non occultaui, neq; celaui cōſilia miſeri
cordiæ tuæ, & rigorē iuſtitiæ tuæ, à con
ſilio frequenti, ſed et in publicis cōſiliis,
in conſpectu multorū nihil ueritus, fi-
denter cōfeſſus ſum veritatem, ad quā te-
ſtificandā ego à te miſſus ueni in mūdū.
15 *Tu autem domine, ne longe facias miſerationes tuas à me:*
Tu uerò domine mi pater, poſteaquam
ego pro lectis, pro fidelibus & membris
meis tāta egi diligētia, quæſo, ut miſera-
tiones tuas ab eis nūquā elonges, ſerua
eos in nomine tuo, quos dediſti mihi, &
quos tāta humilitate tātoq; ꝓtio redemi:
*misericordia tua & ueritas tua ſemper ſuſceperunt me.*
1 Ioan. 5 & quemadmodum miſericordia tua atq;
ueritas, ſiue fidelitas iuſtitiæ tuæ ſemper
me ſuſceperūt atq; ſeruauerūt, ita & ipſi
per miſericordiam & veritatē tuam ſem
per ſeruentur à malo, vt mihi nō pereāt
electi mei; quos tam chariſſimo pretio
mihi comparaui.
16 *Quoniam circundederunt me mala, quorum non eſt numerus:*
Ecce. n. mūdus iniquitatibus & in omni
malitia plenus eſt, totus in maligno po-
ſitus, ita vt pauperculos fideles meos ex
omni parte circūndet abundantia mali-
tiæ, abſque numero & menſura:
*comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui vt viderem.*
plurimi quoq; ex illis qui in numero ſūt
fidelium, partim ob humanam fragilita-
tē, & ad mala pronitatē, partim ob tentan
tium uiolentiā, partim ab abundātia ma
A litiæ, quæ in mūdo eſt, grauātur peccatis
& delictis tam multis, vt nec uideri ſin-
gula aut diſpici poſſunt.
17 *Multiplicatæ ſunt ſuper capillos capitis mei:*
Excreuit numerus eorum ualde, ad mo-
dum capillorum qui in capite ſunt innu
merabiles, ita vt vix videatur quomodo
poſſint effugere electi mei:
*cor meum dereliquit me.*
pro quibus ego ſumma teneor anxieta-
te, ne cōſentiāt malo, ne impietate ſedu-
B cantur peruerſorum, ne abundante & ex-
creſcente nimium iniquitate refrigeſcat
aut pereat eorum charitas.
18 *Complaceat tibi domine vt eruas me:*
Placeat ergo tibi pater ſancte & domine,
ut meos pauperculos fideles quod elegi
eruas à periculis tātæ malitiæ & tua pro-
tectione cuſtodias.
*domine ad adiuuandum me reſpice:*
aſpice ò mi benigniſſime pater i auxiliū
membrorum meorū, quos tibi ego per-
inde atq; memetipſum commendo, cum
ſint membra corporis mei.
19 *Confundantur & reuereātur ſimul qui*
C *quærunt animam, meam, vt auferant eam.*
Confuſio & erubeſcentia ſempiterna ap
prehendat illos in nouiſſimo die, qui q̄-
runt animas illorum, vt eas perdant & in
terficiant, qui laborāt ut in mortem per
trahant animas, quas magno pretio &
ſumma mea humilitate mihi cōparaui.
20 *Conuertantur retrorſum, & reuereantur qui volunt mihi mala.*
Cogantur auerti retrorſum, & nō poſſint
in effectum perducere praua ſua propo-
ſita atq; cōſilia, ſicq; cōfuſione & pudore
afficiantur omnes qui nocere cupiunt, &
D mala inferre fidelibus ſeruis meis.
21 *Ferant confeſtim confuſionem ſuam, qui dicunt mihi euge euge.*
Accipiant pro pæmio & retributione
meritis cōdigna, confuſionē damnatio
nis perpetuæ, oēs qui inſultantes meis fi-
delibus aut de eorum malis gaudentes, di
cunt exultando & inſultando euge euge.
22 *Exultent & lætētur ſuper te omnes quærentes te:*
Qui aūt te bono & fideli corde requirūt,
qui tibi placere cupiūt, ipſi ſuper te exul
tando gaudeant, & magnifice lętantur,
cum

cum se viderint tuo auxilio liberatos.
*dicant, semper magnificetur dominus, qui diligunt salutare tuum.*
& qui tuã salutem diligũt, eamq; fide & bona uoluntate cum gratitudine accepτãt, eiusq; fieri participes contendant, ipsi tuo nomini iugiter dent gloriam, & cum lætitia te semper magnificent.
23 *Ego autem mendicus sum & pauper.*
Ipsi autẽ egeni sunt & pauperes, humiles & despecti, & tanquam mendici ante cõspectum tuum, suam infirmitatem & impotentiam agnoscentes & cõfitentes, sibi ipsis nihil fidentes, sed in te spem suam omnem collocantes, quomodo & ego, tã quam pauper eram & mendicus ante cõspectum tuum, cum in mũdo conuersarer.
* *dominus solicitus est mei.*
& tu domine de pauperibus & humilibus tuis curã geres, quemadmodum & de me semper fuisti solicitus.
24 *Adiutor meus & protector meus tu es.*
Adiutor eorum & liberator eorum tu es, à quo necesse est, vt ueniat illis adiutoriũ & saluatio, & à quo omne suum bonum ipsi expectant.
* *Deus meus ne tardaueris me.*
Deus meus ne elongaueris ab eis auxilium tuum, neq; nimium differas: sed tempestiue succurrere iis, qui in tãta iniquitatis abundãtia grauiter periclitantur, vt sic tuæ gratiæ auxilio à peccatis, nunc præseruatos, in uitam sempiternam, iuxta cõsilium tuum æternum introducas, Amen.

## ANNOTA. IN PSAL. XXXIX.

VErsu. 1. 2. & 3. Expectãs expectaui dñm, &c. Nota diligenter ordinem sermonis. Expectaui (inquit) & intẽdit, H & exaudiuit preces: Exaudiuit, & eduxit de lacu & de luto, & statuit supra petram pedes: Statuit pedes, & direxit gressus. Parum. n. esset de lacu & luto nos fuisse erutos, nisi super uiã lapidibus stratã ac paratã (id est, super viã bonã & securã) cõstituerẽtur pedes nostri. Quid n. prodesset de luto semel fuisse erutos, si iterum eodẽ in luto esset uolutãdum? Deniq; non usqueadeò multum prodesset super viã firmam consistere, nisi esset director & dux viæ, qui uacillitantẽ & uiam ignorãE tẽ deduceret. Iam uerò qui in uia bono comite securi ambulant, ad itineris leuamẽ, in exaltatione uocis cantare solẽt cãtica gaudii, ita vt qui obuiã processerint, canẽtibus, pariter & ipsi in hilaritate eorum oblectentur. Ita sane per omnẽ modum & nobiscum agit benignus dñs noster. Cum. n. attento desiderio & oratione exaudita, nos educit de inferni dãnatione & fœditate peccatorũ, super uiã iustitiæ nos cõstituit, ut mundi ambulemus in ea, nec ultra inquinemus uel baptismo uel pœnitentia lota uestimenta nostra. Et F ne in uia aut deficiamus pp infirmitatẽ, aut aberremus pp ignorantiæ cæcitatem, donat nobis cõfirmatorẽ & directorem, spiritum suum sanctum, de quo quãtum ad confirmationem, Ps. 50. postula Propheta, Spũ principali cõfirma me. Quantum verò ad ducatũ uiæ, Ps. 142. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectã. Sic aũt ambulãtes per uias iustitiæ, ad cõsolationem laboris, docet nos cantare cãtica lætitiæ in iubilo cordis & cõfessione oris, iuxta qđ Psalmo. 118. dr, Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ in loco pe G regrinationis meæ. Videtes aũt proximi, qui uel nondũ conuersi sunt, uel nondũ plene cõuersi sunt ad dñm, ita seruos Dei cum iucũditate & alacritate seruire dño, animantur & ipsi ad seruiendum eidem, & sese illis adiungunt atq; associant, pariter & ipsi cantantes in uijs dñi, eãdem à dño misericordiã cõsequuti. Iucundissima omnino & spũali homini ista hic pulcherrime descripta partiũ consequutio.
¶ Versu. 6. Et non resp. in van. & ins. fal. Adiectiuũ falsas, referri pôt simul ad vtrũque præcedẽtium, uidelicet ad uanitates, & insanias, vt dicamus falsas vanitates, & fallas insanis. Dicuntur autẽ bona tẽporaria & caduca (cuiusmodi sunt diuitiæ, honores, põpæ voluptates, & cætera hmõi) uanitates & insaniæ falsæ, non q non uere sint uanitates (uerissime. n. nil nisi uanitas sunt, & vanitas vtiq; uanitatũ) sed falsæ ab effectu, q fallans oẽs suos amatores, minime præstantes quod promittunt. Sunt ergo insaniæ & vanitates falsæ, id est, fallaces & deceptoriæ. Possumus autem etiam uitia & peccata intelligere, quæ multo magis sunt vanitates

Ps. 50.
Ps. 142.
Ps. 118.
Eccl. 11.

nitates & insaniæ, quã tparia bona Siqui dē hæc talia sunt, vt eis qui bene vti possit, & ad bonum sibi cõuertere, qui noue rit quo sic illis recte utatur, ut non spē in eis constituat. Illa autem nihil nisi mala esse possunt, neq; aliud qcquã nisi uanum hominē reddunt, & animum demē tant. ¶ Versu 7. Et cogitationibus tuis nō est qui similis sit tibi. Non esse quenquã similem Deo in cogitationibus, pulchrè declarat Esaias, dicens, Non.n.cogitationes meæ, cogitationes uestræ: neq; viæ meæ, uitæ vestræ, dicit dñs. Quia sicut exaltant̃ cœli à terra, sic exaltatæ sunt viæ meæ à uis uestris, & cogitationes meæ à cogitationibus vestris. Deniq; qs non ex hoībus, si inobedientes fiant serui, & in inobediētia parseuerēt, vindictã meditabit̃ aduersus illos, & tormēta excogitabit qb⁹ rebelles dignē puniat? De⁹ autē nr̃, de nobis inobedientibus, & multimodis suo mãdato repugnãtibus, cogitat nihilominus cogitatiões pacis, & nō afflictionis, queadmodũ p Hieremiã attestat̃ Et cũ essemus natura filii iræ, cogitauit de nobis in gratiã reuocãdis. Et ubi qso inuenieť in hoībus, ut ꝑ liberandis seruis sua iniquitate carceri adiudicatis, vnicum filiũ suum mittat paterfamilias, ut hic quidem morte moriat̃, illi autē uitã eius morte accipiant? Attamē ista fuit una ex cogitationibus Dei, quã opere perfectã denunciat S. Apostolus, dicens. Proprio filio suo nō pepercit Deus, sed pro nobis omnibus tradidit illum. In abyssum descendimus, si in hæc altius cœperimus ingredi. Tñ dixisse sufficiat, ad iudicãdũ uerè dixisse sanctũ Prophetã, q cogitationib⁹ nō sit qsquã similis Deo. Nã & uulgo dici solet. Qualis qsq; est, talia & cogitat. Proinde cum Deus reuera summè & immensè bonus sit, & nē sapientissimus atq; potētissimus, ita ut nemo in his illi ualeat assimilari: cõsequēs est, ut & in cogitationibus suis talis inueniat̃ longē omnibus superior. ¶ Versu octauo, Multiplicati sunt sup numerũ. In parte secũda uersus, qm̃ Grecum uerbum ἐπληθύνθησαν ambiguũ ē, & ad oē genus indifferens, masculinũ, fœmininum, atq; neutrum: putant nō nulli legendum esse potius, Multiplicata sũt super numerum, genere neutro, ut fiat relatio ad mirabilia. Alii malunt genere fœmineo dici, Multiplicatæ sunt, vt 3 cogitationes Dei mirabiles, sup numerum. Vtraq; harum lectionum bonã qdē habet intelligentiã Videmus tñ ĕtuetustissimos Latinorum codices cõcorditer habere genus masculinum: atq; ita potius arbitramur tenendum, posteaquã & Græca lectio nō repugnat (q omne genus patit̃), cõmoda admodum sua inueniri possit, quemadmodũ mõstrat inspecta Elucidatio. Neq; n. temere cuiuslibet iudicio arbitramur esse cõmutandã aut innouandã, q sunt pluri- morum sæculorum usu confirmata, nisi ubi vel rō uel authoritas id fieri debere manifestè edoceat. ¶ Versu 11. In capite libri scriptum est de me, &c. Manifestum est ex vsu scripturarum, sãctorum esse librum quendã uitæ apud Deum, dicente Moyse, cum zelare ꝑ remissione culpæ, q̃ patrauit duræ ceruicis populus. Aut dimitte eis hãc noxã, aut dele me de libro quem scripsisti. Et in Psalmis orat, ꝓpheta sãctus, Deleant̃ de libro uiuentium, & cũ iustis nō scribant̃. Imò & ipse dñs in Euãgelio, cũ ad gaudendũ & exaltãdum suos hortaret̃, gaudii causã ꝓponit inscriptionem libri: in hoc (inqt) gaudete, q nōĩa vestra scripta sunt in cœlis. Nã q in terra scribunt̃ (iuxta Hieremiã) impii sunt, q recesserunt à dño. Hic autem liber uitę, nihil aliud est, q̃ ordo diuinę dispositionis, & scientia pdestinationis beatorum oīum, eorum q sunt ad uitã æternã pordinati atq; pdestinati. Nunc itaq; qa Chrs quatenus hō, & ipse ex illis un⁹ est, q sunt ad gloriã assumendi, rectè & ipse se fateť in hoc libro scriptum. Quia uerò ipse ptimogenitus est fratrum suorum, & pcipuus eorum oīum q in illã sunt gloriã sublimãdi, per quem etiã ut filium naturalem & ꝓsubstãtialem, in grãm eiusmodi uocati sumus & suscepti à patre, oēs nos q sm̃ adoptionem sumus in spē filiorũ Dei, ideirco rectè ipse iuxta humanum loquendi morem, tanq̃ dignior & primus oium, in capite libri, quasi in primo libri folio, scriptum dr̃. Ipsũ.n. libri caput dignior est locus. Nō dicit aũt simpliciter, In capite libri scriptus sũ: sed de me scriptũ est, ut facerem uoluntatē tuã. Nam

Marginalia: Esa. 55. — Hier. 29 — Ephes. 2. — Rom. 8. — Exo. 32. — Psal. 68. — Luc. 10. — Hier. 17. — Rom. 8. — Apoc. 1.

Nam oẽs qui in libro ad gloriã conſeri E bunt poſſidendã, neceſſe eſt medijs congruis ad eum pertingere, adimpletionẽ videlicet diuinæ volũtatis. Vnde ſicut in libro illo ſcriptum eſt, quod ad gloriam æternã ſint peruenturi, ita ſimiliter & qđ Dei uoluntatẽ implere debeant (per quã ad illam pertingitur fœlicitatem) eodem in libro deſcribitur. Vnde ipſemet Saluator dicebat in uia ambulantibus diſci-

Luc.24 pulis, Nõne opportuit Chr̃m pati (quod erat paternæ uoluntatis) & ſic introire in gloriam ſuam? Tanquã ſi diceret, De me quidem ſcriptum erat in libro, ut in F gloriam introirem: ſed & hoc in eodem ſcriptum erat, quod paſſionem & mortẽ antẽ eram paſſurus. Sciendum tñ eſt, pleroſq; hunc locum ſimplicius intelligerẽ de principio libri Pſalmorũ. In primo n. Pſalmo, in deſcriptione uiri beati dr̃, qđ in lege dñi debeat eſſe uoluntas eius, quẽ Pſalmum nonnulli Chriſto peculiariter accommodant. Atq; etiam ſi ipſi nõ peculiariter ſoli aptetur, conſtat tñ ad ipſũ ut caput omnium fidelium, & primum beatorum præcipuẽ pertinere. Itaq; cui illa ſuperior expoſitio forſitã uidebit altior, G poterit hac ſimpliciore contentus abſcedere. ¶ Verſu 12. & 13. Annunciaui iuſtitiam tuam in Eccleſia magna. Ex Paulo manifeſtum eſt iuſtitiam Dei dici dupliciter. Primum eam qua ipſe in ſe iuſtus eſt, quæ eſt ipſemet Deus iuſtus, quemadmodum & omnia quæ Deo attribuimus, non aliud ſunt quã ipſe Deus, & ſm rem cum eſſentia ipſius ſunt idem. Alio modo dicitur Dei iuſtitia, ut diſtinguatur cõtra iuſtitiam quæ ex lege eſt, Atque ea accipitur pro iuſtitia quæ coram Deo eſt, quam Paulus etiam appellat iuſtitiam fi- H dei ſiue ex fide, de qua plurima diſſerit in Epiſtola ad Romanos. Quod ergo hic dicit Chriſtus, iuſtitiam tuam annunciaui, & iuſtitiam tuam nõ abſcondi, uel ad priorem, vel ad poſteriorem iuſtitiam referri põt. Nã iuſtitiam, qua pater iuſtus eſt, annunciauit filius, qñ finalem nos retributionem iuſtorum atq; impiorum, cuique pro meritis uenturam edocuit. Iuſtitiam nihilominus fidei ẽt docuit, cum ad credẽdum ſua pdicatione oẽs inuitabat, dicens; Qui credit in me, flumina de uẽtre eius fluẽt aquæ uiuæ. Qui credit in me filium Dei, habet uitam æternã. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit; qui verò non crediderit, condemnabit, & huiuſmodi permulta. Deinde nec hoc abſurdum foret, ſi iuſtitiã Dei intelligeremus præcepta illius, quæ filius aperte propoſuit mundo, & obſeruanda cũ diſtrictione, pmiſſionibuſq; & intermi-nationibus tradidit. Illud autem aduertẽdum eſt diligenter, φ non iuſtitiam ſolam, neque miſericordiam ſolam annunciaſſe ſe dicit Chriſtus, ſed miſericordiã ſemp coniungit cum iuſtitia & veritate, ut quemadmodum terrorem incutiebat, detonãdo iuſtitiæ rigorem, ita & animos demulceret, ſuauis miſericordiæ Dei, & æternorum bonorum proponẽdo cõſolationem. Quæ res oĩbus ueritatis prędicatoribus diligenter & ſolicite imitanda eſt, vt neque ſemper blandiantur dulcedine miſericordiæ, neque ſolum fulmineni terrore iuſtitiæ: ſed prudenter iſta tanquam boni pharmacopolæ, adinuicẽ commiſceant, vt fiat ex hac cõmixtione audientibus ſalutare antidotum, ubi ſi ſolum præberetur alterutrum, forſitan in nocumentum cederet accipientis.

Rom.13 & 4.

Ioan. 7.

Ioã.3. & 1.Ioã. 5.

Mar. 16.

## XL. PSALMI ARGVMENTVM.

*Psalmus sequens in Christo domino agit, quemadmodum ex Euangelij Ioannis capite 13 fit manifestum, ubi partem decimi uersus manifestè ipse sibi dominus accommodat, significãs Iudæ proditionem à Pſalmiſta prophetic è prænunciatam. Attamen uerſus tres Pſalmi priores non uñr Chřo pronunciari ſed potius ab ipſo ꝓpheta qui in ſpũ Chr̃m cõtẽplans, de Chřo loqui incipiat, beatos illos pronuncians, & beatitudinẽ illorum particulatī declarans, qui in Chriſtum egenum & pauperem uenturum eſſet credituri: ita ut ipſe quaſi à pſatione incipiat. Mox verò, à uerſu quarto vſque in finem, perſonam introducit Chři loquentis, pro ſuis membris primũ deprecantis ac deinde aduerſantium rabiem, ac maleuolentiam patri aperientis, & peculiariter Iudæ peruerſiſſimam proditionem. Poſt quæ omnia ſic enumerata patris miſericordiam implorans, orat non derelinqui ſed à morte reſuſcitari de quo certificatus, in Deo patre ſuo gloriatur.*

## XL. PSAL. ELVCIDATIO.



*EATVS qui intelligit super egenum & pauperē.*
2.Co. 8. Beatus atque fœlix est homo ille, qui intelligit & sentit ut oportet de paupere illo, qui cū esset diues, & nullius rei indigus, propter
Ioan.1. nos egenus factus est, vt nos sua inopia
Philip.2 faceret diuites, qui cū esset excelsus in sinu patris, pauper & humilis factus est, exinaniendo semetipsum, accepta serui
Esa. 53. forma, in qua tāquā pauperrimus, despectissimus, atq; nouissimus hominum uideri uoluit, qui super hunc (inquā) pau-
Sapi. 1. perem intelligit, qui de eo sentit in bonitate, creditq; in illum, & toto affectu ei adhæret, is uerè beatus est futurus, nimirum particeps eius beatitudinis, quam ille humano generi sua miseria uoluntarie assumpta parauit.

* *in die mala liberauit eum dominus.*

hunc. n. Deus pater oīpotens liberabit, & saluum faciet ad uitam æternā in die terribili, in die mortis, in die iudicii & ultionis, quando malè erit oībus, qui super illū pauperem noluerunt intelligere. Insuper in tēpore quo venerint sup ipsum mala, siue pctōrum tentationes & animæ pericula, siue aduersitates aliæ q̄libet etiam corporales, dn̄s eū faciet sua protectione & consolatione saluum, & de omnibus cōstituet sua gratia uictorē.

2 *Dominus conseruet eum, & viuificet eū, & beatum faciat eum in terra:*

Dominus conseruabit eum, & custodiet ab omni malo, & uiuere faciet illum, nūc quidem uita gratiæ in hoc tēpore, post uerò, uita gloriæ in æternitate, & faciet eum beatum in terra, primum quidē in ista crassa atq; corporea terra sm̄ spē & securam expectationem, deinde plena atque perfecta fruitione in terra uiuētiū, quæ expectat in possessionē à fidelibus.

* *& nō tradat eū in aīam inimicorū eius.*

& non tradet eum uoluntati inimicorū eius, neque quatietur venire in manus & potestatē inimicorum, ut faciant ei iuxta suum desiderium, & quicquid uoluerint mali adimpleant.

A 3 *Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius:*

Etiam cum morte appropinquante sup stratum doloris sui conscenderit, dn̄s leniet atque cōsolabitur dolorem infirmitatis consolationibus suis, aderitq; laboranti, & velut pro ministro atque consolatione astabit illi.

* *& vniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius.*

& quemadmodū solet ad infirmorū consolationem lectus illorum diligēter versari ac reuersari, ut molliter cubēt, & ali
B quod habeant sui doloris lenimentū: ita tu eris hmōi homini quasi minister, versans stratū ipsius, dum illum in bona cōscientia & lætitiæ interioris consolatione facies uelut suauiter quiescere.

4 *Ego dixi, domine miserere mei:*

Vox egeni & pauperis; In afflictione & humiliatione mea positus ego filius tu' ò mi pater, pro iniquitatib' populi mei, (quas tu super me posuisti, ut pro eis tibi satisfacerē, & quas ego in memetipso libēter accepi ob amorē salutis eorū) clamaui ad te in oratione mea, dicēs, Domine pater, miserere mei atq; meorum:

C * *sana animam meam, quia peccaui tibi.*

sana animas pauperum meorū, sana aīas mēbrorum meorū, qm̄ agnosco & confiteor peccasse eos aduersum te, quorum peccata quo tu facilius remittas, ego in memetipso suscipiēs, ut propria cōfiteor. Aīam ēt meā & uiuā fac saluam ab omnibus malis, quæ propter istorum peccata ex tua uoluntate suscipiam, ut neq; in morte neq; in inferno permaneam.

5 *Inimici mei dixerunt mala mihi, quando morietur & peribit nomen eius?*

Ecce aduersarii mei loquuti sunt aduer-
D sū me, mala dixerūt adinuicē, & in cordibus suis contra me: Qn̄ ad mortē illū poterimus perducere, & q̄uo nomē eius poterim' delere de terra, & de cordibus, atq; memoria hominū? Huiuscemodi sermonibus conceptum atq; firmarum contra me mortale odium protestantes.

6 *Etsi ingrediebatur vt videret, vana loquebatur:*

Et quidē si ad me ingrediebant (ut me viderent, vel audirēt docētē, aut miracula facientem, uel aliud quidlibet agentem)

12 *In hoc cognoui, quoniã voluisti me: quo E niã non gaudebit inimicus meus super me.*
In hoc aũt ego cognoui ꝙ diligas me, ꝙ tibi sit in me beneplacitum, ꝙ non permittes inimicos meos plena lætitia gaudere contra me, quòd non patieris illos sui voti omnino fieri compotes. Quanquã.n. ad tps modicum habebunt lætitiã, dum me viderint morientẽ, non perdurabit tñ, neque perficietur hæc eorum lætitia, sed confundetur, cum me cognouerint à morte resurgentem. Nam si quidẽ in manus inimicorum me dedisses, & plenum eis fecisses suum gaudium, indi- F casses vtique non fuisse tibi in me beneplacitum.

13 *Me autem propter innocentiã suscepisti:*
Nunc verò tu me suscepisti i defensionẽ tuã, non relinquendum in manibus illorum, sed custodiendum ab inferno, & resuscitandũ tertia die, idq; pp innocentiã meam, quam tu mi pater optime nosti. Nam pro peccatis generis humani sufficei, quòd morti memetipsum ad tempus subdiderim. Innocentia autem mea hoc apud te prometetur, vt à morte propter alienam tantum offensam suscepta, tua G potentia resuscitet.

* *& confirmasti me in conspectu tuo in æternum.*
Rom.6. & tu me confirmasti à morte resuscitatum, ante cõspectum tuum, in præsentia maiestatis tuæ in sempiternum: ita vltra non moriar, mihiq; mors non dominetur amplius sed viuam in dextera tua in æternum.

14 *Benedictus dominus Deus Israel, à seculo & in seculum:*
Pro tua immensa misericordia, quã per me præstitisti generi humano sis benedi H ctus, sis laudatus & glorificatus in æternum, ò mi pater, qui es Deus verus, Deus totius fidelis populi tui.

* *fiat, fiat.*
ita fiat: ita fiat ita fieri dignum & iustum est, ab omnibus quicunque sunt de populo sancto tuo, & nunc donec subsistunt in vita præsentis corporis pro modulo eorum: & post huius vitæ terminum, in venturo seculo, laude perfecta in æternũ. Amen.

ANNOTAT. IN PSAL. XL.

VErsu primo, Beatus q intelligit sup egenũ & pauperẽ. Nota in hoc Ps. similes aliquid esse, quale & in secundo prius admonuimus. Primũ.n. Propheta tãta in spũ cõtẽplans ea de qbus in posterioribus sermo habẽdus est, quasi sub sua ꝑsona loquit̃, ac deinde post tres versus, Christũ de quo prius sermonẽ fecerat, loquentẽ introducit de semetipso ad patrẽ quẽadmodũ in Ps. 2. versibus aliquot ipse Propheta indignabundus inuehebat aduersus Chri occisores, & gloriæ eius osores, post verò, Christũ facit de seipso loquentẽ: suamq; gloriã à patre sibi datã magnificè proponẽtẽ. Et quẽadmodũ in Psalmo isto secundo, circa finẽ, rursum Propheta finitis Chri verbis ad suã personã repetit sermonẽ dicẽs: Et nunc reges intelligite, &c. ita posset in hoc præsenti Psalmo, versus vltimus accipi, quasi à Propheta post finitos Chri sermones ꝓnunciatus, vt ipse q initium Ps. ꝓposuerat, vltimũ quoq; versum, velut cõcludendo, dictis Chri adijciat: vt cũ Chrs confiteat̃ a patre se susceptũ & confirmatũ in æternum, ille quasi auribus cordis hoc audiens, præ gaudio tñdeat versum benedictionis & gratiarũ actionis dicẽs, Benedictus dñs Deus Israel, à seculo & in seculũ. fiat, fiat. Aduertendũ tñ est, quãtũ ad primos versus (quos in Elucidatione peculiariter ad Christũ accõmodauimus) posse illos & gñraliter ad oẽm pauperẽ, & egenum accõmodari. Eritq; tunc sensus, beatũ esse oẽm illum q sup egenis & pauperibus (quos mundus despectos habet) ita intelligit, ita sentit, quiq; ita eis afficit̃ vt oportet: vt eorũ & miserijs cõdoleat, & egestatẽ suppleat, in quibus potuerit. Et reuera iis, q sic intelligũt sup egenũ & pauperẽ, eueniẽt oĩa bona illa q in sequẽtibus duobus versibus describunt̃. Nã (iuxta dñi vocẽ) beati misericordes pronunciant̃, eo ꝙ & ipsi sint misericordiã consequuturi. In die n. mala liberabunt̃ misericordes ꝑ misericordiã suã & conseruabuntur atq; custodientur à malo, nec in manus venient hostium suorum, & in spe accipient consolationẽ per eam. Quæ oĩa respondetur Matth. 5

 ad hu-

## XLI. PSALMI ARGVMENTVM.

*F*Agitatus qui corpore peregrinatur in terris, spiritu aūt in cœlis habet conuersationē, multi plicibus quæ in hoc mundo occurrunt tentationibus, distractionibus, diuisionibus, atq; mole- Philip.1
stijs hoc Psalmo ad cœlos, mittit suspiria, fonte perreni refocillari (admodum ceruus) desiderans, ac diuinis aspectibus quantocyus repræsentari exoptans: desiderium habens dissolui, & esse cum Christo, quod desiderium donec differtur pascit interim sese, & consolatur lachrymis: subinde to tam in sese effundens aīam, vt in cœlestia transiens etiam nunc in terra positus, aliquem percipiat gustum illius perfectæ, quā postea consequuturum se sperat fœlicitatis. sicq; semetipsum in peregrinatione consolatur, aīamq; aduersum inordinatā tristitiam, & superfluā cōturbationē confirmat, pp spem in futuro seculo repōsitā. Atq; ista quidem, septem versibus primis. Dehinc aūt conturbatione quam in hoc mundo patitur, intra angustos limites conclusus ante Dominū (quem ab initio se dixerat sitire) proponit & tribulationes graues pariter & multas, quibus velut abyssis & immensis fluctibus obruuntur non raro corda fidelium, contra quos, remedium est gaudere in Domino, & sicut in prosperis, ita & in tristibus æque in Domino lætari, specialiter aūt orationis studium, quod admodum singulare & promptum valde refugium est, aduersus oīa, ijs qui sibi illam familiarem student efficere. Queritur tamen rursum apud dominum de sua derelictione, & debilitatione virium, potissimum inimicis cum gaudio sibi exprobrantibus. Verum contra hanc querimoniam, in spe bona Dei, & salutis expectatione: seipsum confirmat animo, & querulantem tristemque animam consolatione corroborat.

## QVADRAGESIMIPRIMI PSALMI ELVCIDATIO.

*QVEMADMODVM desiderat ceruus ad fontes aquarum:*

Quemadmodū ceruus, cū à venatoribus diu multūq; agitatus & canibus insectatus fuerit, vehemēti desiderio anhelat ad fontes aquarū, vt in eis se saluet, in eis sese refrigeret, quo ad cursum vires nouas recuperet:

*ita desiderat anima mea ad te Deus.*

ita anima mea in hoc seculi deserto, tentationibus pluribus ac varijs fatigata, insectationibusq; multiplicibus (partim à dæmonum atq; hominum peruersorum malitia, partim ad carnis praua concupiscētia) molestata, ad te anhelat desiderio, cupiens in te oblectari, consolari, & refocilari.

2 *Sitiuit anima mea ad Deum fontē viuū:*

Psal 35. Sitiuit aīa mea, & magno affectu anhe
Hiere. 2 lauit ad te Dñm, qui es fons vitæ æternę, & vena prima omnis vitalis gratiæ, de
Esa. 12. qua hauriunt in gaudio oēs qui pia affectione ad te accesserint: ad te (inquam) sitiuit anima mea, tuis fontalibus & vitalibus aquis gratiæ spiritalis cupiens refocillari & confortari: vt non in cursu atq; insectatione aduersariorū deficiā;

*qn veniā, & apparebo ante faciē Dei.*

ò Dñe quamdiu in hoc degam exilio, quādiu hisce fatigabor laboribus, qn dabitur mihi ad te venire, & exhiberi conspectui tuo, vt facie ad faciem te videam, illicq; satier in aspectu gloriæ tuæ.

3 *Fuerunt mihi lachrymæ meæ, panes die ac nocte.*

Interim verò donec ī peregrinatione ista 1.Co. 13
cōsisto, cōsolor me lachrymis, quas iugi- Psal. 16.
ter die ac nocte præ desiderio p̄sentiæ tuæ, absens tñ, effundo, atq; his, nempe lachrymis, suspirijs, singultibus, quibus ad tuā præsentiam iugiter aspiro, quibus veluti panibus me pasco, me consolor, & conforto in spiritu meo.

*dū dr̄ mihi quotidie, vbi est Deus tuus?*

Dum interim dr̄ mihi ab exprobrantibus incredulis & peruersis. Vbi est quem expectas Deus tuus? qn veniet vbi apparet, ob cuius amorem ita te affligis, ita lachrymas fundis? sic mihi exprobrantes, quasi vana vt expectatio mea, & inane meum desiderium, quo te expecto & desidero dominum Deum meum.

4 *Hæc recordatus sum:*

Reuolui in memoria, & recogitaui ī corde meo ista, q̄ ab exprobrantibus p singulos dies me molestantibus, atq; a spe

mea auertere cupientibus, audio atq; ex aduerso illas venturas æterni fontis delicias, quas concupisco:

* *& infudi in me animam meam:*

& ista sic recogitãs, effudi in memetipso affectũ aĩæ meæ, velut habenas ei liberas concedẽs, vbi quãtũ posset ad te currere, plenoq; desiderio memetipsum excitaui vt quantum valerem, memetipso, atq; oĩbus quæ in hoc mundo sunt temporarijs relictis totus in te transirem.

* *quoniam trãsibo in locum tabernaculi admirabilis vsque ad domum Dei.*

Heb 8. Spe.n.iã certus, qđ transibo ex hoc peregrinationis loco, ex hac valle laboris, in locũ illũ quietis sempiternæ, in mãsionẽ cælestẽ, in tabernaculo nõ manufactũ qđ fixit Deus, & nõ hõ, tabernaculũ verè ad-

2.Cor.5. mirabile perfectis delitiis, & oĩum bonorum abundantia in domũ Dñi Dei mei. Atq; ob hoc, qm̃ illic stabilẽ & firmã ciuitatem me habere cognosco, interim etiã donec in terra peregrinus ago, eam si nõ corpore, certè spiritu & desiderio frequẽtare volo.

5 *In uoce exultationis & confessionis, sonus epulantis.*

Ibi sonus audit̃ dulcissimus & suauissima melodia, in vocibus exultantiũ atq; collaudantiũ pariter beatorũ, q in summa illic charitate, & vnitate proxima, in vno summo bono (quo oẽs perfruuntur) cõpaginati & coadunati, pariter exultãt in eo pariterq; collaudant, quasi festũ celebrantes ꝑpetuũ, quasi iucundũ celebrãtes cõuiuiũ, fœlices nimiũ cõuiuæ, inter quos tanta est in exultatione, confessione, & lætitia vnitas, & quasi vna vox tantũ esse videatur vnius conuiuæ, mirifice apud sese lętantis, exultantis, atq; (vt in iucundis epulis fieri solet) in hilaritate gaudioque canentis.

6 *Quare tristis es anima mea: & quare conturbas me?*

Et tu ò aĩa mea, ò mi spiritus, qui ista nosti, qui eandem hanc (cui et̃ modo datur nonnunquam velut à longe assistere) expectas lætitiã & felicitatẽ, tu (inquã) mea bona anima, quare non in his accipis consolationem? quare tristitia grauaris & deprimeris? & quare me variis cogitationibus, atq; affectionibus sine ordine diuersis, conturbas & contristas? An non tibi merito tantorum bonorum expectatio, & tantæ pacis secura spes, atq; etiã ex parte aliqua in hoc tempore nonnunquam delibatio, sufficere debeant ad consolationem & fiduciam.

7 *Spera in Deo:*

Noli igit̃ conturbari, ò aĩa mea, si te insectent̃ venatores: noli canes rabido ore insequẽtes formidare, vt desperes, sed spem habeto in fonte aquarum viuentium, in dño Deo tuo, in illo refrigerare, quoties fatigaris: in illum te immergere, quoties æstu atq; siti torqueris, insectata à malis venatoribus:

* *quoniam adhuc confitebor illi, salutare vultus mei & Deus meus.*

adhuc.n. illi confessionẽ dabo in iucunditate cordis mei, qm̃ ipse est salus faciei meæ, qui meã faciem honorabit, sublimabit, glorificabit, & beatificabit ante faciẽ suam, cum meam faciem suæ faciei opposuerit, vt à facie eius fulgeat in meam aperta claritas splendoris æterni, sicq; transformer in imaginem eius, vt similis ei fiam, & appareaм in sempiterna gloria, & ipse est Deus saluator meus.

8 *Ad meipsum anima mea conturbata est:*

Quanquã aũt, piissime Deus, hiscemodis consolari studeam memetipsum, & 2.Co.13
quietã redere desiderantẽ aĩam iñ quoties ad memetipsum conuertor, cum ad 1.Ioan.3
meipsum redeo ex contemplatione horum cęlestiũ, quoties ab his auocor (per Colos.3.
corporis necessitatem aut fragilitatẽ, aut aliter quomodocunque) mox mihi oritur conturbatio: & quemadmodum, donec sic in desiderio æternorum defixus persisto, vtcunq; consolationem & quietem percipio: ita econtrario quoties ad me redeo, & ad ea quæ circum me sunt corporea ac temporaria, rursum conturbationem tristitiam & afflictionem inuenit anima mea, quoniam nihil aliud sunt omnia quæ sub sole sunt, nisi labor & dolor & afflictio spiritus:

* *ꝓpterea memor ero tui de terra Iordanis & Hermonijm à monte modico.*

ac ꝓpea iugiter ego studebo memor esse Eccle. 1.
tui de terra ista corporea, quã nunc peregrinus inhabito, quæ iuxta Iordanẽ corporalem fluuium sita est, & iuxta montem

tem Hiermonijm, qui iuxta adiacet: à mõte (inquam) est, & paruulo & modico qui hic in Iudæa est, in qua ego nunc in dolo se peregrinationis ut aduena uiuo, donec ad illos fluuios æternos paradysi tui, & mõtes æternitatis immenso perueniam. Non.n.inter. Iordanem fluuium paruulum & Hiermonijm montem paruulũ, conclusa est terra angusta habitationis meæ, dum interim suspiro ad cœlestem illam tuæ domus amplitudinem.

9 *Abyssus abyssum inuocat:*

Ps. 68. Donec autem hic ita in angusto terræ velut conclusus uiuo, multę quotidie tribulationes occurrunt, etiam graues admodum, & (quãtum humanitus uidetur) impertrãsibiles insuperabiles, à quibus nisi diuino adiutorio liberati, indubie absorberemur & demergeremur in profundũ, quæ sanæ tentationes grauissimæ & profundissimæ, tot sunt, & ita continue fideles obruũt, ita sese e uestigio subsequuntur, vt videatur alia aliã velut aduocare, adducere, siue attrahere post sese, ita ut uel simul irruãt plures, vel abeunte una mox succedat altera, ita vt frequenter ne respirare quidem liceat:

* *in voce catharactarum tuarum.*

ueniunt autem super nos hi tentationũ abyssi quasi impetu per catharactas, tuas quasi tu super nos eos effũdas, p canales tuos, cum impetu, dum ex tua dispositione & uoluntate ad nostram utilitatẽ eas in nos sinis irruere.

10 *Omnia excelsa tua & fluctus tui, super me transierunt:*

Omnes sublimes tuæ inundatiões, & feri fluctus grauium tentationum, quibus ex tua ultione pro peccato, & etiã ex tua dispositione, p salutari exercitatione atque probatione solent homines obrui & grauari, et me tetigerunt, & trãsierũt uelut gurgites aquarum super caput meum omnium uitiorum tentationes & impetus pulsarunt animum meũ, nonnunquã et in altum sese accumulantes in modum diluuii, ut me demergerẽt in profundum neq; tamen me demerserunt, sed absque nocumento tantùm transierunt.

11 *In die mãdauit dominus misericordiam suam:*

In tempore prosperitatis, quando læta, A iucunda, & serena sunt omnia, eũ præsente in nobis Dei, visitatione nihil sẽtimus tenebrosum, triste, aut nubilum, sed sunt in corde peccata & trãquilla omnia, tũc mandauit nobis Deus misericordiã suã præcepitq; memores eẽ misericordię suę vt illã tum maxime collaudemus, ac pro spiritali gaudio illi gratias agamus, quæ nobis ita diem in corde facit:

* *& nocte canticum eius.*

in tempore uero aduersitatis & iustitiæ, eum obruentibus tentationibus cœperit B obnubilari atq; obscurari serenitas cordis, tũc mandauit nobis Deus ad cordis nostri consolationẽ orare æquo animo & psallere, hoc est, canere sibi carmina lętitiæ, & cantica gratiarum actionis, qui bus non uult ingruẽtem tristitiam & nubila depellere, ne tristitia aut accedia absorbeamur, aut nimia cordis obnubilatione obscuretur lumen spiritus nostri. Iacobi. 5

12 *Apud me oratio Deo uitæ meæ:*

Atque ob hæc semper ego paratã apud me habere uolo orationem ad Dominũ Deum, qui est uita mea, semper in promptu habere uolo orationis refugium, atC que illius studium mihi conabor facere sup omnia familiare, ut in omnibus obueniẽtibus, tristibus æque ac lętis, aduersis atq; prosperis, semper ad illam securã habeam recursum, illa, meæ peregrinationis miseriam studebo mitigare, & per illam interim corpore absens, spiritu me Deo præsentem sedulo exhibere conabor.

* *dicam Deo, susceptor meus es.*

dicam in oratione mea, & cõfitebor Domino, q ipse sit defensor meus atq; protector, ad quem statim per orationis deD uotionem cõfugiam, quam mox affectu apprehendam, quoties ulla mihi difficultas aut aduersitas aduenerit. 2. Cor. 5.

13 *Quare oblitus es mei?*

Et cum tu sis Domine, quem ego elegi & habeo in meum protectorem, quid est ò dulcissime defensor, quòd ita mei obliuisceris, quòd ita nõnunquam te mihi subtrahis, & sic absens, diu nimium iuxta meum desiderium, te abscondis, quasi prorsus mei videaris oblitus?

* *& quare contristatus incedo, dum affligit me inimicus?*

 quare

quare me patris ita afflictum & tristé in
cedere, dum me tribulant grauiter & affli
gunt inimici? quare ita permittis me tuũ
pupillum, tuæ fidei commissum, ab illo-
rum prauitate tribulari?

Prou. 17 14 *Dum confringuntur ossa mea, exprobraue*
*runt mihi qui tribulant me inimici mei.*

Cum infringi experint atq; deficere ossa
mea, dum paulatim quasi flaccescunt ui-
res animæ meæ, spũ tristi ossa mihi exic-
cante, statim gaudentes & exultantes in
sultãt mihi aduersarii homines carnales
& amatores huius seculi, atq; etiam dæ-
mones peruersi exprobando loquentes
contra me superba & inania.

15 *Dum dicunt mihi per singulos dies vbi*
*est Deus tuus?*

Exprobant, inquam, mihi per dies singu
los absq; intermissione, cum me vidẽt in
tristitia & afflictione incedentem, quasi
disolatum, dicentes in modum exprobã-
tium, uelut irridẽtes & insultantes mihi,
Vbi nunc est Deus tuus, in quo habes fidu
ciam, propter cuius spem refugis nostra
commercia, pp quem consentire recusas
consiliis nostris, aut uias nostras sectari,
quare nunc ita tristem te videmus in
cedere & desolatum? Videsne, quoniã va-
na est spes & expectatio tua? Hæc certe
& alia his maiora, per singulos dies, pro-
pter omnem tentationẽ, audire me neces
se est, ò domine defensor meus, ab insul
tantibus.

* *quare tristis es anima mea, & quare con*
*turbas me?*

Attamẽ ò tu mea anima noli absorberi
tristitia, noli cõturbatione deiici, noli illo
rum terreri uanis exprobrationibus, neq;
vel tantillum commouearis ab eis.

16 *spera in Deo:*

Quin potius spẽ tuã figito in Dño Deo
tuo, sicq; ea tibi uelut anchora firma &
mobilis, q̃ nulla tibi neq; serenitas diei,
neq; turbulentia aduersæ noctis auferat:

* *quoniam adhuc confitebor illi:*

Hebr. 6. tametsi nunc in peregrinatione agamus,
elongati ab eo plurimum, veniet tamen,
neque longe abest tempus, in quo laudẽ
plenæ confessionis ei persoluam:

* *salutare vultus mei & Deus meus.*

ipse est. n. salus mea, qui glorificabit sua
bonitate uultum meum, & ipse est Deus
E meus, cui adhærebo, quem desiderabo do
nec viuã, vsq; dũ me introducat in locũ
suum sanctum cum gloria celesti Amẽ.

## ANNOTAT. IN PSAL. XLI.

VErsu primo quemadmodum desi
derat ceruus fõtes aquarum, &c. Nõ
est vsitatus loquẽdi modus, vt dicam' de-
siderare ad fontes, aut sitire in Deũ, cum
adiũcta præpositione, Proinde, quod hic
dr̃, Ceruus desiderat ad fontes aquarũ, &
anima mea ad te sitit, atq; desiderat, ita ac
F cipiendum est, vt sit sensus, Ceruus deside
rio fertur, aut trahitur, aut anhelat ad fõ-
tes aquarum. Item anima desiderio & siti
fertur ad te, siue desiderãdo & cõcupiscẽ
do tendit atq; anhelat ad te. Notandũ ve
rò hoc in loco (quemadmodũ & in aliis
nonnullis scripturæ locis) per ceruos re-
cte intelligi & figurari hoĩes spũales, quẽ
admodũ per equum & mulũ significati Psal. 31.
solẽt hoĩes carnales. Vt. n. equos, mulos,
& asinos, q in humana sunt seruitute, &
ignobilioris sũt cõditionis, venatores nõ
persequuntur, sed ceruos maxime, qui ex-
G tra humanam sunt seruitutẽ, tanquam li
bertate à natura donati, nimirum in spa-
tiositate & uirore syluarũ geniti, quorũ
ẽt caro ad deuorandũ est delicatior aliis
domesticis & seruilibus mancipiis, ita si-
militer sunt inter hoĩes nonnulli, tãquã
equi, & muli, quos diabolus uelutgeta
possidet seruitute, hoĩes terreni, animales
intricati, & desperati in concupiscentiis
suis. Atq; hos, qm̃ p̱ sua volũtate secure
possidet impius venator, non opus habet
venatione persequi. Cęterũ q nobiliori
animo ac meliori corde in libertate sunt
H p̱ geniti filiorũ Dei, q sui gñris & origi
nis nobilitatẽ attẽdentes, & libertatẽ (in Ioãnis. 1
qua à Deo p̱ spiritualẽ regñrationẽ sunt
cõstituti, vt filii Dei esse mereantur) semp̱ 1. Ioan. 3
habentes ante oculos, ab impia & vilis-
sima diaboli seruitute, quam maxime ab
horrent, cupientes in ea ad quam gñati
sunt libertate persistere: hi nimirum cer
uis sese assimilare student. Nam ut illi ve
natorum cornu expauescũt, ita & hi sem
per sunt bene pauidi, & ad omnem soni
tum malum salubriter sibi prospiciũt, &
ad mõtes conscendunt quantocyus, cur-

su velocissimo & admirandis saltibus, cũ
cta obuiantia mira agilitate trãsiliũt: quo
sane cursu rapidissimo, & admirandis sal
tibus, fit plerunq; vt venatorũ atq; inse-
quentium canum ora effugiant, nisi lõga
fatigatione defficiãt. Huiusmodi aũt cer-
uos impij venatores nocte ac die persequ
non desinunt, vt interficiant ac deuorẽt
Etenim fortassis aliquem venatione cepe
rint, quasi festũ agũt diem, & multo gra-
tior illis est esus carniũ istorum, q̃ prio
rum illorũ quibus in pace fruuntur pro
suo libito Nã cum vnum aliquẽ ex spiri
tualibus hominibus, post multũ laborẽ
dentibus apprehẽdere ac deuorare con-
tigerit impios dæmones, tanquam indi-
gnas nacti delitias, gaudẽt & oblectant
multo amplius, quã super perditione ho
minũ carnaliũ, q illis sunt velut cibus
quotidianus, ac proinde vilior, Illorum
verò esus & perditio tãto impijssimis his
venatoribus gratior cibus, quanto min'
expectatus, & quãto maioribus partus la
Luc. 15 boribus Quomodo. n. (Saluatore, nostro C
omnium ceruorum progenitore attestã-
te) maius est gaudium angelis Dei sup
vno peccatore pœnitentiam agente, quã
super nonagintanouẽ iustis q non indi-
gent pœnitentia ita credendũ est ex ad
uerso, maius esse gaudium angelis diabo
li super vno iusto & perfecto in peccatũ
cadente (id est, super uno ceruo venatio-
ne capto) quã super nonagintanouẽ pec-
catoribus, qui nunquã fuerunt in iustitia
id est, q̃ super nonagitanouẽ porcis, eqs
aut mulis, q semp fuerũt in impœniten-
tia. Neq; verò hoc tantũ in loco, sed & in
alijs compluribus, inuenimus perfectio- D
res & sublimiores propositos hoĩes per
Psal. 17. ceruos designati: quẽadmodũ supra Psal
mo 17. Qui perfecit pedes meos tanquã
Ps. 103. ceruorũ, & sup excelsa statuens me: Et rur
sum Psalmo 103. mõtes excelsi ceruis, pe
tra refugiũ erinaciis. Et in cantico Canti
Cant. 2. & 8. corum assimilatur dilectus capreæ hin-
nuloq; ceruorũ sup montes Bethel. Cau
sam autem quare p ceruum signetur vir
spiritualis (quẽadmodum ecõtrario per
equum & mulum homo carnalis) & p se
quisque facile intelligit, & ex præcedẽti-
bus insuper sufficienter colligi posse exi
stimamus. ¶ Versu 2. Sitiuit anima mea

A ad Deum fõtẽ uiuum, &c Apparet in vul-
gatis codicibus malè legi hoc loco, Ad
Deũ fontem uiuũ: legendũ autem esse, p
fontẽ fortem. Nam & in Græco apertum
est haberi ἰσχυρὸν quod uocabulum,
notum est non fontem, sed fortem signi-
ficare. Et beatus Hieronymus ex Hebræo
similiter fortẽ vertit. sitiuit anima mea
(inquit) Deum fortẽ viuentẽ. Atque ita
vr̃ verisimile, propter similitudinem di-
ctionum factam esse transmutationem,
vnica tantum litera commutata, n, uide-
licet pro, r: quod sane facillimum est fieri
maximè cum sententia, prima facie ma-
B gis fauere videat fonti Quid. n. aptius po
tuit uerbo sitiendi adiungi, q̃ quod aquas
cõtinet: Atq; ita duplici hac rõne verisi-
mile est factã esse immutationẽ. Similem
locum indicauimus versu 8. Psalmi 16.
ubi pro volup: ate legitur uoluntas. Nos
tñ in Elucidatione vulgatam lectionem
explanauimus, & in textu (iuxta quod le
gi consuetum est) relinquimus. Vtraq; n.
C lectio commodam habet intelligentiam
Ad Deum. n. fontẽ viuum sitit fatigata
anima, ut potu aquarũ uiuẽtium refocil
letur. atq; ita innouetur viribus. Sitit ve
rò ad Deum fortẽ viuentẽ anima, petens
ab eo fortitudine spirituali corroborari,
& à forti postulans adiutorium, contra
persequentes rabidos venatores. Atq; ita
in diẽ fere utraq; lectio coĩcidit. ¶ Versu
2, Qñ ueniã, & apparebo ante faciẽ Dei?
Particula secũda huius versus, Qñ veniã,
potest legi uel per se absolute, ut sit sen-
sus: ò qñ veniã, & apparebo, ut sit quasi
cũ suspiro emissa uox desiderantis Dixe
D rat. n. desiderare & sitire animã suam ad
Deum: ac mox subdit huius desiderii ex
pressionẽ, dicens: O qñ veniã. Aut legi po
test coniunctim cũ priore parte ad hũc
sensum, Aĩa mea ad Deum uiui, qñ ue-
niã & apparebo ante faciem dñi, quasi di
cat Desiderio anhelaui ad Deum, donec
veniã & exhibear ante conspectu ipsius
Per quod significat, suũ desiderium non
pœnitus complendum, neque extinguẽ-
dam sitim, donec veniat ante conspectũ
domini, ut illic de ipsius plenitudine ine
brietur. Huic autem connexioni, licet
prima facie uicunque officere videatur,
quòd mutata persona dicitur, quando ve

niam,

niam, cū præcessisset, sitiuit anima: sm ve- E
rā tñ considerationē, cum hō & ipsa eius
aīa ad idem spectent, nihil impedit quo
minus recte ista ualeat acceptari senten-
tia. In Elucidatione verò, non nisi prio-
rē expressimus. ¶ Versu tertio Fuerūt mi
hi lachrymæ meæ panes die ac nocte, Au
di spiritualis hō, audi qui ceruus esse cu
pis: quem tibi panē quærere debeas, quo
debeas pane in via peregrinationis hu
ius sustentari. Fuerunt mihi (inquit Pro
pheta sanctus ceruorum exemplū) lachry F
mæ meæ panes die ac nocte. Ecce lachry
mas in panē habet rex & Psaltes dñi, la-
chrymæ in viaticum sunt regi peregrino
ad patriā tendēti. Et verè dulciores sunt
hæ lachrimæ homini totis pcordiis Deū
sitienti, quas p absentia & peregrinatio-
nis dilatione effuderit, oībus impiorum
delitijs & voluptatibus. Neq; pōt seculi
conuiuis tā esse suauis cuiuscunq; liquo
ris pos & gutt ingurgitatio, q̄ est pere-
grino Dei, per natātes oculos, lachryma-
rum effusio. Neq; ullus cibus ingrediens
in ventrē tam pōt oblectare uoratoris gu
lam, quā refocillat mentē, uel vnum ex
Ps. 101. imo corde eductum suspirium. Et forsi G
tan iste panis de quo alibi conqueritur
pœnitens percussum se esse vt fœnum, &
exaruisse cord, eo q oblitus fuisset, come
dere panē suum. Et nos itaq; hunc panē
nūquā obliuiscamur, interim dū peregri
namus in corpore lachrymis ac suspiriis
nostram peregrinationē, atq; exiliū cōso
lantes. ¶ Versu quarto, Effudi in me ani
mā meā, Hic dicit Propheta, Effudi in me
animā meā. Alibi hortat sperātes in dño
effundere corā illo corda sua. Vr autē du H
plicis huius sermonis nō eadem oīno es
se sñia. Tunc.n. effundimus intra nos aī-
mā nostram, qñ (ut ita loquar) plenā no
stro desiderio cōcedimus libertatem, qñ
penitus illi laxamus habenas, ita ut cur-
rat, imò uolet quantū possit illuc quo an
helat. Tunc sanè corda nostra effundim⁹
intra nos qdē, aut ad nos, sed magis ad
Deū: quēadmodum ex aduerso effundi di
cimus impiorum hoīum corda ad secula
ria desideria, ad q̄ sine retinaculo arden-
tissimè anhelant & festināt. Cum verò iu
bemur siue monemur, vt liberè ante ocu
los eius cuncta velut profundamus, ni-
hil oīno illum celātes, sed nos & omnia
nostra, omnē miseriā, angustiā, egestatē,
& oē nostrum imperfectū, ante conspe-
ctū illius unde proponentes, & quasi an
te pedes illius proijcientes, & pleno cor
dis affectu illi commendantes qūo etiā
uulgo dicere solemus, amicum effunde-
re coram amico cor suum, qñ illi omnia
secretissima quoq; & occultissima denu-
dat, auxilium & consilium poscens suā-
que causam amico amice cōmēdās, De-
bet ergo uir iustus hoc mō corā Deo cor
effundere, debet nihilominus (iuxta præ-
sentis Psalmi textum) et interdum in se-
se aīam suā effundere, atq; liberis datis
habenis pati, ut tota in cœlestem transmi
gret fœlicitatē: vbi tanquā præsentialiter
assistens, audiat uoces collætantium ci-
uium supernorū, unde consolationē hau
riat animæ suæ contra voces exprobran-
tium, atq; ad seculi voluptates ipsam sol
licitantium. ¶ Versu 8. Ad meipsum aīa
mea conturbata est. Nota, q cū ad Deū
sitimus, donec ad illū effundimus aīam,
donec p desiderio lachrymas fundimus
donec cœlestibus conuiuijs spiritu assisti
mus, nō cōturbat aīa nr̄a, sed cōsolat se-
metipsam, in tantorū cōtemplatione &
expectatione bonorū q̄ tāta vtiq; sunt,
ut nō tm̄ in fruitione, verumetiā in expe
ctatione animū fidelē mirifice oblectent
Verū cū ab his anima recedēs ad semetip
sam cōuertit, id est, cū se apud se rursum
inuenit (neq;.n. diu permittit corporis
fragilitate, & psequentiā malitia, talibus
interesse delicijs) tum verò tanto ampli⁹
conturbatur & anxiatur paupercula ani-
ma quanto iam dulcescere ei cœperant,
quibus ad modicam morulam permis-
sum fuerat oblectari. Et quemadmodum
q à somnio magnæ fœlicitatis euigilat
torquet, nihil inueniens eorū in qbus
paulo ante gaudere videbatur ita multo
amplius ad solitas miserias relapsa à tā
sublimibus anima vehemēter conturbat
Non tamen quiescit, sed rursum quoad
potest ascendere conatur, unde cecidit.
Et si non semper ita in sublime uolare
possit, ad illum quem desiderat, ut eius as
sistat beato conuiuio, memoriā tn̄ eius
& recordationē nequaquā abijcit. Nouit
.n. anima, quæ fidelis est Dei amatrix, e-
tiam.

tiam in sola Dei memoria semetipsã ob A lectare, iuxta qđ alio in loco in desolatione positus ait, Memor fui Dei, & delectatus sum. Quid n.? Si ii qui sm carnẽ amore fœdo se diligunt, nõ solum in pręsentia mutua delectantur, sed & in recordatione sciũt inuenire qualẽcunq; oblectationẽ, si sic amantibus iocũda est, vel recordatio mutua, ubi non dat frui præsẽtia, quãto amplius putamus purissimũ illum Dei amorẽ (qui nequaquã sm carnẽ est, sed sm spũm) sufficientem ex sui dilecti haurire posse sola recordatiõe lætitiã, qua se cõsolet, ne tentantium uoci B bus cõsentiat, aut post alienos amatores ꝓprio relicto discedat? Atq; hanc ob causam ait sitiens ad Deum, postquã cõturbari senti it aĩam suam, uelle se Dei memorẽ esse de terra ista miseriæ, de angustia mũdi huius. ¶ Versu eodem, Memor ero tui de ter. Iord. &c. Hoc tametsi habeat mysticas intelligentias, quas apud alios q ante nos in Psalmis elucidandis laborarũt, prõptũ fuerit inuenire, nos tñ maluimus sm literã intelligere, vt p hoc significet angustia & vilitas hui⁹ mũdi, & terrenæ hui⁹ habitationis, quã ille nõ ignorat cui C ad superna nõnunquã cõcedit accessus. Est aũt (ut crasso exẽplo manifestã aperiã intelligentiã) talis fere hic Psalmistæ in terra promissionis cõsistẽtis, atq; eius ẽt regnat tenẽtis sermo, tãquã si ego ĩ hoc Louaniẽsi solo positus (in quo nunc mihi peregrinationẽ cõstituit oĩpotens ) dicã iuxta formã huiuscemodi, ad meipsũ, Dñe, aĩa mea cõturbata est, dum humana audio, humana uideo, humana sustineo, dum corporalia sese & crassa ista ubiq; ingerunt, ꝓpterea ad cõsolamẽ aĩę meæ volo tui iugiter esse memor, de terra hac D (in qua mihi dedisti peregrinandi locũ) fluuii Diliæ & mõtis Roselani, qui mõs & paruulus & modicus est id est, de terra angusta q fluuio Dilia & monte Roselano (qui modicus admodum est) cõcludit. Illud uerò mirũ, Prophetę cœlestia desiderãti, totã Iudeę terrã uideri angustã & modicã, Iordane fluuio & mõte Hiermoniim cõclusã, cũ terrenis & terrena amãtibus, ẽt pedis unius spaciũ tãti ęstimet, vt pro eo nunquã acerrime depugnẽt atq; digladient, interdum usq; ad uitę periculа, & maxima discrimina. Ita vq; qui non nisi terram norunt, nunquam contemplati superna, mira putãt quæ hic uident oĩa. Contra uerò, quibus familiare est, aut certe quibus nõnunquã cõcedit relictis his infimis ad superna euolare, quorũ pedes in ãplissimis illis atriis supnæ Hierusalẽ aliqñ constituerunt, quib. videre datũ est, quã iuxta ꝓphetã magna sit domus Dei, quã ingẽs locus possessionis & regni eius, hi nimirum, ẽt regiones & patrias totas reputare norunt angustissimas, imò totã mundiq; uẽ latitudinẽ, nõ nisi angusti carceris æstimãt locum. ¶ Versu nono, Abyssus abyssum inuocat, &c. Qđ abyssus abyssum inuocet, alii ad duorum testõrum (quorum utrunque abyssus est impenetrabilis) consonãtiã malunt referre. Alii abyssum unã dicunt esse humanæ miserię & multiplicis iniquitatis ꝓfunditatẽ interminã, alterã verò ex aduerso, Dei misericordiã, q simi liter est abyssus altissima & prorsus inexhausta, quã tãtorũ sæculorũ decursus neq; adhuc exhausit, neq; exhaurire poterit unquã. Hui⁹ autẽ duplicis abyssi, illa qdẽ hãc inuocat, prior illa, ad hãc posteriorẽ clamãt (qm̃ ꝓfunditas iniqtatis humanę, ꝓfunditatẽ inexhaustã postulat Diuinę misericordię) ut ab hac illa absorbeat. Neq;.n. põt aliunde absorbere abyssus & ꝓfunditas humanę malitiæ, nisi ab abysso Diuinæ misericordiæ. Nos tñ in Elucidatiõe, qđ ad cõtinuationẽ literę, & pcedẽtium atq; sequẽtium ꝯsonãtiã magis nobis uideat accõmodũ explanauimus, p abyssos intelligẽtes tẽtationes ꝓfũdas, & quãtũ ex nobis ĩpertrãsibiles, de cuiusmodi in alio Psal. legimus. Cũ irasceret furor eorum in nos, forsitam aquæ absorbuisset nos. Torrẽtẽ ptrãsiuit anima nřa, forsitã ptrãsisset anima nřa aquã intollerabilẽ: H mõi.n. intolerabilem, id est, impertransibilem & ineuasibilẽ aquã nos maluimus in ꝓposito abyssum nuncupare. Verũm iuxta hanc sẽtẽtiã, forsitã difficile videbitur intelligere, cur de abyssis istis dicat, qđ adducat siue aduocet alia aliã, in uoce cataractarum Dei. Quę enim sunt istę cataractæ Dei, & q est illa uox cataractarum? Sed attẽdẽdum est sermonẽ fieri metaphoricum, sm respectũ ad

Psal. 76.
Ps. 121.
Baruc. 3.
Ps. 123.

ad defluxum aquarum copiosarum in tē E pore pluuiæ. Congregant enim pluuiales aquæ, & descēdunt per cataractas siue canales, & ita irruunt super trāseuntes, non nō cōtinuo gurgite aquas copiosas cum sono magni impetus effūndēte. Per cataractas itaq; Dei fidelis sibi uenire asserit inundationes aquarum, quas sup se venire sentit, qm̄ tribulationes atq; tentationes quas experitur plurimas, tanquam à Deo super missas acceptat, attendens ex ipsius iudicio & dispositione ita hæc sibi euenire, ac velut desuper super se emitti. Quæ. n. in nobis in præsenti tēpore per F ferenda obueniunt, uel à diuinæ iustitiæ ultione procedunt (veluti cum in uindictam & vltionem peccati, Deus famem, pestilētiā, aut bellum, aut etiam alias interiores animæ ultiones immittit) uel à Diuinæ misericordiæ benignitate, quę electis suis aggregare uolēs cumulos meritorum, multis illos aduersis & tristib; Pet. 1. tā quoad corpus, quā quoad animā exercitari pmittit, vt (iuxta Petrum Apostolum) probatio fidei & uirtutis eorum multo preciosior inueniatur auro, quod per ignē probatur, quibus modis, sanctos viros Iob Iob. 1. & 12. atq; Tobiam etiam legimus exercitatos. G Nonnunquā verò desuper nos obruunt Tobię. 3 tentationum atq; tribulationum gurgites, pariter ab vtroq;, id est, simul à mise Roma. 8 ricordiæ benignitate & vindicta iustitię. Quēadmodum oīa pene corporis incōmoda & necessitas plurimæ, in pœnā & vindictā primæ inobedietiæ humano generi sunt inflicta, ita tū, ut ex dispositione supernæ clementiæ diligentibus Deū cooperentur in bonum, qui ea de manu Domini susceperint, atq; pertulerint cū patientia Rectè ergo uir fidelis, tanquā à Deo cuncta suscipiens quæ patitur, & pro- H pter ipsum libenter omnia sustinens, dicit abyssos unam post aliā super se uenire in uoce & impetu cataractarum Dei: eo qd uideantur ut à Deo effusa, cum ipetu decurrere. Quomodo autem uiri iusti in omnibus q̄ patiunt malis, sem p ad Dominum respiciunt, & tanquā ab eo veniētia acceptant, in annotationibus Psalmi 38. satis apertè declarauimus in pertractatione illius sen: ē: ię. Quoniam tu feci sti, amoue à me plagas tuas. ¶ Versu. 10.

Omnia excelsa tua & fluctus tui, &c. Per excelsa, intelliguntur sublimes & eleuati gurgites, siue altæ aquarum inūdationes Vnde alia trāslatio habet. Pro excelsis, suspensiones, id est, aquas altas, & quasi in alto suspensas. Beatus uerò Hieronymus ex Hebræo uertit gurgites, alium autē, inundationes, quæ omnia consensu in elucidatione explanato, rectè cōsentiūt. Hoc tamen notandum est, q̄ gurgites isti inundantium aquarum & fluctuū, id est, magnarum tribulationum atq; tētationum, dicunt fluctus & excelsa Dei. Sic enim ait, Omnia excelsa tua & fluct^9 tui. Quod eadem rōnem accipiendum est, quæ iā statim nobis exposita est, quoniam uidelicet ab eo descendunt, & ut ab eo demissa suscipiuntur. Quemadmodū cum dicimus plagas Dei, non intelligimus eas quas Deus suscipit, sed quas à Deo nos suscipimus, & q̄ ab illo sup nos veniunt. Qm̄ uero hoc in loco tentationum aduentus per abundantiā aquarū desuper per cataractas aduentantiū significatur, considerandum est, q̄ sicut irruētibus hmōi aquarum fluctibus quidā tantum abluuntur corporaliter, ita ut trāseuntes aquæ nihil afferant corporalis nocumētu, iis sup quos transierint, alii uerò in iisdem suffocant. ita & in spūalibus videmus quosdā quantumuis magnis tentationum gurgitibus nō solum nō uitæ detrimentū accipere, verumetiā p ablutionē fieri mundiores, cum alii sub iisdē conspiciantur perire, & siquid habebant vitæ spūalis deperdere. Nā vt sub canalibus domorū cum vehemens pluuiæ impetus descenderit, q erecto cōstiterit corpore, caput verò in parte alterā declinās, aut manibus aliove commodo operculo cōmuniens, diligēter custodiat, ita ut oīs aquæ cadētis impetus in robustas ad perferendum scapulas ferat, detrimētum uitæ nō accipiet eiusmodi, etiāsi tempestuosa valde & longa fuerit pluuia (transibit enim aqua, & mox vt illum tetigerit, dis fluet ab eo) contra verò qui sub canali cōsistens adueniente pluuiæ impetu, mo tu in terram corruit, necessario suffocabi tur ab irruēte aquarum impetu, sic & in tētationum aduentu, qui forti & inuicto animo perstiterint, pseuerātes in sua rectitudine,

ctitudine,& infracti corde,ex tentationū A nes,atq; hoies sæculi,eum q Deo seruire incursu non accipient vllum detrimētū cupit,tanquā occasionē bonā nacti,inci sed trāsibunt tētationes:ipsi verò illis dif piunt eū exprobrare illi,ac Dicere, Quid fluentibus etiā mundiores apparebunt. ita ambulas tristis,desolatus atq; deiect⁹ Qui verò tentationum impetu in terrā aio?Videsne iā Deo nullā esse tui curam? prosterni se patiuntur,cōtinuo desup cadentibus aquis necesse erit hos suffocari. Necdum pcip is frustra te illū expectare? Nōne es tu ex electis illis,quos ad vitā pdestinaui.?Illis.n.sunt gaudia,tibi verò

Abac. 3. Noster aūt cœlestia sitiens Propheta,fluctus sup se quidē cōsitet ītruisse,sed gaudet trāsisse,quō et Abacuc Propheta,finē cōsiderās psequutionū populi Dei canebat,trāsisse aquar ī gurgitē. ¶ Versu. 14. Dum cōfringunt ossa mea,&cæ. Quēadmodū cōfractis ossibus nihil ē in homine stabilis virtutis, ita ut nec ambulare B quequā ualeat(iuxta qd ēt uulgo p ironiā dicere solemus,pigros in operibus,aut ī gressu tardo sic operari aut ambulare, quasi ossa habeāt oīa confracta) ita & spiritualiter dnr ossa cōfringi,cū incipiunt vires ad bene agendum deficere. Cōtingit aūt nōnunquā hoies ēt iustos, tentationum vel grauitate,vel nimium morosa plixitate,adeò vehementer cōturbari & frangi,vt videant quasi viribus destituti,& collabi in nihilum,cum se vel sentiunt & grauissimis vrgeri tētationibus, & nullo diuinarum rerum feruore tangi,C ita vt nihil illis ex aīo libeat agere, dum nullā percipiūt internā cōsolationē Atq; in hoc statu cū inuenerint impii dæmo-

perpetuus cruciatus.Iā tātos dies, tantos menses,ecce tristis & desolatus obambulas,& nihil oīno consolationis psentis. Vel hoc ipsum euidens est testimoniū, q Deus (si quo speras,pp quē delicijs hui⁹ mūdi frui recusas) te abiecerit. Veni ergo nobiscū,& fruere iis q offerunt,& lætare in diebus vitæ tuę,ne vtraq; pariter cōsolatione priueris Hæc (inquā) atque hmōi iustis in illa quā dixi ariditate & deiectione positis,solēt inimici pponere partim qdē ad eorū illusionē, partim verò ad ipsorū in malū sollicitationē.verū attēdēdū,est qd aduers⁹ horum exprobrationes obiecerit cōcilii Propheta sanctus.Mox.n.ad aīam suā sese cōuertēs,blāda ferepatione eā redarguit cōtristatā,hilariq; exhortatione cōsolat eādē,spē sic mā bonorum cœlestium pponens. Hoc n.est,qd post inimicorum exprobrationē statim subingit, Quare tristis es aīa mea & quare cōturbas me? Spera in Deo quoniam adhuc confitebor illi,& cæt.

## XLII. PSALMI ARGVMENTVM.

Psal. 149 ARgumentum PSalmi sequentis non aliud est quàm quod habuerit pracedens: estque velut continua materia Psalmi præcedentis. Vnde & in Hebræo ἀνεπίγραφος est, id est,tituli nullius inscriptionem habens. In illo nanq; circa finem dixerit spiritualis Deum sitiēs de aduersarijs sibi exprobrantibus,seq; affligentibus. Contra hos nunc, non mala tantum exprobrantes,sed dolos etiā meditantes & mala inferentes,Diuinū implorat iudicium,suam derelictionem & desolationem in afflictione ab aduersarijs.per querimoniam proponens. Postulat aūt aduersus oīa huius vitæ discrimina,de cælo sibi dimitti lucem & veritatem, quibus comitibus per uiā secure deduci se posse confidit,& ad optatum pertingere terminū,usq; ad altare Dei,usq; ad præsentiam Diuinæ maiestatis. Nouissimis autem versibus duobus,in spe beatā cōfessionis & salutis seipsum consolatur atque confirmat.

## XLII. PSALMI ELVCIDATIO.



VDICA me Deus, & discerne causam meam de gēte non sancta.

Fac pro me Deus iudicium,discute,discerne diligenterq; considera causam innocentię meę,aduersus populum impium,contra turbam malorum q me persequūtur: vt pro me,aduersum illos, facias iudicium.

* ab homine iniquo & doloso erue me. ab hominibus iniquis & fraudulentis q impieta

impietatem & dolos meditantur contra E me in cordibus suis,& exercent in operibus tuo iusto iudicio libera me, vt qd desiderant non obtineant,neq; voto suo valeant potiri.

2 *Quia tu es Deus fortitudo mea:*

Tu.n. Domine es meũ robur omne,& to ta fortitudo mea,in quo possum quicqd possum,imò in quo omnia possum,& si ne quo nihil possum, atque ideo Domine non confidens nisi in te forti auxiliatore meo,ad te confugio:

Philip.4

Ioan.14.

* *quare me repulisti,& quare tristis ince do dum affligit me inimicus?* F

& cũ in te spẽ meã constituerim,quid est pijssime Domine,quod me ira derelinquis,ut quasi repulisse & abiecisse videa ris,quasi nulla sit tibi cura mei : cum ab inimicis iniuste sustines affligi? & quare sic mœstum atq; desolatum permittis in cedere,affligentibus & tribulantibus me aduersariis meis,qui mihi sunt suis tẽrationibus admodum molesti & infesti?

3 *Emitte lucem tuam & veritatem tuam:*

Respice tandẽ ad me multimodis afflictũ & demitte mihi de cœlis in cor meũ spiritualis gratiæ tuæ,& præclaram veritatem tuam:per quam tam credenda quã agenda valeam cognoscere: G

* *ipsa me deduxerunt & adduxerunt in mõtem sanctum tuum & in tabernacula tua.*

hæc.n.sunt,q̃ me inter tot miserias angustias atq; tentationes securè deducẽt per vias huius vitæ,ducatumq; certũ præstabunt,ne ullum ad patriam tendenti obueniat nocumentum,& adducent ad optatum terminũ,nempe in locũ habitationis gloriæ tuæ, qui est vt mons altissimus atque stabilissimus,ad sanctum & firmissimũ habitaculũ tuũ,in quo sunt mãsiones plurimę,in quo cũ tuis ministris omnibus ĩhabitas ĩ tua magnifica gloria H

4 *Et introibo ad altare Dei:*

Atq; his ducibus,perq; viam comitibus introgrediar ante præsentiã Diuinę maiestatis tuæ,palamq; accedam ante cõspectum gloriæ tuæ,vt te facie contẽpler ad faciem,ut tibi hostias sempiternas plenæ laudis corã te assistens indesinẽter offerã

Ioan.13.

1.Cor.13

* *ad Deum qui lætificat iuuentutem meã.*

ad te inquã mi suauissime Deus,q meam vetustatem consumis & conteris,ac iuuẽtutem restituis:qui renouas aquilæ iuuẽtutem meam,qui me quotiescunq; nũc p defectum vigoris spiritualis veterasco, benigno aspectu tuo & interioris gratiæ infusione,in pristinum, imo in meliorẽ statũ restituis:& cũ p tristitiã ossa consumerem,animiq; deiectionem ad interitum tendo,tu mihi lætitiã reddens salutaris tui,& spiritu principali iterum me cõfirmans,facis velut reiuuenescere: vt non solum non peream,sed etiam ad virtutũ exercitia clarior fortiorque reuertar.

Ps. 102.

Pro. 17 & 25.

5 *Cõfitebor tibi in cithara,Deus Deus me'*

Proinde confessionẽ tibi dabo in maxima lætitia cordis mei, et ĩ citharis aliisque musicis ĩstrumẽtis,ad plenioris grãtũ actionis testimoniũ tibi laudẽ cãtaturus,tibi (inquã) ò mi Deus, ò mi suauissime Deus:quod nomen,quo frequentius replico,eo dulcescit amplius

Psal. 50.

* *quare tristis es anima mea,& quare conturbas me?*

Tu verò ò mea bona aĩa,quur cõtristaris ista nõ ignorãs,tãtãtũ rerũ spẽ habẽs, & quare tristitia atq; deiectiõe me ꝯturbas? quur nõ in his teipsam potius cõsolaris?

6 *Spera in Deo:*

Firma spẽ tuã in dño,& ĩ illo temetipsã oblecta,dum in alijs omnibus nihil nisi vanitatem inuenis& afflictionẽ spiritus,

* *quoniam adhuc confitebor illi, salutare vultus mei & Deus meus.*

adhuc.n.illi dabo confessionẽ laudis in gaudio,adhuc illi plenis buccis cõcrepabo,adhuc erũt exultationes & cãtica,et in gutture meo,ipse.n.est salus & gloria uultus mei,& Deus meus verus ac uiuus cuius laudẽ nunquã ego eripi patiar de ore meo,sed spero mihi fore perpetuam, donec ad locũ laudis plenissimæ me adducat,ante conspectum suum,Amen.

Psal.149

## ANNOTAT. IN PSALM. XLII.

HVnc Psalmum habet cõsuetudo Ecclesiasticorum plurimorũ sacerdotum,ante missæ initium,quasi in præparationẽ accessus ad altare factũ pmittere:nimirum qd eos qui ad sacrosãcta illa mysteria dominici corporis & sãguinis celebranda & percipienda sunt accessuri,

cessuri, nō conueniat esse spiritu contri-A statos, aut deiectos aīo, sed alacres & hilares corde, ob præsentiā Diuinæ maiestatis, ad cuius uenerādum altare accedit, q sacrificiū Ecclesię est oblaturus. Petit itaque hoc Psalmo pparatorio sacerdos, sācta Dñi sacra celebraturus, auxilium Diuinæ miserationis, & aduersum contristātes affligentesq; spūm suū, postulat fieri iudiciū lucēquoq; & veritatē desup mitti, quibus comitatus securè, mundè, & digne possit ad Dei altare accedere fructūque sacrificii percipere. Et licet principaliter de altari spūali intelligatur uersus quartus, ad qd veȝ mente & affectu intro B grediemur, siue in hoc mundo cōstituti, siue in futuro seculo (vt post dicimus) pōt nihilominus cōmodo ad hāc interionē sacerdos Psalmum vsurpās, p altare Dei, ipsum illud materiale altare intelligere, ad quod sacrificii cā parat accedere Atq; ita sperat lætificari suā iuuētutē, non quidē ab ipso materiali altari, nō lapidibus & cæmento: sed ab ipso, quē offerre parat & cui offerre parat, Deo, id est, à patre, verbo & spū sancto, Atq; ideo non dicit simpliciter, Introibo ad altare Dei, q lætifi-C cat iuuentutem meam: sed adiicit dicens, Ad Deum, qui lætificat, Ad Deū aūt accedit qui sacrificare parat siue ad totā beatam trinitatem, vt illi sanctissimam saluberrimamq; hostiā offerat & cōsecret & in eius cōspectu oblatam sumat; siue ēt Christum hoiēm & Deum, ut illū offerat patri, atque adeo (quatenus sm humanitatē hostia est) toti superbenedictę Trinitati. Confidit aūt lætificari suā iuuentutem, qm ex Ecclesiastico dogmate nouit, qsqs sacrificiū illud nō indigne celebrauerit, & sacrum nō indigne māducauerit, D accipere eū per uirtutē mortis Christi (cuius est memoriale) spiritualis grē confirmationē siue augmētum, & pignus vitæ æternæ, iuxta qd in festo altissimi illius sacri, canit sancta Ecclesia, O sacrum conuiuium, in quo Christus sumitur, recolit memoria passionis eius, mēs, implet grā, & futuræ gloriæ nobis pignus datur. Et quia accepto pignore æternæ felicitatis nō pōt nō bñ sperare & lætari fidelis, idcirco, hac spe suam aīam tentationibus fatigatā consolatur. Hæc diximus pp vsū venerabiliū dominorū sacerdotū, vt sciāt quemadmodū hunc Psalmū præparatoriū sibi debeāt adaptare. Sicut uniuersi Chri fideles (iuxta Apocalypsis testimoniū) spūaliter sunt Dei sacerdotes offerētes per Christū iuxta qd Hæbræis scribēs ait Apostolus) hostias laudis sēper Deo patri, ita & unicuiq; pōt Chri fideliū spiritualiter ēt sm hunc usum competere, cūm suum animum uoluerit offerenda orationum laudumq; suarū sacrificia pręparare. ¶ Versu. 1. Iudica me Deus, & discerne causā meā. Discernere, pro diiudicare positū est, siue potius attendere. Nā diiudicatio & discretio, comparationem quādā vnius ad alterum, & ex cōparatione eiusmodi, cognitionem, sm propriam acceptionem, Videntur significare, quod manifestum est Deo non conuenire, qui non per eiusmodi comparationem cāæ ad causam, sed absque omni collatione, sola cāę attentione & inspectione cognoscit cuius sit innocentia. Quod ergo dicit, Discerne causā meam, more hominū iudicū loquit: quos necesse est causā cāæ cōparare, atq; ita quis reus, quis innocens, perdiscere. Est aūt sententia: Attende ad causam meam, cognosce eā, respice ad eā, videlicet, vt pp innocentiam meā, cum tibi fuerit perspecta & bene cognita, ab aduersāriū ifestinatiōe me liberes. Quantum uerò ad particulā illā, de gente nō sancta, aduertendū est, ancipitē eius esse cōstructionē. Solemus. n vulgatiori vsu eam coniungere pręcedētibus, quō & in Elucidatione exposuimus, hoc modo: Iudica me Deus, & discerne causā meā de gente non sancta, ut petat sibi fieri iudiciū de gēte nō sācta, & quantū ad illos suā causam discerni, Ac deīde subsequitur: Ab homine iniquo & doloso erue me, quasi prioris partis clarior explanatio. Nihil n. aliud, Iudica pro me de gente nō sancta, quā ab hominibus iniquis eripe me. Sūt tñ q particulā supradictā cū sequētibus cōnectūt, præcedētia absolute legētes, ad hūc modū, Iudica me Deus, & discerne causā meā. Ac deinde, De gēte nō sācta, ab hoīe iniquo, & doloso erue me. Atq; huius qdē lectionis nō est difficilis intelligentia, conuenientior tamen uidetur prior distinctio, quæ & usitæ

Apoc. 1. & 5.

Heb. 13.

ustratior est. ¶ Versu tertio, Emitte lucē E tuam & ueritatem tuā, &c. Per lucem & ueritatē intelligimus in Elucidatione dona, quæ desup mittit Deus in cordibus nostris per spiritum suū sanctum, qui est spiritus lucis & ueritatis, interius nos illuminās, & ueritatem docēs de omnibus tā credendis, quàm agendis, iuxta qd pro misit suis discipulis Dñs Iesus, ipse prima veritas. Rectè aūt dixit Propheta, emit-
Ioan 16
te, quasi desuper de cœlo sancto tuo mitte: qm (fm Apostoli Iacobi sententiam)
Iacob. 1.
Omne datum optimum, & omne donū perfectum desursum est descendens à pa F tre luminum. Vñ & Sapiens orans Dñm pro sancta sapientia, Tecum (inquiebat) est sapiētia tua, quæ nouit opera tua. Mitte illā de cœlis sanctis tuis, à sede magnitudinis tuæ. Et forsitan non aliud est qd hic nunc Propheta postulat quàm lux & ueritas. Ipsa.n. cœlestis atque diuina sa-
ap. 9.
pientia, uera est lux cordis nostri, & ipsa est ueritas. Cui ēt illud quod sequitur aptissime consonat, Ipsa me deduxerunt & adduxerunt, id est, deducent & adducent (Siquidem iuxta non consuetum scriptu rarum morem, præteritum pp euentus G certitudinem pro futuro proponitur) in mōtem sanctum tuum, &c. Vnde in orōne. Sapientis suprapositā consequenter
Ibidem.
adiungitur, Vt mecum sit, & mecum laboret, & sciā quid acceptum sit apud te. Scit enim illa omnia, & intelligit, & deducet me in operibus meis sobriè, & custodiet me, in sua potentia, & erunt accepta opera mea. Ac post pauca, Sensum aūt tuum quis sciuit, nisi tu dederis sapientiā, & miseris spiritum sanctum de altissimis, & si correctę sint semitę eorū qui sunt in terris, & quæ tibi placent didicerint hoīes? H Hæc omnia habet Sapientis orō, quæ q̄ clare cum huius Psalmi postulatione cōsentiant, est per se manifestū. Recte ergo lux & ueritas desup nobis missa nos deducent & adducent in montem sanctum Dei, ad ciuitatem supernam, quæ quā ob cām mōs dicatur, supra dictū est Psalmo tertio. Diligenter aūt contuenda est differentia inter duo illa uerba, deducent & adducent. Magis enim significatione differūt, quàm uocis sonus p̄ se ferat, id qd in Græco est aliquanto euidēntius, quàm in idiomate Latino. Vnde in Græco prio re loco habetur ὡδήγησαν quod verbū ab ὁδός id est, via, deriuatum, significat per uiam deducere, siue ducatum pręstare, q̄ significatio, pulchre admodū expressa est in Sapientis prænarrata oratione, cū diceretur, vt mecum sit & mecum laboret.
Sapi. 9.
Atq; hoc ipsum vocabulum etiā Psalmo 142 inuenitur positum dicente Prophe
Ps. 142.
ta, Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectā. Et in psalmo 118. Deduc me in
Ps. 118.
semita mādatorum tuorum, atq; in aliis plerisq; locis, vbique fere tm ualens quā tum Dux esto mihi per uiam, & ducatum præsta. Verbum autem quod secundo loco ponitur, est ἤγαγον, id est, adduxerūt, vel introduxerunt. Vnde beatus Hiero-
Ioan. 14
nymus ex Hebræo uertit, introduxerūt. Inter aūt deducere per uiam, & introducere ad terminū, clarū est nōnullā eē differentiā. ¶ Versu quarto, Et introibo ad altare Dei. Introimus ēt nūc, donec in corpore sumus, ad altare Dei (id est, ad præsentiam diuinæ maiestatis) quoties in spiritu & ueritate adorantes, coram illo procidimus, aut sacrificium facimus. Verum posteaquam ad montem sanctum Dei illū excelsum & cœlestem fuerimus adducti, tunc ad altare Dei, id est, præsentiā & ante conspectum Diuinæ maiestatis, integredieмur perfectius, ita ut nunquā ab eo simus diuellendi neq; separandi. Sp.n. illi astabimus sacrificātes, quod tā per corporis fragilitatem perpetuo facere nō possumus. Altare autē istud, idē est de quo Psalmo. 50 dicit, Tunc imponēt
Ps. 50.
super altare tuū uitulos. Per altare autē Dei intelligimus p̄sentiā & cōspectum diuinæ maiestatis: eo q̄ soleamus in materialibus altaribus Diuinam præsentiā speciali' honorare, sicuti, & uere peculiariter in honoranda est. Nihil.n. dubium est specialius illic Deum adesse: & præsētē se facere, vbi colitr, adorat, inuocatur, & sacrificia accipit. Possemus tñ altare istud intelligere ēt Christum dominum, q est altare nostrum, sacerdos & hostia. De quo Paulus Hebræis scribens ait, Ha
Heb. 14.
bemus altare de quo potestatē nō habēt edere qui tabernaculo deseruiunt nimirum Christum Dñm designans, cuius nō sint participes ueteres Iudæi. Ad hoc. n. altare

alitate & modo per fidem accedimus, ut innouet' iuuentus nostra, & introgrediemur (cū terminus aduenerit) per speciē vt pficiat' beatitudo nostra. Versu eodē Lętificat iuuētutē meā, sic mihi vr̄ accipiē dum, quasi lætificādo renouat iuuentutē
pſ. 101. meā iuxta q̄ Psal. 102. dr̄, Renouabitur vt aquilæ iuuētus tua, Per iuuētutē autē, quā i bonā partē vsurpat' in scriptura sāćta significat' alacritas, robur, agilitas, & fortitudo, q̄ i iuuenib' maximè inueniūtur, sicut p pueritiā cū in partē vsurpatur significari solet innocētia & simplicitas, q̄ maximè relucet in pueris: & per senećtutem maturitas atq; reuerentia q̄ senibus cōpetit, & mortificatio carnalium cō-

A cupiscentiarū. Cōtrariū aūt significat; cū in malam significationē vsurpantur: senećtus videlicet, desidiam, tarditatem ad bene operandum, defectum quoque ad declinationem in interitū, iuxta illud, Qd Heb. 8.
antiquatur & senescit, prope interitū est. Iuuentus, impetum & sequelam concupiscentiarum malarum. Pueritia, ruditatem & ignorantiæ malam simplicitatem. De senectute in malā partem dr̄. in Psalmo Psal. 31
31. Inueterauerunt ossa mea. Et Ps. 6. In psal. 6.
ueteraui inter omnes inimicos meos. De iuuentute monet Apostolus Timo- 2.Tim 2
B theum, iuuenilia desideria fugere. De pue-
ritia idē ipse Corinthios monet, ne pueri 1.Co. 14
efficiantur sensibus.

## XLIII. PSALMI ARGVMENTVM.

*IN Psalmo sequenti difficultas occurrit, ex eo quod principiū atq; finis non satis videātur respondere versibus aliquot medijs, id est. 6. 7. 8. 9. & decimo. Hi .n. oīno videntur gaudiū prosperitatis, & pro victoria gratiarum actiones, præ se ferre: cum residuū totius Psalmi in sūma afflictione & humiliatione positū esse videatur. Cum .n. dr̄, Tu es ipse Rex meus & Deus meus, qui mādas salutes Iacob. In te inimicos nostros ventilabimus cornu, & in nōīe tuo spernemus insurgentes in nobis. Saluasti nos de affligentibus nos, & odientes nos confudisti. In Deo laudabimur tota die, & in nomine tuo cōfitebimur in secula, hac sane populi in maxima afflictione positi verba nō videntur, sed potius in tali prosperitate qualis erat sub Dauidis & Salomonis regno, cum de hostibus in nōīe Domini triūpharent. At verò versus mox sequētes vsq; ad finē manifestè summā designant miseriā & oppressionē grauissimā qualis fuit in captiuitate Babilonica, vel in persequutione Antiochi illustris. Hæc aūt minime videntur in eodem Psalmo cōsonare. Ad huius ergo dissonantiæ cōcordiā mihi vr̄ necessarium, ut sicut de diuersis temporibus duæ illæ partes loquunt', altera quidē de tēpore psperitatis gratulatoria, altera verò de tēpore aduersitatis querulatoria sic & ex populo Dñi, pro diuersis tēporib' loquētes diuersi introducātur, ut vcz illos versus prosperitatis loqui intelligatur populus Dñi sub Dauide & Salomone, aut sub alijs tēporibus prosperis aut ipse intelligatur Dauid in persona sui populi prosperè agentis in oībus loqui. Quæ verò versu 11. sequuntur ad finē usq; populus loquetur sub hostibus in oppressione degens in maxima miseria, qualis multo post tempore Dauidis aut Salomonis fuisse legitur, qui populus afflictus, à principio quoque Psalmi loqui cœperat. Et vr̄ totus hic Psalmus à Psalmista cōpositus pro tēporibus afflictionis & desolationis, ut tunc esset filijs Israel ad Dominum sese conuertentibus, & misericordiam poscere volentibus, debita orationis formula. Satis .n. verisimile est, Prophetā sanctū illas subsequuturas populi desolationes præuidisse, quēadmodū & Moyses populo similia p̄dixerat, & Iosue famul' Dñi. Itaq; cū scriberet Psalmista, Nunc aūt repulisti & cōfudisti nos, vendidisti nos, posuisti nos opprobriū, parabolā, & c. nō ad suū tēpus (in quo ipse cū populo floride regnabat, tamētsi multas pateretur molestias) sed ad illa q̄ prævidebat, venturæ desolationis tempora respiciebat, futura quasi p̄sentia in Psalmo plāgēs. Hac præmissa oīno oportuit priusquam totius Psalmi ars & cōnexio sufficienter potuisset intelligi, nunc ad breuē et summā eius perstringēdū pgamus. Cōuenit itaq; hic Psalmus populo Domini in maxima desolatione posito, q̄ volens ad misericordiā Deū inflectere, primū antiqua Dei opera, q̄ p patribus suis legerunt & audierint ab illo misericorditer exhibita, proponunt: illud nominatim referentes, de introductione per manū validā in terrā promissionis, & expulsione atq; deletione hab-tātorū eius, quæ nullā humana virtute, sed sola Diuina potentia facta fuisse cōfitent'. Atq; hæc quidē .5. primis versibus. Dehinc versibus quinq; sequentibus, Dauid ipse, qui Psalmum conscripsit pro venturis tem-*

P *poribus*

Deut. 18
Ios. 23.

*poribus seipsum cum populo suo introducit loquentem de prosperitate status sui seculi fidenter admodum in spe Domini, & contemptū ualde contra inimicos populi Dei. Mox verò post uersum 10. usque ad finem totius Psalmi, continuat populus afflictus cœptum ab initio sermonem, & ex opposito preponit sua de solatienis miseriā, eandem multis verbis & sententijs exaggerans, & dominū humiliter erans, ut misericordiam ualeat percipere, & de grauissima tribulatione salutare auxilium. Illud aūt est aduertendū, Psalmū præsentē cōmodissime posse applicari fidelibus nouæ legis & populo Ecclesiæ sanctę, quotiescunq; ab alienigenis (vtpote à Turcis, alijs infidelibus) opprimuntur, persequutionem patiuntur: in captiuitatē ducuntur, & in seruitutē subijciuntur, aut alias quōcunq; crudeliter & ignominiose tractantur: quēadmodū isto nostro seculo (hac sane in parte infœlicissime) per singulos annos misere cernimus. Rectè n. vetera Dei beneficia proponentes, quę patribus nostris filijs Israel (quorū nos Christiani uerū semen & ueri filij sumus) Deus exhibuit nostrā aūt oppressionē querulis affectib⁹ & uocibus aperiētes, cū lachrymis deposcimus eius misericordiā, in qua sola cōfidimus liberari.*

## XLIII. PSALMI ELVCIDATIO.

## VOX FIDELIVM IN TRIBVLATIONE CLAMANTIVM.

*Eus auribus nostris audiuimus, patres nostri annunciauerunt nobis:*

Potentissime Deus, nos auditu accepimus, auribusq; nostris tāquā certissima & indubitata audiuimus, nimirū edocti à patribus ac maioribus nostris, q ea nobis partim verbo, partim scripto, nota fecerūt p successionem generationū, prout illi quoq; à suis maioribus acceperāt, vsq; ad eos qui ipsemet viderunt ea quę nos audiuimus, & in seipsis ea sūt experti reali exhibitione, quæ nos tātum cognoscimus verbali relatione.

2 *Opus quod operatus es in diebus eorum, & in diebus antiquis.*

Audiuimus (inquā) & annunciauerunt nobis patres nostri opera tua magnifica & mirabilia, quæ operatus es in diebus eorū, in temporibus antiquis. & lōgè ante multa sæcula pteritis: videlicet in diebus captiuitatis filiorū Israel in Aegypto, quanta feceris prodigia terribilia atq; gloriosa p patribus nostris, aduers⁹ Pharaonē & seruos eius: itemq; in deserto, & in introductionem in terram promissionis, ac deinceps, signa multa & magna.

3 *Manus tua gentes disperdidit.*

Vt cętera transeamus, illudq; solū loquamur de introductione in terram promissionis. Nonne tua potentia, & omnipotens virtus tua erat, quæ patres nostros filios Israel eductos de Aegypto, introduxit in terrā promissionis? ipsa. n. omnipotēs & validissima dextera tua est, q̄ gentes septem peccatrices, quæ inhabitant promissionis terrā, Chananæum, Eueū, Iebusæum, Etheum Amorrhæum, Gergezæum, ac Pheresæum, atq; circumiacentia loca & regna eiecit, expulit, ac deleuit de terra sua, ut fierent in possessionem populo tuo. Ios. 24.

* *plantasti eos.*

His autē expulsis de terra, patres nostros tu loca illorū inhabitare fecisti: & quō arbor in terra, manu agricolæ in loco alterius infrugiferæ plantatur & radicatur, ita tu eos illic vt in firma & stabili mansione tua manu plantasti, & radicare fecisti, ac germinare, filios & filias pcreare, iumenta quoq; educare, ut in firmo proprię habitationis loco.

* *afflixisti populos, & expulsisti eos.*

grauiter afflixisti vltrice ac pugnatrice manu tua populos illos terræ promissionis, usq; ad exterminuim & totalem delectionem de terra sua.

4 *Nec. n. in gladio suo possederunt terram:*

Et rectè quidē dico, manu tua hæc oīa pfecta. Nequaquā enim potentes erāt patres nostri, sua virtute absq; te, tantā facere victoriā, neq; ipsi virtutem aut experientiā bellicam quæ in ipsis erat, pertigerūt ad possessionē terræ promissionis.

* *& brachium eorum non saluauit eos.*

neq; ppria virtus eorū ad lāię saluis victoriā eos pduxit, ut de tātis tanq; fortissimis & ditissimis gētibus possent reportare triumphū: imò nūquā manus illorū euade-

evadere potuissent, sua propria tantum fortitudine suffulti.

5 *Sed dextera tua & brachium tuum, & illuminatio vultus tui:*

Sed tua fortis dextera, & tuũ validissimũ brachium,(id est, omnipotens fortitudo tua) & benignus aspectus uultus tui, quo lucere fecisti & splendere sup eos lucem misericordiæ tuæ, ipsa sunt, quæ patres nr̃os introduxerũt ĩ possessionẽ terrę sucę

** quoniam complacuisti in eis.*

fuit enim tibi illis beneplacitum, & dilexisti eos, qm̃ elegeras eos in tuum populum, & in peculium p̃ vniuersis populis atq; idcirco cõplacuit tibi in eis glorificare nomẽ tuum. VOX POPVLI DAVIDIS TEMPORE PROSPERE AGENTIS INTERPONITVR.

6 *Tu es ipse rex meus & Deus meus*

Deut. 7. Tu es rex noster, & Dominus Deus noster, & nõ es alius, neq; in vllo mutatus,

** qui mandas salutes Iacob.*

qui præcipis ẽt nunc de salute populi tui fidelis, qui saluationes præcipis populi tui, quo iubente atque mandante, & ex cuius voluntate salus est populo tuo.

7 *In te inimicos nr̃os ventilabimus cornu:*

In spe auxilii tui animati, & tua fortitudine suffulti atq; confortati, deiiciemus, humiliabimus, & expugnabimus inimicos nostros p̃ libito, eosq; uẽtilabimus, & prosternemus quocunq; uoluerimus ad modum bouis, qui qđ cornibus suis rapit, in ventum proiicit & dissipat, quocunque uoluerit,

** & in nomine tuo spernemus insurgentes in nobis.*

& in fiducia atq; inuocatione noĩs tui, in confidentia auxilii tui pro nihilo ęstimabimus, imò ɔculcabim⁹ & expugnabimus eos q̃ isurgũt ɔtra nos, ad nos expugnãdos, quãtæcũq; tãdẽ fuerint fortitudinis, aut q̃tacũq; fuerit eorũ multitudo.

8 *Non enim in arcu meo sperabo: & gladius meus non saluabit me.*

Nequaquã .n. spẽ habere nos volumus in arcubus nr̃is, aut reliquis bellicis armis quibuscunq;, & gladius noster nõ per se potens est absq; te, ad saluãdũ nos de tã potẽtissimis inimicis, & plurimis p circuitũ aduersariis nostris, sed potẽtia uirtutis

A tuæ cum uolueris aduenire in auxilium, ipsa nobis potẽs erit cõferre salutẽ, atq; idcirco non timebimus hostium multitudinẽ vel ferocitatem, scientes, qm̃ non est apud te differentia saluare de manu multorum siue paucorum.

9 *Saluasti enim nos de affligentibus nos:*

Non .n. à nobis ipsis salus nobis prouenit aut victoria, sed tu es qui nos fecisti saluos & victores de persequẽtibus nos aduersariis nostris per circuitum:

** & odientes nos confudisti.*

B & eos q̃ nos oderũt atq; p̃sequuti sunt, tua potẽtia cõfudisti, primũ qđẽ eorũ malas cogitationes, q̃bus nos putabãt opprimere ad nihilum deducens, deinde ẽt pro nobis aduersus eos pugnas, eosq; ante nos in fugam conuertens, atq; sub nobis humiliãs, nostræq; ditioni subiiciẽs.

10 *In Deo laudabimur tota die:*

Et pro tantis operibus oĩpotẽtiæ tuæ, partim quæ pro patribus nostris, partim etiã quæ pro nobis operari dignatus es, iugiter volumus ĩ te Dño Deo saluatore nr̃o lætari, & cũ laude in lætitia gloriari.

C ** & in nomine tuo cõfitebimur in sæcula:*

& in fide atq; cultu nominis tui cõfessionẽ dabimus tibi laudis sempiternæ.

CONTINVATVR VOX FIDELIVM DE TRIBVLATIONE CLAMANTIVM.

11 *Nunc autem repulisti & cõfudisti nos:*

Ista quidem q̃ supra iam expressa sunt, audiuimus & cognouimus, patres nr̃os in p̃teritis seculis, tanta & iã miranda abs te accepisse superni tui auxilii beneficia. Nunc uerò in nr̃o hoc tempore miseriæ & tribulationis, lõge in aduersum

D cõmutata sunt oĩa Videris .n. nos iã à cura & p̃tectione tua abiecisse, & nõ ultra ad nostras afflictiones attendere, & in cõfusionem maximam deuenire permisisti nos in subiectionẽ hostium & afflictionem magnam, quam sustinemus ab eis:

** & nõ egredieris Deus in virtutibus nr̃is.*

& uideris ultra nõ uelle ĩgredi nobiscum in exercitibus nr̃is ad auxiliũ Ipse .n. effectus nr̃æ miseriæ & expugnationis mõstrare uidetur, q̃ non sis nobiscum in pugna, q̃uo olim soles cum patribus nr̃is exire ad pugnã, & pariter cum eis pugnare, desuper, sicq; victoriam illis parare.

21 *Auertisti nos retrorsum post inimicos nostros:*
Deut. 28 Inimicos nr̃os priores fecisti nobis, eis concedens victoriã,& super nos dñationem, nos verò per illos deuinci, atq; in fugam uerti,& insubiectionẽ uenire illis permisisti: ut simus iam in caudã,quorũ patres olim erant in caput:posteriores, qui olim priores,uicti,q olim uictores, subiecti,qui olim dominantes.

* *& qui oderunt nos:diripiebant sibi.*
& qui capitali odio semper nos sunt psequuti,semper nobis bella & persequutionem mouere nõ desinunt,iã tua permissione potestatem acquirunt sup nos,& sibi nos atq; liberos nostros & nostra oĩa pro libito diripiunt ,faciuntq; de nobis quicquid uoluerint.

13 *Dedisti nos tanquam oues escarum:*
Permisisti nos fieri tanquã oues ad occisionem, & esum deputatas, q̃ gregatim ad venundãdum ducuntur de loco ad locum,vel portantur in humeris,quæ morti sunt proximæ,ita ut quacunq; hora libuerit dñis vel emptoribus, iugulẽtur:

* *& in gentibus dispersisti nos:*
passus es nos populum tuũ abduci captiuos ab infidelibus,& idololatris gẽtium populis atque inter eos per miserandã captiuitatem dispergi.

14 *Vendidisti populum tuum sine precio:*
Populum tuum quem olim ut peculium suum, habuisti tibi charissimũ, iam passus es uenundari, quasi p nihilo & absque ullo precio,imò tu ipse uideris populum tuum alienigenis vendidisse,siue potius pro nihilo dedisse,dum nihil ab eis accipiendo nos illis tradis.

* *& nõ fuit multitudo ĩ cõmutationibus eorũ.*
& non fuit in cõmutationibus emptionibusq; eorum multitudo precii,sed modico admodum precio,velut iumenta vilia,uili emebant, idq; propter nimiam copiam abductorum in captiuitatẽ, & expositorum ad venundationem nimiã multitudinem.

15 *Posuisti nos opprobrium vicinis nostris, subsannationem & derisum his qui in circuitu nostro sunt*
Fecisti nos in opprobriũ & cõtẽptũ fieri gentibus alienigenis quæ adiacẽt nobis, ita ut subsannẽt & derideãt nos oẽs populi impii qui habitant p circuitũ nr̃m.
E Huc enim res nostras deuenire es Deus permisisti,ut qui prius eramus oibus per circuitum alienigenis gentibus terrori & uenerationi, iam nos habeant ludibrio, simulq; facti eis in despectum & publicam illusionem.

16 *Posuisti nos in similitudinem gentibus.*
Permisisti nos fieri alienigenis & incredulis nationibus in parabolam, & puerbium,hoc est,in publicũ despectũ, ita ut de nobis nostraq; miseria passim oẽs publicè & priuatim loquantur, iocantes &
F illudentes, ac uelut similitudo & exẽplũ simus positi omnis confusionis.

* *commotionem capitis in populis.*
tãta quoq; est cõfusio & miseria,ad quã tua pmissione deuenimus,ut populi alienigenæ insultantes & exprobrantes mouçant super nos capita sua.

17 *Tota die verecũdia mea contra me est:*
Iugiter nunc confusio nostra coram nobis est,& non recedit erubescentia atque verecundia à nobis:

* *& confusio faciei meæ cooperuit me.*
& confusio atque ignominia ista,ad quã
G deuenimus, operit faciem nostram, ita ut sit plena confusio ignominiæ nr̃æ, ppterea quòd in tantam subiectionẽ & miseriam maximã venimus,illis fœdissimis idololatris subiecti.

18 *A voce exprobrantis & obloquentis:*
Idq; maxime, propter uoces oppressorũ nostrorum,qui blasphemias atq; cõuicia aduersum nos proferunt, exprobrantes nobis derelictionem hanc nostrã & humiliationem,sicq; etiam in blasphemiã tui nominis impie prorumpentes:

* *à facie inimici & persequentis.*
H propter rabiem aduersariorum atq; persequutorum nostrorum, qui dum tanta nos humiliationem prostrauerunt,confusione maxima perfuderunt.

19 *Hæc omnia venerunt super nos,nec obliti sumus te:*
Omnia hæc mala quæ cum dolore recogitauimus,& enarrauimus ante cõspectũ tuum,ecce apprehenderunt nos,iam sub his omnibus tãtis malis degimus,noluimus tamen obliuisci tui Domine,neque tui memoriã à nobis abiicere, tuiq; nominis cultum & fidem abnegare:

*& ini-*

* *& inique non egimus in testamento tuo.*
neque inique agere noluimus cõtra testa
mentum tuum quod disposuisti nobis,
ut recederemus à te,tuoq; cultu dereli-
cto idololatriam sequeremur,& alias gẽ
tium coinquinationes.

20 *Et non recessit retro cor nostrum:*
Et non est auersum,neq; recessit retror-
sum à te cor nostrum,sed fidenti corde ti
bi permanemus,ẽt in tãtis difficultatibus
adhærentes,parati etiã in summo discri-
mine tibi seruire:

* *& declinasti semitas nostras in uia tua.*
Et cum nos ita tibi pmaneamus,adherẽ
tes,tu tñ contra videris à nobis auerti,
dum gressus nostros quasi declinare vi-
deris à via preceptorum tuorum,ac nos
quasi extra uiam tuam expellere & æijce
re.Dum.n.tã magnis opprobriis ab ido
lolatris nos pateris effici,quasi nos à tua
seruitute videris uelle dimouere.

21 *Quoniã humiliasti nos ĩ loco afflictionis:*
Permisisti.n.humiliari valde ĩ loco capti
uitatis,vbi multipliciter affligimur,& in
magnam abiectionem atque despectum
deuenire:

* *& cooperuit nos vmbra mortis.*
imò in tãtis terroribus,angustijs,pericu-
lis,& psequutionibus egimus, ut nobis
videremur sub umbra mortis detineri:
mortiq; ꝓximos,nos arbitrãtes,illã qua
si desuper venictẽ assidue expectaremus.

22 *Si obliti sumus nomen Dei nostri:*
Nos tñ interim,quãquã tot malis angu-
stiamur,& propter tuum nomen etiã in
mortis periculis sic ageremus,noluimus
obliuisci,neq; abnegare, aut relinquere
nomen tuum,vt à tuo cultu recederem⁹:

* *& si expandimus manus nostras ad Deum alienum.*
neque expandere voluimus manus no-
stras ad deos alienos,ad deos & idola gẽ
tium vt ea adoremus,aut ea te relicto co
leremus:quemadmodum faciunt alieni-
genæ isti,quos tu passus es dñari nostri:
& ne tantis quidem malis vexati addu-
ci potuimus,ut gentium abominationi-
bus coinquinaremur.

23 *Nonne Deus requiret ista?*
Nos.n.sciebamus,ꝙ tu inspector esses,
& tũc iudex oĩum,quẽ latere nõ posset,si
qd tale faceremus,& q ista ad iudicium
A adduceres,& exquireres ad vltionẽ ęter-
ni supplicij:pp qd ẽt,si videremus nobis
tpaliter posse melius esse in abnegatio-
ne tui noĩs,& in cultu deorũ alienorũ:
noluim⁹ tñ abs te recedere,ducentes me-
li⁹ esse tẽporaliter affligi,q̃ æterna puni-
tione cum infidelibus illis abs te feriri:

* *ipse enim nouit abscondita cordis.*
& tu.n.es quem nullum latet secretũ, ne 2.Mac.7
abscondita quidem & occultissima cor-
dis nostri.

24 *Quoniã propter te mortificamur tota die:*
Ecce.n.ob hoc sustinere malẽtes q̃cunq;
obuenerint ꝓ tuo noĩe aduersa,q̃ te relin
B quere,multis grauibus malis affligimur
iugiter absq; intermissione,persequuto-
ribus nostris nullam dantibus requiem:

* *æstimati sumus sicut oues occisionis.*
sumus facti quasi oues occisioni deputa-
te qbus iugiter mors imminet,quæq; de
temporæ vitæ nullam habent securitatẽ:
quæ mortẽ expectãt,cum voluerint qui
emerunt eas:sic & nos quasi morti addi
cti continuo in periculis mortis agim⁹
continuo expectantes impetum inimico
rum vt in nos irruant,nosq; interficiant

25 *Exurge,quare obdormis Domine?*
Ecce mala multa & magna qbus tuus po
G pulus affligitur,tibi dñe Deus noster ꝓ-
posuimus,q̃sumus ergo,ut cõmoueantur
viscera miæ tuæ super populo tuo,& exur
ge,accelerans q; festina ad ferendã opem
oppressis tuis.Videris.n. dormire popu- Psal. 9.
lo tuo,dum absq; vindicta & vltione tã-
ta mala euenire pateris populo te colẽti
dũ dissimulas,dũ pmittis,qui facillime,si
velis intendere,possis impedire: sicuti &
olim coram patribus facere es solitus?

* *exurge,& ne repellas in finem.*
exurge (inquã) à somno isto, & ne vltra
D dissimules,neq; populum tuum derelin-
quas pœnitus vsq; ad cõsummationem:
sed vel reliquis saluandis iandem intẽde,
ne prorsus deficiant,& deleãtur de terra Psal. 9.
cultores tui,Iã.n.abunde multa mala per
senserunt serui tui,& iam tempus vide- Tren. 5.
tur,ut eis tuam misericordiam ostẽdas.

26 *Quare faciem tuam auertis?*
Quare.n.tu domine uultum tuũ nõ con Iudic. 8.
uertis ad pauperes seruos tuos: & quare
tanquam auerso vultu ab eis,neq; videns
q̃ eis inferantur mala, permittis hostes

nimium crudeliter in eos deseuire?

* *obliuisceris inopiæ nostræ & tribulationis nostræ?*

quare negligis,& nō attendis ad inopiā & afflictionem nostrā:in qua nos sumus serui tui,omni ope destituti,neque aliud præter te habentes auxilium, & grauissime ab hostibus afflicti.

27 *Quoniam humiliata est in puluere anima nostra:*

Iam.n.vsque ad puluerem humiliati sumus,& ad terram proiecta est vita nostra plena laboribus & miserijs,& conculcatur vita nostra ab impijs oppressionibus:

* *conglutinatus est in terra uenter noster.* & in tantis angustiis cōstituti ꝑcidimus super terram ante faciē tuā, humiliantes corā te aīas & corpora nostra,ita ut ad hæreat venter noster terræ,eiq; velut conglutinetur præ lōgitudine moræ super eam, vt per hāc humiliationem tuam, misericordiam supplices inuocaremus.

28 *Exurge Domine,adiuua nos:*

Euigila Dn̄e Deus, ne vltra dissimules, sed in adiutorium populi tui intēde,& ad adiuuandum fideles seruos tuos festina:

* *& redime nos, propter nomen tuum.* & saluos nos facias de manibus aduersariorū nostrorū,propter,inclytū & gloriosum nomē tuum:propter temetipsum & immensam misericordiam tuā ut quā in oībus generationibus ita copiose experti sunt patres nostri,nos ēt posteri iuxta ꝓmissa tua aliqua ex parte sentiam⁹. Amē

ANNOTAT. IN PSAL. XLIII.

VErsu scdo,Opus qd operatus es in diebus eorū,&c. Pōt accipi singulare pro plurali, opus ꝓ operibus. Neq; .n.vnicū opus est memoria dignū,quod Deus pro antiquis patribus exhibuit:sed multa sunt & magna valde.Neq; est ī cōsuetum vsu scripturarū, numerū ꝓ numero ponere.Qui tñ singulare singulariter intelligere maluerit,dicet singulariter hic fieri mētionē de illo opere qd nominatim cōmemorat,introductionis videlicet filiorū Israel ī terrā ꝓmissionis,& expulsionis inhabitatorū ab ea,Forsitā autē requirat aliqs,quur hoc op⁹ p̄ cæteris,& solū ꝓponat,verbisq; plurib⁹ exaggeret quur nō poti⁹ illas Aegyptiacas plagas,& Pharaonis submersionē in mari q̄ videntur magis nominata ꝓdigia. Qui hęc requirit sciat ꝯuenīēti⁹ aliud nō potuisse ad ꝓpositā rē adduci opus Dei spectabile ex oib⁹ q̄ Deus ꝓ populo illo olim exhibuit quā sit istud de expulsione inhabitātiū terram ꝓmissionis,& introductione patrum. Nā hoc posterorū querimoniam ualde rōnabilē & miserabilē reddit,φ ipsi ab aliēnigenis. Diuina ꝑmissione sinantur expelli a locis suis,& in captiuitatē abduci,cū patres eorū sola diuina virtute,non propria virtute armorū īn ea fuerint potēter expulsis alienigenis,introducti. Multa si quidē in his differentia est. Nā pro illis Deus fortissimus plurimas & ditissimas gentes extirpauit suæ deitatis virtute, vt locū eis daret habitationis:& gētes q̄ illis nihil nocuerāt,sed nec nocere cupiebant,imò q̄ se in seruitutē ēt offerre paratæ erant,seuerissimo edicto diuinæ uolūtatis trucidatæ sunt,ut illi loca eorum inhabitarent,& acciperent terrā repromissam:quā hi tñ,atq; horū patres,plurimis sęculis anteactis inhabitauerāt,ut solū natale. Neq; tot regibus,tantisq; populis & regnis pareitū est,ut vnus populus filiorū Israel locū amplissimū acciperet. Populus autē iste desolatus & oppressus,cui diximus hunc Psalmū cōpetere, ab illa terra in quā tā potenter introduci fuerāt patres,expelluntur Deo permittēte: nō nūquā ēt ad hoc specialiter adiuuāte atque procurante,idq; ab alienigenis & infidelibus. Et quos pro patribus expulit Deus.i.infideles,& idolorū cultores, hi nunc vicissim dominantes filiorū expellūt eos de terra patribus data,iterū introductis gentibus q̄ eā polluant. Istud n manifestū est in transmigratione Babylonica cōtigisse,atq; ēt sub illustri Antiocho. Et nunc similia quotidie videmus in terris fieri Christianorum,qui de suis locis crudeliter abducuntur & cōmiscentur impijs Mahometicis, & idololatris gentibus.

¶ Versu 4. Nec n.in gladio suo posséderunt terrā. Poterat ad illud,quod de patrū suorū īntroductione ī terrā ꝓmissiōis versu statim præcedente adduxerant afflicti filij,ex aduerso obijci,non mirū esse,si illi hoc potuissent propter maximam multitu-

multitudinē & exercitū earū fortissimū. A Nā eum ad ingressum terrę promissionis pararent filij Israel(sicut 26.cap. libri Numerorū legimus)summa eorū q à viginti annis & supra recensiti sunt p manum Moysi in cāpestrib. Moab sup Iordanē, erat sexcenta milia & mille sep: ingenti triginta,q ōēs erant ad bella apti, exceptis paruulis,q intra viginti annos erāt, neq; inter pdictos fuerant cōnumerati. Itaq; videri posset,ꝙ p hanc nimiā multitudnem deuicissent gentes,q in montanis habitabant. Verū hanc obiectionē dissolnunt & longè abijciunt,cum in pro B posito versu quarto aperte testant,ꝙ non suo gladio aut arcu patres ingressi sint in terrā promissionis,sed operatione diuinę virtutis,q antecedebat eos pugnans pro eis,id qd manifestissimū est ex sacris historijs. Quia ergo hoc certū est, Deum sua virtute patres introduxisse, gentes verò expulisse:ideirco tōnabilis vr eorum quęrela,cum idē sit nunc dñs q ēt ipsos similiter(si vellet)posset de manibus inimicorum liberare.etsi ipsi nō in tanto sint numero,aut non ex se iā valentes. Non.n. est Deo differentia saluare in multis vel C in paucis si modo voluerit.¶ Versu 6.Tu es ipse rex meus & Deus meus,&c.Versus iste cum quatuor sequentibus(vt in argumento tactū est)difficultatē facit cōtinuationi huius orationis: ppea qd hic non videntꝛ iā loqui q cœperant ab initio, & qui sunt finituri orōnē afflicti & desolati posteri:sed ipse Dauid cū suo popolo,se se facit sub sua psona,de suorum tēporū prosperitate bene fidenter loquentē. Et quidē clarus esset huius orōnis ,pcessus, si isti versus à supplicantibus miseris ita proponerent Tu quoq; q primos patres D in terrā introduxisti,ipse idē es,q post in subsequentibus gñrationibus & seculis (vtpote tpe Iudicum & Regum multorū, maximè Dauidis & Salomonis) tanquā Rex & Deus illorum, pcepisti illis fieri, & dedisti salutē.q illis dedisti inimicos q per circuitū relicti fuerāt & nō pœnitus à principio introductionis expulsi, affligere,ventilare cornu,cōculcare & subiugare, idq; rursum non p suū arcū & gladiū,sed per tuā misam & potētiā:vnde ubi confiteri debent,& laudē dare in secula. Si(inquā) ad hunc modum ipsos q cęperāt loqui ab initio, cōtinuato sermone fecisset Psalmista loqui, de prēteritorū tēporū fœlicitate,aptissimo ordine & cōgruentissima connexione sequeret queri monia,Nunc aūt repulisti: nec vlla esset difficultas continuationis. Nunc aūt dū suum sermonē interponit Psalmista,vbi prius loquētes īntroduxerat suos posteros quos ēt posterius rursum facit loquētes, ista interpositione sic confundit vnitatē cōtinuationis. Verū hęc res neminē turbare debet,q & aliàs nō raro soles in sacris libris occurrere, vez vt cōmutent psonę loquētium,quēadmodum nominatim indicauimus Psalmo secūdo & quarto.¶ Versu decimo,In Deo laudabimur tota die. De verbo laudari,ī ea significatione,in qua hic ponit,requirere supra, Psalmo trigesimo tertio.¶ Versu 11. Nūc aūt repulisti & cōfudisti nos. In hoc versu,atque isē in cōsequētibus,qd dr Deus fecisse oīa illa, nępe repulisse populum,cōfudisse,auertisse retrorsum,dedisse tanquā oues escarum, dispersisse, vendidisse, posuisse in opprobrium & parabolam,& cęteraaccipi pōt dupliciter. Primo fm permissionē tm,eo ꝙ Deo permittente hæc oīa euenerint illis,cum facilissimē(si mō vellet,& si sic ei esset placitum) ,phibere posset,quēadmodum à patribus antiquis hæc mala,sua dextera & brachio auertit, eo ꝙ fuisset ei beneplacitum in illis. Et notū est,i scripturis hūc esse sermonis vsū nō infrequētē, vt dicat fecisse Deus ꝙ factū est ipso tm pmittēte, nō ēt ad rē ipsā cooperāte, Quēadmodum est illud apud Paulum, Tradidit illos Deus in passiones ignominiæ,in desiderio cordis,& in sensum reprobum Item in Exodo, Obdurauit dñs cor Pharaonis. Altero mō possunt prædicta accipi,non fm permissionem tm, verumēt fm efficientiā. Quia.n. quæcunque hic ponuntur, mala sunt nō culpæ,sed pœnæ,eiusmodi autem malorum Deus author, & efficiens causa esse potest,absurde poterunt etiam fm efficiētiam intelligi,vt Deus ista fecisse dicatur. Et consonabit valde hæc intelligentia illi quod in annotationibus Psalmi 38. prolixe deduximus,circa versum duodecimum:quemadmodum videlicet iusti,

Marginalia: Num. 26 — 1.Re. 14 — Rom. 1. — Exod. 10 & 14.

dum affligunt͂ tpaliter,& mala sustinent, E
oīa illa tanquam à Deo suscipiunt,& ad
ipsum vt liberatorē in humilitate confu-
giunt. Et plane huic sententię astipulant͂
plurima prophetarum testimonia,in qui
busadmodum frequenter legimus cōmi
nationes de adducendis à dn̄o malis, &
afflictionibus variis quemadmodū vez
Hier.4. Hieremię quarto,ex hore dn̄i dr̄,Malum
Ibidē. 5. ego abduco ab Aquilone,& contritionē
magnā.Et cap.5. Ecce ego abducā super
Deut. 32 vos gentem de longin quo,gentem robu
stā,&c.Et per Moysen in contestationi-
bus,palā fatetur, oīa hæc mala se operatu F
rū in eis,si ipsum derelinquerint.¶ Ver-
su.14.Et non fuit multitudo in cōmuta-
tionibus eorum.Sensum quē Elucidatio
mōstrauit,exprimit clarius versio B. Hie
ronymi ex Hebræo,quæ habet, Nec gran
dis fuit cōmutatio eorum,id est,nō ma-
gno cōmutasti siue vēdidisti eos,sed qua-
si pro nihilo.Cui ēt accedit Felicis trāsla-
tio,Et non multiplicasti in cōmutatione
eorum,quod est,non abundasti, non fa-
ctus es ditior in vēditione corū: hoc est,
non magno vendidisti. Quæ satis aperte
coincidunt in eandē sententiā.Nā ex re G
quā non magno vendis,nō potes ditari,
neq; multū proficere.pōt tn̄ vulgatæ nr̄æ
lectionis accipi ēt alia intelligentia hu-
iusmodi:Tanta fuit multitudo eorū qui
venditi sunt,vt in cōmutationibus eorū
siue venditionibus nō esset certa multitu
do,aut certus numerus:queādmodum il-
la q̄ vilissimo precio vendunt͂,& quorū
plurima ad venundandum exponunt͂ di
cere solemus,sine numero vēdi i.sine cer
to numero.¶ Versu 19 & 20 Hæc oīa ve
nerunt sup nos &c.Quæ hic de sua inno
cētia loquunt͂ afflicti,supplicantes ꝓ mi H
sericordia, quantumad bonos intelligi
debent,q ne in tanta quidē desolatione,ēt
cum in captiuitatē essent abducti, obliti
Daniel.1 sunt dn̄i Dei sui,Sic n.de Daniele cum so
ciis Anania,Azaria, Misaele legimus, ꝙ
constituta de mensa regis cibaria opti-
ma,& vina,pp cultū Dei respuerint,prę-
eligentes legumina ad vescendū, & aquā
Tobiæ.1 ad bibendum,oībus cibis regiis. De To-
bia quoq; legimus,ꝙ in captiuitate posi
tus,veritatis viā non deseruit:ita vt aliis
ad vitulos aureos abeuntibus, ipse con-

sortia fugeret eorum cultumq; Dn̄i req-
reret,& cum oēs ederent de cibis genti-
lium,ipse custodiuit aīam suā & nunquā
cōtaminatus est in escis eorum. Neq; est
ambigendum,eiusmodi plures extitisse
tum tpis,qui ēt in dispersione sua impol-
lutos se custodierunt ab omni inquina-
tione gentium.¶ Versu 20. Et declinasti
semitas nostras à via tua. Secunda pars
huius versus, absq; negatione affirmati-
ue posita vr̄,atq; ita sensum habes in Elu
cidatione expressum. Sunt aūt qui repete
re malunt negationem ex priore parte,ad
hunc modum, Et nō recessit retro cor no
strum,& nō declinasti semitas nostras à
via tua Eritq; tū hæc sentētia,Tu non fe
cisti,neq; passus es gressus nostros deuia
re à via tua recta. Hoc est,Licet tā- is nos
tpalibus malis afflixeris,non tn̄ permisi
sti nos à via tua discedere,sed hac in par
te nos custodisti. Et huic intelligentię cō
sonat lectio B. Hiero. ex Hebræo,Nec de
clinauerunt gressus nostri à via tua. Sed
Fœlicis translatio aperte pro vulgata le-
ctione facit. Sic.n.absq; negatione ver-
tit,Et declinasti gressus nostros à via tua
Similiter habet & Chaldaica Paraph. Et
tu declinasti gressus nr̄os à recta via tua.
¶ Versu.24.Q.m̄ pp te mortificamur to-
ta die. Hunc versum B. Apostolus in octa
uo capite epistolæ ad Romanos,applicat Rom. 8.
ēt nouæ legis sanctis & fidelibus,qui pro
Christi nomine patiunt͂ psequutionem,
loquēs de se suiq; similibus, in hunc mo-
dū,Quis nos separabit à charitate Chri͂
tribulatio? an angustia?an fames?an nudi
tas?an periculum:an persequutio?an gla-
dius?Sicut scriptum est,Q.m̄ pp te morti- 1.Cor.4.
ficamur tota die, æstimati summus sicut
oues occisionis,Sed & in cap. 4. prioris
Epistolæ ad Corinthios, videtur ad præ-
sentem locum respicere,cum ait,Puto au
tem,ꝙ Deus nos Apostolos nouissimos
ostendit,tanquam morti destinatos:quia
spectaculum facti sumus mundo, & auge
lis,& hominibus. Et quæ consequenter
enumerat,magnæ humiliationis oppro
bria,apertissimè quadrant ad omnia quę
hic enumerantur,ad declarationem op-
pressionis & multiplicis miserię Mani-
festum itaq; est ex Pauli testimonio, Psal
mum istum cōmode posse applicari san-
ctis

ctis nouæ legis, temporaliter ab impiis pro Christi nomine patientibus, qui meritò conqueri uidentur de sua derelictio ne, & poscere à Deo auxilium: cùm patri bus illis antiquis Dei cultoribus tanta cognoscantur exhibita beneficia.

## XLIIII. PSALMI ARGVMENTVM.

*Psalmus iste qui sequitur, dulce canticum est & suauissimum epithalamium, id est, nuptiale carmen, quod diuinus Vates dulcissimarum nuptiarum multò ante re exhibitionem factus contemplator, de plenitudine cordis, ad sponsi sponsæq; gloriam eructauit. Canit autem nuptiarum Christi cum Ecclesia iucundissima gaudia, ad fœlicem illam copulam filii Dei cũ humana natura & uniuersa Ecclesia aspirans, simul & exhortans. In primis itaque uersibus duobus, quasi præfationem præmittit suo carmini: indicans, quod de inhabitantis sancti spiritus plenitudine & dono, canticum istud bonũ esset decantaturus per quem suã linguã sic asserit agitari, quõ calamus in manu uelocis scriba agitatur, ita ut a laude sese continere nõ possit, postea quam ille scribere uoluit. Mox uerò à uersu 3. suum carmen inchoans primum quidẽ spõsi decorẽ gratiam, & benedictionem collaudans: eundemq; ad prælium cum principe tenebrarum, pro sua sponsa sancta Ecclesia exhortans prosperum successum & triumphum in uirtute omnipotentis dexteræ promittens: ita ut nationes populorum, sagittis doctrinæ salutaris salubriter vulneratas, sub eo casuras, inq; eius subiectionem uenturas pronunciet: regni quoq; eius stabilitatem & æquitatem, ac plenitudinis spiritualis præcellentem unctionem, atq; ob hanc suauissimarum laudum super illum à fidelibus Ecclesiijs effusionem, ad sponsi laudem, mira uerborum festiuitate, simul & sententiarum atque comparationum dignitate prædicans. Atq; hæc quidẽ, vsque aduersum vndecimum, A quo deinde, ad sponsam conuertit suæ laudis canticum, quàm à dextris sponsæ aureo uestimento indutam uidit astare quam suauiter in spiritu alloquens, monet propheta, ac velut dulciter instruit qua ratione suo sponso ualeat chara semper permanere, nec repudij debeat metuere periculum: si uidelicet audiat, uideat inclinet aurem, & populum diaboli atque opera eius detestetur Sic enim futurum ait, ut ipsius decorem amplectatur dominus Deus omnibus adorandus quoniam ornatum interiorem potissimum diligit & requirit, simul cum exterioris bonæ operationis exemplo, & uirtutum omnium uario ornatu; per quem ornatum futurum dicit, ut multæ filiæ ad sponsum regẽ cum lætitia post illam currentes adducantur in thalamum eius. Huius autem negotij promotores, sanctos dicit Apostolos futuros: qui loco primorum illorum patrum & patriarcharum, Christo nato principes sunt constituti super omnes populos vniuersæ terræ: ut per illos sanctæ Ecclesiæ sponsæ Christi decor monstretur, & ad sponsi nuptias per illos virgines adducantur id est, ad fidem & cultũ Christi Tandem duorum versuum conclusionem ponens, ut præfationem fecerat similiter duorum, se dicit velle insempiternũ memorari nominis Domini, & populos laudem sempiternam redditurus prænunciat, pro reuelatis atque exhibendis immensis beneficijs.*

## XLIIII. PSALMI ELVCIDATIO.

*RVCTAVIT cor meũ uerbum bonum:* Consideràs spiritus spõsi cælestis cum sua sponsa sancta Ecclesia mirandam copulam, continere se nequiuit: sed pręplenitudine internæ dulcedinis, effundere gestiit uerbum cantici longe optimum, & ad nuptiarũ huiusmodi congratulationem, sponsiq; ac sponsæ laudem, dictauit bonum nuptiale carmen:

* *dico ego opera mea regi.*

opera mea, & quæcunq; siue loquor, siue scribo, siue operor, ecce loquor & pfero ante conspectũ regis sponsi, cuius gloriã specto in oĩbus: & cui semper ego dico ac depromo omnia mea opera, ei nũc de cordis plẽitudine dulce eructabo cãticũ:

2 *Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis.*

Non erit autem hoc mihi uerbum à memetipso, neq; per semetipsam hoc eloquitur lingua mea, sed erit ipsa tantum instrumentum diuini spũs qui eã suauiter mouebit ad decantationẽ nuptialis huius cãtici: eritq; lingua mea velut calamus aut stylus in manu scriptoris velocis,

qui

qui in scribendo peritus est, exercitatus, & expeditus. Quomodo .n. non ipse calamus scribit, sed scriba potius per stylũ: ita nõ ipsa erit balburiẽs lingua mea, q̃ hoc subsequẽs cantabit Epithalamiũ, sed ipse spiritus scriba admodum velox, qui eam pro suo placito mouebit, ad canenda tantis nuptiis digna.

*3 Speciosus forma præ filijs hominum:*

Ca. 110. Tu ò Christe, rex & sponse suauissime, speciosus es forma id est, totius formos⁹, amabilis, pulcher, & decorus, super oẽs filios hoĩum: tantus est decor tuus, & or-
Ioan. 1. natus internæ uerǽq; pulchritudinis F tuæ, ut nullus ex filiis hominum tibi ua-
Ioan. 3. leat cõparari. Es namq; plenus gratiæ & ueritatis, & non ad mensuram accepisti
Ioan. 1. spiritum, qui te facit sine mensura speciosum, ita ut oẽs de plenitudine pulchritudinis tuæ oporteat accipere.

* *diffusa est gratia in labijs tuis.*

multa gratia, sũt adornata labia tua, sũtq;
Ioan. 11. admodũ grata, iucũda, & accepta. primũ qdem tuo patri Deo, cui iã sunt grata ac placita tua labia, ut qcquid per ea pronuncies, ipse ratũ habeat, & suum cẽseat esse sermonẽ, & quicquid per ea postula G ueris, ipse placitum habeat, & velit ĩplere cuius ẽt itã aduersus tuã spõsã humanum genus per tua gratiosa labia placasti, apud illum loquens pro nobis bona, sunt ẽt labia tua plena grã in cõspectu sponsæ tuæ Ecclesiæ, ex quibus verba uitæ æternæ se nouit aurire, ex quibus gratiã, salutem, & omne bonum sibi à Deo patre prouenire agnoscit:

Ioan. 6. * *propterea benedixit te Deus in æternum.*

& ob hoc, ꝙ ita eximie decorus es, & ꝓpter gratiã istã labiorum tuorum, benedixit te Deus, pr̃ simulq; & tuã sponsam H & omnia membra tua benedictione sẽpiterna, & tibi, & tuis omnibus benedictionem conferens gloriæ sempiternæ. Impetrasti.n. tuis gratiosis labiis, uniuerso humano generi pacem & salutem æternã: & maledictionem quæ super nos erat, gratia labiorum tuorum in benedictionem commutasti.

*4 Accingere gladio tuo super fæmur tuum potentissime.*

Nunc itaq; ò potentissime sponse, qui Saluator es assignatus, liberator atq; redemptor sponsæ tuæ, ò gigas fortissime, quasi uir pugnator accinge gladium sup fœmur tuum, ad pugnã te para, veni ad ꝓliandum ꝓlium pro tua sponsa, contra oppressores eius malignos, q eã sub sua tyrannide crudeliter subiectã detinent, assume tibi corpus, quo pugnes aduersus principem mundi:

Assume etiam uerbum sãctum tuum, qd̃ prædicaturus es mundo, quod penetrabilius est oĩ gladio ancipiti, in quo tanquam in gladio electo caput es amputaturus serpentis antiqui, qui hactenus tuã F sponsam sub vanitate detinuit.

*5 Specie tua & pulchritudine tua, intẽde;* Ephes. 7

In tuo illo plenissimo decore, & tua summa illa omnis gratiæ & ueritatis perfe- Hebr. 4.
ctione, aggredere rem attenta, intende, incipe opus quod tibi mandauit Deus pater tuus de redemptione sponsæ tuæ,

* *prospere procede & regna.*

& cum aggressus fueris, ne cesses donec Ioan. 12
perfeceris uictoriam, sed perge & progre
dere prospere, & iudicato, forasq; eiecto Ioan. 16.
huius mundi principe, regnum qd̃ ille si Zacha. 9.
bi iniuste usurpauerat, tibi uindica, ut G pro illo crudeli tyranno, tu regnes, rex verus & mansuetus, in populo tuo.

*6 Propter ueritatem & mansuetudinem & iustitiam:*

Facies autẽ hæc per tuã ueritatem, mãsue Matt. 21.
tudinẽ & iustitiam. Tua.n. veritate, imò quia tu ipse es veritas, debellare poteris, Ioan. 8.
deuincere atq; fugare illum oĩs mendacii & vanitatis parentem, mansuetudine Ioan. 14.
tua summa crudelem tyrãnum, perfecta autẽ iustitia furem illum & homicidã, iniustum alieni regni vsurpatorem,

* *& deducet te mirabiliter dextera tua.* Ibidem.

H & deducet te in opere isto redemptionis & saluationis humanæ, atque (vt ita dicam) adiuuabit, siue potius traducet ad optatum vsque terminum, tuæ diuinitatis omnipotentia, Hæc namque sub tua humanitate abscondita magnificè, mirabiliter, & gloriose te faciet de hoste triumphare. Regnabis namque ut homo, sed uinces vt Deus.

*7 Sagittæ tuæ acutæ, populi sub te cadent in corda inimicorum regis.*

Eloquia illa ueritatis, q̃ tu ad pugnãdum veniẽs tecum adferes, verba Euangelicæ

ptæ-

prædicationis, quærunt velut acutissimę sagittæ, dirigētur, iaculabantur, & infigētur in corda inimicorum tuorum, ó rex potentissime, ita vt sub te uulnerati salubriter cadant populi, & per pœnitentiam quasi se tibi subiiciant. Tu.n sicut in gladio pugnabis contra principē terrarum, vt illū tu manu ualida suo regno, expellas, ita in sagittis pugnabis contra populos illi prius subiecto, id est, eloquiis Euāgelicæ prædicationis, quæ tu uelut sagittas acutas partim p temetipsum, partim missos à te pugnatores Apostolos ac pdicatores tuos iaculaberis, & infigi facies in corda eorū, qui prius donec diabolo seruiebant, inimici tibi fuerant, vt ita salubriter uulnerati, quasi sub manu tua clementes sub ea se humilient, tuæq; fidei, ditioni, & seruituti libenter subiiciant.

Heb. 1.

8 *Sedes tua Deus in sæculum sæculi:*

Lucæ. 1. O Deus, rex & sponse nimium amabilis,
Mat. 3. tua regia sedesę æterna est, thronus & soliū regni tui sempiternū perdurabit. Re-
Luc. 11. gnū.n.tuū, regnū æternum erit: neq; superueniens unquā fortior quisquā tibi illud
Heb. 1. auferre poterit, ut tu supueniēs unq̄ fortior qsquā tibi illud auferre poterit ut tu C supueniens à diabolo illud es ablaturus.

* *virga directionis, virga regni tui.*

sceptrū quoq; regni tui, sceptrū est recti
Ioan. 8. tudinis, æquitatis & iustitiæ, qm̄ nō in iustitia regnabis, vt ille ipius homicida mū
Ephes. 6. di rector tenebrarū, hatum cuius sceptrū est, sceptrū curuitatis & iniustitiæ, sed i rectitudine & æquitate sm quam ut pater
Ioan. 10 & pastor bonus, diriges & gubernabis in pace subiectos tibi populos.

9 *Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatē*

Dilexisti, ó sponse merito amabilis iustitiā, & odio habuisti iniquitatem, atq; ob hoc, cordi tibi fuit diabolum, omnis iniquitatis principem & authorē, omnis aūt uirtutis & iustitiæ osorē, ac pro sua uirili oppressorem, expugnare, quo sic populos ab iniquitate quam odio habes emūdares, & in iustitia quā diligis, erudires.

* *propterea unxit te Deus Deus tuus, oleo lętitiæ præ consortibus tuis.*

ꝓpter hoc.n.& ad hoc, nempe aut iustitiā diligeres, & odisses iniquitatem, propterea (inquā) ó Deus, vnxit te Deus pater tuus oleo lætitiæ & exultationis, unctione spiritus sanctī, super omnes consortes & cohæredes tuos, super omnes electos quos tibi placuit habere cohæredes & comparticipes regni tui. Quéadmodum.n.super omnes homines spiritu sancto te pater unxit non ad mensuram: ita & super omnes te fecit iustitiā diligere, & iniquitatem odio habere. Atque ob hoc, dignum duxisti (propter iniquitatis subuersionem & iustitię promotionem) huiuscemodi inire prælium.

Rom. 8.

Ioan. 3.

10 *Myrrha, & gutta & casia à vestimētis tuis, à domibus eburneis:*

B Myrrha, & gutta & casia, & omnis generis bene odorifera atomata atq; unguēta à uestimētis tuis defluēt, idq; ab eburneis domibus, à cordibus dēuotis fideliū & conscientijs sanctorum tuorum, quæ sunt uelut domus eburneę bene tersę, politæ, candidæ, mundæ, nitidæ, & pretiosę, & sunt uelut pyxides pretiosum aromatum quę sunt sanctę orationes, laudes, benedictiones & gratiarū actiones, carnis quoq; pro tuo amore mortificationes, & spirituales exercitationes, quas uelut super caput suum effundent, & quibus tibi caput suauiter delinient, ita vt uideanť quasi per uestimenta tua decurrere, quēadmodum cum corporali unguēto quis profundiť p vestimenta liquor decurrit:

* *ex quibus delectauerunt te filiæ regum, in honore tuo.*

ex quibus pretiosis vnguentis te oblectabunt animæ deuotę, quibusuis temporalium regnorū filiabus nobiliores, nimirum per principes populorum & reges terrę sāctos Apłos tuos, regeneratę. Hæ aūt taliū regū filiæ te oblectabunt illis D aromatibus & liquorib' odoriferis tibique magnas exibebunt delitia ad honorē tuū, ad impēdenda tibi honoris obsequia. Valde enim tu oblectaberis in eiusmodi liquoribus, neque alius est honor, quo malis honorari.

11 *Astitit regina à dextris tuis:*

A dextris autem constituisti tibi sponsā reginā tuā Ecclesiam sanctam tuā, quam inopem & pauperam de terra & stercore subleuare, atque ad fastigiū regni tibi complacuit exaltare, ita ut tecum esset regni tui æterni particeps:

* *in vestitu deaurato, circundata veritate,*

quam

quam tu quidem sordidis exutam vestiE ma bus de aurato siue aureo vestimēto īdui sti, circundatam & circumamictā uarijs ornatibus, vt tanti regis sponsam merito decet. Vestimentū.n.aureum dedisti ei fulgentem sanctam charitatem tuam, & uario ornatu omnium cœlestium virtutum eam mirifice adornasti.

12 *Audi filia:*

Liceat, mihi, ô sponsa nobilis, & filia altissimi regis, te paululum alloqui, & admonere quo placere ualeas dilecto & nobili sponso tuo. Primum quidem auditum, adhibere debes maxime sollicitum ad ea F quæ tibi loquitur amabilis sponsus tuus, & quid in te loquatur diligēter attēdere:

* *& vide, & inclina aurem tuam.*

deinde, tibi sollicite est prouidendum qđ ille dixerit, aut iusserit, quomodo, quàm integerrime ualeas iuxta eius voluntatē & credere & perficere, & ad obidiēdum illius uoluntati auditum tuum & diligenter accommoda, vt non in vanum transeat uox dilecti sponsi tui siue interius siue exterius loquentis,

* *& obliuiscere populum tuum, & domum patris tui.*

G & ne recordatione impediaris uitæ ueteris, obliuiscite oportet populum, de quo egredi te iussit, cū te uocaret spōsus tuus? & domum atq; cognationem prioris patris tui, id est, mundum uniuersum te oportet contemnere, & omnia quæ in mūdo sunt, qui domus est diaboli patris omniū male gentium, ita ut nihil ultra quicquā desideres aut concupiscas eorū q̄ sunt in mundo, neq; ultra manducare desideres siliquas porcorum, quibus te ille pascere solebat, donec ī ei' familia misere uiueres, & ne ultra reuerti uelis ad po H pulū, tuū, vñ diuiæ uoci obediēs exiisti, id est, ad vitā & cōuersationem peccatorū,

13 *Et concupiscet rex decorem tuum:*

Hęc aūt si obseruaueris, nō est qđ timeas unq̄ te repudiādā à nobili spōso tuo, nō est qđ metuas, ne aliqñ tædere cū īcipiat tuæ uilitatis & ignobilitatis: imò oblectabitur ipse in pulchritudine tua, quā ab eo accepisti, eritq; ei in te beneplacitum?

* *quoniam ipse est dominus Deus tuus & adorabunt eum.*

iustum autem omnino est ut ita attentis, quomodo dixi, ad uocem illius, diligenter audiens & videns, auremq; inclinans, & aliorum obliuiscens, qm̄ licet te in spōsam sua dignatione elegerit, tamē meminisse te semper oportet, quàm sis illi impar, & quāto te sit nobilior, qui te dignanter elegit: videlicet nō mortalis, homo purus, similis tibi, sed dn̄s Deus tuus, q te creauit & regenerauit, unde & ipsum adorabūt uniuersi fideles & omnes nationes populorum.

14 *Et filiæ Tyri in muneribus:*

Adorabunt (inquam) ēt filiæ huius seculi ditissimæ & nobilissimæ, cuiusmodi sunt filiæ Tyri, opulentissimæ & nobilissimæ urbis, quę cum muneribus magnis & perciosis uenient ad adorandum dominū Deum tuum, cupientes & ipsæ in spōsas, recipi, & cū eo nuptiis copulari:

* *vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis.*

Populi quoq; gētiū (inter quas admodū nominati sunt Tyrij) uenient cū muneribus, ad adorandum dominum Deū tuū: imò propter tui sponsi magnificentiā & præcellentē gloriā, etiam tuum uultum ô spōsa nobilitate, ô sancta Ecclesia Deo coniuncta, deprecabantur omnes diuites populorū & gentium, magni etiā & gloriosi in populis procident ante faciē tuā, & te deprecabuntur vt eos tibi uelis adiungere, & in sponsi tui communionē tibi unitos perducere, scient enim qm̄ nō poterūt nisi per te & in tuo spōsa copulari, atq; iccirco tibi sese adiungere ēt gemebundis præcibus supplicabunt.

15 *Omnis gloria eius filiæ regis abintus:*

Ois gloria eius, nempe ipsius huius filiæ altissimi regis, īt rinsecus est, oīs ornatus filię & spōsæ magnis regis, quē ipse q̄rit, quę ipse amat, quem concupiscit non exterior est ī uestimētis corporalibus multi pretii, sed interior, ille videlicet qui intrinsecus latet in corde fideli, aurea charitate pulchrē rutilante, cuius Deus attengit & concupiscit pulchritudinem, 1.Pet 5.

* *in fimbris aureis:*

neq; tamē in interiore ornatu sic oblectatur, vt exteriorem omnino vel nō curet, vel ēt nō exquirat. Vult enim & areas fimbrias (quæ foris prominent hominū conspectibus) habere sponsam suam, &

& vult eam circundari quasi vestiméto A uariegato,& uariis coloribus intertexto, hoc est,uult interius latētem spiritus or natum & charitatis fulgorem, in operibus et exterioribus (quæ charitas exigit) apparere Vult.n.spõsus,ut per dilectioné fides sponsæ operetur,& lumé in quo ipse interius obiectat,foras et uult primis in exemplũ bonũ radiare ad suã gloriã,

Galat. 5.

Matt. 5.

* *circumamicta varietatibus.*

Circumamiciri quoq; eã vult uarietate colorũ multiplicium, qm omnium uirtutum studio tuam sponsam uult honestari, quæ sic sunt charitati interius rutilāti intextæ,quo in priosis opesimētis diuersos colores filis aureis uidemus intertextos.

16 *Adducentur regi virgines post eam:*

Can. 6. Hanc autem spõsam sic caste,mũde,& tã pulcherrime à spõso ornatam, videbunt filiæ Sion,uirgines,complures animę deuotæ electorũ,& capientur desiderio pulchritudinis sponsæ huius,cupientq;& ipsæ huius sponsę fieri pedissequæ,adherebuntque & adiungent se illi, illectæ pulchritudine eius,sicq; per illam ad regem sponsum,quasi post ipsam insequentes, adducentur ad fidem & cultum eius:vt et C ipsæ illi iungãtur,& ad nuptias similiter recipiantur:

* *proximæ eius afferentur tibi.*

proximas multas suo exéplo prouocatas, & sua gratiosa pulchritudine attracta ipsa adfert ò rex,& adduces ad cultum tuũ tuasq; nuptias.Complures enim fidelium animæ,quæ prius diabolum sequebãtur patrem & amorem suum, sancto ornatu proximorum prouocatæ,seipsas detestari discunt,mũdumque abnegare, & ad sponsi regis nuptias properare.

1. Reg. 17

17 *Afferentur in lætitia & exultatione.*

Luce. 17 Adducentur aũt huiusmodi in magna lætitia & mirifica exultatione,tam ipsius D sponsi,qui maximè in earum aduẽtu gaudet,quam ipsius sponsæ,quæ nescit inuidere quotquot aduenerint,sed eo gaudet amplius, quo magis multę acce sserint magna insuper lætitia sanctorum angelorum,quibus gaudiũ est super vno peccatore pœnitentiam agẽte,quicq; ad has procurandas nuptias perpetua sollicitudine elaborãt, & sunt velut paranymphi aut pronubi nuptiarum istarum;

1. Re. 21.

A * *adducentur in templum regis.*

adducẽtur(inquam) in aulam sanctam & in thalamũ siue templum summi regis, nũc quidem per fidem, in Ecclesię sanctæ unitatem,quæ est tẽplum Dei regis summi:post uerò, in cœlestem mansionem, vbi cũ beatissimis ciuibus suis Deus gloriose inhabitat, vt illic primum imperfectius, deinde & hic plenius sup sponso nuptiis indiuiduis copulentur.

18 *Pro patribus tuis nati sunt tibi filij.*

Quòd si requiras,per quos ita post sponsam adducentur regi uirgines, ecce loco B patrum illorum primorum atq; Patriarcharum, Abraham, Isaac,& Iacob,tibi ò sponse amabilis nascentur filii eorũ sancti Apostoli,atq; horum etiam loco successores illorum viri Apostolici:

Mar. 16

* *cõstitues eos principes super omnẽ terram.*

hos tu,ò spõse nobilissime, principes cõstitues populorum per vniuersum orbẽ terrarum.Mittes.n.illos in uirtute tua,& in comitatu atq; operatione spiritus tui sancti,in omnes fines orbis terræ, vt populos eruant de potestate principis tenebrarum,& ad tuæ ueritatis regnũ adducant,quos tu velut tuo loco constitues, faciesq; esse pfectos & principes Ecclesiarum,atque omnium populorum,quos tibi intra eas congregabunt.

19 *Memor ero nominis tui in omni generatione & generationem.*

Memor ero ego,& recordabor nominis tui, ò domine ò sponse nimium amabilis,& memorabile faciã i canticis nomen tuum,per omnes generationes seculorum,ita vt nunquam tui nominis memoria deficiat de corde meo,neq; posterorum meorum.

20 *Propterea populi confitebuntur tibi in æternum,& in sæculum sæculi.*

Propter hæc omnia tam magnifica & ad mirãda(quæ tibi cecini in iucũditate spiritus mei)populi ipsi quos eliges tibi intra Ecclesiam sanctam sponsam tuam, quosque tuis nuptiis dignos habebis, confessione laudis celebrabunt te, laudem sempiternam & perpetuam gratiarum actionem persoluent tibi in sæculum sæculi. Amen.

Ps. 144.

Ps. 77.



ANNOT.

ANNOTAT. IN PSAL. XLIIII.

Versu 1. Eru. cor meum uer. bon. Nõ nulli ad patrem referunt hoc Psalmi initium, ut ipse pater de ęterna uerbi à se & ex se generatione loquatur, dicẽs. Eructauit cor meum uerbum bonũ, quẽ sensum hymnus quidam à nonnullis Ecclesiis in natali dñi cantari solitus indicat cuius initium. Corde natus patrẽ ris, ante mundi exordium. Et id quidem admodum recte. Nam pater æternus de corde suo, id est, de sua substantia, gignit de se filium, quasi verbum eructans, cui F uerbo eandem communicat bonitatem, quã & ipse habet, imò quæ est ipsemet Deus. Et hanc quidẽ sententiã libenter ipsi quoq; sequeremur, si ea quæ mox subiiciuntur: tam cõsonarent, apteq; respõderent eidem intelligentiæ. Verum hæc magis Prophetæ loquenti videntur competere, q̃ Deo patri dicere ve; opera sua regi linguam ipsius eẽ calamũ scribę uelociter scribentis. Sed & totus Psalmi pcessus indicat nõ loqui Deum patrẽ, sed prophetam spiritualiter nuptias istas cõtemplantem. Nam de Deo patre sub tertia persona. Psalmus loquit, dicens, Propterea benedixit te Deus in æternũ. Et iterũ propterea unxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ. Nos itaque, quanquã nulli præiudicãtes talẽ elegimus intelligentiã, quæ ab initio ad finẽ vsq; Prophetali uoci cõueniat. Notandũ verò, in verbo eructauit, indicari similitudinẽ hoĩum corporaliter eructantium: qđ maxime fieri solet, vel cũ nimiũ pleni sunt, vel cũ pinguia nimirum manducauerunt. Atq; ita & viri sancti, cum pleni sũt cœlestiũ mysteriorum cognitione (quæ pinguia sunt H & delicata) eructant de plenitudinis profundo Sic & alio loco dr, Memoriã abũdãtiæ suauitatis tuæ eructabuntur. Et rursum, Eructabo abscõdita (dicit filius) à cõ
Ps. 144. stitutione mũdi. ¶ Versu eodẽ, Dico ego opera mea regi. Cauendũ, ne quis putet
Ps. 77. verbum dico (id quod prima facie aptius ad intelligentiã videri posset) primæ esse cõiugationis, pro dedico, aut nũcupo. Nequaquã. n. ita accipiendum est cum Græce sit λέγω, quod dico tertia coniugatione significat, similiter & in Hebręo par ticipiũ est verbi amat loco verbi præsẽtis positũ, qđ ualet dico uel loquor. Est .n. sensus, Opera mea ego propono, ego profero regi, tanq̃ ad gloriã eius facta. Et loq intendit potissimũ de opere carminis huius, qđ nunc canit ad laudẽ nuptiarũ. ¶ Versu 2. Lingua mea calamus scribę. Q d hic de seipso cõfitet Propheta, idẽ necesse est fateamur & de omnibus quicunq; nõ humana uoluntate, sed spũ sancto inspirati quippiam uel loquuti sunt uel descripserunt. Non. n. fuerunt scribẽtes ipsi aut loquentes, nisi sicut calamus 2. Pet. 1.
siue stylus in manu scriptoris, id est, non nisi instrumẽta: ipse verò spiritus sãctus, primarius operator, à quo sicut eloquuta aut descripta ueritas, & sic authoritas dictorũ scriptorũq; procedit. Vñ & beatus Petrus Apostolus ait, Non voluntatẽ humana allata ẽ aliqñ prophetia, sed spũ sancto inspirati, loquuti sancti Dei hoĩes Et queadmodũ de bona scriptura per calamũ facta, laus pcipua, & prima gloria ipsius est scribę qui calamũ sua peritia dirigit, & sua agilitate atq; habilitate mõ cõgruo per chartã traducit: ita si quid re G ctè dicunt scribũtve sancti dei homines pcipuã laudẽ & primã gloriã sancto spũi directori concedunt. Nos tñ posteros cõuenit, non solũ scriptorem in ueneratione, verum ẽt post scriptorẽ & calamus, q bus spiritui sãcto uti ad ministerium placuit. In factis enim insignibus non solum ipse qui principalis est author, debitam accipit gloriã, verumetiã instrumẽta ipsa suum quẽdã accipiũt honorẽ. Vñ cũ Dauid, caput Philistæi, proprio ipsius 1. Reg. 17
abscissum gladio victor ingrediẽs in eo gestaret, nõ solũ choros ipse audiuit sibi triumphalia cãtãtes carmina, verumetiã gladius iste, in quo abscisũ fuerat caput I cõiuratoris, debito est honore in sacris reconditus. Vñ 1. Reg. 21. legimus à sacer 1. Re. 21.
dote Abimelech eũdẽ Dauidi postulanti exhibitũ huiusmodi ergo calamos & stylos, qualẽ hic se confitet Propheta sãctus digna ueneratione iustũ est nos honorare: p quos ea nobis sũt descripta qbus ad perpetuã nr̃am salutẽ pficiamus. Præcipua tñ gloria, Deo spũi sãcto est debita, Quod aũt spũs sanctus scribæ ueloci cõparat, satis apertũ est ob hoc dictũ esse; quod

ꝙ in scribendo, tpis mora non indiget: sed mox vbi voluerit, &, quantū voluerit, & qūo voluerit, calamū mouet. Quemadmodū in sermone quodā de Apostolis, beatus Papa Gregorius pulchrè attestat, cū tn multis cōtēplans spūs huius merito admirandā potentiā, tandē subiūgit, Qualis est aūt iste artifex? Nulla ad discēdū mora agit in oē quod voluerit; mox vt tetigerit mētē, docet: solumq; tetigisse, docuisse est. Nā humanū cor subito illustrat, & immutat. Neq; verò illud est absq; consideratione prætereundū, quod sicut scriba peritus ēt calamo inepto vti nouit ad rectè scribendū tametsi plerunq; bonis & aptis soleat vti instrūtis: ita spūs sanctus quāquam ferre soleat talis eligere p quos vel scribit vel loquit, qui per vitam bonā apti sint & digni eius directione atque impletione: nōnunquā tū ēt per malos & puerlos hoīes dicit scribitve q̄ voluerit. Vñ & per Caiphā, in Iudæorū cōsilio, apud Ioannē illum legimus loquutū, & per Balaam malum Prophetā magna
Ioan. 1. qdā protulisse. ¶ Versu. 3. Speciosus forma præ filiis hoīum. Quòd hic de speciositate formæ dr, nihil dubiū est, quin ad
Nu. 22. spūalem pulchritudinē potissimum debeat referri: fm quā constat, neminē hominū Chro sponso posse cōparari. Atq; hæc est pulchritudo, de qua toties in Cā-
Canti. 5. ticis & sponsus de sponsa, & vicissim de
Canti. 4 sponso sponsa loq solent. Dilectus meus (inquit sponsa) candidus & rubicundus, electus ex milibus. Tota pulchra es (inquit ex aduerso sponsus) & formosa amica mea, & macula non est in te Sicut liliū inter spinas, sic amica mea inter filias & alia hmōi multa. Veruntn̄ non male ētad corporis pulchritudinē poterit p̄sens versiculus minus principaliter referri, Verisimile.n est, Christū hoīem sicut corpus optime cōpositum, siue (vt dicere solent) complexionatū & proportionatū assumpserat, ita & colorē & formā & totā corporis habitudinē, electissimam accepisse Non tn̄ accipienda foret hæc pulchritudo, fm vulgi æstimationē, & carnaliū hoīum iudicium Solent n. hoīes, illā formā fere pulchrā iudicare, quæ facilius ardentiusq; potens sit cōmouere libidinem. At verò nequaquā in hoc speciosa forma ꝯsistit, nequaquā ista est recta naturæ pulchritudo: Nā & beatā virginē, nostri sponsi huius speciosi matrem, ferunt pulcherrimā fm corpus & speciosissimā extitisse, sic tn̄, vt nemo vnquam hoīum per eius pulchritudinē fuerit ad vllum illicitum affectum excitatus siue inflammatus. Accipienda ergo est vera pulchritudo, fm proportionem naturalē coloris & formę eius, quæ ab interna cōplexione naturali procedit, quæ sese potissimum monstrat in facie, ex qua proinde pulchritudo ipsa attendit prouenire. Admodū aūt dulcis sese hic offert contēplatio, dum Absalonis recordamur corporalē pulchritudinem, quā tantā fuisse legimus, vt ēt capillos cæsariei capitis sui magno venderet, cum semel in anno tonderetur. Sic.n. legimus in historia libri Regum, ꝙ eos ponderabat ducentis 2.Re.14.
siclis auripondere publico. Iuxta hoc aūt exemplum, fm mysticā intelligentiam, à nostro isto speciosissimo Dauidis filio accipere nos oportet, & emere pulchritudinem. i. de eius plenitudine accipere, vt nos quoq; ad mensurā speciosi simus, qūo ipse est sine mensura speciosus. Tondet aūt noster speciosus non semel in anno tm̄, sed quotiescunq; volumus de sua nobis pulchritudine vēdit. Vēdit aūt nō ptio ducētorū auri siclorū, sed prece & postulatione sola Iuxta illud, Qui non habetis argentū, venite, & emite absq; vlla cōmutatione. Ois. n qui petit, accipit. ¶ Versu codē, Dif. est grat. in lab. tu. De diffusione gratiæ in labijs sponsi multi- Esa. 55.
plex & copiosa intelligentia in Elucida- Luc. 11.
tione posita est. Et tn̄ super ea dignum cōsiderare, quanam ratione hic de specioso nostro sponso dicatur, quòd diffusa sit gratia in labijs eius, potius quàm in genis, in fronte, maxillis, barba, oculis, aut palpebris, Solemus aūt vulgo dicere, eos qui splendide nouerunt causas perorare, & efficaciter ipsa vocis aptitudine persuadere, magnam in lingua habere gratiam. Et iuxta hunc ferre modum hic dicitur, quod diffusa sit gratia in labijs spōsi. Quomodo enim tantam causam, ad quam expediendam missus fuit à patre, potuisset peragere, & legationem tam arduam adimplere, de sarcienda videlicet

inter

inter Deum & humanum genus concor-
dia,de veteri illa & obfirmata tot sæculis
simultate componenda:quo(inquã) Deũ
patrem,qui tã grauiter & toties hominũ
malitia offensus fuerat,placare potuisset:
quo item hoĩbus tam in idolorum culti-
bus radicatis,& in omnibus vitijs enutri
tis,persuadere potuisset recedere ab in str
tutis paternarum traditionum ad cultũ
veri Dei patris sui:hæc(inquam)iam dif-
ficillima,quo iuxta æternum consilium
in temporis plenitudine perfecisset, nisi
fuisset diffusa gratia in labiis eius?Aduo-
catus enim,in cuius labiis & lingua non F
est gratia,qui linguæ facundiam non ha
bet,& labiorum gratiam, non est aptus
sua aduocatione grauibus rebus trãsigẽ-
dis:potissimũ antiquis odiis & obfirma-
tis inimicitiis terminandis. Oportet.n.
vt suæ linguæ facundia valeat vtriq; par-
ti persuadere conditiones pacis, & ani-
mos diuisos ad vnũ flectere,& in cõcor-
diã redigere:quod cum sit admodũ diffi-
cilè,necesse est, vt magnã habeat linguæ
gratiã qui hoc sit facturus. Atq; ita sane
1.Tim.2 dñs noster Christus, cõstitutus mediator
Dei & hoĩum,& apud iratũ Deũ aduoca G
tus pro peccatis generis humani,necesse
1.Ioan.2 habuit primũ quidẽ patris sui aduersum
nos irã placare,& illius aĩum ad se flecte
re,ita vt consensum præberet in cõposi-
tionẽ & pactũ,q̃ ipse cũ altera parte cũ
humano genere erat initurus.Atq; hoc q̃
fuerit difficile,tunc intelligimus, cũ Dei
irã q̃ iusta,quàm magna, quã generalis,
quã diuturna fuerit,attentius considera-
mus.Ex altera autẽ parte, quasi cũ irrõ-
nabilibus bestiis illi erat negotiũ,erat q;
ei hoc in efferatis hoĩbus laborandũ, vt
eorum animos obstinatos sua persuasio H
ne & prædicatione ad pœnitentiã adduce
ret,& confessionẽ peccatorũ, ac fructus
pœnitẽtiæ dignos,vt alienatos à Deo,dia
boloq; ac mundo seruientes,ad Deũ con
uerteret,vt à terrenis rebus & vanitatib⁹
(quibus assueti fuerant)eos auerteret. Ec
hæc,altera ex parte, quantæ difficultatis
sint facilè cognoscimus,si humanæ natu-
ræ inditã illã originis pueritatẽ & ad oẽ
malum procliuitatem,contra verò ad bo
nũ tarditatẽ attendimus. Hæc itaq; duo,
quanq̃ maxima & difficillima,ita cũ(gra-
tiã patri filioq; & sancto spũi)videmus p
Christũ adimpleta,vt nullã vltra habeat
inimicitiam patris maiestas aduersus ge
nus nr̃um,sitq; oblitus oĩs iræ suæ,& vete
rum inimicitiarum vltra non recordetũ
hoĩes verò nõ paucos videamus toto co-
natu fructus agere pœnitẽtię dignos,seq;
ipsos abnegãtes fortissime,& toto corde
quo Deo placeant intendentes.Quis nõ
dicat,hunc aduocatum & mediatorẽ,ma
ximã linguę habuisse gratiã? quis nõ di-
cat,plena fuisse gratia labia eiusmodi,per
quę,res tantę intra tpis modicum spaciũ
(id est annorum 33.)compositę sunt?Di
camus ergo,sponso nostro,qđ verè ma-
gna & multa gratia sit diffusa in labiis
eius:diffusa vtiq;,id est procedẽs à patre,
à quo habet oĩa;dicamus & hoc, ꝙ p gra
tiã istã labiorũ suorũ à patre bñdictio-
nẽ impetrauerit sempiternã,non sibi sm̃
(sm̃ humanitatem)sed & vniuerso semi-
ni suo,id est, toti Ecclesię & omnibus
fidelibus. Nam & ipse pro re bene con-
posita à patre accepit glorificationis prę
miũ,à nobis verò laudẽ & gratiarũ actio
nẽ,quo solent mediatores & pacis com
positores vtrinq; recipere gratiã & prę-
miũ:suo semini aũt,quęcunq; voluit,à pa
tre similiter impetrauit.¶ Versu 4.Accin
gere gladio tuo super fœmur tuum, po-
tentissime.Christum more humano, Pro
pheta virum pugnatorem alloquitur,po-
stulans vt exurgat, ac cito veniat ad perfi
ciendã generis humani suę sponsę libe-
rationẽ.Cũ aũt in priori versu sm̃ de gra
tia labiorum dixerit & superexcellenti
pulchritudine,ꝙ hic ẽt gladiũ iubet assu
mere sup fœmur suum,dulcissimũ in hoc
latet sacrum. Videlicet, qm̃ nõ solum cũ
Deo patre & humano genere illi erat ꝓ
sua sponsa negotium,sed insuper & cum
principe tenebrarum illi res erat,nõ alia
via q̃ ferro(id est,vi gladii,& virtute dex-
terę)peragenda.Neq; enim cum tyranno
diabolo suasionibus agendum erat, aut
gratia labiorum aduersus illam vti de-
buit,sed gladii virtute erat ille regno(qđ
sibi per fraudem vsurpauerat)pellendus:
& in brachio valido erat sponsa sub ty-
ranni vinculis alligata,liberanda. Cuius
rei gratia consequenter subiungitur,De-
ducet te mirabiliter dextera tua. i. Di-
uinitatis

uinsiatis tuæ potentia, q̃ in te sm plenitũ A nina pmissione, ob culpã, Deus noïe redinẽ habitabit, In cui⁹ fortitudine opus tuũ quãtũ ad principẽ mũdi mirabiliter & terribiliter perficiès, & ad optatũ effectum pduces. Hoc.n. est, Deducẽt te mirabiliter dextera tua, Triumphauit in uirtute diuinitatis suæ. ¶ Versu quinto, Intẽde, psperè, procede, & regna. Cauendum est, ne (vt ferè fieri solet) aduerbium psperè iūgat cum priori uerbo intende, sed cum sequẽti pcedente sic legat, Prosperè procede, iuxta intelligentiã in Elucidatione positã. Hãc. n. distinctionẽ manifeste demonstrat editio Romana, q̃ legit, Intẽde, & psperè, pcede & regna. Clari⁹ etiam in græco, vbi pter coniunctionẽ, verbo vnico dictum habet, q̃ Latine per aduerbium cum uerbo reddit, κατευοδοῦ, enim Græcè, est, qđ ualet, psperè procede, habe successum bonum & psperum, siue psperare, quod vocabulum & Paulus aliquoties usurpat, nominatī primo capite Epistolæ ad Romanos, Si quo modo tãdẽ aliqñ prosperum iter habeã ueniendi ad uos. Totum.n. hoc qđ nos per circum loqutionẽ dicimus, prosperum iter habere, unico uocabulo apud Græcos dr. ¶ Versu 6. Propter veritatem & mansuetudinem & iustitiã. Notãdum, quod cõtrariis modis est diabolum Christus sibi suum regnum vindicauit de manu illius, ad pugnã adueniens. Diabolus enim per mendacium dñatum acquisierat super hoïem: Christus autẽ per ueritatẽ recuperauit. Diabolus per feritatẽ & crudelitatem, ut tyrannus sub sese captiuum detinebat genus humanum, ad eum modum quo Pharao filios Israelis in Aegypto, Christus autẽ mansueto dine, obediẽ D tia, & patientia uicit, factus obediẽs usq; ad mortem, & similiter in mansuetudine imperat rex mansuetissimus. Postremo, diabolus per iniustitiam, generis humani vsurpauit possessionẽ. Neq; enim ipse hominem condiderat, neq; cõparauerat sibi ullo pretio, neque ullum habuit ius verum, quo dominaretur illius. An uerò hæc iusta erat possessionis causa, q̃ hominẽ decepisset? An ob hoc ipse sibi ius cõparauit regni sup hoïem, q̃ eũ à Deo auertisset? Nõ utiq; quicquam veri iuris ipse sibi per hoc comparauit, nisi q̃ di-

Rom. 1.

Gen. 3.

Phil. 2.

liqueris in manibus eius, cui malè ĩ trãsgressionem cõsenserat. Iuxta illud Petri Apostoli, A quo quis superatus est, hui⁹ & seruus efficit. Et iuxta illud beati Pauli, Cui exhibuistis uos seruos ad obediendum, serui estis eius cui obedistis. Atq; ita sanè, quãtum ad nos attinet, iuste nos ille occupabat, Verum tñ, quãtũm ex parte Dei, nullũ diabolo sup hoïem ius erat, nisi solũ q̃ sua uoluntate pmittebat dæmonẽ hoï dñari. Possidebat ergo hoïem B sm iniustitiã. A tuero Christus, perfectissima, imò (si dici possit) plusquã pfectissimã iustitia, hoïem sibi restitui t. Nã cum potuisset sm absolutã suã potentiã, solo verbo diabolum abigere, & sibi restituere genus humanũ, quemadmodum solo verbo illum cõdiderat ab initio, uoluit tñ ad hæc, ptio iusto quasi alienũ populum emere genus humanũ, & ptio utiq; maximo, & in infinitũ mercis empta ualorẽ superexcedente, id est, ptioso sanguine suo. Iuxta illud Apost. Pauli, Empti estis pretio magno. Et illud Petri Aposto C li, Nõ.n. corruptibilibus auro uel argẽto redẽpti estis de uana vestra cõuersatione paternæ traditionis, sed pretioso sanguine agni quasi incontaminati. ¶ Versu 7. Populi sub te cadent, &c. Quod dr, Populi sub te cadẽt, vř interiectũ p modũ parẽthesis ut hęc sit snia, Sagittæ tuę acutę in corda inimicorũ regis, supple ĩfigent vel trãsibunt, vñ fiet, ut sub te cadãt populi. Istas aũt sagittas, sm Elucidatiõẽ, ĩtelligẽtiã accipimus p eloqia ueritatis, iaculis Euangelicæ pdicationis, quas partim per se ipse, partim per alios sagittarios iaculatus est per vniuersum orbem. Misit n. spõsus rex noster in fines orbis terrę viros sagittarios, pharetras plenas habẽtes sagittis acutis, ad vulnerandum in loco cordis nationes gentiũ. i sanctos Apl'os emisit, aliosq; uiros Apostolicos plenos eloqijs veritatis ardẽtibus & acutis, ex virtute Dei: vñ habebãt, vt penetrarẽt intima cordium. Atq; hæc sunt sagittæ, quas alibi postulat, q inter odientes pacẽ, laborat in exilio ꝯtra linguas dolosas. Has sagittas emittebat ille, q ĩ Apocalypsi sup equũ albũ sedẽs, tenebat in manu arcũ, exiitq; vincens vt vinceret. Cũ-

2. Pet. 1

Rom. 6.

1. Cor. 6

1. Pet. 1.

Ps. 119.

Apoc. 6.

Q neus

neus.n.prædicatorum primitiuæ Eccl'iç E
( qui p equum illũ cãdidũ significabat,
Chrm cessorẽ portãtẽ) per sagittas hmõi,
quasi ex manu & uirtute Dei emissa, gẽ-
tes & regna sessori suo Chro subiecerũt.
Beati uerò, qbus istiusmodi sagittis acu-
tissimis cõtigerit uulnerari,& fœlices qui
sic eis vulnerantẽ,ut sub regis manib' oc-
cisi cadãt. Notãdũ uerò, ꝙ sagittæ istę nõ
in manũ ferant,aut caput, aut pedẽ, sed
in corda inimicorũ regis,qm vez quẽ di
uinorũ eloquiorũ iacula uerè cõtigerit,
cui uerè infixa fuerint,hunc mori neces-
se est uitæ ueteri & affectibus pristinis.i. F
(ut Apostolus ait) pctõ,uiuere aũt Deo,
cui prius fuerat mortuus. Vñ & quidã ex
his uulneratis,sagitta percussus dicebat,
Rom. 6. Chro cõfixus sum cruci, Viuo aũt iã nõ
ego, qm vez in corde mihi infixa est sa-
Galat. 2. gitta, uiuit uerò in me Chrus, sub quo
uulneratus cecidi, cui meipsum totum
amodo subieci. Sed & illud clarum p se
esse potest attendenti, qd dr inimicorũ
regis,sm tps pteritum debere accipi, pro
iis qui antequam sagitta ferirentur,ini-
mici fuerãt regis. Dum.n. saggittantẽ, de
sinũt esse inimici. Vlnerantẽ.n. inimici, G
ut uulnerati cadant sub uulnerãte, sicq;
amici fiant ex inimicis. ¶ Versu 8. Virga
directionis,uirga regni tui. Notãda est se
cũdæ partis cõstructio, qm nõ sm localẽ
sitũ, sed ꝯtrario ordine est accipiẽda,hoc
mõ,uirga regni tui,est uirga directionis,
q̃ constructio,in Græco clare se manife-
stat,dũ posteriori loco articul' apponit,
nõ priori hoc modo: ῥάβδος εὐθύτητος,
ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου. Pro uirga
aũt directionis, translatio Romana hẽt,
uirga recta B Hier ex Hebræo,uirga æq
tatis,q̃ oĩa eandẽ uolunt sentẽtiã ¶ Ver
su nono, Propterea vnxit te Deus Deus
tuus oleo lætitiæ. Propterea non hic acci H
piendum ur,ut in qd pcessit,innuat cau
sam esse eius qd subsequit, ut sit sensus,
Chrm propterea unctum esse oleo læti-
tiæ præ participibus, ꝙ dilexisset iusti-
tiã,& odisset iniquitatem Nõ.n.vr ueri-
Rom. 5. tatem habere ista sententia, cum certum
sit,Chrm primo ipso momento sui con-
ceptus,fuisse plenũ gratiæ, & huius un-
ctionis spiritus sancti absque mensura,
Ac tunc quidẽ nondum sm humanita-

tẽ dilexerat Iustitiã, neq; iniqtatẽ oderat,
cùm ante hõ nõ fuisset. Sed accipiẽdum
est ꝑpterea,( sm faciliorem intelligẽtiã)
ut significet quasi rõnem finis,ut sit sen-
sus pp hoc,ut uidelicet diligeres iustitiã,
& odisses iniquitatẽ,unxit te Deus oleo
ꝑ participibus. Habet.n. hoc in se istud Ps. 118.
oleum,id est,charitas Dei per spũm san- Ps. 100.
ctum in cordibus diffusa,ut quisquis eo
unctus fuerit,non possit non diligere iu
stitiã neq; nõ habere odio iniquitatẽ. Vñ Ps. 138.
& Psalmista hic noster,hoc oleo indubiè
unctus,aliis in locis clamat, iniquos o-
dio habui,& legẽ tuam dilexi,facientes
ꝑuaricationes odi; Qui oderunt te Dñe
oderã,& hmõi alia multa. Et quo quisq;
oleo hoc fuerit magis perunctus( siqui-
dem alius alio magis ungiẽ) eo magis,
feruentiusq; diligit iustitiã, & exosã hẽt.
iniquitatẽ. Propter qd,uelut à posterio-
ri,cognoscere non ita difficulter possu-
mus an hoc oleo vncti simus. Qui.n.in-
uenit nõ displicere sibi iniquitatẽ,sed eã
potius diligit,iustitiã aũt fugit & horre-
scit, sciat ille huius unctionis se esse ex-
pertem. Qui uerò in se ( testimonium
perhibente fideli cõsciẽtia in spũ sancto)
senserit cõtrariũ,gaudeat ille in unctio-
ne sua Oleum.n.lætitiæ est, nẽpe chari- Rom. 5.
tas Dei in cordibus credentiũ diffusa p
spũm sanctum,q datus est nobis. Resudat
autẽ nobis hoc oleum,& stillat de pleni-
tudine uasis huius, qd hic ꝑ oĩbus ĩple-
tum dr,i.de plenitudine Chri filii Dei,q
hic dr unctus ꝑ cõsortibus suis. ¶ Versu
eodẽ, Præ cõsortibus tuis. Nota ꝑ ꝑposi-
tionẽ,hic idẽ ualere,ꝙ supra, Præ partici
pibus,id est,supra participes, quẽadmo-
dum huius eiusdẽ Psalmi uersu tertio,
speciosus forma ꝑ filiis hoĩum,sic p cõ-
trarium, præpositio à uel ab,pro infra
nonnunquã usurpatur. Vt Psalmo octa-
uo,Minuisti eum paulomin' ab angelis,
id est,infra angelos. Quemadmodum
enim præ vsurpatur pro super,ita ab,pro
infra accipitur. Participes autem( ut alia
habet translatio) hic uocat Propheta,
omnes adoptionis filios, quos Chrs ut
primogenitus sui patris hæredes fecit,
& sibi cohæredes, iuxta illud Apo.
quòd si filii,& hæredes,hæredes quidem
Dei, cohæredes autem Christi. Non sic Rom. 8.
autem

autē participes nos dicimur Christi, qua A ratione nos filij dicimur. Quia accepturi sumus, sicut ille regnum... 

autē participes nos dicimur Christi,qua A
si nos pariem simus accepturi regni eius,
aut quasi per nos adoptionis filios,ipse
primogenitus & naturalis filius aliqd
sit minus habiturus in regno,q̄ absq; no
bis erat habiturus:aut quasi partē aliquā
nobis ipse cessurus sit, queadmodū fieri
solet in terrenis regnis,cum primogeni-
to placuerit etiam alios fratres amplitu-
dinis regni sui facere participes. Illic.n.
nulla omnino futura est partitio, nulla
futura regni scissio,sed unum erit & in-
diuisum omnium regnum quod omnibus
satis erit.In quo tñ Chrs regnabit primo B
genitus,præ oībus eminēter,Dicimur er
go participes.i.consortes cohęredes: &
côicantes in adoptione regni. ¶ Versu.
10.A domibus eburneis.Per domos ebur
neas.Elucidatio intelligit conscientias
sanctorū,q dū de intimis affectibus Deo
laudes & gratiarum actiones,piasq; me-
ditationes quaslibet aut affectiones offe-
runt,quasi pyxides eburneas aperiunt,&
Ps 49. super spōsi caput effundū. Atq;in hmōi
Ibidem. obsequio,plurimū cōstat oblectari dñm
iuxta illud,Sacrificium laudis honorifi-
cauit me.Et iterum,Immola Deo sacrifiC
cium laudis. Huiusmodi.n. aromatibus
vult à nobis reungi,p suo lætitiæ oleo,
quo nos vngit in tertius. Possent tñ (fere
sm cādē intelligentiā) per eburneas acci
pi sanctæ particulares Ecclesiæ, per or-
bē terrarū Chro adueniente ædificatæ.
1.Tim.3 Est.n.Ecclesia,Domus Dei,q ex cādidissi
mis & solidissimis lapidibus , fidelibus
hominibus ædificatur.Ab his aūt domi-
bus eburneis,sponsus unus oīum Eccle
siarū suauiter perūgit supradictis aroma
tibus atq;liquoribus,dū illi ubiq; terra-
rū ab oibus Ecclesijs canūtur laudes gra D
tiarū actiones & pia sacrificia offerunt.
In scda aūt parte, tametsi filias regū ex-
posuerimus spiritualiter filias Apostolo
rū,q sunt principes terrarum cōstituti à
Deo:possumus tñ ēt ad literā intelligere
de filiabus regum,id est,magnatum,diui
tum,atq;nobilium.Nā & harum nō pau
cę,ad huius spōsi nostri cultū cōueniūt
ac bonis odoramētis Chrm pfundunt.
Cæterùm,qd in fine versus dr, in hono
re tuo,perinde vr ualere,ac si dicat ī ho
norādo te,uel ad honorē tuū, vel ad ho
norādum te:ac si dicat,Ex qbus te læti fi-
cauerunt,honorare te cupiētes & debita
honoris obsequia tibi pstare volentes.
¶ Versu 11.Astitit regina à dextris suis. Ioan.12.
Valde iucundum est,qd hic dr,astare re-
ginā à dextris spōsi.Nimirum hoc illud
est,qd ī carne veniēs pollicitus est filius,
Vbi sum ego (inquiēs) illic & minister
meus erit,multo magis ibi erit & spōsa
mea.Ipsa itaq; queadmodum à patre lo-
cum accepit in ipsius dextera,sic cōsimili
honore & suā spōsā à dextris sibi cōsti-
tuet,volēs nimirum cadē illā gloria sub-
limari & lætari,quā ipse à suo patre acce
pit.Hoc.n.est,qd suis quoq; discipulis,iā
abscedēs,ac testm̄ cōstituēs dicebat. Et Lucæ.22
ego dispono vobis, sicut disposuit mihi
pater meus,regnum : vt edatis & bibatis Ioan.17.
sup mēsā meam in regno patris mei . Et
apud Ioānē in oratione nouissima,Pater
uolo,ut vbi ego sum,& illi sint mecum,
vt videāt claritatē meā.Et claritatē quam
tu dedisti mihi,dedi eis,ut sint unum in
me sicut & ego ī te.Nō ergo quasi ancil-
lā vilē ad pedes illā cōstituet spōsus iste
generosus,licet nobilissim⁹,neq; vt igno
bilē despiciet,ipse incōparabiliter nobi
lior:sed cōsidere secum faciet ī cœlestib⁹ Apoc. 3.
ī maiestate paternæ gloriæ.Vñ & ī Apo- 3.Reg.2.
calypsi ex spōsi iussione spiritus pconi-
zat Ecclesiæ,Qui vicerit,dabo ei sedere
mecum in throno meo:sicut & ego vici
& sedeo cum patre meo in throno eius.
Hāc aūt reginę Ecclīæ ī Chri dextera sub
limatione pfigurabat olim thronus ille
Bethsabeæ matris Salomonis,q illi ad re
gē filiū suū ingressæ iussus est collocari,ī
quo & cōsedit ad dexterā regis Cęterum
deauratū hic p aureo dictū vr̄ vñ & B.
Hieronymus ex hebręo vertit, in diade-
mate aureo,& alius,in massa auri ophir.
Qui tñ mallet distinctionē inter deaura 2.Cor.3.
tū & aureū assignare,pōt intelligere, sm Apoc.3.
hoc qd spōsæ ornatus & gloria inferior
est gloriæ spousi,ita ut spōsi,aureum,spō
sæ verò deauratum vestimentum applice
tur.¶ Ver. 13.Et cōcupiscet rex decorem
tuū.Nō est istud sic accipiendum quasi ali
quid in nobis sit quasi ex nobis, in quo
oblectari possit spōsus.Quicqd.n in no-
bis est amabile,siue cōcupiscibile,ex ipso
est,neq; sumus quaiā ex nobis,nisi for-

didi, cæci, nudi, & prorsus miserabiles. Proinde quod sponsæ dr, Cõcupiscet rex decorẽ tuũ, intelligitur de decore & ornatu quo ipse eã adornat: aut ad hunc sensum, amabit te & diliget, ut decorã faciat & suis diuitijs adornet. Qui n. se Chro obediẽter submiserint, & eius mandata implere sunt solliciti, hos ipse concupiscit suarum gratiarum adornare decore. ¶ Ver. 14. Et filię Tyri in muneribus. Per filias Tyri intelligunt, uel cõuersi ex gẽtibus, eo φ Tyrus una erat ex nominatioribus & viciniotibus Iudeæ, gentiũ ciuitatibus: aut diuites & nobiles, cuiusmodi in hac ciuitate cõplures erant. Hi aũt vtriq; cũ muneribus, & spũalib', & ẽt corporalibus veniunt ad adorãdũ Dñm. Putant verò qdã, pro numero plurali, hic legendum singulare, p̃ filiæ, s. filia. Atq; ita sane in Græco legimus, καὶ θυγάτηρ τύρου ἐν δώροις, hoc est, Et filia Tyri in muneribus. Similiter & B Hierony. ex Hebræo singularẽ numerum vertit. Atq; hoc mõ eadẽ põt accipi snĩa, q̃ in Elucidatione ex numero plurali posita est, vez ista. Etiã filia Tyri, id est, populus gẽtiũ, in muneribus adorabunt dñm Deũ tuũ. Per filiã. n. Tyri (q̃ ciuitas est nominata gentiũ) recte intelligimus populũ gẽtilẽ quẽadmodũ p filiam Sion populum Iudaicum non paucis in locis accipimus. ¶ Versu 15. Oĩs gloria eius filię regis. Difficultatem facit, & multis deceptionem, pronomen eius hoc in loco adiectum p̃ rer snĩæ (vt vr̃) necessitatẽ, atq; etiã commoditatem. Putãt. n. huius pronominis occasione pleriq; nomen filiæ esse nominatiuum pluralis numeri, ut sit hic sens' Oĩs gloria eius. s. sponsi, sunt filiæ regis abintus. Scire aũt oportet, hanc non esse verã snĩam. Nã filiæ, genitiuꝰ singularis est, id quod tã ex Græco, quã Hebræo est manifestum. Nã Grece hr̃ absq; pronomine, πᾶσα ἡ δόξα τῆς θυγατρὸς τοῦ βασιλέως, id est. Oĩs gloria filiæ regis abintus. Et similiter Beatus Hieronymus vertit, Oĩs gloria filiæ regis, intrinsecus. Accipiendum ergo est pronomen eius, fm hãc sentẽtiã, vt simul cũ genitiuo filię iungaẽ quasi p appositionẽ: hoc mõ, omnis gloria eius, nẽpe filię regis, intrinsecus est, siue abintus est. Hæc aũt sentẽtia, illud ipsum dicere videẽ, qd̃ beatus Petrus in prima sua Canonica Epistola de mulieribus scribit, dicens, Quarũ non sit extrinsecus capillatura, aut circundatio auri, aut indumenti vestimẽtorum cult' sed q absconditus est cordis hõ, aut incorruptibilitate qeti & modesti spũs, q est in conspectu Dei locuples. Ac cõsequenter exẽplum proponens Sarę, maximũ ornatum mulierum docet esse spẽ in Deo, & venerationẽ, subiectionẽ atq; obedientiã erga proprios viros. Qd̃ huic loco accõmodãtes dicimus, summũ Ecclesiæ ornatum quẽ sponsus requirit, esse obediẽtiã & fidelẽ subiectionẽ ad ipsum. Vnde nec dicebat Propheta sponsæ, Vestire auro & indumẽtis pretiosis, aut stybio depingas faciẽ tuã, aut similia hmõi: sed tãtũ, audi, vide, inclina aurẽ, & obliuiscere domum patris tui. Hæc. n. sunt, quæ à sponsa sua requirit Dominus Deus, fidem scilicet & obedientiam. ¶ Versu eodẽ, Circumamicta uarietatibus. Varietates istæ qbus circumamicta dr̃ sponsa, intelligantur vestimenta pretiosa & elegantis, magno artificio & muluplici intertextione, varijsque interfertionibus diuersorum colorũ elaborata: quas solẽt phtygianas uel phrygianicas vestes nuncupare. Beatus autẽ Hieronymus ex Hebræo vertit scutulata, Trãslatio Chaldaica hẽt, indumẽta diuersarum figurarum. In Græco autem dr̃ numero singulari πεποικιλμένη: quod sonat, ac si Latine dicas uestem variegatam vel diuersi colorem: quę oĩa in eandem recidunt sententiam. Quid autẽ fm mysticam intelligentiam iste varius ornatus sibi velit, satis monstrat Elucidatio. ¶ Ver. 16. Adducenẽ regi virgines post eã. Quotidie post spõsam sanctã Ecclesiam regi Christo adducunẽ uirgines, qñ posteri priorũ fidẽ & vitã insequẽtes, ad Chri fidẽ accedũt, eiq; copulãtur nuptijs. Dñr qdẽ post spõsã adduci: & tñ intra spõsam fiunt & pars spõsi, dũ adducunẽ. Spõsa. n. ista ex vniuersis fidelibus tanq̃ ex membris cõposita est. Attñ post spõsam adducunẽ, quatenus priorum patrum (qui in Ecclesia pręcesserunt) fidei & morum regulam insequentes, sponso mereantur cõiũgi. Videmus enim nos posteri pulchritudinem sponsæ, & complacet nobis puritas

1. Pet. 3.

Ibidem.

ritas fidei, atq; sm vitam integritas prædecessorum in Ecclesia: atque ita & nos post eã, ad regem spõsum currimus. Sancti verò Apostoli & prædicatores, dum plurimos ad fidei veritatẽ & vitæ iustitiã sua prædicatione inducunt, quasi ante regem virgines & proximas adducunt. Atque hi sanè vsq; ad consummationẽ seculi non deficient, sed nascentur sp: pro patribus filij. Quòd aũt non solum puellæ dñr, q̃ adferunt regi, verumẽt virgines, illi rñdet, quod ait Apostolus, 2.Co. 11 Despondi vos vni viro virginẽ castã exhibere Christo. Decet. n. sponso virgini, sponsas virgines adduci in coniugium. ¶ Versu 8. Pro patribus tuis nati sunt tibi filii. Notãdũ; q̃ sicut in locum Patriarcharum successerunt sancti Apostoli, quos cõstituit Deus principes super oẽm terram, ita & in horum locum succedere faciet Deus, vsque in seculi consummationẽ, viros Apostolicos, per quos Ecclesiæ ornatus promouebitur, & in suo decore conseruabitur, vsque dum ipsa transferatur in locum quietis sempiternæ. ¶ Versu penult. Memor ero nõis tui. Tametsi libri vulgatiores habeant, Memores erunt, plurali numero & tertia persona: verior tñ lectio Gallicani Psalterij (qđ nos sequimur) habet numero singulari, Memor ero. Nam memores erunt, sumptũ vr̃ ex æditione Romana. Qua pp in textu primã personam & numerum singularem (iuxta probatiorum codicum fidem) posuimus. Cui ẽt Græca consentiunt in quibus habetur

A μνησθήσομαι, id est, recordabor, memorabor, vel memor ero. Similiter & ex Hebræo beatus Hieronymus vertit, Recordabor. Veruntñ pp vsum Romanæ Ecclesiæ, non est oĩno repudianda altera lectio, (Habet. n. & ipsa facilem & optimã intelligentiã) sed tm̃ dicimus, ipsam non esse ex veritate Gallicanæ æditionis, quã sequimur, & Elucidandã suscepimus. Subiungendũ verò in fine huius Psalmi, q̃ in vsu Ecclesiastici officii multa ex hoc Psalmo vsurpari solent, atq; decantari in laudem virginũ. Verũ in hoc vsu, neces- B se est, vt multa ex iis sm longè aliã intelligentiã accipiant, quã supra in Psalmi Elucidatione expressimus. Vt (verbi gratia) cum illud, Diffusa est gratia in labiis tuis, ppea benedixit te Deus in æternum, de virgine qualibet canit, qđ in Psalmo manifestũ est de sponso fuisse dictũ: clarũ est debere aliter in vsu illo accipi, q̃ suprà fuerit expositum. Sic itẽ & de illo, Specie tua & pulchritudine tua. Et, Propter veritatẽ, itẽ Dilexisti iustitiã. Similiter & in sequenti Psalmo, Deus in medio eius nõ cõmouebit, adiuuabit eã Deus mane diluculo, C vel sm aliã lectionẽ, vultu suo, capi solet de vna qualibet sancta virgine: cũ sm intelligentiã Psal. de tota Ecclesia videatur intelligi. Sed facile est piis aĩs, ista sm proportionem ad prædicta, congrua aliqua intelligentia aptare vsui ecclesiastico, & prærogatiuæ virginum, quæ nos tñ, ne vltra modum efficiamur prolixi, particulatim declarare omittimus.

## XLV. PSALMI ARGVMENTVM.

*Psalmus iste, populi fidelis est in domino Deo spe firmati, inq; eius fiducia nullã pertimescentis conturbationẽ. Poterit, aũt conuenientissime intelligi de illa immani & generali persequutione quæ in primordijs Ecclesiæ aduersus ipsam iam nasci incipientem, vbique terrarum sæuiebat, in qua persequutione, eminentes quiq; (vt reges, pontifices, & sapientes) caput erant atque præcipui. Diuina tamen protectione, Ecclesia sancta (quæ ciuitas Dei appellatur sicuti & vere est) inconcussa permansit, neque quantumuis oppugnata hactenus potuit expugnari. Adeo verò ipsa non angustiabatur Ecclesia, neq; opprimebatur, vt ẽt interius, profectu virtutum, & spiritualium charismatum irrigatione, tanto lætificaretur à Deo vberius, quanto exterius ab aduersantibus seculi potestatibus persequutiones grauiores sustinebat. Tandem autem Deo iubente, etiam pax reddita est populo Dei, & omnis aduersariorum illa impugnatio, Deo disponente suppressa est. Sed & ad Antichristi illam nouissimam persequutionem conuenientissime hic Psalmus aptabitur; quæ tametsi sæuissima erit, ita vt ẽt montes deferret in profundum malitiæ, ita vt vniuersus pene mundus contra Ecclesiam consurgat, tamen in Domino fidentes electi nõ absorbebuntur fluctibus, neq; timebunt desperationis terrore; neq; sinet Deus cõmoueri electos suos, sed adiuuabit eos in tempore opportuno, ac tandem etiam pacẽ restituet, quando palã Chri-*

*sti nomē in vniuerso orbe prædicabitur, & gloria eius vbiq; terrarū fiet manifesta. Aduertēdū autem est per vniuersum hunc Psalmum loqui populum fidelem præterquam in versu penultimo, in quo Deus ipse de sua gloria loquens introducitur: sed vno tantum hoc breui versiculo. Nam vltimus subsequens, eiusdem est populi qui loquebatur ab initio.*

## QVADRAGESIMI QVINTI PSALMI ELVCIDATIO.

*EVS noster refugium & virtus:*

Matt. 28 Dn̄s Deus noster in quē credimus, qui nobiscum est vsq; ad consummationem seculi, ipse est tutissimum nostrum refugium & nostra forti F tudo, per quem ab obuenientibus quibuscunque periculis speramus saluari, ipso tanquam asylo nos intra sese cōcludente, & tāquam forti pugnatore pro nobis propugnante:

* *adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis.*

adiutor est nobis magnus valde, sp paratus & fidelis in omnibus tribulationibus & malis: quæcunque nobis obuenerint, nunquam derelinquens seruos suos in afflictionibus atque periculis.

2 *Propterea non timebimus, dum turbabi-* G *tur terra:*

Propter fiduciā eius non desperabimus, neq; deijciemur aut cōsternabimur aīo, neq; timebimus quicquā, ēt tunc cū vniuersa terra, & terreni atq; peruersi fuerint cōmoti, atq; conturbati aduersum nos:

* *& transferentur montes in cor maris.*

neq; cum montes, id est, potentes & eminentes super terrā, absorpti fuerint in pfunditate malitiæ seculi huius: ēt si omnes potentes & eminentes (siue potentia, siue sapientia seculi) adiungantur infidelium populis ad nos tribulandos, non ta H men timebimus aut disperabimus, in Deo nostro fidentes.

3 *Sonuerunt & turbatæ sunt aquæ eorum:*

Impetum magnum fecerunt, & conturbatione vehementi conturbatæ sunt cōtra populum Dn̄i multitudines terrenorum hoīum, & ad populi Dei oppressionem vndiquaq; cōfluxerunt in modum aquarum multarum, vt vno impetu vnanimes irruerent in populum Domini, sicque eum possent absorbere penitus:

* *conturbati sunt montes in fortitudine eius.*

tantus quoque fuit hic impetus & tanta conturbatio, vt ēt eminentes quiq; (siue seculi potentia, siue mundana sapientia) conturbarentur à fortitudine multitudinis illius, & impetu, ac violentia persequutionis eius grauissimæ.

4 *Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei:*

Ciuitas aūt Dei ex tanto aquarum impetu, adeò nihil accepit nocumenti, adeò opprimi non potuit, vt etiā magis inde profecerit. Nam impetus ille fluminis & maris (id est, persequutionis grauissimæ, in modum maris aut fluminis per circuitum ipsam aggredientis & concutientis) ēt lætificat Dei ciuitatem, quæ quo magis exterius affligitur & coangustatur, eo ma Rom. 1.
gis intra se reficitur in spirituali consola 2. Cor. 1.
tione, & dilatatur intra semetipsam. Nouit. n. in tribulationibus gaudere & gloriari: sciens, qm̄ tribulatio patientiā operat, & spem inconfusibilem, & qm̄ sicut abundant passiones in eo, sic & per eum pro quo tribulatur, id est, ciuitatis ipsius dn̄m abundat consolatio. Nā quo magis exterius quatiūt ciuitatem fluctus maris & alienorum fluminū, eo qui intra ciuitatē sunt fontes, copiosius aquarum viuentium dulcissimos riuulos effundunt:

* *sanctificauit tabernaculū suū altissimus:*

ipse. n. altissimus & potentissimus rex regum & dn̄s dominantium, suam Ecclesiam (quam in ciuitatis modum ædificauit atq; circummuniuit) etiam sanctificauit in firmitate fidei, & stabiliuit eam in habitationē sibi, quasi tabernaculum & castrum suum: ita vt ipso protegente, nunquam valeat hostili impetu vel quomodocunque expugnari.

5 *Deus in medio eius non commouebitur:*

Deus fortissimus est in medio ciuitatis & tabernaculi huius, tanquam Dn̄s, prouisor, custos & protector eā inhabitans: & idcirco talem habens protectorem in medio sui, ipsa non poterit conturbari: qm̄ tali protectore se nouit bene securā.

*adiuua-*

*adiuuabit eam Deus mane diluculo.*
& si qñ videatur graue aliquod pericu-
lum ei imminere per noctem, in tépore
aduersitatis & desolationis, apparebit tñ
opportune, aderitq; tempestiuè Dñs cu-
stos eius primo mane antequam qcquã
valeant hostes oppugnando efficere: &
ab omni periculo eam suo opportuno
adiutorio saluabit.

6 *conturbatæ sunt gentes, & inclinata sunt regna:*
Vidimus conturbari, & ita insana nonnũ-
quã commoueri contra ciuitatem Dei,
populos multos, vidimus et regna am-
plissima, & reges fortissimos inclinatos
& commotos cum suis populis, ad oppu-
gnationem ciuitatis Dei,

* *dedit uocem suam, mota est terra.*
etiã terra vniuersa, velut coniuratione fa
cta & conspiratione, conclamauit contra
ciuitatem Dei, & uno impetu commoti
sunt ad oppugnationem eius.

7 *Dominus virtutum nobiscum:*
Quid verò valebunt, etiamsi in vnum fue
rit agglomerata vniuersa terra, & omnis
infidelium natio? Ecce. n. Deus noster, q
est cœlestium exercituum Dominus, no-
biscum est, ac nostras partes tueri nobis
pollicitus est, & nostram nobis ciuitatẽ
custodire securam:

* *susceptor noster, Deus Iacob.*
Deus verus fidelium, ipse est defensor at
que protector noster, qui nos suscepit in
defensionem suam, cuius vnius virtutẽ
omnibus alienis incursibus opponimus
super quem ciuitas nostra fundata est, &
ita firmata, vt nec portæ inferi aduersus
eam possint præualere.

8 *Venite, & uidete opera domini, quæ posuit prodigia super terram:*
Mac. 16. Venite ò fideles animæ & cõsiderate ope
ra Dñi Dei nostri quæ pro suo populo ex
hibuit estq; exhibiturus super terrã, in cõ
spectu omnium populorum, quasi prodi
gia, id est, magna mirabilia, & usq; ad mi
raculum stupenda:

* *auferens bella usque ad finem terræ.*
in eo potissimum, q̃ sua voluntate Eccle
siam ciuitatem suam (quæ prius tantis
quatiebatur fluctibus persequutionũ, ita
vt vno impetu totus terrarum orbis ad-
uersus eã pugnaret;) non solũ custodierit
A sed & in pace constituerit, & securam ab
oĩbus oppugnationibus in medio ter
ræ, ita vt iam ex eius volũtate haberet etiã
protectores, quos prius habuerat acerri
mos impugnatores, nimirum montes se-
culi, id est, principes & potentes.

9 *Arcum conteret, & confringet arma, & scuta comburet igni.*
Arcus contriuit, & cõfregit arma, & scu-
ta cõbussit igni, id est, oĩa arma, quibus
prius oppugnabat Ecclesia, ipse contri-
uit sua uirtute, & cum esset ipsi placitum
cessare fecit omnẽ oppugnationẽ populi
B sui, eamq; ab omni fecit persequutione
quietã. At ita in omni tribulatione, op-
portuno tẽpore, post pugnã solet dare re
quiẽ. In quo sane mirabile est consilium
eius, quod & arma pmittit moueri cõtra
ciuitatẽ suã, ad exercitationem ciuiũ suo
rum, & eadẽ suo tempore prohibet, ad cu
stodiam & præseruationem electorum.

10 *Vacate: & videte quoniã ego sum Deus:*
VOX DIVINA, VNO HOC
VERSV INTERPONITVR.
Cessate ò populi, desisti te ab impijs ve-
stris aduersum me, ac populum meũ ma- Psal. 7.
C chinationibus, omnibusq; vacui prauis
affectibus & cogitatibus, emundatis cor
dibus, videte, considerate, & discite, quòd
ego vere sim Deus & dominus, qui aduer
sus omnem mundi malitiam potens sum
populum meum seruare.

* *exaltabor in gẽtibus, & exaltabor ĩ terra*
ego qui olim in Iudæa tãtum notus erã,
cum mihi placitum erit, magnificabor ĩ
populis, multarum, gentiũ, & adorabor
atq; glorificabor vt Deus per vniuersam
terram. RESVMVNT SERMO-
NEM, QVI LOQVEBANTVR
D AB INITIO.

11 *Dominus uirtutum nobiscum: susceptor noster, Deus Iacob.*
Concludentes in lætitia illud repetimus
in quo summam nostri boni constitutã
arbitramur, quod nobiscum habemus po
tentissimum dominum cœlestium exerci
tuum, q̃ defensorem habemus Deum for
tissimum, Deum Iacob, Deum viuum &
& verum, in cuius fiducia, omnem terre-
nam potentiam, & quantoscunq; insul-
tus nihil pertimescimus, per ipsum in
omnibus saluari confidentes.

ANNOTAT. IN PSAL. XLV.

VErsu primo, Quæ inuenerunt nos nimis. Aduerbium nimis, qđ in fine ponitur, licet sm situ locale videatur ptinere ad verbu inuenerunt, vt sit sensus, Quæ tribulationes inuenerunt nos valde, aut nimis, posset tñ non incômode cõstrui etiam cũ nomine adiutor vt, sit sensus. Nimis adiutor, ualde adiutor, hoc est fortis & valid' adiutor, in tribulationibus quæ nos inuenerunt, Iuxta hãc .n. sententiam, Beatus Hieronymus ex Hebræo vertit auxilium validum Atq; hãc intelligentiam utrãmq; similiter ẽt Græca lectio admittit ¶ Versu. 3. Sonuerunt F
Apoc. 17 & turbatæ sunt aquæ eorum. Aquas istas intelligimus, sm quod in Apocalypsi dr̃ Aquæ multæ populi multi. Hæ namque aquæ sonuerunt propter impetum persequutionis, & turbatæ sunt ita & cæco furore contra populum Christianum, quẽadmodũ & amplius facient in nouissima Antichristi persequutione, qñ oẽs gentes pariter confluent in modum aquarũ, & sua multitudine ciuitatẽ sanctorũ circũfluent, suisq; persequutionibus atq; in- G sultibus concutient eam; & erit tunc quidẽ tantus sonit' harum aquarum, tantã violẽtia, tã terribilis impetus & commotio, ut plurimos etiam potentes sit illa persequutio absorptura, & demersura, in malitiæ profundum. Attñ quos elegerit Deus, hi in ciuitate munita, quamquã angustiati valde tamẽ nõ erunt cõturbati: quomodo de ecclesia primitiua legim', ꝙ quãtumlibet grauibus psequutionum fluctibus quassaret, commoueri tñ nõ potuit neq; expugnari. ¶ Versu. 4. Fluminis impetus lætificat ciuitatẽ Dei. Flumen H istud potest, uel in bonã partẽ accipi, vel in malã, Siquidẽ in malã, idẽ erit flumen, qđ priori versu mare dicebat, id est, abundantia malitiæ & persequutionis impiorum, cuius impetus crudelis adeò ciuitatẽ Dei non cõturbat, vt ẽt p occasionẽ
2. Cor. 7 lætificandũ eo amplius ciuitas Dei interius spiritualibus bonis reficiat. Vnde &
Rom. 8. Paulus in hac ciuitate positus, eũ circum
Rom. 5. quaq; fluminis impetus allueret, ita ut illius pugnas, foris sentiret timores, ita vt tanq̃ ouis morti destinata videret, dicebat tñ in tribulatiõne se gaudere atq; etiã gloriari, sciẽs qm̃ p varias tribulationes oportere ingredi regnũ Dei. Si ve, ò in bonã partem accipiatur flumen istius impetus, ita opponetur maris fluctibus, de q̃bus in pcedenti versu dictũ fuit: ut quemadmodũ fluctus aquarum maris conturbat & affligit exterius, sic fluminis qui intra ciuitatem est dulcis impetus, ecõtrario eã lætificet. Erit aũt flumen istud lætificãs, spũs ille sanctus, de cuius plenitudĩ ne reficiunt corda fideliũ. Huius flumi- Act. 14.
nis impetus, dulcissimus est ille influxus cœlestiũ donorũ, & spiritualiũ charismatũ, q̃ ex eo quasi ex vitali fonte scaturiũt, Er hę sunt aq̃ q̃ impetu decurrunt de Libano: de quibus & Esaias dicit, Haurietis aquas in gaudio, de fontibus Saluatoris. Eontes .n. saluatoris qui ciuitatẽ nostrã inhabitat, septiformis est plenitudo spiritus sancti. ¶ Versu quinto, Deus in medio eius nõ cõmouebitur, Duplex huius versus põt esse snĩa. Prior erit, ut post pnomen eius, fiat per punctulũ diuisio, & verbo substantiuo subaudito diuidatur snĩa Atq; ita sensus erit, Deus est in medio eius, nẽpe ciuitatis aut tabernaculi Dei nõ cõmouebit ipsa ciuitas aut tabernaculũ: quẽ sensum expressit Elucidatio. Posterior verò snĩa erit, si tota hæc oratio absq; diuisione coniunctim sic legat ut Deus suppositũ sit verbi cõmouebit, ad hunc sensum. Deus qui in medio ciuitatis inhabitat, ipse nõ cõmouebitur. Neq; oĩno male proposito cõuenit, ꝙ dr̃ Deus in medio ciuitatis nõ cõmouendus Bonum .n. ciuitatis quæ vel obsidetur vel oppugnatur, ex eo maximè pendet, cui credita est ipsius cura & protectio, Vnde donec ille peruigil est, & bono aĩo, atque ad defensionem sufficiens, non est ciuitati periculũ. Quòd si ille incipiat uel viribus, vel aĩo deficere, aut consternari aĩo siue desperatione tangi, actum erit de ciuitatis salutẽ. Cum itaq; (iuxta hanc sententiam) ĩ proposito loco dr̃, quòd De' ĩ medio ciuitatis ẽt protector & custos ĩhabitans, est impetturbabilis, quem terrere, aut conturbare non possit, quantuscunque hostium vel numerus vel impetus, qs non videt recte hoc sermone ipsi' ciuitatis firmã custodiã significari? Neq; valde Can. 4. Esa. 12.

ualde dissimile est huic finis, quod Psal- A cognouit Deum. Donec.n. malis actibus
Ps. 120. mo.120. ad securitatem populi Dñi idē pleni sumus, antequā desistamus peruer-
scribit psalmista, Ecce non dormitabit, se agere, impedit oculus mētis, vt Deū
neque dormiet, qui custodit Israel Domi- quo oportet nequeat videre. Vacate (inqt)
nus custodit te, Dñs protectio tua sup ma- ergo, & videte quod ego sim Deus, & quantu-
num dexterā tuā, ac deinceps, Dñs custo- uis uos ô rebelles contra nitamini, ego
dit te ab omni malo. ¶ Versu penultimo tñ exaltabor in gentibus, & adorabor in
Vacate, & uidete qñ ego &c. Apto admo- oībus populis. Valde aūt magnam gratiā
dū ordine dr prius, uacate, deinde, videte addit cantico, & multam indicat magnifi
Primus.n. est, vt desistamus ab impietati- cētiam, quod ita subito breui sermone (id est
bus, vt per pœnitentiam abiiciamus pro- unico uersu) Dñm ipsum introducit glo
positum & malum, & expurgemus omne riā suam prædicantem, mox uersu ul-
inquinamentum quod possit oculū mē- timo reuertitur persona populi fidelis,
Matt 5. tis in sua contemplatione impedire. Vñ qui per uniuersum loquitur Psalmi pro-
& Saluator dicebat, Beati mundo corde, B cessum. Hæc aūt personę commutatio &
Ioan. 3 qm ipsi Deū videbūt. Et Ioannes in prio uocis Diuinæ interpositio, similis est cū
re Epistola, Qui facit iniquitatē, iquit, nō ea q in psalmo secūdo annotata fuit.

## XLVI. PSALMI ARGVMENTVM.

*Psalmus iste populi fidelis est, siue totius Ecclesię alloquentis in spiritu, & exhortantis uniuersas gentes ad lætitiam & laudē in domino. Et primum quidem Dei in semetipso sublimitas & magnificentia proponitur, omni dignissima laude deinde, ipsa eius erga Ecclesiā dignatio qua mirū gentes illi plurimas subiecit, & ipsam speciosam & amabilem hæreditatem elegit. Iterum versu 6. Christi magnificentiam in gloriosa ascensione in laudis materiā proponens, monet oēs sapiēter psallere tanto regi quem regno accepto, confitetur residere super sede sanctā suā, ad quē dicit etiā populorū principes congregari per efficaciā Apostolicę pdicationis.*

## XLVI. PSALMI ELVCIDATIO.



*MNES gentes plaudite manibus:*

Omnes gētes, tribus, linguæ & populi uniuersi, in maximi gaudii testimonium manus ad plausū concutite:

*jubilate Deo in uoce exultationis.*

In maxima lætitia cordis uestri canite Dei p uoces exultationis & gaudiosa can- D tica. Iustum enim est, vt absq; exceptione illū nūc collaudent in canticis populi uniuersi, posteaquam ipse omnes absq; personarum acceptione participes efficit misericordię suæ.

2 *Quoniam dominus excelsus, terribilis rex magnus super omnem terram.*

Ideirco autem plaudendum, & merito illi est iubilādum, quoniā Dominus Deus noster sublimis est excelsus, totus quoque terribilis & venerandus, omnibusq; colendus & adorandus: nimirum rex magnus, & imperator potentissimus, non vnius alicuius partis terræ,

Apo. 22. sed generali imperio super uniuersā terrā, rex regū & Dñs dominantiū, cui pro inde uniuersæ nationes populorū vt suo regi, laudem offerre debent & honorem.

3 *Subiecit populos nobis & gentes sub pedibus nostris.*

Ipse nobis sua bona uoluntate subiectos fecit populos multos, & gentes multas p fecta obedientia nobis fecit subditas dū ex omnibus gētibus, tribubus, & linguis, sub fide nominis sui congregauit plurimos, & sanctæ matri Ecclesiæ pleno corde obedientes & fideles filios fecit. Vnde factum est, ut non solum in Iudæa iam notum sit magnum nomen eius, uerū & in diuersis mūdi partibus, quas sub Ecclesiæ suæ obedientiam subegit.

4 *Elegit nobis hæreditatem suam:*

Deut. 7. Elegit nos in hæreditatem suam, in peculiū ex omnibus īfidelibus & omnibus nationibus,

tionibus, in populum peculiarem quem E
possideat,& in quo inhabitet in æternũ,
* *speciem Iacob,quam dilexit.*
speciem atq; pulchritudinẽ Iacob, id est
pulchrã & preciosam hæreditatẽ fidelis
populi sui,quã ipse singulari amore vni
cè dilexit nimirum pro qua sibi compa-
randa maxima omnino & admiranda fa
cere atque pati elegerit.
Ioan.16. 5 *Ascendit Deus in iubilo:*
Ascendit ipse rex magnus ex mortalitate
hæreditatis huius post exhibita dilectio-
nis opera,peractis omnibus quę pro hac
hæreditate sua uenerat operari:ascendit,
in quam relinquens mundum,& ad pa- F
trẽ rediẽs in magnifica gloria,magna iu-
bilatione angelorum sanctorum,qui illũ
comitabantur ascendentem in sublimia:
* *& Dominus in uoce tubæ.*
& dominus noster gloriosa ascendit,qua
si in uoce tubæ, in laude & confessione
fortissima angelorum sãctorum, quorũ
laudes & cantica omnem tubarum ma-
gnificentiã atque concentum superabãt.
6 *Psallite Deo nostro,psallite:*
Vos proinde oẽs q ex gẽtibus in illũ cre
ditis,in psalmis & hymnis cãticis spiri-
tualibus canite laudes ascẽdẽti Deo nr̃o. G
* *psallite regi nostro,psallite.*
regi nostro magno vniuersæ terræ Psal-
mos & laudes indifferẽter cãtate, corde
ore, & opere.
7 *Quoniam rex omnis terræ Deus:*
Neq; mirũ,si iã sollicitẽ oẽs uos ad lau
des exhorter, quandoquidem Deus ipse
rex est:& princeps magnus uniuersæ ter
ræ, cui proinde meritò omnes habitato-
res eius laudem debent & honorem,
* *psallite sapienter.*
Esaię. 29 atq; idcirco moneo', vt illi psallatis apte H
& sapienter,quõ tãto regi dignũ est psal
Mat.15. lere,id est,non imprudenter & insipien-
ter sola uoce,quemadmodum irrationa-
Titum 1. bilia pecora clamãt,sed cũ intelligentia
& attentione animi, vt hoc ipsum uolua
tur in corde,qđ sonat in ore,sitq; ẽt ope-
ratio & uita cõsona uoci. Nã labiis Deũ
honorare corde aũt ab eo lõge euagari,
aut ore qđẽ Deũ cõfiteri,factis aũt nega-
re, pfectò insipienter psallere est, neque
huiusmodi laaus est,qua psallere debe-
mus Deo nostro.

8 *Regnabit Deus super gentes:*
Ecce.n.iã regnũ accepit Deus noster su- Mat. 16.
per oẽs gentes,iam in maiestate sua,deui Actu. 10.
cta humilitate mortis regnat gloriosus:
* *Deus sedet super sedem sanctam suam.* Mat. 18.
iã locũ habet & requiem in throno san-
cto gloriosæ maiestatis suæ, ad dexteram
patris in cęlestibus,tanquam iudex cõsti
tutus à patre uiuorũ atq; mortuorũ, se-
det paratus ad iudicandum populos,om
ni in cœlo & in terra accepta potestate.
9 *Principes populorum congregati sunt cũ Deo Abraham:*
Iam ẽt populorũ diuersorũ rectores & p-
sides,vna ad sibi subiectis populis,cõgre
gati sũt cũ Deo uero,quẽ coluerũt Abra
ham Isaac & Iacob Patriarchæ, semẽ eo
rũ,& q olim ab una gente colebat, huic
iã se reges & pricipes orbis terrarũ adiũ-
gunt,per fidei & cultus eius acceptatio-
nem huic se couniunt,atq; coniungunt,
atque subiiciunt eum suis populis,
* *qm̃ dii fortes terræ uehemẽter eleuati sũt.*
idq; per hoc qđ sancti Apostoli atq; Apo
stolici uiri,prædicatores gloriæ eius(qui
uelut dii fortes terræ positi sunt à Deo,&
principes ac iudices cõstituti sunt super
omnem terrã)magnificè ex ipsius uirtu-
te exaltati sunt,& sublimati, mirabili ac
cepta à Deo potestate,in uerbo & in ope
re,in efficacia doctrinæ,& uirtute signo-
rum atq; prodigiorũ ex uirtute spiritus
sancti.Per horũ siquidẽ magnificã exalta
tionem, ẽt principes orbis terrarũ iugo
fidei sese submittentes, conuenerunt in
unius Dei cultum,quem prius contem-
pserant, atque etiam fuerant persequuti.

ANNOTA. IN PSAL. XLVI.

Versu 4.Ele.nob.hære.suã.Iuxta sen
sum in Elucidatione expressum vr̃
in hoc uersu esse incõmodũ sermonis.
Ad efficiẽdã nãq; illã sententiã,vr̃ potius
debuisse poni casus accusatiuus, hoc mo
do,Elegit nos in hæreditatẽ suã quemad
modum habet Romana editio aliqñ ẽt
clarius hoc mõ,Elegit nos in hæredita
tẽ sibi.Et ad hãc sẽ:ẽtiã vr̃ nr̃a lectio Gal
licana accipiẽda. Neq; magni æstimau-
dũ est hmõi in sermone incõmodũ,potis
simũ cũ & in Gręco similiter inueniatur.
Nam & ipsi datiuum habent. In secunda
autem

autē parte versus, diuersitas lectionis in A uenitur. Quidā.n.codices masculino genere hñt, quē dilexit, atq; ita relatio fit ad Iacob, qd difficile nō est intellectu, qñ Iacob, id est, populum Israel, populum fidelem, Deus hēt dilectū. Veruntñ fœmini no gñri correctiores codices fauēt, similiter & electio Græca, q̄ hēt ἣν ἠγάπησεν, id est, quā dilexit, genere fœminino. Sed ex Hebræo beatus Hieronymus legit, gloriā Iacob quam dilexit. ¶ Versu 5. Et Dñs in uoce tubæ. Per hanc uocē tubæ, in qua Dñs dr̄ ascendisse, pter magnificā laudē & iubilationē angelorum can- B tantium atq; deducētiū (quā Elucidatione diximus) potest intelligi ēt uox pdicationis Apostolicæ, q̄ Chr̄m ascendentē est prosequuta. Post Chr̄i.n. ascensionē, Apostoli uoces suas (iuxta Esaiæ uaticinium) leuauerunt quasi tubas, clamaueruntq; nec cessarunt euangelizantes Sion Ecclesiæ sanctæ, donec in oēm terram exiisset sonus pdicationis eorum, & in oēs fines orbis terræ peruenissent verba doctrinæ eorum. Per huius autem tubæ clamorē atq; concentum gloria ascēdentis Chr̄i longe lateq; in oibus gētibus manifestata est, quemadmodum so C lent principum aduentus, tubarum clangore manifestari. Veruntñ in hoc differētia apparet, q̄ sæculi principes, tubæ antecedant, hunc aūt nostrum principē & regem ascendētē, tubæ hmōi subsequebantur, subsequebant (inquā) corporaliter in cœlum ascendentē, pcedebant tñ spūaliter ad Ecclesiarum inhabitationē aduenientē. Notādum tñ est, qd partes istæ duæ huius 5. versus, quas nos ambas exposuimus de gloria Chr̄i ascēdentis, ad diuersa cōmode possunt applicari: vt in priori parte intelligat (sicut dixim⁹) D ascendentis gloria, in posteriore verò redeuntis ad iudicium terror & magnificētia. Atq; ita secundo loco subintelligi debebit uerbum futuri tēporis, ad hunc modū, Ascēdit Deus in iubilatione, & Dñs iterum ueniet, uel apparebit in uoce tubæ, iuxta qd in actis Apostolicis angelos dixisse legimus spectantibus discipulis, Viri Galilæi, quid statis aspiciētes in cœlū? Hic Iesus assumptus est à uobis i cœlum, sic ueniet quemadmodum uidistis

Psal. 46. (?)

Psal. 58.

Ps. 18.

Act. 1.

eum euntē in cœlum. Nā qd in uoce tubæ iudex adueniet, Paulus Apostolus indicat, dicens, Oēs quidē resurgemus, sed non oēs immutabimur. In momento, in ictu oculi, in nouissima tuba. Canet.n. tuba, & mortui resurgēt incorrupti, & nos immutabimur. Et iterū alio in loco, ipse Dñs in iussu & in voce archangeli, & in tuba Dei descendet de cœlo, & mortui q cum Chr̄o sunt, resurgent primi. Manifestē quoq; idipsum sermo Euangelicus testatr̄, cum apud Matthæum ex ore Saluatoris dr̄, Mittet filius hoīs angelos suos cum tuba, &c. ¶ Versu 7. Psallite sapiēter, Psallere sapienter Græcè dr̄ συνετῶς, qd sonat intelligibiliter, id est, prudenter, cum intellectu, siue attenta mente, quod B. Hier. ex Hebræo uertit eruditè, quasi cum prudentia & bono intellectu. Huic autē opponit̄, psallere insipiēter, vel imprudēter, uel ineruditè & inattente, absq; intellectu vel in attentione eorum quę canunt̄, quēadmodū (proh dolor) passim fieri uidemus tā in lectione, q̄ in cantionibus Diuinorum carminum, in qbus (quātum ad oris operationē & labiorū motionē) tā legendis q̄ decantandis totos dies insumunt miseri, nihil prorsus eorum q̄ labiis terunt, & toties p linguā uanè effundūt, intellectu cōsiderātes. Verè autē nō est hæc laus q̄ Deum nr̄m decet, nō est hæc decora in eius oculis laudatio, q tota attētione mētis, optimo iure laudandus uenit. Est tñ hoc loco attēdēdum, posse fieri, ut qs sapiēter psallat, & intelligibiliter, iuxta Psalmi monitionē q tñ eorum q̄ profert ore, nihil distīctè intelligat, mō Deum iugiter habeat ante oculos, illiq; tota mētis acie intendat. Sit.n. (uerbi gratia) simplex aliqs aut idiota, qui Psalmos qdē memoriter edidicerit (quēadmodum facere solēt Aegyptii monachi) ut Diuina carmina, & in qbus maxima contineant̄ summi Dei pręconia, non intelligit tamē distinctè Psalmorum uerba, sed tantum nouit ex doctrina patrum, huiusmodi cantica, altissimas domini laudes & ueneranda cōtinere mysteria. Hanc autem ob causam, quoties Deo laudes magnas dicere gestit, cantica ista recitat̄, sciens quoniā in his laudes magnæ cōtineātur ab illumina-

1. Co. 15.

1. The. 4

Mat. 24.

minatissimis Prophetis, & uiris Deo pleni compositæ, cuiusmodi ipse intellectu rudis & hæbes nunquã posset conficere aut proferre. Qui autẽ ista sic recitat, & licet quid dicat distinctè non intelligat, tota tñ mente Deum spectat, & quasi ante oculos Diuinæ maiestatis consistens, eumq; spectatorẽ, & laudum harum acceptatorẽ cõspiciẽs, sic illi offert quę ore pronunciat quasi ꝓtiosissima & ipsi acceptissima dona, hunc nihil dubito ego sapienter psallere. Qđ.n. ore sonat, hoc ipsũ in corde hẽt, nimirũ Deũ & ei⁹ ꝑconia, imò ne hoc dubito, hmõi Psalmorũ & cãticorũ ꝓnunciatores subinde Deo sapientis psallere, q̃ plerią; faciãt eorũ q singulos penè Psal. apices excusserũt & intelligunt. Atq; hæc res magnæ dẽt esse cõsolationi Deo sacratis uirginib⁹, quas ex patrũ documẽtis, & traditione maiorũ, uidemus in sacris cõuentibus decãtare idiomate Latino Psalmos, & aliaoĩa q̃ ad Ecclesiasticũ spectãt officiũ, cũ pleræque ex eis ne uerbalũ qdẽ intelligãt eorũ q̃ legunt aut canunt in tẽplis. Quarũ qdẽ uirginũ deuotum erga Deũ obsequium, ĩpudentes, nõnulli hoĩes plus sapere uolentes, quã sapere oporteat, & in iudicando temerarii, uelut stultum & uanum laborẽ irridere non uerẽt, neque quid dicant scientes, neq; quid dãnent intelligentes. Quòd si quis obiiciat, quonam pacto fieri possit, ut huiusmodi sapienter siue intelligibiliter psallant, cum nihil eorum q̃ legunt intelligant? Dicimus, utiq; intelligere eos quod psallunt Deũ enĩ intelligũt, & in mente hñt, cuius laudes se ore proferre cognoscunt, neq; aliud mente tenent quã uoces sonant: tametsi nõ distinctè intelligãt, quid verba illa sonent q̃ proferunt laudantes. Alioqui, quotusquisque est etiã eorũ q optime latinum idioma calleat, qui cum sacros Psalmos & Prophetarum oracula, aliaq; quæ sunt ex sacris libris Ecclesiastico officio inserta, ex Ecclesiæ præscripto recitat, distinctè oĩa intelligat? aut quis illud ad prudenter sapienterq; psallendum putet necessarium? Nã si hoc quis dixerit, nõ uideo quõ B. Antonius, quõ hoc uetustior senex ille Paulus, quomodo alii sancti eremitæ & anachoritæ sapienter potuerint in Psalmorum decantatione Deo psallere, quos nequaquã putamus singula penetrasse, quæ sunt in sacris libris mysteria. Huiusmodi n. viros arbitramur magis in primo illo suprapositо sapienter psallendi mõ fuisse exercitatos: tametsi nõ sit dubitandum. Diuina dignatione plurimos et scripturarũ difficiles passus illis fuisse patefactos ad intelligentiã, quantum Dño placuit, & expedire uisum fuit. Hæc autem pro simplicium consolatione sunt dicta, minimè tamen ad illorum excusationem qui sola uerba recitare contẽti, corde diuagãtur per castra, ciuitates, & regna, imò & per uniuersi orbis latissima spatia à Deo quẽ ore laudant, corde & mente plurimũ elõgati. Quibus rectè illud conuenit Propheticum, ex ore Domini, Populus hic labiis me honorat, cor autẽ eorum lõgè est à me. ¶ Versu ultimo, Princ. popul. cong. sunt cum Deo Abrahã. Huius uersus põt, ꝓter eã quæ in Elucidatione posita est, et alia dari intelligentia, sic quam principes populorum intelligant iidem qui mox per Deos fortes, nẽpe sancti Apostoli, qui (sicut ex præcedenti Psal. 44. cõstat) principes & reges populorum rectè appellantur, eo quod regendis & moderãdis populis à Deo sint propositi. Hi autẽ principes populorum iã cõgregati, iã simul collecti sunt, cum rege Messia Chro domino iã associati sunt, iã beatitudinis eius intra cœlestem patriã sunt facti participes, & illic iam vehementer eleuati sunt, magnificè exaltati cum eo cuius gloriã in hoc mundo prædicauerunt. Aut ad iudiciariam potestatem, sanctis Apostolis ut principibus populorum concessam sermo referatur. Sunt enim Christo domino ad iudicium exercẽdum associati, & quasi assessores illius facti, quoniam sic mirificè eos ad iã sublimem dignitatem eleuare illi complacuit, ut sicut ipse super sedem sãctã suã residet, ita & illi sedeant super sedes duodecim, iudicãtes duodecim tribus Israel. Et est hoc sanè vtrunq; magni gaudii materia, & iusta ratio plaudẽdi manibus ꝑ lætitia, siue qđ iuxta priorem intelligentiã, iã isti sint introgressi ad Dominum, eiq; in beatitudinis participatione associati

Psal. 29.
Mat. 15.
Mat. 19.

ciati(Spem.n.dat nobis,quòd & nos simi A liter illud simus congregādi,qui obediē-tes fuerimus doctrinæ,eorum quomodo illi obedierunt doctrinæ Domini, & ad ipsum collecti sunt)siue ꝙ iuxta posterio rem intelligentiam,ipsi Apostoli Domi-no sint in iudices & assessores sociati. Magnam enim hoc nostrę fragilitati prębet fiduciam,qui in illorū patrocinio cō fidimus. Cæterùm quod sancti Apostoli hic dii appellentur,id non mirum uideri debet cū in lege ueteri uel iudices solos inueniamus deos appellatos:& ex ore Do mini didicerim⁹ deos appellari, ad quos tantùm sermo Dei factus est Quāto ma gis ergo in pręcellentes Ecclesiarū prin-cipes ,ad quos incarnati verbi sermo fa-ctus est,quibus in carne Deus ipse ore ad os loquutus est,deorum merebuntur ap pellaitone honorari.

## XLVII. PSALMI ARGVMENTVM.

*SVblimi contēplatione raptus propheta,& illuminata mētis oculo futura de ædificatione Ecclesiæ,sanctæ quasi pͥsentia cōspiciēs,in laudē diuinā erūpit,magnū Dñm clamās & nimiū laudabilem in ciuitate quā contēplabatur, magna totius orbis terrarum exultatione ædificari in cuius ciuitatis domibus ait Deū cognoscendū, sicut ēt reges terræ à persequutione cessantes,imò de ea pœnitentiam agēte,sint cōgregandi pariter in fidem & ciuitatē regis magni,regis regū,& Dñi dominantiū. Atq; hęc quidē sex primis uersibus.* Hinc *verò rursum cōsurgit in Dei confessionē,& quasi iā oīa impleta conspiciens quæ ab antiquis tēporibus fuerāt patribus repromissa, sic magnifice gratulat & confitetur misericordias* Domini, *laudēq; eius immēsam in oēs fines terræ,& iusta iudicia,ob ꝗ lætari iubet fideles simul & generalē ponēs exhortationē ad uniuersos, ut cōfluant ad sanctæ Ecclesiæ amplexus,eiusq; gloriā prędicēt posteris enarrēt uniuersā quæ est de Deo Domino ueritatē,& ꝙ ipse director sit populi sui in ęternum.*

## XLVII. PSALMI ELVCIDATIO.

*AGNVS Dominus,& laudabilis nimis.* B

Vere excelsus est dominus Deus noster, & magnus ī omnibus,magnus Dominus,magnus Deus magnus rex,magnus in potētia, magnus in sapientia, magnus bonitate, magnus in duratione,magnus in gloria, neq; ita in cæteris omnibus,quæcunq; illi possunt attribui,& quemadmodum in omnibus præcellenter magnus est, ita est & in omnibus ualde laudabilis:

* *in ciuitate Dei nostri in monte sancto eius.* D præcipue autem & singulari quodā modo in ciuitate sua,& in mōte suo sancto nempę fidelium Ecclesia: quæ per ipsū ut architectum est cōstructa & ædificata, in compaginatione spiritus sancti ex fidelibus hominibus,qui ciues sunt & domestici ciuitatis huius,quæ ēt quasi mōs per fidem atq; charitatem altus est,firmus & immobilis.

Ephes.2. 2 *Fundatur exultatione uniuersæ terræ.* Fundatur autem ista ciuitas , & ædificat C uelut à fundamētis, cum magno gaudio uniuersi orbis terrarū , omnibus qui in illa erunt coædificandi gaudentibus, ꝙ ciues futuri sint tam gloriosæ ciuitatis, & si quis requirat,vbi hæc ciuitas fundetur,& unde ędificetur:

* *mons Sion latera Aquilonis,ciuitas regis magni:*

ecce mons Sion iunctus cum lateribus Aquilonis,efficiunt ciuitatē istam,quam diximus magni regis,Iudæa & gentilitas in vnam Christi fidem conuenientes,Ecclesiam sanctam componunt. Ex his.n. duobus populis,in vno angulari lapide Christo coniunctis , & super hunc ut vnicum fundamentum fundatis,ædifica tur sancta Ecclesia, ciuitas Dei uiuentis. Ibidem.

3 *Deus in domibus eius cognoscetur.* Et licet olim in mundo existens nō fuisset agnitus à mundo, nunc tñ in tempo ris plenitudine agnitus est dñs Deus in 1.Cor.3. domibus ciuitatis huius in Ecclesiis particularibus(quæ per uniuersum orbē terrarū ædificant,tanꝗ dom⁹ magnæ ciuita Ioan.1. tis.i.totius vniuersalis Ecclesiæ)cognit⁹ est

est ut uerus Deus Dominus, atq; ut talis
cœpit adorari:

* *cum susceperis eam.*

postea quam uenit plenitudo temporis, quomodo ipsi complacuit per humanationem ad nos uenire, ad suscipiendum hãc ciuitatem suam qñ ei placuit fieri in
Philip. 2 similitudinem hominum, sicq; Ecclesiã sanctam suscipere inhabitandam, possidendã, regẽdam, defendendam, promouendam, ad eum modum quo paterfamilias in domũ suã adueniens, digno à familia honore suscipit, & rex in suo regno agnoscit, cũ aduenerit ad suscipiẽdũ illud.

4 *Quoniam ecce reges terræ congregati sũt, conuenerunt in unum.*

Ecce n. reges & principes orbis terrarũ, unà cum subiectis sibi populis, iã congregati sunt unanimes, iam pariter cõuenerunt & coadunati sunt in unũ, uno corde & animo suo, colla submittere parati iugo fidei, & in Dei nr̃i ingredi ciuitatem, ecclesiasticæq; unitatis fieri participes.

5 *Ipsi uidentes, sic admirati sunt.*

Modus aũt conuersionis eorum hic fuit, quoniam uidentes signa & prodigia mirabilia, q̃ Dominus per suos ministros sanctos Apostolos operabatur, cum illi placeret Ecclesiam ædificare, sic mirum in modum admirati sunt, de rebus tã stupẽdis & insolitis, tam in uerbo quàm in opere, quæ p homines infirmos fieri uidebant, simul & de mirabilibus illis quę hi ex ore Dei annunciabant.

* *conturbati sunt, commoti sunt, tremor apprehendit eos.*

& cõtemplantes ueritatem fidei atq; uirtutẽ Dei, conturbati sunt intra semetipsos, q sanctum Dei nomẽ ante ueritatis agnitionem ita impietatis uiribus oppugnassent, sintq; ad pœnitentiam commoti salubriter, ita ut quasi timor & tremor in eos irruerit pro honore patratæ pristinæ impietatis suæ.

6 *Ibi dolores ut parturientis:*

Apprehendit quoq; eos dolor uehemẽs, contritionis & pœnitentiæ, quasi ad modũ parturientis, qui & maximus est, & tñ admodum utilis, utpote per quẽ homo in uitam spiritualem regeneretur:

* *in spiritu uehemẽti cõteres naues Tharsis.*

in spiritu uiolento & ualido tu Dñe contriuisti diuitias & superbiã gẽtiũ atq; populorum, in magna uirtute & efficacia, illos ab ĩfidelitate & uitiis suis auersos, ad te fecisti conuerti, eosq; tibi potẽter subiugasti. Insuper & gentiũ idola ex auro nobili (cuiusmodi à Tharsis per naues afferebant) facta, item & auro multo ac p̃tiosis ornatibus onusta, ad modũ nauiũ ex Tharsis aduehentium multas diuitias tu contriuisti & confringi fecisti p uirtutem & efficaciam spũs tui sancti, qui per os sanctorum Apostolorum tuorum magno impetu flãs, illa de sua gloria deturbauit, & prostrauit in terram.

7 *Sicut audiuimus, sic uidimus in ciuitate domini uirtutum in ciuitate Dei nostri:*

Ecce dñe iã vidimus impleta omnia quęcunq; prædicta audiuimus in lege & prophetis de tempore aduentus tui & ędificationis nouæ Ecclesiæ tuæ, & sicut audiuimus ea uentura, ita iam in t̃pis hac plenitudine datũ est nobis ea impleta cõspicere in Ecclesia sancta, q̃ est ciuitas illa q̃ iã diximꝰ magni regis cęlestiũ exercituũ, & ciuitas Dñi Dei saluatoris nr̃i:

* *Deus fundauit eam in æternum.*

quã ædificauit uelut à fundamẽtis, quãq; stabiliuit, & in soliditate sua constituit super firmissimam petram, ipse Deus & hõ homo, ita ut in sempiternum non possit cadere neq; deficere, aduersus quã nec portæ inferi possĩt præualere.

8 *Suscepimus Deus misericordiam tuam:*

Misericordiã tuã, ò Deus quã Abrahę & patribus certissima fide promissam, anteactis sęculis maximo desiderio expectauerãt, & p qua ita uehemẽter suspirauerãt patres nr̃i, hãc nos ĩpleta suscepimus Mat. 16.
hãc nos realĩ adĩpletiõe uidimꝰ exhiberi

* *in medio templi tui.*

in medio Ecclesiæ, quæ est sanctum templum tuum, ita ut iam quasi in medio exposita sit omnibus in tua misericordia quicunq; per fidẽ intra hoc templũ fuerint, sicq; in cõe omnibus absq; personarũ acceptione posita, quicunq; p fidẽ eius uoluerint participes fieri, neq; quisq̃ excludat ab ea, nisi q̃ seipsum exclusei it,

9 *Secundum nomen tuum Deus, sic & laus tua in fines terræ.*

Et pro tanta tua misericordia sic in medio tẽpli tui exhibita, tu es ò Dñe Deꝰ suma

ma & immensa laude verè dignissimus A
Quēadmodū.n.nomē tuū magnum est
Psal. 112. gloriosum,incōprehensibile,& ineffabi-
le,ita & laus tua ò Deus magna est,& glo
riosa nimium: incōprehensibilesq; & in
effabilis,p vniuersos fines terrę, qm̄ à so
lis ortu vsq; ad occasum,sicut magnū est
nomē tuū i oībus gētibus,ita & laus tua
maxima est q̄ nullus sufficiat explicare:
* *iustitia plena est dextera tua.*
specialiter verò laus tibi conuenit de tua
admirabili & æquissima iustitia,qua ple-
na est dextera tua:qm̄ videlicet in summa
iustitia oībus facis remu nerationē, eisq; B
in retribuendo æquissimus , vnicuique
reddens secundum opera sua.

10 *Lætetur mons Sion,& exultent filiæ Iudæ propter iudicia tua domine.*

Matt. 25. Lætetur proinde, & merito gaudeat san-
cta Ecclesia,& fideles quiq; qui p confes-
sionē fidei habitant in ea, pp æquissima
& iustissima iudicia tua, quibus tu agis
oīa,& iudicas de oībus, vnicuiq; reddens
sm̄ proprium laborem & opera:ita infal
libili æquitate,vt neminem sis pro meri
to bonis actionibus p̄mio fraudaturus,
neque econtrario quemquam sis contra C
merita indignum præmiaturus.

11 *Circundate Sion,& complectimini eam.*

1. Cor. 3. Circundate,ò fideles aīæ ciuitatē regis
magni istam beatam , de cuius ædificio
multa diximus, & amorosis amplexibus
cōplectimini eā:nimirū ī qua sola,solus
esse uobis poteri ,& qua oē bonum pro-
cedit : eiq; sic adhæreatis fidei firmitate,
& charitatis dulcedine,vt nunquam vos
patiamini ab eius auelli amplexibus:
* *narrate in turribus eius.*
Pclamate quoq; ò amatores ciuitatis hu
ius,laudes & bona eius palā in turribusD
eius,& sup tecta,in propatulo,præconiza
te eius gloriam,vt ad eius amorem & am
plexus etiam exteros conuocetis.

12 *Ponite corda vestra in virtute eius:*
Firmate corda vestra in Spiritu sācto, q
est virtus ciuitatis huius:& ī hac eius for
titudine,secura ponite, & quasi firma col
locate corda vestra, sp in eius fortitudi-
ne & auxilio confidentes,in cuius virtu-
te etiam maxima quæque poteritis:
* *& distribuite domos eius, vt enarretis in progenie altera.*

& domos eius distribuite,Ecclesias parti
culares in populis & gentibus cōstituite,
ita vt gn̄ationibus sequentibus enarre-
tis,atq; ita semper consequenti ordine
de progenie in progeniem,de generatio
ne in generationem , narrent alii aliis,
priores suis posteris.

13 *Quoniam hic est Deus Deus noster in æternum & in sæculum sæculi:*
Quòd hic ipse quē diximus,dn̄s & rex ma
gnus , ædificator & susceptor ciuitatis
sanctæ,sit verè Deus oīum, & specialiter
Deus noster, Deus fideliū suorum , neq;
id solum ad tp̄s modicum , quemadmo-
dum reges huius mundi reges sunt tpa-
rii, quorum regnum transit & deficit q̄
velocissimè,sed Deus æternus in sæcula
sæculorum,sine fine regnum tenens:
* *ipse reget nos in sæcula.* Psal. 99.
& ipse est,qui nos populum suū & oues
pascuæ suæ(id est,sibi credentes) reget,pa Psal. 22.
scet,deducet, & diriget , quasi pastor bo-
nus & pater misericors,in sempiternum Ioan. 10.
nunquam abiecturus à se curam fideliū
seruorum suorum.

## ANNOT. IN PSAL. XLVII

Versu 2. Latera Aquilon. ciuit. reg.
mag. Per latera Aquilonis rectè in-
telligunt populi gentiū, q sunt quasi in
circuitu Sion, & velut à lateribus terræ
promissionis:q in meditullio terrę fertur
posita,ac proinde q̄ circumiacēt necesse
est ad latera esse locata. Deinde, qa à Iu-
dæa cæpit Euangelica p̄dicatio,p q̄ Ecle
sia sancta fuit ędificata,atq; hinc deriua-
ta est in gentes p circuitum,ēt hac consi
deratione,non inepte populos gentium
latera appellabimus, cōparatione ad Iu-
dęā in qua Sion posita est. Vnde Esaias Esa. 60.
Propheta alloquens in spiritu Hierusalē,
ait,Filii tui de longe venient, & filię tuę
de latere surgent,loquens indubie de cō-
uersione populi gentiū,quemadmodum
ea quę antecedunt atq; sequuntur aper-
te demonstrant. Quod aūt latere Aquilo
nis hic dicantur potius , quàm orientis
aut meridiei,pp frigus iniquitatis & ido
lolatriæ(quod in locis gentium abunda
bat plurimum)dictum vr̄. Vnde & diabo Esai. 14.
lus per Aquilonaris regionis principem
significat̄, de quo apud Esaiam legimus
quod

quod sedem suã in Aquilone ponere & E
in lateribus Aquilonis sedere elegerit.
Sedebo (inquit) in monte testi, in lateribus Aquilonis. Et frequēter de hac Aquilonari parte apud Prophetas mala proferunt. Cuiusmodi est illud Hieremiæ:
Ab Aquilone pādet malum, & alia pleraque hmōi. Alioqui non minus ad orientē aut meridiem populi gentium idololatriæ dediti erant, quā ij qui ad Aquilonarem plagam demorabant. si tm̄ localē situm attendimus: Necesse est ergo, vt sm mysticam intelligentiam ista Aquilonis latera prædicto mō accipiamus. Itaque, F
non solus mons Sion ciuitas est magni regis illa, de qua hic tam gloriosa loquitur Propheta: sed mons Sion coniunctus cum lateribus Aquilonis, populus Iudaicus cum inhabitatoribus laterum Aquilonis, cum populis, qui prius subditi fuerāt princip. Aquilonis, cum populis frigoris, idololatriæ, & oī malitiæ ante subiectis, pariter ciuitatē magni regis cōponunt Et erat q̄dē ante hanc duorū populorū coædificationē eçpia fundati huius ciuitatis pars altera, quç erat Iudæorum
Psal.75. Synagoga: verùm id exultatióne tm̄ erat G
partis terræ, nempè solius Iudçæ. Neq;.n. nisi in Iudæa, tum tpis noscebatur Deus. Postea verò quàm istam vnam ciuitatē, sic ex monte Sion pariter cum lateribus Aquilonis Deo placuit ædificare, factum est hoc exultatione maxima vniuersç terræ: qm̄ iam ad oēs absq; discretione participatio salutis deriuabatur, Apostolica prædicatione in oēm terram exeunte.
¶ Versu 3. Deus in dom. eius cogn. &c.
Quō ciuitas quælibet ex pluribus domibus ædificatur, ita Ecclesia vniuersalis ex particularibus Ecclesijs consurgit atque H
1. Tim. 3 componitur: tametsi rectè ēt tota vniuersalis Ecclesia nōnunquā domus Dei appelletur, quemadmodum Paulus ait, domum Dei esse Ecclesiam. Rectè enim & domus & ciuitas dr̄, domus enim pa/trisfamilias cōpetit, Ciuitas, potius regi: Dn̄s aūt noster, & paterfamilias, & rex so let nominari populi sui. Possent aūt per domos intelligi ēt singulæ fidelium aīæ: in quibus Deus quasi in domibus suis inhabitat. Quòd autē cognoscendus sit Deus cū suscipiet ciuitatē, ideo dictū vr̄,

qm̄ antequā veniret dn̄s rex noster in ciuitatem hanc suam, antequam veniret eā suscipere, & quasi in possessionem atque regnum suum vendicare, non agnoscebatur in populis, neque honore debito colebatur: sed blasphemabatur magis per idololatriam, & oīs generis mala, quibus plenus erat mundus, & summè inhonorabatur Deus. Vnde & Ioannes dicit in Ioan. 1.
Euangelio, In mundo erat, & mundus p ipsum factus est & mundus eum non cognouit. Verùm posteaquā placuit ei venire sm similitudinem carnis in ciuitatem suam ad eam suscipiendam, suç possessioni restituendam, iam agnitus est in populis, & debito susceptus honore ab oībus, quotquot ad vitā fuerant prçordinati: de Ibidem.
quibus subsequenter Ioannes ait, Quotquot aūt receperunt eum (nimirum In propria venientem) dedit eis potestatem filios Dei fieri. Nam quod præcessit, In propria venit, & sui eum nō receperunt, ad eos spectat qui de domo diaboli sunt & Synagoga eius, non de domibus ciuitatis sanctæ. Propter quod ēt signāter dictum est, Deus In domibus eius cognoscetur, nempe in domibus ciuitatis huius regis magni Habet enim & diabolus domos siue Synagogas suas, sed in illis non agnoscitur Deus, donec illius domus permanent, Potest tn̄ ad pleniorem huius versiculi intelligentiam; regis terreni & ciuitatum quæ sub eo sunt, fieri apta comparatio, ad regem istum cœlestem & sanctam eius ciuitatem. Nam sicut rex priusquam regnum susceperit iuxta ritū debitum, & iura patria, priusquam ciuitates in suam fidem, possessionem, tutelam, defensionem susceperit, non agnoscitur vt rex, neq; penitus honorem illi regium hoīes impendunt Cum verò ille adueneerit cui regnum competit, in ciuitates regni sui, easque ingressus susceperit (vt prædictum est) in possessionē, fidem atq; defensionē suā, tum vt rex cognoscitur, tū in honore debito ab oībus bonæ obe- Ibidem.
dientiæ subditis agnoscitur Sic sanè dn̄s rex noster, antequam venisset in mundum, erat quidem verè mundi dn̄s, & omnium mundi partium rex erat verus & imperator, qm̄ per ipsum facta fuerant omnia: non est tn̄ agnitus vt rex & Deus

ab hominibus, qui in mũdo inhabitabãt, neq; regiũ illi honorẽ uoluerunt impendere, sed inuisibilis imperatoris loco, visibilem & corruptibilem creaturã coluerunt commutantes (iuxta Apostoli uerbũ) veritatem Dei in mendacium, & gloriã incorruptibilis Dei in similitudines creaturarũ, quibus maluerunt seruire, q̃ creatori, q est benedictus in secula. Verũ vbi in carne adueniens similis nobis apparuit, seq; ipsum præsentẽ in carne mõstrauit, in similitudinẽ hoĩum factus, habituq; inuentus ut homo, Ecclesiam cõgregans & ædificãs ex omnibus populis tum agnitus est vt rex, Dñs, & Deus uerus ab omnibus quotquot uerè sunt de ciuitate & populo eius, etiãsi plurimi adhuc filii Belial, & de ciuitate diaboli recusent illũ ut uerũ Regẽ cognoscere, donec manũ eius uiolentã in sese pferẽtes, cogãtur cõfiteri nolẽtes, qd mõ cõfiteri renuunt.

Rom. 1.

Phili. 2.

¶ Versu 4 Quoniam ecce Re. ter. cong. sunt, &c. Neminem turbet confusio temporis quæ in his uersibus conspicit, cũ uersu secundo dr̃ tpe pr̃senti, fundãtur, deinde uersu tertio, cognoscetur tẽpore futuro, hoc aũt quarto uersu ac sequentibus, tẽpore pr̃terito congregati sunt, &c. atque iterũ post, uersu sexto, conteres: Hæc n. temporum mutatio, ex libertate est in spiritu contemplantis, quæ tẽporis differẽtias solet plerũq; confundere. Quæ uero hic dñr de regum commotione, cõturbatione, dolore atq; tremore, tametsi in Elucidatione uertantur ad partẽ meliorem, ad salutarem uidelicet commotionẽ pœnitentiæ, licebit tñ & in malam partẽ nihilo forte incommodius exponere, de cõmotione s. persequutionis maximæ, quã cõtra Christi nomen præ ira & furore excitauerunt primordiis nascentis Ecclesię rectores populorum, tametsi illorum potestas ac læua rabies tandẽ spiritus violẽtia deuicta fuerit atque contrita. ¶ Versu 6. Ibi dolores ut parturientis. Secundum intelligentiã, quæ in Elucidatione ponitur, notandum est dolorem pœnitentiũ rectè comparari cum dolore parturientis. Est. n. dolor parturientium uehemẽs quidẽ usq; dum fœtus egressus fuerit, post uerò in gaudiũ cõmutatur, & cũ sit breuis, multã tñ adfert utilitatẽ, utpote postquã fœtus uiuus egreditur, & per quẽ inter uiuentes proles generatur. Atq; ita & dolor pœnitentium nunc quidẽ magnus & vehemens est, & multæ afflictionis, pp qd alio Psalmo de hmõi dr̃, Eunt et ibant & flebant, ueruntamen breuis est, & fructum multo maximum parit utpote per quem homo regeneratur, & denuo nascit, ex filio irę & mortis factus filius gr̃æ & uitæ, ex filio diaboli filius Dei. Est quidẽ pœnitentiæ tp̃s, breue admodum, qd uerò inde consequitur gaudiũ, ęternũ est: iuxta illud Apostoli, id qd in præsenti est momentaneum, & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum põdus gloriæ operatur in nobis. Et quõ (iuxta uerbum domini) partus lætitia oẽm qui in parturiẽdo fuerat, dolorẽ facit obliuisci, sic & consolatio q̃ subsequitur, partim quidẽ in pręsenti tpe maxime tamen futuro, oẽm doloris pristini fugabit memoriam. Mulier, inquit Saluator, cũ parit, tristitiam habet, quia uenit hora eius. Cũ autem peperit puerum iã nõ meminit pressuræ pp gaudium, quia natus est hõ in mundum Et uos igit nũc quidem tristitiam habetis. Iterum aũt uidebo uos, & gaudebit cor uestrum, & gãdiũ uestrum nemo tollet à uobis. ¶ Versu eodẽ, in spũ uehementi cõteres naues Tharsis. Per naues Tharsis in Elucidatione indicauimus intelligi vel superbiam gentium, vel unitatem idolorum, quam vtrãque, in spũ uehementi dñm cõstat aduenientem cõtriuisse. Quare aũt per naues Tharsis intelligamus gentiũ vel regum gentiliũ superbiam eã põt assignari, eo q penè omnis uirtus, s. & regũ & principũ terræ in auro & diuitiis sita est. Non. n. in propria sua fortitudine aut corporis robore ipsi pñt, quæ pñt, sed diuitiis auro, & pecunia subiectos sibi faciũt hoĩes, & mirãda posse uidentur, ita ut ethnicorum poetarum quidã cecinerit, reginam rerũ esse pecuniã, illiq; obedire omnia. Ex historia uerò libri regum didicimus, ex Tharsis aurum optimum & diuitias maximas adferri solita. Vñ & de Salomone & Hirã rege Tyri legim, q classes suas coniũxerint ad illic auehendũ aurum copiosũ: Atq; hinc sumptũ vr̃, vt dicant naues Tharsis, p superbia diuitiarum, p

Ps. 125

2. Cor. 4.

Ioan. 16

3. Reg. 9

copiosis diuitiis auri, argenti, atq; simi- E lium. Verum spūs dñi sua uehementia & uirtute oēs imperatorum & principium simul atq; populorum, quantumuis ditissimorū diuitias deuicit, omnibusq; se potentiorē monstrauit, dū per hoīes simplices & pauperes, illorū cōatus īfregit, atq; ēt iugo fidei illos ipsos tandē subiugauit. Hic autem loquēdi modus, quo dicimus conteri naues Tharsis pro diuitiis gētiū ferè talis est, quo uulgo dicere solemus, euacuari arcas aut crumenas diuitum, cū significare uolumus, exhauriri & cōsumi eorū diuitias: Et si quidem in bonā partē F hāc contritionē exponimus, de salutari cōfractione & prædicta subiugatione intelligimus. Si uerò in malā partē qs malit accipere rebelliū principū frustrationē, & irritos factos eorū conatus, aut etiā eorū iustā diuino iudicio condēnationē intelligat. Cæterum, idola (iuxta secūdam expositionē) naues Tharsis dicimus, primū quidē, rōne materiæ, ꝙ ex auro & preciosa materia fieri solebant, cuiusmodi p naues Tharsis (uti diximus) aduehebant. Deinde, per quādā ironiā sic appellari pōt, eo ꝙ ita multo ornatu essent circunda- G ta, & uariis rerū preciosissimarum ornamētis ita circumposita & onerata, vt naues quæ ex Tharsis aduehebant preciosis rebus erāt onustæ Qua rōne, etiam reges & principes in nimia pompa & superbia gradientes, nō omnino male nūcupare licebit naues Tharsis, eo ꝙ tm̄ uideantur gestare diuitiarum, quantū nauis ex Tharsis adueniens. Posset ēt ad literā intelligi ista cōtritio nauiū Tharsis, & per spūm uehementē uentus ualidus, vt significetur, Deum sua potentia per uentorū (quos in manu sua habet) ualiditatē, post H se gentium fiduciam & regum diuitias facilè cōterere, eorūq; diuitias & ptātē in manu sua habere, & ad nihilū posse cū uoluerit redigere. ¶ Ver. 8. Sus. Deus miser. tuam in medio tem. tui. Qm̄ Dei misericordia humano generi exhibita, quæ uicina est omnibus quicunq; habitāt in ea, idcirco in medio templi suscepta dicitur. Qd. n. in medio est, omnibus qui in circuitu sunt æquè est proximum, quemadmodum centrum in circulo, comparatione ad omnes partes circumferentię p circuitum. Hinc & in alio loco psalmista dicit Dñs operatus est salutem in medio terrę. Cui ēt consonat, ꝙ Simeon iustus in manibus tenens puerulum illum, in quo omnis misericordia nobis exhibita est, canebat dicens, viderūt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciē omnium populorum. Ante faciē namq; omnium populorum idem est, quod in medio omniū. A quo neq; illud abhorret, ꝙ dilectus discipulus ī Epistola d Chrō dño loquens, scribit in huuc modū, Qui est (inquit) propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris aūt tm̄, sed & pro totius mundi. Qd aūt rectè sancta Ecclesia templū Dei dr̄, nemo dubitare debet: quādoqnidē Paulus ēt singulorum fidelium corpora tēpla audet nominare, dicēs. Nescitis qm̄ membra uestra templū sunt spūs sancti, qui habitat in vobis? quātò rectius ergo vniuersam sanctorum cōgregationem appellabimus templū Dei? Non est. n. aliud templum, q̄ domus Deo sanctificata, ad inhabitationem, & cultū debitum in ea Deo exhibēdum. Posset tū in hoc uersiculo distinctius intelligi per misericordiam ipse Christus dñs, q sicut (Apostolo teste) dat' est nobis à patre iustitia & redēptio: Ita nihil dubium, quin & misericordia, atq; (ut iā mox ex Ioanne citauimus) propiciatio, eo ꝙ per ipsū simus adepti diu expectatā & multū expetitā misericordiā. Per medium uerò templi accipi pōt vel ipsa Iudæa siue populus Iudaicus, qui rectè mediū totius Ecclesię dici pōt, ea rōne qua diximus uersu secundo, latera Aquilonis significare populū gētiū, eo qd salus (iuxta uerbū Saluatoris) ex Iudæis orta sit & ex eis oēs gentes pcesserīt p circuitū. Vel ipsum ēt materiale tēplū intelligi pōt, qd in Hierosolimis dño sacrū erat. Atq; ad hunc intellectū ex antiqua institutione, in solēnitate gloriosę uirginalis purificationis uersiculus præsens solet pro introitu Missæ decantari, eo ꝙ tūc memoria agat' illius admirabilis gaudii, q ea. q̄ diximus psens misericordia, id est uerbū factū caro, datū nobis à patre ad mīam, in medio tēpli illius oblata est à parentibus, & suscepta à sene sancto Simeone, & altera ueneranda uidua, nomine Anna, in qbus iota iam

Ps. 73.
Lucæ. 2.
1. Ioan. 2
1. Cor 6.
1. Cor. 1.
Ioan. 4.
Lucæ. 1.

iam Ecclesia post ventura signabat, & in A quibus ipsa Christũ iam suscipiebat suã misericordiã ¶ Versu nono. Secundum nomen tuũ Deus, sic & laus tua Sicut nomẽ Diuinitatis summũ est, atq; ẽt nomen Iesu nomen est sup omne nomen, ita & laus tã Dei patris, quã Chri filij, summa est, & superat omnẽ laudem: atq; ideo recte dr, ꝙ ſm nomen eius sit & laus eius. Nã & apud hoies, ſm nomen unicuique laus & honor cõpetit. Qui.n dñs appellat & pater, huic ratione huiuscemodi duplicis nominis, duplex itẽ honor cõpe B tit Propter qd apud Prophetã dominus expostulat, dicẽs, Si pater sum ubi est honor meus? Et si Dominus, ubi est timor meus? Et verò qui dux est, aut rex, aut imperator, aut aliud huiusmodi, manifestũ est, ſm hæc nomina laudẽ & honorẽ cõ-
Ioan. 10 petere. Cũ ergo dominus noster, ꝑ quem nos tãtã misericordiã suscepimus, sit no-
Heb. 7 bis pater, dominus, dux, pastor, saluator defensor, iudex, pontifex in æternũ, Rex
Apoc. 19 regũ, & dominus dominantiũ, & (quod
Rom. 9. oium maximũ est) Deus super oia benedictus, consequit ſm hæc oia, ipsum esse C in immensum laudabile, neq; laudis aut honoris obsequia nos illi posse ullo pacto cõdigna reddere. ¶ Versu eodem, iustitia plena est dextera tua. Per dexteram Dei plenã iustitia, intelligit Elucidatio Dei retributionẽ, tã erga bonos, quã erga malos, ſm summã iustitiã unicuiq; ꝓ operibus mercedem dispensantem. Idq; admodum conuenienter, qm̃ per dexterã solet fieri donatio & mercedis exhibitio Quicquid.n. damus aut reddimus, aut persoluimus, ꝑ dexterã manum facimus, Et huic expositioni, manifeste satis D ꝯsentit, qd sequit de iudicijs dñi, pp q̃ lętari iubet fideles: Verũtamen posset dextera domini ẽt hoc loco accipi, ſm quod aliàs plerunq; solet, ꝑ Dei potentia & virtute q̃ dr esse plena iustitia, qm̃ sic Deus potentissimus est, ut tamẽ sit pariter & iustissimus qd sane & magnæ laudis materia est, & fidelibus oibus causa magni gaudij. Nã hoium potentiã fere iniustitia solet coinquinare, dum cõtra iustitiã vel innocentes puniunt, uel nocentes absoluunt: sicq; illorũ dextera vacua fit iustitia, & in tyrãnidẽ conuertit potẽtia dex-

teræ eorum. Lõgissime autẽ hoc abest à Dei dextera, ut ulla iniustitia possit in ea contineri. ¶ Ver. 10. Lætet mõs Sion, & exultẽt filiæ Iudæ, Merito sane lętent fideles, ꝑp iudicia dñi, verẽ.n. maxima est causa gaudij oibus, qui piæ ac bonę sunt uoluntatis, ꝙ iudicem talẽ habeãt, qui in ęquitate & iustitia oẽs est iudicaturus, ita vt neminẽ hoium sit absq; demerito per calumniã cõdemnaturus, neq; econtratio quenquã sit peruersum impunitũ relicturus. Neq;.n. tã potens quisquã, tã imobilis aut terribilis possit iueniri, cuius gratia ipse aliter sit iudicaturus, quã expostulet in iustitia: Neq; quisquã tam prudens, astutus, aut callidus poterit inueniri, qui illũ possit uel falsa persuasione deci pere, vel muneribus aut adulationibus peruertere à recto iudicio, ut uel innocens, quisquã ab eo non accipiat bona ꝓmia, vel noxius non recipiat iusta tormenta. Et licet hãc iudiciorũ Dei summã æquitatem hoies impij & puersi sibi male conscij, faciãt sibi doloris causam (ingemiscunt.n. siqñ ista attentius recogitant, mallentq; esse Deũ ut hoiem, quẽ vel minis suę potẽtiæ perterrefacere possent, aut suaui loquentia uel astutia posset decipere, ne recta iudicaret iudicia. Sic.n. spem haberent euadẽdi ęterna supplicia, q̃ iã certò expectãt, & cõsequẽdi bona cœlestia de quib. desperant) filiæ tñ Iudę, fideles aiæ, summã in hac æquitate accipiunt consolationẽ, nimirum hac ex re certissimi, ꝙ suorũ laborũ ꝓmio nõ poterũt frandari, neq; pro ulla re q̃ ipsi non cõmiserint, ultionẽ pati. Nã si nõ essent iusta Dei iudicia, si nõ esset eius dextera plena iustitia, sed ſm ꝑsonarũ acceptionẽ iudicaret, nõ ſm opera, sed ſm affectionẽ aut quẽlibet ꝑsonæ respectũ, ut hõ, uerè miserẽ ageret nobiscũ, & minimum esset pauperculis nobis fiduciæ: maxime, cum omnibus peractis fideliter, & post cõstantem perseuerationem usq; in finem, nec dum certi essemus de beato præmio: ex aduerso verò eos qui in ꝑpetuum uacassent iniustitiæ, contingeret hoc pacto pœnas euadere, & ꝓmia bona cõseq. Pro hac re, si dexterã haberet Deus commixtã cũ in iustitia, lætaret quidẽ. Sinagoga Satanæ, & exultarẽt filij Belial. Mons aũt

Sion lætari debet,& exultare oportet filias Iudæ,pp iusta iudicia dñi.Vnde & in alio Psalmo,in eãdem sententiã dicitur, Cõfiteant̃ tibi populi Deus,confiteantur tibi populi oẽs,Lætentur & exultent gẽtes,quoniam iudicas populos in æquitate,& gentes in terra dirigis ¶ Versu ultimo,Qm̃ hic est Deus Deus noster,& cætera.Nota quòd hic versus secundũ sententiam coniungi debet immediatè cum præcedenti,ad hunc modum, Vt enarretis in progenie altera quoniam hic est Deus Deus noster,&c.Nam,quoniã,non videtur accipi vt dicat causalitatem.sed tantum continuationẽ,nõ ualens nisi ꝙ continuatiue acceptum: ut indicetur id quod sequitur,esse ipsum quod annunciari velit.

Psal. 66.

## XLVIII. PSALMI ARGVMENTVM.

*TOtus moralis est hic Psalmus,uanitatẽ & miseriã peccatorũ pulcherrime ponens ante oculos.In quo præmissa exhortatione,& uelut ad cõcionẽ cõuocatis oĩs cõditionis hominibus,& beneuolẽtia ex dicendorũ utilitate captata,uersu quarto proponit quæstionẽ: quid vez sit,pp quod in die mala,in die mortis atq; iudicij,debeat homo sibi metuere,quã & statim (licet ænigmatice & obscure satis) dissoluit:sub iniquitate calcanei indicans proximi oppressionẽ & supergressionẽ (quæ diuiti bus seculi,& potentibus plurimum solet esse familiaris) ipsum esse pp quod potissimum in die illa timere debeas homo,& merito sane timere,eo ꝙ ab ira diei illius,qui hac calcanei iniquitate cõprehensi fuerint nullo precio poterunt redimi. neq; illius aux.lio liberari sed mortẽ sempiternã sustinebunt,absq; ulla spe euasionis aut liberationis suæ.Atq; hæc quidẽ,octo primis uersibus.A uersu autẽ nono uanitatẽ eiusmodi hoĩum describit,qui non cõsiderantes uentura æterni interius super se tormenta,insipienter & stulte sibipsis per iniustitiã & oppressionẽ superinducunt perditionẽ pro tẽporarijs diuitiis,quas,ue lint,nolint,p mortẽ hinc abeuntes relinquere coguntur aliis,ipsi inhabitaturi ĩ sepulchris & inferni fouea:cũ eorũ domus,quas magno sumptu sibi extruxerãt, de progenie in pgeniem transeant ad possessores diuersos,Vbi obiter uersu duodecimo,quasi lamentãdo deflet, ꝙ dignitatis suæ obliti hoĩes ita rebus perituris inhiãtes,sese iumẽtis æquiparãt mox ad illorũ in fœlicitatẽ & vanitatem rediens describendã,quos p uias suas malas dicit ad infernũ deducendos & à morte deuorãdos,iustisq; uelut scabellũ subiiciendos,& omni destruendos auxilio. Versu aũt decimosexto,ab hac miseria se fore liberũ cõfidenter pnunciat, ac de iniquitate calcanei nihil sibi male cõscius sub sua psona indubiè & alios sui similes,id est,fideles & iuste aĩare uolens,ne supra explicita debeãt metuere supplicia.simulq; exhortationẽ facit iustis oĩbus,ne magnificaciãt quã vident ĩ impio temporalem prosperitatem,ex cõsideratione eius,ꝗ post subsequutura est,æterna egestate & miseria:eo ꝙ neq; secũ deferet verũ suarũ aliquid, neque lumen sit ultra in sempiternũ uisurus,coniectus in exteriores tenebras.Rursumq; illud qd versu duodecimo de humanæ naturæ indigna à semetipsa uilificatione & cõculcatione dixerat,uelut rẽ abominabilẽ nũquã satis dolendã,replicãs,ita terminat Psalmũ optimis cõsiderationibus admodũ fœcundũ,mõ spiritalẽ consequat̃ lectorẽ.Nã prudentibus seculi,aut mũdi sapientibus ueniæ magis videbunt̃,quæ aduersus illorũ pessimas affectiones cũ grãdi terrore proponuntur.*

## QVADRAGESIMI OCTAVI PSALMI ELVCIDATIO.

*VDITE hæc omnes gentes:auribus percipite omnes qui habitatis orbem.*

Hęc quæ ego loquar:audite uniuersi populi uniuersi habitatores orbis ñ solum auribus corporis suscipite,sed etiã cordis auditu interius percipite,intra pectoris arcana & secreta cordis eã condituri Erunt enim quę sum dicturus uniuersis ad bene beateque uiuendum,& salubriter moriendum vehementer conducentia.

2 *Quique terrigenæ & filii hominum: simul in unum diues & pauper.*

Audite (inquã) quicũq; ignobiles de terra nati hoïes,& oẽs filii hoim, siue plebei,siue nobiles, pariter absq; discretiõe

diuites & pauperes, pusilli & magni, & cu-
iuscunq; sitis cõditionis. Aeq;.n. quę sũ
dicturus conducent omnibus, neque mi
nus sunt ut audiantur, diuiti quàm pau-
peri nobili quàm ignobili necessaria.

3 *Os meum loquetur sapientiam:*

Ecce loquar ego per os meum uerba sa-
pientię, per quæ in rebus quę supra ho-
minẽ sunt instruatur quisquis audẽderit:

* *& meditatio cordis mei prudentiam.*

& ex multa ac profunda meditatione cor
dis mei ego loquar doctrinã prudentiæ
per quã in agendis instruentur omnes q
attentis auribus perceperint eam.

4 *Inclinabo in parabolam aurem meam:*

Psal. 48. Quæ autẽ loquar, non à meipso loquar,
sed applicabo prius auditum cordis inte
rius docenti per ænigmata quasi in para
bolis, quasi per uelamen, cuiusmodi est
eruditio omnis interior ex Deo, quæ in
hac uita mortalis suscipitur:

* *aperiam in Psalterio propositionem meã.*

atque vbi ex unctione interiori accepero
tum demum proponam qd proponendũ
fuerit problema meum, aut ęnigma, aut
eruditionẽ quam uoluero, in cantico Psal
mi qd decanto in instrumento Psalterii. C
Nã est hæc uoluptas cordis mei, iu canti
co Psalterii apertius proponere utilitati
hominum, quæ ego ex interiori alloqu-
tione quasi parabolas, per speculum in
ænigmate, accipio.

5 *Cur timebo in die mala:*

Propositio autem quã propono, hæc est,
quidnã sit ipsum, ob qd merito & iusto
timore timere debeat homo in die mala,
in die mortis atq; iudicii Dei hanc propo
sitiõnẽ, quasi basim & cardinem totius
mei cantici propono, circa cuius dissolu
tionẽ totus mei cãtici discursus uersabit. D

1 Thes. 4 * *iniquitas calcanei circundabit me.*

cui quidẽ propositioni respõdere cupiẽs,
illud in primis asseuero, q iniquitas qua
homo proximũ suũ circumuenit & sup-
greditur, quasi calcaneo ipsum supplan-
tans, ipsa est quæ hoĩem circundabit in
die mala, & in nouissimo comprehẽder,
cõstringet, & obligauit in damnationẽ,
ac proinde, eadem ipsa est propter quam
in die mala meritò debeat homo timere.

6 *Qui confidunt in uirtute sua:*

Huiusmodi aũt sunt, q stultã & vanã fi-
duciã habẽt in potẽtia & fortitudine sua,
atq; eorum quos sibi habent subiectos,
per quam nimiam potentiam fit, ut nemi
nem metuentes, audacter conculcent, op-
primant, & supplantent proximos suos:

* *& in multitudine diuitiarum suarum gloriantur.*

& qui uana exultatione lętãtur, & gloriã
tur in abundantia substantiæ & diuitiarũ
suarum, per quam uanã confidentiã, stul
tè existimantes neminẽ sibi posse resiste
re aut cõtradicere, audent nequiter pau-
peres & inferiores suo calcaneo contere
B re, hos (inquam) iniquitas calcanei circũ
dabit, & his in die mala est metuendum.

7 *Frater non redimit:*

Cuius autem rei causam (id est, quare hu-
iusmodi, in die mala sit timendum) faci-
le aduertimus, si illius diei districtionẽ
diligentius cõtemplemur. Ecce.n. in die
illa ne frater quidẽ fratrẽ poterit redime
re, & de angustiis atq; pœnis maximis (q-
bus tũ opprimentur illi, qui nunc alios
suo calcaneo conculcant) liberare:

* *redimet homo:*

& quomodo ullus alius hominum hu-
iusmodi poterit redimere? Nam cum
frater non possit fratrem redimere, quis
alienus id poterit?

* *& non dabit Deo placationem.*

& nõ poterit huiusmodi proximorũ sup
plantator, quãtũuis diues aut potẽs, quic
quam tunc dare Deo, quo ipsius irã pla-
cet, aut manus effugiat, imò neq; frater
quicquam inuenire pro eo poterit, neq;
ullus hominum, quo tũ cira Dei placet,
& ipse è manibus iudicis tremẽdi redima
tur, in quas incidit mortuus in iniquitate
sua. Horrẽdum.n. est sic incidere in ma- Heb. 12
nus Dei uiuentis, & his qui sic in eas inci
dunt, meritò est in die mala timendum.

8 *Et precium redemptionis animæ suæ:*

Et non poterit offerre aut dare Deo ul-
lam rem, per quam possit redimere ani-
mam suam de manibus eius, & de senten
tia ac pœnis grauissimis, in quas incidit
per iniquitatem suam,

* *& laborabit in æternum, & uiuet adhuc in finem*

imò laborabit feretq; grauia, & cruciabi
tur in secula seculorum absq; cessatione
aut fine, in tormẽtis sempiternis, & quã-

quam in æternis cruciatibus sic labora-E
bit non consummetur tamē,nec deficiet
in sempiternum, neque mortem quærēs
inueniet eam, sed in sempiternum per-
manebit in substantia, vt imperpetuum
crucietur in pœna,neque unquam p cru
ciatus deficiet à subsistentia,vt perpetuo
ferre possit tormenta.

*9 Non videbis interitum cū videris sapien tes morientes:*

Miseri aūt huiusmodi supplantatores nō
respiciunt neque attendūt ad interitum
istum æternum,qui eos manet istā sem-
piternam mortem quam experientur,nō F
habent ante oculos,eum vident ēt sapiē-
tes & bonos uiros morientes. Purant.n.
cum etiā bonos & sapientes conspiciunt
morientes,q omnium sit æqua cōditio,
& æqualis sit mors omniū, & arbitrātur
hac rōne,quòd nihil amplius sit præmii
bonis quàm malis,eo quòd ad nihil attē
dant,nisi quod uidēt oculis corporis,ne-
que sciunt ad ventura respicere sed tan-
tum in præsentia defigunt oculos,

** simul insipiens & stultus peribunt.*

scire autem nos oporter, q pariter & in
sipientes atq; incrudeli(qui credunt non G
esse uitam post hāc uitam, neque bonis,
neq; malis indignam remunerationem)
Tim. 1. atq; etiam stulti & uani homines (q licet
credere se dicāt,tn factis negant,& reip-
sa ante oculos se non habere monstrāt)
hi,inquam, pariter in perditionem ibūt
per insipiētiam & stultitiam suam,cū per
mortē a corpore abscesserint. Aequa.n.
utriusque horum erit portio.

*10 Et relinquent alienis diuitias suas:*

Ipsi autem in perditionem æternā hinc
abeuntes,diuitias suas, pp quas conqui-
rendas & coaceruandas in perditionem
& damnationem proiecerūt semetipsos,H
cogentur aliis relinquere, à quibus tam
per mortem sunt prorsus facti alieni,ita
ut nullo auxilio, nullo suffragio,ab eis
ualeant ultra adiuuari,frequenter ēt pror
sus alienis secundum sanguinem & co-
gnationem,dū ignoti & extranei eorum
substantiam diripiunt,ubi vel hæredes de
fuerint, vel defraudari eos contigerit,
certē ipsi unquam ultra post abscessum,
coaceruatis fruentur diuitiis:

*.* & sepulchra eorum domus illorum in æternum.*

& non redibunt amplius de sepulchris,
in quibus eorum corpora posita fuerint,
ut recipiāt relictas diuitias sed in eis p-
manebunt quasi in domibus suis & mā-
sionibus hæditariis resoluendi in cine-
rem atque putredinem,donec ueniat cō-
summatio seculi,& tempus generalis re-
suscitationis omnium:

loca etiā inferni in quo sepultę sint ani-
mæ eorum domus,illorū erunt in sempi
ternum, è quibus nunquā emigrabunt.

*11 Tabernacula eorū in pgenie & pgenie:*

Domus autem & habitacula quæ ædifi- Lucæ.16
cauerant sibi super terrā,quæ tn ipsi non
nisi ut tabernacula breui transcursu inha
bitare permissi sunt, permanebūt & per-
stabūt in plures generationes, & inhabi
tabunt in eis posteri, cū ipsi qui ea ędifi-
cauerunt in sepulchris suis delitescent:

** vocauerunt nomina sua in terris suis:*

nomina sua magna & solemnia facere
studuerunt in terris, suorum nominum
appellationes indentes ædificiis atq; pos
sessionibus suis, à suis nominibus illa
appellantes,vt sic nomen suum immor-
tale redderent.

*12 Homo cum honore esset, non intellexit:*

Sic misere seipsos miseri homines per
sua uitia perdunt & proiiciunt non atten
dentes ad dignitatem conditionis suę,sic
sibi falsam nobilitatem & dignitatem
quærunt,postquam verā quæ in ipsis est
proiecerunt.Cum.n.à Deo in magno ho
nore & magnifica gloria essent creati, ni
mirum ad imaginem & similitudinem
Dei creatoris sui,similes angelis quātum
ad rationalis animæ, q̄ in ipsis à Deo
infusa est,dignitatem sm quam etiam im
mortales sunt,& Deiformitatis atq; Dei
filiationis capaces,non intellexerunt ho
norem in quo eos posuit Deus, neq; co
gnouerūt gloriā ī qua cōditi sunt ab illo:

** comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.*

sicq; obliti suæ dignitatis, cōparauerunt, Ps.31.
æquauerunt, & assimilauerūt semetipsos
iumentis irrōnabilib', facti sunt similes
equis,& mulis in quibus non est rō uel
intellectus dum nō sm spiritus ductum,
sed secundum carnis concupiscentias
bestiarum more, feruntur in sola tem-
poralia

poralia & terrena, nō attendentes, nisi ad A ea quæ sensibus exposita sunt tēporalia, æternorum (quod sensibus non pateāt) prorsus nullam habentes cōsiderationē, quemadmodum irrationabilia bruta, nō
Ioelis 1. nisi in pſentia respiciūt exposita sensib⁹. Sunt etiam in hoc similes facti iumētis insipientibus, quòd sicut cōputrescunt, & fœdantur iumenta in stercore suo, sic & hi in fœditate concupiscentiarū suarū & sordibus peccatorum semetipsos defędant, & computrescunt, ac miserè consumuntur in eis, & quemadmodū iumēta B per omnia ductum sequuntur sensualis appetitus, utpote superiorem non habētes rationem, sic & homines isti carnis affectum sequuntur, frustra reclamante rōne, secundum quam appetitum sensualem frænare debuerant.

13 *Hæc uia illorum scandalum ipsis:* Hæc est uia, hic est modus operationis & vitæ ipsorū, in oī irrationalitate & sensualitate, pecudum more, quæ ipsis erit in scandalū & ruinā sempiternā, nimirum causa iustæ condemnationis eorum, per quam præcipites dabuntur, & ruent in C profundum inferni:

* *& Postea in ore suo complacebunt.* & posteaquā ita suā iniquitatis & iniustitiæ uiā cucurrerint, postquā suas prauitates bene perfecerint, adhuc ī ore suo seipsos iactitant atque collaudant, quasi re bene gesta propter impœnitentiā & obstinationē, in malitiis suis gloriātes, atque seinuicem etiam in malefactis cōmendantes.

14 *Sicut oues in inferno positi sunt:* Propter hoc in infernum detrudent & cōcludentur, ut esca sint diaboli, & ignis D æterni, quomodo oues occisionis in stabulis ponuntur, & conclusæ seruantur, vt mactentur atque edantur:

Apo.20. * *mors depascet eos.* illic autem non ipsi pascentur, ut in mūdo pasti fuerant terrenarum rerum abū
1.Cor.6. dantia, sed econtrario depascentur, uorabuntur, & consumentur à morte sempi-
Ps. 149. terna, comedentiq; eos dānatio, mors, & diabolus: morte æterna mordebuntur, atque cruciabuntur in secula.

15 *Et dominabūtur eorū iusti in matutino:* Iusti aūt quos hic suo calcaneo oppresse runt, accipiēt super eos dñium & exaltationem, etiam iudices constitui impiorum oppressorum suorum, habentes in manibus suis gladios ancipites, ut faciant una cum dño suo iudicium cōscriptum in eis, ita (inquam) dominabuntur 1.Cor.4. eorū, tunc cum exortus fuerit post tenebras huius tpis dies dñi clar⁹ & lucidus, qui illuminabit abscondita tenebrarū, & occulta producet in lucem, quemadmodum fieri solet, cum post tenebras, matutino tempore, solis fulgor aduenerit.

* *& auxilium eorum veterascet in inferno à gloria eorum.* & auxilium eorū oē quod à gloria sua, potentia atq; diuitiis habuerant sup terrā, auferetur, atq; deficiet ab eis in inferno positis, neq; ulla res erit, q̄ ipsis possit vltra ferre auxilium, vbi semel in hunc lacū descēderit, ī quo nulla est redēptio.

16 *Veruntamen Deus redimet animam meam de manu inferni:* Quanquā autē ita sciam impios homines in has deuenturos esse miserias, spē Iob. 17. tñ firmā habeo in Dei misericordia, & bonæ ɔsciētiæ testimonio secur⁹, ꝙ meā aīam liberabit Deus de manu inferni, & saluabit de potestate mortis atq; diaboli.

* *cum acceperit me.* tunc cum ei placitū erit suscipere me ex hac uita corporis, & accipere à me spūm meum Firmissimè.n. confido, ꝙ cum illi placitū fuerit me trāsferre de uita hac mortali, nō patiet animam serui sui venire in loca tormentorum deputata impiis, sed in locum gaudii æterni magis transferre seruos suos.

17 *Ne timueris, cū diues factus fuerit hō:* Te uerò moneo, quisquis iustitiam diligis & oppressiones forsitā ab impiis sustines, ne timeas, neque admireris quasi magnū aliquid, neq; cōturberis pro hoc, si uideas quēpiā tēporaliter diuitem factum abūdare rebus oībus temporariis:

* *& cū multiplicata fuerit gloria dom⁹ ei⁹.* & ne magni æstimes, cum videris gloriā domus eius (id est, diuitias, possessiones, familiā, & honores ipsius) multiplicatā esse, aut creuisse uehementer, cum multis diuitiis uideris abūdantē, aut multis ornatum honoribus, & aliis huius mundi prosperitatibus affluentem.

18 *Quoniam cũ interierit non sumet omnia:* E
Nec magni hæc æstimet (inquã) qm̃ oĩa
hæc quæ uides, necesse erit illũ uelit, no-
lit, in hoc mundo relinquere, cũ per mor
tem emigrabit anima è corpore, neq; po
terit quicquam eorum secum deferre, q̃
hic possidet, sed queadmodum nudus ex
utero matris egressus est, ita & nudus re-
uertet in terrã, descendetq; in infernum:
Iob. 1. * *neque descendet cum eo gloria eius.*
neq; poterit cũ eo descẽdere, siue fm cor
pus in sepulchrum, siue fm aĩam in infer
num gloria huius seculi, neque substan-
tia, neque possessiones, neque honores, F
neq; fama, neque potestas, neque aliud
quicquam eorum in quibus fuerat in ui
ta sua uane gloriatus.
Lucæ 12. 19 *Quia aĩa eius in vita ipsius benedicet:*
Qm̃ quidẽ benedicet aĩę suę in uita sua,
blandiet animæ suæ, & inuitabit eam, iu
bebitq; comedere, epulari, bibere, atque
deliciari in patria diuitiarum abundãtia,
Lucæ 6. suscipiet ẽt ab aliis sibi similibus benedi
ctiones. i. adulationes & blãdas assenta-
tiões, queãdmodũ facere solẽt parasiti di
uitibus, & benedicent eis oẽs homines.
* *confitebitur tibi cum benefeceris ei.*
& cõmebitur tibi, & laudabit te qsquis
es qui illi benefeceris, uñ laudem & con
mendationem, uel solo uerbo gratiarũ
actionẽ accipies, q̃squis es qui illi vel vl-
lius muneris donatione, vel obsequij
exhibitione, impẽderis bñficiũ. Putãt. n.
ob gloriam diuitiarũ suarum, oĩa sibi ue
lut debita esse, propter qđ magnũ putãt,
si uel gratias agãt ꝑ accepto beneficio.
20 *Introibit usq; in progenies patrũ suorũ:*
Licet aũt nunc in hac uita sic floreat im
pius, ueniet tñ tp̃us mortis eius, qñ appo
netur ad patres suos, & accedet ad illos H
in infernũ, quorum in uita imitatus est
prauitates, qñ ẽt patri suo diabolo & an-
gelis eius in tormentis associabitur:
* *& vsque in æternum non videbit lumen,*
Matt. 25 ac tunc quidẽ in tenebras exteriores con
iicietur, in caminum ignis, ubi in æternũ
lumen non uideat gloriæ Dei, sed in sẽ-
piternis degat tenebris atque horori-
bus, in damnatione æterna.
21 *Homo cum honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.*

Concludens hũc meæ propositionis tra-
ctatum & Psalmum, illud gemẽs repeto,
quòd non attẽdentes homines ad hono Iob 10.
rem & nobilitatem cõditionis suæ, seip-
sos nimium deiiciunt, dũ se miserè æqui
parant, & similes faciunt bestiis rõnis
expertibus & illis se per carnis cõcupiscẽ
tias & rerum tẽporalium auiditatem as-
similant, suæ dignitatis nullã habentes
rõnẽ. Hæc etenim res est, propter quam
meritò in die mala timere oportet. In
huius rei cõsideratione, uera est sapiẽtia
& prudẽtia, quã ab initio pollicitus sum
docere omnes attendentes meo cantico.

## ANNOTA. IN PSAL. XLVIII.

Versu secundo, Quiq; terrigenę &
filii hoĩum. Inter duas illas copula
tiua coniunctione iunctas particulas, nẽ
pe terrigenas & filios hominum, ex He-
bręo apparet talẽ esse differen tiã, ut pri
mũ plebeios designet & ignobiles, quos
ẽt ethnicorum literæ, terræ filios nõnun
quã appellare solent, quasi nulla natiui-
tatis suæ origine insignes, fm uerò nobi
G les & egregios, insignibus ortos natali-
bus. Aut ut primũ ad malos & terrenos
homines, fm uerò ab bonos, & fm rõnẽ
bene uiuẽtes referatur. Nam in Hebręo
priore loco dr̃, Filii Adã, secundo autem
filii Isi. Rectè autem ad auditum horũ
quæ in Psalmo isto proferuntur, oẽs cõ-
uocat cõcionaturus Propheta. Nemo. n.
est siue diues, siue paup. nobilis siue igno
bilis, ad quẽ non ista attineant. ¶ Versu
quarto, Inclinabo in parabolã aurẽ meã.
Per parabolã in Elucidatione intellexi-
mus doctrinam quã interius magisterio
Dei cordis aure accipimus, quæ propter 1. Cor. 13
obscuritatem donec non facie ad faciẽ
cõtẽplamur qđ discimus, sed tãtum per
speculum uidemus in ænigmate, nõ ma-
le prouerbiũ, similitudo, aut parabola di
citur, quãuis alii ob hoc putent diuinã
sapientiã dici parabolam siue prouerbi- 1. Cor. 3.
um, quòd sapientia Dei est stultitia hu-
ius mundi. Quasi. n. in prouerbium, & in
derisionẽ sunt carnalibus & mundanis
hominibus, quæ docet interior spiritus
vnctio, iuxta quod Paulus ait, verbũ cru- 1. Cor. 1.
cis pereũtibus esse stultitiam, Iudæis ve-
rò

rò ēt scandalū, quēmadmodum econtra-rio, spūalibus hoībus sapientia mundi, parabola, prouerbium, & stultitia est. Vr tū prior intelligentia commodior, quam & beatus Augustinus approbat. ¶ Versu eodem, Aperiam in psalterio propositionem meā. In secunda parte versus, quod Latinè habemus propositionem, Græcè habet problema: ex Hebræo aūt vertunt beatus Hieronymus, atq; ēt posteriores interpretes, ænigma. Ex quo vr̄ hic propositio vel problema significare quæstionem obscuram, & multis ad soluendum difficilē, cuiusmodi est ea quæ versu quin to statim subiungitur: Cur timebo in die mala? Oīno enim magna & difficilis hęc quæstio est, bene ænigmatica, & obscuritatē magnam habens, quam sapientum huius seculi plurimi inuenire nesciērūt, dum alij maxime timendā tradiderunt egestatē ciborū, potuum, honorū, possessionum, diuitiarum, sanitatis, atq; aliarū hmōi rerum transeuntium, in quibus cū locarint fœlicitatem, recte cōsequutio infertur, contrariā fœlicitati miseriam siue infœlicitatē eos in prædictarū rerū defectu constituisse. Quid aūt verè sit timendum, & quid sit quod ad verā miseriā, nēpe æternā, hoīem perducat, minime inuenerunt, atq; ita, nec quid verè timendū, sit cognouerunt. ¶ Versu 5. Cur timebo

Psal. 40. in die mala, De die mala, ēt Psal. 40. dictū fuit, eum qui super egenum & pauperem intelligit in die mala liberandum. Dr̄ aūt dies mortis vel potius iudicii, dies mala, non quidem bonis, sed impiis, quibus (iuxta Prophetarum oracula) erit dies vltionis, dies interfectionis, dies tribulationis, dies tenebrārū, dies magnus, terribilis & crudelis, dies furoris, indignationis, & consummatæ iracundiæ Dei. His .n. atque aliis hmōi terribilibus noībus, passim diē istā inuenimus in scripturis nominari. Quòd aūt qōnem proponit sub prima psona, dicens, cur timebo in die mala? & deinde ēt solutionē similiter ponit, dicens. Iniquitas calcanei mei circundabit me, nō ita accipiendū est, quasi de sua ipsius psona, spūaliter moneat qōnē, aut subiungat respon siuā enunciationē, sed iuxta modū cōsuetū loquendi, sub suæ psonæ expressione generalē intendit sermonē, quemadmodum si dicā ego interrogans, Quid est, quod me pōt facere acceptum Deo meo &, Quid est, quod me pōt facere Deo detestabilem? ac deinde rñsionem subiungā. Operationis bonæ studium me comendatum faciet Deo, mala aūt opera me facient ab illo haberi odio, sic loquens non de mea ipsius rñ personā intendo, neq; qōnem neq; respōsionem: sed sub expressione huius meæ personę, sermonē intendo generalem de oībus hoībus. ¶ Versu eodem, Iniquitas calcanei mei, Iniquitatem calcanei in secunda parte versus exponit Elucidatio iniustitiā calumnię siue oppressionis, aut deceptionis, qua quis (iuxta Apostoli dictum) circumuenit aut supergredit fratrem, eo q hoc mō velut opprimatur cō culcet, aut supplantet proximus. & quasi sub calcaneo terat atq; premat. Cui intel ligē iæ aptè videnī sequētia oīa ɔsonare, in quibus de diuitibus huius seculi fit sermo, qbus hoc vicium admodum est frequens & familiare. Similiter & illud consentit, quod apud Ioannem de Iudæ supplantatione loquens dñs ait, Qui mā ducat meum panem, leuabit super me, vel contra me calcaneum suum, pro quo vulgata Psalmi lectio Gallicana habet, Magnificauit super me supplantationē. Psal. 40.
Vnde patet p hanc calcanei leuationē, & deceptionem intelligi. Similiter loquitur in Genesi fraudatus per Iacob bene- Gen. 27.
dictione paterna Esau, cum se à fratre secundò deceptum atq; circumuentum, significare volens, eiulando dicebat, Rectè vocatum est nomen Iacob Supplantauit .n. me, en altera vice. Primogenita mea ante tulit, & nunc secundò surripuit benedictionem meā. Attamen posset generaliter hęc iniquitas calcanei intelligi de omni peccato omniq; malitia conuersationis humanæ: vt sic dicat iniquitas calcanei, iniquitas quę operaī hō, & velut p quā ambulat. Oīs .n. iniquitas quā calcat hō siue perambulat, circundabit eū, id est, irretiet, & quasi nexibus quibusdā inuoluet ad æternā damnationem. Posset insup per hanc iniquitatem calcanei intelligi peccatum, in quo quis ad finem vsque & mortem perseuerat, & in quo quis moritur, eo quòd calcaneum sit vltimum

timũ hoĩs, quo terrã cõtingimus, queãd- E modum dicere solemus interdũ, à capite vsq; ad calcem, pro eo qđ est, à principio vsq; ad finẽ. Hæc aũt iniquitas calcanei, hæc finalis, & ad finẽ vsq; sine pœnitẽtia in hoĩe pseuerans impietas, ipsum in die mala est indubie circundatura. Primã tñ intelligentiã solã, vt potiorẽ, sequit̃ Elucidatio. ¶ Versu 6 Qui cõfidunt in virtute sua, &c. Dũ hic statim ad tertiã psonã trãsit, postquã sub prima dixisset, iniquitas calcanei mei circundabit me, significat (qđ paulo ante diximus) ẽt prius sub prima persona generalẽ se voluisse habere F sermonẽ: cuius rei consideratio absurditatẽ quoq; tollit malæ connexionis, quæ prima facie vr̃ inter hunc versum & pcedentẽ. Nã licet fm vocẽ diuersitas videat̃ esse psonæ, cũ in quinto versu, sit psona prima in sexto aũt tertia, fm rẽ tñ patet esse conuenientiã, qm̃ quantũ ad snĩam, ẽt in quinto versu de oĩbus in genere tacite fit sermo sub expressione primę personæ. Notandũ aũt, qđ non dicit simpliciter, q potentes sunt aut diuitias habẽt, sed tm̃ qui confidunt in virtute sua, & in multitudine diuitiarũ suarũ glorian̄t G Non. n. oĩbus diuitibus aut potentibus iniquitas calcanei conuenit in compre-hensionẽ & obligationẽ, sed illis qui spẽ suã ponunt in eis, sic vt p suã potentiam atq; diuitias nihil formident diuina iudicia, neq; magni æstimẽt proximis suis iniustitiã & calumniã facere. De hmõi. n. Psalmus potissimũ loquit̃. ¶ Versu 7. Frater non redimit, redimet hõ? Per fratrem intelligunt aliqui peculiariter Christũ Dñm, qui frater dignatus est fieri totius generis nostri, qñ ipsi placuit similẽ nobis humanitatis formã assumere, atq; H ita in filios Dei nos promouere: Sic. n. frater noster factus est primũ quidẽ, ratione assimilationis suæ nobiscũ in forma humana. Deinde ẽt ratione adoptionis nobis collatæ, & rõne assimiliationis nostræ ad ipsum fm gloriã diuinitatis. Qñ n. nobis potestatẽ dabat filios Dei fieri, simul & nobis potestatẽ dabat fieri fratres ipsius Nã eiusdem patris filij fratres sunt Christus ergo nos sibi fratres fecit, cum eiusdẽ patris, cuius ipse est filius naturalis, nos fm adoptionẽ, filios constituit. Propter qđ post resurrectionẽ dicebat mulieribus, Ite, dicite fratribus meis. Et iterũ Ascendo ad patrem meũ, & patrẽ Heb. 2. vestrũ. Vñ & Paulus Apostolus, Non confunditur (inquit) fratres eos vocare, dicẽs, Psal. 21. Nunciabo nomen tuũ fratribus meis, De hoc ergo fratre sic intelligunt præsentem locũ Christus dñs qui est frater totius humani generis, nostri amantissimus, ne ipse quidẽ hmõi proximorũ supplantatores, & charitatis violatores est redempturus à morte aut dãnatione. Non. n. illis veniet salus Christi, neq; salutis effectum in illis habebit preciosa mors eius: & qs alius hõ poterit illos redimere? Certe nemo, postequã frater ille non redimit, q à morte solus saluare potens est, & redimere venit vniuersus credentes. ¶ Versu codẽ, Non dabit Deo placationẽ suã, In secunda parte versus huius 7. placatio neutraliter accipit̃, pro re qua placare vel placari quis potest: potestq; exponi actiue vel passiue. Actiue sensus erit, Non poterit homo dare Deo quicquam, quo sibi eum placet, aut placatum reddat. Passiue autem sensus erit, Non dabit Deo quicquam, quo placetur sibi Deus. Similiter & suã relatiuum, facit sensum diuersum. Vel ei refert Deum, vt sit sensus, Non poterit homo quicquam dare, quo ipse Deus placetur. Ac sic quidẽ manifestũ est quasi passiue accipi debere placationẽ. Si verò referat impium, de quo fit sermo, sensus est, Nõ dabit quisquam Deo placationẽ ipsius, siue pro ipso, hoc est, nihil dare poterit hõ, p quod ipsi impio (in quo iniquitas calcanei inuenta fuerit) Deus valeat placari. Erit. n. erga illũ ira Dei oĩno implacabilis. Quantum aũt ad verbum dabit, põt esse sensus, Frater vel hõ non dabit Deo placationem suã pro impio videlicet circundato iniquitate calcanei, vel ipse impius circũdatus iniquitate calcanei, nõ dabit Deo placationẽ p semetipso, &c. ¶ Versu 8. Laborabit impius in æternũ, qm̃ & hic in vita tpali solicitudines, labores, molestias, timores, & mille incommoda sustinet pro rebus tpalibus, siue acquirẽdis, siue augmẽtandis, siue cõseruandis, In futuro aũt seculo, tormenta grauissima perferet, & ea quidem nunquam finienda. Notãdũ enim

.n.est qm̃ nõ solũ laborare dr̃ hõ, cũ aliqd difficilis operis fecit, cui sit adiuncta difficultas & molestia siue fatigatio, uerumẽtquoties difficilia ꝑpetimur,ęq; laborare dicimur,ètsi nihil agam' operis. Secũdũ quẽ modũ Ecclesiastes se asserebat cõpertisse,oĩa q̃ sub sole sunt laborem esse & afflictionẽ spũs:laborẽ indubiè ꝓ molestia, vexatione, & afflictione accipiẽs. Similiter & Paulus, Apostolus, molestias,tribulationes atq; ꝑsequutiones sustinere,frequẽter laborare appellat. Itaque,ètsi ab omni opere essent ociosi impij in hoc sęculo,dnr̃ tñ laborare. Et ĩ fu B turo,cũ ab omni opere erũt ociosi, qa ĩñ ꝑferẽdis malis erũt pleni,& sup pleni & semp pleni,rectè laborabũt in æternũ. Et quanq̃ sp laborabũt,sp mala maxima sustinebũt,uiuẽt tñ in sẽpiternum:qm̃ Dei potentia,semper in uita cõseruabunt̃, ut semper laborẽt,ut semper crucient̃. Erũt .n.immortales'& incorruptibiles, mali æquè boni:& sicut hi uiuẽt adhuc ĩ finẽ, in ęternũ perstabunt imortales, ut semp gaudeãt,semper cõuenient̃ in mẽsa agni ita illi semper viuent:ut semper crucient̃ & laborẽt in lacu serpentis antiq. Terri- C bile aũt est,quod hic de impiis supplantatoribus cõiuncti dr̃,ꝙ in ęternũ uiuẽt, & in æternũ laborabunt. Nã si tãtum diceret̃ laborabunt,& viuent̃ in æternum, spẽ possent audiẽtes cõcipere, ꝙ solũ ad tẽpus aliquãtum essent laboraturi,ac deinde vita sempiterna absq; laboribus uicturi:quẽadmodũ nõnulli errorũ magistri,olim cõmẽti sunt,quos satis Euangelicus sermo redarguit,dicens impios in suppliciũ æternũ,& in caminũ ignis inextinguibilis proijciẽdos. Aut si tm̃ diceD ret̃. Laborabũt,& viuẽt existimare possẽt de labore in hac vita fieri sermonẽ,nullã aũt post hãc vitã,aliã expectãdã, in qua labor ipsis esset metuẽdus,quẽadmodũ brutales hoĩes plurimi somniãt. Atque hinc sanè parũ terrerent̃ cũ ẽt labores illos,quos supra diximus,impij sibi dulces & suaues reputẽt. Nunc verò,dum utrobique ęternitas determinat̃,dr̃q; & laborabunt in æternũ,& uiuẽt in æternũ, auferetur spes oĩs vel per mortẽ,uel per tẽporis lõgitudinẽ effugiendi æterni supplicii. Quòd si iterroget qspiã;si hic impij dñr

A victuri adhuc in finẽ,id est, in æternum, quur ergo bonis peculiariter in ꝓmium addiceant sacrosancta Euãgelia vitã æternã? Qũo n.bonis in ꝓmiũ ꝓponit̃,quod ipsis cõmune asserit̃ cum reprobis? Pro pter huius q̃stionis solutionẽ, præmiserat ꝓpheta,laborabit in æternum, & uiuet adhuc in finẽ. Laborare aũt in æternum & niuere,verius in æternum mori est,qnã in æternum uiuere. Nã & ipsa impiorum uita æterna,mors æterna est. Viuẽt.n.in morte:& ad hoc semper niuent corporis & aĩę subsistẽtia,ut semper moriant̃ dãnatione & cruciatu. Nunquã eis vita deficeret,ut nunquã derelinquantur à morte;vt mortẽ nequeãt effugere,nũquã uita decedet ab eis iustorum verò æterna uita ad hoc erit,vt nunquã valeãt mori,utq; in ꝑpetuum mors sit elongata ab eis. Neq; qsquã est fide instructus q ignoret distinctionẽ beatæ huius vitæ æternę bonorum,ab illa infœlici malorũ. ¶ Versu 9. Simul insipiens & stultus peribunt. Insipiens & stultus in Elucidatione ista distinguunt̃,ut insipiẽs eum signet,q nõ sapit,neq; sentit de veritate,de Deo,ac diuinis rebus,ut oportet:ut infideles hoĩes q nõ credũt iustitiã Dei:cuiusmodi sunt pleriq; diuitum,& potentum sæculi, qui sibi psuadent,non fore post hãc vitã talẽ iustitiæ remunerationẽ,qualẽ sacræ literę testant̃ Stultus autem dr̃ quãtum ad agenda,qui nõ agit q̃ oportet,ètsi sciat & sentiat vt debet cuiusmodi sunt plerique nomine tm̃ Christiani, qui cum intellectu veritatem agnoscant,opere tñ uanitatem demõstrat, & uani sunt: cuiusmodi etiã erãt illi de quibus dicit Apostolus, Rom. 1. qd cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt,sed euanuerunt in cogitationibus suis. Qui tñ distinctionẽ istã uanã esse cõtenderet,& idem asserere verbis diuersis ad exaggerationẽ rei bis positum,hic poterit ꝓpositum sermonem ita accipere ac si dicat̃,insipientes & stulti oẽs peribunt:hoc est (quẽadmodum iuxta uulgatum loquendi modum dici solet) insipiens vnus cũ alio,siue stultus cũ stulto,pariter oẽs ꝑibunt. ¶ Ver. 10. Et relinquẽt alienis diuitias suas. Qũo alienis relinquãt,diuitias suas impij,satis in Elucidatione mõstratur. In eo aũt qd sequitur.

tur, Sepulchra illorũ, domus illorum in E æternũ, notãdũ est, duplicẽ latere intelligentiã. Aut n de sepulchris terrenis dictũ accipimus, quãtum ad corpus, aut de mãsionibus inferni in quibus sepeliunt dãnati, iuxta quod in Euangelio de epulone diuite legimus, ꝙ sepultus fuerit in inferno. Clarum aũt est illic sepulchra im
Luc. 16. piorum esse, ubi fuerint sepulti. Est tñ in duplici ista intelligentia hæc notãda diuersitas, ꝙ ẽm priorem oporteat accipere particulatim in æternum impropriè, nõ vt significet pfectã æternitatẽ, sed tempus vniuersum usq; ad consummationẽ sæculi. Nã si pfectã æternitatẽ significaret, cõ F sequeretur non esse impios de monumẽtis prodituros in nouissimo die: qđ ma-
Ioan. 5. nifeste aduersat verbis domini, dicẽtis: Amen dico vobis, quia uenit hora, quando omnes qui in monumentis sunt, audient uocem filij Dei, & procedẽt qui bona fecerunt in resurrectionem uitæ: qui verò mala, in resurrectionem iudicii. At verò iuxta alterã intelligentiam, quæ de mansionibus loquitur inferni particula in æternum, perfectam signat æternitatẽ. Mansiones. n. infernales, erunt domus & habitacula impiorũ in æternum. ¶ Versu G 11. Tabernacula eorum in progenie & progenie. Diligenter notandum, qđ in priore versu dixit impiorum sepulchra esse domos illorum, & domos æternas. Hic verò habitacula super terram extructa posteris relinquunt, non domos appellat, se ł tabernacula. Non. n. uacat mysterio, ista in loquendo discretio. Rectè. n habitacula, in quibus super terrã homines inhabitant, tabernacula uocãtur, qm minimum temporis in eis permittũtur demorari, neq; ulla in eis fixa aut sta H bilis mansio est. Frequenter. n. contingit ut mox postquã ædificata fuerint diuinũ palatia, morte absorbeant, imò nonnunq̃ & priusquã ad perfectum structura fuerit perducta, coguntur q;, velint nolint, erecta multis laboribus & sũptibus palatia posteris derelinquere: neq; eis inhabitandi illa facultas, aut tẽpus cõceditur. Et si conceditur, certè breue nimium est qđ conceditur. Plerunq;. n. hoies ad multam ætatem deuenisse cernimus, priusquã eri gant ædificia: atq; ita fit, ut mox post cõsummationem cogantur loco cedere. Deinde, quoniam impij, uelint nolint, aduenas se cõfiteri debent super terram & peregrinos, non habent autẽ aduenę ciuitatem manentem ubi aduenę sunt, neq; domum fundamẽta habentem. Et iterum Hebr. 11. qm militia est vita hoĩs super terram, non habent autem qui in militia degunt fixas domos, sed in tabernaculis Iob. 7. agũt, idcirco rectè impiorũ domus, non domus, sed tabernacula ẽm veritatem appellabimus. Sepulchra verò illorũ, siue terrena, siue infernalia, rectè illorum domus dñr pp stabilem & longissimam in eis mansionem. Nemini enim regũ aut potentum concessum est tanto tempore inhabitare suum palatium, quã cogunt inhabitare sepulchrum, vel infernum. Secunda autem pars huius versus, Vocauerunt nomina sua in terris suis, ẽm eã sententiã accipienda est, quã exprimit aliquãtò clarius beati Hieronymi ex Hebræo versio, habens in hunc modum, uocauerũt nominibus suis terras suas. Huius autem rei patet exemplum in regibus nonnullis, quorũ nominibus ẽt ciuitates, & loca insignia legimus appellata queãdmodum Cæsarea Philippi (de qua fit in Euangelio sermo) in honorem Cęsaris, Cęsarea nominata est: ab ipso autẽ eius ædificatore, siue renouatore, Philippi dicta est, Sĩliter Roma, à Romulo. Ita castra & domus q̃libet insignes, à suis ædificatoribus plerumque denominãtur: queãdmodum apud Louanienses arx Iulij in hodiernum vsq; diem, ab ipso ædificatore Iulio, antiquam obtinet appellationem. ¶ Versu 12. Et homo cum in honore esset, non intellexit. Solet uersꝰ iste plerumq; ad totius generis humani naturã eiusq; lapsum, & à statu innocentię deiectionem peculiariter applicari: qm videlicet cum in summo honore esset homo, à Deo cõditus in originali iustitia, in oĩmoda rectitudine, ab oĩbus miserijs corporeis, quibus nunc subiacemus alienus, nõ attendit ad dignitatem suam, & ad Dei voluntatem ut permaneret in ea: sed oblitus sui, comparatus est iumentis & illis assimilatus est, eisdem subiectꝰ miserijs, quibus illa subdita cõspicimus: factus similiter ut illa, mortalis, famelicꝰ

sitibun-

sitibundus, fatigabilis, æstu & gelu passibi A lis, variisque morbis, ac corruptionibus obnoxius, assimilatus est est illis, quantũ ad sensualitatis, peruersum dñium, quæ ab ipsa transgressione cœpit suã in hõis corpore exerceret tyrannidem, brutales motus frequenter contra rationis imperium in carne exuscitans, & confundens atq; perturbans oĩa, quæ ante præuaricationẽ summa fuisset & iucundissima omnium virium inferiorum obedientia, sub rõnis & voluntatis imperio. Deniq; cæcus factus est hõ per transgressionem, & cœlestibus rebus capiendis per vitiorum B turpitudinem minime idoneus: brutorũ more sola spectans præsentia, non attendens in futura. Et hæc quidem recta & bona sententia est. Veruntñ ad propositum Psalmi, rectius ad singulos impios, Dei imaginem, quam in se gerunt, misere fœdantes, refertur intelligentia, iuxta modum in Elucidatione expressum. ¶ Versu 13. In ore suo complacebunt. Complacebunt, vr̃ impropriè accipiendum, pro Benedicent, quemadmodum habet editio Romana, id est, blandientur: & adulationes loquent, vt cõplacebunt in ore suo, C idẽ valeat quod placentia loquentur, vel ad cõplacendũ loquent, qm̃ vel inuicem adulant, & ad cõplacendũ loquunt inuicẽ, postquã malè egerint. Vel potius ipsemet sibi in malis complacendo, se iactitant de malè actis, quod consummatę nequitiæ efficax indicium est. De quibus alibi dicit scriptura, Gloriantur cum malè fecerint, & exultant in rebus pessimis. Aduersus quos, alio Psalmo et inuehit amara quæstione. Psalmista, Quid gloriaris, inquiens, in malitia, qui potens es in iniquitate? ¶ Versu 15. Et dominabuntur eo D rum iusti, &c. Quo iusti super impios accepturi sint dñium in die iudicii, manifestè ex pluribus tam veteris quam noui testamẽti locis est manifestum. Illud tm̃ sic singulariter commemorabimus, quod de hac re in sacratissima Apocalypsi spiritus loquitur Ecclesiis, Qui vicerit, inquit & custodierit vsq; in finẽ opera mea, dabo illi potestatem super Gentes, & reget eas in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringentur, sicut & ego accepi à patre meo, & dabo illi stellam matutinam. In

Prou. 2.

Psal. 51.

Apoc. 2.

sequenti aũt parte huius versus, particula illa, à gloria eorum, geminã facit sententiã. Nam si coniungatur cum auxilio ad hunc modum, Auxilium eorum à gloria eorum, veterasces in inferno, erit sensus qui in Elucidatione expressus est, Auxilium quod à gloria & potentia atq; diuitijs suis habere solebant, deficiet in inferno ab eis. Põt & iuxta ordinem localem connecti cum verbo Veterascet, eritque sensus auxiliũ oẽ in inferno eis deficiet à gloria eorum, qm̃ à gloria eorum (id est, diuitiis & potentia) non vltra eis veniet auxilium, vt venire solebat cum agerent in terris: Rectè. n. deficiet, siue cessabit auxilium à gloria, dum ab ea vltra nõ veniet. Prior sensus clarior & cõuenietior vr̃. Veterascet aũt pro Deficiet, & consumetur, siue auferetur dictũ est, qm̃ quod antiquatur, & senescit (vt ait Paulus) prope interitum est: Et qm̃ eius quod in propinquo est parua distãtia est, ad illud cui est propinquum, non omnino absurde Veterascere, pro Deficere dictũ est. ¶ Versu 18. Non sumet omnia, licet fm̃ elocutionis vim valeret, quædam non sumet particulariter, & negatiuè enunciando, vr̃ tñ sic accipiendum, tanquam si vniuersale signum præponatur, negatio autem subsequatur, id est, Omnia non accipiet, hoc est, nulla accipiet. Neq; enim hic loquendi modus scripturis sanctis est infrequens, quemadmodũ cum Genesis quarto capitulo de Cain dr̃, Posuit Deus signũ in Cain, vt non eum interficeret omnis qui inuenisset eum. Sensus est, vt nullus eum interficeret. Et Genesis 14. cũ Abraham dicit se non accepturum ex oĩbus, quæ de præda & victoria secũ tulerat, sentit se ex oĩbus non (i. ex nullis) acceptu-rũ. Aut legere possumus hanc partem cũ amara ironia, quasi minimum quidem diceres, sed maximum significare volentes: sicq; eadem quæ prius dicta est habetur sententia. ¶ Versu 19. Quia aĩa eius in vita ipsius benedicetur. Animæ impiorum in vita benedicitur, qm̃ & sibiipsis benedicunt, blandiuntur, loquuntur dulcia, quemadmodum diues ille in Euãgelica parabola, cuius ager fructus vberes attulerat, animæ suæ blandiebatur, dicens. Anima mea, habes multa bo-

Hebr. 8.

Gene. 4.

Gene. 14.

Lucæ. 12.

na in annos plurimos:requiesce,come- E confitebitur tibi, & tunc solum te lauda-
de,bibe,epulare. Verum quæ post mortē, huiusmodi benedictionem sequatur maledictio, subsequens Dei ad hunc diuitē responsio declarat. Stulte (inquit Deus) hac nocte repetent à te animam tuam: & quæ parasti,cuius erunt? Benedicuntur ēt & blandas adulatoriasq; laudes accipiūt ab aliis,qui eos beatos prędicant, sed de-
Lucæ.6. cipiunt. Ait.n.sacrū Euangeliū, Vę vobis, cum benedixerint vobis omnes homines. Quantum verò ad secundam partem,difficultas esse videtur propter personæ mutationem. Clarius enim fuisset, F si subsequenter continuando sub persona tertia diceretur: Confitebitur benefacienti sibi,aut confitebitur illi qui sibi benefecerit. Nunc verò dum subito secunda persona interponitur, incertum est ad quem sermo dirigatur. Et quidem in Elucidatione indicauimus, sermonem referri ad eum qui benefacit impio potenti,qui propter cordis superbiam, magnā rem se facere existimat, cum acceptum beneficium vel verbo agnoscit, & pro eo vel grās agit. Nō.n.curant referre gratiā, qui etiam mercenariis suis & seruis so- G lent iustè detinere mercedem,nec operariorum suorum labores dignantur persolnere:magnum putantes si non pro beneficio (quod solent non rarò) etiam contumeliam reddant. Potest tñ sermo etiā ad Deum dirigi, vt sit sensus. Impius

bit,cum ei benefeceris,cum pro voto ei præstiteris omnia. Nam si aliter illi quā postulat euenerit, statim paratus erit in blasphemiam, & conuitia. Verum hæc est sententia non vsque adeo forsitan vt prior arridebit profundius cōsideranti, quoniam hi impii, & peruersitate obstinati, neque cum bona accipiunt, Deo sciunt gratias agere. Non enim attendūt ad illum à quo manant quæ habent omnia, sed quasi à seipsis habeant vniuersa,sic sibi placent,& stulti stulte sibiipsis benedicunt. ¶ Versu penul. Introi. vsq; in prog. pat. suo. Progenies patrum hic dicit generationes præteritas priorum ac progenitorum suorum, illorum potissimum quorum imitatores in sua prauitate fuerunt. Malos enim patres sequentur ad pœnam mali filii,& quo illi priores descenderunt, eodem isti aduenient posteriores,vt simul cum malis patribus, mali filii in æternis tenebris cruciéntur. Possunt etiam diaboli per patres istos accipi,qui patres sunt omnium malorum. Nam peccat ab initio diabolus,& imitantur, cum omnes qui sunt ex parte illius. Ad hos autem introibunt impii, Ioan. 3.
vt cum eis in æternum lumen non videant,quoniam Diuina sententia com Mat.25.
pellentur discedere ipsi in exteriores tenebras, & ignem ęternum qui paratus est diabolo & angelis eius.

## XLIX. PSALMI ARGVMENTVM.

*INitium huius Psalmi de duplici Christi aduentu loquitur:priore videlicet, quo iam venit, & ex omnibus partibus terræ fideles vocauit,incipiens à* Hierusalem *& Iudæa, vnde pulchritudo Euangelij processit:& posteriori,quo venturus est in manifesta gloria,igne & valida tempestate præcedente conspectum eius venientis ad iudiciū,ad qd cælum & terram(id est,cælestes & terrenos)simul est aduocaturus,& sanctos suos est secum congregaturus qui annunciauerunt eius aduentum Atq; hæc 7.primis versibus.* A *Versu autē 8. ad finem vsque Psalmi, Deus ipse introducitur loquens Israelitico populo suo,siue illi veteri,siue populo nouo, eundem instruens primum de sacrificio acceptabili,quo velit ab ipsis potissimum honorari: videlicet non corporalibus sacrificijs,hircis,vitulis,bobus,ouibus,aut huiusmodi, quorum vsu nec ipse opus habet,neque si opus haberet,necesse foret eum ista ab hominibus accipere (quemadmodum ipse est dominus omnium,& abundat in omnibus)sed sacrificio laudis & inuocationis in aduersis,maxime se dicit honorari. Deinde à versu decimoseptimo, ad ministrum infidelem, sermonem conuertit,qui ipse indisciplinatus existens moribus, & ad omnem impietatem perpetrandam effusus,præsumit tamen Dei pręcepta ore suo contaminato alios edocere,quem amara & aspera valde increpatione redarguit pronuncians illi grauem suæ impietatis vltionem vltimo tandem versu iterum replicans sacrificij acceptabilis propositionem.*

XLIX. PSAL. ELVCIDATIO A

DEVS *deorum Dominus loquutus est:*

Deus altissimus super omnes Deos, ipse omnibus superior, qui vel secundum hominum falsã opinionem dii existimantur, vel participatione aliqua dii appellant, qui etiã est uniuersorum dominus, ipse i diebus nouissimis, quando venit plenitudo temporis, adueniens in terras, audiri fecit in mundo Euangelii sui prædicationẽ, per orbem vniuersum ipsam diffundens: B

* *& vocauit terram.*

& prædicatione sua uniuersam terrã uocauit ad regni adoptionem quã prædicabat, omnesq; fines terræ conuocauit ad unius fidei susceptionem, vniusq; corporis & Ecclesiæ compositionem, quod cœpit quidem in semetipso, peregit autẽ in Apostolis, eorumque successoribus.

Hebr. 2. 2 *A solis ortu vsque ad occasum:*

Vocauit, inquã, terram vniuersam & omnes inhabitatores eius, ex omnibus gentibus & regnis, ab oriente vsq; in occidentem, & à septemtrione vsque ad meridiẽ, per quatuor mundi plagas uocem suæ prædicationis emittens: C

* *ex Sion species decoris eius.*

pulchritudo tamen gloriæ eius & decor honoris eius (diuinitatis scilicet manifestatio, & gloriæ eius prædicatio) ex populo Iudaico processit, quoniam salus ex Iudæis orta est, exiitq; de Sion lex, & verbum domini de Hierusalem, eo quòd in Iudæa primum audita sit uox prædicationis Christi, ac deinde in omnes gentes sit Apostolico ministerio circunquaque per omnia mundi climata deriuata. D

Ioan. 4. Esaiæ. 4.

3 *Deus manifeste veniet:*

Ipse aũt idem Deus noster qui in aduẽtu suo hoc quẽ mõ diximus priore, occultè venit, & quasi sub silentio (nimirum Deus occultus, homo manifestus) idem ipse aliàs adueniet manifeste, qñ iudicaturus uiuos & mortuos, veniet cum nubibus in gloria & maiestate sua, cũ angelis suis, & cũ senioribus populi sui, ita manifeste & gloriose, ut eum uideat omnis oculus, etiam qui illum pupugerunt:

Apoc. 1. Matt. 16. Esai. 13. Apoc. 1.

* *Deus noster, & non silebit.*

adueniet, inquam, ipse dominus & Deus noster, in iudicii forma manifestè in oculis oĩum, & nequaquã in silentio uel occulto, ac tunc ẽt futurum est, ut ipse qui olim in aduentu priore occulto tacebat corã pſide iudicandus, & quasi agnus nõ aperiebat os suũ, idẽ ipse tũ secũdo adueniens quasi leo rugiat, quasi iudex verus ꝓloquat̃ ꝓnũcietq; cũ authoritate sñã. Esai. 53. Amos. 3 Apoc. 5.

4 *Ignis in conspectu eius exardescet:*

Cum autem ira secundò aduenerit, pecdet ante conspectum eius ignis ille cõflagrationis, quo purgabitur mundus, & q̃cunq; sunt in eo, qui uehementia uirtũ suarũ fortiter omnia cõflagrabit atq; purgabit, iuxta decretum diuinæ voluntatis:

* *& in circuitu eius tempestas valida.*

& erit in circuitu eius cũ adueniet ualida tempestas, mira conturbatio & cõmotio elementorum omnium & omnium quę sunt in mundo mirabilis commutatio.

5 *Aduocabit cœlum desursum:*

Sic aũt aduenies aduocabit desup excelis, adducetq; secũ eos qui in cœlestibus secum degunt, nimirum angelos ministros suos, cum quibus unà veniet tãquã rex stipatus infinitis militũ turmis, atq; ẽt Ap̃los, aliosq; beatos spũs, q iã cum ipso in cęlo inhabitabant. Et hos.n. aduocabit & adducet, uel vt simul cũ eo tanq̃ assessores iudicent impios, uel ut pfectã in corpore iã accipiant remunerationẽ:

* *& terram discernere populum suum.*

aduocabit item terrã, id est, oẽs terrenos & impios, aut homines uniuersos in suis corporibus de terra resurgentes, sic, inquam, aduocabit tã desursum cęlum, quã de deorsum terrã, ut ita in maiestate sua diiudicet atq; discernat populum suum, ut ve; malos separet de medio iustorum, paleasq; & zizania igne cõburenda, diuidat & distinguat à tritico cõgregando in horrea, hœdos quoq; separet ab ouibus, illis ad sinistram, his ad dexteram iusta discretione locatis. Matt. 13 Ibidem. Matt. 25

6 *Congregate illi sanctos eius:*

Vt autẽ hoc perficiat Deus, exite celeres ò ministri angeli, & cõgregate illi vestro ministerio electos eius, à quatuor uẽtis terræ, adducite eos resumptis corporib⁹ ante cõspectum iudicis gloriosi, ut illi Matt. 24

obuiam

obuiā procedant in nubibus in aerea, E
sicq; semper amodo sint cum domino.

*qui ordinant testamētū ei⁹ sup sacrificia.*

1.The. 4 qui sancti testamentum & pactū eius ordinauerunt ac disposuerunt super sacrificia, qui Dei uoluntatem & impletionē testamenti eius pluris fecerunt, & priorē habuerunt quā corporalia sacrificia, qui non satis putarunt corporalia offerre sacrificia, sed super oīa studuerunt testm̄ Dei obseruare, eiusq; uoluntatem perfectè adimplere, scientes, obedientiam esse

1.Re.15. meliorē uictima & holocaustis arietum.

7 *Et annunciabunt cæli iustitiam eius:*

Et annunciauerunt atque prædicauerūt cœli.i. sancti Apostoli, aliiq; horum successores cœlestes uiri, iustitiam dei, in retributione bonorum atque malorum:

*quoniam Deus iudex est.*

quoniam ipse est iudex cui datum est à

Ioan. 5. patre iudicium facere, & cui cōpetit oī-

Matt. 16 moda, perfectaque iustitia, ad reddendū vnicuique secundum opera sua. VOX DOMINI INTRODVCITVR POPVLVM SVVM INSTRVMENTIS DE ACCEPTABILI SACRIFICIO.

8 *Audi popule meus, & loquar:*

Priusquā autem hæc sese manifestet iustitia, audi nunc popule meus quē elegi mihi in peculium ex oībus populis, & loquar tibi, instruens te eis quæ saluti tuæ erunt opportuna.

*Israel & testificabor tibi:*

Exod. 19 audi inquā, ô Israel electa gens mea, &

Deut. 7. cum testificatione ac asseueratione fir-

& 26. missima pronunciabo tibi uoluntatē meam, testm̄ & pactum constituam inter me & te, vt scias quomodo mihi debeas gratam impendere seruitutem.

*Deus Deus tuus ego sum.*

ecce ego sum Deus omnium, & specialiter per electionem gratuitā sum etiam Deus tuus, & te elegi mihi in peculiarē populum: Sed audi nunc, quid à te requiram ego dominus Deus tuus.

9 *Non in sacrificiis tuis arguam te:*

Non habeo quur te arguam in sacrificiis corporalibus, hircorum, taurorum, ouiū atque uitulorum, & cæteris q̄ secundum legem institutæ sunt oblationibus. Nā quod ad ista exteriora pertinet, hac sanè in parte satis bene obseruabis hæc in uobis atq; etiā propter se non ea requiro:

*holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper.*

& de holocaustis corporalibus lege institutis, nō est quod te arguā, quoniam ritè satis ista obseruas, & proponis ea ante conspectum meum semper, in omni tēpore ad hoc à lege determinato.

10 *Non accipiam de domo tua uitulos:*

Non accipiam ego uitulū de domo tua, aut è stabulo tuo, aut de gregibus tuis hircum, aut aliud quodlibet animal im-

F molatiuum, si quasi ego eo egeā ad esum,

*neque de gregibus tuis hircos:*

aut alium quemlibet necessitatis usum, & si tu non offerres, nō tanti mihi foret eorum omissio, ut ea raperē è stabulis tuis, quandoquidem ipsum offerentis cordiale affectum & deuotionē in illis expeto potius, quàm ipsum quod offertur corporale sacrificium, neq; vllam haberē necessitatē à te accipiendi, si eiusmodi requirerē, cū ipse abundem in his omnibus.

11 *Quoniā meæ sunt oēs feræ syluarum:*

Nam oēs feræ quæ in syluis uagantur,

G meæ sunt, tam creatione quàm possessione & libera de eis dispositio, quæ multo præstantiores æstimantur & nobiliores hircis & uitulis.

*iumenta in montibus & boues.*

neq; hæc solum animalia syluestria sub mea sunt possessione; uerumetiā domestica oīa iumenta, quæ sub hominum custodia pascuntur in montibus, & boues 1.Pa. 29.

atq; oues, cæteraq; huiusmodi. Quid ergo à uobis debo requirere, posteaquā nihil ipsi habetis, quod non meū sit, prius etiam quam uos mihi donetis: neque po-

H testis priores mihi aliquid dare, neque nisi quæ de manibus meis accepistis, reddere ualetis?

12 *Cognoui omnia volatilia cæli:*

Cognoui sigillatim oīa volatilia aeris, Rom. 11.

& numerum eorum apud me descriptū habeo, tanquā quæ subsint omnia ditioni meæ, & quæ singula propriis nominibus possim aduocare, & dicent, assumus:

*& pulchritudo agri mecum est.*

& tota agrorum pulchritudo, oēs segetes quæ crescunt ac vegetant in agris, ad me pertinent, & in mea sūt possessione,

ut possim de eis quicquid uoluero pro A mea uoluntate disponere, citra cuiuscun que iniuriam & fraudem. Ego enim sum qui terram creaui, & fœcundam feci, qui semen omne dedi, & pluuiam desuper 1. Cor. 3. effundo, vt crescant segetes, aliisq; uel arantibus tantùm, vel seminantibus, ipse do incrementum & uitam, faciens de semine culmos exurgere, & omne frumentum, omnemq; fructum in eis.

13 *Si esuriero, non dicam tibi:*
Et si tandem fieri posset ut esurirem ego aliqñ, appeteremq; in esum ullum animal, maliū, uel domesticum, vel syluestre, uel B uolatilia, vel frumēta agri, nō mihi opus foret à te exposcere qđ appeterem, neq; tibi exponere me oportet desideriū meū vt ex te impleretur mea egestas.

* *meus.n.est orbis terræ, & plenitudo eius.*
totus.n.orbis terrarum meus est, & omnia quęcunq; in eo sunt, maximo vsque ad minimum, mea sunt & plenis sime ditioni atq; potestati meæ subiecta, & haberem abunde à memetipso unde meo desiderio satisfacerem ī omnibus multo amplius quàm quiuis hominum. Nam homines quidem multo pretio uel labore C vix sibi sufficientia ualent comparare. Ego uero solo uerbo aduocabo, si uoluero & syluestria & domestica & uolatilia, & quæcunque edi possunt, uno uerbo aduocabo semel omnia.

14 *Nunquid manducabo carnes taurorum?*
Neq; tñ hæc dixerim, quasi his aliqñ, indigeam, aut quasi eis unquam utar in cibū aut potum. Neq;.n.ego esurio aliquādo aut sitio, vt carnes taurorum, uitulorū aut ouium, aut aliorum quorumlibet animalium manducem:

* *aut sanguinem hircorum potabo?* D
neq; sitio unquā, vt sanguinē hircorum aut aliorum animaliū expetam mihi in potū multo minus ēt frumētō agri aut uinū in uite mihi vēdico in cibū, neq; ego neq; ministri mei qui sunt in conspectu uultus mei. Proinde, ꝙ istorum oblatio grata fuerit mihi suo tempore, non hoc erat ob meā egestatē aut utilitatem, neq; qđ per se illa requirerē, sed magis ut cum his cordis uestri deuotionē acciperē quā præcipue quærebā & spectabam in illis simul ēt, vt in eis uentura in tēporis plenitudine acceptissima ꝑfignaret oblatio.

15 *Immola Deo sacrificium laudis:*
Vis aūt scire, quā oblationem ego Deus tuus à te potissimum requiram, & qđ sit quo oblecter maxime? Confessio laudis ex corde grato & fideli oblata laudatio recti cordis, & gratiarum actio à bona uoluntate pręcedens, gratissimum mihi sacrificiū est, qđ im molari, à te mihi opto,

* *& redde altissimo uota tua.*
& ut persoluas mihi altissimo Deo tuo uota tua, id est pias affectiones, & sancta desideria, atq; ēt pollicitationes Deo sacratas (quæ ex amore Deo obtuleris) diligenter adimpleas.

Aut pro acceptis à me beneficiis, redde mihi tua uota, ex tuo corde pias erga me animi affectiones, atq; ex eis vt ꝑ eis laudationes & gratiarū actiones ex amore & animi gratitudine proficiscentes.

16 *Et inuoca me in die tribulationis:*
Ad hæc in tempore tribulationis, ex corde fideli inuoca me in auxiliū, & postula in fide nihil hæsitans, certissimum per suasum habens, ꝙ ego sum qui tibi possū ferre auxiliū ēt in desperatissimis rebus, & ꝙ bonus sum, qui nō possim, aut nolim derelinquere piè clamantes, aut fideliter postulantes abiicere,

* *eruam te:*
& tu si hoc feceris, si me sic inuocaueris, ego te exaudiā, & eruā atq; liberabo de tribulatione de qua clamasti ad me, uel temporaliter liberando, vel certè consolationem internam & uirtutem ad ferendū donando in confortatione spiritus:

* *honorificabis me.*
& tu me hac in re ualde glorificabis atq; honorabis, magis quā si millia hircorū aut uitulorum mihi obtulisses. Honorē .n.permaximum fieri mihi puto, cum in tribulatione ad me fidenter, & absq; hæsitatiōe clamāt hoīes. Nā hoc ipso, me & summè potentem, & summè bonū protestantur. Nō.n. inuocarent, nisi summè potentē crederent, qui possem ferre auxilium, neq; iterum nisi optimum, qui nō possem iusta ac pia uota abiicere.

17 *Peccatori autem dixit Deus, quare tu enarras iustitias meas?*
Impio autem suo ministro (cuiusmodi illi sunt q corporalibus tantùm insistūt sacrificijs

ctificiis conculcantes testamentum Dei, & neglectores Diuinæ uolūtatis,sacerdotes uita & moribus peruersi) loqui͛ perseueram increpationem Deus in spiritu, ad hunc modum,Qua fronte,qua audacia, tu ô præuaricator impie testamenti mei,qui ordinas sacrificia super testamētum meum, præsumi enarrare pręcepta ac iustificationes meas?

* *& assumis testamentū meum per os tuū*: & qua audacia tu assumis testim̄ meū in os tuum,ut illud tuo cōtaminato ore, & pollutis labiis alios doceas,cū intus tu ipse plenus sis oī spurcitia & immūditia. F

18 *Tu vero odisti disciplinam.*

Qūo(inquam)tu ista audes cū ipse rectā disciplinam,id est,bonam ac morum institutionem habeas exosam,neq; te ipsū secundum eam studens componere,neq; eā in aliis amāt,tametsi eam ore ad quęstum uel ad gloriam prædices.

* *& proiecisti sermones meos retrorsum.* & uerba atq; p̄cepta mea proiecisti post tergum tuum, non posuisti ea ante oculos ut obseruares,sed abiecisti ab oculis tuis ut non uideres, neque ambulares fm ea, pp quod & ego te proiiciam à fa-G cie mea,& à conspectu meo in æternum.

19 *Si videbas furem, currebas cum eo:* Vbi furem uideris aut iniustum quēlibet fraudem facientē proximo,curris cū eo, adiūgis te ei,& particeps fieri studes furti ac fraudis illius,idq; uel consensum p̄bendo iis, quos oportebat ex officio ac ministerio tibi commisso arguere & prohibere,vel auaritiæ cā dissimulando, aut participando cum illis,eosq; in hoc propter quęstum inducendo uel cōfortādo,

* *& cum adulteris portionē tuam ponebas.* & adulteris assimilasti te ipsum,factus es H in societate & crimine male particeps, fecistiq; ut eadē tibi cū his portio & merces debeatur,iusto meo iudicio.

20 *Os tuum abundauit malitia:* Os tuum plenum, fuit malitia īpudenter & absque freno loquens mala plurima,blasphemias,conuitia, fraudes, oppressiones,corde pleno malitiæ huiusmodi pessima eructans:

* *& lingua tua concinnabat dolos.* & lingua tua magno artificio componebat atq; coaptabat uerba dolosa & fraudulēta,vt p ea deciperes simplices, & marū captionum inexpertos, per tuā suauiloquentiam,& subulem, artificiosamq; dictionem.

21 *Sedens aduersus fratrē tuum loquebaris:* Sedens quasi ociosus ab omni bono opere, contra proximum tuum loquebaris detractionem, falso aduersus illum mala dicendo.Solet.n.detractio, sicut & murmuratio,fere comitari ociosos eiusmodi sessores.

* *& aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum:*

Aut sedens quasi iudex ex officio cum secundum legem iuste debuisset iudicare, loquebaris contra legem aduersus fratrē & proximum falsum iudicium,pro quo, ad impendendam illi iustitiam, loqui ex officio debueras:

* *hæc fecisti,& tacui.*

atq; his modis,qui alios ędificare debueras,ponebas offendiculum, pessima tua in la conuersatione infirmis fratribus & proximis tuis, filiis eiusdem Sinagogę aut Ecclesię,cuius te gloriaris membrum & filium esse:

hæc omnia,atq; his etiam plura(quæ omnia difficile foret explicare,quę sūt apud me signata in thesauris meis)tu opere nequiter perpetrasti, cum ore enarrares iustitias meas, & alios doceres præcepta mea,& ego dissimulaui, qui te agere pro tuo libito, impunitum hactenus dimisi te in tua malitia,mea benignitate & longanimitate te inuitans ad pœnitentiam. Deut.32

22 *Existimasti inique, quod ero tui similis:* Existimasti impiè, & pessime tibi psuasisti,q͂ forem ego similis tui, sic permansisti in impęnitentia & obstinatione tua, nihil horrescens meam ultionem, quasi persuasum haberes, me oblectari in tua malitia,atq; ita quasi similē tibi esse iniquitatis amatorē,vt es tu amator iniquitatis eo q͂ hactenus tacuerim, q͂ ultionem mox iam adduxerim: Rom.2.

* *arguam te,& statuā contra faciem tuam.* Veniet tū dies iudicii mei, in qua non amplius tacebo, non ultra dissimulabo. nō ferā longius impunitum,qn̄ te apertè increpabo, & exprobrabo tibi palam omnibus vniuersam nequitiam tuam,& constituam te contra faciem tuam: ita te depin-

depinguã, ita singula occulta tuæ ioiqui A
Eccl. 12. tatis patefaciam, vt quasi è regione & ex
opposito tui consistens cuncta pariter vi
1. Cor. 4. deas per te patrata, aperte & nude oĩbus
ad tuam cõfusiooẽ reuelata, ita ut videãt
vniuersi ęque atq; tu, ignominiã & iustã
damnationem tuam. Cuncta. n. q̃ modo
peruerse operaris, adducã ego in iudiciũ
& proponam ante oculos tuos: illumina
boq; abscondita tenebrarum, & manife-
stabo consilia cordium: & tũc sicut à me
laus erit unicuique iusto, ita econtratio
1. Cor. 4. omnibus impijs exprobratio atque con-
fusio, VOX DAVID PROPHE B
TÆ, PER EXORTATIONEM
INTERPONITVR.

23 *intelligite hæc qui obliuiscimini Deum:* Hæc intelligere curate, & in intimis cor dis vri sollicitè reponite: uos q dñm Deũ vestrum oõ habetis ante oculos, q illum cõtemnitis, & quasi post tergum proijci tis sermones illius, eius madata præter gredientes, hæc, inquam, quæ uobis per spiritum suum ipse loquitur ad pręmo nitiooem, uos cupiens reuocare à mali tia, modò (lum tempus est bene operãdi & æternam illam confusiooem euaden C di) considerate & intelligite,

* *nequando rapiat, & non sit qui eripiat.*
Galat. 6. ne uos dies ultionis eius comprehẽdat,
ne ve in die illa in furore suo ad uos ad-
ueniẽs, per mortẽ subito auferat, hincq;
abripiat ad districtum tribunal suũ, rap-
tosq; coodemnationis sñia proiiciat in
caminum ignis, quando nemo erit qui
Mat. 15. uos possit de manu eius eripere, aut saluã
Iob. 10. re de lacu eius iræ in quo nulla est redẽ-
ptio. VOX DIVINA SERMO-
NEM PROSEQVITVR.

24 *Sacrificium laudis honorificabit me:* Quomodo iam antè mõstrauimus, ita & nũc repetens ad conclusionem eruditionis meæ dico, φ sacrificium laudis, & gratia rum actionis est, quo ego honorari opto & quod ego postulo à seruis meis:

* *& illic iter: quo offẽdã illi salutare Dei.*
1. Cor. 15 & hęc via est, in sic laudando iter est, quo
peruenitur ad cõspectũ vultus mei, quo
pertingitur ad præmia meæ fœlicitatis,
ad salutem beatitudinis sanctorũ. Qui. n.
nunc iugiter mihi laudes & gratiarum a-
ctiones de non corde obtulerint perdu-
A cam illos ad conspectum apertum diui-
nitatis meæ, ubi me facie ad faciẽ viden-
tes, collaudabunt, & lætabuntur in saluta
ri meo, in secula seculorum, Amen

## ANNOTA. IN PSAL. XLIX.

Versu. 1. Deus deorũ dñs, &c. Geniti uus deorũ in medio positus, regi põt indifferẽter, uel à priore noĩe Deus, ut sit sensus, Dñs Deus deorũ loquutus est, uel à posteriori, ut sit sensus, Deus dominus deorum. Verũ prior conoexio vĩ rectior: quã solã pouit Elucidatio. Deos
autem hos intelligere possumus, eos de 1. Cor. 8.
quibus Apostolus ait: Sunt qui dũt Dij, siue in cœlo, siue in terra Sunt enim dij multi, & dñi multi. Ipse. n Deus, est oĩum Deus, id est, Deus verus sup oẽs qui dii appellantur. Fingunt (verbi gratia) Poetæ deos, Iouẽ, Saturnũ, Dianã, aut Solem, Lunã, aliudve siue aĩaũ corpus, siue inanime simulachrum: dicunt illi, Deus noster es queadmodũ olim vetus ille populus à Deo vero aberrãs, de uitulo trasgressionis dicebat, Isti sunt dij tui Israel, qui
C te eduxerũt de terra Aegypti. Nos aũt ve-
rè dicim' qm̃ oĩum horũ deorũ, dñs nr̃ Exod. 32
Dc' est, qm̃ ipsius sunt creaturæ: & ipse vnus est, q in immẽsum supexcedit hæc
oĩa. Atq; hi qdẽ dij sunt appellatiõe sola. Ps. 81.
Sunt verò & alij dij fm participationem,
quõ vt in lege scribitur, Dijs nõ detra-
hes. Et in alio Psalmo, Ego dixi, Dij estis, Ps. 46.
& filij excelsi oẽs. Quẽ locũ tractans in Euangelio Saluator, ait, Deos esse dictos ad quos sermo Dei factus est, nimirum p participationẽ aliquam ad Deum, Atq; hoc pacto, iam ante sanctos Apostolos
D Deos fortes appellauimus. Sic & sancti Angeli dij sunt, & oẽs seculi potentes ac iudices & præpositi, quateous accepta à deo primũ potestate, alijs vice ipsius pręsident. Et horum autem deorum, uniuersi intelligimus & agnoscimus dominum esse Deum: qm̃ (iuxta Apostolũ) ipse est super omnem principatum & potestatẽ & virtutem, & vniuersaliter super omnia Deus Benedictus in secula, Amen. ¶ Versu 4. Ignis in cõspectu eius, &c. Iste ignis est, de quo Petrus Apost. in 2. Cano. sua
Epist. loquitur, dicens, Adueniet autem Rom. 9.

dies dñi vt fur, in quo cœli magno impe E
tu transibũt, elementa vero calore soluẽ-
tur: terra, & omnia quæ in ipsa sunt ope
ra, exurentur. Et post pauca iterum lo-
quens de aduentu diei Dñi. Per quẽ, in-
quit, cœli ardentes soluentur, & elemẽta
ignis ardore tabescent. De quo igne, qua
lis sit futur⁹, & quos effectus particulares
habiturus, apud Ecclesiasticos doctores
solet in 4. Diuinarũ sñiarum lib. plenius
determinari. ¶ Versu 6. Cõgregate illi sã
ctos eius, &c. In priore uersu dr̃ etiam de
terra, ꝙ aduocata sit uel aduocanda ad
Dei iudicium, vt discernatur ve; , & diiu- F
dicetur inter bonos & malos. Verum nõ
nisi de sanctis dr̃ hic, ꝙ congregant̃ dño
Non. n. impii congregabũt̃ domino, sed
in fasciculos alligabuntur diabolo ad cõ
burendum. Sancti aũt dño congregabũ
tur, ut inferantur quasi triticum in hor-
rea eius. Iussionẽ autem illã quã signat
verbum Congregate, sanctis angelis ap-
plicauimus, qm̃ ipsorum ministerio per
ficienda creditur corporũ resuscitatio,
quemadmodũ in parabola Euangelica zi
zaniorum agi exponitur, ab ore Saluato
Mat. 13. ris: q angelos messoribus cõparans, sub- G
iungit in hęc verba, Mittet filius hoĩs an
gelos suos, & colligent de regno eius
oĩa scandala, & eos q faciunt iniquitatẽ,
Ibidem. & mittent eos in caminũ ignis. Et iterũ
in parabola sagenæ, Exibunt angeli, & se
parabunt malos de medio iustorum, &
mittẽt eos in caminũ ignis. Sic & in alio
loco apud eundẽ Matthęũ dr̃ ex ore do-
Mat. 25. mini, Mittet filius hoĩs, angelos suos cũ
tuba & voce magna, & cõgregabunt ele-
ctos à quatuor ventis, à summis cœlorũ
vsq; ad terminos eorũ. Ex quibus verbis H
apparet resuscitationẽ ultimam corporũ
angelico ministerio futuram, & sanctos
resuscitandos per ministeriũ angelicum
gaudenter diuinis cõspectibus in sua no
uitate repręsentandos. ¶ Versu eodẽ, Qui
ordinãt testm̃ eius super sacrificia: ordi-
nare testm̃ Dñi sup sacrificia, sic itellige,
vt in Elucidatione explanatũ est: ut idẽ
sit qđ cõstituere Dei voluntatẽ sup cor-
porales victimas, ve; vt magis studeat q3
Dei testm̃ adimplere, & eius voluntatem
perficere, q̃ corporales tm̃ hostias immo
lare. Tametsi. n. & hoc facere oportebat
ꝑ tpe veteris legis: illud tñ ꝑcipuũ semp
fuit, nẽpe Dei testm̃ custodire, & eius vo-
luntatẽ non transgredi. Qui autẽ sacrifi-
cia ordinãt sup testm̃ Dei, y sunt qui plu
ris faciunt exteriores uictimas aut corpo
ralia sacrificia, q̃ adimpletionẽ Diuinæ 2.Re.13.
voluntatis, & obedientiam testi Dei. Ex
quorum numero Saulem fuisse legimus,
cũ post longam Samuelis expectationem
tandẽ qđ muneris sacerdotalis erat, sibi
cõtra Dei prohibitionẽ assumpsit. Ordi
nauit certe sacrificia sup testm̃ Dei, quia
ne corporales illas victimas amitteret,
Dei ꝑceptum trãsgredi maluit: & potius
existimauit non obedire testõ Dei, quã
holocaustum & pacifica non immolare.
Samuel aũt Propheta dñi, testm̃ Dei lon 1.Re.15.
ge ordinauit sup sacrificia: & illum male
ordinantẽ sacrificia sup testm̃, seuera in-
crepatione redarguit, dicẽs: Quid fecisti?
Stulte egisti, nec custodisti mandata dñi
Dei tui, quę præcepit tibi. Nequaquã re-
gnum tuum ultra consurget, eo ꝙ nõ ser
uaueris quæ præcepit dominus. Iterũ in 1.Re.15.
deletione Amalech, cũ accepisset Saul ꝑ
ceptũ à Deo per Samulẽ, uniuersa illius
demoliri, casus nihil reseruare ex om-
nibus bonis illius, ipse quanquã iã ante
super hac reprehensus esset, rursum tñ sa
crificia sup testm̃ ordinauit, qñ Agah re
gi optimisq; gregibus ouium & armẽto
rum pepercit sub prætextu sacrificiorum,
quod. s. (ut ipse dicebat ea uellet sacrifica
re domino in Galgalis. Samuel autem
sanctus domini, qui testm̃ Dei ordina- Ibidem.
bat super sacrificia, dure admodum hunc
male ordinantem redarguit, dicens. Nun
quid vuult Deus holocausta & victimas
& nõ potius ut obediatur uoci domini?
Melior est. n. obedientia, quã victimæ: &
auscultare, magis quã offerre adipẽ arie-
tum, qm̃ quasi peccatũ ariolãdi est repu-
gnate, & quasi scelus idololatriæ nolle ac
quiescere. Ac deinceps, Pro eo ergo qđ
abiecisti sermonẽ dñi, abiecit te domin⁹
ne sis rex. Similiter & Esaias, primo suæ Esa. 1.
Prophetię capite principes, simul & po-
pulũ Israel sæuerissime redarguit, ꝙ sacri
ficia male ordinarent super testm̃ dñi.
Audite, inquit, verbũ dñi principes Sodo
morũ, auribus ꝑcipite legẽ Dei vr̃i popu
lus Gomorrhæ. Quo mihi multitudi-
nem

ne uictimarum uestrarũ dicit dominus? A plenus sum, holocausta arietum, & adipẽ pinguium, & sãguinem uitulorũ, & agnorum, & hircorum nolui. Cũ ueniretis ante conspectum meum, quis quæsiuit hęc de manibus uestris, vt ambularetis ĩ atriis meis? Ne offeratis ultra sacrificiũ frustra. Incẽsum abominatio est mihi. Neomenias festiuitates alias non ferã, iniqui sunt cœtus vestri. Calendas uestras & solemnitates vestras odiuit anima mea, facta sunt mihi molesta, laboraui sustinẽs. Quare aũt hæc omnia? Quoniam (ut subiungit) manus uestræ sanguine plenę sũt B .i. quia sacrificia ordinatis super testĩm dñi. Mox uerò eos instruens, q̃uo debeãt testĩm dñi ordinare super sacrificia, subiũgit: Lauamini, mũdi estote, auferte malum cogitationum uestrarum ab oculis meis: Quiescite agere peruerse, discite benefacere. Quęrite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite uiduã, & uenite & arguite me dicit dñs. Si fuerit peccata vestra quasi coccinum, uelut nix alba erunt, & si fuerint rubra sicut uermiculus, uelut lana alba erunt. Apud Ezechielem quoq; similis de hac re legimus C & in aliis plerisq; Prophetarum locis. Sunt aũt hæc pro pręsentis loci clariori explanatione sic latius à nobis explicata propterea ꝙ hũc passum non uideremus pro sua dignitate à peioribus explicatũ. Nonnulli uerò sic crude intelligũt disponere testĩm dñi super sacrificia, testĩm nouum præponere sacrificiis ueteris legis. Verum prior sententia exactius perpendenti mox apparebit commodior.

Ibidem.

¶ Versu 8. Audi populus meus, & loquar Israel, &c. Solẽt uulgo hũc uersum ita distinguere: Audi populus meus, & loquar D Israel, ac deinde, & testificabor tibi. Verum cõuenientior apparet altera distinctio, quam in Elucidatione expressimus, ut ante Israel fiat distinctio modica, hoc mõ, Audi populus meus, & loquar Israel ꝙ testificabor tibi, ut secũdum idẽ sit qđ primum, ad efficacius commouendum, qm̃ uidelicet in secundo loco nomẽ proprium repetitur. Nomen aũt Israelis, nomen electionis est, magnificẽtius, quàm nomen Iacob. Hoc n. à natiuitatis exordio à parẽtibus accepit, illud, multo post ab angelo, postquã fortẽ sese contra Deũ exhibuisset. Sic. n. ait ad eũ angelus. Nequaquam Iacob appellabitur nomẽ tuũ, sed Israel qm̃ si contra Deũ fortis fuisti, quanto magis contra homines pręualebis? Hoc ergo nomine dum cõpellat populum, Israel, magis honorificẽ illum alloquiť, quã si dixisset, Audi Iacob. Erit autẽ ſm̃ hanc posteriorẽ distinctionẽ repetendũ uerbũ audi, ad hunc modũ, Israel audi, testificabor tibi. Aduertendum aũt est, ꝙ ab hoc uersu vsque ad. 17. Propheta Deum ex sua persona introducit loquentem & suum populũ electum instruentẽ de oblatione sacrificiorũ corporalium, q̃uo non illa acceptet aut requirat pp sese, quasi ipse egeat, aut illa rõne horum usum habeat necessarium. Et licet uulgo dici soleat, Deum hoc in loco reprobare ueteris legis sacrificia, vr̃ in hoc non habere plenã ueritatẽ. Non. n. hic aliud dominus indicare vr̃, nisi (ut dixi) qđ non ista sola sufficerent corporalia sacrificia, sed oporteret ẽt laudem debitam, & adorationis Diuinũ honorem illi offerre, ac uota reddere, & quod pp se illa corporalia requirebat, quasi ipse opus haberet, & per se ea habere non posset, sed magis ut hæc in laudis prostationẽ & uotorum animi perfectionem offerebantur. Vnde quod dicitur uersu nono, Non in sacrificijs tuis arguam te, non est sic intelligendum, quasi dicat dominus populo Israelitico, Etiã si omiseris sacrificia in lege prohibita, non peccabis corã me. Sed in hac, potius sententiã uenit accipiendum. Quantum ad exteriora & corporalia, nõ habeo ꝙ te arguam satis illa obseruans. Cui sententiæ apertẽ fauet, qđ sequitur, Holocausta tua in conspectu meo sunt semp. Similiter & illa ex Esaia supra adducta increpatio quanquam uidereť ualde contra sacrificia inuehi, tamen non aliud uolebat, q̃ solam corporalium sacrificiorum obseruantiam absq; misericordia & iudicio, esse abominationem Deo. ¶ Ver. 15. Immola Deo sacrificium laudis, &c. Per sacrificium laudis intelligimus in Elucidatione ipsam Dei laudationẽ sub qua oĩa opa hmõi spiritualia (nempe meditationẽ Diuinarum, rerum, earum prædicationẽ & magnificationẽ,

Gen. 25.

Gen. 32.

gratiarum actionem, adorationẽ, oratio E nem, atq; huiusmodi) includimus. Quanquam posset generalius per laudis sacrificium intelligi, omne opus iustitiæ, quo adimplentur mãdata Dei, eo ꝙ ĩ illo uere laudetur Deus, sicq; idem hic diceret sacrificium laudis, quod Psalmo 4. sacrificium iustitiæ. In secũda aũt parte uersus, cum de uotis dr̃, aduerte, ꝙ uotũ nõ solũ dr̃ illud, qđ nos uulgo appellamus obligationẽ, uidelicet qua Deo rem quamlibet prorsus cõsecrauimus, & omnimoda obligatione nos ad eã persoluendã addiximus, sed ẽt pia desideria, & salutaria ꝓposita q̃ Deo inspirãte cõcipimus. Tametsi. n. illa, ad q̃ nos ipsos plena resignatione uoluntatis astrinximus, maxime & diligentissimè adimplere debeamus, iustũ tñ est nihilominus, vt ẽt pia desideria & sancta proposita, quæcunq; Deo inspirãte concipimus, ad effectũ pducere & Deo persoluere laboremus. Alioq probat̃ infirmum & horariũ fuisse propositũ atq; desiderium, nisi illud hõ reddere, & ad effectum operis adimpletione, perducere studiose laboret. Inter hæc tamẽ uota, illa quæ ex uõluntaria obligatione facta sũt G quibus nosipsos Deo secundum propositũ obligationis & necessitatis addiximus ad cuiuslibet obsequii exhibitionem, sic soluenda sunt vt negligere omnino non liceat, quin iram Dei promereatur omissio. Illa vero quæ tñ simplici proposito aut desiderio fiunt, manente libertate faciendi, uel non faciendi quod proponit̃, nõ sic reddenda sunt necessario, vt omissio iram Dei indicat. Attñ quãto illud sic desiderio vel proposito cõceptũ, fuit ardẽtius desideratũ, siue firmius ꝓpositũ, tãto oblata occasione, si negligat̃ desiderij uel H propositi adimpletio, ex maiori imperfectiõe est. Est. n. quasi retrocedere, & quasi aliquo mõ addictũ Deo non pstare, qđ ad mẽdaciũ, fm partẽ aliquã accedit. Quasi. n. fm aliquẽ modũ Deo qs consecrat & addicit, qđ firmo proposito se facturũ decernit, ẽt si non omnino sibi necessitatẽ imponat. Ac ꝓinde fm modum aliquẽ & mẽtitur Deo, qui sic firmo ꝓposito Deo addictum, nõ præstat, Minus tñ est nudũ desideriũ, q̃ firmũ aut forte propositum.
¶ Ver. 16. Peccatori aũt dixit Deus, &c. Ab hoc loco vsq; ad finẽ Deus ĩtroducit̃ in quo legis siue ueteris, siue nouę ministro per increpationẽ loquens, nisi ꝙ uersus penult. interiicitur atq; interserit̃ verbis dñi, nouo admodũ & iucũdo mõ, quẽadmodũ si paterfamilias increpante & erudiẽte suam familiã, astans patrifamilias amicus quispiã, ad ipsius verba adiiciat, Audite filii hæc verba patris uestri, ne si non audieritis, iuste ab eo exhæredemini & proiiciamini de familia & hæreditate eius. Qđ aũt uersus ille penultimus non ꝓferat̃ ab ipso dño, satis indicatur ex hoc F ꝙ tertia persona dr̃, Nequando rapiat, & nõ sit qui eripiat. Nam si uox esset Dei, prima persona potius diceretur, Intelligite hæc qui obliuiscimini me, nequãdo rapiã, & non sit qui eripiat. ¶ Versu 17. Et inuoca me ĩ die tribulationis, eruã te, &c. Valde magnũ honorẽ sibi reputat De⁹, cũ quis sic in illo firmatus est, vt in in omni occurrẽte tribulatione mox ad Diuinũ ꝯfugiat auxiliũ, ita sibi de Dei sui potẽtia persuasum habẽs, qđ nulla tã magna tribulatio, aut tanta difficultas ullo obuenire possit homini, ẽ quo non sit facillimũ Deo liberare in se cõfidentem, iterumq; tam bene fidens de Dei sui bonitate, vt iu dicet nullam rem esse tam magnam (mõ sit saturaris) quam non libentissimo, prõptissimoq; animo ipse sit largiturus suppliciter ex corde poscentibus, imò credẽs (qđ verum est) nõ posse fieri, vt Deus electorum preces iustas respuat, neq; hoc pati eius misericordiam, neq; iustitiã sustinere. Hmõi hõ, cum ex tanta fide, tãtaq; spei fiducia dñm inuocat uere honorẽ magnũ Deo impendit, & omni sacrificio corporali (hoc faciẽdo) gratiorẽ Deo offerre oblationem. Quemadmodũ ecõtrario, hoĩes illi qui in omnibus necessitatibus mox ad humana confugiunt auxilia, cõfidẽtes in diuitiis suis, aut in principibus, in quibus non est salus, aut in sua fortitudine corporali, aut eloquẽtia, os aũt dñi nunquã interrogant, non illũ cõsulũt, non sunt memores ad inuocãdũ illũ, hos constat Deum uehemẽter inhonorare, multo magis quã si sacrificia, q̃cunq; corporalia Deo subtraherent, Si enim filius in illã necessitatem, angustiã, aut egestatem uenerit, vt ei sit uel cõsilio uel

vel auxilio opus, ad quē cōfugiet, q̄ ad pa A trē, præcipue si patrē habeat bonum atq; rationabilē virum, simul & potentē, vt filii possit absq; suo incōmodo subuenire necessitatibus. Et si filius talē patrē habēs eo in occurrentibus necessitatibus postposito, aut non requisito ad alienos, auxilii atq; consilii petendi grā, recurrat: nōne magnā facit inhonorationē optimo, & potentissimo & generosissimo patri? Iuste.n. cum illo expostulare hic poterit, dicens, Qur me habens potentissimū & optimum patrē (qui tibi sp plura q̄ postulare ausus fueris, soleo impendere, qui nū B quā tibi petenti quicquā denegaui, sed affluenter do & non impropero) ad aliena confugis auxilia? alios quæris tibi adiutores? qui neq; tā potentes sunt vt possint, neq; tā firmi tibi amici vt velint ferre auxiliū, me derelicto, q & possum, & volo, semperq; paratus existo, quotiescunque postulaueris. Nunquid pro tyranno ego tibi sum, vt non audeas cōparere ante faciē meā? Nunquid tibi insipiens videor, vt non sufficiā rerum tuarū consilio, Aut nunquid pauperē me, & rebus tenuē putas, metuisq; ne dando exhaurias meas di C uitias, & ad paupertatē me redigas? Aut nunquid morosum me inuenisti in exaudiendo, aut parcū siue auarū in largiēdo, vt erubescas amodo apparere ante faciē meā, vt hac causa, post aliena, me relicto curras auxilia? An putas tu teipsum saluare absq; me, q teipsum non potuisti facere sine me, sed neq; capillū album facere

Matth. 5 potes aut nigrū ad staturā tuam adijcere cubitū vnum? Ad hunc sane modum, iustissimā querelā proponere pōt Deus er-

Luc. 12. ga illos qui ad se non confugiunt in tri-

Matt. 6. bulationibus, sed vel in seipsis fidunt, vel D in filiis hoīum, aut in principibus siue mūdi huius, siue tenebrarum, vt aliunde q̄ à Deo petant auxiliū. Vñ & in scripturis p hac re grauissimas inuenimus increpationes, p sanctos Prophetas pronūciatas, aduersum illos q in ipsa tribulationis Deū non inuocātes, sic eū inhonorarūt.

4.Reg. 1 Nā quarti regū primo capite, p Heliam Thesbitē dñs Ochoziam acriter valde increpat, q nuncios miserat ad consulendū Beelzebub Deū Accaron. Nunqd nō est (inquit Propheta) Deus in Israel, vt eatis ad psulendū Beelzebub Deum Accaron? Quamobrē hæc dicit dñs, De lectulo sup quē ascendisti, non descendes, sed morte morieris. Sed & p Esaiā Dñs terribiliter væ intonat, dicens, Væ filii desertores, q ambulatis, vt descendatis in Aegyptum, & os meū non interrogastis: sperātes auxiliū in fortitudine Pharaonis, & habentes fiduciā in vmbra Aegypti, & erit vobis fortitudo Pharaonis in confusionē, & fiducia vmbræ Aegypti in ignominiā. Esa. 30.

Et iterum, Væ, q descendunt in Aegyptū, Esa. 31. ad auxilium, in equis sperātes, & habentes fiduciā sup quadrigis, q̄a multę sunt, & sup equitibus, q̄a p̄ualidi nimis, & nō sunt confisi sup sanctum Israel, & Dñm nō requisierunt. Sunt & alia hmōi innumera. Ex quibus oībus manifestè patet, q̄ exigat Dñs, vt in die tribulationis confugiamus ad eius auxilia. ¶ Versu. 19. Si videbas furē, currebas cum eo. Currere cū fure, est ei consentire, sicq; illi cōicare in peccato. Vñ B. Hieronymus ex Hebræo vertit, Si videbas furem, consentiebas ei. Felix autem, Si vidisti furem, vel cōplacuisti, vel voluisti cum eo, vel cucurristi cum eo. ¶ Versu 21. Sedens aduersus fratrem tuū loquebaris, &c. Prioris partis in Elucidatione duplex snīa posita est. Prior tñ quæ detractionis meminit & murmurationis, magis consonat æditioni Romanæ, q̄ habet, Sedens aduersus fratrē tuum detrahebas. Non dñr aūt detrahere iudices iudicantes iniqua iudicia, Sed in Grę co ponitur verbum κατάλάλω quod detraho significat. Veruntamen lectio æditionis nostræ Gallicanæ, rectè ēt de falso iudicio fm alteram sententiam exponi poterit, quemadmodum & Hebrǫa lectio anceps est, & vtramq; prædictarum sententiarum recipit. In Hebræo enim simpliciter loqui habetur, non detrahere. Loquitur autem contra fratrem, non solū q detrahit, sed etiam qui falsum aduersus ipsum profert iudicium. In secunda autem parte versus, tametsi exposuerimus filium matris, mysticè referendo ad eandem Synagogam, vel Ecclesiam, quæ est quasi mater vna singulorum q de ea sunt, pōt tñ intelligi de matre carnis. Impii. enim isti consummati, quales hic describuntur, ne propriis quidem fratri-

bus suis carnalibus ex eadē matre proge- E nitis parcūt à calumnia, scandalis, iniuriis, & fraudibus, id quod ad oculum ēt hodie facillimum est videre. ¶ Versu 22. Existimasti iniquè, &c. Dictio iniquè, neque in Hebręo, neq; in Græco sic inueni tur, neq: est in æditione Romana. Vñ incertū est, an debeat uocatiuo casu accipi vt nomē, an vt aduerbiū determinās verbū existimasti. Vtraq;.n. snia bona est. Sic.n. dicamus, Existimasti tu ò impie, qđ ero tui similis: siue, Tu peccator existimasti hoc iniquè, qđ ero tui similis, vtraque bona est snia Et licet videaẗ prima facie F magis esse nomē vocatiui casus, in Elucidatione tñ exposuimus potius sm aduerbialē significationē, eo ꝙ videaẗ illa magis consonare lectioni Romanæ, simul atq; Græcæ, q̄ in hunc habet modū, Existimasti iniquitatē, ꝙ ero similis tui. Cuius lectionis hic est sensus. Tu persuasisti tibi, & iudicasti de me impietatē hāc: vez ꝙ ego tui ero similis. Pene aūt idē, sed clarius exprimit nostra lectio, si illā aduerbialiter accipiaẗ iniquè. ¶ Versu eodē, Statuā contra faciē tuā. Quod dr̄, Statuā cōtra faciē tuā: idē est, ac si dicaẗ, Faciā te ti- G bi manifestū, & denudabo tibi tuā turpitudinē, & tunc ostendā tibi, q̄ non sim tui similis, q̄ nō mihi placeat tua iniquitas. Modò.n. hoīes peccatores seipsos ponunt post tergū suū, quia nolunt intendere in turpitudinē suā, nolunt seipsos quales sint cōtēplari, nolunt pctōrum suorū fœditatē agnoscere. Donec aūt sic homines dissimulant, manent peccata eorū ante faciē Dei, & ipse in die, qñ manifestabuntur consilia cordium, statuet illos ante oculos suos, ac veluti contra faciem suam. Nos autem qui modo seipsos statuunt contra faciem suam, id est, q̄ nunc agnoscunt & detestantur peccata sua, dicentes cum Propheta, Iniquitatem meā ego cognosco, & peccatum meum contra me est sp̄ Tibi soli peccaui, & malum coram te feci, Iniquitatem meam annunciabo, & cogitabo pro peccato meo. Hos non constituet Deus in nouissimo die ante faciem suā, sed proiecta erunt post tergum ipsius oīa peccata illorum. Si.n. nosipsos modo iudicauerimus, nō iterū a iusto iudice iudicabimur. Qui aūt seipsos iudicare renuunt, ipsi sentient iudicium dñi. ¶ Versu vltimo, Et illic iter quo ostendam illi salutare Dei. Sentētia partis secundæ satis clara est, ꝙ vez laudatio Dei, via sit qua peruenitur ad beatitudinē, in qua ostendiẗ hoī salutare Dei, qñ qui nunc Deum sedulo pro sua virili, & digne pro sua paruitate laudare studuerint, hos Deus ad laudationem sui æternā adducet inter choros angelorū. At tñ ipse sermo vr̄ difficilior. Illic, iter quo ostēdam illi salutare Dei. Clarius autem lectio habet, quā ponit sanctus pater Augustinus: Et hæc via est, qua ostendam illi salutare Dei, id est, hæc via per quam eum deducam, vt videat salutare meum: siue, per quam ipse ad talem finem deueniet, nempe vt ostendatur illi salus mea. Et sm hanc sententiam; accipere oportet sermonem vulgatæ lectionis nostræ.

Psal. 50.

Psal. 37.

Esaiæ. 38

1. Co. 11.

L. PSALMI ARGVMENTVM.

*EX tituli indicio clarum est, hunc Psalmum à Dauide factum post cōmissum adulteriū cū Bethsabeæ & homicidiū Vriç, qñ Natan Propheta ex mandato Dñi illum accedēte, & increpante, agnouit peccatū suum, & pœnitentiā egit, dicens: Peccaui dño. Tunc n per misericordiā Dei, quasi de pestifero ac mortali somno excitatus, apertis sibi mētis oculis, quos ante pœnitētiā habuerat clausos, & p mortale peccatū mō quodam excecatos, contemplans sui peccati magnitudinē, sciens se gratia Dei priuatū spirituq; salutari & internis diuisijs destitutū, timēs quoque ne abijceretur imperpetuū à facie Domini, ad Diuinā (quā frequenter cecinerat, & ne dū oblitus fuerat) misericordiam confugit, dimitti sibi peccatum suppliciter exorans, & sanctum spiritum quem de corde per peccatum effugauerat sibi reddi, inque eo constabiliri, quo resumpto posset (vt antè) Domini laudes decantare Pro diuinæ autem iustitiæ placatione, suique reatus expiatione, sacrificium offert Deo spiritus per pœnitentiam & contritionē humiliati, in quo est Deo, qui bonorum nostrorum non indiget, super omnia beneplacitum. Attendamus itaque peccatorem istum fœdissime lapsum, ex amaritudine animi humiliati & contritione spiritus miserabiliter plorantem, ac diuinæ misericordiæ supplicantem, vt discamus & nos, quemadmodum pro nostris peccatis Deum debeamus deprecari.*

## L. PSALMI ELVCIDATIO.

A

ISERERE *mei Deus*: Siquidem, potentissime Deus, iuxta seueritatẽ: districtionemque iustitię tuæ nunc mihi velles reddere, qui tã fœdissimè ꝑ lapsus sum, non esset reliqua mihi spes vlla salutis. Atq; ideirco, ad benignitatẽ misericordiæ tuæ, subq; eius alas potius cõfugiens, suppliciter te rogo, ut per misericordiã tuam mei nunc misereri, meq; in gratiam receperis:

* *secundum magnam misericordiam tuam.* neq; verò hoc vel impossibile est, uel incõgruum misericordię tuæ, qm̃ sicut magna omnino & maxima est mea in quã nũc fęteo miseria, ita magna oĩno & maxima est misericordia tua: adeò vt nulla sit tam grauis iniqtas & peccati miseria, quam non purgare ualeat humiliter implorata tua suauissima, latissima & potentissima misericordia.

2 *Et secundum multitudinem miserationũ tuarum, dele iniquitatem meam.*

Ps. 144. Quãtas verò à patribus nostris audiuim' C miserationes tuas, & multas & magnas, q bus pepercisti à seculo humiliter pœnitẽtibus, adeò vt sint miserationes tuę sup oĩa opera tua. Iuxta multitudinẽ itaque istarum miserationum tuarum nũc hoc vnum abs te humiliter, peto, ut peccata mea nõ recorderis amplius ad iudiciũ ultionis, sed penitus deleanť à ꝯspectu tuo.

3 *Amplius laua me ab iniquitate mea:* Vehementer me polluit, & cõmaculauit turpido peccatorum meorum (primum quidem adulterium, deinde multo etiam D fœdius innocentis occisio) & ideo me pluribus rationibus fœdatũ, plurimũ ac diligenter laua ab iniquitate mea,

* *& à peccato meo munda me.* & totum me facias mundum in perfecta remissione peccatorum meorum.

4 *Quoniam iniquitatem meã ego cognosco.* Siquidem nollem agnoscere, aut dissimulare vellem, siue excusare peccatũ meum iustè nõ inuenirẽ apud te misericordiã. Nunc autem ecce iniquitatem meã, nec dissimulo nec excuso, sed agnosco, detego & accuso ante faciem tuam:

* *& peccatum meũ contra me est semper.* & peccatum hoc meũ (quod mihi modò ad tẽpus miserabiliter placuit, & ob cuius cõplacentiã tua ꝓcepta neglexi) ex nunc odio habere & detestari uolo, habeboq; odio, & detestabor omni tempore: & quoties recordabor: simul & execrabor illud eroq; memor donec viuã, ad mei humiliationem, & tui nominis glorificationẽ.

5 *Tibi soli peccaui, & malum coram te feci:* Non est neq; in cœlo, neq; in terra ꝑter te, ad quem spectat iudicium de peccato meo: hoc est, remittere vel retinere, indul B gere vel punire: sed tibi soli, ut iudici & cognitori oĩum humanarum actionum, peccaui & malum quod feci, coram te feci cognitore & iudice, qui solus, nemine requisito, si velis, potes dimittere:

* *vt iustificeris in sermonibus tuis.* itaq; miserere mei, & dele iniquitatẽ mihi confitenti. Si.n. feceris quod postulo consequetur exinde gloria tua, ut inueniaris & cõproberis iustus fidelis ac verax ĩ verbis tuis, qbus pollicitus es misericordiã, reuertentibus ab iniustitia sua,

* *& uincas cum iudicaris.* vincesq; tu, ac superabis illorũ calũnias q te calumnianť quasi infidelem, iniustũ aut nimiũ crudelem scelerum ultorem, q te ut iniustum, infidelem, & in promissis vanum arguerent, si mihi peccatũ nolles dimittere, vincentur autẽ & confundentur, si postquam mihi iã ita grauiter lapso præstitisti misericordiam, adhuc ꝑgant te ut iniustum aut nimium crudelẽ, aut non veracem calumniari.

6 *Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea.* Quo verò sit etiã iustitia tua ad miserendum figmenti nostri, & ad peccatorũ dimissionem facilior, illud precor considera & attende, quemadmodũ in originali peccato concipitur hõ in utero matris suæ (q̃ corruptio humano generi cõgenita iniquitatũ omniũ fomes est, origo & seminarum) atq; ita in peccatis mõ quodam concipitur & nascitur, eo ꝙ ab ipsa conceptione indita nobis est hæc prauitas, & ad malum omne pronitas.

7. *Ecce enim ueritatem dilexisti.* Rursum verò ex altera parte veritatem tibi obijcio, quã & in te diligis, & in seruis

tuis

tuis requiris,quæ & iustitiam tuam mo- E
do quodā compellit, misericordiā non denegare suppliciter poscentibus,quemadmodum habent promissiones tuæ:

* *incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.*

tu.n.mihi nota fecisti incerta,id est, occulta cōsilia,iudicia atq; decreta sapientiæ tuę,q̄ nō sunt passim oībus certa siue manifesta & cognita. Et ob hoc,licet peccauerim,non tn̄ despero, quemadmodū faciunt,qui ignorant decreta misericordiæ tuæ. Hæc autem quæ olim de misericordia tua te familiariter reuelante co- F
gnoui, nunc tibi fiducialiter propono, (nempe humani generis naturalē infirmitatem,& promissionis tuæ infallibilē veritatē) ex duabus hisce rebus fiduciam concipiens remissionis peccatorum meorum,sicq; tuam potentissimā misericordiā,& veritatem meę infirmitati patrocinaturam,remedioq; futuram.

8 *Asperges me Dn̄e hyssopo, & mūdabor.*

Leuit.14 Quō autem iuxta legis ritum qui à corporis lepra mūdatur,hyssopo aspergitur sic tu me summe sacerdos (ad quē spectat istius corruptissimæ lepręq̄ inuasit spiri G
tum meum, emundatio) hyssopo tuo asperge,id est,sanguine tuo de cruce perfunde,ad emundationem animę meæ:

* *lauabis me,& super niuem dealbabor.*

tu me laua à sordibus peccatorum meorum,& totus efficiar candidus, sic quasi nulla in me nunquā fuisset macula:quemadmodum in niue candidissima, prorsus nulla nigredinis ualet macula conspici.

9 *Auditui meo dabis gaudium & lætitiam:*

Fac me audire,quæso te,vocem gaudij & lætitiæ,loquere quod oblectet aures animæ meæ.loquere spiritui qui est intra me,& dic illi,Dimittuntur tibi peccata tua,uade in pace. Fides tua te saluum fecit à peccatis tuis:

* *& exultabunt ossa humiliata.*

Atq; hoc si misericorditer mihi præstiteris,reuirescent,vigoremq; & virtutem resument,ex cōsolatione spūalis gratiæ,oīa ossa corporis,& vniuersę uires animæ meæ,exilientq; prompta & parata ad laudandum & seruiendum tibi, & quę velut mortua torpebant,redeunte spiritus gratia,reuiuiscent in gaudio,

10 *Auerte faciem tuam à peccatis meis:& omnes iniquitates meas dele.*

Noli vltra aspicere peccata mea, aut recordari,quasi nō dimissa,sed prorsus obliuiscere,& proijce post tergum tuum,penitusq; dimitte oēs iniqtates meas,quas siue modò recenter commisi, siue olim cōmissas modo per occasionē recordor.

11 *Cor mundum crea in me* Deus,

Expulsa verò omni peccatorum malitia, cor nouum,aīam nouam, & spūm nouū da mihi Deus,pro immundo mundum, pro iniusto iustum:

* *& spiritū rectū innoua ī uisceribus meis.*

& aīam istam mala peccatorum vetustate consumptam,ac velut nihil factā,innoua,& per iustitiam rectam mihi communicare digneris ī ītimis meis,spūmq; meum qui sub pondere peccatorum, & malæ cōcupiscentię tractu atq; consensu vehementer fuerat incuruatus,ad congruam & tibi placentem restitue rectitudinem.

12 *Ne proijcias me à facie tua:*

Non me permittas,pater pijssime,sic iacere proiectū à gratia tua,sicq; à te remanere separatum,ut nunc iaceo retro tergū tuum,in numero ĩpiorum hoīum, quos non respicit benignus aspectus tuus.

* *& spiritum sanctū tuū ne auferas à me.*

& tuum sanctum spūm (quo tibi iungi & gratus esse solebam) ne ultra mihi deesse patiaris,atque cum reddideris,amplius auferri mihi non sinas.

13 *Redde mihi lætitiam salutaris tui,*

Restitue nunc mihi lætitiam illam salutarem spiritus mei,quæ mihi olim iugis erat & īdeficiēs,cū inhabitaret in me lætificabor spiritus tuus,

* *& spiritu principali confirma me.*

& munifico illo,ac regio,potentiq; & super admirabili tuo spū,me ita in oībus verè bonis confirma,vt imperpetuum à te non valeam ultra separari: qui sit mihi dux & princeps,adiutor, liberator, atq; director in omnibus vijs meis.

14 *Docebo iniquos vias tuas.*

Cum verò mihi misericordiā hāc p̄stiteris,id quod tibi gratissimum esse cognouero,p̄ gratitudine sedulò persoluā tam uerbo salutaris correptionis,exhortationis & eruditionis,quàm exemplo sanctę conuersationis,docendo eos qui iniquè agunt,

agunt, uiam præceptorum atque iudicio- A rum tuorum:

* *& impij ad te conuertentur.*

& qui nūc sunt impii, mea eruditione, p gratiam tuam, ab impietate sua aueisi, ad tuam seruitutem, tuorumq; mandatorū obseruationem sese conuertent.

15 *Libera me de sanguinibus, Deus Deus salutis meæ:*

Libera me Deus omnium, Deus qui solus me saluare potens es à corruptionibus peccatorum meorum quæ in carne & sanguine inhabitant:

* *& exultabit lingua mea iustitiam tuā.* B

& cum fuero liberatus ab eis p̄ç abundātia gaudii spiritus mei, exultando collaudabit etiam lingua mea iūstitiā & veritatem tuam, quoniam iustus, fidelis es, & verax in promissionibus tuis.

Ps. 144. Ps. 115. 16 *Domine labia mea aperies, & os meum annunciabit laudem tuam.*

Nunc quidem vinculis peccatorum cōclusa fuerunt labia oris mei, vt nō valerent tibi cantare speciosam laudem. Sed vbi tu vinculis disruptis, aperueris ea, statim gaudens os meum pro exhibita misericordia, canticum siue psalmum lau- C dis decantabit tibi. Os enim quod peccator claudit iniquitatem operādo, tu peccatorum remissione aperis, ut digne laudetur misericordia tua.

17 *Quoniam si uoluisses sacrificium, dedissem utique:*

Ecce autem paratus sum pro peccatorū expiatione quodcunq; uolueris offerre sacrificium. Et quidem si corporale sacrificiū aliqd præcepisses aut iniunxisses mihi, aut exegisses à me, siue requisisses, libentissimo animo vtique obtulissem:

* *holocaustis non delectaberis.* D

sed holocausta corporalia nō sunt quæ tu per se requiris, aut in quibus sit tibi per se placitum, quasi per uirtutem illorum expientur peccata pœnitentium.

18 *Sacrificium Deo spiritus contribulatus:*

Verum aūt sacrificium, tibiq; per se gratum qd pœnitens peccator p remissione consequēda offerre posśit, & debeat, quod semper tibi erit placitum, aīa est p̄çnitens pro commissis, dolēs & afflicta:

* *cor contritum & humiliatum Deus non despicies.*

& licet in venturo tempore gratiæ futurum sit, ut euacuentur legis corporalia sacrificia, nunquam tñ futurum est ut sacrificium spiritus per cōtritionē & agnitionem suæ culpæ humiliati abiicias, sed permanebit hæc tibi semp acceptissima pro peccatis hostia. Atq; hanc ipsam tibi, quandoquidem aliam nō postulas, offero pro peccatis meis.

19 *Benigne fac domine in bona uoluntate tua, Sion:*

Concepta uerò iādem fiducia de remissione peccatorum meorum, etiam generalem audeo pro uniuerso populo, electorum tuorum (& qui nunc est, & quē mihi uenturum demonstras) deprecationem facere. Nimirum vt benignè facias ciuitati Sion, id est, secundum benignitatem misericordiæ tuæ, non secundum seueritatem iustitiæ agas cum populo tuo electo & fideli, qui te cognouit aut cognitutus est, tibiq́ue seruiturus in hac militante Ecclesia:

* *vt ædificentur muri Hierusalem.*

Sic enim ędificabūtur muri supernę Hierusalem, & complebitur cœleste illud ędificium, quod ex uiuis cōponitur lapidibus, qui hic in misericordia Dei aptant̄, suo tempore in muros ciuitatis illius cū cæteris beatis coædificandi.

20 *Tunc acceptabis sacrificium iustitia, oblationes & holocausta:*

Cum uerò hoc ædificium consummatū fuerit atque completum, illic sacrificium acceptissimum iugis gratiarum actionis & laudis indeficientis ab oībus cœli ciuibus tibi offeretur, sacrificium utiq; iustitiæ, quod tibi æquum & iustum est offerri p̄ç oībus, quod tu acceptabis ut oblationes & holocausta gratissima:

* *tunc imponent super altare tuum uitulos.* Hebr. 13

tūc ueros ibi & delicatissimos illos uitulos labiorum confitentium noī tuo (id est, perpetuam laudem, omnibus uitulis acceptiorem) offerent & præsentabunt super altare ante conspectum tuum sine fine, in sæcula sæculorum, Amen.

## ANNOTAT. IN PSAL. L.

Versu 1. & 2. Miserere mei Deus, secūdū magnā misericordiam tuam. Et se-

Et secundum multitudinē miserationū E tuarum dele iniquitatem meā. Magnam misericordiam postulat, qui magnā iniquitatē suam agnoscit,& multas miserationes Dei proponit,q multa uulnera eu rāda hēt. Sciēdum autē est, unā qdē esse Dei misericordiā, sed miserationes multas, si ppriè de misericordia & miseratio nibus loqui velimus. Nā miseratio à misericordia sic differt, quomodo op' iustitiæ ab ipsa iustitia. Est n miseratio, opus misericordiæ: & tot sunt miserationes, quot opera misericordiæ. Vna autē misericordia est, à qua miserationes oēs F quæ fuerunt ab initio, quæq; futuræ sunt vsque ad consummationem sæculi, pariter effluxerunt. Veruntamen contingit nonnunquā, misericordias domini plurali numero in scripturis inueniri, ac tūc quidem necesse est misericordias accipi loco miserationum, quemadmodum & miseratione interdum pro misericordia accipi cōtingit. Hoc tn̄ in loco patenter fit distinctio, dum priori uersu singulari numero dicitur, apposito signanter adiectiuo magnitudinis, sequenti autem per numerum pluralē cum nomine multitu G dinis, illic proponēdo magnā misericordiā hic aūt multitudinē miserationum. Quod aūt scdo loco hic dr̄ de miseratio num multitudine, secundum duplicem considerationē pōt accipi, uel ut innuat petens, pp multitudinem peccatorum se egere miserationum multitudine, quē admodum pluribus eget curationibus & cataphlasmatibus qui plura habet uulne ra Dauidis aūt peccatum nō simplex fuisse cōstat, qui præter adulterium cōmisit & homicidium. Vel ad miserationes pristinas in tēporibus pristinis exhibitas re H fert ista multitudo. Quasi dicat, In multis, ò misericordiarum pr̄, audiuimus & uidimus opera misericordiæ tuæ, toties experti sunt in pteritis sęculis patres nostri misericordiā tuā, ad dimissionē peccati pœnitentibus cōcedēdā semper maximè pronā, ita ut semper propitium te populo tuō ostenderis, posteaquā suarū iniquitatum egissent pœnitentiam. Nūc itaq; & mihi hac uice liceat experiri semel istā misericordiā tuā, vt miseratione tua mihi totum hoc malum qd̄ iam cōmisi dimittas, sicq; deleas omnem iniquitatem meā. Quare autem delere iniquitatē significet iniquitatē penitus dimittere, non est difficile aduertere, qm̄ scilicet id quod delemus, ultra non volumus venire nobis in memoriā. Ita cū Deus iniquitatē dimittit, vt ultra illius recordari nō uelit, dr̄ pclm̄ delere. Vnde quodā loco apud Prophetā ex ore dn̄i dr̄, Delebo quasi nubem iniquitatē tuam, id est, sic à memoria abiiciā & nō recordabor ultra qūo nubes q̄ transit ab oculis, & non ultra ur̄. Notandum tn̄ est magnā esse diuersitatem inter delere peccatum & peccatorem, & illam quidē deletionē (peccati uidelicet) optimam esse, summe que exoptandā. Beati enim, quorum remissæ sunt iniquitates. Deletio uerò peccatoris de libro uiuentiū, maximè horrenda est, de qua deletione alio in loco Psalmista loquit̄ dicens, Deleant̄ de libro uiuentiū, & cū iustis nō scribantur. ¶ Versu 3. Amplius laua me ab iniquitate mea. Amplius, hoc loco nō valet insuper aut ꝑterea, qūo nōnunquā solet accipi, sed aduerbium est quantitatis, ualens multum, ualde, uel plurimum. Id qd̄ manifeste tamen ex Hebræo quā ex Græco cognoscim'. Nā ex Hebræo beatus Hieronymus uertit, multū laua, alii, plurimū vel admodū laua, aut ēt atq; ēt laua, Græce autem habetur ἐπιπλεῖον, quod sonat adhuc multum, quasi dicat, etiā atq; etiā laua, aut (ut ita loquar) plus & plus laua. Cui aperte correspōdet lectio quā beatus Augustinus sequit̄, habens, Etiā atque etiā laua. ¶ Versu 4. Pec. meū con. me est sem. Huius uersiculi intelligentia multò clarior fiet, si annotationē scdam circa uersum uigesimū secūdū, mox pcedentis Psalmi aut relegas, aut iam benè lectam reuoces ad memoriā. Illa enim te docebit, quod sit peccatum esse contra peccatorem, uel contra faciem peccatoris. ¶ Versu 5. Tibi soli peccaui & malum corā te feci. Quęstionē mouere solēt simpliciores, quomodo dicere potuerit Propheta pęnitēs domino. Tibi soli peccaui, & malum corā te feci. An enim nō & in Vriā grauiter peccauerat, cuius primum sibi uxorē cōtra iustitiam usurpauit ad actum non licitum, & deinde uitā sua

Esai. 44. & 43.

Psal. 31.
Psal. 68.

sua iniqua traditione perdidit? Peccauit A
& in Bethsabeæ, quã ad rem pessimã in-
duxit,& cuius maritum interfici curauit.
Q͠ðo ergo nunc dicit,Tibi soli peccaui?
Pro huius aũt q̃stionis solutione aduer-
tẽda est differentia sermonis,qm̃ videli-
cet non idem ualent,Tibi peccaui, & in
te peccaui.Lõge.n.aliud sonat in aliquẽ
peccare,quàm peccare illi.Peccamus.n.
in illum,quẽ nostro pctõ offendimus,
aut potius cui nostro peccato damnum
aut iniuriã quãlibet ĩferimus.Peccamus
autẽ illi,ad quẽ spectat peccati punitio,
& qui in sua potestate hẽt uel dimittere, B
pctm̃,uel vltionẽ de eo sumere.Vnde fit,
ut nõ illi sp peccetur in quẽ peccat. Nõ
enim est cuiuslibet in quẽ peccat,sumere
pœnas,& facere uindictã in peccantem.
Deut.32 Ait.n.dominus,Mea est ultio,& ego re-
tribuam. Atque hac causa vindictã exer
cere in peccantes,non nisi illis cõpetit,
qui à Deo acceperunt potestatẽ, quem-
admodum sunt principes & iudices,qui
Rom.21. (vt ait Apostolus)non sine causa gladiũ
portant,sed ut sint terror malè agentiũ,
Rom.13 & pro innocentibus aduersus noxios
exerceant uindictam.Cæterum, cum ad- C
uersus illum delinquit,qui nulla est po-
testate p̃ditus,in illum quidem,sed nõ il
li,peccatur. Rectè itaq; Dauid cum rex es-
set Israel omnibus in regno superior,ita
ut nullius subiaceret iudicio,neque quẽ
quã agnosceret inter homines, cuius es-
set sententiæ subditus, nisi Deum solum
(cuius potentiam, & dominationẽ nega
re nec poterat,nec uolebat)dicere potu
it domino,Tibi soli peccaui. Quod autẽ
sequit,Malum corã te feci, expositio est
eius quod antecessit.Non.n. sic accipien
dum est corã Deo,quasi solo Deo inspe- D
ctore & cognitore se fateat fecisse malũ;
quasi pręter Deum alius nemo factũ cõ
spexerit aut cognouerit. Neque.n. Beth-
sabeæ latebat adulterium,neq; Ioab prin
cipẽ militiæ(qui literas acceperat prodi-
tionis)latebat Vriæ homicidium.Forsi-
tã & ministri qui illã de domo sua regia
adduxerant,non ignorabant adulteriũ.
Similiter & Nathan, à domino utrunq;
facinus extitit reuelatum, &c.Sed intelli-
gi dẽt,corã te solo, tanquam uindice &
iudice,cui competat de his meis iniqui-
tatibus facere uindictam,& pœnas sume
re.¶ Versu eodẽ,Vt iustificeris in sermo-
nibus tuis.In secunda parte uersus,parti
cula,ut diligẽter notanda est.Non enim
finem significat,ut ferè solet,sed tantùm
cõsequutionem, in qua significatione &
alias in scripturis solet usurpari. Veluti
cum dr̃ Matthæi primo capite, Hoc autẽ Matt. 1.
totum factum est, ut impleretur qđ di-
ctum est à domino.Et Ioãnes decimo no
no,Facta sunt.n.hæc,ut scriptura imple Ioan.19.
ret. Simile est & illud Saluatoris apud
Lucam,capitulo decimoquarto,Cũ(in- Lucæ.14
quit)inuitatus fueris ad nuptias,vade,re-
cumbe in nouissimo loco, ut ueniens is
qui te inuitauit,dicat tibi,Amice ascẽde
superius,In his.n locis nõ potest particu
la ut finem significare, quemadmodum
plerunque solet accipi. Non enim uerũ
est,Chrm̃ uel sic agere,uel sic pati uoluis-
se,ad eum finem ut scripturam impleret.
Non enim ideo sic agere,uel sic pati uo
luit,qa sic scriptum fuerat aut pdictum,
sed econtrario magis ideo sic scripta fue
rant,qm̃ sic futura erant. Iterum, nõ sua-
det dominus humilem locum ad eũ finẽ
accipere, ut sic eleuetur homo ad altio-
rem,& honorem talem accipiat.Vana.n.
est humilitas,quę ordinatur ad superbiã.
Oportet ergo particulam ut, consequu-
tionẽ tantum significare,estq; præceden
tium propositionum ista snia. Per hoc
quod hæc aut illa facta sunt,consequuta
est scripturæ huius aut illius impletio.
Aut qa ista sic facta sunt, idcirco scriptu
ra,quæ hoc prædixerat, impleta est. Sic
& in alio loco Euangelicæ illius exhor-
tationis, sententia verborum Dñi talis
est,Recũbe in nouissimo loco, & sic fiet
vel ita consequetur,ut ueniens q te inui-
tauit,dicat tibi,Amice,ascende superius.
Ita & in proposito loco, Dele iniquita-
tem meam,domine laua me ab iniquita
te,& à peccato munda me,ut iustificeris
sensus est,Dimitte mihi peccatum domi
ne,sic fiet,vel ita consequetur, ut iustifi-
ceris,& vincas,iuxta sententiam In Elu-
cidatione latius explanatam.Hoc tamen
aduertendum est,q̃ hæc particula, vt iu-
stificeris, & vincas,&c.nõ cum eo quod
immediate ante,sed cum ijs cũ paulo an
te præcedũt,iungenda uidetur,iuxta mo-
dum

dum quem iã nunc expressimus. Nam id E
ut cõnexio sniæ expostulate. ¶ Versu 6.
Et in peccatis concepit me mater mea.
Huius uersus partẽ secundã nõnulli ad
ipsum conceptus peccatum referunt, id
est, ad libidinem, quæ est in cõceptione
prolis, dicentes, ob hoc in pctis concipi
hoĩem, qm libido adest quasi cõmaculãs
aut uicians conceptum. Verum nõ satis
apparet, hanc esse sniam Psalmistæ, qm
ubi nos habemus, cõcepit me mater mea
editio Romana habet peperit & similiter
uertit ex Hebræo sacer Hieronym'. Trã
slatio autẽ Augustini habet, in utero me F
aluit. Hæc autem nullo mõ prædictæ ex
positioni consonant. Qũo.n. uerum esse
potest, q in tn peccatis nos pariũt ma-
tres nr̃æ, aut in vtero aluut ac fouent, si
ad pctm̃ ipsius matris referat', id est, ad li
bidinẽ? Non.n. in patiendo libido est,
sed dolor & cruciatus maximus, forsitã
& prioris delectationis quædã expiatio.
Rectius ergo & hæc particula, ut prior,
ad pctm̃ originale ipsius cõcepti uel par
tus æditi referet', vt eandẽ habeat cum
priore sniam. Qũo autẽ dicatur numero
plurali, in iniquitatibus & in pctis, cũ nõ G
nisi unum sit originale peccatũ in quo
cõcipimur, & quã intelligentiã istud re-
quirat, ex Elucidatione lector attentus fa
cile per semetipsum aduertet. ¶ Versu 8.
Asperges me domine hyssopo &c. De hys
sopo legimus in ueteri testamento, q ad
emundationem ab immunditiis, à Deo
Num. 19 instituta erat. Nã capite decimonono li
bri Numerorũ, de emundatione eius qui
tetigisset cadauer, præcipitur in hũc mo-
dum, Tollent de cineribus cõbustionis
atque peccati, & mittent in aquas uiuas
super eos in uas, in quibus cũ homo mũ H
dus tinxerit hyssopum, asperget ex eo oẽ
tentorium, & cunctã supellectilem, &
homines huiuscemodi contagione pol-
lutos, atq; hoc modo, mundus lustrabit
Exo. 14. immundũ tertio & septimo die. Iterũ
Exodi decimoquarto capitulo de emũda
tione leprosi dr̃, quòd offerre debebat
hyssopum cum duobus passeribus, ligno
cedrino & uermiculo, & q hyssopũ cũ al
tero passere uiuo ac ligno cedrino & coc
co deberet intingere in sanguine alteri'
passeris ĩmolati, sicq; aspergi deberet ef-
fuso sanguine. Secun dum mysticã uerò
considerationẽ, apta admodum uidetur
hyssopus ad significandã purificationẽ.
Est enim herba humilis ac modica, & ta
men admodum purgatiua atq; mundifi
catiua pectoris, pcipue autem pulmonis,
& uehementer curatiua, ut per eã uel hu-
militas uel pœnitentia apte significetur,
qua spiritus & affectus humanus opti-
me curat', tametsi hominẽ faciat secun-
dum speciem uilẽ. Notandum quoq;, q
& aspergi petit & lauari, ut fiat perfectè
mundus, qui sese uehementer agnoscit
pollutum. In lege.n. ueteri, hisce duobus
modis legimus solitos purificari immũ-
dos, nẽpe aspersione & ablutione. Et de
aspersione quidẽ ex duobus locis iamiã
citatis est conspicuũ. De ablutione quo
que ex libris legis est manifestum, ubi
nunc uestimenta, nunc locus, nunc to-
tum corpus aqua lauari sæpissime iubẽ-
tur. Quod autem dicit, super niuem deal Esaiæ. 1.
babor, illi respõdet quod & apud Esaiã:
Lauamini, mundi estote, auferte malum
cogitationum uestratum. Si fuerint pec-
cata vestra quasi coccinum, uelut lana
alba erunt: & si fuerint rubra vt uermicu
lus, velut nix alba erũt. Significat aũt ista
tãta dealbatio integrã & pfectã ab om-
ni peccati inquinamento emundationẽ.
¶ Versu 9. Auditui meo dabis gaudium
& lætitiã, dictum est, loco huius, Facies
me audire gaudium & lætitiam: quemad-
modum in alio Psalmo dicitur. Auditam
fac mihi mane misericordiam tuã, loco
eius, Fac me audire, Fac ut audiam Secun
dum quem modum, hoc ẽt in loco Bea
tus Hieronymus ex Hebræo uertit, Au-
ditum mihi facies gaudium & lætitiam. Ps. 142.
Nota uerò ordinem, qui in hoc uersu si-
mul & statim præcedente indicatur. Pri
mũ enim est ut nos aspergat Deus sum-
mus sacerdos hyssopo, quasi secundũ ri-
tũ expiationis nos purificãs, sequit', ut
mundemur & loti dealbemur. Interius
audit' gaudium & lætitia, foris exultant
ossa prius humiliata. Sic.n. ab intimis
ad extrema debet procedere perfecta cu-
ratio Simul & hic notandum est, in duo
bus istis versibus, quòd uel accipi pos-
sunt secũdum sententiã fiducialiter de-
præcantis, sicq; uerba futuri temporis,
modi

modi indicatiui, accipi possunt fm signi- A
ficationē modi imperatiui, siue deprecatiui, vt sit sensus, Asperge me domine, & munder laua me, & super niuē dealber. Auditiui meo da gaudium, & exultent ossa humiliata. Neq; enim rarum est cum fiducialiter postulamus, & quasi familiariter supplicamus, vti futuro indicatiui modi pro imperatiuo aut deprecatiuo. Nā hoc mō indicatiuo postulantes, indicamus, nos non dubitare quin ita fit futurum vt petimus. Quasi n. humiliter & simpliciter petimus, cū id qđ volumus con-
fidenter futurū proponimus. Aut accipi B
pōt quasi fm conditionalem enunciationē, vt sit iste sensus, Si tu me asperseris dñe mundabor, & si tu me laueris dealbabor. Si tu auditui meo gaudiū dederis, exultabunt ossa. ¶ Versu. 13. Spū principali confirma me. Spūs principalis Græcè hī ἡγεμονικὸς, id est, ducalis, vel regius, siue principalis. Nam ἡγεμὼν, ducē vel principem significat. Ducalē ergo siue principalem, siue regalem spiritum vocat, quasi magnificum, nobilem, munificum & liberalem: diuitem & potentem,
vt valeat, bonum, vt velit benefacere, & C
in oī bono hoiem firmare quem inhabitauerit. Sic & fm vulgatum loquendi vsum, solemus eos qui aīo regali sunt (id est, munificos, diuites, atq; potentes, simulq; liberales) nuncupare principes, vel principales siue regales hoīes. B. Hieronymus ex Hebræo vertit, Spiritu potēti Felix aūt, spiritu munifico vel liberali, quæ oīa in eādē cum nostra lectione recidunt sententiam. Quomodo aūt sanctus iste spiritus dicatur, siq; verè principalis, ducalis, nobilis, potens, munificus,
& liberalis, pulcherrime exprimit prosa D
illa quā in eius solemnibus commemorationibus decantare solēt fideles, cuius initium, Veni sancte spiritus, in qua multis pulcherrimis & iucundissimis titulis, honoratur principalis iste spiritus. Veni (inquit) pater pauperum, dator munerū, lumen cordium. Consolator optime, dulcis hospes animæ, dulce refrigerium: in labore requies, in æstu temperies, in fletu solatium. Sine tuo nomine, nihil est in lumine. O lux beatissima, & alia multa nunquam satis frequenter iteranda, neq; satis diligenter cōtemplanda. ¶ Versu 15. Libera me de sanguinibus Deus Deus salutis meæ: Præter latini sermonis cōsuetudinem, sanguinibus hoc loco dictum est, numero plurali. Quia tñ in Græco pluralis numerus positus est, maluit interpres (vt inquit Augustinus) minus Latine dicere, quàm minus proprie interpretari. Nam & in Græco & in Hebræo ita habetur: neq; quispiam interpretum aliter vertit quàm de sanguinibus. Cur autem sanguines (vt ita dicam) appellet peccata, in Elucidatione indicatū est, qm̄ videlicet à corruptione carnis & sanguinis peccata procedunt, maxime carnalia, cuiusmodi erat concupiscentia adulterii, quæ radix fuit omnis peccati Dauid. Præter quam rationem adiici posset etiam altera, quia scilicet per peccatum meretur homo mortem, quæ est per sanguinis effusionem. Sicque liberari à sanguinibus, est liberari à peccatis, per quæ commeruerat mortem. Sed & ad effusionem sanguinis innoxii referri posset. Verùm prima expositio & vulgarior, & solidior est, & verior: quam etiam beatus Augustinus prolixius prosequitur, & Elucidatio solam ponit. Quæ autem sequitur replicatio Diuini nominis, cum ait, Deus Deus salutis meæ, ad magni effectus testimonium sic posita est. Valet autem Deus salutis meæ, ac si dicas, Deus saluator meus. ¶ Versu eodem, Et exultate lingua mea iustitiam tuam. Exultabit capiendum est, vt plus aliquid significet quàm vulgo solet, neque merè neutralē habet significationem, qualem habet cū dicimus, Exultate iusti in domino. Nā pp accusatiuum, qui sequit, nempe iustitiā tuā, necesse est aliquid transitiuę significationis in eo verbo includi, vt cōmode ab eo possit fm hanc transitionis vim regis accusatiuus. Valet ergo exultabit, tāquā si dicas, Exultando laudabit, vel exultādo cātabit, sic & verbū iubilare, qđ plane neutrū est, & absq; casu accusatiuo ferè semper positum legimus, inuenitur Esa. 49.
tamen Esaiæ 49. iunctum habens post se accusatiuum, cum dicitur, Iubilate montes laudem, quo in loco similiter nō secundum neutralē significationē accipi poterit verbū iubilandi, sed partim tran-

transitiuè, vt significet iubilando laudate E
vel canite, vel depromite laudem. Huiusmodi
aūt verborum solent & grammatici tra-
ctatores facere mentionem, ex Poetis &
oratoribus assignantes exempla. Cuius-
modi est illud Vergilii, Nec vox hoīem
sonat. Sonare enim p se neutrale est, sed
hoc loco valet sonando repręsentare. Va
num aūt est, quod quidam emendandam
putant eam lectionem, quæ habet Exulta
bit, putantq; legendum, magis exaltabit,
q̄uo habet Romana æditio: dicentes ma
lè commutatam esse literam a in u, sicq;
exaltabit vitiose factum esse exultabit, F
pp vicinitatem dictionum. Qui hoc (in
quam) sentiunt, vane iudicant, qm̄ in Grę
co aperte & manifeste non exaltabit hr̄,
sed exultabit. Est enim ἀγαλλιάσεται
qđ nemo ignorat significare exultabit,
ὑψώσει, quod valet, exaltabit. Inter has
ẏn. dictiones, apertissima differentia est.
Deinde beatus Hieronymus ex Hebræo
vertit, laudabit, quod nostræ lectioni &
expositioni est vicinius. Felix etiam ver-
tit iuxta nostram expositionem, Lingua
mea exultando cantabit iustitiam tuam.
Eccl. 15. Versu 16. Domine labia mea aperies. Pec G
Psal. 32. cator sibi quasi os & labia claudit, quan-
do per peccatū facit, vt digne Deum lau-
Psal. 49. dare non possit. Si quidem non est spe-
ciosa laus in ore pctōris, sed recti sunt,
quos decet laudatio Dei. Et peccatori di-
xit Deus, Quare tu enarras iustitias meas
& assumis testamentum meum per os
tuum? Neq; dubium quin eadem hęc in-
crepatio, etiam Dei laudem indignè per
os acceptam simul includat: Sed & si pec-
cator os aperiat, vt Deum laudet, non ta-
men illam vt suā laudem Deus acceptat,
qm̄ cor per iniquitatem elōgatum est ab H
eo. Clausum itaq; habet peccator os suū
& conclusa labia, donec in peccato per-
manet, Deo aūt misericorditer peccatum
dimittente, referantur prius conclusa la-
bia, & os aperitur, vt laudem dignam &
speciosam Deo possit offerre: dum ē: cor
interius solita diuina illuminatione &
visitatione iterum ad eius laudes excita-
tur, & feruore bono extimulatur. ¶ Ver-
su 17. Qm̄ si voluisses sacrificium, dedis-
sem vtique. Huius versus duplex datur
constructio. Quidam n ita ordinant, vt
accusatiuus sacrificium, regatur à verbo
voluisses, aduerbiū aūt vtiq; iungat cum
verbo dedissem, ad hunc sensum, Si sacri-
ficiū voluisses vtiq; dedissem: ac deinde
diuisim legatur, holocaustis non delecta
beris. Atq; hanc sentētiam manifeste de-
monstrat Græca lectio, q̄ sic habet, Ὅτι
ἠθέλησας θυσίαν ἔδωκα ἄν, ὁλοκαυτώ-
ματα οὐκ εὐδοκήσεις. In qua snīa, quili-
bet Græcæ literaturæ vel tenuissimæ pe-
ritus, clare videt particulā ἄν (quæ valet
vtiq;) non posse nisi cū præcedente copu
lari. Absurdissimum. n. erit, si quis ita ve-
lit iungere ἄν ὁλοκαυτώματα οὐκ εὐδο
κήσεις. Non enim pōt hæc particula re
ctè poni in principio totius snīæ, quam
determinabit, neq; multo minorem ab-
surditatē faceret apud Gręcos, q̄ si quis di
cat apud Latinos, Petrusq; Ioannes: cū
postponi debeat, dicendo, Petrus Ioan-
nesq; Itaq; quantum ad Græcam lectio-
nē, apparet oīno necessarium esse, vt par-
ticula vtiq; determinet verbū dedissem.
Atq; hanc snīam, vt potiorē, nos in Elu-
cidatione sequuti sumus, & expressimus:
potissimū cum beatū Augustinum ad eū-
dē modum distinxisse inueniamus: Le-
gunt nihilominus plurimi sm̄ aliā con-
structionē, particulā vtiq; ad ea q̄ sequunt
referentes, ad hunc modū, Qm̄ si voluis-
ses, sacrificium dedissem, ac deinde, Vtiq;
holocaustis non delectaberis. Quam di-
stinctionē non pauci Latini codices ha-
bent. Atq; hęc lectio, neq; malum, neque
difficilem, imo neq; aliam, quàm prædi-
cta habet sententiam. Prior tn̄ (vt mon-
stratum est) rectior vr̄. Ex Hebraico autē
non potest videri vtra sit verior lectio,
qm̄ in Hebræo particula ista vtique non
habetur. Nā beatus Hieronymus ita ver-
tit, Non enim vis vt victimam feriam, nec
holocaustum tibi placet: vbi nusquam
particula ista vtique ponitur, quæ difficul
tatem facit. Quod autem dicitur in fine, Ps. 134.
Holocaustis non delectaberis, Græce so-
nat holocausta non habebis accepta aut
placita, non complacebis tibi in eis: qđ
Latinus interpres rectè expressit, Holo-
caustis non delectaberis. ¶ Versu penul-
timo, Benig fac, Græcè vno verbo dicitur
ἀγάθυνον, qđ verbū ponit ē: in Psalmo.
134. vbi habemus, Benefac dn̄e. bonis
& re-

& rectis corde. Habet aũt peculiarẽ quan A
dam emphasim hoc verbum, quæ nullo
Latino vocabulo satis appropriate põt
exprimi. Nã benefacere propriè exprimit
Græcã vocem ἀγαθοποιῆσαι. Vocabulũ
aũt quod hic ponitur & in Psalmo 124.
valet ac si effictò vocabulo dicas, beni-
gnare, vel benignus, aut bonus esto. Est
.n. Inia, benignare, vel benignus, aut bo
nus esto ciuitati sanctæ Sion, sanctæ Ec-
clesiæ: hoc est, benignè age cũ ea, bonũ &
benignũ te illi exhibe, sicut exprimit elu-
cidatio. ¶ Versu vltimo, Tunc acceptabis
sacrificium iustitię. Pro verbo acceptabis B
qđ hic ponit, Græcè idẽ est verbũ quod
paulo ante versu 17. habebat pro delecta
beris. Vñ acceptabis, valet accepta habe-
bis, posset q; verti iuxta priorem modum:
Tũc delectaberis sacrificiis iustitię, obla-
tionibus & holocaustis: quẽadmodũ &
illic verti poterat, Holocausta nõ accepta
bis, Sacrificium aũt iustitię, qđ hic dicit
Deo futurũ, acceptũ ædificatis muris Hie
rusalẽ, laudes sine fine offerendas inter-
pretat' Elucidatio, quemadmodũ beatus
Augustinus quoq; interpretat'. Cur autẽ
laus Dei in Hierusalẽ sacrificium iustitię C
appelletur, ratio est, quia non pro iniqui-
tate ibi sacrificabitur, vbi nulla erit ini-
quitatis memoria, sed tñ pp iustitiã, qm
dignissimum est & iustissimum illi sum-
mo bono (quod videbunt ciues beatæ il-
lius ciuitatis facie ad faciẽ) laudẽ & bñdi-
ctionẽ offerre in sęcula sæculorũ. Iustum
Ioan.4. ẽt est, vt illi sacrificemus quod habemus
in nobis optimũ. Sacrificium aũt laudis,
adorationisq; in spũ & veritate, immen-
sum corporaliũ victimarum oblationẽ
præcellit, & iustum est, spiritum patrem
(qui & ipse spũs est) in spiritu magis ho- Ibidem.
norari, & immortalibus, atq; incorrupti-
bilibus hostiis coli, quã corporalibus &
mortalibus victimis. Vituli aũt isti, quos
dicit sup altare imponendos, illi sunt, de
qbus Propheta Osee loquit', dicens, Oẽm Osee.14.
aufert impietatẽ, & oẽ accipe bonum, &
vitulos labiorum nostrorum sacrificabi-
mus tibi. Quos vitulos labiorum, Paulus
Apostolus in ea, quam ad Hebræos scri Heb. 13
psit Epistola, fructus labiorũ appellat, di-
cens, Per ipsum ergo (.i. per Christũ) offe-
ramus hostiã laudis sp Deo. i. fructũ la-
biorũ confitentiũ nomini eius. Hi sunt
ergo vituli labiorũ, laudes, bñdictiones,
& gratiarũ actiones. Per altare aũt Dei,
vel simpliciter intellige ante conspectũ
Dei: qm altare in conspectu Dei sistitur,
& dicimur in altare Dei offerre, quoties
corã Deo offerrimus. Vel ipsum illud al Ibidem.
tare, de quo Paulus in loco iamiã citato
loquitur, dicens, Habemus altare, de quo
edere non habent potestatẽ, qui taberna
culo deseruiunt, Christum dñm signifi-
cans, qui est altare nostrum sacerdos, &
hostia. Super hunc.n. vt altare ponemus
nostras laudes, in conspectu diuinitatis,
cũ per illum, vt sacerdotem, & pontificem
nostrum æternum, acceptas laudes diui
nitatis, offeremus in sæcula sæculorum,
qui in trinitate & vnitate perfecta, viuit,
regnumq; & imperium tenet per omnia
sæcula sęculorum Amen.

## LI. PSALMI ARGVMENTVM.

*EX titulo historico huic Psalmo præmisso facile cognoscimus, & quæ fuerit componendi oc casio, & quisnam sit aduersus quem tanta seueritate per totum decursum Psalmista inuehitur. Titulus talis est, In finem intellectus Dauid quando venit Doeg Idumæus, & annunciauit Sauli, & dixit, venit Dauid in domum Achimelech. Historia satis nota est ex libris regnorum, quomodo post consummatam Saulis iram fugiens Dauid venerit ad Achimelech sacerdotem in nobe, tanquam ex iussione regis aliquo proficiscens, à quo etiam panes propositio-* 1.Re.21. Ibidem.
*nis, & gladium Goliæ accepit. Intus verò in tabernaculo erat Doeg Idumæus, vnus inter primos seruos Saulis, qui hæc ipsa quæ conspexerat, nequiter & odiosè detulit ad Saulẽ pp quod sacerdos ipse Achimelech cũ omni domo sua à rege vocatus, post accusationem excusatione nõ recepta crudelissime interficitur, per manum eiusdẽ Doeg Idumæi, simul & tota domus sacerdotalis, octoginta quinq; viri, vestiti ephod lineo: insuper & tota eorum ciuitas percussa est in ore gladij, ita vt neq; fœminis, neq; paruulis, neq; lactentibus parceretur, ne bobus quidẽ & ouibus. Inter hæc verò vnus tñ ex filijs Achimelech effugiens manus Saulis, Abiathar nomine, hanc eandem crudelissimam renunciauit Dauidi. Qui tactus dolore cordis intrinsecus, atq;*

*indignatione maxima, tā contra illum impijssimum delatorē Doeg Idumæum, q̄ contra crudelissimū tyrannū & homicidam Saulē, in spiritu dolenti commotus atq; concitatus, Psalmum præsentem videtur compulisse, & cantasse coram domino, in sui doloris lenimentum, impietatis illorum descriptionem, & suæ innocentiæ protestationem. Possumus tamen Psalmum hunc vniuersis Saulis & Doeg similibus, id est, omnibus pauperum & bonorum appressoribus, generaliter accommodare. Atq; ita secundum generalem applicationem procedit Elucidatio.*

## LI. PSALMI ELVCIDATIO.

Q*VID gloriaris in malitia: qui potens es in iniquitate?* Quid tu, ô impie, in peruersitate tua gaudes, ac gloriaris qui potens es & validus ad operandum iniquitatem? quid tibi complaces, quid teipsum iactas impietatibus tuis (vnde potius erubescere debebas, ac meritò confundi) qui nunc ad tps in seculi huius sublimitate, ac prosperitate constitutus, Deo permittente potens es ad perpetrandam iniquitatem tuam?

2 *Tota die iustitiam cogitauit lingua tua:* Per oē tps iugiter cor tuū cogitationes voluit iniustitiæ, & de sua plenitudine similia per linguam eloquitur, dum cum tui similibus conciliabula celebrans, de innocentum oppressione pertractas:

* *sicut nouacula acuta fecisti dolum.* facis fraudē, dolosq; & insidias struis innocentibus, vsq; ad nouissimā miseriam. vsq; ad mortem & omnimodā perditionē fraudibus tuis illos cupis adigere: quō acuta nouacula nihil relinquit pilorum, sed totum abripit funditus acutie sua.

3 *Dilexisti malitiam super benignitatem:* Ex quo proposito cordis & deliberata voluntate iniustitiā pelegisti bonitati atq; virtuti, iustitiā odio habēs & fugiens, iniustitiam verò diligens & prosequens in operibus tuis: magis gaudēs in proximo rū nocumento, q̄ in eorundē obsequio,

* *iniquitatem magis quā loqui æquitatem.* elegisti quoq; loqui magis falsitatem & iniustitiā q̄ veritatē, atq; iustitiā. Cum n. per veritatem posses tueri bonorum innocētiam, maluisti per iniquitatem oris tui, illos in perditionem & condemnationem iniustam adducere.

4 *dilexisti omnia verba præcipitationis, lingua dolosa.* Cōplacent tibi sermones oēs qui faciunt ad pauperū oppressionē, simpliciūq; perditionē, supplantationē, & in mortis præcipitationē, quos tu loqueris per linguā tuā dolosam, id est, ad dolos cōponēdos, & concinnandam fraudem, atque deceptionem bene aopositam & instructam.

5 *Propterea Deus destruet te, in finem euellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo:* Nequaquā verò manebit impunita hæc tui cordis & oris adamata impietas. Iustus.n. scelerū vindex Deus, in vltionem consummatæ iniquitatis tuę, perdet te pditione sempiterna, prorsusq; te eiiciet quasi radicitus euulsum à statu glorię tuę in quo nunc habitas, à domo & substātia tua, à sęculo hoc præsenti, in quo tibi videris pulchrè vires & bene floridus. hinc q̄ue te faciet, velis nolis, p mortis sñiam emigrare in regionem ignotam, in locū horroris atque tenebrarum.

* *& radicem tuam de terra viuentium.* ita (si quā) te prsus faciet emigrare, & hinc abscedere, vt nihil oīno tui remaneat, vt et radix tua auferat de terra viuentium oīs vc; substantia, oīs glōria, oēs deliciæ: oīs spes, omnis fortitudo, omne auxiliū: quibus rebus sic te stabilitum in hoc sæculo malè credis, quemadmodum arbores suis sunt radicibus in terra stabiles.

6 *Videbunt iusti & timebunt:* At verò boni & simplices, quorum oppressione & malo nunc gaudes & oblectaris, quos tu nunc contemptui habes & ostentui, cum ita te viderint diuina vltione punitum, mirabuntur, & intra sese diuinam reuerebuntur, adorabuntque & prædicabunt rectitudinem,

* *& super eum ridebunt.* & super te diuina vltione sic miserum factum atq; condemnatum, risum facient diuinæ iustitię rectitudini congaudentes atque applaudentes, ac de sua liberatione magnificè gloriantes.

* *& dicent, ecce homo qui non posuit Deum adiutorem suum.*

& in exprobrationē abductum se loquē-
tur, ac dicēt, Ecce quomodo deiectus hu-
miliatus atque prostratus est hō iste, qui
Deum non habuit præ oculis, qui in illo
fidē & spē suā noluit reponere, qui do-
nec uixit, timorem Dei recipere noluit.
*Sed sperauit ī multitudine diuitiarū suarū,*
Sed timore & fiducia Dei postpositis,
spē habuit in abūdātia potētiæ atq; sub-
stātiæ suæ, & in multis diuitiis suis, qbus
sub nixus, putabat oīa se posse superare:
* *& prævaluit in vanitate sua.*
quia & pualuit, ac potens fuit, ad oppres- B
sionem bonorum, & perficiēdum impie-
tatem, in superbia & uanitate diuitiarum
suarum, donec Deo placitum fuisse illum
in sua prosperitate permittere. Ecce (in-
quient iusti) quō nunc proiectus est, quā-
tum humiliatus & miser factus, qui nos
aliqn in derisum habuit, & in similitudi-
nem improperii, ecce quomodo nūc cō-
putatus est inter filios mortis, & Iter ma-
lignos dæmones sors illius est.

Sapiē. 5. 8 *Ego aūt sicut oliua fructifera ī domo Dei:*
Ego uerò, testimonio ꝯscīētiæ, in spū sciē-
tię, in spū mihi de bona uolūtate bene cō- C
sci', nemini moliēs, imò nec cupiēs qdē
malum aut ullum nocumentū, & in diui-
tiarum uanitate, nequaquā cōfidens, ero
in domo Dei, in Ecclesia sancta, sicut oli-
ua virens, fœcunda atq; fructificans, in
operibus virtutū p charitatis & spūs pin-
guedinem, fructus proferens operationū
Deo placitarum, in Ecclesia quoq; triū-
phante, perpetua lætitia & satietate ęter-
na semper virens, & stabilis in æternū,
in plenitudine fœlicitatis illius:
* *speraui in misericordia Dei in æternum,*
*& in sæculum sæculi.* D
spem habui in misericordia & bonitate
Dei mei defixam in æternum & imperpe-
tuum plenissimē uidelicet confidens, di-
uinæ bonitatis nunquam mihi defutu-
rum auxilium, quæ spes me in perpetuo
virore facit facietq; ꝑsistere in æternum.
9 *Confitebor tibi in sæculum, quia fecisti:*
Laudabo te domine Deus meus in sēpi-
ternū, eo quòd fecisti, eo ꝙ mihi hoc ꝑ-
stitisti per tuam gratiā, ut essem in con-
spectu tuo quasi oliua fructifera, qui insu-
per dedisti & fecisti in me, quicquid est
boni, quicquid laudis, quicquid virtutis.

* *& expectabo nomen tuum:*
& ob hoc cū patientia sustinebo & expe-
ctabo te domine, qui iuxtà nomē tuū op-
timus es: in tua fiducia perstabo atq; per-
seuerabo usque in finem, nunquā in alio
præterquam in te spē meam locaturus,
nunquam alienis occupādus amoribus.
* *quoniam bonum est, in conspectu sancto-
rum tuorum.*
bonum. n. est te domine sic expectare, in
bona perseuerantia, oībus seruis & fide-
libus tuis. Quicunque. n. te in sanctitate
& iustitia viuentes fideliter expectaue-
rint, non frustrabuntur in ęternum, neq;
ab expectatione sua poterunt cōfundi.

## ANNOTAT. IN PSAL. LI.

Circa titulum nota, Dauidem nō cō-
posuisse hunc Psalmū tunc, qñ Do-
eg uenit & annunciauit Sauli de Achime-
lech, neq; propter hanc annunciationē
nudam tanta amaritudine & increpatio-
ne in eū fuisse inuectum (quāquā id secū-
dum faciem uideaē sonare titulus, eo ꝙ
dicatur, quando venit Doeg, & annūcia-
uit, & cætera.) sed propter crudelissimā
innocentum sacerdotum necem, quādo
venit ad ipsum Abiathar, qui hæc illi an-
nunciauit. Vnde ꝙ dr̄, Intellectus Da-
uid, cum venit Doeg Idumæus, & nuncia-
uit Sauli, sic accipi debet, eū potius cau-
sam vel occasionē quā tp̄s designet, hoc
est, ꝓ eo ꝙ uenit Doeg, & nunciauit Sau-
li. Hæc. n. annunciatio causam dedit tan-
tæ crudelitati, aduersus quā Psalmus ca-
nit. ¶ Versu. 1. Quid gloriaris ī malitia?
Quemadmodum in argumēto indicaui-
mus, secundum specialem tituli applica-
tionem, potest Psalmus æque proferri cō-
tra Saulē, uel ꝯtra Doeg Idumæū, vel po-
tius cōtra vtrūq;. Magis tñ videtur cōtra
iniquum delatorem, & crudelissimæ sen-
tentiæ exequutorē Idumæum istum diri-
gi, aduersus quem merito tā acri obiur-
gatione Dauid inuehitur, quoniā quū
sciret sacerdotem Achimelech innocen-
ter & ignoranter egisse, dando illi panes
& gladium Goliæ, ipse tñ absq; excusa-
tione crudelē detulit accusationē ad fu-
riosum regem Saulem. Neq; enim igno-
rabat Doeg iste simpliciter egisse Achi-

melech, in eo quod panes dedit & gladium Dauidi, qui se simulabat proficisci ad negotia regis. Nō n. sciebat Achimelech quæ quam grande vel paruum, de ira Saulis
1.Re.22. contra Dauidē, vel de fuga Dauidis à facie Saul: neq; illi quicquā indicauit Dauid fugiens, sed persuadebat, se ad negotia regis secreta pergere. Hæc sanè Idumæū iustū sanguinolētū, & (iuxta nomē suū) sanctorū sāguine rufum, nō latebāt, obiq; merito accusare nō debebat innocentē sacerdotē, quasi fauentē partibus Dauidis, aut ut minimū hāc sacerdotis innocentiā & ignorantiā debuisset accusationi coniungere. Nūc verò accusationē grauissimā proponēs, & factū ipsū uehemēter exagerās, excusationē silētio premit. Deniq; et si cōstitisset sacerdoti Achimelech de fuga Dauidis, cū illi humanitatē impēderet, nō debebat tn̄ hoc iste spiritualiū pastor Idumæus ad regē sæuiētē deferre, qm̄ quidē sacerdotalis officii n̄ est miseros perdere, ut perdant, sed misericordiā potius exhibere, & pacē facere, tā erga
Esa. 35. Deum, quam erga hoīes. ¶ Versu 2. Tota die iniustitia cogitauit lingua tua. Secūdū hunc loquēdi modū in alio Psal. dr̄,
Psal. 34. Os iusti meditabit sapientiā. Et alibi, Līgua mea tota die meditabit iustitiā tuā. Quē aūt sensum faciat hic loquēdi modus, mōstrat Elucidatio. Similē fere significationē intēdunt uulgo hoīes, eū de eo qui sp̄ discursibus gaudet, & oblectat in euagationibus, dicere solent, Huius hoīs pedes nihil cogitant, quam discurrere atque vagari, dum sic pedibus sm̄ tropū loquēdi tribuitur, qd cordi de ministerio pedū sm̄ rei proprietatem conuenit. ¶ Versu eodē, Sicut nouacula acuta fecisti dolū. Nouacula si bene acuta non sit, nequit bene pilorum radices auferre. Quæ uerò optime acuta fuerit, vsq; ad fundamentum pilos radit, & prorsus nihil relinquit aut pertransit, quod nō secum abripiat minimo negotio, ueluti imperceptibiliter. Ob hoc, Doeg iste Idumæus, atq; et author
1.Reg.2. malitiæ rex ipse Saul, rectè uterq; acutæ nouaculæ cōparantur, quoniā uniuersā sacerdotum familiam penitus perdiderunt, & in nullo prorsus illis pepercerūt, etiam fœminas, etiam liberos, etiam iumenta, in ore gladii ferientes, mansionem quoq; ciuitatis eorum subuertētes. Quid n. amplius poterāt, aut quomodo nocere crudelius acutissimæ istæ nouaculæ? Nā qd unus ille pilus (id est, Abiathar unus de sacerdotibus) effugit harū nouacularū aciē, specialis erat muneris Dei, vt haberet apud sese profugus rex Israel Dauid profugū sacerdotē Abiathar, Gn̄aliter quoq; hæc comparatio ad oēs spectat pauperum & innocētū oppressores, qui eos & externis bonis oībus, atq; et uita corporis, absq; misericordia spoliār, plus nocituri, si ualerēt āplius. Pōt et hæc cōparatio acutæ nouaculæ aliter intelligi, qm̄ sicuti ipsa hoīem citissimè uulnerat, simul & grauissimè, eo quod pp acuiē maxime penetrat, sic impii hoīum bonorum oppressores, per suas fraudulentas linguas, tanquam p nouaculas acutas, quasi imperceptibiliter lædunt, & grauissime nihilominus nocent. ¶ Versu 4. Dilexisti oīa uerba pcipitationis, lingua dolosa. Orationem illā lingua dolosa, qdā in ablatiuo casu accipiunt, ut coniungat cum pcedētibus, uel subaudiendo aliquid, iuxta qd monstrat Elucidatio, vel coniungēdo simpliciter cū illo, verba pcipitationis, subaudita ppositione in quēadmodum hēt Psalterium Romanum, In lingua dolosa. Alii accipiunt pdictā orōnem in casu vocatiuo, hoc modo, Dilexisti oīa verba pcipitationis, ò lingua dolosa: ut hō ipse fraudulētus atq; dolosus, ita p cōtumeliā
Psal. 11. nocet lingua dolosa, quēadmodum Psalmo 11. in expositione uersus illius, Labia dolosa in corde, & corde loquuti sunt, de labiis dolosis diximus. Alii uerò per accusatiuū casum legunt, linguam dolosam, qūo hēt Psalterium, quo usus est B. Augustinus, qūo et Hieron. vertit ex Hebræo. Atq; ita accusatiuus iste ad verbum dilexisti, referri debet. ¶ Versu 5 Euellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo. Aduerte, emigrabit sm̄ improptiā significationē positum, pro emigrare faciet, absolutū s. verbum pro transitiuo, quomodo
1.Cor.2. apud Paulum dr̄, Deo autem gratias, qui semper triumphat nos in Christo, pro triumphare facit. Quod autem sequitur, Et radicem tuā de terra uiuentium subaudiēdo auferet, abscindet, siue euellet, pulchrè ad Doeg & Saulē potest accōmodari,

dari, ad exprimendum conditionẽ puni- A tionis eorum. Quemadmodũ.n. sacerdotẽ Achimelech prorsus innocentem, Saul radicitus (quantum quidem in se fuit) euulsit, & ipsum & liberos oẽs vsq; ad lactentes, & cætera eius oĩa interficiens: ita iuxta modum peccati, aduersus ipsum pœna hic pronunciat̃ condigna, q̃ sit euellenda radix eius de terra viuentiũ. Quã quidem radicem in Elucidatione interpretati sumus substantiã, diuitias, & gloriã, ac cætera hmõi in quibus veluti radicibus quibusdã sese fixos putant impii, & firmos in terra. Posset tñ & ad liberos re B ferri, vt prædicatur contra impium Saulẽ & Doeg, q̃ non ipsi soli, sed ẽt eorum semen de terra sint (pp commissam in sacerdotes dñi crudelitatem) auferendi: id quod de Saule aperte indicat regnorum historia; & de Doeg verisimili existimatione est eredendũ. ¶ Versu 8. Ego autẽ sicut oliua fructifera. Non hæc vt iactanter dicta accipi debent, sed vt ad gloriã Dei, in bonę conscientiæ testimonio pronunciata. Quæ sub persona Dauidis dicta, ad vniuersos generaliter debent accõ modari, qui per innocentiam vitæ atq; iustitiã fructificare student in operibus bonis, quorum spes & fiducia in dño Deo est. Oẽs.n. hmõi, quasi oliuas virentes & semper fructiferas efficit Dei nunquam deficiens misericordia. Attendendum verò, hunc Psalmum (qui secundæ quinquagenæ iuxta Græcorum atq; Latinorum vsitatam distinctionem primus est) ordine prorsus cõtrario procedere, ad illum qui situ loci primus est in quinquagena priori. In hoc siquidem, primum prolixè describitur viri iusti beatitudo atq; fœlicitas, ac posterius ex aduerso breuiter D adiungitur impiorum calamitas. Contrario aũt ordine, Psalmus qui iam in manibus est, prius impii prolixe peruersitatẽ & subsequentem calamitatem depingit, atq; ex aduerso, paucis verbis iustorum perpetuum opponit virorem. Quanquã aũt ordo commutatur est, res tñ ipsa quæ tractatur, & Psalmi materia prorsus eadẽ est. ¶ Versu 9. Confitebor tibi in seculũ, quia fecisti. Complenda est ad sensus perfectionẽ ista oratio, vel ex eo quod proxime antecedit, Fecisti me sicut oliuã fructiferã in domo tua, & fecisti me sperare in misericordia tua: vel ex iis quæ paulo longius distant, in hunc modum, Quia fecisti vltionẽ & vindictam contra impios, parastiq; eis damnationem suã superius descriptam: sicq; præteritũ pro futuro (consueto scripturarum more) videretur commodius accipiendum, vt sit sensus, Confitebor tibi, qm̃ facies pro iustis vindictam de inimicis & persequutoribus eorũ iuxta modum supradictum, de terra viuentium eos auferendo, eradicando, & in confusionẽ æternam proiiciendo, Atq; hoc pacto rectè consonabit, quod sequitur, Expectabo nomen tuum, id est, te expectabo cum patientia, donec tibi placitum erit iudicare causam meã meq; de manibus iniquorum misericorditer liberare, atq; huic posteriori manifestè consonat quod habet Paraphrasis Chaldæa, confitebor tibi, qm̃ operatus es punitionem siue vindictam iudicii mei: hoc est, vltionẽ ad iudicandum pro me cõtra aduersarios meos. In eo quoq; qđ sequitur. Qm̃ bonum est in conspectu sanctorum tuorum: varia partis illius, in C conspectu sanctorum tuorum, constructio est, quidã.n. referunt ad nomen bonum: vt bonum in conspectu sanctorum tuorum, idẽ valeat quod, bonum ipsis sanctis tuis. Quæ sententia, tametsi prima facie non occurret, vr̃ tñ satis commoda, & facilior cæteris. Alii iungunt eã cũ verbo cõfitebor hoc mõ cõfitebor tibi in cõspectu sãctorũ tuorũ, hoc est, corã multitudine fidelium: iuxta q̃ dr̃ in alio Psalmo Vota mea dño reddam coram omni populo eius. Iungi ẽt põt cum verbo expectabo, vt sit sensus, Expectabo nomen tuum in conspectu sanctorum tuorum: hoc est, expectabo te corã & simul cum sanctis tuis: vel ita vt proximis ẽt meis luceat exemplum patientiæ & perseuerantiæ meæ. Potest postremo ẽt ita intelligi: Expectabo nomen tuum, qm̃ hoc ipsum (scilicet expectare cum patientia nomen tuum) bonum est corã omnibus sanctis tuis: id est, te agnoscentibus atq; ita credentibus omnibus sanctis. Omnes enim pii hoc norunt, hoc credunt, bonum esse, præstolari dominum in silentio, & in patientia.

Psal. 115. Tren. 3.

## LII. PSALMI ARGVMENTVM.

*HIC Psalmus abundantiam malitiæ & multitudinē malorū (qui timore Dei postposito operātur quicquid libet) versibus quatuor primis describit. Deinde sub persona Dñi per amaram interrogationem insinuat, peruersos pauperum oppressores cognituros aliquando Deū iudicem, quem modo cognoscere atq; inuocare noluerunt, quando timore horribili conturbabuntur, iustis ab eo timore liberis, propter Domini præsantiam in eis habitantis. Atque vltimo tandem versu fidelium per Christum liberationem, spiritu reuelante, præmonstrat.*

## QVINQVAGESIMISECVNDI PSALMI ELVCIDATIO.

D*IXIT insipiens in corde suo:* Dixerunt filij hoīum in quibus non est scientia veritatis, neq; sapientia Dei, in cordibus suis, & hanc habent in animo suo erroneam existimationem:

* *non est Deus.*

quòd non sit sm veritatem Deus, vt à fidelibus creditur, qui res humanas cōsideret ac iudicet, qui iustis pro iustitia fœlicitatem, aut malis pro iniquitate reddat damnationem, & hac falsissima persuasione blandiuntur sibi in iniquitatibus suis, quo peccent liberius.

2 *Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in iniquitatibus:* G

Hac aūt falsa existimatione & persuasione inqua p̄supposita, siue timore existētes, neq; cuiusquam metuentes iudicium, corruperunt ipsi viā suam, & computruerunt veluti iumenta in stercore impietatū suarū, suntq; facti, pp multitudinē & magnitudinē facinorū suorū, detestabiles & execrabiles ante Deum & oēs homines

Ioelis. 1. pios: per impijssima opera sua & actiones corruptissimas, quibus intendunt:

* *non est qui faciat bonum.*

non est ex infidelibus istis qui timorem H Dei abiecerunt (quorū est bona, imò maxima pars in hoc miserabili mundo, qui totus in maligno positus est) cui sit curę facere quod bonum ac rectum est, non est ne vnus quidem ex eis, qui studeat virtuti, sed à maiori vsque ad minimum omnes student iniustitiæ.

3 *Deus de cælo prospexit sup filios hominū:* Dñs Deus omnipotens, de sublimitate

1.Ioan.5 cœlorum, in quibus inhabitat, quasi pro

Hiere.6. uidus & diligens humanarū rerum curator, attendit & considerat filios hoīum, & actiones eorū vniuersas bonas pariter atq; malas, ad reddendā vnicuiq; futuro tpe pro operibus congruā mercedē: F

* *vt videat si est intelligens aut requirens Deum.*

prospexit (inquam) considerans ad eos q per fidem rectam verè agnoscunt, aut ex animo quærunt Deum.

4 *Oēs declinauerūt simul inutiles facti sunt:* Et vidit Deus, q̄ maxima pars hoīum, via recta derelicta, ad iniquitatē declinauerunt, suntq; facti ad omne bonum opus, veluti reprobi & inutiles, quasi qui iam dedicerint virtutem, nescientes vltra neque volentes bene agere:

* *non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum.*

vix inuenitur qui bene agat, vix inueniť vel vnus. Tanta est. n malorum copia, vt Titum.1
vix vllus videatur numerus iustorum, si cum illorum conferať immensa multitudine, & ex ijs ipsis qui bonū facere videntur, vix vnus est qui solum ac sp faciat quod bonum est, qui non frequenter admodum declinet ad malū, qui non subinde agat aliquid quod minus rectum est: quandoquidem in multis offendimus omnes, & septies in die cadit iustus.

5 *Nonne scient oēs qui operanť iniquitatē:* Sed nunquid non tandē cognoscent Dei iudicium omnes qui nunc ex prauæ voluntatis studio operantur malum? Iacobi.3

* *qui, deuorāt plebē meā vt cibum panis?*

q populū dñi, hoc est, humiles ac simplices deglutiunt & vorāt ad eū modū quo Pro. 14.
uorari solet panis à comedente, sine vlla cibi resistētia, & sine vlla comedentis misericordia? Certe cognoscent dñm iudicia facient (cuius cognitionē & timorē nunc abiiciunt) cum fuerint comprehen Psal. 49.
si in operibus manuum suarum.

Deum

6 *Deum non inuocauerunt,*
Cùm in hoc mundo agerent peruersi isti in dñm nō crediderunt, neq; eū vt Deū suum īuocauerunt, neq; in eo spē suā posuerūt, sed uel in idolis, uel in alijs rebus perituris in quibus posuerant fiduciam
* *illic trepidauerūt timore ubi nō fuit timor*
& idcirco quia nescierūt dominū, timore magno nōnunq̄ trepidāt, & vehementer cōturbati sunt, q̄n nulla fuisset eis causa iusta timoris, neq; q̄equā periculi, si credidissent in Dñm Deū, eumq; fideliter inuocassent: quemadmodū in aduersitatibus tēporalibus, in infirmitatibus corporalibus atq; similibus, uehemēter timere solent carnales homines, vbi tñ iustis nihil est turbatiōe aut timore dignū.
7 *Quoniam Deus dissipauit ossa eorum qui hominibus placent:*
Deus.n. confringit, & ad nihilum redigit oēs vires, omnemq; virtutem eorum, q se relicto, ac timore sui abiecto, in hominibus spem ponunt, hominum gratiam quærunt, & ijs placere student, quasi auxiliū ab illis expectantes, unde habere non possunt, ad Deum autē oculos nō leuāt:
* *confusi sunt, quoniam Deus spreuit eos.*
Matt.25 confusione æterna cōfundent eiusmodi neq; raro & cōfusione temporali in hoc sæculo, q̄n De⁹ omnipotēs abiecit eos, & à se imppetuū separauit, iubēs eos ut iniquitatis operatios abscedere in ignē æternū, cum diabolo & angelis eius, cui

A in vita seruierunt. Cū.n. solus hic sit adiutor in oportunitatibus ac tribulationibus, necesse est ut cōfundāt oīs qui huic placere non student, qui non totis uiribus hunc sibi cōtendit demereri, sed ad filios hoīum attendit, in quibus non est salus. Psal. 9.
8 *Quis dabit ex Sion salutare Israel?*
Quis verò erit qui tantæ poterit mederi malitiæ, quæ abundat in terris? quis de superna illa cœlestiq; ciuitate (posteaquam hic super terram declinauerunt oēs, & maculati sunt ī seipsis) dabit salutem & saluationē populo Israel, populo fideliū, Ps.145.
* *cū conuerterit dñs captiuitatē plebis suæ:*
indubiè nemo, p̄ter dñm Deū saluatorē
B nr̄um: qui eū voluerit, & sicuti uoluerit, ītpe gratię, p filium suum auferet captiuitatem illā plebis suę, sub qua miserè detinebātur, saluuumq; faciet populū suū.i. credituros in se à peccatis ipsorum dans eis potestatem, ex filijs captiuitatis & iræ filios gratiæ fieri, & filios Dei:
* *exultabit Iacob, & lætabitur Israel.*
ac tunc quidem exultabit gaudio spūali oīs fidelis, credens in dominum, uitia supplantans atque conculcans, & Dei placita perficiens: Matth.1 Ephe.2.
Atq; iterū, cū dñs fideles suos ex huius Ioan.1.
C mūdi miserāda captiuitate, & ex hui⁹ vitę peregrinatione, eduxerit in patriā supnā tūc pfecto gaudio gaudebūt fideles oēs, cūctis iā superatis & pteritis malis, qbus ī hoc mūdo iugiter ab iniqs affligebant

¶ANNOTATIONES IN HVNC PSALMVM REQVIRE POST Elucidationem Psalmi decimitertii. Omnes.n. versus Psalmi præsentis iste comprehendit, septimo tantum excepto, cuius in Elucidatione satis clara ponitur expositio.

## LIII. PSALMI ARGVMENTVM.

*Clamat hoc Psalmo uir iustus in tribulatione positus, ad dñm liberatorē suū auxiliū postulās & saluationē cōtra sæuissimos hostiū insultus, quos sustinēt pmittēs liberatori cantica gratitudinis. Valet aūt hic Psalmus, tā cōtra spirituales, quā cōtra corporales tribulationes.*

## QVINQVAGESIMITERTII PSALMI ELVCIDATIO.

DEVS *in nomine tuo saluum me fac:*
Domine Deus, propter nomen sanctum tuū, & per uirtutem potentissimi nominis tui, salua me ab hostibus meis, qui & numero plurimi sunt, & crudelitate, animoq; nocēdi maximè formidabiles,
* *& in uirtute tua iudica me.*
& in potentia Diuinitatis tuę fac p me iudicium & vltionem aduersum illos.
2 *Deus exaudi orationem meam, auribus percipe uerba oris mei.*

Exaudi Deus orationem meã, quã fundo E in cõspectu tuo, pro liberatione mea: verba depreeationis meę quæ loquor ex corde pleno amaritudine, & angustia, ingrediantur, domine mi, in aures dulcissimæ misericordiæ tuæ, & ad exauditionẽ commoueant viscera misericordiæ tuæ, vt nõ frustrer ab expectatione mea.

3 *Quoniam alieni insurrexerunt aduersum me & fortes quæsierunt animam meam:*

Ecce. n. hostes & aduersarii, animo prorsus alienato, crudeli & efferato, consurrexerũt aduersũ me vt me psequant, atq; requirant ad mortem: & ij qui potẽtes sunt F ad nocendum mihi, ad mortem me requirunt, meque vt perdant, hostili animo persequuntur:

* *& non proposuerunt Deum ante conspectum suum,*

non habent te domine ante oculos suos timore tuo, & iudiciorum tuorum non auocantur à proposito malitiæ suæ. Neq; etiam considerant potentiam tuam, quæ mihi potens est contra omnem illorum virtutem sufficiens præbere auxilium.

4 *Ecce enim deus adiuuat me: & Dominus susceptor est animæ meæ.*

Et quidem in his angustijs atque periculis, tu es domine, omne auxilium meũ, tu me adiuuabis contra inimicos meos: te solum habeo susceptorem animę meę atque defensorem vitę meæ.

Tu enim solus mihi abunde sufficis contra hostium milia, aduersum omnem persequentium numerum & apparatum.

5 *Auerte mala inimicis meis:*

Auerte tu domine: & prohibe ne mala mihi veniant ab inimicis meis tua defensione prohibe, & impedimẽtũ præsta, ne mala quæ mihi ꝓposuerũt inimici inferre, super me veniãt, auerte, ne impleatur H qđ concipiunt ac moliuntur contra me:

* *& in veritate tua disperde illos.*

& in veritate iustitiæ tuę dissipa uirtutem illorum, confringe potẽtiam, & robur exercituum eorum disijce: vt non illis concedatur, tua permissione adimplere, quod sua praua voluntate decreuerant.

6 *Voluntarie sacrificabo tibi:*

Ego verò pro peccato liberatori beneficio, vbi tua misericordia id fuero consequutus, ex bono corde & bona ac libera li voluntate sacrificium offeram tibi: hilari & gaudenti animo, ad præstandam gratitudinem, sacrificabo quæ nouero tibi esse gratissima:

* *& confitebor nomini tuo domine quoniã bonum est*

& confessionem laudis dabo tibi libera tori meo: quoniam bonum est confiteri & psallere nomini tuo amplius, quã immolatio sacrificiorum quorumlibet corporalium. Sacrificium enim laudis te honorificat, & ipsum est quod tibi immolari postulas. Ps. 91. Ps. 49.

7 *Quoniam ex oĩ tribulatione eripuisti me:*

Ecce enim ex omni tribulatione tu hactenus liberasti me ex plurimis, iisq; difficillimis periculis tua protectione hacten' saluus euasi, neque datus sum in manus hostium meorum:

* *& sup inimicos meos despexit oculus me'.*

& omnes inimicos meos despexit oculus meus, omnes inimicos in te confidẽs quasi pro nihilo reputo, minimeq; ultra formido: sciens, te unum plus omnibus ualere, teque multo ad saluandum, quã illos ad perdendum, potentiorem atque G ualidiorem.

## ANNOTAT. IN PSAL. LIII.

VErsu. 1. Et in virtute tua iudica me. Psalterium Romanum habet, libera me, quod sm rem idem ualet, quod iudica me. Sic enim tribulatus iudicari petit, id est, iudicium pro se fieri, ut liberet. In Græco autem habetur κρῖνόν με, hoc est, (ut nostra habet Gallicana lectio) Iudica me. Beatus Hieronymus vertit, In fortitudine tua vlciscere me. Fœlix, Vindica me. Quæ & sm uocem, nostrę lectioni quã Romanę magis consonant. ¶ Versu 3. Quoniam alieni insurrexerunt aduersum me. Alieni intelligi possũt, tam quoad Deum quã quoad hominem iustum. Qui enim aduersum nos consurgunt, à Deo alieni sunt atque extranei: nimirum Dei osores, hostes, contradictores, & (quantum quidem in ipsis est) oppugnatores: & insuper alieni atque extranei à iustis, quos opprimunt, & quibus, quantum præualent, animum hostilem ostendunt. ¶ Versu. 5. Auerte mala inimi

cis

cis meis. Huius partis multiplex dari po- A test intelligentia. Primum, illa, quam ponit Elucidatio ꝓphe, vt ab hostibus mala mihi nō veniāt, Altera hæc est, Auerte mala à me, inimicos meos, hoc est, cōuerte malitiā eorum, & mala quæ mihi machinant̃. retorque & refunde super eos. Secundum queũ modum alibi dicitur.

Ps. 34. Veniat illi laqueus quem ignorat, & captio quam abscondit apprehendat eũ, & in laqueũ cadat in ipsum.

Ibidem. Et iterum, Gladius eorum intret in corda ipsorum. Et in aliis locis compluribus similiter. Atq; huic expositioni cōsonat qđ ex He- B bræo vertit Hieronymus, Redde malũ insidiatorib. meis. Et Fęlix in eandē sñiam, Redde malum, vel cōuerte malum tribulantibus me. Chaldaica quoque trāslatio similiter, Fac reuertatur malum ad eos qui me agitant, vel persequuntur. Potest addi tertia expositio, Auerte mala ab inimicis meis ut pfectæ innocētiæ deprecatio pro aduersariorum salute, quomodo

Lucę. 23 Christus pro inimicis rogauit, dicens, Pater dimitte illis, quia nesciunt quid faciunt Ita auerte mala inimicis meis, ab eis mala amoue, malum cor, malam ani- C mam, mala uitia, ut pro malis conferas bona. Verum non satis consentit huic expositioni, quod e vestigio subsequitur, Et in veritate tua disperde illos, nisi fortè & hanc perditionē salutarē intelligamus, in partem æquiorem, secundum quē modum alibi dicitur, Increpasti gentes, & periit impius. Psal. 9.

¶ Versu 6. voluntariè sacrificabo tibi Habet hoc loco, voluntariè sacrificare, peculiarem quandam emphasim, quam in Elucidatione utcunque indicauimus, quam etiam Fœlix exprimit, dicens, Cum munificentia sacrificabo tibi, vel cum quadā animi liberalitate offeram. Significat enim dictio Hebraica (vt ipse ait) oblationem spontaneæ mētis. Atq; huic simile videtur, quod in alio Psalmo dicitur. Ex uoluntate mea cōfitebor illi.

¶ Versu eodem, Confitebor nomini tuo domine, quoniam bonum est, Psal. 91. Particula ista vltima, qm̄ bonum est dupliciter intelligitur. Primo, quoniam bonum est confiteri nomini tuo, iuxta illud quod in alio Psalmo dicitur, Bonũ est confiteri domino, & psallere nomini tuo altissime, quē sensum in Elucidatione expressimus. Vel secundum alterum sensum, Confitebor nomini tuo, propterea quòd bonum est nomen tuũ, Nomē enim domini laudari debet quoniā bonum, Non enim propter vtilitatem aliquam vel commodum, sed maxime quia bonum. Atque ita secundum rem idem est, ac si dicas, Confitebor tibi domine, quoniam bonus es.

## LIIII. PSALMI ARGVMENTVM.

*Clamat in hoc Psalmo vir iustus in graui malorum conturbatione positus, ad auxiliatorem dominum proponens primum, ex inimicorum persequutione nimiam conturbationē atque desolationem, animæ suæ postulans sibi ad fugiendum pennas dari columbæ, ut in solitudinem auolans, alicubi requiem queat inuenire. Atque hæc primis octo uersibus. Dehinc orationem fundit contra prauorum malitiosos conatus, & contra ciuitatem impiorum, cuius prauitatem usque ad versum 12 proponit. Vbi dehinc, illud uehementer exaggerat & ponderat, q. ēt ab ijs qui proximi & amici uidentur, contingat persequutionem & afflictiones pati, quod multo est ad tolerandum difficilius, quā si ab extraneo & aperto inimico procederet afflictio, cuiusmodi hoīb⁹ dignā mortē vel precatur vel p̄nunciat, ipse in domino spem ponens, & dominum iugiter omni tempore inuocans liberatorem, in quo & sperat ab omnibus tribulantibus liberari, inimicis in sua impœnitentia, & iniquitate perseuerantibus, à conspectu præsentiæ Dei per vltricem sententiam proijciendis in puteum mortis, à qua salui erunt, qui curam suam in dominum proijciunt. Posset verò hic Psalmus totus in persona Christi satis aptè exponi. In elucidatione tamen, generali expositione uiro iusto cuilibet afflictione malorum tribulato, illum applicabimus. Post verò in annotationibus, quomodo nonnulla peculiarius ad Christum valeant aptari monstrabimus.*

LIIII.

LIIII. PSAL. ELVCIDATIO. E

XAVDI *Deus orationē meam, & ne despexeris deprecationem meam:*
Exaudi Deus precem meam, quā in amaritudine animi mei fundo ad te, & ne amoueas, neque abiicias eam à conspectu tuo, vt sic eam non sinas ascendere ad sacrarium exauditionis tuę:
* *intende mihi & exaudi me.*
cōuerte ad me benignum aspectum misericordiæ tuæ, & dignanter me exaudi, F ad te humiliter clamantem.

2 *Contristatus sum in exercitatione mea:*
Contristatus sum vehementer in meditatione mea, dum meipsum exercito, me ditando & considerando plurima & maxima pericula, in q̄bus versor, aut quę mi hi imminent per circuitum, quorum meditatio non modicam mihi incutit tristitiā, in exercitatione quoq; qua exerceor, probor & affligor, à multitudine malorū inter quos uersor, contristatus sum:
* *conturbatus sum à voce inimici, & à tribulatione peccatoris.* G
& cōturbatus sum atq; perterritus à uocibus inimicorū, quibus cōtra me loqnūtur in malum, & à tribulationibus atq; persequutionibus hominum impiorū.

3 *Quoniā declinauerunt in me iniquitates:*
Ipsi enim falsis accusationibus, criminationibus atque detractionibus, proiecerunt super me, & imponunt mihi mala, quorum mihi non sunt cōscius, de multis me falso accusantes, quasi hæc aut illa mala egerim, quo sic me reum mortis ostendere valeant aliis, & iustè persequi me videantur: H
* *& in iracundia molesti erant mihi.*
& in iracundia sua inuidia quā cōtra me gerunt, mirum in modum molesti facti sunt mihi vehementer & multiplicirer me uexant ac persequuntur.

4 *Cor meum conturbatum est in me:*
Adeò verò aggrauata est in me tristitia ex consideratione atq; exercitatione huiusmodi, adeò inualuerunt contra me mala, ut conturbetur intra me cor meū, præ nimio timore periculorum & malorum quæ sentio:
* *& formido mortis cecidit super me.*
formido quoque & horror mortis, qualem habere solent quibus mors in proximo est, irruit super me.

5 *Timor & tremor venerunt super me:*
Timor magnus in intimis, atq; hinc tremor in membris, cecidit super me, apprehendit atque inuasit me:
* *& contexerunt me tenebræ.*
& operuit caligo tenebrarū oculos meos simul & cor meū: prorsus obtenebrati sunt p̄ timore oculi mei, simul & cor meum, ita ut nec oculi lumē suū teneāt, & vix sibi mēs cōstet amplius, quēadmodū hoībus in maximo metu & proxime ad mortē positis, euenire solet, vt lumen tācordis, q̄ oculorū incipiant deficere, & velut obtenebrari siue operari tenebris.

6 *Et dixi quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo & requiescam?*
Et cum in tāta essem positus angustia in medio hominum iniquorum affligētiū aīam meam, optaui modum aliquē inuenire, quo effugere possem tantā malitiæ me affligentis abundantiam, dixiq; apud memetipsum, Quis mihi dare possit alas in modum columbæ, quemadmodum habet colūba, ut eis suffultus auolare possem in locum tutū, & quietum ab hominū perturbatione extraneum, vbi requiē possit aliquantulā inuenire nimium fatigata anima mea? Columba nanq; si ullā sentiat perturbationē aut strepitū, mox alis suis suffulta auolat, quo noluerit, in loca solitaria, ibiq; sese abscōdēs, in petra aut nido, secura q̄escit, solis gemitibus extra oēm tumultum intenta. Atq; vtinā sic præclare mecum agatur, utinā similes & mihi alæ donentur, quibus de medio impiorum quotidie excruciantium & affligentium animam meā quietēque perturbantium, ualeam auolare, & in locum solitarium me abdere, vbi in q̄ete absq; tumultibus mundi posita, uni Deo vacare queat anima mea, uniqueac soli Deo intendere.

7 *Ecce elongaui fugiens:*
Ecce aūt, q̄uo optaui, ita partim & cōtingit mihi grā tua, Fugiens nāq; elōgaui memetipsum à cūctis mundi tumultib⁹, ab uniuersis sęculi huius ꝑturbationib⁹ memetipsum subduxi, primum quidem, quan-

quantũ potui: loca quęrens solitaria, amica meditationibus atq; mœroribus, deinde super omnia, cor habere studens elõgatum ab omnibus humanis affectibus & tumultibus, & cuncta quæ in mundo nequam sunt magno animo abiiciendo atque abnegando, ac uelut subtus me posita despiciendo:

* *& mansi in solitudine.*

atq; in hac solitudine tam carnis, quàm mentis constanter permansi, quantũ gratia tua potui, in hac meipsum uiriliter cõtinere summopere curaui, me mihi qes deperiret animæ meæ, si ad ea, quæ ante fugeram, atq; fugendo reliqueram, rediissem denuo.

8 *Expectabam eum qui saluum me fecit à pusillanimitate spiritus & tempestate:*

In hac autem quiete & solitudine expectabam cum patientia dominum, qui me saluũ faceret à pusillanimitate spiritus qua tenebar, hoc est, ab illa maxima conturbatione animi & grauissima tristitia, qua me affecerant homines peruersi, amatores sæculi huius, & à tẽpestate ac tumultu persequutionis atq; molestationis eorum. In hac, inquã, quiete & in hoc silentio positus, à te domine expectaui salutẽ, te expectaui, te sustinui, & à te consolationem quæsiui, ne me uel spiritus mei timiditas, uel tempestuosa & turbulenta hostium persequutio absorberet:

9 *Præcipita domine:*

Oro autem te domine, iam hic tecum in solitudine positus, vt pessimos illos sæculi amatores (quorum est studium in hoc mundo iustos affligere) præcipites, atque deiicias de altitudine, in qua tua permissione consistunt:

* *diuide linguas eorum:*

eorumq; linguas quibus semper contra iustos mala loquuntur diuidas, & in discordiam mittas, vt ita effectum non cõsequantur praua eorum consilia,

* *quoniam uidi iniquitatem & contradictionem in ciuitate.*

uidi enim ĩ ciuitate & cõgregatione impiorum nihil aliud nisi iniquitatẽ & contradictionẽ, iam cõtra ueritatem, q̃ contra iustitiã. Et ipsi namq; iniqua agunt, & quantum in se est resistunt ueritati atq; iustitiæ aduersantur toto conatu iniqtatẽ

A promouere & iustitiam atq; ueritatem opprimere laborantes.

10 *Die ac nocte circundabit eam super muros eius iniquitas:*

Iugiter die ac nocte per circuitũ eius, usque ad muros graditur iniquitas, ecce ista est in medio eorũ impietas, & quasi per circuitum totam ciuitatem hanc super muros circuit:

* *& labor in medio eius, & in iustitia.*

estq; in medio ciuitatis huius pauperum atq; bonorũ afflictio & iniustitia, hæc in impiorum cõgregatione regnant, hęc nusquam non inueniuntur apud impios.

11 *Et nõ defecit de plateis eiꝰ vsura & dolꝰ.*

B Omnis quoq; modus fraudandi decipiẽdiq; proximum, siue per usuram, siue per aliam quamlibet dolosam adinuentionẽ vbiq; occurrit in societate prauorum, & uelut vbiq; in plateis hmõi occurrunt, quoniã uulgatissima hęc sunt inter eos.

12 *Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi sustinuissem utique.*

Et quidem in his omnibus illud tolleratu difficillimum est, quod videamus non raro et proximos, uicinos, notos, familia-

C res, ac nonnunquam ẽt ad tempus singulari iunctos amicitia, sibi inuicem fraudẽ facere & amicos suos supplantare, quomodo & mihi nunc euenisse experior. Nam si quispiam ex iis qui se apertos inimicos demonstrant, & pro aduersariis, gerũt, de me mala & ĩdigna fuisset ꝓloqutus, facilius mihi ad uitũ fuisse susti nere & pferre, q̃ ab iis q se amicos simulant, aut q lõga mihi amicitia aut familiaritate fuerunt sociati.

D 13 *Et si is qui oderat me sup me magna loquutus fuisset, abscondissem me forsitan ab eo.*

Et si aliquis eorum quis apertum odium contra me demonstrant, mala magna cõtra me loquatur, si mihi grauia commineretur, potero eius iram declinare abscondendo & subtrahendo meipsum à facie eius, sicq; ab eo facile mihi cauere potero ne nocumentum accipiam.

14 *Tu uerò homo unanimis:*

At uerò, qd hanc nunc tribulationẽ cõtra me suscitat, hmõi mala aduersum me loquit homo olim tã amicus, vt unius animi esset mecũ, uniusq; affectꝰ ac sñiæ.

* *dux meus & notus meus.*

homo

homo cui ita fidebam, ut tuto me illi cō- E
mitterem, illiusq; insequenter consilia, quē habui quasi consiliarum meū, aut ēt ducem itineris mei homo, inquam, quō dam mihi intimus & familiarissimus.

15 *Qui simul mecum dulces capiebat cibos in domo Dei ambulauimus cum consensu:*

Qui simul mecū dulcissima ac lætissima solet celebrare conuiuia, qui frequenter dulcis mihi conuiua fuit, sicut & ego ui cissim illi, qui etiam in domo Dei nostri frequenter perambulauimus, cū magna concordia & iucundo consensu, iuncti lateribus tāquā intimi socii & familia- F
res amici qd hic, inquā, de quo nihil unquam sinistrè suspicari potui, nūc ita aduersum me mala loquitur uel agit, quod nūc mihi hāc exsuscitat, conturbatio nem, id mihi certè toleratu uī omniū difficillimum, affligitq; uehementissimè animū meum, ꝙ ab illis potissimum mala suscipiā, à quibus minimè expectabā.

16 *Veniat mors super illos & descendant in infernum uiuentes.*

Digni sunt huiusmodi, super quos ex ul tione tua descendat sententia mortis & cōdemnationis æternæ, atq; ut in infer- G
num absorbeantur uiuentes, vt manifesta punitione omnes uideant in eis ultionem iustitiæ, aliis in terrorem & exēplum, quomodo Dathan & Abyron, cun ctis aspicientibus, in infernum prolapsi atque demersi sunt.

17 *Quoniam nequitiæ in habitaculis eorū in medio eorum.*

In habitaculis nanq; eorum nihil aliud quā nequitiæ, astutiæ, fraudulentiæ, atq; alia mala huiusmodi inueniuntur, & huiusmodi in medio eorum sunt, hisce ple ni sunt, abundantes in omni malitia, ne- H
que aliud uolunt in cogitationibus atq; affectionibus cordis sui.

18 *Ego autem ad Deum clamaui:*

Ego uerò aduersus illorum execrandam malitiam unicū habeo remediū, & unicum refugium, uidelicet vt clamem ad do num Deum meum & ab eo de tanta ini quitatis abundantia poscam auxilium:

* *& dominus saluauit me.*

& nō despexit me deprecantē dominus, neque dimisit cōfusum, sed benignè & misericorditer me exaudiuit.

19 *Vespere, & mane, & meridie, narrabo & annunciabo:*

Quandocūq; opportunū fuerit, siue mane, siue uelpere, siue in ipso diei medio, siue aliàs quocunq; opportuno & orationi accommodo tempore, ego narrabo domino miseriam & angustiam meā annūciaboq; & proponam illi conditionem necessitatis meæ:

* *& exaudiet uocem meam.*

& hoc de illius bonitate confido, quod clamantem exaudiet, facietq; omnia quę postulauero ab eo.

20 *Redimet in pace animam meam ab his qui appropinquant mihi:*

Ipse me securū faciet ab oppugnationibus, & in pace constituet aīam meam ab his qui me aggredient aīo iniquo ut nocceāt, ita ut nequaquā illos permittat ꝑualere mihi, & sup me aeq̃rere dñationem:

* *quoniam inter multos erant mecum.*

quoniam ipsi cum multis mihi appropinquabant simul eum multis me aggrediuntur ad nocēdum, & inter multos simulq; cum multis mihi adiungunt, & mihi appropinquant, ut tam facilius, quàm crudelius ualeant nocere.

21 *Exaudiet Deus, & humiliabit illos, qui est ante sæcula.*

Exaudiet autem me Deus ad se humiliter clamantem, & humiliabit illos atque deprimet humiliatione maxima usq; in profundum inferni, ipse Deus æternus qui erat ante omnia sæcula, principium non habens durationis suæ, quemadmo dum neque finem in omnia sæcula.

22 *Non enim est illis commutatio, & non timuerunt Deum.*

Non enim commutatio est illis de malo in bonū, nolunt commutari, nolunt cōuerti, nolunt agere pœnitentiam aut resipiscere de malis uiis suis, sed proficiunt magis in iniquitatibus suis, in dies profundius immersi neqtiæ, & nō est timor Dei in eis, quam ob rem & pœnitere ne sciunt, aut à malo in bonum cōmutari:

* *extendit manum suam in retribuendo.*

& quia transferre se nolūt à uiis malis, & Deū nō habent anī occulos, ideirco iā Deus manū suā extendit, tanquam paratus ad reddendam ultionem, vt retribuat vindictam & pœnam condignam eorum

rũ impœnitentię,& peruersæ atque consummatæ nequitiæ.

23 *Contaminauerunt testamentum eius, diuisi sunt ab ira vultus eius:*

Contaminauerunt namque ac polluerunt testiũ Dei, eius præcepta præuaricãdo per inobedientiam, atq; ob hoc proijcientur à conspectu Dei, & in æternũ reprobantur, atque penitus diuidentur ab ira indignationis eius, per sententiam terribilem intonantem Discedite à me maledicti in ignem æternum: quæ sanè sententia, ab ira indignationis eius proficiscetur.

Matt. 25 * *& appropinquauit cor illius:*

neque lõge adhuc abest hęc vltio, sed appropinquauit ad vltionẽ cor & cogitatio eius, cogitauit ĩ ꝓximo facere vindictã.

24 *Molliti sunt sermones eius super oleum:*

Impij illi quo facilius noceant, sermones suos lenes, blandos, atque molles faciũt amplius, quàm ullum oleum valeat esse molle aut blandum,

* *ipsi sunt iacula.*

& ipsi tamen sunt quasi saggitæ ac iacula, ut in eis trãsfigãt animas simplicium. Tanquam acutissima nanq; iacula sunt uerba dolosa impiorum, quibus uulnerant & perimunt innoxios.

25 *Iacta super dominum curam tuam:*

At tu qui horum cupis malitia effugere proiice curam omnem, omnemq; sollicitudinem tuam super dominum Deum tuum, & illi te toto corde, plenissima fiducia, totum committas, ac super illum securus innitere:

* *& ipse te enutriet:*

ipse enim te fouebit, custodiet & educabit solicite, quasi nutrix puerum, quasi filium mater,

* *& non dabit in æternũ fluctuationẽ iusto.*

& non patietur iustum periclitari imperpetuum, nunquam illum finet cadere in perditionem.

26 *Tu verò Deus deduces eos in puteum interitus.*

At verò impios illos bonorum perturbatores, ut Deus scelerum vltor, & vindex, demergens in lacum perditionis, in puteum abyssi, in profunda inferni, vnde egredi nunquam possint, neque ullam debeant sperare liberationem.

A 27 *Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos:*

Et quidem in hoc sæculo viri homicidæ sanguinem sitientes, oppressoresq; bonorum frequenter non pertingunt ad dimidium dierum suorum, quo secundum naturalis complexionis cursum videbãtur posse viuere, sed ante tempus præmatura morte hinc abripiuntur, comprehensi Ĩ iniqtatibus suis, vel gladio, vel alio quolibet mortis genere, ante tempus ꝓpter impietatem occumbentes.

* *ego autem sperabo in te domine.*

B In uniuersum, quoque homines peccatores pertingere non valent ad dimidium dierum quod sibi pręstituunt, & quod sibi vt terminum vitæ suæ præscribũt. Existimant namque in æternum se victuros, sic viuentes, quasi nunquam finiẽda esset vita præsens: & tñ post pauculos annos coguntur abscedere, sicq; conceptos dies ne dimidiant quidem:

Ego verò de tua misericordia confidens in te domino Deo meo semper sperabo, & sub hac tua spe degam securus, donec placitum tibi erit de mundi huius iniquitate educere afflictam pauperculã animam meam.

C

## ANNOTA. IN PSAL. LIIII.

VErsu 2. Cõtristatus sum in exercitatione mea. Exercitationem qdam exponunt meditationem. Alij exponunt ꝓbationẽ, qua exercitant boni a malis, Vtranq; expositionẽ in Elucidatione attigimus. Priori tamen magis cõsonat vocabulum Gręcũ ἀδολεσχία, quod significat contemplationem & meditationẽ,

D siue meditatoriã exercitationem. Et ex Hebræo vertit Hieronymus, Humiliatus sum in meditatione mea. ¶ Versu 4 & 5. Cor meum cõturbatum est in me. Hęc verba optime in Christum competunt in agonia illa nouissima positum, qñ tristis facta est vsque ad mortem aĩa eius, quando cœpit pauere & tædere, contristari & mœstus esse, ita ut etiam guttæ sanguinei sudoris præ agonię difficultate in terram deciderent. Quæ autem sequuntur ver. 6. & 7. Quis dabit mihi pennas sicut columbę, Ecce elongaui, fugiẽs ad

Luc. 22.

Ibidem.

ad Chri latibulū & absćōsionē, in deser- E
to referent̄.cū de Chro dño voluerimus
Psalmū exponere.Saluator.n.pp rabiem
psequutionis Iudaicæ,uolēs psequentiū
improbitati ad tēpus cedere,legitur sub-
inde secessisse in loca deserta cū discipu
lis suis:vbi à tēpestate & psequutionis im
petu liber agebat,ut colūba gemēs pro pec
catis generis humani,& meditās de perfi
cienda saluatione eius Quæ verò deinde
vers.9 10.& 11. sequunt̄ de ciuitate per-
uersa,ad Hierosolymā vident̄ referēda, in
qua aduersus innocentē dūm plurima
celebrātur quotidiana cōcilia,in qua aua
ritia vsq; adeo dominabatur,vt et princi F
pes.sacerdotū populū docerēt pp auari-
Matt.15 tiā pcepta Dei humanis traditiunculis
postponere,ad auaritiam cōpositis. Illa
Ioan.12. verò,q deinde ponunt̄ versibus 12 & 14.
& 15 de Iuda pditore cōmodissime videt̄
tur intelligi,q cū pcurator esset negotio
rū Chri,loculos sibi creditos gestās,eius
familiaris cōuiua atq; Apli,cū eo ambu
lās,& comedens , dolū tamen pessimum
machinatus est aduersus optimū pceptο
rē,cui pinde iustā & cōdignā mortē deG
nunciat,Versu 12.Qm si inimicus meus
maledixisset mihi sustinuissem vtiq;.Si
ad literā Dauidi applicemus Psalmū,ap
paret ipso tēpore quo cōpositus est, sin-
gulare aliqd accidisse Dauidi de amici
cuiuspiā aut admodū familiariter noti i-
fidelitate:vt.s. persequutionē tūc sustinui
sse intelligat̄ ab aliquo,cū quo prius val-
de familiariter & amicè viuebat,quē ali-
quādo velut à secretis & oīno intimum
habuerat.Quēadmodū (exēpli gratia) cū
Doeg Idumæus q forsitā Dauidi se fami-
liarē exhibuerat , donec ageret in aulaH
1.Reg.22 Saulis,post eiectionē,aduersū ipsum eru
deli accusatione sæuiebat.Et cū in Absa-
2.Reg.15 lonis persequutione.Achitophel ipsius ɔ
siliari' ɔtra ipsum cōiurauit.Vnde Chal.
Paraph.apertè hoc loco meminit achito
phelis,cū ait,Tu Achitophel,hō sm ordi
nē meū,uel similis mihi,pceptor meus,q
me docuisti,& scire fecisti sapientiā. Cū
verò Chro domino Psalmus accōmodat̄
de Iuda pars ista (vt supra diximus)expo
nit̄,q cū vnus esset ex duodecim familia-
rissimis Chri cōuictoribus,tradidit dūm
Psal.40. suū Iuxta quē modum,in alio Ps. dr,Hō

pacis meæ,ī quo speraui, q edebat panes
meos,magnificauit sup me supplantatio-
nē,pôt & vnusquisq; iustus querimoniā
hoc trahere,dū cōsiderat nō solū ab extra
neis & inimicis tribulationē se perpeti,
verumēt ab amicis & familiaribus esse se
curum:qd sane vehementer hoiem excru
ciat:nimirum ab ijs quos cōiunctissimos
habere reputas pati calumniā.Modus aūt
tē loquēdi in his tribus versibus, ex vul-
gato vsu sumptus vr̄.Sic.n.loq solēt hoīes
cū ab iis iniuriā accipiūt quos minimè
æquum erat facere iiuriā.¶ Ver.20 Q nō.
int.mult.erāt me Clarius ex Hebræo ver
tit Hierony Multi n. fuerunt aduersum
me.In quē fere sensum accipere oportet
quod habet uulgata lectio , ut intelliga-
mus.Inter multos fuerunt mecum,ad no
cendum mihi,vel cū multis,quasi dicat̄.
ipsi atq; alii similes cōplures mecū fue-
runt,mihi appropinquauerunt,mihi se
adiunxerunt,ex aduersō cōtra me appro
pinquauerunt ad nocēdum mihi. ¶ Ver
su.22.Nō.n.est illis cōmutatio.Exposui-
mus de cōmutatione in bonum à mali-
tia,quod clarius aliquanto habet versio
Hieronymi,Nō.n mutant̄, & non timēt
Deū,hoc est,spes nō est mutationis,ut re
sipiscāt & agāt pœnitētiam ; sed in eo q
sunt,obstinati permanent,id est,in impœ
nitētia sua.Apertissimè cōsonat his,q ha
bet Paraph.Chald.Peccatores nō mutan
tur à viis suis pessimis,& nō timent ab a-
spectu Dei.¶ Versu 24.Molliti sunt ser-
mones eius super oleum,& ipsi sunt iacu
la. Significat verba impiorū lenia blāda
& maximè mollia esse (sicut oleum blā-
dum est lene,ac molle) cū tamē maximè
sint noxia,& aīam perimāt,ut venenata,
sed melle tincta iacula.Nōnulli ī bonam
partē interpretant̄ ad hunc modum ser-
mones eius (Dei vz) molliti sunt super
oleum,id est,molliores sunt oleo , lenes
sunt,dulces sunt,iucundi atq; amabiles,
sunt attamē ipsi sunt iacula, qb' cōdēna-
bunt̄ & perdent̄ ipii,q inobedientes fue-
runt aut icreduli sermonib.Dei.Verba.n.
Dei cōdēnabunt ipios iuxta quod ī Euā.
Saluator ipse ait.Sermo quem loquutus
sum vobis,ipse uos iudicabit in nouissi-
mo die. Alii sic intelligunt. Sermones
Dei,secundum impiorum existimationē

molliores sunt oleo, ita vt nihil formidēt
Ioan.12 ab eloquiis Dei, attamen ipsi sunt iacula
quibus perimentur, inq; perditionē con
dēnabuntur. Primæ tñ expositioni (quā
& solā in Elucidatione constituimus) ma
gis cōsonat lectio Psalterij Romani. Mol-
lierūt sermones suos sup oleū, qđ mani-
festè de ipsis impiorū uerbis blandiloqs
debet intelligi. Similiter qđ ex Hebræo
uertit Hier Molliores sermones, ei⁹ oleo,
cū sint lanceæ. Itē qđ Fœlix, Leuiora fue-
rūt uerba eius supra oleū, & ipsa sunt gla
dij, vel maledictiones, vel ꝑlia, manifestè
satis primę expositioni astipulant̃, maxi-
mè cum in præcedentibus nō nisi de im
pio faciāt hi sermonē. ¶ Versu 25. Iacta
super dñm curā tuā, & ipse te enutriet.
Psalteriū Romanū habet pro cura, cogi-
tatū, Iacta ī Deū (inquit) cogitatū tuū, est-
que eadē, vtriusq; lectionis sententia: Si
quid tibi curæ est, si qđ cogitas qđ perfe
ctū uelis, si tibi pro re qualibet sollicitu-
do est Deo, cōmenda negotiū, & ipse fa-
ciet. Cōsonat aūt his pulcherrime, qđ prī
1.Pet.5. ceps Apostolorū Petrus, suis in exhorta-
tionē proponit dicēs: Oēm vestrā sollici
tudinē proiicientes in Deū, qm̃ ipsi cu
ra est de uobis. Versu ultimo. Viri san.&
dol. nō dim. di. su. In Elucidatione dupli-
cem huius uersiculi mōstrauimus intelli
gētiā. Prior nō habet in oībus generalē
ueritatē, cū uideamus plerosq; hoīes Be-
lial, impios crudeles pauperū oppresso-
res, neq; in multā canitiē vitā ꝑducere,
neq; uel quicquā aduersum perpeti. In
multis tñ id uerū est, ante tēpus occūbe-
re hoīes sanguinolentos & aliorum op
pressores. Plerunq; .n. mala morte subito
añ tps maturitatis suæ abripiūt̃ casu ali-
quo, Deo sic iusto suo iudicio disponēte
& qui alios uita ante tps per uim priuare
1.Re.31. desiderār, ipsi similiter ante tps eodē uul
nere cadāt. Exemplū habemus in Saule,
qui optimū Dauidē iā obstinato animo
usq; in diē mortis suæ nō desiit persequi,
ad auferendā animā eius. Ipse uero ante
tps sublatus est, in ꝓprio gladio cadens
3.Reg.1. sup montes Gelboe, pariter cū filiis ac
seruis suis Nā & hos iste uir sanguinum
impius secū in hoc pertraxit, ut nō dimi
diarent dies suos, quo manifestior esset
Dei ultio pro sanguine Dauidis, quē ille

A tāta auiditate quæsierat. Dauid aūt in mul
tam senectutē uixit diuino munere, neq;
tm̃ dimidiauit, sed & ꝑrsus cōpleuit dies
uitæ suę. Pñt similia exempla plurima ex
aliis scripturæ locis paruo negotio huc
adferri, uerumtamen (ut diximus) non est
uniuersalis ueritatis hęc prior expositio.
Posterior aūt altera, uniuersalior est Om
nibus .n. impiis, hoc est, cōe, non pertin-
gere ad dimidium dierum atq; tēporum
quæ sibi præstituunt, aut q̃ concupiscūt.
Optāt .n. sp viuere, vt sp peccare possint,
& sua impia sp adimplere desideria. Et
B licet sm contemplationem cognoscant
plurimi, se non posse semper uiuere, sed
debere aliqñ morte deficere, semper tñ
diē mortis elongant à se, & longissimum
tps imaginantur uitæ suæ, sic quasi lon-
gissime adhuc absit tps mortis eorū, ita
ut in multa canitie uix iā de mortis pro-
pinquitate ualeāt cogitare, sicq; ad dimi
dium dierum, quos ipsi somniant, & qui
bus se uicturos putant, non perueniunt.
Cum .n. tps mortis aduenerit, tum iudicāt
non nisi horum sese in uita transegisse.
Deniq; sic uiunt hoīes impii, quibus nō
C est Deus in oculis, quasi persuasū habeāt
se imperpetuum uicturos, nihil cogitan-
tes neq; de mortis necessitate, neq; de di
uini iudicii districtione, neq; de terribili
bus tormentis quæ illos manēt in uentu
ro seculo. Itaq; fit, cū post paululū absce-
dere coguntur, qui sibi æternitatē modo
quodam spondebant, ut rectè dicamus il
los non ad dimidium, imo longè citra
dimidium, ac uix ēt ad principiū perdu-
xisse dies suos. At verò homines iusti in
quorum oculis sp uersat̃ Deus, hi qñcun
que tādē mortē obierint, sp dies suos cō
D pleuerunt, qm̃ nulla sibi uitæ tēpora præ
figunt, sicq; uiuunt sp quasi cras moritu-
ri, imò quasi per horas singulas diuino
iudicio præsentandi, neq; diutius cupiūt
uiuere, q̃ Deo placitū sit ipsos hinc susci
pere Cupiunt .n. dissolui & esse cū Chri-
sto scientes meliorem se expectare man- Philip.1
sionem, ædificationem ex Deo non ma-
nufactū (vt ait S. Apostolus) & æternā in
cœlis. Atq; ita fit vt quæcunq; hora Deus 1.Cor.5.
illos euocauerit, ipsi compleuisse se repu
tent dies suos maxime cū de tpe hoc la-
bili transeant ad stabilem æternitatem.

## LV. PSALMI ARGVMENTVM.

*IN magna persequutione positus fidelis, Deo proponit querimoniam aduersum tribulantes: ipse tamen nequaquam diffidens propter persequutionem sed fortiter confidens propter spē Dei proponit autem inimicorum suorum malitiam & nimiā nocendi cupiditatem simul adiungens iustam iniquitatem, eorum ultionem, suamq; iuxta Dei promissum fidelem & semper promptam exauditionem pro qua uicissim, in gratitudinis protestationem, laudis uota offerre pollicetur (quantum eius sese parata habet) liberatori & saluatori suo.*

## LV. PSALMI ELVCIDATIO.

*ISERERE mei Deus quoniam conculcauit me homo:* F Ostende mihi misericordiam tuam Deus, quoniā opprimunt me homines maligni persequutores mei, ac uelut pedibus me conculcauerunt, & quasi in imum præcipitium deiecerunt supra modum me humiliātes & affligentes:

** tota die impugnant tribulauit me.*

nō cessant persequendo & oppugnando affligere animam meam, iugiterq; cupiunt & quærunt nocere mihi.

*2 Conculcauerunt me inimici mei tota die,* G *quoniam multi bellantes aduersum me.*

Oppresserunt & ueloti sub calcibus protriuerunt me inimici mei iugiter, non cōcedentes mihi à molestiis ullam requiē, ualde enim multi sunt qui me persequūtur, & infesti sunt mihi.

*3 Ab altitudine diei, timebo?*

An uerò ab altitudine diei ego timebo? nunquid à superbia prosperitatis sęculi huius, ab ęstu psequutionis humanę, quę contra me grassatur & sęuit, ego expauescam, & animo deiiciar propter eam.

** ego uero in te sperabo.*

Nequaquam, sed magis in Deo ponam fiduciam, in quo sperans non confundat quicunq; tandem & quanticunq; aduersus me insurrexerint aduersarii

*4 In deo laudabo sermones meos:*

In Deo ad laudem proferam sermones meos, uerba mea in Deo ad ipsius laudē componam, curaboq; in uerbis meis laudare dominum Deum meum:

** in deo speraui nō timebo qd faciat mihi hō.*

in ipso quoque spem meam fixi & immobilē cōstitui, ac proinde nō timebo ab ulla humana potestate, nō timebo ab omni eo quod pōt facere homo, qui nō nisi infirma caro est, & creatura imbecillis atque paupercula. Scio.n. creatorem Deum (qui spiritus est & spirituum pater) potētiorē esse omnibus hominibus, atq; adeo uniuersa creatura sua. Propter quod uuū, hunc habens protectorē, ab omni suo humano timore securus. Ioan. 4. Num. 16

*5 Tota die uerba mea execrabantur aduersum me:*

Iugiter tota die etiam uerba mea obseruābāt inimici, & canillabantur atq; execrabantur ea cum non possent inuenire in opere qd reprehēderēt aut calūniarētur,

** omnes cogitationes eorum aduersum me in malum.*

omnes cogitationes eorum aduersus me erāt in malum, nihil aliud cogitabant, nihil meditabantur aliud quā me perdere, aut quoquo modo (siue in re, siue in nomine, siue in corpore, siue in aīa) nocere.

*6 Inhabitabunt & abscendent:*

Inhabitabunt mecum, mecumq; conuersabuntur, & in abscondito se ponunt, ut explorent ad calumniā cuncta uerba, & opera mea abscondentq; etiam animū nocendi, simulantes amicitiam:

H ** ipsi calcaneum meum obseruabunt.*

& interim ipsi obseruabūt calcaneū meū, considerabunt opportunitatem nocēdi, insidiisq; dispositis captabunt occasionē præcipitandi me, supplantandi, atque perdendi.

*7 Sicut sustinuerunt animam meam, pro nihilo saluos faciet illos:*

Tu uerò domine, per ultionē iustitiæ tuę reddes eis mercedē. sm ea quæ ipsi aduersum me patrarunt. Sicut enim ipsi animam meam expectauerunt & obseruauerunt ad auferendam eam meq; perdendum, Psal. 7.

dum, ita tu pro nulla re salutē dabis illis A nullo pretio redimentur à perditione, nullum persoluere tibi poterunt pretiū redemptionis animæ suæ, quo à te valeant salutem comparare, aut tuæ vltionis euadere sententiam:

* *& in ira populos confringes.*

sed iu implacabili ira tua populos in suis malitiis obstinatos, & perseuerantes in impœnitentia sua conteres, atque in æternam perditionem proiicies.

8 *Deus vitam meam annunciaui tibi:*

Ecce ego vitam meam istam quam dego in afflictione & miseria, notam feci tibi B cum quærimonia:

* *posuisti lachrymas meas in conspectu tuo.*

& tu fletū lachrymarū mearū non despexisti neq; abiecisti, sed acceptasti, gratas habuisti, & reposuisti eas ante conspectū tuum, quæ ego in oratione lachrymans postulaui, impleturus in tempore suo.

9 *Sicut & in promissione tua:*

Sic, inquā, acceptasti lachrymas meas, sicut & erat in promissione tua, quemadmodū pmisisti misereri, miseris miam tuā præstare postulantibus, auxiliumque opportunū afferre in tribulationibus, C

* *tunc conuertentur inimici mei retrorsum.*

Psal. 9. ac tunc quidē cum tibi sic placitum erit acceptare orationem meam, inimici mei erubescent confusi, cogenturque magna sua confusione à proposito desistere.

10 *In quacumque die inuocauero te, ecce cognoui quoniam Deus meus es.*

Ego verò iā frequenti experiētia edoctus hoc inueni, hoc didici, & firmissimum habeo, quod in quacunq; die te ex affectu cordis inuocauero, tu mox adsis mihi, vt Deus meus, mox te mihi Deū & optimū dūm ostendis, p facilitatē tuæ exauditio- D nis, potenter me liberando de periculis & angustiis, è quibus ad te clamauero.

11 *In Deo laudabo verbum in domino laudabo sermonem:*

Et in gratiarū actionē, ego in Deo ad laudem proferam, & cōpona illi verba mea, quibus eum laudem atq; magnificem, ad Deum, inquā, pro laude aptabo & cōponam sermonem meum, vt in meis sermonibus semper laudetur dominus meus:

* *In Deo speraui, non timebo quid faciat mihi homo.*

atq; ita in Dei laudibus memetipsum oblectans, & in ipso spem figens, non timebo ab omni nocumento humano, quod mihi poterit obuenire, sciens fortiorem esse ad saluandum qui mecum est omnipotentem dominum, quàm sit ad nocendum quiuis inter homines.

12 *In me sunt Deus vota tua, quæ reddam laudationes tibi.*

In me Deus parata ego habeo vota, quæ tibi reddā atq; persoluā, nempe laudationes & gratiarum actiones. Hæc enim laudis sacrificia, vt tibi acceptissima sunt super omnia holocaustomata, ita mihi sunt facillima atq; promptissima, vtpote quæ in me habeo, & aliunde adferre nō egeo, sed ex memetipso, ex penu grati animi semper valeo depromere.

13 *Quoniam eripuisti aīam meā de morte:*

Et meritò quidē has laudationes tibi debeo semper persoluere. Tu. n. es qui saluasti me, & custodisti vitam meā, aīam meā à morte & perditione sempiterna saluasti, ne perderet eam hostis impius.

* *& pedes meos de lapsu:*

& pedes meos custodisti, ne laberetur in profundum peccati & inferni, per tuam gratiam me à peccatis custodiens, & de periculis plurimis: tam corporis quàm animæ fidelissimè liberans:

* *vt placeā corā Deo, in lumine viuentiū.*

vt vel tantis beneficiis à te dñe prouocatus, merito debeam omni conatu totisq; viribus cōtendere, ad complacendum tibi, digneq; & placide conuersandum, in præsentia conspectus tui idq; in lumine sancto spiritus sancti, quod est lumē omnium fidelium tuorum, vera vita ex fidei lumine viuentium: atq; ita tandem placere valeam ante conspectum vultus tui, in illo perfecto & plenissimo lumine gloriose tecum viuentium in sæcula sæculorum. Amen.

## ANNOTAT. IN PSAL. LV.

VErsu 3. Ab altitud. diei timebo? Vt hæc pars versus legenda per modū interrogationis siue percunctationis, vt intelligas responsio negatiua, nequaquā timebo ac deinde, quasi per contrariū vehementiorē assertionem subiunga- tur,

tur, imo verò ego in semper sperabo, E pp quod minime formidabo. Posset tñ Je legi absq; quęstione ad hunc sensum, Ab altitudine quidem & superbia fastus sæculi, quantum ad meam fragilitatem, ego timebo, conscius propriæ fragilitatis & tenuitatis: attñ qui in meipso timeo, in te domine sperabo, & in spe tua confortabor vehementer quantúcunq; tandem se eleuet altitudo diei. Intelligimus autē per altitudinem diei superbiā & fastum prosperitatis huius mundi, quæ profecto simplicibus admodum esset formidabilis si non in illo spei haberent locatam for F titudinem, qui dixit, Confidite, qm ego

Ioan.16 vici mundum. ¶ Versu 4 In Deo laudabo sermones meos, Iuxta sensum, quem in Elucidatione explanauimus, videtur oratio accipi satis improprie, nō ita tñ, quin conueniens satis atque probabilis videatur exposita intelligentia. Alii autem sic intelligunt, Laudabo & probabo sermones meos, qui de Deo fuerint. Alii rursum ita accipiunt, Sermones meos in Deo laudabo, hoc est, si quid loquor bo ni, non mihi ipsi ascribam, neque meipsum pro his laudabo, sed Deum, à quo G habeo vt bonum loquar Sit suum cuiq; iudicium liberum. Nobis quòd in Elucidatione positum est, & proposito & literę aptius quadrare vr. ¶ Versu 6. Ipsi calcaneum meum obseruabunt. Potest hęc obseruatio calcanei dupliciter intelligi. Primo veluti ad apprehendendum, atque ita in terram proijciendum, hoc est (vt apertius dicam) ad supplantandum & prorsus humiliandum siue perdendum, Atq; hoc pacto calcaneum obseruant, qui insi dias struunt ad supplantationē proximi. Aliter, calcaneū obseruat, qui gressus siue H viam considerat innocentis, vt videat quo illum commodius seducat, & vbi facilius valeat nocere: sicq; idem est calcaneum siue plantam obseruare, quod obseruare vestigia. Ambo aūt hi modi in idem fm rem coincidunt. Nocere enim cupit tam is qui ad supplantandum quærit apprehendere calcaneum, quàm is qui ad seducendū obseruat vestigia simpliciter gradiētis. ¶ Versu 9. Sic & in promissi. tua. Videtur hæc particula secundū sententiā coniungenda cum fine versus præcedentis, hoc mō, posuisti lachrymas meas in conspectu tuo, sicut & erat in promissione tua: hoc est, quemadmodum & tu fuisti pollicitus Quod verò deinde sequitur, Tunc cōuertentur inimici mei retrorsum, diuisim legi debet, & quasi p se efficere sententiam. Quæ distinctio, in Psalterio Romano manifestè obseruata conspicit. ¶ Versu 10. In quacunq; die inuocauero te, ecce cognoui, quoniā Deus meus es. P ōt hoc primo sic intelligi, Ecce cognoui, q̄ tu Deus meus sis, in quacunq; die te inuocauero, id est, quòd verè Deus meus sis, custos, protector, pastor, & pater optimus, quotiescunq; & qñcunque te inuocauero. Vel aliter ad hunc sensum: In quacunq; die te inuocauero, ecce cognoscere me facis, & mōstras hoc mihi tuo auxilio, q̄ verè Deus meus sis, Dñsq; ac pater meus. ¶ Versu 12. In me sunt Deus vota tua, quæ reddam laudationes tibi. Constructio in hoc versu difficilis apparet, pp verborum (vt vr) perturbatam implicationem, maximè autē propter nomen, laudationes, quod non satis videtur cum cæteris cohærere. Proinde hic ordo accipiatur sermonis: In me sunt Deus vota tua, quæ reddam tibi, nem pe laudationes, vt dictio laudationes, appositoriè iungatur cū nomine, vota tua. Psalterium autem Romanum hoc loco sic habet, In me sunt Deus vota, quæ reddam, laudationis tibi. Cuius lectionis sensus satis planus est, In me sunt Deus vota laudationis, quæ reddā tibi. Beatus aūt Hieronymus, omisso relatiuo sic vertit, In me sunt Deus vota tua, reddam gratiarum actiones tibi. ¶ Versu vltimo, vt placeam corā Deo in lumine viuētium. Ex 2.Cor.5 Hebræo vertit Hieronymus, vt ambulem coram Deo, atque ita uertunt & cæteri. Quòd magis fauet priori expositioni in Elucidatione positę, quæ de vita præsenti loquitur in lumine fidei quàm posteriori, quæ de vita futura in lumine gloriæ. Per fidem enim modo ambulamus, dum ad Deum tendimus. Tunc verò magis re quiescemus, & (vt ita dicam) occabimur in eo.

## LVI. PSALMI ARGVMENTVM.

*PSalmus iste post magnam tribulationem atq; ob ea factam liberationem, xī fuisse compositus in cōmemorationem Diuini beneficij, & magnificationē gloriæ Dei. In quo statim post inuocationem de tribulatione, supernum describitur auxilium misericordiæ & ueritatis Dei quibus se de medio catulorum leonum fidelis homo confitetur ereptū. Post hæc uersu 7. in Deū præ nimio gaudio transiliens, breuiterq; uno uersu commemorata ſæuitia hostium, rursum in Deum resilit paratum cor offerēs ad cantandas Dei laudes, seq; ipsum ad idem excitans, & musica instrumenta in spiritus eleuatione quasi rationabilia animam suã alloquens atq; inuitans, quo laudem personare ualeat pleniorem uult quoque confiteri & psalmos dicere in omnibus gētibus, propter altissimam eius misericordiam & ueritatem, quæ super omne extenditur. sicq; in dulcissimo Ad Deum transitu, canticum iucunditatis terminat, maxima spiritus exultatione*

## LVI. PSALMI ELVCIDATIO.

*MISERERE mei Deus, miserere mei quoniam in te confidit anima mea.*

Miserere mei Deus piissime, & misericordiam tuā demonstra mihi, tuæ opis maximè indigo, quoniam spē meam in te reposui, & fiduciā ēt ī te spūs meus tu īter tot tribulationes quibus premor, unicum es firmamentum fiduciæ meæ.

2 *Et in umbra alarum tuarum sperabo, donec transeat iniquitas.*

Et sub custodia protectionis tuę sub alis potentię tuæ fixam habeo fiduciam spei meæ, donec finiatur iniquitas & crudelitas persequutorum meorum, & omnium qui quærunt malum mihi, sub alis tuis requiescam & latitabo, neq; egrediar, donec contra me stare uideo aduersarios, qui si uel modicum à te abscederē, mox me quo uellent abriperent, agerentq; mecum pro libito.

3 *Clamabo ad Deum altissimum, Deum qui benefecit mihi.*

D Sub his autem alis protectionis tuę positus, clamabo ad te Deū altissimū, in orōne mea, pro auxilio & liberatione cōtra omnes hostes meos, ad te, inquā, pientissimū & liberalissimū benefactorē meū, cuius ego toties expertus sum beneficia.

4 *Misit de cælo, & liberauit me:*

Me autem clamante & inuocante dn̄m, misit ipse desuper auxiliū mihi, & uirtute potentiæ suæ liberauit me ab omnibus inimicorum periculis:

* *dedit in opprobrium conculcantes me.*

deditq; in opprobrium, & planè cōfusos effecit eos qui me conculcare uolebant, & existimabant prorsus opprimere.

5 *Misit Deus misericordiam suam & ueritatem suam:*

Per misericordiam suam & ueritatē suā, Deus uenit in auxiliū mihi, p misericordiam quidem iniustè patiēti compatiēs, per ueritatem autem & iustitiam, iniustè persequentibus irascens,

* *& eripuit animam meam de medio catulorum leonum:*

C sicq; propter misericordiā & ueritatē suā eripuit animā meā, & saluauit de hostibus ferocissimis, in modum catulorum leonum, qui me obsidebant per circuitū

* *dormiui conturbatus.*

inter quos etiā dormiui conturbatus, ita ut nullam præ timore habuerim plenā requiē, sed ēt cū timore & conturbatione dormierim, quoties me quieti dedissē. Qūo.n. fieri posset, ut in medio tā rabidissimorū & ferocissimorū hostiū, securus absq; conturbatione dormirem?

6 *Filij hominum dentes eorum arma & sagittę, & lingua eorum gladius acutus.*

Catuli aut isti leonum quos dico, non illi sunt qui in syluis habitāt irrationabiles bestię, sed impii sunt filii hominum, qui adeò crudeles sunt, ut uideantur dētes eorū arma atq; sagittæ, & lingua acutus gladius, hoc est, prorsus crudelissimi & sæuissimi sunt maxime cupientes me paupculū dilaniare, dilacerare & pdere.

7 *Exaltare super cælos Deus, & in omnē terram gloria tua.*

Tu uerò Deus, super cœlorum altitudinē magnificare & glorificare, & glīā po-

tentiæ tuæ demonstra in uniuersa terra, E
fac ut uniuersi inhabitatores eius gloriã tuam & sublimitatem cognoscant, id q̃d maximè declaras, eum innocentes misericorditer saluas de manibus potentum seculi iniustè opprimentium, ipsos uerò pauperũ oppressores iusta sententia tua mittis in perditionem.

8 *Laqueum parauerunt pedibus meis, & incurnauerunt animam meam.*

Vide domine studium malitiæ inimicorum meorum, vt sit ad miserendum facilior. Ecce parauerũt pedibus meis laqueos mortis, insidias struxerunt, ut in F
mortẽ me capiãt, & detrahere querũt, ad nihilũ uitã meam præcipitare, atq; deiicere laborant animã meam in mortem.

9 *Foderunt ante faciem meam foueam:*

Foderunt ante me foueam, ut incautè inciderem in eam, mortisq; callidas insidias struxerunt, & machinati sunt mihi:

* *& inciderunt in eam.*

uerum diuino iudicio factum est, ut ipsi inciderint in foueam quam fecerant, ut in mortem ceciderint quam ipsi parauerant mihi Si quidem Dominus iudex iustissimus super impios reuoluit malum G
impietatis suæ.

10 *Paratum cor meum Deus, paratum cor meum cantabo, & psalmum dicam.*

Psal. 7. Propter hoc ò potentissime Deus paratũ est cor meum, & modis omnibus iterum iterumq; paratum, ad te laudãdũ, te glorificandum, tibiq; ut dignũ est, per omnia famulandum, cantabo coram te, & laudes dicam tibi propter maximam gloriam tuam.

11 *Exurge gloria mea:*

Exurge mihi alacriter oĩs gloria mea, quicquid est in me roboris, quicquid uirtutis, quicquid uigoris, quicquid fortitu H
dinis ingenij, memoriæ, cæterarumque uiriũ, exurge mihi inquã, prõptè & alacriter omnis decor meus & gloria, quæ intra me existis, siue fm corpus, siue fm animam aut spũm, ut in tota uirtute, digne psallatur magnificentissimo domino:

* *Exurgere psalterium & cithara:*

& quo sit laus plenior, etiam instrumentis decantata musicis, accedite huc in manus meas psalteriũ & cithara, uenite, ut ĩ nobis Psalmũ canã altissimo Domino.

* *exurgam diluculo.*

& ego primo mane, admodum diluculo, exurgã de strato quietis meę, ut ĩ tempore illo quietis simul & amœnissimo diuinas laudes cum alacritatem ualeam decantare.

12 *Confitebor tibi in populis domine, & psalmum dicam tibi in gentibus:*

Celebrabo te, laudemq; tibi dicã in gentibus, Domine, & in omnibus per uniuersum orbem terrarũ diffusis nationibus populorũ te laudabo ĩ Psalmis & cãticis.

13 *Quoniã magnificata est vsque ad cœlos misericordia tua, & usq; ad nubes ueritas tua.*

Iustũ uerò ac rationabile est, vt tibi psallam in omnibus gẽtibus & nationibus, quoniam misericordia tua magnificata, glorificata, & exaltata est usq; ad cœlos, & ueritas tua usq; ad nubes magnificata est, hoc est, utraq; adeò sublimis & excelsa est, ut à nobis comprehendi non ualeat. Nemo enim sufficit comprehẽdere numerum & mẽsuram magnitudinis misericordiæ & ueritatis tuæ.

14 *Exaltare super cælos Deus:*

Fac potẽtissime Deus, ut super cœlos cognoscatur maiestas tua, fac per ostensionem potentiæ tuæ cognoscere homines altitudinem gloriæ & sublimitatem altissimæ maiestatis tuæ, quæ cœlis est altior, & nec cœlorum amplitudine siue altitudine comprehenditur, sed immensum supereccedit altius.

* *& super omnem terram gloria tua.*

& super omnem terram fac cognosci celsitudinem gloriæ tuæ, ut in omnibus finibus orbis terrarum cognoscaris & habearis is qui uerè es potentissimus Deus ac Dominus uniuersæ creaturæ.

## ANNOT. IN PSAL. LVI.

Aduerte, hunc Psalmum satis commode totum exponi posse in personam Christi, de sua liberatione per resurrectionem gratias agẽtis patri. Pót ẽt accipi in persona totius Ecclesiæ, gratias agẽtis Deo pro sua liberatione de manu dæmonum, hostiũ ferocissimorum, eiusque gloriã magnificari, & nomẽ sãctificari postulãtis. In elucidatiõe aũt gñralẽ ĩm expositionẽ dedim', q ẽt cuilibet iusto p sua

sua liberatione Deo gratias agenti cõue niat. ¶ Versu 5. Misit Deus misericordiã suam & veritatem suam. Duæ res sunt (ut ita loquar secundum humanum captum) quæ Deum faciunt miseris tribulatione clamantibus ferre auxilium. Misericordia enim facit, super iniustè persequutionem patiẽtibus commoueatur uiscera eius sicq; ad auxiliandum accurrat maxime aduocatus. Deinde, ueritas siue iustitia iram Dei excitat in ultionem, cõtra eos qui iniuste affligũt innoxios, atq; ita ultionem prouocat in illos, liberatis de angustia afflictis. Deinde ueritas siue fidelitas Deum ueluti compellit opem ferre poscẽtibus miseris. Exigit enim veritas, vt seruet quæ est pollicitus. Propter hoc ergo, qa misericordia & veritas Deũ mouent ad miserendum clamantibus, secundum nouum quendam loquẽdi modum hic dicitur misisse Deus misericordiam suam & ueritatem, ad liberationẽ tribulati. Si uerò hunc Psalmum applica

Ioan. 14. re maluerimus toti Ecclesiæ, & de salute generis humani accipere præsentem uersiculum, intelligemus per misericordiã & ueritatem Dei Christum dominum, qui seipsum testatur esse ueritatem & quẽ

1. Ioan. 1 Ioannes testatur esse propitiationẽ pro peccatis totius mundi: Paulus uerò, iusti

1. Cor. 1. tiam & iustificationem nostram, per quã sanè Dei misericordiam & ueritatem, genus humanum uniuersum, ereptum est de medio catulorum leonum, inter quos conturbati dormiebant, id est, de manu, potestate & societate dæmonum, in quorum medio iacebant in idololatriis & peccatis suis. ¶ Versu 9. Foderunt ante faciem meam foueam. Ante faciem meam, impropriè dictum est, pro ante

A me. Siquidem ante faciem, proprie sonat, ante conspectum, vel in oculis meis siue me aspiciente. Quomodo autem uolens ponere insidias, eas ponet in oculis meis? Quomodo me aspiciente fodiet foueam, qui me uelit in eam incidere? Nõne magis occulte fodiet? Intelligatur ergo, Foderunt ante me foueam, id est, insidias opportunas posuerunt, in quibus me existimabant cõprehendere. Beatus Hieronymus uertit, Foderũt ante me foueam. ¶ Versu 11. Confitebor tibi in populis domine, & psalmum dicam tibi in gentibus. Possunt hæ duæ particulæ accipi, ut idem ualeant, sicq; propter uehe

B mentiam eiusdem sententiæ posita replicatio, id quod frequenter fieri solet. Alii autem malunt diuisim intelligere, priorem quidem partem de Iudæis, posteriorem de gentibus. In utrisque enim populis confessio datur nomini domini, postquam Deo placuit suam gloriã manifestare mundo. Potest autem illud in populis & gentibus intelligi, inter populos & gentes, vel super populis ac gentibus, quoniam uidelicet ubique gentium

C suam misericordiam Deus ostendit. Quod autem in uersu sequenti dicitur, Magnificata est vsque ad cœlos misericordia tua & usque ad nubes ueritas tua, satis intelligitur ex iis quę dicta sunt in annotationibus Psalmi 35. circa uer. 5. eiusdem Psalmi, qui ferè idem est cum huius penultimo. Sic enim illo in loco admirans exclamat Propheta sanctus, Domine in cælo misericordia tua, & ueritas tua usque ad nubes. Nolumus autẽ quæ illo i loco semel dicta sunt iterate denuo ne nimia & superflua prolixitate adferamus properanti lectori malestiam.

## LVII. PSALMI ARGVMENTVM.

*PSalmus iste qui sequitur, magna & admodum singulari uehementia contra impios iniqua cogitantes, & loquentes & operantes, inuehitur. In quo Propheta velut profundum impietatis & cordium latibula conspiciens, amara vel interrogatione impios aggreditur, inueteratã ab infantia eorum malitiam, atq; in malitia continuum profectum describens, ac deinde & obstinationem in impietate, q̃ pulchrè admodum per comparationem aspidis aures suas obturantis, vt non audiat uocem incantantis, depingit. Atque hæc usq; ad uersum sextum. A quo deinde, impiorum punitionem multiplici comparatione describit, per confractionem leoninorũ dentium per aquæ defluxum per ceræ liquefactionem, per spinarum in ira subitam absorptionẽ tã de uersibus duobus nouissimis gaudiũ subiungens, atq; profectũ bonorũ, in punitione impiorũ.*

LVII. PSALMI ELVCIDATIO.

I *vere vtique iustitiam loquimini?*
Vos ô filii hominum, ô impiorum congregatio, an uere quod iustum est loquimini? an uobis utique uidemini loqui iustitiam, num iusti & recti uobis videntur sermones uestri?
* *recte iudicate filii hominum.*
& ęquo liberamĩe iudicate, diligẽter trutinate & expendite, ô filii hominum, nũ (ut intertogo) verè loquamini iustitiam, F ne fortè uobisipsis blandientes, malũ dicatis bonum, aut bonũ malum, id est, iustitiam esse persuadentis quod uere iniustitia est.
2 *Etenim in corde iniqtates operamini ĩ terra:*
& quomodo hoc uobis persuadere poteritis, ꝙ loquamini iustitiã, quãdoquidẽ in corde uestro iniquitates operamini super terram, in cordibus & cogitationibus uestris iniquitatem uoluentes atque meditantes, quomodo scilicet iniquitatẽ faciatis eum proximis uestris:
* *iniustitias manus uestræ concinnant.* G
& ex cordis plenitudine manus vestras, ad iniustitiam faciẽdam componitis, nõ tm̃ corde malitiam concipientes, sed meditatam etiã opere sedulo perpetrantes. Quomodo ergo iustitiam loqui poteritis eũ & cor, & man⁹ plena sint ĩpietate.
3 *Alienati sunt peccatores à uulua, errauerunt ab utero:*
Homines impii in iniquitatibus suis reprobi, alieni facti sunt à Deo ab eo ipso tẽpore quo egressi sunt de uulua matris suæ: à tempore quo egressi sunt de utero errauerunt à uia iustitiæ, ab infantia H sua, p opera praua se alienauerunt, & extraneos fecerunt à domino, habentes in sese primum ipsam ab origine inditam carnis corruptionem, qua ad omne malum proni facti sunt, deinde parentum sui similium malam institutionẽ & exẽpla pessima, quibus corrupti sunt ut tanquã uiperarũ fieret genimina, atq; ita cũ ætate sp ꝓficientes in malitia, continuo amplius sunt elõgati à Deo atq; iustitia,
* *loquuti sunt falsa.*
loquuti sũt falsa cõtra ꝓximos suos mẽtientes & detrahentes in malum eorũ, suis mẽdaciis & falsis accusationibus ẽt innocẽtes ĩ mortis discrimẽ adducẽtes.
4 *Furor illis secundũ similitudinẽ serpẽtis:*
Obdurata illorum aduersus bonos iracũdia, inueterataq; & obfirmata inuidia aut indignatio illorum qua contra bonos agunt, est ad modum uenerati serpẽtis, qd suum uirus quęrit in hominẽ (siue per impetũ, siue per insidias) effundere, vt noceat. Sic enim & ipsi modis oĩbus crudelitatem iræ suę cupiunt in innocẽtes siue per uim, siue p insidias ostẽdere:
* *sicut aspidis surdæ & obturantis aures suas.*
specialiter uerò serpenti aspidi comparantur, qui surdum seipsum facit obturãdo aures suas.
5 *Quæ non exaudiet uocem incantantium:*
Qui serpens ad hoc surdum facit seipsũ & aures obturat, vt nõ capiat auribus uocẽ eorum, qui per magiæ incantamenta norunt certis quibusdam carminibus in angues ad mansuetudinem cogere, vt uenenum ponaut.
* *& venefici incantantis sapienter.*
vt non exaudiat, inquam, uocem ueneficii ac magi, quantumuis sapienter & sciẽter iuxta artem suam faciat incantamẽta. Ad hunc namq; modum & isti in sui furoris ueneno obstinati, aures suas obturant, vt nullis monitionibus quãtũlibet dulcibus, nullis exhortationibus quãtũuis piis atq; efficacibus, ualeant à ꝓposito malitię suę reuocari, vt ueneũ furoris sui ponãt, & ĩ mãsuetudinẽ redigant.
6 *Deus conteret dentes eorum in ore ipsorũ:*
Et qm̃ ipsi in sua malitia obstinati pmanẽtes, nullis sese patiuntur modis à proposito reuocari, idcirco ictu grauissimæ punitionis feriet illos ultor omnis iniquitatis Deus omnipotens, sicq; eos grauiter maxillam percutiet, dentes confringat, qui sunt in maxillis oris eorum:
* *molas leonum confringet dominus.*
ferocissimũ illorũ leonũ maxillas uel Psal 3. molãtes dentes, dentes robustissimos cõfringet, hoc est, punitione grauissima æternæ dãnationis feriet illos (tametsi videant seui & fortissimi) q est oĩpotens,
7 *Ad nihilũ deuenient tãquã aqua decurrẽs.*
Dilabent in nihilũ oĩ eorũ ablata potestate,

ſtare,& oĩ pereunte eorum robore,quē- A admodum aqua quę decurrit in terram & dilapſa abſorbetur ab arente terra: *intendit arcum ſuum donec infirmētur.* extendit omnipotens ad vindictam aduerſum illos potentiam ſuam,ut pro remuneratione ſeu præmio malorum operum,ad ſummam humiliationem atq; afflictionem æternam perducat eos:neque poterunt euadere in omni virtute ſua extentam manum ipſius.

8 *Sicut cera quæ fluit auferentur:* Auferentur de terra uiuentium,& in perditionẽ abibunt,ad modum ceræ lique- B ſcẽtis à calore ignis nimii.Sic.n. & ipſi tabeſcent,diſſoluentur,& vera perditione cõſumentur,à facie caloris iracūdiæ Dei: * *ſupercecidit ignis, & nõ viderunt ſolem.* cecidit ſuper eos ignis furoris & iracun-

Mat. 22. diæ Dei,tetigit eos ira Dei,& proiecti sūt in perditionem æternã in tenebras exteriores & ſempiternas,vbi imperpetuum non videbunt lumen.

9 *Priusquã intelligerẽt ſpinæ ueſtræ rhãnũ:* Priuſquam ſpinæ eorum peruenirẽt & creſcerent uſq; ad rhamnos,antequã eorũ malitia potuit ĩ pfectũ excreſcere,ante C quã iuxta propoſitũ ad plenũ effectũ perducere potuerunt conceptam malitiam: * *ſicut uiuentes ſic in ira abſorbet eos.* ſubito de vita abripiet & abſorbebit illos vltio furoris Dei,quaſi viuos proiiciens in infernum:antequam credant ipſi,repẽte veniet ſuper eos inexpectata Dei vindicta,quæ illos inopinato rapiet,quaſi in tẽpeſtate,de medio viuentium,coiicietq; in lacum mortis & inferni.

10 *Lætabitur iuſtus cum viderit uindictã:* Iuſtus verò & innocens cũ viderit vltionem Dei in impios,ipſe afficietur gau- D dio:partim qdẽ vt cõgaudens diuinæ iuſtitię rectitudini,partim verò ſua cauſa, vidẽs ſe Dei miſericordia talem damnationem euaſiſſe,inſuper & de condemnati peccatoris manu liberatum: * *manus ſuas lauabit in ſãguine peccatoris.* profectum quoq; accipiet ex ultione facta in impiũ,dũ ſeipſum ſtudebit magis elongare in omni impietate,& in operibus virtutum,quibus ſolis illa impiorũ pœna effugitur,amplius exercitare.

11 *Et dicet homo,ſi vtiq; eſt fructus iuſto,* *vtique eſt Deus iudicans eos in terra.* Et cum viderint hoĩes ſeuerã impiorum ultionẽ,dicent adinuicẽ,atq; intra ſeipſos fideliter loquentes,profecto utiq; iuſtis merces eſt ſuę iuſtitię pfecto vtique Deus qui iudicium facit in terra inter filios hoĩum,diſcernẽs iuſtos ab impiis. Nequaquã ita eſt ut impii exiſtimabant, nõ eſſe iuſto ſuæ iuſtitiæ remuneratione neq; impiõ ſuæ impietatis manere ultionẽ:ſed ĩ veritate eſt unicuiq; ſua merces repoſita,quæ licet ad tempus modicũ differatur,ſuo tñ tẽpore opportune reuelabitur:quemadmodũ iã experientia nobis in hac impiorũ punitione demõſtrat.

## ANNOTA. IN PSAL. LVII.

QVidam ea quæ in hoc Pſalmo dñr de malitia & punitione impiorũ peculiariter applicant Iudæis in odio Chrĩ obſtinatis:alij cõſiliarijs impij Saulis. Nos in Elucidatione generalẽ tenuimus explanationẽ,neq; ad illos reſtringẽtes intelligentiã ſic tñ ut liberũ ſit vni cuiq; referre quo uoluerit.¶ Ver 1. Si verè utiq; iuſtitiã loquimini recte iudicate filij hoĩum. Hunc uerſum ẜm accentum diuerſimodè licet proferre.In Elucidatione,Si quidem priorem partem ſecundũ interrogationis accentum expoſuimus, poſteriorem verò ſecundum exhortationem,uelut cum increpatione & amaritudine prolatã,ut primum proponatur q̃ſtio,moxq; ſubdat admonitio, vt de reſponſione bene deliberẽ & diligẽter de eo quod interrogatur,ſeſe examinẽt.Alij verò totum abſq; interrogatione legunt in hunc ſenſum,Si vos ô filii hominum loquimini iuſtitiã,ſi ea quæ bona ſunt loqui noſtis,uel naturali lumine uel lege iſtructi,ne exiſtimetis id uobis eſſe ſatis, ſed pergite recto iudicio iudicate quę loquimini,ut ſic ſ.agere decernatis in opere,quo ſermo veſter ſonat in ore. Nihil n.prodeſt ore loq iuſtitiã,ſi cor meditet manusq; operet iniuſtitiam. Deinde recto ordine conſequitur, Atqui uos iniquitates operamini in corde,& manibus cõponitis in iuſtitias.Rurſum & alia põt dari commoda ſentẽtia talis, O filii hominũ,recto ac vero iudicio iudicate, nũ

 verè

verè utiq; loquam ini iustitiam, id est, pas-
sionibus malis se positis, recto iudicio a-
pud uosipsos expendite, an cū & de proxi
mis uestris loquamini quę recta ac iusta
sunt, & nō magis quæ iniqua, quæ impia,
q̄ ꝓximis noxia. Ecce. n. iniquitatem cogi
tat cor vestrū, & manus operatur iniusti-
Mat. 12. tiā: & qūo poteritis bona loqui, cū sitis
mali corde & opere? In hac aūt expositio
ne, coniunctio etenim in uersu sequēti
posita, propriè accipi poterit, ut causalē ra
tē notet, uel occasionē præcedentis admo
nitionis. Iuxta verò secundam vr̄ accipiē
da magis ut aduersatiuæ significationis, F
loco sed, siue veruntā. ¶ Versu 2 Etenim
iniqtates in corde operamini. Operari
in corde iniqtates nō aliud videtur, esse
quā corde uoluere & meditari, sicq; mo
do quodā velut fabricare iniqtates. Malū
.n. quod in corde cōcipit, ac tādē de cor
de per os vel opus progreditur, rectè di
ci pōt in corde operatū ¶ Versu 3. Alie-
nati sunt peccatores à vulua, errauerunt
ab vtero. Duæ hę particulę idē valēt. Dīr
aūt peccatores alienati à uulua, & ab vte-
ro errantes, quia ab egressu ex uulua &
vtero hoc est, statim ab infantia, semp inG
malitia proficientes: qūo per contrariū,
quos à pueto virtuti deditos nouimus: di
cimus iam inde ab utero, & à uulua quæ-
siuisse dn̄m. ¶ Versu 4. sicut aspidis surdę
& obturantis aures suas. Ferunt serpen
tes carminib' cogi vt virus ponāt, & mā
suescāt. Aspidi ergo surdę. i. obturāti au-
res suas ne vocē audiat incantatoris (q
illi quidē nihil nocere cupit, sed tm̄ ex-
latibulo eā educere, & ueneno abiecto ī
māsuetudinē redigere) cōparat Psalmista
hoīes in malitia obstinatos, q aures clau
dūt, neqn̄ educantur de horridis latibu-H
lis pessimarū cōscientiarū suarū, neqn̄
resipiscant ad pœnitentiā, aut posita ini-
quitate ad virtutē cōuertantur: qui. s. nec
internis Dei inspirationibus, nec exter-
nis bonorū exhortationibus, nec ullis
ægruis medi s se patiūtur ad uirtutē ad-
duci: qui dicūt Deo, Recede à nobis, sciē-
Actu. 7. tiā viatū tuarū nolumus. Tales sese; mō-
strabāt Iudæi, qn̄ Stephano pleno gratia
& fortitudine ueritatē ipsis annunciāte,
Iob. 21. cōtinuerūt aures suas, ne audirēt uerbū
salutis, & ī petu facto, venenū effuderūt in

E sapienter incātātē. i. lapides insaniæ suæ
miserūt in virū sanctū, veritatis doctri-
nā salutarē īcātatione illis ꝓponentē Ne
mo verò ex hoc loco putet, magiā siue
artē magicā ꝓbari ē scriptura. Nō. n. hic
facit magię mentionē, ut eā commendet
sed tm̄ ad accipiendā aptā proposito cō-
parationē. Est. n. hac scripturarū vsitata
libertas, ut ēt rebus malis & turbibus sm
cōparationē bn̄ vtat. Cæterū qd̄ de aspi-
de uulgo adducitur, ꝙ ad euadendū incā
tationē magi, ne audiat incātatoris car-
mina, alterā aurē terrę adfigat, alterā cau
da obturet: si verū esset, nō male, neq; ma
gno negotio sm mysticā intelligentiam
proposito posset accōmodari. Nō est tn̄
necesse, ad propositi loci explicationem
rē illā incertā adferri, præcipuè, cū ij qui
ex professione animalium naturas specia
tim descripserūt probati authores, nihil
tale de aspide tradiderint. ¶ Versu 6. De'
cōteret dētes eorū in ore ipsorū. Qūo p
dentium in ore cōfractionē intelligatur
grauis vltio siue percussio, latius dixim'
in expositione Psalmi tertij, circa uersū
penultimum, qui sic in Hebræo hr̄, Per-
cussisti inimicos meos in maxilla, dentes
impiorum confregisti. In secunda autē
parte, per molas leonum intellige mola-
res. i. dētes fortissimos & firmissimos, q-
bus potissimū molunt ac terūt qd̄ mādu
cāt. Vn̄ tā Hieronymus q̄ Felix, molares
verterunt, quāquā pōt p molas intelligi
& mandibulæ siue ipsæ ēt maxillæ, conti
nentes molares dentes. ¶ Versu 7. Intēdit
arcū suū, donec infirmētur. Clarior esset
sententia, si loco infirmentur, poneretur
conterantur, quēadmodum vertit B. Hie
ronymus, Intendit .n. arcum suum Deus
.i. ult ionem dirigit cōtra impios, donec
ad intentionē & pditionem perducat eos
pro suis meritis. ¶ Versu 8. Supercecidit
ignis, & non uiderunt Solem. Quidā in
telligunt de igne malæ concupiscentiæ,
quo cadente super impios, & eorum inti
ma occupante, inque eis acquirente do-
minium, obscurantur ne videant solem,
illum videlicet de quo in lib. Sapientiæ
dr̄, Sol intelligentiæ non est ortus no-
bis. Atque ita sensus erit. Deum cœli, vel
lumen cœli, lumen spirituale non vide
runt, non in sese susceperunt, quoniā ca

paces

paces fieri noluerũt. Nos aũt in Elucida- A tione ignẽ infernalẽ sumus interpretati,& solis priuationem, carentiã luminis æterni,& ppetuas tenebras:iuxta quod in
Psal. 48. Psal. 48 de impio dr. Introibit vsq; in pgenies patrũ suorũ,& in æternũ non videbit lumen. ¶ Versu 9. Priusquã intelligerent spinæ vestræ rhamnum. Nouo loquendi mõ fm expositionẽ in Elucidatione positã,dictũ est, Priusquã intelligerent spinæ rhamnũ,loco huius, Priusquã experirent spinæ rhamnũ,hoc est, Priusq̃ peruenire possent vsq; ad rhamnum,& in rhãnũ excrescere, siue ad rhamni pfectio B nẽ pertingere. Inter spinas aũt rhamnos hęc vr differẽtia, φ spinę teneriores sunt, & licet pro sua acutie pungentes tamen pp teneritudinẽ fragiles & facile confringibiles, neque vsqueadeo formidabiles. Rhamnus verò rubus est,aculeis acutissimis & admodũ duris in rectũ extensis:feruntq;,vnũ esse è generibus sentiũ asperrimũ,ac proinde maximè ad dilacerandũ validũ. Cõstat ergo, fm pfectũ & impfe-
1. Co. 10 ctũ accipiẽdã hãc cõparationẽ spinarũ ad rhamnũ. Impii. n. priusquã perfectã pro suo placito acquirant nocendi potesta- C tẽ,quasi spinæ sunt, pungentes quidẽ sp, & ab initio quantũ valent nocentes: verum priusquã in rhamnos excrescãt, Dei iusto iudicio( qui pro bonis sp facit cũ tentatione prouentũ) subito auferuntur
Mat. 24. de medio viuentiũ,& quasi viuẽtes conii ciunt ante tps in baratrum mortis:sicq; vsq; ad rhamni mensurã, acutiẽ & duriciẽ puenire non permittunt, ne fiant electis intolerabiles. Hinc & de illa pessima spina(quã proferet in sui cõsummatione
2. The. 2 seculũ istud nequã,abundante malitia) filio perditionis Antichristo,ex ore dñi di D ctũ audiuimus, φ pp electos succidet, & priusq̃ in rhamnũ excrescat, subito absorbebit in ira dñi,qñ (vt Paulus Apost. ait) interficiet illũ dñs Iesus spiritu oris sui,& destruet illustratione aduentus sui. Sic & in dignis fide historiis, diuina dispensatione frequenter euenisse legimus pessimis istis spinis, φ cũ iã rhamno fierẽt proximæ,ita vt bonis & electis inciperet fieri intolerabilis eorũ crudelitas,succisi sunt & absorpti, priusquã ad extremũ pertingerẽt. Qđ aũt in secunda parte dr,

Sicut viuentes, sicut in ira absorbet eos, fm eũ modũ accipiendum vr, quo supra dictũ est, Descendant in infernũ viuen- Psal. 45.
tes,ad significandũ vez subitã & apertam punitionem, quemadmodum viui leguntur Dathan & Abyron descendisse in in- Num. 16
fernũ. Inducunt aũt alii alias huius loci expositiones, quas pp confusionem vitãdã omittimus. Illud aũt diligenter notandũ, non rectè quosdã codices habere, Sicut viuentes, sic in ira absorbet eos, prio re loco sicut posteriore ponendo, sic. Hæc. n. variatio dictionis, prorsus turbat Sapien. 1
rectẽ intelligentiã:sed legendũ est vtrobiq; sicut, hoc mõ, sicut viuentes, sicut in ira absorbet eos. Nã & in Græco vtrobiq; eadem distinctio ponitur: ὡσεὶ ζῶντας, ὡσεὶ ἐν ὀργῇ. Et B. Hieronymus in eadẽ dictione vertit, Quasi viuentes, quasi in ira, tẽpestas rapiet eos. ¶ Versu decimo, Lætabit iustus cũ viderit vindictã. Q̃ìo Deo non est beneplacitũ in morte peccatoris, neq; delectatur ipse in perditione hoĩum, sic neq; viri iusti, qui Deo conformes esse debent in oĩbus, oblectant in pditione malorum, neq; in ipsa eorũ punitione p se gaudiũ aut beneplacitum habent. Non ergo sñia hmõi ex versu præsenti accipi debet, quæ prima facie se offert, sed ea quæ in Elucidatione exposita est, de congratulatione & applausu rectitudinis iustitiæ Dei, simul & de euasione propria ab horribili illa damnatione, in qua impios illos sub se positos conspicient. ¶ Versu vltimo, Et dicet homo, si vtique est fructus iusto. Hunc versum in Elucidatione ita explanauimus, vt absq; vlla interrogatione cum assertione totus pronuncietur: fm q̃ expositionem, coniunctio, si, impropriè accipi debet vt non indubitationem aut conditionẽ aut interrogationem denotet, sed magis assertionẽ: fm quem modum ex Hebræo vertit Hierony. merè assertiuè, Et dicet hõ, verè fructus est iusto, verè est Deus iudicãs in terra. Similiter etiam vertit Felix, nec aliud habet Chald. Paraph. Estque huius lectionis sensus, ac si dicatur, Conspecta hac impiorum vindicta, vulgo dicent, vel vnusquisque homo apud se dicet, experientia doctus, Profectò (vt video) fructus est iusto, & vtique Deus est iudicans

iudicans in terra. Cui satis consonat qd E habet Paraph. Chald. Et dicent filii hoīs, profecto est præmiū bonū iusto, profecto est Deus cuius iudicia extēduntur in terra. Alii verò vulgatā nostrā lectionem ita distinguunt, vt illud si vtiq; est fructus iusto, p modum interrogationis proferant: id verò quod subsequit, tanquā rñsionē adiungant, in hunc sensum. Quæret igit nunc hō, post dicta hæc oīa, an verè merces sit iustis pro sua iustitia. Indubiè sciat iusto mercedē expectandā suæ iustitiæ: qm verè est Deus in terra, iudicans inter bonos & malos, & æquo iudicio. Alii verò totam orationem vno contextu sic accipiunt, vt conditionalis vel potius causalis sit enunciatio, ad hunc sensum, Et dicet hō, qm vtiq; est fructus & merces à Deo, idcirco necesse est Deū esse iudicē impiorum in terra, qui pro iustis cōtra impios debitam faciat vltionē. Quemadmodum n. piis bona reddit prēmia Deus, sic ex aduerso consentaneum est, malis illum reddere mala.

## LVIII. PSALMI ARGVMENTVM.

*EX tituli indicio claret, hunc Psalmum fuisse à Dauide compositum, postquam Saul missis militibus iussisset custodiri & obsideri domum eius, vt adducerent eum ad interficiendū, quando per artificium Michol vxoris pro Dauide statuam in lecto reponentis, atque ægritudinem viri simulantis fuga euasit manus Saul & militum eius. Vnde totus hic Psalmus magna vehementia in impios & crudeles huiusmodi homicidas inuehitur, nunc ipsorum crudelitatem & impietatem, nunc eorundem punitionem condignam describens. Et primum quidem, suam proponens innocentiā, postulat à Deo peculiariter suam liberationē, ac deinde generaliori deprecatione, vniuersarum gentium misericordem visitationem pro omnibus vbique terrarum, simili qualem ipse experiebatur malitia oppressis subiungens. deinde per versus plures impiorum multiplicem peruersitatē & condignam retributionem, in laudis proposito, cum gaudio spiritus liberatori domino Psalmum claudit.*

## QVINQVAGESIMIOCTAVI PSALMI ELVCIDATIO.

*RIPE me de inimicis meis Deus meus, & ab insurgētibus in me libera me.*

Salua me Deus saluator meus, de manu aduersariorum meorum, & ab iis qui in me sæuissima persequutione insurgunt libera me, vt cordis sui desiderium in me nequeant adimplere, te conatus eorum faciente irritos.

2 *Eripe me de operantibus iniquitatem:*

Erue me ab operariis iniquitatis, ab hominibus peruersis, qui mala meditantur H contra me,

* *& de viris sanguinum salua me.*

& ab hominibus homicidis sanguinem innocentem sitientibus, quærentibus mortem meam, saluum me facito, vt nō oblectari illos permittas in omnimoda perditione mea.

3 *Quia ecce ceperunt animam meam,*

Ecce. n. quasi canes rabidi uenati sunt, & quasi ceperunt venatione pauperculā animam meam, dum tua permissione uisi sunt acquisisse potestatem super me, ad me afficiendum morte.

* *irruerunt in me fortes.*

irruerunt super me valenter impetu magno, potentes aduersarii, tota virtute & potestate sua quærentes me perdere.

4 *Neque iniquitas mea neque peccatum meum domine:*

Neq; tñ iniquitas aut peccatum vllum in me est, pp quod me persequi debeant, non est in me offensa aduersum illos, propter quam cum ratione me valeant persequi, nihil illis nocui, neque quicquā peccaui aduersus illos, quemadmodum tu Deus optime nosti:

* *sine iniquitate cucurri & direxi.*

Nā absq; iniquitate viā vitæ huius ego perambulaui, cum magna diligentia abstinens ab oī offensa & peccato, & direxi vitā meā in via innocentiæ, vt non valeant habere aduersarii mei causam rationabilem persequutionis meæ.

5 *Exurge in occursum meum & vide:*

Tu ergo dñe, q optimè nosti innocentiā meā, exurge mihi in occursum: surge pro me, & veni ex aduerso, quasi obuius

factus mihi,& attende ad me fine ad cãm A
meam,ad ferendam opem iniustè patiẽti,ad faciendum pro iniustè oppresso iudicium ultionis:

*Et tu domine deus virtutũ Deus Israel.*
Et tu ò potentissime Deus,exercituũ cœlestium dñs,qui es De' Israel populi tui.

6 *Intende ad visitandas omnes gentes:*
Intẽde,quæso te,& cor appone ad uisitãdos oẽs populos per vniuersum orbem terrarum,& quasi iudex vniuersalis attẽdias ad omnes qui vbiq; locorum ab impiis patiuntur calumniam,& attẽdẽs facias pro eis iudicium. Neq;.n. solus ego B
sum qui iniustè patior, sed vbiq; gentiũ video regnare improbitatem,& bonos à malis,iniuste opprimi,propter quod generalem pero fieri in omnibus gẽtibus visitationem tuam:

*Non misereris omnibus qui operantur iniquitatem.*
non misereris,non parcas omnibus qui ex prauitate & malitia animi operantur aduersum bonos iniustitiam,qui proximos & innocentes opprimunt per fraudem & malitiam,sed exerce contra illos vltionem & uindictam tuam. C

17 *Conuertentur ad uesperam & famem patientur vt canes:*
Ipsi sera pœnitentia ducentur,cum aduenerit iudicium eorum,sicq; velut ad vesperam nimium sero conuertentur:& qñ non in tempore opportuno ad ueritatẽ conuersi nõ sunt,perpetuo famelici permanebunt, & fame uehementissima ac rabidissima torquebuntur,cuiusmodi est fames canum.

*Et circuibunt ciuitatem.*
& non poterunt intrare in ciuitatem requiei vbi panis est facietas, sed exclusi D
erunt ab ea & clausa ianua,uelut per circuitum ambulare,eamq; circuire cogentur,neq; introire potuerunt,ut cũ bonis cibum sumant,sed foris pmanebunt,vt ppetua esurie uelut canes rabidi esuriãt.

8 *Ecce loquentur in ore suo,& gladius in labijs eorum:*
Ecce n.non aliquam iniquitatem & iniustitiam loquuntur in ore suo, & quasi gladium habent in labiis suis, dũ nihil aliud q̃ de nocẽdo & perdẽdo,de interficiẽdo,de opprimẽdo loquũt aut cogitãt,

*quoniam quis audiuit?*
idq; faciunt sine timore,tanquã si nemo audiret eorũ praua consilia,veluti admnuicem dicentes.Quis sciet quæ nos agimus & tractamus? quis videre posit? qs pro hoc nos possit arguere? quasi nõ sit Deus,qui cuncta eorum secreta consilia audiat,& reponat in iudicium.

9 *Et tu domine deridebis eos:*
Tu verò dñe illorũ impios conatus ridebis, & riduculas facies, cogitationes eorum,dum tua potentia,vbi volueris,illorum omnia consilia & omnes cogitationes potes nullo negotio infringere.

*Et ad nihilum deduces omnes gentes.*
tibi pro nihilo est fortitudo atq; potẽtia omnium populorum,& quasi pro nihilo reputabis,ac velut nihilũ superare potes oẽs populos,ita vt dissipare possis pro tuo placito cõsilia gẽtiũ,& cogitationes populorũ reprobare atq; in nihilũ redigere.

10 *Fortitudinem meam ad te custodiam:*
Et ego ad te seruabo fortitudinẽ meã,nõ deficiã viribus,tametsi ad tempus duret Ps. 32.
afflictio,sed fortis & inuictus perstabo in pseuerãtia virtutis, ac fortitudinis meę:

*quia Deus susceptor meus es.*
quoniã scio quòd tu domine susceptor atque defensor meus es, qui nequaquã me derelinques,sed in opportuno tempore auxilium & salutem adferes:

*Deus meus misericordia eius preueniet me.*
Deus meus misericordia sua præueniet me ut in tpe oportuno succurrat mihi laborãti,anteq̃ succumbam,anteq̃ deficiã.

11 *Deus ostẽdit mihi super inimicos meos:*
Non solum autẽ misericordia tuã mihi aderis præueniens periculum, uerumetiã indicasti mihi de vltione inimicorum meorum,quid facturus sis circa eos.

*Ne occidas eos:nequando obliuiscantur populi mei.*
ego tamẽ oro ne subito occidas eos, & protinus interficias in mortem, ne sic per obliuionem & desidiam torpeãt populi mei, ne deficiente exercitio negligant,& negligenter agant boni serui tui. Bonum.n. est malorum ĩprobitate exerceri seruos tuos, ne mala securitate torpeant,aut negligẽter siue obliuiose agãt sed iniquitatibus potius stimulis excitati uigilanter se gerant in operibus tuis.

Disperge

12 *Disperge illos in uirtute tua, & depone eos protector meus domine.*
Attamen disperde illos domine, & potestatem eorum dissipa, atque prohibe per fortitudinē tuā, & humilia eos, ac deiice à proposito malitiæ suæ, & de potestate sua illos depone, ut non quantū velint valeant nocere, sed quātum tu satis esse nosti, ad salutarem exercitationē & bonum profectum populorum tuorum.
13 *Delictum oris eorum, & sermonem labiorum ipsorum:*
Propter delictum oris eorum, & propter sermonē labiorum ipsorum, quoniam F per os suum & labia sua nō aliud loquūtur, quā impietatem & iniustitiam contra proximos suos: quā vt implere non possint, postulo impediri, & dispergi eos potentia tua:
* *& comprehendantur in superbia sua.*
superbia & uanitas cordis eorū fit ipsis in cōfusionem, & cōprehendat, atque in laqueum inducat eos superbia eorum.
14 *Et de execratione & mendacio annunciabuntur in ira consummationis:*
Et propter abominationem & mendaciū (quę operant) accusabuntur, & tāquam G punitione digni numerabuntur in cōsummatione malitiæ suæ, postquā fuerit cōsummata & matura eorum impietas.
Matt. 25. fine in sæculi cōsummatione, quādo nō amplius cum tritico permittentur zizania, sed separabūtur in caminum ignis, annunciabunt (inquam) ita in ira consummationis, in tēpore quo manifestabitur ira iudicis terribilis, ad cōsummationē & perditionem impiorum omnium, electorumque beatā præmiationē:
* *& non erunt.*
ac tunc quidem in perditionem mittent H æternam, & non erunt ultra in numero viuentium, sed quasi non sint, in morte æterna erunt.
15 *Et scient, quia Deus dominabitur Iacob, & finium terræ.*
& tunc reipsa cognoscent & videbunt, quòd Deus dominētur populi sui, & seruorum suorum faciat iudiciū in vniuersa terra, cum viderint hos quidē de malo liberatos, se verò in perditionē æternam coniectos, cū viderint hos ante cōspectum Dei in uitā inductos, se verò à E vultu Dei in mortē reprobatos, hoc (inquam) modo cognoscent, quòd uerè Deus dominus sit & iudex in terra, qui suo tēpore, vnicuique iustum adducet iudiciū.
16 *Conuertentur ad vesperam:*
Tunc uerò sera ducti pœnitētia, intra se Sapi. 5. dolebunt, & angustiabuntur p̄ timore horribili, cum perditionem senserint, dicentes intra se pœnitentiam agentes, & præ angustia spiritus gemētes, Ecce quo modo facta sunt nouissima nostra sine honore, & perditio ac mors in portionē uenerunt nobis.
* *& famem patientur ut canes:*
& esurire æterna punient vt canes rabidi, pro temporali affluentia qua in hoc sæculo de pauperū rapina fuerint satiati,
* *circuibunt ciuitatem.*
& clausa ianua, ibunt per circuitum ciuitatis sanctorum ubi est copiæ panis, & nō poterunt intrare in terram fertilitatis, in ciuitatem abundantiæ, in societatē sanctorum Dei.
17 *Ipsi dispergentur ad manducandum:*
Dispergentur cum se in die illa cōsummationis egentes inuenerit, & quasi desperati huc illucq; cursitabunt, sicubi ualeant inuenire quod comedant, nolent tum exire ad emendum panem, & in lāpadibus oleum, sed heu serò nimium:
* *si verò nō fuerīt saturati, et murmurabūt.*
& cum viderint se non posse saturari, cū Matt. 25. nō potuerint cibū uitæ adipisci, eo qd nimium sero & in oportuno tēpore q̄sierint, loquētur male, & blasphemabūt aduersus iustitiam Dei oīpotentis, qui tale contra ipsos protulerit iudicium:
18 *Ego autem cantabo fortitudinem tuā:*
Ego autem simul & omnis iustorum Ecclesia, illis blasphemantibus, cātabimus virtutem fortitudinis tuæ, quam in impiorum punitione potissimum ostēdis:
* *& exaltabo mane misericordiam tuam.*
& exaltabimus oportuno tēpore, primo diluculo, in tranquilitate cordis & corporis, altissimam misericordiam tuam, quam exhibes potissimum in saluatione sanctorum tuorum:
19 *Quia factus es susceptor meus & refugium meum, in die tribulationis meæ.*
Tu enim factus es defensor noster & refugium nostrū in tēpore tribulationis nostræ

nostræ tu nos in defensionem atq; pro- A tectionem suscepisti, ut in tempore tribulationis nos defendas ab insultibus aduersariorum nostrorum.

20 *Adiutor meus tibi psallam, quia Deus susceptor me' es, De' meus, misericordia mea.* Tibi ego psallã, & laudes cantabo oĩbus diebus vitæ meæ, atq; etiam in perpetuis æternitatibus, ò potẽtissime & fidelissime auxiliator meus, tu.n. verè defensor me' es tu (inquam) domine Deus meus, qui es misericordia mea, facis mecum pro tuo beneplacito misericordiam.

## ANNOTA. IN PSAL. LVIII.

Totum hunc Psalmum expositores qdã catholici nõ inconuenienter personæ Chrĩ applicãt, ad patrẽ ꝓ Iudæorũ oppressione clamantis & per resurrectionem de manibus illorum saluari postulantis. Atq; hi punitionem quæ in hoc Psalmo describit de Iudæis peculiariter interpretatur, idq; satis rationabiliter: quemadmodum in annotationibus consequentibus suo loco mõstrabimus. Nos tamen (vt in aliis plerisque Psalmis) totũ etiã hunc generali expositione in Elucidatione prosequuti sumus, vt siue per- C sonæ Christi, siue personæ Dauidis, siue alij cuilibet iusto ĩ tribulatione posito possit applicari. ¶ Vers. 3. Quia ecce ceperũt aĩam meã. In Græco est ἐθήρευσαν, quod sonat uenati sunt, uel uenatione ceperunt, quẽadmodũ feræ capi solẽt uenatione. Vnde lectio beati Augustini habet, uenati sunt, loco ceperunt. Beatus verò Hieronymus ex Hebræo uertit, insidiati sunt. Propter quod in elucidatione exposuimus uenatione ceperunt. Cõparantur.n. persequutores (pp nimiam importunitatẽ & crudelitatẽ) venatori- D bus, q nullis parcũt laboribus, ut ferã ualeant cõprehendere. ¶ Versu 4 Sine iniquitate cucurri, & direxi. In Elucidatione exposuimus, direxi viã meã. Pôt tñ & ad aliorũ directionẽ referri, ut dicat non solum sese absque iniquitate cucurrisse, sed insup alios ẽt similiter direxisse, quo in alio Psalmo aiebat Dauid: Docebo iniquos uias tuas, & impii ad te cõuertent. Psal. 50 ¶ Versu 5. Et tu domine virtutum, Deus Israel. Manifestum est hanc posteriorem partem uersus quinti, debere cõiungi fm sententiæ necessitatẽ, cum initio uersus proximè sequẽtis, hoc modo, Et tu domine uirtutum Deus Israel, intende ad visitandas omnes gentes. Circa hanc autem visitationem quæ postulatur, notandum est, (Ioan. 11) si Christi psonæ Psalmus accõmodaretur, posse eã intelligi de uisitatione per Euangelicam prædicationem, & gratiæ ac spiritus communicationẽ: vt Chr̃s quasi perræsus nimiæ malitiæ & incredulitatis qua Iudæos conspiciebat sibi contradi- B cere, usque ad supplicium crucis, ac post ẽ amplius contradicturos veritati eidẽ (Actu. 13) per Apostolos prædicandæ postulet à patre, vt illis iuxta suam ordinationẽ relictis in obstinatione sua (quandoquidem (Rom. 9.) indignos se facerẽt) ad gentes cõuerteret misericordiã suã, quas vsque tunc videbat ignorasse, & quasi nõ gẽtẽ reputasset: ipsorũ verò Iudæorũ, qui ex certa malitia agnitę veritati contradicebãt, non (Rom. 11) amplius misereret, donec in ꝯsummatione tẽporis, vbi intrasset plenitudo gẽtiũ, reliquiæ Israel quasi ad vesperã saluę fierẽt. Nã fm hãc expositionẽ admodũ rectè quadrabit versus septimus, Cõuertẽ- C tur ad vesperã, & famẽ patientur, vt canes, & circuibunt ciuitatem, ad conuersionẽ Iudęorum circa finẽ sæculi, postquã plenitudo gentium fuerit ingressa. Siquidẽ ille in fine temporis ad fidem Christi accessus, rectè vr̃ conuersio ad vesperã nũcupari. Patientur autem famẽ tunc vt canes, qm̃ maxima auiditate quęrent panẽ fidei & verbi Dei tanto utique auidius, quanto diutius hoc pane caruerunt: & ciuitatem circuibunt, Ecclesiã sanctam, diligenter in ea panem prędictum à viris fidelibus requirentes, quomodo solẽt, q uehementer esuriunt, discurrere ad quęrendum panem. Aut ista fames in malã partem accipi poterit, ut sit hic sensus totius versus. Conuertentur quidem ipsi Iudęi ad vesperam in cõsummatione tẽporis, interim tñ (in vltionẽ incredulitatis & ĩpugnationis ueritatis) famẽ patient maximã & summã egestatẽ veri panis & salutaris doctrinę: quemadmodum hoc tẽpore videmus, eos maxima laborare egestate veri panis & veræ scientiæ Dei, cum

com nihil eorum quæ in sacris literis E
tenent, recte vt oportet intelligunt nimi-
Apoc. 3. rū claue abiecta. id est Christo Dño (qui
est clauis David) abnegato. Ciuitatē quo
que interim circuibunt in vl.ionē, quo-
niam per mundū uniuersum incertis ua-
Ioan. 11 gantur sedibus tributarii uiuētes in disper
sionibus suis. Euenit enim eis quod ti-
mebāt, perdideruntq; locum & gentem,
dispersi per ciuitatem, per uniuersam ha-
bitabilē terrā profugi, & paterni expulsi
sedibus, captiuitati seruientes, qui verita
tē noluerūt recipere, q̄ sola illos potui-
sset liberare. ¶ Ver. 9 Ad nihilū deduces
Ioan. 8. oēs gētes. In Græco hr̄ ἐξουδενώσεις, F
quod aliqñ sonat ad nihilū deducere,
siue (vt ita dicā) annihilare: quēadmodū
Ps. 13. & in Psalmo 13. Ad nihilum deductus
est in conspectu eius malignus. Aliqñ ve
rò accipitur pro nihil facere, vel pro nihi
Ps. 105. lo habere, quēadmodum Psalmo. 105. dr̄
Pro nihilo habuerūt terrā desiderabilē,
vbi in Græco eadē dictio inuenitur quæ
hoc loco posita est. Et sm hunc sensum
habet etiā hoc loco Psalterium Romanū
Pro nihilo habebis oēs gentes. Cui lectio
ni satis cōsonat, quod ex Hebræo uertit G
Hieronymus: Subsannabis omnes gētes.
Vnde & nos in Elucidatione uulgatam
nostrā lectionē ad hanc potissimū sentē-
tiam explicauimus. ¶ Versu 10 Fortitu-
dinem meam ad te custodiam. Hunc ver
siculū satis apposite quidā remissioris di
sciplinæ amatores citare solent in cōfir-
mationem suæ remissionis, quasi ex Pro-
phetæ authoritate formidantes, vel vigi-
liis, ieiuniis, uel aliis paulo durioribus cor
pus affligere, ne forte, non ad dñm custo
diāt suā fortitudinē, non satis attenden- H
tes, q̄ Paulus Apostolus harū rerum op
2. Cor. 12 time expertus, de seipso ait, Cū infirmor
tunc fortior sum: &, Virtus in infirmitate
perficitur. Qui etiam alibi in laboribus,
2. Cor. 8 & 11. ieiunijs, & vigilijs, supra modum gloriatur
& castigat corpus suum, atque in seruitu
tem redigit, ne efficiatur reprobus: cū hi
1. Cor. 9. interim molles pugnatores, Prophetica
ista se uoce bene munitos existimāt ad-
uersus omne q̄ arctioris vī seuerioris q̄;
disciplinæ. Sciendū autē est: Dauidi talem
sniam nunquā neq; somnium venisse in
animū, neq; ulla rōne hoc illū uelle qd
isti existimāt: sed illud sentit potius, qđ
explicat Elucidatio, nimirum velle se ad
Deum conseruare spūs fortitudinem, &
nequaquā deficere aut abijcere aīum, sed
expectare potius, & sustinere defensorē
dñm. Vel per fortitudinē vires oēs suæ
animæ accipiantur, quas uir sanctus do-
mino custodire proponit, quoniam non
nisi ad gloriam Dei illis bene uti decer-
nit, cuius esse nouit quæ in ipso sunt oīa.
¶ Versu 11. Deus ostendit mihi sup ini-
micos meos, ne occidas eos, nequando
obliuiscantur populi mei. Si ad Iudæos
Christi aduersarios sermo hic referatur,
significat Christus dominus sibi ostēsam
à patre vindictam, quā esset facturus ad-
uersum illos: ipse verò orat, non prorsus
occidi, neque prorsus deleri populum Iu
daicum: sed vel reliquias remanere, ne pe-
nitus in obliuionē veniat populus eius, &
ne in totū repulisse ac repudiasse videatur
populum, suū, quē olim habuit tā pecu-
liarē: pœnā tamen dispersionis in oēs gē
tes, & humiliationis siue depositionis, in
priuatione regni, admittit, in versu sequē
ti dicens, Disperge illos in uirtute tua, &
depone eos, protector meus dñe. Illud
quoq; breuiter annotandum est, oratio-
nē illā, populi mei, ab aliqbus accipi in
casu genitiuo, ab alijs verò casu nomina
tiuo numero plurali, sicq; diuersam iux
ta diuersas istas considerationes facere
sniam. Nostra Elucidatio casum accipit
nominatiuū, quo casu etiā Felix vertit, &
alii plures ex Hebræo interpretes, nume
ro singulari: Neqñ obliuiscatur populus
meus. ¶ Versu 12. Delictū oris eorū, ser-
monem labiorū ipsorū. Vr̄ sub audienda
præpositio pp, aut similis, hoc sensu: pp de-
lictum oris eorum, & propter sermonem
labiorū ipsorū. Cui cōsonat quod beatus
Hieronymus vertit geminata præpositio
ne, dicens, In peccatu oris sui, in sermo-
ne labiorum suorum. Possent tñ accusa-
tiui isti referri ad verba præcedentia, di-
sperge aut depone, ut sit sensus, Disper-
ge cū illis, simul & depone delictū oris
eorū, & sermonē labiorū ipsorū, nimirū
ut nihil eorum q̄ illi supbe & impie lo-
quuti sunt, impleatur: sed tua virtute impe-
diantur eorū iniqua decreta. Psalteriū verò
Romanū p noīatiuū casū habet, Delictū
oris

oris eorũ, sermo labiorũ ipsorum. Quę A lectio ꝑ subauditionẽ verbi substantiui perfectũ sensum hẽt. ¶ Versu 17. Si verò non fuerint saturati, & murmurabunt. Si de Iudæis hoc exponatur iuxta modum supradictum, sensus erit, Iudæos magna auiditate in cõsummatione sæculi ad versperam quęsituros panem doctrinæ veritatis, quo tanto iam tempore fraudantur misere insaniẽtes, vt famelici canes, atq; ita auide quæsituros, ut vix possint satiari, ut hoc murmurare, non aliud indicet, quàm dolorem, si non satisfiat desiderio.

## LIX. PSALMI ARGVMENTVM.

*PSalmus iste à Dauide compositus videtur, post gloriosas victorias, quæ describuntur 2. Reg. 8. cap. postquam videlicet percussit & humiliauit Philisthijm, frænumque tributi tulit de manu eius: Moab quoque percussit, & sub tributo seruire fecit Syriam, item & filios Ammon quando etiam reuersus à capta Syria, in valle Salinarum nomen sibi fecit, cæsis decem & octo milibus, & in Gebelem ad uiginti tria milia, quando etiam vniuersa Idumæa (positis custodibus & præsidio) Dauidis ditioni ad tributum subiugata est. Post has ergo victorias tam mirabiles & tam multas ipsi Dauidi diuinitus præstitas, Psalmum sequentem pro gratiarum actione videtur cecinisse. In quo Psalmo ut euidentior fiat magnitudo Diuini beneficij, oppositis ex aduerso iuxta positis, primum inducit pristinam populi derelictionem, in qua nonnunquam Israelem dominus uenire permiserat sub manus hostium, partim propter peccata eorum, partim propter exercitium & virtutis custodiam, idque facit versibus quinque primis. Dehĩc verò regni sui statum gloriosum, qui tanta gentium circunquaque subiectione insignis erat, sequentibus uersibus aperit, similitudinibus varijs ad subiectionem perfectam designandam vtens, totamq; victoriam omnium summam nouissimis versibus Deo ascribit, in cuius virtute expugnasse se dicit hostium ciuitates munitas: ĩ quo ẽt amodo (contempta spe humanæ fortitudinis) viriliter & fortiter se semper acturum confidit. Quidam uerò sanctorum patrum totũ hunc Psalmum Ecclesiæ accommodare laborant. Quod nos sane libẽter sequeremur si illa quæ de partitione Siccimæ, mensuratione conuallis tabernaculorum, de possessione Galaad, Manasse, & cætera huiusmodi, Psalmo non fuissent ut præcipua ĩ medio ĩserta. Nam reliqua satis recte ad Ecclesiæ tribulationes: & postulationem auxilii superni possent accommodari. Verũ illa quæ in medio interposita sunt, cũ no difficile est (nisi admodum longinqua & difficili expositione, ex ipsa interpretatione nominũ accepta) aptare Ecclesiæ. Nos tamen nequaquã illorũ pietati, qui mysticas ẽrum intelligentias, uolumus contradicere: sed sensũ eligimus faciliorẽ, qui & titulo & historiæ magis apparet consentaneus. Vt. n. in Psalmorum expositione uitio datur, perpetuo historiis & literæ inhærere, & nõ magis spectare spiritũ, ita profecto nõ erit laudãdũ sic vbiq; mystica (quocũq; tãdẽ mõ) ɋrere, ut nusquã historiã aut literalẽ sñiam putes acceptã iã.* 2. Reg. 8 & 12.

## LIX. PSALMI ELVCIDATIO.



*EVS, repulisti nos, & destruxisti nos:*
Deus, tu nos videbaris abiecisse à te, & dissipa D ueras nos atque destecceras, iratusque nobis tradideras in manus hostiũ nostrorum, cũ olim propter peccata iustam aduersum nos iram tuam voluisses ostendere:

* *iratus es. & misertus es nobis.*
at tũc vicissĩ ad misericordiã rediisti, iã placatus iterum colligere & erigere nos incipies

2 *Commouisti terram, & conturbasti eam:*
Commoueri olim faciebas terrã nostrã persequutione & oppugnatione aduersariorum, & vehementer eam cõturbari tumultibus bellorum permisisti, ita ut necesse haberent clamare ad te & dicere:

* *sana contritiones eius, quia commota est.*
medere malis istis, & à cõrurbatione huiusmodi liberã fac terrã tuã potẽtia tua, qm̃ verè nimium cõmota & conturbata est, & agnoscit fortitudinẽ manus tuæ.

3 *Ostendisti populo tuo dura:*
Dura ostendisti, & ad tolerãdum grauia proposuisti populo tuo, permisisti populum tuum grauibus affligi miseriis:

* *potasti nos uino compunctionis.*
dedisti nobis bibere vinũ ãmaritudinis potum

tum lachrymarum,tribulationis & angu- E
stiæ,ad compunctionem & afflictionem
animæ nostræ.

4 *Dedisti metuentibus te significationẽ, vt fugiant à facie arcus.*

Et in his tribulationibus corporis,aduer
sitatibusque temporalibus,dedisti seruis
Roma.1. tuis te metuentibus veluti signũ quoddã
& 2. & indicium venturæ vltionis tuæ,ut effu
giant eam cum illum,quẽ iam tetendit for-
tissimus iudex,ut ultionis illius venturæ
Psal 7. (quæ erit absq; misericordia) sagittas
euadant. Quòd n. aduersitatibus & malis
tẽporalibus tu domine populum tuum F
nũc affligis,idcirco facis,vt eum à malis
reuocãdo salues à vẽtura districtione no
uissimę irę tuę,q̃ parata est in tẽpore suo
releuari, quemadmodum arcus iam ex-
tentus ad sagittas iaciẽdum paratus est.

5 *Vt liberentur dilecti tui:*

Vt sic(inquam)à facie arcus liberent̃ ele
cti serui & amici tui, quos ad salutẽ tuã
prædestinasti ante sæcula, & non simul
cũ reprobis in damnationẽ inuoluant̃.

* *saluum fac dextera tua,& exaudi me.*

Salua tu domine populum tuũ per oĩ-
potentiam uirtutis suæ,& hac in te exau- G
di me, tu consiliis quibus bonum uidet̃
in oculis tuis,siue per prospera,siue per
aduersa,age cum populo tuo,hac tãtum
vna in re exaudi me,vt dextera tua salues
electos tuos.

6 *Deus loquutus est in sancto suo:*

Olim quidẽ ista quæ cõmemorauimus,
dura ac trista pati fecisti populum tu-
um At uerò nunc aliud decreuisti,& lo-
quutus es,in sanctuario tuo:

* *lætabor,& partibor Sichimam:*

videlicet quòd ego vt rex & princeps po
puli tui lætabor in triumphis victoriæ, H
ex virtute dexteræ tuæ cõtra aduersarios
populi tui,& diuidam terrã Sichem, tã-
quam bello partam,populo meo:

* *& conuallem tabernaculorum metibor.*

& uallem illam,quæ Sochor dr̃,id est,ta-
bernaculorum, ego dimetiar tanquam
meo domino & iuri subiectam.

7 *Meus est Galaad, & meus est Manasses,& Ephraim fortitudo capitis mei,*

Populus Galaadites mihi subiectus est,si
militer & Manasse:populus aũt Ephraĩ,
præcipua & velut capitanea est fortitudo
mea,& quasi robur ac virtus capitis, id
est,principatus mei,vtpote aliis tribubus
potentior, bellicosior & numerosior.

8 *Iuda rex meus:*

Tribus Iudæ regnum mihi præstat, in
qua & principium fuit regni mei:

* *Moab olla spei meæ.*

populus Moabitarum est mihi veluti ol
la & lebes oblectationis, vnde haurire
possim delicias & oblectationem, eisq;
libere uti iuxta desiderium.

9 *In Idumæã extendã calciamentũ meũ:*

Super filios Edom extendã calciamentũ
meum,super illos calcabo tanquã perfe-
cta subiectiõe plenissimè subiectos mihi,

* *mihi alienigenæ subditi sunt.*

Philistim,Amalechitæ, & alienigenæ p
circuitũ facti sunt mihi tributarii, & su-
biecti ditioni meæ.

10 *Quis deducet me in ciuitatem munitã?*

Et quis est qui me perduxit vsque in ciui
tates munitas,ut loca etiam munitissima
obtinerem?

* *quis deducet me vsque in Idumæam?*

quis me deduxit in ciuitates Iudæorũ,
admodum robustas & populosas, ut eas
cogerem sub imperium regni Dei?

11 *Nonne tu Deus,qui repulisti nos, & nõ egredieris Deus in uirtutibus nostris?*

Quis alius præter te domine, q olim vi-
deberis abiecisse nos ac velut prorsus de
seruisse absq; auxilio,& nõ uolebas cum
exercitibus nostris ad pugnã egredi,no-
lebas pugnare cum exercitibus nostris,
nolebas tuas p̃sentia defendere populũ
tuum pugnantẽ,sed quasi à p̃lio absens
permisisti uinci exercitus nostros ab ad-
uersariis? Profectò tu,qui olim ita repu
listi populũ tuũ,& cum eis nolebas egre
di ad pugnam,idem ipse nunc respexisti
nos,& egressus nobiscum dedisti nobis
præclaras uictorias.

12 *Da nobis auxilium de tribulatione:*

Tu itaq; domine, semper p̃sta nobis de
tribulatione auxilium, si insurrexerint
aduersũ nos aduersarii & tribulatores po
puli tui,succurras tu nobis auxilio tuo:

* *quia vana salus hominis.*

verè n. uana est salus quæ expectat̃ ab
homine,& prorsus vanissimum est auxi
lium & salutẽ expectare ab humana po-
tentia,cum tu illã habeas in manu tua.

Ex nobis quidē prorsus ībecilles & im A potentes sumus, magnū aliquid efficere, sed in tuæ uirtutis fiducia & auxilio, for titer agere poterim⁹ magnæ virtutis ope ra agemusq; tua virtute ꝓfortati viriliter.

* *Et ipse ad nihilum deducet tribulātes nos.* tu quoq; facillimè destrues, & absq; oī la bore, siue molestia ad nihilū deduces oī potenti fortitudine tua aduersarios nostros, quanticūq; tandē siue numero siue fortitudine extiterint, pp qđ in te sem per fiducialiter perstare volumus, & tuo sancto cultui semper inhærere, neq; ab scendere abs te imperpetuum.

## ANNOTAT. IN PSAL. LIX.

Versu 1. Deus repulisti nos, & destru xisti nos, iratus es, & miseri⁹ es no bis. Tria illa priora, repulisti, destruxisti, iratus es, simul dñi coniūgi, tanq̃ ad idē tps præteritum pertinentia, deinde, facta diuisione, subiungi debet quasi oppositum, & misertus es nobis, ut referatur ad tempus status præsentis, in quo florebat tuum Dauid, cum Psalmum hunc caneret. ¶ Versu 2. Sana contritiones eius, quia cōmota est. Vr̄ hæc deprecatio inter C posita tanquā pertinens ad tps desolatio nis, & debere subintelligi aliquid, quēad modum in Elucidatione indicauimus. Vnde ex Hebræo quidā sic uertit, Cura (orabamus) contritiones siue confra ctiones eius, qm̄ commota vel inclinata est. Aliquid simpliciter intelligunt, nul lo uerbo subaudito. Prior autem senten tia cōnexioni magis fauet. ¶ Versu 4. De disti metuentibus te significationē, ut fu giāt à facie arcus, Per arcū Dei solet & a

Ps. 7. liās diuina vltio designari, vt Psalmo se ptimo, Arcū suū tetendit, & parauit illū D & ī eo parauit vasa mortis, sagittas suas

Deut. 6. & 8. ardētibus effecit. Significatio aūt dat̄ me tuētibus dñm, vt fugiāt à facie arcus, dū dispēsatione ꝓuida misericorditer Deus nunc suos electos pmittit exercitari, interdum tēporalibus aduersitatibus, vt sic

Esa. 28. à vitijs cohibeant̄, ad q̄ prona semp est humana infirmitas, potissimum autē in tpe prosperitatis, qn̄ pio voto succedūt oīa, atque etiā si in pctīs sint, vt per afflictionē ad Deum sese conuertere cōpellā tur, vexatione dante intellectum. Qua de

re pulchram admodū posuit exhortatio nē is qui sanctam Machabæorum cōscri 2. Mac. 6 psit historiā, ad legētiū cōsolationē post multa præmissa nimiū terribilia, ita scri bens, Obsecro aūt eos q hūc librū lectu ri sunt, ne abhorrescant ꝓpter aduersos casus, sed reputent ea quæ acciderunt, nō ad interitū, sed ad correptionē esse gene ris nostri. Etenim multo tēpore nō sine re peccatoribus ex sententia agere, sed sta tim ultiones adhibere, magni beneficii est iudiciū. Nō n. sicut in aliis nationib⁹ dñs patiēter expectat, vt eas cum iudicii B dies aduenerit, in plenitudine pctōrum puniat, ita & in nobis statuit ut pctīs no stris in finē deuolutis ita demū in nos vindicet. Propter qđ, nūquā quidē à nobis misericordiā suam amouet, corripiens verò in aduersis populum suū, nō derelinquet. Ex quibus lectu utique, & rumi natu dignissimis verbis, euadit manifestum, quō hæc p aduersa tribulatio, signi catio qdā est sanctis, fugiendi à facie arcus, atque ad salutem perueniendi. ¶ Versu 6 Deus loquutus est ī sancto suo. Elu cidatio interpretat̄, In sanctuario suo, in tēplo sancto suo. i. in cœlo definiuit & sta tuit. Intelligi ēt pōt, Deus locutus est in sanctitate sua, hoc est per suā sanctitatē, qm̄ videlicet sanctè firmiterq; statuit & definiuit. Alii uerò exponunt genere ma sculino, Deus loquutus est p sanctum su um vez Nathan ꝓphetā, per quem mihi istas uictorias prædixit, Expositioni no stræ primæ quā in Elucidationem solā ponimus, fauet qđ vertit Hieronymus, In sanctuario suo, & Chaldæorum Paraphrasis Deus loquutus est in domo san ctuarii sui Felix autē vertit, In sanctitate sua. ¶ Versu 8. Iuda rex meus, Moab olla spei meæ. Idcirco dicit Iudam re gem suum, quoniam à Iuda regnum ac cepit, Statim enim post mortē Saulis vn xerunt eū seniores Iuda in Hebrō, ut re- 2. Reg. 2. gnaret sup domū Iuda, super alias tribus regnante Isboset filio Saul. Nā tum tēpo ris, sola domus Iuda sequebatur Dauid. Valde autē noua & insolita comparatione dicit, Moab esse ollā siue lebete spei suæ, quoniā videlicet Moabitas in plenis simā subiectionē perduxerat. Percutiēs enim eos (vt sacra regnorū testat̄ histo-

ria )mẽſus eſt funiculo,& coęquauit eos terræ mẽſuſq; eſt funiculos duos, alterũ ad uiuificandum,alterum ad occidẽdum, & factus eſt Moab ſeruiens ſub tributo.
2.Reg.2. Quia ergo ita pleniſſima ſubiectione Moab deuicerat,exigere tributi quãtũ uolebat poterat ab eis, & cũ eſſet populus potẽs & abũdãs valde,quaſi ex olla plena haurire ꝓ ſuo placito liberè poterat, quomodo etiam uulgo dicere ſolent homines,ubi magna eſt abũdantia,hauriri illic oĩa ex ollis plenis, idq; magnis coclearibus. ¶ Verſu 10.Quis deducet me in ciuitatem munitã,Licebit hic facili intelligẽtia ſingulare accipere ꝓ plurali,vt ſit q̃ſtionis ſenſus.Quis potens eſſet,aut erit in ciuitates munitas & fortiſſimas deducere,& de eis mihi dare victoriam?
2.Reg.12 Quis ad victoriam populi Edom robuſti E & ualidi admodũ,me ꝑducere poterit,niſi tu Deus?&c. Alii uerò ſingulariter dictum accipiũt,de Rabbath ciuitate regia filiorum Ammõ munitiſſima,ita ut multum negocii ꝓberet Ioab principi militiæ,antequam expugnare poſſet eam,in cuius expugnatione etiã Vrias Etheus mortu' eſt cũ pleriſq; de populo Dauid. ¶ Verſu 11.Nonne tu Deus,qui repuliſti nos, & nõ egredieris Deus in uirtutibus nr̃is.Nos in Elucidatione ſic ĩterpretati ſumus,quaſi vnica ſit ĩterrogatio.Alii verò quaſi duplicem faciũt interrogationẽ F hoc modo,Nõne tu Deus deduces nos, qui olim nos repuliſti?utiq; facies.Deinde,& nõ ingredieris deus in uirtutibus noſtris? vt iterum ſubaudiatur noua reſponſio,vtique egredieris.

## LX. PSALMI ARGVMENTVM.

*Psalmus iſte orõ eſt & laudatio totius populi fidelis,Deo liberatori ſuo cũ gratitudine,ꝓ benigna exauditione & potenti liberõne ſibi cælitus ꝓſtita,verſibus quinq; prioribus cõſiſtẽtis,ac deinde futuræ hẽditatis æternæ expectationẽ,et meſſiæ regis cũ ſuis electis æternũ regnũ cõmemorantis,veritatẽ quoq; & miſericordiã eius admirantis,votaq; laudis æternæ pollicẽtis.*

## LX. PSALMI ELVCIDATIO.

*XAVDI Deus deprecationem meam,intende orationi meæ:*
Exaudi deus deprecationem meam, quã fundo ad te, eſto intentus ad orationem meam,illiq; appone aurem tuam & cor tuum, ut quod poſtulo,tua benignitate impleas.

2 *A finibus terræ ad te clamaui:*
Ab extremis orbis terrarum ſupplex clamauit ad te populus tuus, cultor noĩs tui,ex omnibus partibus orbis ad te clamant vndiquaque terrarum ſerui tui:
* *dum anxiaretur cor meum,in petra exaltaſti me.*
tu uerò nõ defuiſti ſeruis tuis te inuocãtibus,ſed exaltaſti nos in petra,dum à tribulationibus & perſequutionibus ĩpietatis anxiaretur cor noſtrum, ſubduxiſti nos,& quaſi in altum ſubleuaſti in rupẽ fortem & ualidam,in qua ab inimicis ſecuros feciſti nos.

3 *Deduxiſti me, quia factus es ſpes mea:*
Dux nobis fuiſti,protector, atq; defen- G ſor,per periculoſiſſima & multiplici diſcrimine plena itinera ſæculi huius,ſecuros nos deducens atque tutiſſimos,propterea quod factus ſis ſpes noſtra, quoniam in te elegimus ponere fiduciam.
* *turris fortitudinis à facie inimici.*
quaſi turris fortis & arx munitiſsima factus es nobis aduers' inimicos noſtros, ita ut te nos protegente,illi nobis nocumenti nihil queant inferre.

4 *Inhabitabo in tabernaculo tuo in ſecula:*
Non deſeret autẽ tuã protectionẽ populus tuus,ſed concludet ſe intra te,& quaſi habitationẽ ſuam in te firmabit, ut in H te tanquã in tabernaculo ſuo inhabitet in ſempiternum, & nunc quidem vt in tabernaculo militiæ, poſt uerò in aula triumphali quietis æternæ.
* *protegar in velamento alarum tuarum:*
& protegetur,defendeturq; ab oĩbus malis populus tu' ſub opertione & obũbratione alarũ ſiue ſcapularũ tuarũ, hoc'eſt, ſub protectione oĩpotentiæ tuæ, & ſub expãſione atque communicatione æternæ bonitatis ſiue miſericordiæ tuæ.

Quoniam

5 *Qm̃ tu Deus meus exaudisti orõnẽ meã:*
Tu.n.Deus noster exaudisti orationẽ ser
uorum tuorum,qua de huius mundi an
gustiis undiquaque clamatur ad te:
* *dedisti hæreditatẽ timentis nomen tuum.*
seruis tuis agnoscentibus & colẽtibus
sãctum nomen tuum,fecisti donationẽ
præclaram hæreditatis regni æterni, &
1.Pet. 1. terræ beatæ uiuentium,quã sanẽ hæredi-
tatem incorruptibilem,immarcessibilem
Esa. 64. æternam, conseruatam in cœlis,quã nec
oculus uidit nec auris audiuit,tu firmis
1. Cor.2 sima attestatione pollicitus es omnibus
timentibus nomen tuum;

6 *Dies super dies regis adiicies, annos eius usque in diem generationis & generationis.*
Ipsi aũt regi populi tui,Christo filio tuo
(per quẽ nobis, populo tuo, obtinget
hęc beata hæreditas)dabis annos æterni
tatis,dabis illi dies super dies,id est,diẽ
æternitatis, facies'q; illũ corã te ĩ æternũ
Matt. 16 uiuere atq; regnare & annos eius perdu
1.Cor.15 ces atq; extendes usq; in omnes genera-
tiones,in omnia sæcula sæculorum.

7 *Permanet in æternum in conspectu Dei.*
Ps. 8. In æternitate stabilis & immutabilis per
manet coram Deo patre suo sedẽ habẽs
Mat. 28 à dextris,eius tãquam is cui pater subie-
cit omnia sub pedibus, & cui dedit om-
nem potestatem in cœlo & in terra:
* *misericordiã & ueritatẽ eius quis requret?*
Quis autem inuestigare posset,& inuesti
gando pernoscere misericordiam & ueri
tatem eius, quas in populi sui saluatio-
ne monstrauit,& quibus opus saluario-
nis huiusmodi potenter est operatus?

8 *Sic Psalmum dicam nomini tuo in secu lum sæculi,ut reddam uota mea de die in diẽ.*
Pro his autem maximis misericordiæ
tuę beneficiis,ita nos Psalmos canemus
& laudes dicemus altissimo nomini tuo
in æternum,qñ in conspectu tuo astabi-
mus,possessores facti promissæ hæredita
tis nostræ,ut etiã donec in hac paupere
la uita degimus nunquã cessemus à tuis
laudibus,sed iugiter p dies singulos uo
ta nostra reddamus tibi,.i. pia desideria
pias affectiones,pias laudationes, pias
gratiarum actiones, quibus dignissimũ
est nos tantis beneficiis deuinctos, te
quãtũ possumus celebrare,& nunc,& in
omnia sęcula sęculorum.Amen.

A ANNOTAT. IN PSAL. LX.

VErsu 1 Exaudi Deus deprecationẽ
meã. Aduerte, P almũ hũc,tametsi
exposuerimus eũ in persona totius popu
li fidelis siue Ecclesiæ,posse tñ absq; om
ni incommodo et unicuiq; iusto singu-
lariter accõmodari, idq; circa oẽm diffi-
cultatẽ quemadmodum per se quisq; fa
cile uidet.¶ Versu 2 A finibus terrę ad
te clamaui In Elucidatione exposuimus
in persona Ecclesię,ex oĩbus partibus or
bis terrarũ. Si aũt alicui applicetur,re-
B ctius tũ exponet,ab infimo uel extre mo
terrę quasi ex imò terræ ad te ĩ altissimis
habitãtẽ Cui cõsonat vẽ, qđ uertit Hie
ronymus,Dei nouissimo terræ ad te cla-
maui,Exaltationẽ aũt ĩ petra,de qua fit ĩ
altera parte sermo, Elucidario interpre-
tat subductionem & ereptionẽ à pericu-
lis,quasi in rupe forti,ad quã nõ sit acces
sus inimicis.Per qđ intelligit specialis
liberatio ex Dei potentia, per quã iusti
à periculis malorũ salui euadũt. In uer-
bo aũt exaltasti, põt accipi emphasis, vt
dicat rupem hãc altiorẽ se fuisse ita ut eã
C nõ potuisset per se ascendere,hoc est, ad
talẽ salutẽ se nõ potuisse suis uiribus at-
tigere,nisi per Deũ fuisset,ad eã exeitat'.
Quã emphasim utcunq; explicat Chald.
Paraph q̃ sic habet, cum triste fuerit cor
meũ in arce munita, q̃ cõstructa ẽ super
rupẽ altiorẽ me ipso,deduxisti me.Et ex
Hebræo uerti põt.In rupẽ quę exaltatur
à me, vel super me,id est, quæ altior est,
q̃ ut in eã per me possim conscendere,
Licebit aũt per hãc petrã,et Christũ do-
minum accipere, in quo exaltat super
oẽs suos inimicos fidelis populus, ex 1.Co.10
D grã & virtute Dei ipsum sic magnifican-
tis.Nã & Apostolus petrã uocat, & testa
tur significari Christũ,dicẽs, Bibebãt aut
de spũali cõsequente eos petrã,petra aũt
erat Christus.¶ Versu 5. Dedisti hęredita Ps. 36.
tẽ,timentibus nomen tuũ.Hæreditas ista
est,de qua in alio loco dr̃,Hæreditas eo 1.Pet. 1.
rũ in æternũ erit,quã B. Petrus incorru
ptã,immarcessibilem,æternã dicit,cõser-
uatã in cęlis,paratam reuelari in tpe no-
uissimo,quæ quidem hæreditas ab æter-
no disposita & data est omnibus præor-
dinatis ad uitã,& specialiter per mortem

& resurrectionem Christi, quasi iterum
data est uerum latet adhuc & abscondita
est, neque nobis traditur, donec in uita
hac degimus. Accepturi autem sumus eá,
cum (Deo uolente) hinc emigrabimus in
sinum ipsius, propter quod, in uerbo su-
pra allegato dicebat Petrus, conseruari
eam in cœlis, tanquam paratam reuelari
E in tempore suo. Et in alio Psalmo dici-
tur multitudo dulcedinis supernæ, quæ
ad hanc hæreditatem pertinet, abscondi
timentibus dominum Donata tamen est
eis iam hęc hērditas, & est in Dei secreta-
rio iam signata donatio, vt reuocari sed
prohiberi non possit, quin accipiatur ab
eis in tempore suo.

## LXI. PSALMI ARGVMENTVM:

*PSalmus iste totus moralis est, in quo seipsum uir iustus ad iustam subiectionem & debitā obedientiam Deo præstandam exhortatur, cum in ipso suum omne bonum agnoscat repositum aduersarijs (qui eum à Deo nolunt abstrahere) cum increpatione insultās, suam uerò animam aduersum illorum malitiosos conatus fortiter confirmās propter bonum omne quod à Deo accipit & expectat. Atq; hæc usque ad uers 8. Hic uerò animam suā peculiariter alloqui cessat exhortatione generali transiens ad uniuersos, monens eos, in domino spem ponere: & coram illo cor effundere, nequaquam uerò uanis filijs hominum & mendacibus assimilari, neq; in iniquitate sperare, neque rapinas concupiscere, neq; diuitiis cor opponere proponens in fine Psalmi, ad terrorem malorum & consolationem bonorum, duo illa quæ certissimo nobis sunt ex Dei uerbo cognita nempe potentiam Dei, & bonitatem siue misericordiam, secundum quæ redditurus est unicuiq; pro operibus condignam mercedem, vt ob hoc merito & iustus debeas in Deo suo consolari, & impius de sua nequitia pertimescere, siue potius ab ea sese ad Deū conuertere.*

## LXI. PSALMI ELVCIDATIO.

*ONNE Deo subiecta erit
anima mea:*
Certe Deo subiecta esse
debes, ò anima mea, qui
te ad imaginem suā ual-
de nobilem creauit, suæ
fœlicitatis capacem, corporiq; cōiunctā,
bonis sempiternis deputauit, Deo certè
perfectam omnino debes subiectionē, &
plenam obedientiam:
* *ab ipso enim salutare meum.*
ab ipso namq; pendet salus mea, & meū
omne bonum ex ipso est, ipse me in suá
tutelam suscepit, fidelemq; protectorem
se pręstiturum promisit, propter puod, iu
stum est, te illi esse subditam.
2 *Nā & ipse Deus meus & salutaris meus
susceptor meus:*
Ipse (inquam) est dominus Deus meus &
saluator meus, ex quo tota spes depēdet
salutis meę, susceptor, defensor & propu-
gnator meus fidelissimus?
* *non mouebor amplius.*
propter quod nolo ab eo moueri ultra
in æternum, nulla rōne posthac me quis-
quā amouebit ab obediētia & subiectio-
ne eius, nemo me à pposito uirtutis auo
cabit, aut ad mala uitia poterit īpellere.
G 3 *Quousque irruitis in hominem?*
Quousq; igitur tandem nos hostes mei,
pessimi dęmones praua suggerentes, mū-
dus nequam offerens cōcupiscibilia, mo
lesta caro ad mala semper solicitans, quā
diu tandem impetu facietis: & insultus tē
tationum vestrarum aduersum me conci
tabitis?
* *interficitis uniuersi uos:*
quasi coniuratione facta pariter ad in-
terficiendum concurritis & collabora-
tis uniuersi aduersarii mei:
* *tāquā paries īclinato & maceriæ depulsæ.*
H quasi cōtra parietem inclinatū ad casū,
& cōtra maceriam iam impulsam minā-
temq; ruinam: vos enim sic me existima-
tis quasi ruinę proximum, tanquam si pa
ries sim aut murus iam casui proximus,
atq; ob id toto impetu conamini (ut vi
deo) me prosternere. Sed frustra omnino
laborem impenditis. Sum enim amodo
ut murus æneus & immobilis, nō mo-
uebor amplius, confirmatus proposito
firmissimo in domino Deo meo.
4 *Veruntamen precium meum cogitauerūt
repellere.*

Quan-

Quantumcunq; autem ego contraluctor A hostium mille millia est sufficientissimus,
& reclamo, illi hoc absq; fatigatione iu-
uigilant, & sunt hoc semper sollicii,
ut pretium & honorem meum mihi au-
ferant, partim quidem, vt honorem illum
in quo me Deus cōdidit secundū animæ
nobilitatem per peccati fœditatem & uili
tatem conculcent, deinde ut honorem il
lum ad quem me Deus exaltare decreuit
gloriæ æternæ, per peccati consensum mi
hi surripiant. Est enim hic summus ad-
uersariorum meorum conatus, vt priua-
re me ualeant honore & dignitate, in qua
me Deus creauit, & ea item ad quam me B
idem ipse prædestinauit:

*cucurri in siti.*

Philip. 3. ego verò illorum uidens malitiosum co
natum, tantum amplius ad propositū mi
hi supernę uocationis brauium cucurri,
magno desiderio maximoq; ardore festi
naui & sectatus sum, ut comprehendam,
nec prohibeat aduersariorum malitia,

*ore suo benedicebant, & corde suo maledi-
cebant.*

& ipsi quo facilius deciperent, blāda qui
dē ostentabant in ore, & proponere ui-
debantur placentia, primaq; frōte admo- C
dum arridentia, cor autem eorum ad no-
cendum erat, & nouissima atque intima
eorum maledictione execratione, & mor
te plena erant.

5 *Veruntamen Deo subiecta esto aīa mea:*
Attamen, ò anima mea, quantumcunque
hi tumultuentur & insaniāt, tu semper p-
mane firma in obedientia & subiectione
dñi Dei tui, in ipso te firma, & plenissima
subiectione te illi consecra. Ita enim fu-
turum est, ut illi prorsus nihil tibi noce
re queāt, quantūcunq; machinētur male,

*quoniam ab ipso patientia mea.*

ab ipso enim erit tibi uirtus sustinendi
& præstolandi dominū cum patientia, ip
se tibi dabit, vt possis sustinere, & absque
nocumento euadere insultus hostium. Fi
delis enim est ipse, & cū tentatione faciet
prouentum, ut possis sustinere.

6 *Quia ipse Deus meus & saluator meus,
adiutor meus:*

1. Cor. 10 Et quidē ipse est Deus saluator, adiutor,
protector atq; defensor meus, ipse unus
est mihi omnia, ita ut extra ipsum nulla
re indigeam, ipse mihi unus aduersum

*non emigrabo.*

propter quod firmissimo proposito sta
ui nūquam ab eo moueri, nunquam ab
eo me seperare in æternum, sed in eo sē
per fixus & stabilis permanere.

7 *In Deo salutare meū & gloria mea Deus
auxilij mei, & spes mea in Deo est.*

Neq; uero gratis in ipso permaneo, si fi-
deliter permaneo. In ipso.n. pariter ha
beo quæ mihi necessaria sunt uniuersa,
Si quidē in ipso tota mea salus est: & uni
uersa mea gloria, ipse est Deus auxiliator
meus qui solus mihi potest in tribulatio
ne ferre auxiliū, & spes mea tota in Deo
posita est. Ipse enim solus potens est me
saluare. neq; extra ipsum ulla est uera ac
solida gloria, & præter eum non est quis
quam potens & certus auxiliator.

8 *Sperate in eo omnis congregatio populi:*
Neq; uerò sic illū mihi facio peculiarē,
vt cæteros generis mei excludam ab eo,
imò uerò multo magis ad uniuersos uer
ba faciēs, gñrali exhortatione oēs popu-
lorū congregationes absq; exceptione ad
moneo, vt in ipso spem suam constituāt,

*effundite cor am illo corda uestra:*

& ut corda sua prorsus effundant ante cō
spectū eius, cunctos & cogitatus & affe-
ctus cordis sui apperiētes añ oculos boni
tatis eius, imò curas oēs & sollicitudinē
piiciētes añ pedes maiestatis ipsius, tanq̄
corā eo q̄ possit, & uelit cuncta bene ad-
implere, & omnia in bonum conuertere,

*Deus adiutor noster in æternum.*

securi autem audete, quoniam dñs Deus
ipse est adiutor noster in æternum, ipse est Rom. 1.
absq; discretione omnium sibi subdito-
rum auxiliator & cōsolator, neq; est apud
D eum personarū acceptio, vt hunc quidem
adiuuet ac consoletur, illum uerò mini-
mè sed in omni gente & tribu, qui sperat
in eo, sentiet bonitatem illius.

9 *Veruntamen uani filij hominum:*
At vero filii hominum qui spē suā non
ponunt in Domino, sed in gloria & diui
tiis seculi huius ipsi sunt uani, dum uani
tatibus per fiduciam inhærent:

*mendaces filij hominum in stateris:*
mēdaces sunt in stateris suis mentiuntur
absq; rubore ut se inuicē fraudent ac de-
cipiāt, et in iis instrumentis, quæ ad mēsu

 randam

rādā iuſtitiā cōi iure sūt inſtituta, fraudē
faciētes, doloſis uidelicet vtētes ſtateris:
* *ut decipiant ipſi de vanitate in idipſum.*
ut ſic de uanitate & propter uanitate, q̄
eis prodeſſe nō poteſt, decipiant in idip-
ſum, ut pariter ſe mutuo hic illum, ille
hunc fraudent atque circumueniant.
10 *Nolite ſperare in iniquitate, & rapinas*
*nolite concupiſcere.*
Nolite quæſo, ò filii hominum ita agere,
nolite uſqueadeò hiſce inhærere uanita-
tibus, ut propter hoc fraudem illi homi-
num, aut dolum faciatis Nolite in iniqui
tate ſpē ponere, & nolite cōcupiſcere quę
per iniuſtitiam acquiruntur, per dolum
& circumuentione proximorum. quēad-
modum faciūt homines auari & rapaces
qui per fas & nefas diuitias congregant:
* *Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere.*
1. Cor. 7. Imò & ſi ultro accedant, affluantq; diui-
tiæ, ſi etiam per iuſtitiā uobis contingat
copia diuitiarum, cauete tamen, ne his re
bus cor inhæreat, ne affectum in eis col-
locetis, ſed habete tanquam non habētes
& poſſidete tanq̄ nō poſſidētes, ſic ut nō
aliqn̄ p affectū auaritiæ excęcati, ad iniu-
ſtitiā diuitiātū amore declinetis, quēad-
modū pleriſq; contingit, aut in ſuperbiā
& ambitionē ex affectu diuitiarū effera-
mini, aut quōcunq; in obliuionē & negle
ctum Dei ueniatis, ne poſtquàm incraſſa
ti fueritis, impinguati, & dilati, obliuiſca
mini dominum Deum veſtrum.
11 *Semel loquutus eſt Deus:*
Deut. 31. Verbum Deum unum eſt ſimpliciſſimum
& firmiſſimum, ſemel loquitur, & non re
petit iterum, quoniam ſimplex eius aſſer-
tio firmiſſima & certiſſima eſt, nō minus
quā ſi milies idem replicet,
* *duo hæc audiui, quia poteſtas Dei eſt, &*
*tibi domine miſericordia:*
& ego ex uerbo eius ex duo hæc didici,
Heſt. 13. & certo cognoui, q̄ ipſi conueniat ſum-
ma poteſtas, maximaq; uirtus & potentia
Iud. 16 ſuper omnē creaturā, ita ut eius poteſtati
nemo ualeat reſiſtere, neq; tn̄ poteſtas
ſola, ſed coniuncta ēt ſumma bonitas &
miſericordia, ne ſola potentia à bonitate
ſeparata tyrannis exiſtimetur,
* *quia tu reddes unicuique iuxta opera ſua.*
& per hæc duo, per poteſtatem dico, & mi
Matt. 19. ſericordiam, tu dn̄e omniū iudex, reddes
E unicuiq; mercedē iuxta meritum operū
ſuorum, iis qui bene egerunt, uitā æternā,
qui uerò male, æterni ignis incēdia. Pro Lucæ 6.
pter quod, uaniſſimum omnino eſt ſpera-
re in iniquitatibus, rapinas cōcupiſcere,
aut diuitiis cor apponere, quę in illa die
cauſa erunt condemnationi ſuis ſecta
toribus, omnino aūt ſaluberrimū ſperare
in dn̄o, & in illius obedientia perſiſtere.

## ANNOTA. IN PSAL. LXII.

VErſu 1. Nonne Deo ſubiecta erit ani
ma mea? Hęc interrogatio magnam
habet uehementiā, neq; tanquam a du-
F bitante proponitur ſed tanq̄ ab eo qui ue
lit fortiſſimā indicare aſſertionē, quēad-
modū cū dicit filius matri, Nonne ego te
diligā, mea clariſſima mater? Quaſi dicat
Niſi te diligā, ero oīum qui uiuunt ingra
tiſſimus, & prorſus vita idignus. Nemo. n
eſt cui magis, imo cui ęque debeā, vt tibi
amoris dilęctionē. Nos in Elucidatione
hanc uehemētiā aſſertionis abſq; inter ro
gatione explicare tentauimus, per aduer
biū, affirmationis, certè. ¶ Verſu 3. Quouſ
que irruitis in hoīem? interficitis uniuer-
G ſi uos tanquam parieti inclinato & mace-
riæ depulſæ. Hæc inuectio in aduerſarios
ſimilis eſt illi, qd̄ æquali uehemētia in
Pſalmo dr̄, In dn̄o cōfido, qūo dicitis ani
mę meę, trāſmigra in montē ſicut paſſer? Pſ. 10.
iuxta expoſitionē quā præmōſtrauit Elu-
cidatio. Quaſi dicat in ſpū uehemēti uir
iuſtus, Fruſtra conamini, in uanū labora-
tis & fatigamini, tētationibus ac malitio-
ſis conatibus mihi īſultātes. Nihil. n. p-
ficiētis aduerſū me, q iā firmiſſimo cordi
ppoſito, Deo meo sū adglutinatus, ita ut
ab eo ſeparari amodò nō poſsī, quēadmo
dū dicebat B. Apoſtolus, Quis nos ſepara-
H bit, à charitate Chr̄i? tribulatio, an angu-
ſtia, &c. Et deinceps, Certus ſum. n. qa ne- Rom. 8.
que mors neq; uita, neq; angeli, neq; prī-
cipatus, neq; uirtutes, neq; inſtantia, neq;
futura, neq; fortitudo, neq; altitudo, neq;
pfundū, neq; creatura alia, poterit nos ſe
parare à Charitate Dei, q̄ eſt in Chr̄o Ieſu
dn̄o nr̄o. Qd̄ aūt dr̄ ī fine uerſus. Tanquā
parieti inclinato, & maceriç depulſç, rōne
cōſtructionis facit difficultatē Nō. n. pri-
ma frōte apparet cui ualeat cōiūgi. Facili⁹
tn̄ vr̄, ut iungatᷣ cū uerbo irruitis, alte-
ro illo,

ro illo, iterficitis vniuersi vos p modũ parēthesis interiecto, sicq; sensus iste habebat Quousq; ò aduersarij, irritus in hoiem tanquā in parietem inclinatũ,& macerię depulsam? quasi dicat, An existimatis me esse similem parieti inclinato,& macerię iam minanti ruinam, vt ita spem conciptatis, vos facile posse me in terram prosternere? Nam cum parietem iam inclinatũ vidēt hoīes,& velut minitatem ruinā, facile oppositis humeris sperant posse se illum in terram deiicere, vbi alioqui si rectus & fortis perstaret murus, nihil tale quisquam attentaret. Similiter & de maceria, quæ iam partim depulsa est,& ad casum tendit. Ad hunc sanè modum & aduersarii nostri, quos vident ad casum & lapsum declinantes, per concupiscentiæ curuitatē hos audacius & validius oppugnant, concepta spe victoriæ, donec prorsus incuruēt,& in terrā prosternāt. Quos verò velut muros validos conspiciunt, aīo forti & inuicto proposito fortiter perstantes in sua rectitudine, hos non ita libenter solent saltem apertis cōgressibus oppugnare, veluti pertimescentes illorū fortitudinē, tametsi ferè velut latrunculi per insidias adoriantur hmōi, per superbiā, vanā gloriam, contentionem, æmulationē, hæresim, atq; id genus alia. Ait ergo vir iustus increpando aduersarios, An me existimastis velut parietē iā ruinę proximum, aut maceriā incipientē cōcidere, vt sic in me irruatis, concepta fiducia victoriæ? Longe certè aberratis, si ita existimastis. Ego enim in Deo iā stabilitus sum, vt nullo modo à rectitudine mea patiar me dimoueri donec viuam. ¶ Versu 8. Effundite coram illo corda vestra, Vt idē hic dici quod supra Psalmo 36. Reuela dño viā tuā,& spera eum,& ipse faciet. Et iterū in alio Psalmo, Iacta supra dñm curā tuā, vel cogitatum tuum,& ipse te enutriet. Tunc.n. cor suum effundit hō corā Deo, qñ oīa cordis secreta, oēs cogitatus, A & affectus denudat ante oculos maiestatis Dei, plenissime eius fidei vniuersa cōmittens,& in manus eius cuncta commēdans, sata vt qcquid hic egerit, ille sit æquissimo & grato aīo suscepturus. Qui autē aliquam partem siue cogitationum, siue affectionum suarum celare noluerit ante dñm, quemadmodum faciunt illi qui dissimulare volunt peccata, aut excusationū palliis obtegere, itē & qui non omnia sua plena resignatione in manus Dei cōmendant, hi nō rectè effundunt corda sua corām dño: ac proinde eorum merito fre- B quenter contingit, vt non consequantur auxilium salutis Dei. ¶ Versu 10. Diuitię si affluant, nolite cor apponere. Hoc scilicet est, quod docet Paulus Apostolus, Timotheo scribens, in hunc modum: Diuitibus huius seculi præcipe, non sublime sapere, non sperare in incerto diuitiarū,&c. Apponit aūt cor diuitiis (generali sermone loquendo) oīs qui affectu inordinato eis inhęret, ita vt pp eas vel in superbiā eleuetur, in contemptum aut neglectum Dei perueniat, vel denique aliquid agat eorum quæ saluti officiunt, siue eorū quę C salutaria sunt aliquid omittat. ¶ Versu vltimo, Semel loquutus est Deus, duo hæc audiui. Quod Deus semel dr̃ loqui, potest referri vel ad firmitatem & certitudinē asseuerationis, qm̃ illius verbo simplici non minus quàm frequentissimè iterato ac multiplicibus iuramentis firmato fides debetur, vel ad vnitatē veritatis verbi Dei. Verbum namque Dei vnissimum est,& sibi prorsus maximè consentaneū, in quo nihil inuenitur repugnans, nihil contrarium Et cum ita sit vnissimū, duo rñ hæc quæ videntur repugnantia, docet D conuenire Deo, potestatem scilicet iustitiæ,& bonitatem misericordiæ, ad reddēdum vnicuiq; secundum opera sua. Omnis enim scriptura, duo ista in Deo coniuncta prędicat, potentiam & bonitatem, iustitiamq; & misericordiam.

## LXII. PSALMI ARGVMENTVM.

*QVod huic Psalmo præmittit, Psalmus Dauid, cũ esset in deserto, siue Idumęæ (vt hñt vulgati codices) siue Iudeę (vt hñt Hebręa) manifeste docet, hunc Psalmũ à Dauide cōpositũ cũ adhuc in deserto vagaret, exularetq; à terra Israel,& populo Dñi, pp persequutionē Saulis In hoc.n. exilio,& in hac fuga positus, aũ corpore abesset ab hęreditate Dñi, nec illi liber daret in corporale tēplũ aut tabernaculũ Dñi accessus, tanto amplius spiritu se contendit*

*Deo exhibere præsentem, declarans initio Psalmi, quẽ & aĩa & corpore multipliciter ad Deũ vigilet atq; sitiat, positus in terra deserta, vnde tñ ad Deum tota spiritus virtute sedulo conscendit, ad contemplandum Dei gloriam, indq; ea sese oblectandum quam etiam labijs laudare, & in vita benedicere, ex corde pleno spiritualis deuotionis adipe pollicetur, insuper & noctibus & matutino tempore iugiter de eo meditari. Versibus autem duobus nouissimis, inimicorum suorum condemnationem, suamq; liberationem fidenti corde ex Dei auxilio futuram prænuntiat, vnde & se, & seruos omnes Dei fideles asserit habituros lætitiam.*

## LXII. PSMI ELVCIDATIO.

DEVS *Deus meus ad te de luce vigilo.*

Vide mi Dñe Deus (qui & generaliter es oĩum & peculiariter fm beneplacitũ assumptionis tuæ meus dominus) qñ ad tuam bonitatem ferar desiderio, qa prima luce, sũmo mane ad te vigilo, videlicet de te meditando, ad te suspirando: & modis omnibus in te affectum cordis exercitãdo, sicq; me in pressuris mundi huius tuæ bonitatis contemplatione consolando.

2 *Sitiuit in te anima mea:*

Aĩa mea & spiritus ad te ardet ac sitit, tuã mirum in modum desiderans præsentiã:

** quàm multipliciter tibi caro mea.*

atq; etiam corpus hoc meum infirmum & fragile, quod multis iam est obnoxiũ mali, & corruptionibus ac variis subditum afflictionibus, admodũ multis rõnibus, vehementi ad te fert̃ desiderio, quasi desiderans per te de afflictionibus nimiũ magnis, nimium multis, nimiumq; diuturnis, inuenire requiem.

3 *In terra deserta inuia & inaquosa, sic in sancto apparui tibi, vt viderem uirtutẽ tuam, & gloriam tuam.*

Ecce ego hic positus in terra deserta & inaccessa, derelictaq; & solitaria, vbi non sunt refocillantes aquæ, ita in sanctitate & iustitia meipsum exhibere studui ante conspectũ tuũ, vt contẽplarer potentiam fortitudinis tuæ, & gloriã altissimæ maiestatis tuæ, positus in loco isto peregrinationis, in hoc mũdo (qui verè desertũ est & solitudo, qui ex sese verę consolationis aquas nõ habet) tametsi corpore peregrinatus fuerim à te, spiritu tamẽ meipsum conrendi tibi exhibere pręsentem, ad cõtemplationem maiestatis tuæ.

4 *Qm̃ melior est misericordia tua sup uitas:*

Tua namq; misericordia, qua consolaris eos qui ad te fiunt, melior, amabilior, & optabilior est, quàm vita quæcunque aut qualiscunque super terram iucundius. n. est tuam misericordiam, & bonitatẽ contemplari, sicq; in ea fm spiritum consolari, quàm sit voluptas omnis, quæ in hac vita quãtumuis etiam secundum speciem fœlici, possit homini contingere. 2. Cor. 5.

F

** labia mea laudabunt te.*

quod ego cõsiderans, & bono corde per labia mea gratias agam altissimæ bonitati tuæ & laudes cantabo quantas potero.

5 *Sic benedicam te vita mea:*

Non solum aũt labiis te laudabo, sed corde etiam & animo benedicam tibi, donec viuam, & in tota vita mea, quantus quantus sum, & quantum vtique potero,

G

** & in nomine tuo leuabo manus meas.*

& in laude nominis tui, siue in oratione mea, ego extollam ad cœlũ manus meas, vt sic etiam corporis gestu, & cõgruis ex corde prodeuntibus ceremoniis, ostendam piam erga te animi mei deuotionẽ, vt suppleant corporis gestus & mẽbra, quod non ad plenum iuxta desiderium preualet animus.

6 *Sicut adipe & pinguedine repleat̃ aĩa mea:*

H

Quo fit aũt gratius & acceptius tibi sacrificium laudationum mearum, oro, vt spiritum meum repleas deliciis spiritus tui bonis charismatibus, & suauibus visitationibus, quæ sunt spiritui meo quasi adeps & pinguedo, quibus pellatur macies aridaque animæ meæ:

** & labijs exultationis laudabit os meum.*

vt sic ex abũdãtia internæ deuotionis, ex plenitudine cordis, labiis bene voctis, labiis gaudiosis, laudare te valeã in laude perfecta per os meum, ne forte si spiritui desit pinguedo visitationis tuæ, arescant siue marescant laudes labiorũ meorum.

Sic

6 *Si memor fui tui super stratum meum, in matutinis meditabor in te:*
Ita ego media nocte memor fui nois tui, dum cubarem in strato meo, etiã mane primo cum expergi eeter, statim ad te & in te direxi meditationẽ cordis mei, neq; noctu, neque interdiu à primo mane aliud quàm te cogitans, meditans, aut desideans:
7 * *quia fuisti adiutor meus.*
neq; verò immerito semper ad te meditor, non mirum si tu mihi semper sis in animo quandoquidẽ solus tu fuisti adiutor meus ĩ oĩbus meis tribulationibus: tu auxiliator unicus, q hactenus me saluasti de angustiis oĩbus, quemadmodũ & impósterũ te facturum minimè ambigo.
8 *Et in velamento alarum tuarũ exultabo:*
Et sub protectione scapularũ tuarum, sub custodia & defensione potẽtis misericordiæ tuæ, ego gaudebo cum exultatione & trepudio cordis mei in tua fideli protectione optimè securus;
* *adhæsit anima mea post te:*
propter quod, etiam adhæsit tibi spiritus meus, per amorem se tibi adglutinans; & conueniens, & per fiduciam plenam tibi indiuulse affixus.
* *me suscepit dextera tua.*
potentia n. tua Deus suscepit me in ptectionem & defensionem suam, uereq; defendit, & protexit me à cunctis hostium insidiis, & oppugnationibus.
9 *Ipsi verò in nanũ quæsierunt aĩam meã.*
Ipsi verò, te conatus eorum faciente irritos, frustra quæsierunt uitam meam, qm̃ quod quæsierunt, te prohibente, nõ sunt consequuti, neque( spero )consequuturi sunt aliquando:
* *introibunt in inferiora terræ:*
insuper & pœnã reportabũt malitiæ suę, ut in loca mittantur obscura inferni, ut ablegentur ad mãsiones infernales, vbi in loco uilissimo, & oĩum infimo, in sempiternis tenebris degãt, atq; pœnis ĩmẽsis:
* *tradentur in manus gladij:*
dabuntur Diuina iustitia in potestatem gladii, in pœnam condemnabuntur dãnationis æternæ.
* *partes uulpium erunt.*
erunt portio vulpium, proiicientur in partem vulpibus, malignis & callidis dæmonibus dabuntur uorãdi atq; cruciãdi imperpetuũ, quibus donec vixere super terram, ad exercendum malitiam, suas cõcesserunt voluntates: ut quibus seipsos subiecerant in culpa, eiusdem tuo diuino iudicio tradantur in pœnam.
10 *Rex verò lætabitur in Deo:*
Is autem quem tu regem fieri & cõsecrari uoluisti, dispersis hostibus suis, ex Dei potentia lætabitur magnificè in Deo saluatore suo:
* *laudabuntur omnes qui iurant in eo:*
gloriabuntur quoq; omnes q tibi domino Deo Diuinum tribuunt honorem, & cultum supremum, qui aliud nomen nõ norunt per quod iurent, neque aliud dominum in quo iuramentum faciant cum ita res poposcerit:
* *quia obstructũ est os loquentium iniqua.*
idcirco autem tam rex quam cæteri ueri Dei serui lætabũtur in Deo, qm̃ cõfusos videbunt impios, qm̃ obstructa erũt ora leonum qui solent loqui ĩpia cõtra Deũ & proximos suos, sicq; partim de ultione Dei, ut ægratulãtes rectitudini diuinæ iustitiæ, parti de sua liberõne & salute, ut extra metum oẽm positi, magnifice in Deo lætabuntur & gloriabuntur in sęcula.

## ANNOTAT. IN PSAL. LXII.

Versu 2. Sitiuit in te anima mea, quã multipliciter tibi caro mea. Videtur huic contrarium, quod ait Apostolus Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Hæc enim sibi inuicem aduersantur. Nam si contraria concupiscunt, quomodo hoc in loco dicitur, & de anima siue spiritu quod cõcupiscat Deum: atque item de carne, quod quam multipliciter Deum concupiscat? An non hęc manifestè uidentur repugnantia? Verum sciendum est, quod Paulus ait de contrarietate, intelligi debere de carne, secundum prauam illam corruptionẽ quæ in ipsa inhabitat, ipsiq; radicitus inhæret ex prima uitiosa origine, ratione scilicet fomitis praui, q semp ad mala sollicitat, cum spũs ex aduerso deprecetur ad optima. Hic verò de carne loquitur, ut reformata per exercitium spiritus, ipsiq; spiritui subiugata: Gal. 5.

quæ

quæ sane quo maiorib⁹ est subiecta mise E
riis, eo amplius & pluribus rõnibus ad
Deum sitit, qui (iuxta Apostoli vocẽ) reformaturus est corpus istud humilitatis
Philip. 3 nrӕ, configurando ipsum corpori claritatis suæ. Cum. n. vnaquæq; res sitiat, & vehementer appetat suam perfectionẽ, quõo non vehementer desiderabit misera ista caro (quæ nũc tantis est miseriis, infirmitatibus, passionibusq; subiecta) absolui ab his oĩbus molestiis, & ad reformationẽ illam gloriosam perduci, quæ ipsam manet in præcellẽti gloria? Põt verò istud corporis ad Deum desideriũ & aliter in- F
telligi, quoniã videlicet ĩ viris perfectis, propter abundantiam & plenitudinem gratiæ spiritualis quæ in aĩa inhabitat, etiã corpus ipsum ad Deo seruiendum, & peragendum quæ Dei sunt, promptũ sese offert, & quasi exposcit in diuinis se se occupare obsequiis, inq; eis libenter exercitat & oblectat. ¶ Versu 3. In terra deserta, inuia, & inaquosa. Quidam istud ad litteram interpretant de locis desertis, in quibus vagabatur Dauid, eũ hunc
Ps. 13. Psalmũ cõponeret in persequutione Saulis. Præstat tamen spiritualiter seculum G
istud mundi huius intelligere, quod reuera terra deserta aptissime dici potest, &
Eccle 1. inuia & inaquosa, vbi magna est egestas & raritas nimia bonorum, ubi vix inuenit qui faciat bonũ, ubi oĩa vanitas sunt, laborq; & afflictio spũs, vbi uia ueritatis spinis & tribulis, omnibusq; malis pas- sionibus operta non agnoscit, vbi aquæ mundæ, aquæ veræ consolationis nõ reperiuntur, sed tantùm cisternæ dissipatæ, quę non habent aquas aut si habent, immundas, fœtidas, & sordidas hñt, è qui
Hier. 2. bus neque libitum neque licitum est bi- H
bere iis qui Deum sitiunt. Quod autẽ dicitur In sancto, aliqui exponũt in sanctitate, quomodo vertit Felix, & interpretatur nostra Elucidatio Alii intelligunt, in sactario, ut sit sensus, In hoc mũdo deserto positus, licet absens corpore, spiritu tñ p̃sens, quasi in sãctuario tuo apparui corã te. Alij intelligunt, in sancto spiritu vel in sancto desiderio id est, per sanctũ spiritum, uel per sanctum desiderium.
¶ Versu 4. Melior est misericordia tua super vitas. Clarius exprimit sẽsum Hieronymus, melior est misericordia tua, quã vitæ. Quanquam autem vitę numero plurali non multũ sit receptum Latinis, propter tñ conseruandam ueritatem sermonis Hebraici, numerum interpretes consultò non mutarunt, quemadmodum & Psal. 50. diximus, in versu illo, Libera me de sanguinibus. In vtroque. n. horum locorum Hebraica lectio similiter & Græca, numerum pluralem posuerunt. Potest autem in hoc numero plurali accipi emphasis quædam sententiæ, ut significet, meliorem esse misericordiã Dei qualibet, quantumcunque secundum speciem fœlici vita huius tẽporis, quemadmodũ in Elucidatione indicauimus. Chald. Paraph. hanc misericordiam refert ad tẽpus futuri seculi. Sic enim habet, Bona misericordia tua, quam facies iustis in mũdo venturo, magis quàm vitę, quam dedisti impiis in mundo isto. ¶ Versu 6. Sicut adipe & pinguedine repleat anima mea: & labiis exultationis laudabit os meum. Quidam Deum laudant labiis, sed nõ labiis exultationis, magis autem labiis torpentibus & frigidis, quoniã nõ bene perunctis, idq; ex defectu interioris adipis sine pinguedinis, quoniam videlicet deest illis pinguedo spiritualis gratiæ, quę si mentem & affectum impinguarent spirituali lætitia, non ita torpida pateretur esse, neque adeò macilẽta labiorum cantica. Rectè ergo uir sanctus primũ adipe & pinguedine repleri animã postulat, vt hinc laudem gratam Deo decãtet in labiis exultationis. Pro labiis autẽ exultationis beatus Hieronymus vertit, labiis laudantibus canet os meum. Aliis labiis ouantibus, vel laudabundis. ¶ Versu 9. Partes uulpium erunt. Quemadmodum boni & iusti in partem veniunt Christo agno & sanctis angelis eius, dum eorum aĩas secum adducunt in beata gaudia, suis inserendas ordinibus, ita ex aduerso diabolo & angelis eius veniunt in partẽ ac possessionem impii, quorũ animas è corpore emigrantes secũ abripiunt ĩ profundũ barathri. Assignãt autem aliis alias expositiones. Nos ea quã in Elucidatione posuimus cõtenti sumus. ¶ Versu vltimo, Rex verò lętabitur in Deo. Loquitur Dauid de semetipso, quasi de alio, sub persona

na tertia: si de persona Dauidis exponatur. Quod si secundum mysticam intelligentiam accipiamus, poterit quilibet fidelis, qui regnum Dei intra se habet, passionibus malis bene imperans, & suas uires omnes recte gubernans, rex appella-
A ri, quemadmodum & verè est. Qui verò totum hunc Psalmum in persona Christi exponunt, ut positi in deserto, & ad patrem suam suspirantis ac sitientis, hi regem Messiam in patre lętantem intelligunt.

## LXIII. PSALMI ARGVMENTVM.

*ORat uir iustus hoc Psalmo, contra inimicos: quorum sęuitiam in cupiditate nocendi, & studio struendarum insidiarum pręmissam, subiungit deinceps, quomodo irritę factę sunt Dei Virtute machinationes & impia consilia illorū: iustis quidem de impiorū crudelitate liberatis, impijs verò pro sua temeritate iusta ultione in terrorem oīum percussis: quod bonis oībus profunda contemplatione Dei opera considerantibus, materiam pręstat gaudij, laudis, & gratiarum actionis, meritoque prouocat, vt in Deo spem proponat securi.*

## LXIII. PSALMI ELVCIDATIO.

EXAVDI *Deus orationem meam, cum deprecor à timore inimici eripe animam meam.*

Exaudi domine pater deprecationem meā, qua oro ante faciem tuam: libera animam meam à timore aduersariorū qui me pſequuntur, & ad mortem requirunt.

2 *Protexisti me à conuentu malignantium: à multitudine operantium iniquitatem.*

Protexisti & saluum fecisti me à consilio malignantiū aduersum me, & impie ꝯtra me machinātiū, à multitudine eorū qui cōtra me ad nocēdū mihi multo studio magnaq; diligentia operant̄ impietatem

3 *Quia exacuerunt vt gladiū linguas suas.*

Ipsi.n. ad vehementer nocendū studiose aptarunt linguas suas, ad eum modum solēt homines acuere gladios, ut facilius certiusq; pugnent in eis, & quasi acutum gladium reddiderunt linguas suas:

* *intenderunt arcum rem amaram, ut sagittent in occultis immaculatum.*

quasi arcum tetenderunt, pro sagittis habentes rem amaram, sermonem amarissimum, verbum odii & nocumēti, ut abscondite, & quasi per insidias sagittare queant innocentem: parant sese, ut qbus modis ualuerint, noceant bonis:

4 *Subito sagittabunt eum & non timebūt:*

Et ut facilius contra iustitiam sua perficiant concilia, subito & quasi inopinato solent sagittas suas aduersus innocētes dirigere, ut sic non pręmeditatum facilius opprimerent, vel pręmiendo obruerent: & non timuerunt neque Deū neq; homines in hac impietate sua.

* *firmauerunt sibi sermonem nequam.*

stabili decreto inter sese firmarunt sermonē pessimum, rem pessimam in suis cōsilijs statuerūt, de innocētis uidelicet
C oppressione, cogitantes opprimere & interficere eū q mortē nihil cōmeruit.

5 *Narrauerunt ut absconderent laqueos.*

Dixerunt adinuicem, ut insidias ponerent innocēti, cogitātes, & pariter tractātes, qūo eum dolo tenerent & occiderēt:

* *dixerunt quis videbit eos?*

persuaserunt sibi, & ad mutuò sese cōfortandum dixerunt: quis videbit nostras insidias? nemo facinus nostrū cognoscet, absque omni impedimēto & robore voti facile efficiemur compotes.

6 *Scrutati sunt iniquitates:*

D Ipsi profunda inuestigatione & consideratione intima scrutati sunt, & exquisierunt iniqua consilia:

* *defecerunt scrutantes scrutinio.*

veruntamen defecerunt in adinuentionibus suis, nō potuerunt pręualere ī eo quod proposuerūt & exquisitum nequerunt iuxta desiderium suum perficere.

7 *Accedet homo ad cor altum.*

Homines verò ista videntes, irritos scilicet fieri conatus & adinuētiones astutorum istorum, ingredientur intra sese in secretū cordis, ut illic attētius cōsiderēt mira-

mirabilem ac in re prouidentiam Dei: q
& suos nouit in tempore opportuno li
berare de angustia,& aduersariorũ vires
infringere,ne pro libito quantum uo-
luerint noceant:

*Et exaltabitur Deus.*

& cum ita ad cor profundũ itrauerint
boni,exaltabit, magnificabiturq; domi-
nus in cordibus eorũ,cum illum tã piũ
aduertent erga bonos:tam verò iustũ &
seuerum sceleium ultorem in impios.

8 *Sagittæ paruulorũ factæ sunt plagæ eorũ:*
Plagæ & verba eorum quibus.s.affligere
& nocere putabant bonis,factæ sunt qua F
si paruulorum sagittæ:nullam habuerũt
potentiam:nullam ad nocẽdum fortitu-
dinem:quemadmodum sagittæ puerorũ
in plateis cursitantium,nullam uim in-
ferunt,nullamq; læsionem vel homini,
vel uolucri:seu tantum laborem & fati-
Lucæ.19 gationem faciunt puerulis sagittãtibus,

*Et infirmatæ sunt contra eos linguæ eorũ.*

& linguæ eorum quibus iustis nocere la
borabant, infirmitate sunt contra eos,
malum linguæ eorum in ipsos reflexum
est,quã ex verbis suis iudicatur & cõdem
natur impius.

9 *Conturbati sunt omnes qui videbãt eos.* G
Conturbatione magna velut attoniti fa-
cti sunt oẽs q viderunt eos in se ultionẽ
Dei portantes,& suo conatu frustratos,

*Et timuit omnis homo.*

& præ admiratiõe maxima subitæ muta
tionis & grauis Dei vltionis,expauerunt
omnes homines qui rem considerauerunt attentius.

10 *Et annunciauerunt opera Dei:*
Et annũciauerunt cum laude fideles ho
mines,in alijs videntes Dei ultionẽ,mira
bilia opera Dei,quæ tam potẽter simul H
atq; sapienter operatur pro liberatione
electorum suorum,:

*Et facta eius intellexerunt.*

& ipsi alieno malo edocti intellexerunt
opera mirabilia altissimi,quod verè sit li-
berator & protector suorũ, & impiorũ
terribilis uindex.

11 *Lætabitur iustus in domino & sperabit in eo:*
Lætabuntur iusti in domino,hãc impio-
rum ultionem conspicientes, & firma-
buntur in spe sua,adiicientesq; ut in Domi
no firment amplius spem suam,

*Et laudabuntur omnes recti corde.*

& lætitia magna exultabunt,atque glori
ficabunt omnes qui sibi sunt bene con-
scii,in quibus est cor rectum & integrũ,
nulla curuitate malitiæ distortum,& glo
riabuntur (inquam) in contemplatione
misericordiæ & iustitiæ domini Dei sui.

## ANNOTA. IN PSAL. LXIII.

VErsu 1.Totum istum Psalmũ aptis
sime sancti patres applicant Chro
domino, aduersus quẽ tantis conatibus,
totq; consiliis agentes Iudæi,obstinati in
infidelitate & odio, nihil profecerunt.
Quorum etiam punitionem omnes po-
puli gẽtium iam obstupescunt,mirabilẽ
in iudiciis suis Deũ glorificantes. Nos
in Elucidatione expositionẽ vtcunq; ge-
neralem dedimus,vt fine Chro propriẽ,
siue iusto cuilibet generali applicatione
possit æqualiter cõpetere.¶ Versu 3.In-
tenderunt arcum, rem amaram, ut sagit-
tent in occultis immaculatũ.Interiectio
accusatiui illius,rem amaram, orationẽ
reddit aliquãtulũ difficilẽ.Hoc.n.cõmis-
so,si tãtũ diceretur,Intẽderunt arcũ,ut sa
gittent in occultis immaculatum,minor
esset obscuritas,Fiet autem sententia faci
lior,si res amara pro amaro uerbo acci-
piatur,sicq; arcum & rẽ amarã simul iun
gantur ad idẽ verbũ intenderunt,hoc sen
su Tetenderunt arcum,tetenderũt uerbũ
amarũ,quasi sagittã,ad perimendũ in-
noxiũ.Cui sensui fauet,qđ ex Hebræo uer
tit Hiero.Tetenderũt saggitã suã, uerbũ
amarissimũ,hoc est, Ceu tenso arcu,ama
ra uerba pro sagittis emittunt & eiaculã
tur in innoxios.¶ Ver.7.Accedet homo
ad cor altum,& exaltabitur Deus. Qui
nõ attendunt ad opera Dei,neque cõside
rãt profunda mentis cõtẽplatione mira-
bilia altissimi,in his non magnificat, nõ
exaltatur Dñs.Qui verò ad cor altum,ad
cor profundum ingrediuntur, secũ dili-
gẽter meditãtes in oĩbus operib dñi,exa
cta pensiculatione secũ perpendentes mi
ram illam harmoniã & cõsonãtiã mise-
ricordiæ & bonitatis Dei in bonorũ sal-
uatione,iustitiæq; ac seueritatis ĩ impiorũ
cõdemnatione:hi nimirum Deũ magni-
ficant

ficát,ut in operibus suis verè magnús,re A bis-prior aút sagittæ paruulorú,regatur à te mirabilé,in hmôi hoíum cordib⁹ exaltatur mirabilis Deus. Alii verò præsenté versum de Chro Dño sic exponût. Accedet hô Chrs in passione sua ad cor altú, id est,ad perficiendú secretum & abditissimú patris consiliú:qd cogitatú fuerat, & ab æterno propositum in secretario Diuinitatis,& exaltabitur Deus,qm post passioné apparebit gloria Dñi in mundi redemptione, generisq; humani saluatione,& tyranni diaboli potentiæ deiectio

Ioan.12. ne Iuxta illud qd apud Ioannem ex ore B suo Dñs pronunciat,dicens,Ego si exaltatus fuero à terra,omnia traham ad me

Ioan.8. ipsum.Et rursum,Cú exaltaueritis filiú hoís,túc cognoscetis quia ego sú. ¶ Versu 8.Saggitæ paruulorum factæ sunt plagę eorum.In Elucidatione hunc uersum ita sumus interpretati,ut conuerso sermonis ordine nominatiuus posterior plagæ eorum intelligatur suppositú verbi prior aút sagittæ paruulorú,regatur à posteriori parte.ex ui uerbi substantiui, ad hunc sensum: Plagæ eorú factæ sunt sagittæ paruulorum,for quę ordiné plagæ impiorum dñr,nó quas ipsi accipiunt, sed quas iferre aliis côant. Verunm ēi si ordiné sequamur,qué habet litera,nihil ominus cômoda habebitur intelligētia talis,Sagittæ paruulorum,id est,humiliú atq, simplicium (utpote Apostolorú discipulorumq; Dñi,ac similium aliorú sequétium) pdicationes,quas velut sagittas acutas emittebant,factę sunt plagæ impiorum poteńú sæculi His n sagittis Apostolorú vulnerati sunt & interfecti dæmones,estq; ad nihilú redacta potestas eorú uulnerati sunt scribæ & Pharisęi,potétes ac sapiétes mundi,qñ cruciati sunt inuidia,liuore ac dolore, uidentes impleri contraria ijs quæ ipsi uolebant,uidentes Dei & Christi gloriam effulgere, quam conabantur viribus totis opprimere.

## LXIII. PSALMI ARGVMENTVM.

*PSalmus iste secundú misticá intelligentiam expositus,pulchre admodum describit fælicitatem téporis nouæ legis,& anni gratiæ fœcunditatem. In quo primum Dei bonitatem nunquá satis laudabilé considerans,& ex aduerso humaná iniquitatem considerans populus Dei,orationem fundit illi quem decet semper laudatio fælicitaté obiter commemorans illorú, quos iam assumpsit sibi dominus in atria sua ad quę licet corpore absens,spiritus tamen iá aspirat,exaudiri postulans ab eo qui summa montium simul & profunda mariú in potestate habet. Atq; hac septé primis uersibus. Dehinc verò ad describendú fælicitaté téporis gratię procedit,asserens omnes populos ortus & occasus à signis mirabilibus conturbandos,atq; ēt lętificandos,propter Dei singularé visitationem,qua in tempore gratię dignabitur uisitare populum suum & ecclesiam suam spiritualibus bonis omnibus ditare quæ beneficia, populo fideli magnæ erunt laudis materia, ut clamantes hymnú dicant munificentissimo suo Domino.*

## LXIIII. PSALMI ELVCIDATIO.

Dat



*E decet hymnus Deus I Sió:* Te Deus summe & optime laudatio decet in Sion,tibi æquum est offerri laudis cantica in Ecclesia fidelium tuorú, dignus es cui laudem canat populus tuus.

* *& tibi reddetur uotum in Hierusalem.* & in superna Hierusalem uota reddét tibi beati incolæ ciuitatis illius,plená cordis sui deuotionem reddét tibi in laudatione ppetua,& incessabili uoce cantici.

2 *Exaudi orationem meam:*

Exaudi Deus orationem quam ad te fun- Actu.10
D dit populus,tuus hic in carnis adhuc mi- Mat.28.
seria positus,& psta q̃ petimus dona gra- Rom.14
tiarum tuarum:

* *ad te omnis caro ueniet.*

tu.n.es iudex,omnium habens potestaté 2.Cor.5.
cuius uultui omnis caro pręsentabitur ante cuius tribunal omnis homo viués in carne manifestabitur,ut referat unusquisque prout gessit in corpore,siue bonum siue malum.

3 *Verba iniquorú prçualuerunt super nos:* Verba impiorú male pmisimus præualere nobis, suggestionibus malis con- Iacob.1. Iac.3.

consensum

sensum dedimus:partim ignorantia de- E
cepti,partim concupiscentia propria ab
stracti & illecti,sicq; in multis te lauda-
bilem dominum offendimus,

* *& impietatibus nostris tu propitiaberis*.
tu verò es cui soli competit ꝓpitiari ini-
quitatibus nostris,qui solus iam potens
es valeas peccata dimittere,tam insuper
bonus vt velis,quotiescúque misericor-
diã pœnitentes poscimus. Propter qđ,tuã
bonitatem contemplantes,nostrã ex ad
uerso impietatem cõsiderantes, meritò
ad te clamamus,exaudiri postulantes.

4 *Beatus quem elegisti,& assumpsisti inha
bitabit in atrijs tuis*

Illi verò beati sunt, quos tu ab æterno F
ꝓdestinatos elegisti tibi in filios adoptio
nis & regni tui,quosq; iã assumpsisti ex
huius sæculi miserijs & infirmitatibus
carnis,ad fœlicitatem regni tui,& in tuã
perpetuam familiaritatẽ tibi iam associa
sti,ut amodo securi inhabitent in aula il
la amplissima & speciosissima cœlestis re
gni tui:quos (inquã) ad hanc fœlicitatẽ
iã euocasti ex ærumnis corporis huius,
meritò nos dicimus beatos.

5 *Replebimur in bonis domus tuæ.*

Ps. 16. Illic.n.abundantia erit & pfecta satietas G
oĩbus incolis beatæ hæreditatis illius,
ibi & nos cum illis qui priores assumpti
sunt,pariter satiabimur in plenitudine
bonorum,quæ præstabis nobis in osten
sione gloriæ & aspectu vultus tui:

* *sanctum est templum tuum, mirabile in
æquitate.*

Apo. 21. prorsus mundum & sanctũ est hoc glo-
riosum templum tuũ,in quo cũ tuis bea-
tis ꝑpetuo inhabitabis, & est in iustitia,
mũditia,& puritate admirabile,ita vt san
ctius,mũdius, purius immaculatius ni- H
hil valeat excogitari,adeo vt nihil coin
quinatum in eã valeat introire, nihilque
vel minima ex parte immundum ea pos
sit inueniri.

6 *Exaudi nos Deus salutaris noster:*

Et hoc proinde qui adhuc in periculis
versamur corporis huius molis quoti-
die delictis obnoxij,absque cessatione te
ꝓcamur, pijssime Deus saluator noster,
vt nostris impietatibus iugiter propitiũ
te exhibeas & peccata dimittas debitori
bus:ne fortè impedimẽto fiant nobis p-
tingendi ad sanctum illud tẽplum tuum.

* *spes oĩum finium terræ,& in mari longe.*
tu inquam,Saluator noster,qui es spes &
fiducia omnium inhabitantium sup vni
uersam terrã,in oĩbus finibus eius atq;
etiam in extremis maris in nouissimis in
sulis procul à terra distantibus.

7 *Præparans montes in uirtute tua accin-
ctus potentia:*

Tu qui in fortitudine uirtutis tuæ mon
tes eleuas in altitudinẽ suam,eosq;ascen
dere facis in sublimitatem altitudinis
suę,paratus ad opus,& quasi accinctus in
potentia tua,quæ te facit ad omne opus
(quantumuis humanis uiribus impossi-
bile) sufficientem & ualidum:

* *qui conturbas profundum maris, sonum
fluctuum eius,*

& sicut in supremis montium operaris
in potentia tua,ita similiter & in profun
do maris plenum habes imperiũ, & ope-
raris pro tuo libito: ipsum conturbans
vbi volueris,ẽt in profunditate sua, ne-
dum in aquarum superficie,sonumq; ac
tumultum fluctuum sese magno horrore
collidentium.Tu n.& in altissimis mon
tium,& in profundissimis marium,æquã
& eandem habes potestatem.

8 *Turbabuntur gentes,& timebunt qui ha
bitant terminos à signis tuis:*

Specialiter verò in plenitudine tpis ostẽ
des admirabilem potẽtiam tuam, qñ ꝑ
admirabilia signa,atq; ꝓdigia inaudita,
cõturbabis gentes præ admiratione,& ti
mere facies omnes populos etiam q ha-
bitant in extremis finibus terræ:

* *exitus matutini & vespere delectabis.*

populos exitus matutini siue orientis si
mul & vespere siue occidentis,tu delecta
bis & lætificabis in mirabilibus prodi-
gijs tuis,quæ exhibiturus es humano ge
neri.Vniuersi.n.habitatores orbis (et q ĩ
extremis orientis,unde sol mane egre-
dit sup terrã,& in extremis occidentis,
quo sol vespere reuertitur,habitant) mi
rum in modũ ꝓ admiratione conturba-
bunt & lætificabuntur propter nouita-
tẽ signorum q fient in fine tẽporum,&
annunciabuntur per orbem uniuersum.

9 *Visitasti terram,& inebriasti eam:*

In plenitudine.n tempo is, quando tibi
placuit manifestare miam tuam, uisitasti
popu-

populũ tuũ,habitãtes super terrã,in dul- A
cedine gratiæ tuę,mittens eis Messiã libe
ratorẽ & restitutorem oĩum:per quem co
piose implesti,abundeq; irrigasti & fœ-
cundasti eos aquis salutaris doctrinæ, &
spiritualis gratiæ,quas tum temporis co-
piose fecisti super terram fluere:

* *multiplicasti locupletare eam.*

multipliciter valde ditasti, & plurimum
locupletasti habitatores terrę,eos qui an
te fuerãt paupetes,inopes,famelici, & si-
ticulosi,abundanter cunctis implens bo-
nis,ita vt nihil iam ei desit in vlla grã.

10 *Flumen Dei repletum est aquis:*

Lucæ.1. Impleuit Deus flumen suum aquis, om-
1.Cor.1. nipotens pater Christum suum (per quẽ
mundum voluit saluare & irrigare)imple
uit gratijs spiritus sancti,dans ei non ad
mensuram spiritum, vt sic de eius pleni-
tudine omnes acciperent:

* *parasti cibum illorum, quoniam ita est*
Ioan.3. *preparatio eius.*

sicq; ex plenitudine huius fluminis cibũ
& potum illis qui habitant super terram
Ioan.1. parasti,sancte pater omnipotens, vt esu-
rientes,pasceres, & potares sitientes,
Ita enim debuit fieri præparatio terræ, C
ita debuit & ita voluisti eam visitari
& renouari per aquas fluminis tui,& ci
bum spiritualem, quem parasti eis.

11 *Riuos eius inebria, multiplica genimina eius.*

Sanctos Apostolos discipulos atq; prędi
catores tuos (in quos Christi plenitudo
deriuata est, quemadmodum à fluuio in
riuulos aqua deducitur )copiose imple-
bis spirituali gratia & salutari doctrina,
sicq; ex eorum abundantia multiplica-
buntur nouę plantationes,& generabun
tur in te plurimi generatione noua quæ D
ex Deo est regenerari,

* *in stillicidijs eius lætabitur germinans.*

lætabitur ipsa terra germinans in guttu-
lis gratiæ Dei,per riuulos defluentibus
atq; stillantibus in ipsam desuper & pro-
fectum ex desuper, stillante gratia acci-
piens habitatores eius, quemadmodum
terra corporalis quodãmodo lætatur &
gaudet, stillantibus superipsam guttulis
pluuiæ temporaneæ.

12 *Benedices coronæ anni benignitatis tuæ:*

Benedices tu Dñe toti plenitudini & cir-
A culo tpis illius grẽ & misericordiæ, da-
bis benedictionẽ,& pones misericordiã
tuã toti tpi gratiæ(quod ab aduentu Mes
siæ ad consummationem vsq; sæculi per-
durabit)omnibusque partibus temporis
illius benedices,ita vt nunquam claudas
misericordiam tuam,aut gratiam abscon
das à tuis electis,donec annus iste, siue
hoc tps gratiæ durabit,sed permanebis
cum eis vsq; ad consummationẽ sæculi:

* *& campi tui replebuntur vbertate.*

& ex gratia tuæ benedictionis , cãpi tui Mat.28.
(id est,Ecclesiæ tuæ,quas tibi colis ad fe-
B rendũ spiritualẽ fructũ,quẽadmodũ agri
cola cãpum colit ad ferẽdos fructus cor
porales)replebunť abundantia oĩum bo
norum spiritualium,onustiq; erunt bo-
nis fructibus virtutũ & virtuosarum,cu-
iusmodi fructus tu requiris.

13 *Pinguescent speciosa deserti:*

Ex eadẽ quoq; benedictionis tuæ gratia
pinguescent & fæcundabunť pascuæ de-
serti, qđ prius fuerat aridũ,sterile & in-
fœcundũ,populus gentiũ,qui fructũ nul
lum faciens Deo,quasi desertum reputa-
batur,cœlesti gratia conuersus & impin-
C guatus,fœcundabitur cœlesti munere, vt
fructus faciat dignos Deo:

* *& exultatione colles accingentur.*

& qui in populo Dei fuerint eminẽtes,
more collium præpositi simplicibus,pe-
culiari exultatione lætabuntur,& veluti
accingentur,tanquam ad ministerium si-
bi creditum prompti & expediti,cum vi
derint sibi commissos continuo profe-
ctu in Deo crescere.

14 *Induti sunt arietes ouium:*

Ipsi,inquã,præpositi & prælati in Eccle-
sijs qui ante cæteros gradiunť, verbo &
D exẽplo suis subditis ducatũ viç præstan-
tes,eosdemq; per Euangeliũ Christo gi-
gnentes(ad eũ modum quo arietes ante
oues gradiuntur,ijsdemque sunt genera-
tionis principiũ)induti sunt exultatione
& gaudio,cum viderint filios suos in ve-
ritate ambulãtes,ditari in oĩbus spiritua-
libus bonis,quo maius non potest con-
tingere gaudium spiritualibus patribus:

* *& valles abundabunt frumento:*

humiliores aũt & pręposituis subditi in
Ecclesia populi, nullius boni defectum
patientur, sed abundabunt frumento &
pabulo.

pabulo spirituali, fructumq; ferent copiosum bonorum operum:

* *cantabunt, etenim hymnum dicent.*

ac tunc quidē maiores simul atq; minores, præpositi vna cum subditis, vna voce clamabunt in voce gratiarū actionis, & cantabunt laudē tibi beneficētissimo & liberalissimo dño, qui præstiteris illis misericordiam tuam in sęculum, Amen.

## ANNOT. IN PSAL. LXIIII.

VErsu 1. Te decet hymnus Deus in Sion Psal. 32. dr̄, rectos decet laudatio Hic aūt, Deū decet hymnus siue laudatio. Et vtrunq; verè dr̄ Nam rectos decet, hymnum & laudē offerre Deo: ipsum aūt Deum, à rectis decet accipere, Illos decet, vt soluant: hunc, vt suscipiat. Alterā aūt partem versus huius, Tibi reddetur votum in Hierusalem, ita in Elucidatione explanauimus, vt diuersam habet sententiam à priore. Per Sion. n. Ecclesiam istā militātem, per Hierusalē verò triumphantem intelleximus. Votum aūt reddendum diximus in superna Hierusalē, qm̄ illic Deum pleno corde incessanter laudabimus Donec. n in hac carne degimus, Laudare Deum pro voto non possumus, pp carnis multimodas miserias. Ibi aūt, omni semoto & longissimè excluso impedimento, plenā Deo & perpetuā laudem incessanter offeremus, quō de quatuor aīalibus in sacra Apocalypsi legit̄, ꝙ requiem non habebant nocte ac die, clamantia atq; dicētia, Sanctus, Sanctus. Sanctus, Dn̄s Deus noster omnipotens, qui est, & qui erat, & qui venturus est. Si cui tn̄ hæc distinctio nō arriserit (maximè ꝙ in Hebræo non habeat̄ particula illa, in Hierusalē) poterit has duas partes sub vna concludere snīa, vt idē sit posterior quod prior, sitque sensus, Te decet laus in Eccl'ia, & tibi debet reddi votum, siue pia cordis affectio, laudis gratiarum actionis, & amoris in populo tuo. ¶ Versu 2 Exaudi orationē meā, ad te oīs caro veniet. Præter sensum in Elucidatione positum, pō & iste assignari, Exaudi tu Dn̄e quā ad te fundo orationē, qm̄ tu es ad quem venit supplicandi, & orandi gratia oīs homo viuens: qm̄ ad te venit oīs homo quicunq; postulare aliquid voluerit, te debemus in omnibus sp requirere, tibiq; de oībus quæ desiderauerimus supplicare: qn̄quidem omnium tu habes potestatem ¶ Versu 3. Verba iniquorum præualuerunt super nos. Quomodo primis nostris parentibus prçualuerunt verba impii serpentis qn̄ illis consensum præbētes, misere seducti fuere. ita & nos eorum posteri quotidie verbis impiorum seducimur, partim per ignorātiam, quæ nos cęcutire facit, vt malum bonum existimemus, & bonum malum, maxime vbi suauiloqui alicuius seductoris blanda & elaborata suasio accesserit, partim verò concupiscentia propria abstracti & illecti. Vnusqui'q; n. (vt Iacobus sanctus ait) tentatur. à propria concupiscentia, abstractus & illectus Facillime enim verba impiorum mala proponentium nobis præualent, si concupiscentiæ quæ proponuntur arriserint. His ergo modis facile fit, vt quotidie in multis oēs offendamus: sed iucundum est quod mox adiungitur, verbum miserationis. Et iniquitatibus nostris tu propiciaberis. Et est pulchra admodum sermonis propositi correspondentia, in partibus sibinuicem oppositis cum prius dr̄, Super nos præualuerunt verba impiorum, mox verò econtrario subditur, Et iniquitatibus nostris tu ꝓpiciaberis. Versu 4 Beatus quē elegisti & assumpsisti. Electionem hanc & assumptionem Elucidatio interpretatur, ad patriā cœlestem introductionem, vt sit sermo talis, qualē solent hoīes in mundo adhuc habitantes, suamq; multiplicē miseriam & quotidianas offensas recognitantes, loqui in gemitu cordis, dicentes, O quàm beati sunt ciues illi superni, qui istas iam miserias transierunt, q̄ beata est illorū sors, q iā in pace secura sunt compositi. Attn̄ qui volet, intelligere poterit ēt de præsenti vita, beatos esse fm spem vitę æternæ, quos Dominus elegerit ad saluandum, & quos assumpserit ipse in suam protectionem, curam, custodiā, & in suam familiaritatem sibi adiunxerit, vt eos in huius mundi tumultibus securos custodiat à malo, sicq; ad beatā vitam tandem bono fine perducat. ¶ Versu 5. Sanctum est templum tuum, mirabile

Apoc. 4. Gene. 3. Iacob. 1. Iacob. 3.

mirabile

mirabile in æquitate. Secundum usitatũ A loquendi modũ, dr templum Dei mirabile in æquitate, id est plenissimũ æquitate, ita ut nihil posset ibi iniqtatis inueniri uel intromitti, quemadmodũ eum dicimus hominem diuitiis, sapientia aut potentia admirabilem, significare uolentes, cum plenum diuitiis, sapiẽtia, aut potentia. ¶ Versu 7. pręparans mõtes in uirtute tua. Præter expositionem quę in Elucidatione posita est, potest uersus iste aliter intelligi, Qui montes ornas, & vestis herbis, graminibus, atque arboribus, per fortitudinem tuam, sicq; præparas uel B ornas, uel instruis ĩ uirtute tua. Cui expositioni satis fauet, qđ habet Chaldai. Paraph. Qui præparat cibum ibi cibus mõtium in uirtute fortitudinis suæ. Quasi .n præparantur & ornentur montes, quãdo arboribus, herbis, atque graminibus uestiuntur & ornantur, ut ualeant in eis animalia inuenire suum pabulum. Nonnulli uero montes istos Dei uirtute præparatos, spiritualiter intelligunt, sãctos Apostolos & Apostolicos uiros, quos Deus pparauit in eximia uirtute sua, ad ędificiũ Ecclesię, & fundamentũ solidę C ueritatis in æternũ stabiliendę: mysticè itẽ intelligentes conturbationem ꝓfundi maris, & soni fluctuum eius commotionem populi gentium, quæ facta est tẽpore grãtiæ ad prædicationem sanctorum Apostolorũ. ¶ Versu 8. Exitus matutini & uespere delectabis. Magna uĩ in hac parte esse difficultas, qm̃ in ea nulla apparet cõpleta sñia. Fiet aũt facilior lectio si aliquid subaudiatur, iuxta qđ in Elucidatione indicauimus, ad hũc modũ Homines exitu matutini & uespere delecta bis: uel habitatores exitus matutini & ue D spere capiendo totum illud exitus matutini, ut sit genitiui casus pro oriente, ex quo sol mane egreditur, & uespere ꝓ occidente, ad quem sol uespere reuertiẽ, ut intelligantur habitatores orientis & occidentis. Cui sentẽtiæ satis accedit, qđ fm sentẽtiam quidã uertit ex Hebræo, facies lætos ouare, q̃ agãt ad ortũ solis, quinq; ad occasum: Posset ẽt subaudiri ablatiuus tpe, ad hunc sensum, Timebũt qui habitant terminos à signis tuis, lætificabis habitatores orbis tpe exitus matutini & uespere, hoc est mane & uespere lætos facies eos, ut cãtent laudẽ, & hymnũ tibi, uel lętificabis & cãtare facies eos à solis ortu vsque ad occasum. Atq; huic consonat, qđ habet Chal. Paraph. Ab ortu matutino & uespere ordinabis in ore eorũ laudẽ. Beatus Hyeronimus ex Hebreo uertit. Egressus matutini & uesperi laudantes facies ꝙ eandem habet cũ uostra lectione obscuritatem. Qđ aũt qdã ꝓ delectabis legunt delectaberis, uitiosũ est. Nã & ĩ Græco & in Hebræo & ĩ cor rectioribus codicibus Latinis uerbũ actiuũ ponit nõ passiuũ. ¶ Versu 10. Flumẽ Dei repletum est aquis. Põt per hoc flumen Dei prer expositionẽ in Elucidatione positam, intelligi populus fidelis, qui à fonte Christo impletur aquis, dũ de eius plenitudine accipiunt oẽs credẽtes. In postrema aũt parte, cũ dr̃, Quoniã ita est præparatio eius relatiuũ eius, accipiatur genere fęmineo, referatq; terram de qua in priore uersu dictũ fuerat, Visitasti terrã, & inebriasti eam, iuxta sententiam in Elucidatione positã. Alii uero putant referri ad cibũ. Neque sic incõmoda habebitur sententia. B. tñ Hieron. in sua uersione ex Hebræo priori sentẽtię aperte astipulatur, genere fœminino uertẽs, Quoniã sic fundasti eam, quod manifestum est, ad cibũ referri nõ posse. ¶ Ver. 11. Riuos eius inebria, multiplica genimina eius, i stillicidiis eius lætabitur germinans. Pronomen eius tertio repetitũ vbiq; referre vr̃ terram, qm̃ eodem casu fœmineo tã in Græco q̃ in Hebræo quolibet prędictorum locorum ponitur. Riuos autẽ Elucidatione diximus sãctos Apostolos: idq; comparatione (ut arbitror) non inepta. Est enim Christi diuinitas, siue ipse Deus pater, quasi fons vñ manat originaliter omnis gratia uiuificans. Christus autem homo ueluti flumẽ est, quod à fonte prædicto secundum plenitudinem impletur, sancti Apostoli atque eorũ successores, uelut riuuli sunt ꝑ aquæ fluminis deriuant in uniuersam terrã. Neq;.n. per semetipsum Christus dominus fm humanitatis formã ubiq; terrarum pdicauit Euãgelicã grãm, sed missis Apostolis in omnẽ terrã diffudit gratiæ suæ plenitudinẽ, Quod si cui nõ placebit

Ioan. 1.

placebit, hęc comparatio, pōt simpliciter intelligere p riuos, siue sulcos terræ oēs humiles & contritos corde, qui se diuinę grę capaces effecerint per pęnitētiā.
Iocl. 2. Huiusmodi enim q corda sua (iuxta Prophetæ monita) sciderint per pęnitentiā, implebuntur & irrigabunt aquis gratiæ Dei. Siquidem humilibus Deus dat gratiam. ¶ Versu. 12. Bened. coron. anni benig. tuę Annum diuinæ benignitatis, uocat Psalmista tempus nouę legis, & gr̄æ quod Paulus apost. ex authoritate Esaiæ Prophetæ appellat tempus acceptabile, diē salutis, cū ait, Ecce nunc tp̄s acceptabile, ecce nunc dies salutis. Q d̄ tp̄s & alibi apud Esaiam. c 61. annus acceptus uocatur, in ea Prophetia quæ de Saluatore Christo loquitur in hūc modū, Spiritus dñi super me, eo q̄d unxit me, euangelizare pauperibus misit me, & c. prædicare annū dñi acceptū, & in diē retributionis. Facit aūt difficultatem nonnullā sermonis, q̄d nō d̄r simpliciter, Bñdices anno benignitatis tuæ. (Nā id facilem uicūq; haberet intelligentiā) sed d̄r, Benedices coronæ anni benignitatis tuæ. Difficile aūt v̄r, q̄d sibi uelit corona ista anni benignitatis Dei. Accipiēdus est ergo pꝛ positus sermo, ad hūc sēsū, Benedices anno gr̄æ p circuitū, perq; totū Circulū, & (vt ita dicā) coronatim, ut hoc loquēdi mō insinuet totalitas, & plenitudo, quātū ad tp̄is gr̄æ benedictionē, fm̄ sententiā in Elucidatione prolixius expositā.

1. Pet. 5.
Ps. 49.
2. Cor. 6
Esa. 61.
Lucæ. 4

## LXV. PSALMI ARGVMENTVM.

*Videtur huic psalmo dedisse materiam insignis aliqua uictoria, aut liberatio magnifica de manu hostium sub quibus Israeliticus populus ante graui seruitute fuerat afflictus, pro qua salute gratias agere uolens Psalmista, in persona populi totius Psalmum hunc cecinisse putatur, in quo ad Dei laudem conuocat uniuersos habitatores terræ, ad considerandum opera admirabilia altissimi quæ operatur pro filijs hominum specialiter cōmemorans memorabilē illam maris rubri pro patribus exsiccationē, ac deinde factā populi liberationē (præmissa ita rū laudis ex hortatione) proponens, q. per ignem & aquā eduxerit populum suū Deus in refrigerium. Propter quod, in gratiarum actionē, holocausta oīs generis offerre, & vota in tribulatione promissa persoluere pollicetur, in gratitudinis testimoniū. Rursum versu decimoquinto, velut ad concionē conuocās oēs timentes Deū exponit ad finem vsque Psalmi, quā in orōne à Deo accepit misericordiā sicq; ī Dei benedictione (vt ceperit) plenus gaudio Psalmū terminat.*

## LXV. PSALMI ELVCIDATIO.

Ps. 118.

*VBILATE Deo omnis terra, Psalmum dicite nomini eius.*

Iubilate Deo omnes inhabitatores orbis terrę, Hob psalmos & hymnos canite nomini eius, quod est gloriosum & benedictum in sæcula:

* *date gloriam laudi eius.*

date gloriam, & exhibete omnem honorem laudi eius, ipsumq; super omnia laudabilem vt laudandus est glorificate.

2 *Dicite Deo, q̄ terribilia sūt opera tua dñe:* Dicite dño in confessione magnitudinis eius, q̄ admirabilia & q̄ stupēda sunt opa tua potentissime Deus, q̄ tu ostendisti in creatione, gubernatione, & dispositione & instauratione rerum oīum, peculiariter quoq; pro salute electorum tuorum.

* *in multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui.*

tam terribilia, inquam, sunt opera tua, vt ob magnitudinem potentiæ tuæ etiā inimici tui, qui ex corde te non amant, metu seruili compulsi mentiantur tibi, simulantes seruire tibi & velle implere volūtatē tuā, cū non ex animo velint: quēadmodū impius Pharao fortitudine manus tuæ cōpulsus, & plagis pterritus ac fatigatus, pluribus vicibus promisit seruo tuo Moysi dimittere populum, quod tū relaxata manu tua non pręstabat.

3 *Omnis terra adoret te, & psallat tibi: psalmum dicat nomini tuo.*

Omnes qui inhabitant terram, summū tibi impendere debent honorem, teq; vt

summum

summum & super omnia excelsum solũ A uerũ Deũ adorate tibiq; laudẽ decãtare: psallere debẽt oẽs & cantare dulcia laudis,& gratiarum actionis cantica,nomini tuo magno & benedicto in sæcula.

4 *Venite & videte opera Dei terribilis in consiliis super filios hominum.*

Venite uniuersi habitatores orbis,adiũgite uos mihi,mecumq; pariter attẽdite ut profundiori contemplatione considereris opera Dei, qui Deus terribilis est, nimiumq; admirabilis ac stupendus in cogitationibus suis,quas cogitauit de filiis hominum, in iis quæ uoluit operari B & facere pro seruis suis uilibus & infirmis,de genere mortalium.

5 *Qui conuertit mare in aridam:*

Qui per uirtutem suæ potentiæ mare rubrum ita exsiccauit, ac si fuisset terra arida,ita ut non solum transnatare,uerum etiã per medium siccati aluei siccis uestigiis perambulare possent patres nostri,filii Israel, fugientes Aegyptios:

* *in flumine pertransibunt pede,ibi lætabimur in ipso.*

Exo. 14. in loco fluminis,vbi prius aquæ fuerant copiosissimæ, pertransibant pedibus suis C patres nostri: ibi lætabantur magnificè in ipso Deo suo,qui tãta suo populo ostẽdisset ad salutem suam prodigia.

6 *Qui dominatur in virtute sua in æternũ:*

Ipse est qui in virtute oĩpotentiæ suæ dominatur,& imperium tenet vniuersale super uniuersum orbem, nullo unquam tẽporis fine claudendum, sed absque termino imperpetuum duraturum:

* *oculi eius super gentes respiciunt:*

oculi eius ad omnes populos respiciũt, cõtemplatur per suam omniscientiam bonos & malos, ut vnicuiq; reddat pro D suis operibus congruam mercedem.

* *qui exasperant,nõ exaltentur in semetipsis.*

atq; ob hoc,homines inobediẽtes,rebelles,& qui irritant suis impietatibus Deũ, caueant sibi à superbia, non glorientur in semetipsis,quasi impunè sint euasuri.Nõ enim effugient manus eius,cuius oculis nuda & aperta sunt omnia,& cui nõ potestas deest aut potentia, ad inferendam uindictam.

Hebr. 4. 7 *Benedicite gentes Deum nostrum,& auditam facite vocem laudis eius.*

Benedicite omnes populi, & collaudate dominum Deum nostrũ,& uoces laudis eius facite audire palam omnibus, ita vt resonẽt vbiq; uoces laudationis eius, in publico & aperto detis illi cõfessionẽ, vt palam exaudiant omnes. Dignissimus enim est, cuius laudes resonent per ora omnium super uniuersam terram.

8 *Qui posuit animam meam ad vitam:*

Ipse enim constituit animas nostras ad vitã,qui ex bonitate electionis suæ nos elegit ad uitam,& à morte perseuerando custodiuit ad uitam:

* *& non dedit in commotionẽ pedes meos.*

& non permisit commoueri in lapsũ & mortem pedes nostros, non est passus nos mortificari ab hostibus nostris.

9 *Quoniam probasti nos Deus,igne nos examinasti:*

Quanq̃ enim hactenus nos populũ tuũ multis passus es calamitatibus corporalibus affligi ab hostibus, non id tamẽ egisti ut nos deleres,vel morti traderes,sed ad nostrum cõmodum omnia disposuisti,ut nos probares & examinares,vtrum in lege tua constantes inueniremur:

* *sicut examinatur argentum:*

& quemadmodũ in camino ignis examinatur ac purificatur argentũ, ita nos in camino tribulationis uoluisti probare & mũdare,per patientiam ad purum excoquendo scoriam, ut essemus coram te velut argentum probatissimum.

10 *Induxisti nos in laqueum.*

Permisisti olim tua uoluntate sup nos Esa. 1. venire, & ad tempus permanere laqueũ captiuitatis,iugum seruitutis sub gentibus alienigenis,quæ in circuitu nostro sunt,& principibus eorum.

* *posuisti tribulationes in dorso nostro:*

passus es graues tribulationes & afflictiones super nos uenire,quas portare & sustinere debuimus,ac velut incuruato dorso gestare:

* *imposuisti homines super capita nostra.*

sub vilissima seruitute hominum alienigenarum & infideliũ sciuisti subiectos nos fieri,seruitute vtique tanta,tam graui & tam cõtemptibili,ut quasi super capita nostra viderentur ambulare dominatores nostri, qui nos sibi subiugauerant.

11 *Transiuimus per ignem & aquam:*
Ira nos transiuimus per difficillima & la boriosissima discrimina: experti sumus & passi, te permittente quæ videbantur intolerabilia, quomodo si quis ignem & aquam transeat:

* *& eduxisti nos in refrigerium.*
nunc autem eduxisti nos in refocillatio nē & requiē qualemcūq;, à tantis laboribus, postquā placuit tibi iterum reuerti ad populum tuum, & præstare nobis de inimicis uictoriā, sub quibus ante victi ac prostrati iacebamus.

12 *Introibo in domum tuam in holocaustis*
F Proinde de tribulatione, tuo munere liberati, īntroibimus ante conspectum tuū, in templum sanctum tuum, cum holocaustis quæ offeremus coram te, in testimonium gratitudinis.

* *reddam tibi vota mea, quæ distinxerunt labia mea.*
persoluemus tibi vota quæcūq; pro nr̄a saluatione, vel pollicitatione certa tibi cō secrauimus: vel ēt proposito bono offerre decreuimus, cū adhuc in tribulatione ageremus, q̄ aperuerunt, uel egressa sūt la bia nostra, hoc est, quæ per labia nostra
G polliciti sumus, vel consecrauimus tibi.

13 *Et locutū est os meū in tribulatione mea.*
Et quæcūq; p os nostrū loquuti sumus, cū adhuc in tribulatione essemus, ea tibi propitiissimo animo volumus cūcta persoluere: neq; iā extra periculum positi ita infideles erimus, vt obliuiscamur eotū, aut persoluere ea negligamus, quæ in tribulatione nostra polliciti sumus.

14 *Holocausta medullata offeram tibi cum incenso arietum.*
Holocausta electissima, pinguissima, ac delicatissima medullis & adipe plena, of-
H feremus tibi, simul & arietes quos incen demus in holocaustum coram te:

* *offeram tibi boues cum hircis.*
offeremꝰ tibi boues pariter & hircos, nō viles, neq; minimi pretii hostias, ne de peioribus aut uilioribus tibi faciamus īmolationē & in vniuersū ex oībus q̄ tibi grata esse cognouerimus ad sacrifican dum, ea offeremus ante conspectum tuū, eaq; & pretiosissima & electissima.

15 *Venite, audite, & narrabo omnes qui timetis Deum, quanta fecit anima mea.*
E Accedite verò huc ad me omnes qui timorem habetis domini, & auribus perci pite quæ ego uobis dicturus sum & narrabo uobis, quāta fecerit paupercula anima mea. Nequeo enim celare, aut intra me cōtinere Dei beneficia, tam sum gau dio plenus, vt necesse mihi sit in commu ne effundere omnibus.

16 *Ad ipsum ore meo clamaui, & exaltaui sub lingua mea.*
In tribulatione positus ad ipsū ex cordis intimo per os meū clamaui, ipsum in oratione fideliter inuocaui & exaltaui, ma-
F gnificauiq; eum in lingua mea, ipsū solū Saluatorem confitendo, ipsiq; vota tacitè faciendo pro consequutione auxilii.

17 *Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet Dominus.*
Veruntamē si iniquitatē ullā aspexissem in corde meo, si illius mihi peccati fuissē cōscius, profecto nō exaudisset me Dn̄s, auertisset à clamore meo aures misericordiæ suæ, donec per pœnitentiam studuisset cor meum ab iniquitate emundare.

18 *Propterea exaudiuit Deus, & attendit voci deprecationis meæ.*
G Et quia oī cura studui corde purgato ad illum orationem meā effundere, idcirco exaudiuit me Dominus, & aurem suam inclinauit ad exauditionem vocis meæ.

19 *Benedictus Deus qui non amouit orationem meam & misericordiam suam à me.*
Et verè benedictus sit atque laudatus in æternum dominus Deus meus, qui non abiecit orationē serui sui, neq; repullit eā à cōspectu suo, sed accedere permisit, & ascēdere fecit usque ad thronum gratiæ suæ, vt exauditionem reportaret, neque item misericordiā amouit aut prohibuit
H à seruo suo, sed eam usque ad me uenire permisit, mihique auxilium & salutem ferre præcepit sola bonitate sua: etiamsi ex memetipso tanta gratia minimè dignus existam.

## ANNOTAT. IN PSAL. LXV.

VErsu 2. In multitudine virtutis tuę mentient̄ inimici tui. In hoc verè maxima declaratur Dei potentia, quod ēt inimicos cōpellit iterdū sua potestate, ad exhibēdū sibi fictaobsequia, queadmodū in exem-

in exẽplo Pharaonis, qđ proponit Eluci A datio manifestissimè apparet:q cum plagis Dei affligeretur, Moysen periit apud dñm fieri pro se intercessorẽ, promittẽs, populum Dei dimittere: quod tñ à plaga, Moysi oratione liberatus, facere recusabat, donec adueniens plaga alia rursum mẽtiri compelleret, iam ante fœdifragũ. Simile ferè & de Philistinorum principibus, pp areã Dei fœdissimo vulnere percussis, legimus, qui consilio sacerdotũ & diuinorũ, ad placandũ Dei irã, & satisfaciendum pro peccato, quod areã Dei infideles apud sese detinuissent iuxta nomẽ B tum prouinciarũ suarum fecerunt quinque anos aureos, & quinq; aureos mures: qñ in his plagis fuerant pcussi, sicq; cõpulsi gloriã dederunt Deo Israel, vt ma nũ suum releuaret ab eis, & à dijs suis, & à terra sua: qñ & plaustro nouo ob reuerentiã imposuerunt areã Dñi, iungentes in plaustro duas vaccas fœtas, quibus iugum non fuerat impositũ: ipsius quoq; satrapis vsq; ad terminos Philistiim insequentibus Cum hæc, inquã, timore & vltione dira cõpulsi, facerẽt alienigenæ Philistęi, veri Dei inimici, aĩo neutiquã recto C ad colendum Deum, sed tm̃ necessitate quandã ad euasionẽ pœnæ, reipsa tñ gloriã illi dantes, quẽ sic similiter timebant: nonne rectè dicemus, q̃ & hic præ multitudine virtutis Dei, mentiti sunt illi inimici eius? Idẽ omnino de impio Antiochio dicendũ, q in diebus suis nouissimis, morbo fœdissimo à Deo percussus, epistolas scripsit ad Iudæos, plenas fictæ, & solis tormentis extortæ pietatis: cum antè obstinatissimo aĩo aduersus locum sanctũ, & legẽ Dei sanctã impiissime desæuisset. ¶ Versu 4. Venite, & videte opera Dei ter D ribilis in consiliis super filios hoium. Secundũ vulgarã lectionẽ nostrã, dictio terribilis accipi debet casu genitiuo, ac iungi cum genitiuo Dei, vt sit sensus, Videre opera Dei terribilis in consiliis, i. Dei q est terribilis. Psalterium añt Romanum sic habet, Videte opera Dñi q̃ terribilis in cõsiliis super filios hoium. Iuxta quã lectionem nominatiuo casu accipi debet terribilis, qũo habet ẽt lectio Greca ὡς φοβερὸς ἐν βουλαῖς. ¶ Vers. 5. Qui cõuertit mare in aridã, in flumine pertransibunt pede. In Elucidatione vtramq; partem de transitu maris rubri exposuimus. Posset tñ pars prior sola, de maris rubri diuisione intelligi: posterior autẽ, de diuisione Iordanis fluuii, qui exiccatus fuit diuina virtute, vt transirent per eum filii Israel ad terram promissionis. Vtrumq; enim horum, admirabile & celeberrimũ opus fuit Et huic expositioni manifestè consonat Chald. Paraph. quæ sic habet, Qui conuertit mare rubrum in siccum, in flumine Iordanis trãsierunt filii Israel pedibus suis In eo antẽ quod sequit, Ibi lætabimur in ipso, vř tps futurum poni pro præterito, & persona prima pro tertia, vt sit sensus, Ibi lętabantur. s. patres nostri, in ipso Deo Saluatore suo. Vel fm tps futurum, lætabimur nos ẽt posteri in ipso Dño, quoties recordabimur ista quæ pro patribus fecit mirabilia, confidẽtes, q̃ similiter & nos velit ac possit ẽt de maximis periculis liberare. Vel secũdum mysticam intelligentiam, nos fideles & Christiani, ibi lætabimur, in ipso Saluatore: qñ ille maris rubri transitus per quem effugiebant patres Israelitici Pharaonis imperium, signum erat & figura nostri baptismi, quo diaboli euadimus imperium: propter quod, nos ibi lętamur in spiritu, mysticam intelligentiam & significationem rei gestæ considerantes. ¶ Versu 8. Qui posuit aĩam meam ad vitam: & non dedit in commotionem pedes meos. Pulchrè hic versus secundum mysticã intelligentiã accõmodari poterit ad vitam futuram, vt Deus per suam prædestinationem & protectionem intelligať electos suos ponere, siue constituere ad vitam sæculi futuri, & nõ dare in cõmotionẽ pedes eorum: qñ pedes eorum in lapsu præseruat, atq; eruit, si in peccatum inciderint. Consentit huic sententiæ quod habet Paraphrasis Chaldaica, Qui connumerat aĩam nostrã in vitã mundi venturi, & non permisit commoueri pedes nostros. ¶ Versu 11. Transiuimus p ignem & aquã, & eduxisti nos in refrigerium. Transisse per ignẽ & aquã prouerbialiter dr̃, qui per difficillima quæq; probatus euasit, qui nihil nõ est difficilium rerum & miseriarum expertos. Ambo n. hæc elementa, & sola probãt ac purgãt.

Exod. 8. 9. & 10.

1. Reg. 6.

2. Mac. 9

Num. 31. Vnde Nume. 31. Eleazar sacerdos, viris E exercitus q pugnauerãt aduersus Madianitas, præscribit, dicẽs, Aurũ & argẽtũ, & æs, & ferrũ, & plumbũ, & stannũ, & oẽ qđ põt transire per flammas, igne purgabit: quicquid aũt ignẽ nõ põt sustinere, aqua expiationis sanctificabit. Populus itaque dñi, qui plenè se variis tribulationibus agnoscit probatũ, dicit per ignẽ & aquã se transisse. Prouerbialiter quoq; & illud quod in priori versu dicitur, Imposuisti hoĩes super capita nostra, significat vilẽ & ignobilissimam, angustissimamq; seruitutẽ, sub imperiosis & crudelibus dominatoribus. Contemptum. n. sonat & igno F bilẽ subiectionem, quod dicitur, Homi-
Iosue 10 nes imposuisti super capita nostra. Vnde ĩ lib. Iosue, principes Israelitici exercitus, ex iussu ducis Iosue, colla regum quinq; eductorum de spelunca calcauerunt, Iosue promittente calcantibus, quòd similẽ victoriã populo suo dñs esse daturus de vniuersis hostibus suis. ¶ Versu 13. Reddã tibi vota mea, quæ distinxerunt labia mea. Clarius Hieronymus ex Hebræo: Quæ promiserunt labia mea Felix nobiscũ habet, Quæ distinxerunt labia mea vel quæ aperuerunt, hoc est, quæ egressa G sunt sup labia mea, quæq; semel promisi & voui. Quasi. n. labia distinguit, diuidit & aperit promissum, ꝙ ex ore egredit, atq; ita diligenter attẽdendũ est, ꝙ fm cõstructionẽ, quæ relatiuum nominatiui casus, est verbi suppositum: & labia mea accusatiuus à verbo transitiuo à posteriori parte rectus. Vota. n. labia distinguũt atq; aperiunt, qm̃ per labia egrediunt: tametsi cõius & vulgatius contraria accipiatur constructio, vt labia intelligantur distinguere vota, id est, loqui vel promittere. Quantum aũt ad id quod de votis reddẽ H dis hic dr̃. illud aduertendum est, non satis esse, si hõ, ea reddat quæ tanquã vota promittit, cũ obligatione, absq; libertate reuocãdi aut omittendi (quæ nunc vsus hẽt peculiariter vota appellari) sed insuper ẽt cõuenire & iustũ esse, vt ea quæ firmo ꝓposito tm̃ decreta sunt, absq; hmõi libertatis abdicatione, & necessitatis constructione Deo post liberationẽ persoluant. Contingere. n. põt, vt absq; vllo speciali tali voto, solum propositum animi bonũ, Dei misericordia respiciẽs, hoĩem liberet de tribulatione, siue corporali, siue spirituali, pro cuius liberatione clamat ad Dñm, Quo casu, ingratus proculdubio iudicabit hõ ille, si liberatus bonum cordis propositum, ꝙ Deus aspiciebat, nõ studeat adimplere. quemadmodum (exẽpli gratia) si qs in infirmitate graui positus, propositum bonum faciat, bona eunćta pauperibus pro Dei amore se distributurũ, si Dei clemẽtia permaneat superstes, Deus aũt propositum bonũ aspiciens, desideriũ impleat ægrotantis, & de lectulo doloris faciat cõsurgere laborantẽ: qs nõ hmõi hoĩem vt ingratũ & male fidũ, atq; iniquum iudicabit, si post recuperatã sanitatẽ negligat quæ in tribulatione proposuit? An non sic agere, Deo est illudere? Non solũ ergo vota illa, q̃ vulgo vota vocamus, vir iustus de tribulatione liberatus debet reddere, sed ẽt quæ generaliter vota nuncupant, pia cordis proposita, & affectiones deuotęs, ad exequutionẽ meritò debet deducere, si pfectè iustus & pius velit haberi. Plura super hac re diximus in annotation. Psalmi quadragesimi noni, pertractantes versiculũ illũ, Immola Deo sacrificiũ laudis, & redde altissimo vota tua ¶ Versu 14. Holocausta medullata offerã tibi cũ incenso arietũ: offerã tibi boues cũ hircis Possunt hæc fm mysticã intelligẽtiã pulchrè exponi vt p holocausta medullata intelligat deuotio cordis, p charitatẽ ad Deũ tendẽtis, & q̃ sub hac cõprehẽdunt spiritus exercitia, Deo gratissima, velut holocausta medullata: per incẽsum arietũ, cõcrematio motuũ interiorũ: per ignẽ charitatis, in obsequiũ Dei: per boues, vires oẽs tã corporis q̃ aĩæ simul & corporis mẽbra, q̃ Deo sacrificamus, cum diuinis obsequiis, & exequutioni volunta is eius deputamus ac consecramus: per hircos verò fœdos, sensuales motus, quos iugiter Deo iugulare & immolare debemus, q Deo placere volumus. Versu 16. Et exaltaui sub lingua mea. Deprauate hic nonnulli legunt exultaui, pro, exaltaui. Exaltaui enim legendum est, per a, in secunda syllaba, non per u, exaltaui, id quod tam ex Græco quam ex Hebræo fit manifestum, Si quidem in Græco habetur ὕψωσα, quod exal-

exaltaui significat. Similiter & eius quod A in Hebræo ponitur radix est verbũ, quod significat extulit, exaltauit uel eleuauit. Consentit etiã translatio Beati Hieronymi ex Hebræo, quæ habet exaltaui, non exultaui. Alii verò ex Hebræo interpretes vertunt genere passiuo, Exaltatus est sub lingua mea, qđ eandem habet sñiam cũ lectione nostra. Exaltare aũt Deũ sub lingua, aliqui dicti ĩ putãt, pro in lingua quemadmodũ Beatus Hieronymus vertit ex Hebræo. Exaltaui in lingua mea: quẽ admodũ illud in alio Psalmo, Sub
Psal. 9. lingua eius labor & dolor, qdã intelli- B gũt idẽ esse qđ in lingua eius. Alii verò proprietatem significationis particulæ sub cõsiderãtes, dicũt sub lingua exaltare idẽ esse qđ in corde exaltare, ac velut in occulto silẽtio. Qm̃.n. de cordis profundo ad linguam ascendere debet sermo, ob hoc, quasi sub lingua esse dr̃ exaltatio, dũ adhuc in cordis secreto continetur. Secũdũ quã expositionẽ, apta valde habebit sententia. Qui.n. ore ad Deũ clamat, neq; solo ore, sed corde pariter Deũ exaltans, ac deinde, omnẽ iniquitatem, quæ impedire possit exauditionẽ, abiicit hunc indubitatum est à Deo exaudiri.

## LXVI. PSALMI ARGVMENTVM.

*PSalmus iste uersibus breuis, sed affectu maximus, oratio est populi fidelis, Dei fauorem, misericordiam, & benedictionem multa verborum replicatione postulantis pro omnium populorum illuminatione, & ad vnius veri Dei cultum conuersione.*

## LXVI. PSALMI ELVCIDATIO.



*DEVS misereatur nostri & benedicat nobis.*

Misereatur populi sui Dominus Deus noster, C peccata dimittendo debitoribus, & gratiam conferendo pœnitentibus, ac benefaciat nobis, sua benedictione spirituali, nos fœcundando & locupletando in omnibus verè bonis.

* *Illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri.*

illucescere faciat sup nos benignũ aspectũ uultus sui, ostendatq; nobis placatã faciẽ suã, & faciat nobiscũ misericordiã.

2 *Vt cognoscamus in terram uiam tuam.* D

Vt à respectu & irradiatione vultus eius illuminati, cognoscere valeamus in terra ista, absque te domine tenebris & cæcitate plena, viam in qua tu nos ambulare p̃cepisti, & per quam ad te peruenire valeamus, vt intelligere possimus, viam mãdatorum tuorum, & non ambulemus vias tenebrosas, vias malas peccatorum, quæ perducunt in damnationem:

* *in omnibus gentibus salutare tuum.*

vtq; à te ò lux prima, illuminati, cognoscamus in oĩbus gẽtibus, tribubus, populis, & linguis, salutẽ tuã, q̃ voluisti cõem esse toti generi humano, vt huius salutis cunctæ nationes queant fieri participes.

3 *Confiteantur tibi populi Deus:*

Ita fac domine, vt de tua luce illuminati populi te agnoscãt, in te credãt, tibiq; laudem dent ac confessionem, nõ alienis dijs, quos plerique ignorantes colũt, sed tibi soli vero & viuo Deo.

* *confiteantur tibi populi omnes.*

ita, inquam, fac ut tibi dent confessionẽ vniuersi populi, & vno animo omnes seruiant tibi. Sic enim dignum & iustum est, vt omnes tibi seruiant, & confiteantur, qui omnes æque solus tua potentia, sapientia, & bonitate condidisti.

4 *Lætentur & exultent gẽtes, quoniã iudicat populos in æquitate, & gẽtes ĩ terra dirigis*

Fac lætentur in te nationes, & in te summo gaudio spũs exultent, fide te agnoscentes: qm̃ tu vt iudex æquissimus populis præsides, iudicans eos in summa iustitia, nemini calumniam faciens, neminem per uim opprimens, neminẽ potestate tyrannica supplãtans; sed in summa æquitate omnia agis & dispensas, & in eadem summa æquitate tua populos moderaris, atque gubernas infinita, & inæstimabili sapientia, quæ populis meritò iusta debet esse lætitiæ & exultationis

causa,si tantum tui vultus lumine illustrati,talem te fide cognoscant.

5 *Confiteantur tibi populi Deus,confiteantur tibi populi omnes:*

Ita fac suauissime Deus,vt tibi confessionẽ & laudẽ persoluãt oẽs populi, vt te vna fide & vno aĩo oẽs adorent ac pdicent,quemadmodũ dignus es solus ab oĩbus confessionem & gloriã accipere:

* *& terra dedit fructum suum.*

nam & terra fructum suũ ex tua benignitate largitur oĩbus populis,de cuius diuitiis,tua gratia,vniuersi reficimur & sustentamur,proferẽte ipsa ex virtute benedictionis tuæ cibũ cõmodũ,ad sufficientiã oĩbus populis,vt vel hoc solo merito tibi sint deuicti,tuoq; seruitio astricti

6 *Benedicat nos Deus Deus noster, benedicat nos Deus:*

Benedictionẽ suam largiatur omnibus nobis Deus pater omnipotẽs,increatus & ingenitus,benedictionẽ largiatur nobis Deus ingeniti patris vnigenitus filius,verbumq; ipsius consubstantiale,& per omnia coæquale,q pro nobis homo fieri dignatus est in temporis plenitudinẽ benedictionem largiatur nobis Deus spiritus sanctus,à patre & filio indifferẽter procedens,patrique ac filio consubstantialis,& per omnia coæqualis:

* *& metuant eum omnes fines terræ.*

hunc,Deum,sic trinum,& tamen substãtialiter vnum,trinum in persona, vnum in essentia,timeant,reuereant,diligãt,colant,honorent, & adorent omnes mortales,vbicunque tandem locorũ habitãtes, etiam qui extrema orbis incolunt, & fines terræ inhabitant. Solus enim ipse Deus trinus & vnus est,qui ab omnibus debet venerari,& super omnia adorari: qui est benedictus in sæcula Amen.

## ANNOTA. IN PSAL. LXVI.

VErsu 1.Illuminet vultum sup nos. Illuminet positũ est pro illustret. Clarior enim & magis propria est oratio,si dicamus,Illustret vultũ suũ super nos,quo vertit Hieronymus,hoc est,Vultũ suum lucere faciat super nos,suo vultu nos illustret uel illuminet lucis suæ radio nos collustret,vt ex ei⁹ videlicet aspectu & ipsi suscepto in nobis radio illuminemur,quemadmodũ sol corporeus eũ faciẽ suã illuminat vel illustrat super hoĩes sui luminis radio eosdem collustrat & illuminat,vt videtũt qui antẽ Solem illuscentem degebant in tenebris, Huic aũt qd in proposito ponitur,Deũ illuminare vultũ suũ super hoĩes,contrariũ est,Deũ abscondere faciẽ suã ab hoĩbus. Abscondit, n.ã peccatoribus impœnitentibus Deus vultũ suũ, sed super hoĩes bonæ voluntatis, aut pœnitentes peccatores,vultũ suũ illuminat. ¶ Versu 2.In omnibus gentibus salutare tuum, Hæc est latitudo veræ charitatis,vt oĩum salutem totis præcordiis sitiamus , & iugiter apud Deum postulemus.Propter qd in orõne hac saluberrima,nõ sat erat dixisset,Vt cognoscamus in terra viã tuã sed adiicitur qd latius est,& ad oẽs se extẽdit nationes,In oĩbus gẽtibus salutare tuũ. Cui ẽt fm consimilẽ generalitatem consonãt q sequuntur,Confiteantur tibi populi Deus,cõfiteantur tibi populi omnes. ¶ Versu 4.Lætentur & exultent gentes,qm iudicas populos in æquitate. Verè iusta exultationis materia est populis,q talẽ habeãt iudicẽ,qui in æquitate iudicat.Ita. n.certo quisq; scire põt se (modò velit)salutem consequuturũ , id est,si à malo velit abstinere, & operari bonum.Quòd si iudicẽ haberemus iniquũ,q nõ fm æqtatẽ faceret iudicium,nemini certè esset spes salutis,quantũcũq; diligẽter sedulò in vita bonis vacasset operibus Sẽp.n.metueret de iniquitate iudicis,ne forte (vt freqũẽter solet in humanis rebus fieri) præter meritũ oẽ & oẽm culpã posset per iniustitiã aut p calumniã,falsasve accusationes,in cõdẽnatioẽ præcipitari. Et tenetur vt nihil cõsolabilius est homini in vita hac bene operãti,q pbata & certa æqtas iudicis illius q de operibus viuẽtiũ feret iudicium:ita ex aduerso nihil eẽ posset formidabili⁹ hoc hoĩbus bonæ voluntatis; qui nõ cupiunt nisi quæ recta sunt operari,q si post oĩa peracta scirẽt ad non æquũ tribunal suas actiones debere adduci,& corã iudice nõ iusto examinari.Sup hac aũt re dictũ meminimus in Annotationibus Ps. 47.in expositione versiculi illius, Lætentur Ps. 74.

tur mons Sion,& exultent filiæ Iudę,p-pter iudicia tua dñe.¶ Versu 5. Terra dedit fructũ suum. Mysticè põt hæc terra intelligi, benedicta & immaculata genitrix Dei Materia, quæ absq; uirili suscepto semine sola sancti spiritus fœcundatione, de sua substantia, de carne sua immaculata, fructum edidit saluberrimum, qui est cibus pabulum & refectio salutaris animarum, quemadmodum terra cęlesti in ea uirtute operante fructũ progignit materiã In Elucidatione tamen, de terra materiali & fructu eius interpretati sumus. ¶ Versu ultimo, Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus,& metuant eum omnes fines terrę. In hac trina deitatis replicatione, iuxta patrũ authoritatẽ, sub mysterio intelligi dat superbenedicta in personis diuinis Trinita. In eo autem ꝙ relatiuum subiungitur numero singulari, Et metuant eũ oẽs fines terræ, non autem eos numero plurali, sentialis unitas designat, qm̃ ues in diuinis personæ, in unam conueniũt essentiã. Idipsum à laudatissimis antiquissimisque patribus, tam Græcis, q̃ Latinis annotatũ inuenimus in illo cãtatissimo usitatissimoque trisbagio, Sanctus, Sãctus, Sanctus, Dñs Deus sabaoth, plena est oĩs terra gloria eius, quod astãtes, Deo Seraphyci spiritus, in uisione Prophetica, domino decantabãt qd postmodũ dilectus et domini discipulus in sacra Apocalypsi, ab aĩalibus quatuor, indeficiẽti uoce, nocte ac die cãtari audiuit pauculis in fine cãtici immutatis, ad hũc modũ Sãctus, Sãctus, Sanctus, Dñs Deus noster oĩpotens, q est, q erat, & qui uẽturus est. Dũ.n. ter sãctus replicatur, mysteriũ super beatę Trinitatis innuitur. Dũ uerò post ter replicatum sanctus numero singulari subiungitur, dñs Deus exercituum, uel dñs Deus noster oĩpotẽs, apertè unitatis ueritas designat. Suaui quoque contẽplatione annotare possumus non absque mysterio, secũdo loco dictũ eẽ, Deus noster qd nec primo, nec tertio loco abiicit, forsitan ob id, ꝙ psona filii peculiari quodammodo Deus noster sit, Deus (inquam) populi sui, pp specialissimã coniũctionẽ quã nobiscũ habet humanã habẽs naturã, & habitu factus, est ut hõ, uerus nihilominus Deus pmanẽs in oĩpotentia sua, fm quã naturã assumpta, et frater noster uoluit appellari. Nõ mirũ ergo, si filium peculiariter nostrũ, Deũ dicamus, ob eximiã familiaritatẽ & societatẽ singularẽ, quã nobis ipse apertius monstrauit Neq;.n. pater aliquando similitudinẽ assumpsit carnis humanę neque item spiritus sanctus, neq; pater aut spũs sanctus nobiscũ uisibiliter conuersati sũt, neq; p nobis passi, aut salutẽ nostrã exterius opati, sed persona filii.

Apoc. 4.

Isaiæ. 6.

Philip. 2

## LXVII. PSALMI ARGVMENTVM.

*PSalmum qui sequitur, ex illuminatissimo spiritu & corde mirabiliter pleno reuelationibus Dei processe tam ipsa uerborum maiestas, quàm supereminens dignitas sententiarum & absconditorum propositio misteriorum apertè demonstrant In quo contemplans spiritu illuminato Propheta uenturam in temporis plenitudine humani generis salutem ac principis tenebrarum eiectionem, in uehementia spiritus inimicis Dei primum insultat, & improperat suam impotentiam, sanctos uerò inuitat ad laudem reddẽdam Deo cuius in seipso sublimitatem & erga genus humanã benignitatem, multis uersibus commemorat, uersu decimo specialius ad beneficia, populo nouæ legis in spe grę exhibita descendens, eaque ad finem Psalmi prosequens Inter quę potissimum mentionem facit de pluuia uoluntaria Euangelicæ doctrinæ & grę spũs sancti quã Deus super hęreditatem suam nouam copiose effudit, idque ministerio Apostolorum & primorum Christi discipulorum, euangelizantiũ uerbũ Dei in uirtute, de quibus multa ad modũ Psalmus hic loquitur sub cõparationibus diuersis, quos reges appellat, à Deo constitutos sup mõtẽ pĩguem & coagulatũ, qui est Ecclesia. Versu aũt decimooctauo & deinceps, de curru Dei loquitur, qui ex myriadibus angelorum constat, de ascensu Christi ad superos, & spiritualiũ donorũ in hoĩes affusione, incredulorũ consequuta conuersione, inimicorum graue ultione, gẽtilis populi (qui per Basan significat) cõuersione. Rursum aũt De Apostolis & primis Ecclesiæ magistris loquitur uersu 27. quos principes appellat, itẽ & fontes Israel, aliquos eorũ specialibus ẽt proprietatibus describẽs. Nouissimè uerò uersu 31 post enarrata plurima beneficia, q̃ cęlitus accepit Ecclesia, erat*

*sia, orat Psalmus diuina uirtute bona hæc cœlestia in nobis confirmari, ut in omnibus tēplis pace munera offerri possint nomini eius, seculi autem potestates ueritati resistentes (quas prosperas arundinis intelligit) prohiberi postulat & cohiberi uirtute Dei, ut non sint impedimento Ecclesiæ sāctæ in pfectu suo, prędicit quoq; futurū ut Aegyptus se submittat fidei, & itē Aethiopia festinet conuertere sese ad Dn̄m Deū suū. Propter quæ omnia, deinceps à uersu trigesimo, ad finem usque, non nisi ad laudem exhortatur, & gratiarum actionē reddendam, omnia regna omnesq; populos, ut iuxta magnificētiā gloriæ suæ, ipsum uniuersi fideles benedicāt in secula.*

## LXVII. PSALMI ELVCIDATIO.

XVRGAT *Deus, & dissipentur inimici eius:*
Exurgat populo suo Deus, uel tandem in hora F
nouissima in temporis
plenitudine exurgens,
uisitet mundū quem ab initio sub tyranno crudelissimo, principe tenebrarū, passus est detineri, ipsoq; adueniente, iuxta promissum, ad saluandum populum suū, mox dissipabuntur ac dispergētur uelut ad nihilū redacti, uniuersi inimici eius, principes tenebrarum unà cum angelis suis cunctisq; sibi adhęrentibus:

* *& fugiant qui oderunt eum à facie eius.*
& effugient quantocyus à conspectu pręsentiæ eius omnes qui oderunt eum cun G
cti eius aduersarii, qui ab initio suę cōditionis illi contumaciter sese opposuerūt ad eum modum: quo raptor aliquis sola fraude præter oē ius raptam ciuitatē occupans, ciuitatem deserit, & quantocyus fugam adornat, ubi regem cuius est ciuitas cum uirtute perceperit aduenire, recipiendæ ac liberādæ ciuitatis suæ gratia.

2 *Sicut deficit fumus, deficiant:*
Deficient & diffugent ad eum modum, quo fumus mox vt exortus fuerit in altū euanescit subito, neque uestigium ullum derelinquens, ita euanescent, ita disperi- H
bunt & aufugient subito à præsentia aduenientis domini.

* *sicut fluit cæra à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei.*
Heb. 12. quemadmodū cæra ignis uirtute liquescit, ac liquefacta consumitur ab igne, sic à pręsentia diuinitatis (quæ ignis consumens est) consumentur impii dæmones, & in perditionem ignis collabent. Non n. poterunt ferre illi tenebrarum principes, aduenientem ad salutem populi sui lucis principem, lucisq; authorem,

& tanquā gelida glacies dissoluent à cōspectu eius in perditionē atq; in nihilū.

3 *Et iusti epulentur, & exultent in conspectu Dei, & delectentur in lætitia.*
iusti uerò ac fideles, gaudentes, in Messia Saluatore suo exultabunt, epulabuntur, atq; delitiabuntur in gaudio spiritus, lætitiaq; magna delectabūtur ante conspectū Dei sui, qui tali eos gaudio intus ac foris lætificabit, propter salutem & felicitatem quam allaturus est mundo.

4 *Cantate Deo, psalmū dicite nomini eius,*
Cantate domino, & Psalmos, laudumq; cantica canite benedicto nomini eius.

* *iter facite ei qui ascendit super occasum:*
in reuerentiæ signum, & debiti honoris testimonium, uiā facite illi tā magnifico domino, tam nobilissimo principi, tam fortissimo pugnatori, tam glorisissimo triumphatori, qui super occasum tanquā uictor ascendit qui mortem resurgendo superauit, deq; morte & mortis domino gloriosè triumphauit, propter quod illi ut victori & triumphatori proclamamus parari iter, & uiam fieri, ut gloriosè transeat in pompa solēnitatis, ut tam gloriosum decet triumphatorem:

* *dominus nomen illi.*
& si nomen eius requiritis, non habet Deus Dominus. Solus. n. à seipso esse habet, & nō est ab alio, à quo cętera omnia quæ sunt, esse habent, quemadmodum & Apo. 19.
omniū est dominus, omnia continens in sua ditione, rex regum & dominus dominantium.

5 *Exultate in conspectu eius:*
Proinde uos in omnes exultate in conspectu eius, aduenientem cū gaudio suscipite. Venit. n. ad uos in pace, ut liberet populum suum:

* *turbabuntur à faci eius patris orphanorum & iudicis uiduarum.*

impiis

impiis autẽ erit formidabilis, & inimci
eius conturbabunt timore horribili in
aduentu eius, & præsentiã eius formida
bunt ac fugiẽt: eius (inquã) qui est pater
orphanorum eorum qui ab hominibus
derelicti sũt, paternã curam & nutritiã
solicitudinem gerens, quiq; pro uiduis
iudicat, eas q̃ humano patrocinio & sola
tio orbatæ sũt, singulari solicitudine de
fendendo, ac pro eis contra oppressores
iudicando: vt meritò à facie eius cõturba
ri debeant ipsi dæmones, qui genus hu
manum ante Messiæ aduentum velut pa
tre ac uiro destitutum, dissimulante ac ꝑ
mittente Deo grauiter opprimebant, quẽ
admodũ pupillorum & uiduarũ opres
sores confunduntur & cõturbantur, vbi
potens aliquis aduenerit, qui pupillorũ
& uiduarum causas tueri voluerit.

6 *Deus in loco sancto suo.*

Ipse est Deus inhabitans in solio gloriæ
suæ, in throno maiestatis, in aula cœle
sti quam sanctificauit sibi inhabitatio
nem æternam.

* *Deus q̃ habitare facit uni⁹ moris ĩ domo.*

ipse est Deus, qui homines unius moris,
homines vnius animi, in vna fide, in una
spe, in vno fideli ꝓposito, habitare facit
simul per concordem charitatẽ & fidei
vnitatẽ, in Ecclesia sancta, quæ est domus
ipsius. Ipse.n. ex diuersis gentibus & lin
1.Tim 3 guis homines in unam hanc domũ cõ
uocat & congregat, per fidei unitatem,
& charitatis cõcordiam: estq; ipsius desi
deriũ semper congregare, & in unũ colli
gere, quomodo inimici ipsius principis
tenebrarum, per discordiam & dissidia
dispergere semper atque diuidere.

7 *Qui eduxit vinctos in fortitudine:*

Ipse est, qui uinctos cõpedibus & vincu
lis irretitos peccatorum educit in uirtu
te diuinitatis suæ, qui conscientias pecca
tis onustas, & uelut in carcere mortis cõ
clusas dimissis peccatis potest sua uirtu
te libertati pristinæ restituere:

* *similiter eos qui exasperant, qui habitant in sepulchris.*

animas et patrũ antiquorũ in lymbo in
ferni captiuitate detentas, confractis in
ferni claustris, fortitudine cunctis dæmo
nibus tremenda liberauit:
item & homines incredulos atq; inobe

A dicẽtes, q Deum suis peccatis exasperant,
& qui iam longa peccandi cõsuetudine
velut sepulti sũt in terrenis cupiditati
bus, potens est educere de sordibus pctõ
rum suorum & uitam bonam cõstituere.

8 *De⁹ cũ egredereris ĩ cõspectu populi tui:*

O Deus magne, cum tu olim corã popu
lo Israelitico egredereris, tanquã ductor
eorum & ꝓpugnator tua virtute eos ĩ si
gnis ꝓdigiisq; maximis ẽducẽs, & saluãs:

* *cum pertransieris in deserto.*

cum pertransires cum eis per desertũ il
lud vastissimũ, in colũna nubis per diẽ,
B & in columna ignis per noctẽ, quãta tũc
edebas corã patribus nostris mirabilia
signa atq; prodigia, quam familiarem ac
beneuolum tunc exhibebas teipsum po
pulo tuo?

9 *Terra mota est, etenim cæli distillauerũt à facie Dei Sinai, à facie Dei Israel.*

A præsentia Dei Israel in monte Sinaĩ
legẽ dãtis populo suo, terra tremuit, & Exod.19.
moueri uisa est, cũ ipse ad ferẽdũ legem
in magna gloria & maiestate descẽderet,
in igne, nube, fulgure, choruscationibus
& clangore buccinæ, ad populi terrorẽ,
C & suæ præsentiæ ostensionem, neque mi
rum si terra mota fuit, quandoquidẽ &
cœli desuper iussione Dei manna ad mo
dum roris distillauerũt. Quòd si veteri il
li populo tanta ostendisti beneficia, quã
to magis cum in fine tẽporũ egredieris
ante nouum populum tuum, & trãsies ꝑ
desertum mũdi huius, non iam in osten
sa columna ignis & nubis, sed in assũpta
forma carnis: quanto (inquã) tunc maio
ra exhibebis beneficia, quanto magis &
tunc commouebitur terra, cũ nouã legẽ
dabis in amore, qui veterem illã tuleras
D ĩ terrore: & quãto tũc suauius efficacius
que manna de cœlo stillare facies ad
ostensionem dulcedinis tuæ?

10 *Pluuiam voluntariam segregabis Deus hereditati tuæ*

Pluuiã electã & valde singularem Euan
gelicæ doctrinæ, & cũ ea spiritualis gra
tiæ tuæ dabis ac dispensabis speciali ele
ctione beneplaciti tui, nouæ hæreditati
tuæ, Ecclesiæ sãctæ, ĩ tuo aduentu ædificã
dæ, tibiq; in sempiternã possessionẽ vẽtu
ræ: q̃ pluuiã ex solo tuo beneplacito nõ
existes vlli⁹ boni debitor, effũdes sup hę
redita-

reditatem tuam, eo quòd tibi sit in ea be- E
ne placitū: qua etiam pluuia irrigabis cō
mode, & affatim fœcundabis illam:

* *& infirmata est:*

fuit tamē hæreditas tua Deus in suis pri-
mordiis, ac deinde etiam in successu tem
porum, admodum afflicta, humiliata atq;
infirmata, per oppugnationē principis
tenebrarum, satellitumq; eius sęculi po-
tentum:

* *tu verò perfecisti eam.*

sed tu omnibus potentior, ita eā funda-
sti, ac stabilem constituisti, ita firmā stare
fecisti, ut euerti ac destrui penitus nō po F
tuerit, quantumuis videatur aduersis op-
pugnari, aduersariorumque oppugnatio
ne infirmari.

11 *Animalia tua habitabunt in ea:*

Habitabunt in hac hæreditate Ecclesiæ sā
ctæ, simplices & innocentes fideles, verę
oues pascuæ tuę. Inhabitabunt enim ipsi
in tua hæreditate, quasi ciues in ciuitate,
sua, quasi domestici ac filii in domo sua
quasi oues in ouili suo:

* *parasti in dulcedine tua pauperi* Deus:

& tu quasi pastor ac pater eorum parasti
pauperibus spiritu, humilibus ac māsue G
tis, cibum tam corporalē quàm spiritua-
lem, & necessariorum oīum sufficientiā,
in dulcedine & benignitate dilectionis
tuæ, quoniam complacuisti in eis.

12 *Dominus dabit verbum euangelizanti-
bus, virtute multa.*

Dabit enim Deus omnipotens sanctis
Apostolis ac prædicatoribus gloriæ suę
(quos per vniuersum orbē mittet in tē-
poris plenitudine, prædicare regnū Dei
& iustitiam eius) sermonē efficacē & nō
stantē loqui in multa efficacia & virtute,
ita ut per suæ prædicationis virtutē ope H
Luc. 12. raturi sint mirabilia. Non enim ipsi erūt
qui loquent, neque ipsi opus habebunt
cogitare quomodo, aut quid loquent: sed
spiritus patris erit, qui loquet in eis, qui-
que in illa hora dabit quid loquant, etiā
coram regibus, præsidibus, cunctisq; sę-
culi potentibus & sapientibus. Neq; erit
verbum prædicationis eorū in sublimi-
tate sermonis, aut in pſuasibilibus huma
1.Cor. 2 næ sapientiæ verbis, sed in ostēsione spi
ritus & uirtutis, Deo sermonē cōfirmāte
per uaria signa atq; prodigia, ita ut per
uirtutem prædicationis suæ audeāt resi-
stere uniuersæ mundanæ potestati atq;
eruditioni sęculi, plurimosq; & potētū
& sapientum valeāt suis sermonibus sim
plicib' quidē, sed efficacissimis superare.

13 *Rex virtutum dilecti dilecti, & speciei
domus diuidere spolia.*

Dabit (inquā) dñs ille, qui est rex virtutū,
rex gloriosus, pr dilecti, imò dilectissimi Mat. 16.
filii sui in quo sibi est beneplacitum, et
spolia diuidere suis euangelizatoribus,
ad speciē, decorē, pulchritudinē, & orna-
tum domus suæ, quæ est Ecclesia sancta.
Dabit. n. Deus pater unigeniti dilectis- 1.Thi.3.
simique filii, apostolis suis, per verbū prę
dicatiōis ita multos vbiq; superare, atq;
salubriter quasi iaculis uulnerare, ut sin
guli ꝓ sua portione plurimos sint acce-
pturi i sorte sua, vñ uberē fructū repor-
tēt, admodū eorū qui ī bello victores fi-
unt, q vbi alios ꝓstrauerint, ad spolia de
inde se cōuertūt, & sui laboris atq; victo
riæ pmia requirūt. Eritq; hæc spoliorū
diuisio atq; distributio fidelium per va-
rias partes Ecclesiæ ad magnā speciē &
decorem magnificum domus Dei, q̄ in
multitudine filiorū & credētiū decorat.

14 *Si dormiatis inter medios cleros:*

Vos verò sancti euangelizatores ac pdi-
catores verbi Dei, quibus Ecclesiæ orna-
tus creditus est, super omnia diligēter cu
rate, vt columbam Dei sanctam Ecclesiā
decore suo adornetis. Si enim vos in me
dio duarum sortium habitare atque quie
scere velitis, si medii inter cęlestem sortē
& sortē terrenam habitare eligatis, ita vt
terrenā hæreditate prout oportet (id est,
nō nisi ad necessitatē corporis) vtamini,
in cęlesti autem sorte prout oportet dele
ctemini, id est, toto corde ad eam anhe-
lantes properaueritis:

* *pennæ columbæ deargentatæ, & posterio-
ra dorsi eius pallore auri.*

si sic (inquam) inter medias sortes dor
mire elegeritis, erit indubie speciosa &
pulchra admodum ad videndum unica
columba illa altissimi: quemadmodum
sm corporalem pulchritudinē, pulchra
est columba, quæ pennas habet uelut de-
argentatas, secundum speciem argenti
relucentes, & supremum dorsi ad simili-
tudinem fului siue pallentis auri.

*Dum*

15 *Dum diſcernit cæleſtis reges ſuper eam, niue dealbabuntur in Selmon:*

Dum cœleſtis ille rex virtutũ deſignabit, deputabit,& conſtituet reges ſuper hanc domum ſuam,ſuper hanc columbã ſuã, dum ſuper Eccleſiam ſuam perfectos cõſtituet ſanctos Apoſtolos, eorũq; ſucceſſores,vt eam paſcant ac regant,tum quaſi admodum niuis daalbabuntur habitatores in Selmon,qđ eſt,in vmbra vel obſcuritate. hoc eſt,qui prius ante aduentũ atq; prædicationem Apoſtolorũ, in tenebris errorum viuebant,& in vmbra mortis,ꝑ Apoſtolorum pꝛ̨dicationem efficientur B albi & candentes in decore ſpiritus,quẽadmodum nix corporalis lucet & candet in ſua pulchritudine:

* *mons Dei,mons pinguis.*

& in horum prędicatione mons Dei ſurrexit atq; creuit,ſancta Eccleſia, populus fidelium,per fidem in modum montis ſublimis & bene ſtabilis,cõgregatione multorum populorum magnus,longus, & latus qui mons ad modum ẽt pinguis eſt, omnium ſpiritualium chariſmatum pinguedine & diuitijs pleniſſimus.

16 *mons coagulatus:*

Mons iſte eſt quaſi mõs coagulatus ſiue incaſeatus,ad eum modũ quo lac coagulatur & incaſeatur. Quemadmodũ.n. immiſſo in lac coagulo,per coaguli virtutẽ lac cõgregatur,& velut in vnũ coit ac cõuiſcatur,vt fiat partiũ adglutinatio & mutua adhęſio:ita in ſancta Eccleſia,fides eſt vice coaguli,quę populos multos in vnũ conſtringit & cogit,atq; adinuicẽ corda fidelium omniũ conuiſcat & cõglutinat, vt vnum corpus & vnus ſpiritus fiant:

* *mons pinguis:*

Et licet coagulatus mõs ſit,eſt tñ electus admodum,delicatus & pinguis,omnium ſpiritualium chariſmatum pinguedine refertus.

* *vt quid ſuſpicamini montes coagulatos?*

vt quid verò,o increduli quicunque intra hunc montem coagulati non eſtis,ſuſpicamini & cõfingitis ac perſuadetis vobis alios neſcio quos mõtes coagulatos? vt quid alias vobis cõgregationes diaboli & Synagogas Satanæ conſtruere molimini?cum hic vnicus mõs ſit verè coagulatus & pinguis,& non extra Eccleſiã hãc A vnicã ſalus: veſtri aũt montes inanes & macri ſunt, pleni mortifero veneno, vt mortis filij ſint,qcunq; coagulent in eis.

17 *Mons in quo beneplacitũ eſt Deo habitare in eo: etenim dominus habitabit in finẽ.*

Mons iſte Dei vnicus eſt,in quo eſt Deo patri & Chriſto filio eius beneplacitũ,vt in eo habitet,neq; ſolum ad tp̄s aliquantulũ,ſed pɾorſus vſq; in conſummationẽ ſæculi in æternum. Erit.n. Deus cũ ſuis fidelibus(iuxta promiſſum)vſq; in cõſummationem ſæculi, & manſionem ſibi faciet ſempiternam in cordibus eorum. Mat. 28 Ioan. 14.

18 *Currus Dei decem milibus multiplex:*

Currus autem Dei quo in magnificentia gloriæ ſuæ vehitur,& ſuper quem equitat ipſe,nulla quidem neceſſitate vectoribus opus habens,ſed tm̃ ob magnificentiam gloriæ ita vehi ac ferri volens, ex multiplicatis decem milibus vehentium componitur, id eſt, ex innumerabili vehentium multitudine:

* *milia lætantium.*

infinita milia ſunt cęleſtiũ ſpirituum, angelorũ ſanctorũ, ſuꝑ quos reſidet Deus, tanquã ſuper currum ſuum,& à quibus C vehit̃,maxima ipſorũ exultatione & gaudio inenarrabili, ꝙ ex aſpectu habent & præſentia eius quẽ vehunt in gloria ſua. Deu. 17. Milia.n. miliũ ſunt quæ ei miniſtrant,& decies centena milia ſunt quæ aſſiſtunt ei:& hi oẽs pro curru ſunt illi, comitantes illum ſemper & vehentes, quocunq; pergere voluerit:in quo curru ſemper reſidet in amplitudine magnificentiæ ſuæ, neque vnquam deſcendit ab eo:

* *dominus in eis in Sinai,in ſancto.*

& in his ipſius milibus q ꝓ curru ei ſunt olim Deus veteri populo apparuit,in mõ D te Sinai,in loco ſancto:qñ aduenit in terrore & oſtenſione potentiæ ad ferendam legem populo ſuo,per quorum etiam miniſterium terribilia circa montem illum tunc operata fuere, ad præſentiã currus huius & aurigæ demonſtrandam.

19 *Aſcendiſti in altum:*

Atq; hoc ipſo curru vectus,poſt peractũ ĩ carne laborioſum certamen, poſt mortẽ morte deuictam, poſt reſurrectionem à mortuis,omni opere peracto ad quod veneras,tedire voluiſti tu magnificentiſſime domine in propria: ad patris dexteram

ram

ram (vnde exieras) angelico stipatus E
exercitu gloriosè ascendisti,

*cepisti captiuitatem:*

quando etiam tecū abduxisti pro tuis
captiuis patres illos quos ad inferos de
scēdēs sub diabolo captiuos, inuenēras,
quosq; tua morte & descēsu ad inferos
de captiuitate illa liberas: qn̄ hos (inquā)
ante sub diabolo quodāmodo captiuos
& in lymbo in vmbra mortis conclu-
sos, tecum abduxisti, captos de manu dia
boli, in libertatem gloriæ filiorum Dei,
in amplitudinem regni:

*accepisti dona in hominibus.* F

simul & genus humanum uniuersum, qđ
antè sub principis tenebrarum īperio de
tinebatur, cepisti de manu eius, ac in cœ
lestem hæreditatē, tecū abduxisti, spē fir-
mam tuo proprio ingressu omnibus prę
bens credentibus, & ius introeundi eis
restituēs, quod donec sub diaboli capti
uitate vincti tenebātur, non habuerant:
quando etiam post ascensionē hāc tuā
in cœlū, à patre (à quo tibi sunt omnia)
dona accepisti, siue pro hominibus,
quæ videlicet hominibus, quos in mun-
do secundum carnis præsentiam relique G
ras, Apostolis ac discipulis tuis, de cœ-
1.Co 12. lo mitteres. Accepisti à patre tuo, ut spiri
tum sactū (iuxta promissum) cum omni
bus donis suis mitteres mūdo, īpartiens
illum credentibus omnibus, vsq; ad con
summationē seculi, item & uaria spiritus
dona, sapientiā, intelligentiā, sciētiā, po-
testatem miraculorum, genera linguarū,
Ibidem. interpretationē sermonū, animi fortitu
dinem, fidem, spem, charitatem, aliaq́ue
his similia, quæ omnia operatur in homi
ne unus atque idem spiritus veritatis.

20 *Etenim non credentes inhabitare domi* H
*num Deum.*

Et quidē hoc insuper ascēdēs in altū acce
pisti à patre tuo, ut illos q adhuc in car-
ne agente increduli fuerāt (siue ex gētib'
idololatræ, siue ex Iudæis in te ipsi, tibi-
que repugnantes) post tuam ascensionē
in cœlū iam inhabitet dn̄s Deus, pater &
spiritus sanctus, atq; ita & ut ipse vt post
ascēsionem tu simul cū patre & spiritu sā
cto, ad eos iā cōpunctos & pœnitentes
Ioan.14. per Apostolorum p̄dicationem, familia
ri dignatione veniatis, & mansionem a-
pud eos faciatis.

21 *Benedictus dominus die quotidie:*

Benedictus sit proinde, ac semper lauda
tus dominus Deus, tam magnificentissi
mus erga populū suum de die in diem
hodie, heri, cras & quotidie, sitque bene-
dictus semper & in secula.

*prosperum iter faciet nobis Deus saluta*
*rium nostrorum.*

oīa nobis faciet prosperè cedere, oīa fa-
ciet nobis cooperari ad bonum, & recta
via ī salutē p̄paratā nos adducet ipse De
us salutis nr̄æ, oīum saluationū nostra-
rum author, quo authore, ab oībus peri-
culis salui fore confidimus in æternum.

22 *Deus noster, Deus saluos faciendi:*

Deus noster, Deus potētissimus est, De'
est ad saluandum, qui solus homine po-
test facere saluos à peccatis, siue à mor-
te, siue ab inferno, siue à diabolo, & ab
omni malo, propter quod etiam Iesus
siue Saluator, nomen est illi.

*& domini domini exitus mortis.*

& solius domini Dei, domini (inq̄) Dei
nostri solius, sūt exitus mortis. Solus. n.
ipse mortē primus pertrāsiit, illæsus, so-
lus à morte teneri nō potuit, cū uerè fu
isset ad tps mortuus: sed potentia suæ di
uinitatis à morte exiit, rediens ad uitā,
& uiuus p̄manens in secula seculorum. Rom.6.
Neq; soli sibi exitū à morte inuenit, sed
omnibus etiam in se credentibus exitū Ioan.3.
dabit à morte, quandoquidem in hoc ue
nit in mundum, ut omnis qui in ipsum
credit, in morte non maneat, sed à mor-
te transeat ad uitam sempiternam.

23 *Verumtamen Deus confringet capita*
*inimicorum suorum.*

Quanquā verò ipsius domini nostri sūt
exitus à morte, vt credētes in se quos vo
luerit faciat exire à morte: ij tn̄ qui aduer
sus ipsum inimicitias obstinato animo
seruāt, qui in ipsum corde obdurato cre
dere recusauerint, ipsumq́; vt Deū verū
& summum nō voluerint debito agno-
scere famulatu, horum capita ipse poten-
ter in seueritate iustitiæ suæ concutiet,
& valde conquassabit, ita vt confringat:

*verticem capilli perambulantium in deli*
*ctis suis.*

cōstringet (inquā) uerticem capilli eorū
qui in delictis suis, obstinato aīo & mala
uoluu-

voluntate per superbiam & inobedictiã perseuerantis, verticem capitis horum cõcutiet & comminuet, id est, in mortem crudelem ęternæ punitionis, vltrice sententia sua, huiusmodi condemnabit.

24 *Dixit dominus, ex Basan conuertam:*
Dixit quidem dominus, & ita definiuit, quod ex Basan (quod est confusio vel ignominia) hoc est, ex populo nationũ, qui prius miser erat, & confusione atq; ignominia propter idololatriam, & alia fœdissima facinora, plenus conuersurus esset plurimos ad agnitionem veritatis, & verum cultum suum ac filii sui:

* *conuertam in profundum maris.*
dixit quoque conuersurum se multos ẽt eorum qui habitant longè à terris, in insulis maris proposuit & voluit, plurimos tam ex terra, quàm ex mari Apostolica prædicatione ad suum cultum cõuertere

25 *Vt intingatur pes tuus in sanguine:*
Il os tamen inimicos qui obstinati elegerũt permanere in impietatibus suis: ita confringet & interficiet (vt dictum est) vt vniuscuiusque pertranseuntis pedes intingi possent in sanguine:

* *lingua canum tuorum ex inimicis:*
& vt linguæ canum vniuscuiusque pertranseuntium possunt labere de sanguine, efluxit ab inimicis; quemadmodum ĩ prælijs magnis tanta solet strages hominum fieri, & in tanta copia sanguis effundi, vt per trãseuntes per riuos sanguinis ab hostiũ corporibus defluentes, debeãt sanguine pedes suos commaculare, & canes sanguinem lambant: hoc est, vltio fiet grauissima & plaga; horribilis, aduersum obstinatos in malitia:

* *ab ipso.*
idq; ab ipso fiet vltore Deo, qui sicut pœnitentes atque credentes suauissimis refocillabit benedictionibus, ita inimicos suos grauissima feriet vindicta.

26 *Viderunt ingressus tuos Deus:*
Viderunt fideles tui, ò Deus, ingressus tuos, quibus in mundum aduenisti rursumq; à mundo in cœlum rediisti & incessus tuos omnes, omnemq; conuersationem, quibus in hoc mundo cum hominibus cõuersatus es, & operatus in nobis opera tua, ad q̃ missus fueras à patre.

* *ingressus Dei mei, regis mei, q̃ est ĩ sãcto,*

A Ingressus (inquam) tuos, ò Deus meus, ò rex meus, qui habitas in sancto solio gloriæ tuæ, & in sanctitate tua. Fideles. n. tui viderunt ingressus tuos, nõnulli quidem etiam corporali visu, utpote sancti discipuli tui, cum quibus familiarem duxisti conuersationem: quibus datũ fuit oculis te videre, auribus audire, & manibus ẽt palpare: cæteri verò oculis mentis te conspexerunt in lumine sanctę fidei illorum verbis inhærentes qui tuos ingressus oculis conspexerant. 1 Ioan.

27 *Praeuenerunt principes:*
B Illi autem qui tuos ingressus videre meruerunt, sancti fuerunt Apostoli tui atq; discipuli, qui cæteros fideles omnes p̃uenerunt, primi à te dignanter vocati, primiq; te feruẽter & obedienter corpore & aĩo insequuti quos tu proinde principes esse fecisti, progenitoresq; & rectores omnium rationum & Ecclesiarum, quas ipsorum predicatione ad fidẽ tuã vocari voluisti: hi (inquam) principes & primitiui discipuli, p̃uenerũt ante oẽs,

* *coniuncti psallentibus:*
neque ipsi tamen soli aduenerũt tametsi C præuenerunt, sed psallentibus fidelib. sua prædicatione conuersis comitati & sociati. Mox enim adiuncti sunt illis nõ pauci numero, qui illorum prædicatione compuncti appositi sunt ad illos cum gaudio & lętitia spiritus psallentes, & gratias agentes Deo, pro uocatione sua sancta & ineffabilibus beneficiis, Actu. 2.

* *in medio iuuencularũ tympanistriarum:*
mox verò inuenti sunt principes isti nostri medio iuuencularum tympanistriarũ, in medio Ecclesiarum multarũ nouiter exurgentium, ac succrescentiũ nouel D larũ plãtationũ quæ tanquã bonę tympanistriæ, dulcissimas melodias tã corde, q̃ ore & opere, atq; ẽt musicis instrumentis pro tempore adhibitis in gloriam Dei sponsi & patris sui resonabant: in quarũ iuuencularum medio, principes illi à Deo positi sunt, vt hic quidẽ plantarẽt, illic rigarent, hi secarẽt, illic insererent omni solicitudine laborantes suas iuuẽculas (quas vni viro Christo virgines exhibere desponderant) & custodire immaculatas, & in Deo reddere perfectas.

28 *In ecclesiis benedicite Deo domino,*

Proin-

Proinde omnes vos qui ĩ Ecclesiis estis E
qui membra estis & filiæ iuuencularum
istarum tympanistriarum, laudem date,
& gratias agite Domino Deo vestro.

** de fontibus Israel.*

idque de principibus vestris, qui & fontes sunt Israel, quod videlicet per tales principes ad fidem suam & spem salutis æternæ vos adduxit, quod per fontes istos omnes populos atque Ecclesias irrigare sit dignatus, & salutaris doctrinæ fluẽtis copiose refocillare. Fontes enim sunt Apostoli sancti, à Deo primitiis spiritus copiosissimè impleti, ex quibus orbis vniuersus siti & ariditate iãdiu emortuus, humectatus est & irrigatus, salutaris Euãgelicæ doctrinę prædicatione, & spiritus sancti charismatumq; eius liberali communicatione. Et hi sane fontes Israel fuerunt, quia ex populo Israelitico electi à Deo, qui ex Iudęis salutem voluit oriri, & diffundi in omnes nationes.

29 *Ibi Beniamin adolescentulus in mentis excessu.*

Gen.35. Inter hos autem fontes Israeliticos, qui suis fluẽtis tympanistrias iuuenculas irrigarunt, & uiuificarũt, vnus nõ infimus G
2.Cor.12 fuit de tribu Beniamin, cæteris fratribus & Apostolis posterior vocatus (quemadmodum Beniamin inter fratres suos na
Galat.1. tu minimus erat) Paulus nomine: qui in extasi mentis supra se raptus, in paradisum, vsq; in tertiũ cœlũ, audiuit ibi arcana verba quæ non licet homini loqui il
1.Cor.15 licq; in mentis excessu hausit ac didicit, quod post modũ iuuẽculis de sua plenitudine effunderet: neque ab hoĩe, neq; per hominẽ, sed per reuelationem, in exces-
1.Cor.3 su mẽtis, doctus Euangeliũ Dei: qui plus oĩbus laborauit iuuenculasq; plurimas H
egregias genuit & educauit, plantauit atque rigauit: vt meritò debeat huius nomen inter fontes cæteros nõ omittitametsi ipe aliquãdo posterior, & (quõ
Gen.35. Beniamin in senectute patris genitus)
Actu. 9. post Dñi sui ascensionẽ primũ vocatus.

30 *Principes Iuda, duces eorum principes Zabulon, & principes Neptalim.*

Duces fidelium & ante signati illi, de quibus iã ante diximus, fuerunt principes & primi quidam de tribu Iuda & stirpe regia, alii de tribub' Zabulũ & Neptalim

Ex Israelis enim tribubus eligi debebãt primi salutis prædicatores, & Euangelicæ gratiæ præcones; vt iuxta promissiones patribus factas, ex Iudæis salus oriretur, atq; ita demũ ad nationes deriuaret.

31 *Manda Deus virtuti tuæ:*

Nunc verò Deus pissime, posteaquã iã plurima tamq; maxima beneficia contulisti populo tuo, quę nisi tua uirtute & beneficio tuo nõ poterunt cõseruari, ne tãta tua beneficia pereant, cõmenda Deus, ac pręcipe virtuti tuæ (quandoquidẽ humanas vires excedit negotium) tantorũ F
in nobis bonorum conseruationem,

** confirma hoc Deus qđ operatus es ĩ nobis.*

& tua ipsius virtute, in qua ea contulisti & operatus es, intende ad custodiã cõseruationẽ & promotionem eorum q̃ operatus es in nobis, ut per spiritum tuũ sanctũ Ecclesiarũ rectorẽ firma sint & stabilia dona grãrũ tuarũ & opera tua, q̃ potẽter & mirabiliter operatus es in nobis

32 *A templo tuo in Hierusalem, tibi offerent reges munera.*

Fideles autem tui etiam reges & potẽtes pro gratiarum actione offerẽt tibi deuota munera, per oẽs Ecclesias in locis tuo nomini sacratis, incipiendo à tẽplo illo tuo sancto, quod est in Hierusalem nominatissimum, & sub tuo nomine apud omnes populos gloriosum. Atq; ita & ordine consequẽti, per omnes Ecclesias in locis tuo nomini sacratis, offerent tibi nobiles siue potentes cum pusillis & ignobilibus deuota munera, siue cordis in laude & oratione: siue etiam corporis in externis quibuscunque oblationibus ex abundantia pii cordis.

33 *Increpa feras arundinis.*

Veruntamen vt non opprimãtur aliena malitia Ecclesię, iussu tuo ædificatę, compesce (quæsumus) & prohibe sæculi potẽtes infideles, qui tanquam feras se exhibẽt aduersus sanctum nomen tuũ & populum fidelem tuum, aĩo feroci & crudeli insultãtes vimq; inferentes electis, & velut cornupetæ bestię, suæ potentiæ cornu sãctos interficere cupiẽtes, sed arũdinæ ferę sunt, & nullius solidi roboris, si ad tuam potentiam conferantur, ita vt tibi non valeant resistere, possis q; eos ad modũ arũdinis pro nihilo cõtringere,

cum

cũ oĩ sua seculari potẽtia has lasciuas, A
petulãtes,& crudeles feras, quas tibi ita
facilè sit confringere petimus,vt tu cõpe
scas,ne iuxta furorẽ suũ queãt in sanctos
agere,& in Ecclesiam pro voto deseuire:
* *congregatio taurorum,in vaccis populorũ*:
omnis eorum virtus nõ aliud est quã cõ
gregatio, siue exercitus indomitorum
taurorum.i.ducum ferociũm & efferato
rum,in oẽ facinus quodcunq; princeps
cogitauerit paratorum,vnà cum multitu
dine populorum subiectorum, qui sunt
quasi vaccę tauros insequentes, quodq;
suos principes viderint priores facien- B
tes,libenter insequentes:
* *vt excludant eos qui probati sunt argẽto*.
quorũ oĩum simul cõiunctorũ ꝓpositũ
& desiderium in hoc est,vt excludãt à ve
ritate fidei,& ꝓhibeant,ac cessare faciãt
ab opere suo & cõmisso sibi officio, san
ctos principes tuos, eos q corã te electi
& probati sunt,quasi argẽtum quos tu
examinatos & probatos habes, vt ẽt cęte
ros simpliciores excludãt & ĩpediãt à ve
ritate fidei suscipiẽda & ꝯsequẽda salute.
34 *Dissipa gentes quae bella volunt*:
Discipa tu Domine,virtute omnipoten-
tiæ tuæ,populos q bella mouere & per- C
sequutiones suscitare moliuntur adner-
sus Ecclesiam tuam,eorumq; comprime
potestatem,vt nõ præualeãt populo tuo,
* *venient legati ex Aegypto*.
te vero rebellium & persequentiũ poten
tiã dissipare & humiliare volente, mox
ad pacẽ cõuenient regiones populorum
& legatos mittent pacis nuncios,ad prin
cipes & capita fidelium:specialiter Aegy
ptus fœdus inire volet cum Ecclesia tua
sanctamq; fidem suscipere, vt in corpus
Ecclesiæ tuæ compingatur: D
* *Aethiopia praeueniet manus eius Deo*.
insuper & Aethiophia festinabit dare
manus suas Deo,sese victã humiliter pro
sternere ante Deum,in humilitate gratiam
postulans salutis,quę est in populo san
cto tuo.
35 *Regna terrae cãtate Deo,psallite dño*.
Propter hæc autem tam multa,tamq; im
mensa toti orbi à Deo pręstitã beneficia,
cantate Deo omnia regna terræ:qm̃ cõis
salus est & cõmunia sunt ex æquo omni
bus,quæ iam commemorauimus,& Psal
mos canite tam munificentissimo Do-
mino.
36 *Psallite Deo quia ascendit super cælum
cæli*.
Psalmos canite (inquã) altissimo Deo,q
morte deuicta ascẽdit sup summũ cœlo
rũ,in summã altitudinem,super oẽs cęle
stes orbes & exercitus beatorũ spirituũ:
* *ad orientem*.
ad patris dexteram locum nobilissimũ,
vbi perpetua processione filius à patre
exoritur sicut lumen increatum, & im-
mensum de increato & immenso lumine
37 *Ecce dabit voci suae vocem virtutis*:
Ecce qui secundum assumptam carnis
formam ascendit ad patris dexterã,in sũ
mum cœlorum, idem ipse sic venturus
est,quemadmodum ascendit in cœlum
in magnifica gloria,cum angelis suis &
virtute multa:& tunc quidẽ dabit voci
suæ,vt sit vox virtutis & maximę potẽtię,
ita vt oẽs q in mõnumẽtis sunt audiãt vo
cẽ eius,& ꝓcedãt in re assumptis corpo-
ribus suis, vt recipiã t ꝓ suis operibus ꝯ-
dignã mercedem,ac tunc quidem cõsum
matio erit & finis omnium quæ ab ini-
tio pro electis est operatus,mirabilium.
* *date gloriam Deo super Israel,magnifi-
centia eius & virtus eius in nubibus*.
proinde gloriam date Deo super mirabi Act. 1.
libus quę operatus est in Israel, populo
suo fideli,magnificentia gloriæ eius,vir Mat. 25.
tusq; potentię eius in nubibus,& appa- Ioan. 5.
ruit olim,quando in nube assumptus est
in cœlum,& apparebit iterum,qñ veniet
cum nubibus,in potestate multa,cum an
gelis,in gloria patris sui,& videbit eum
omnis oculus in maiestate sua:
38 *Mirabilis Deus in sanctis suis*.
Verè mirabilis ẽ Deus erga sãctos suos, Act. 1.
mirabilia sunt, stupẽda vixq; credibilia,
quæ ipse pro salute electorum suorum di Apoc. 1.
gnatur operari:
* *Deus Israel ipse dabit virtutem & for-
titudinem plebi suae*.
neq; dubito,quin Deus fideliũ daturus Mat. 25.
sit virtutem & fortitudinem spiritualẽ po
pulo suo & oĩbus in eum credentibus,
vt nullis unquã tentationibus,nullis im
pulsibus excidãt à salute,ad quã Dñi gra
tuita bonitate sunt prædestinati:
* *benedictus Deus*.

Z sit be-

fit benedictus,sitq; laudatus in sempiter num iam admirabilis in oibus Deus,de quo rā stupēda,longa iam verborum serie commemorauimus:laus eius perduret in sęcula sęculorum Amen.

ANNOT. IN PSAL. LXVII.

Ephe.6. VErsu.1.Exurgat Deus & dissipent inimici eius. In Elucidatione increpatoriā hāc orationē dirigimus peculiariter aduersus principes tenebrarū, aduersus spiritualia nequiæ in cęlestibus q se ab initio hostes exhibuerūt diuino nomini. Hos .n.quāuis permulta sęcula

Ioan.12. velut dissimulās permisisset Deus tenere mūdi imperiū,& dominari in filiis hominū veniēte in plenitudine tēporis, condēnatos iusto suo iudicio eiecit foras, Deoq; exurgēte,dissipati, & dispersi sunt aduersarii nominis eius. Deo dissimulante & quasi dormiēte,suā in mūdo exercebant tyrannidē. Posset tñ generaliter ad oēs Dei inimicos hęc orō dirigi. ¶ Ver.3.Et iusti epulentur & exultet in conspectu Dei. Epulētur positū est,p iocūdent Vñ in Græco habetur εὐφρανθήτωσαν qd significat iocūdētur, vel lætētur. Et ex Hebræo beatus Hieronymus vertit, Iusti aūt lætentur,& exultent. ¶ Versu 4.Iter facite ei qui ascendit super occasum,Dñs nomen illi. In solēnibus (quos vocant) actibus vbi multa est populorum frequētia,solent ij qui dignitate præeminent, sub præconis voce introduci:qui præco tumultuantem,& in vnū cōpactā multitudinē iubet sese diuidere,& venienti locū facere:simul & nomē eius,ac officii appellationē cōmemorans,vt audiētes tanto propius reuerentiusq; iter præbeant & parent viā transituro.Ita mihi vř accipiēdū,q hic dř,Iter facite ei qui ascēdit super occasum:Dñs nomen est illi,vt sit quasi vox præconia, triūphatorē pręcurrens Dñm;quēadmodū & ī alio Psal

Psal.23. mo diximus, de versibus illis, Attolite portas principes vestras , & eleuamini portæ æternales,& introibit rex glorię. ac deinde interrogantibus abintus,Quis est iste rex gloriæ? respōsio adhibetur, Dñs fortis & potens,Dñs potens in prælio. Dominus virtutum,ipse est rex gloriæ.Si cui tñ hęc sermonis iocunditas nō E arriserit,accipiat q dř, vt simplicē exhortationē,qua moueant fideles Domino viā præparare,p cōsciētiæ & cordis expurgatiōnē,vt tanto visitatore & inhabitatore digni fieri valeāt,q nomē habet p sua dignitate superans oē nomen. Occa- Philip.2
sus verò super quē Deus ascendit, pter expositionē in Elucidatione mostratā,intelligi cōmodè possit vitiorū occasus.i. euersio à peccatis.sup quē occasum Dñs ascēdit,qm libenter ad illos aduenit, in quibus occidunt vitia,& surgunt virtutes,q derelinquētes malū,bonis se dicāt F operibus.Ver.8.Deus cū egrederis in cōspectu populi tui,cum pertransieris i.desert. Qđ scđo loco dř,iuxta Latinos codices vulgatos,cum pertransieris,accipiēdum vř,pro sniæ maiore cōmoditate, locō pertransires,vt sit cōformitas in tempore & mō eum eo qd præcedit,cū egredereris In Græco aūt,p infinitiuū,vtrunque horum,effert,hoc modo, ἐν τῷ ἐκπορεύεσθαι ἐν τῷ διαβαίνειν , hoc ē, ad verbū,in egredie, & in pertrāsire te, Quidā verò codices,etptimo loco habent,Cum egredieris,non cum egrederis.Sñia tñ cōmodior est,si egredereris G dicatur,& pertransires. Dř autem Deus egressus in conspectu populi sui, non quod locum vllum egredi posit,secundum suæ substantię præsentiam, sed secundum similitudinē ducis egredientis ante populum suum,cuius dux est,sermo iste venit accipiendus. Erat enim illis Dñs pro doctore,per diem simul atq; per noctem. Posset tamen versus iste totus vna cum sequenti,accommodari ad populum nouæ legis,hoc mō,Deus quū tu egressus à patre in mundum venires ī H cōspectu populi tui,cum pertrāsires per desertū mundi huius,cū hoibus,tāquā vnus ex nobis cōuersādo,tunc mota est terra per pœnitētiā,ad vocē pdicationis tuæ & mirabilium signorum tuorū. Nā & cęli Apostoli sācti (q altis locis frequenter cœlorum nomine intelligunt) distillauerunt sanctæ Euangelicæ doctrinæ pluuiam non qdē à seipsis, sed à facie Dei ipsius eiusdem,q olim legem tulit,& terribiliter apparuit in mōte Sinai, à presentia (inquā) Dei Israel. ¶ Ver.12. Dñs dabit verbum euāgelizantibus,virtute

tute,& multa, Rex uirtutũ dilecti dilecti, A
& spẽi domus diuidere spolia, Ablatiuus
uirtute multa construi debet nõ cũ parti
cipio euãgelizãtibus, sed cũ uerbo dabit
ut sit sensus. Dñs euangelizãtibus dabit
verbũ in multa uirtute: hoc est cũ magna
efficacia & fortitudine, vt operet̃ uideli-
cet sermo eorũ mirabilia, uel cũ uirtute
magna, ad faciẽdũ signa & prodigia. His
.n. duabus rationibus, uerbũ Dei cũ uir-
tute multa datur à Deo. Primũ, quia uer-
bũ qđ ex Deo loquebant̃ sancti Aposto-
li, ita magnæ uirtutis & efficaciæ erat, ut
corda penetraret audientiũ, multosq; po B
tentũ ẽt & sapientũ sęculi ad Deũ cõuer
teret, à consuetudinibus & erroribus pa
triis, regna quoq; & imperia ad Christũ
adduceret, Et licet aures ꝓp simplicitatẽ
non demulseret eorũ sermo, corda tñ ꝓp
uirtutis efficaciã permoueba.t. Qđ aũt se
quit̃. Rex uirtutum dilecti dilecti, cũ no-
minatiuo prioris uersus, dñs coniungi
debet, quasi. sm appositoriã connexionẽ,
hoc mõ: Dñs existens rex uirtutũ, dilecti,
dilecti filii sui, i. dilectissimi filii sui sup-
ple, pr̃. Siqđẽ p geminationẽ hũc dilecti
dilecti uehementia dilectionis indicat̃, C
quasi dicas charissimi filii pater. In quo
tacitè indicat̃ quur dñs pater daturus sit
euãgelizãtibus uerbum ĩ tãta efficacia:
nimirum qa rex uirtutum ipse est & pa-
ter clarissimi sui filii, cuius gloriã annũ-
ciabunt illi euãgelizatores. Vñ quia rex
uirtutum est à quo oĩs est fortitudo, ma
nifestum est posse ipsum dare uerbũ uir-
tutis, & quia filii sui dilectissimi gloria ꝑ-
dicanda est, quo non uerbo illi daret uir
tutem, quo erat illa annuncianda quam
optat super oĩa. Quod deinde sequitur,
& spẽi domus diuidere spolia, mirabili D
constructione cũ prioribus iungitur, ita
ut ĩfinitiuus diuidere, nectatur cum uer-
bo dabit, repetito ex uersu priori, hoc sẽ
su, Et dabit dñs rex uirtutum, dilectissimi
filii pater, euãgelizantibus diuidere spo-
lia. Qđ autem superest speciei domus da
tiui casus est quemadmodum ex Gręco
est manifestũ, & ualet ad speciẽ domus,
hoc est, ad decorẽ domus. Et hæc quidẽ
quãtum ad grammaticę cõstructionis cõ
gruitatẽ. Quantum uerò ad sensum, vr̃ hic
sermo respicere consuetudinem ꝑ itaUan

tium, qui post peractam pugnã, prostra-
tis, & interfectis hostibus, ad diuisionẽ spo
liorum deinde se accingũt, atq; ex repor
tatis post triumphũ spoliis domus suas
ornãt in altitudine suspendentes q̃ ma-
gis electa uidẽtur, ĩ testimoniũ victoriæ
& uirtutis quã in bello fecerunt. Sic &
Apostoli, q̃ quasi uiri pugnatores egressi
sunt cum uerbo Dei quasi uiri sagitarii
sagittis acutis armati, plurimas nationes
& imperia prostrauerũt Christo: accipiẽ
tesque singuli sortes suas, quasi spolia
diuiserunt, ex q̃bus ædificarẽt & orna-
rent domũ Dei. Ornamẽta.n. domus Dei,
fructus est, eorum qui ad Deum Euange-
lica prædicatione fuerint conuersi.
¶. Versu 14. Si dormitatis inter medios
cleros, pennæ columbæ deargentatæ &
posteriora dorsi eius in pallore auri,
κλῆρος Græco sortẽ Latine significat In-
ter medios aũt cleros idẽ ualet, q̃ in me
dio sortiũ, quẽadmodum Græce dicitur
ἀναμέσον τῶν κλήρων. Sortes aũt istę duæ
sũt, sors cęlestis & terrenæ. In medio sor
tiũ istarũ dormire vel requiescere uel ex
cubare prælatos Ecclesiæ, est affectu nec
penitus ĩhærere terrenis plusq̃ necesse ẽ,
neq; ita ẽt solis uelle ĩhęrere cęlestibus,
ut cura negligat̃ subditorum: Sed medio
modo quasi ĩter utrũq; habitare, vt neq;
oĩno occupent̃ terrenis distractionibus,
neq; sp inhæreãt contẽplationis solitudi
ni. Colũba aũt ista de cuius pẽnis & dor-
so hic dr̃, sancta Ecclesia est, de qua spõ-
sus in canticis canticorũ loquitur, dicẽs
Vna est colũba mea, pfecta mea. Et iterũ, Cant. 6.
Surge, ꝓpera, amica mea, columba mea, Cant. 2.
formosa mea, & ueni: colũba mea, in fora
minibus petræ, in cauerna macerię. Ostẽ
de mihi faciẽ tuã, sonet uox tua in auri-
bus meis, Vox n. tua dulcis, & facies tua
decora. Qđ aũt hic dr̃ đ colũbę pẽnis de-
argẽtatis, & de posterioribus dorsi in pal
lore siue ĩ fulgore auri, pulchritudinem
exprimit colũbę. Corporali.n. pulchritu
dine illa colũba bene formosa est, cuius
pẽnæ quasi deargentatæ, sic in luco cãdo-
re resplẽdẽt, supremũ uero dorsi quasi
auri pallẽtis, siue ad uiridinem tenden-
tis habet spẽm. Per q̃ corporalem pul-
chritudinem colũbæ, intelligitur spũalis
pulchritudo iterior Ecclesię. Est itaq; to

tius huius versiculi sensus. Si uos ô Apsi, Apostolorũq; locũ tenẽtes uos quicõque præpositi estis Ecclesiarũ, in medio duarũ sortiũ excubaueritis, atq; requeueritis (uti supra declaratum est) ita fiet, ut Ecclia ipsa uobis cõmissa, colũba Dei formosissima & speciosissima fiat. Quẽad modũ ecõtrario si inter medios cleros dormire recusaueritis, admodũ deformẽ (quãtũ qdẽ in uobis erit) colũbã istã reddetis. Cũ.n. ppositi ac rectores Ecclesiarũ bñ se gerũt, optimẽ pficit popul', & quasi peculiari pulchritudine nitet atq; resplẽdet Ecclesia. Cũ uerò non in sollicitudi- F ne debita psunt gregi pastores, grex deficit, & Ecclesia plumis suis deformis reddit, pristinumq; perdit nitorẽ. Contingere aũt põt duabus rõnibus, ut nõ inter medios cleros, non in medio sortiũ habitantes ppositi Ecclesiarũ, colũbæ suũ auferant decorẽ. Sunt enim quidã sorti inferiori, id est, parti terrenæ penitus uel certe nimiũ inhærẽtes, per gulã, luxuriã, cõmessationes, ebrietates, ambitionem, auaritiã, aliã ue his similia: q oĩa de mundo sunt. Qui p hęc tetra uitia, dũ & exemplo malè docẽt subditos, & p uitã malã uerbo euã (qđ forte pdicãt) autoritatẽ G & fidẽ derogant, nõ mirũ si colũbæ suæ pulchritudinẽ uehementer obscurent, ut nõ appareat pennis deargentatis, & dorso aureo colore fulgẽte. Rursũ, alii nimiũ sibi uacare uolũt, nimiũ qeti intẽdere, superiori sorti plusq̃ pastoralis cura pmittat immanere uolũt, neq; satis circuierãt gregẽ nõ satis attendũt q lupi obambulant, qs eximet ex grege, qs inficiat cõciues, negligunt multa, multa dissimulant, qm molestiã fugiũt & laborem, ne à qete (ut aiunt) impediantur. Et hi certè quãH quam sint prioribus tolerabiliores, tñ magna ex parte frequenter columbæ pulchritudinem obscurant, & plumas atras multas succrescere sinũt, quas tempestiue nõ euellunt. Qui aũt columbã ĩ suo nitore, in quo eã acceperunt à Deo, cõseruare uolunt, ita necesse est in medio duarum horũ sortium dormiãt, habitent atq; excubent, ut neque nimiũ terrenis se implicent, neq; plusquã necesse est contemplationi & quieti ĩsistere uelint. Hoc .n. exemplum Saluator (qui hãc formosã Ecolumbã genuit, & in sui sanguinis balneo tali pulchritudine donauit) ipse nobis reliquit, q nõ perpetuo inter populares turbas agere uoluit, sed frequẽter in deserta orõnis grã secessit, semper tñ ad erudiendos Apostolos ac cęteras turbas opportuno tpe rediit. Idem & Apostolos legimus factitasse eorũq; legitimos successores. Atq; utinã nr̃o quoq; sæculo hęc nõ deesset fœlicitas. Vtinã nõ toti in sorte infima dormirent pleriq; eorũ, quibus hic clamat, Si dormieritis inter medios cleros Haberemus pfecto columbã Iesu Christi non ita multus atris piceisq; plumis cõmaculatã, haberemus candidã vt olim, splendidã ut olim, alas deargentatis ut olim, dorso pallẽte in fulgore auri ut olim. Sed benedictus per oĩa Deus qui ubi uolet, fœliciter restituet nobis omnia. Nõnulli uerò colũbæ pennas deargentatas, & posteriora dorsi in pallore auri sm misticas intelligentias aliter exponunt, quas apud alios prõptum sit inuenire, nos pp prolixitatẽ nimiã uitãdã pertransimus. ¶ Versu. 15. Niue dealbabuntur in Selmon. Quod apud Latinos duabus dictionibus dicitur, niue dealbabuntur. Græcè unico uerbo habet χιονωθήσονται, quod ad uerbũ sonat, ac si cõficto uocabulo dicamus, ninabuntur vel deniuabunt, i. ĩ modũ niuis dealbabũtur. In quo sensu ẽt accipiendũ est, q dicitur in uulgata lectione niue dealbabũtur hoc est, quasi, nix albi fient, quemadmodum sermo Teutonicus dictione composita sneeuvvit appelat, qui in modũ niuis uehementes sunt albi, atq; ecõtrario peckſvvart, eos qui ut pix nigri sunt uulgari appellatione dicũt Selmon verò, qđ sm Hebraicam ortographiam scribi deberet Zalmon, significat obscuritatẽ uel tenebrositatem, aut sm alios, qui Zalemoth legunt umbram mortis. Vtrunq aũt gentili populo conuenit, imò & Iudaico, qm añ horum regum (id est, Apostolorum) super orbem cõstitutionẽ, ante apostolicã prædicationẽ, oẽs sub tenebris ignorãtię & mortis vmbra residebãt qui Apostolica prædicatione, per pœnitẽtiam ueram, facti sunt uelut nix candidi, dealbati & lucidi. Per montẽ uerò Dei, intelligit Elucidatio sanctam Ecclesiã

quam,

quā prius columbā diximus. Posset tñ & ipse Christus intelligi, quī mons est Dei sublimis, mōs pinguissimus plenus spiritu sancto, mons coagulatus: qm̄ oēs fideles ipsius membra sunt, & oēs per fidei coagulū sibi counitos habet, qui vnus est mons verè coagulatus & pfectus, in quo beneplacitū est toti diuinitati, s̄m plenitudinē (vt Paulus ait) corporaliter inhabitare. ¶ Versu 18. Currus Dei decē milibus multiplex. In Græco, totū hoc decē milibus multiplex, dr̄ vnica voce μυριοπλάσιον, quod Latine vno verbo reddi commode non pōt: sed per circumloquutionem debet explicari, myriadibus multiplex, id est, decē milibus multiplex, quod est, ex decem milibus multiplicatis ac frequenter replicatis cōpositus. Nam vna myrias continet decē milia. Myriadibus ergo multiplex idē est quod decem milibus multiplex. Aut efficta voce dici posset, decē millecuplex, si non innueretur replicatio myriadū. Hoc. n. modo, quemadmodū millecuplex diceretur currus, qui ex multitudine mille constaret vectorū, ita μυριοπλάσιος hoc ē, decē millecuplex diceretur, qui ex decē milibus componitur. Nā vna myrias, vt iā dictum est, decem milia complectitur. Per hunc aūt numerum, siue decē milium, siue (iuxta quod verisimilius est) myriadū multiplicatarum intelligimus innumerabilē multitudinem angelorum, qui sunt currus Dei. Vū Hieronymus ex Hebræo vertit, Currus Dei, innumerabilia millia abūdantium. Atq; ita etiā accipi posset vox Græca supra posita, myrioplasios, vt valeat infinite multiplicatus, hoc est, ex infinita multitudine cōpositus. Nā μύρια plurali numero neutro genere Græci dicūt infinita: myriadē verò, numero singulari, genere fœminео, tm̄ decē millia. Quidā verò hunc currum accipiunt populum Dei electos ex hoībus, aut saltē hos illis coniungunt: sed præstat angelorum exercitus intelligere, in quibus ēt vectus apparuit in Sinai monte sancto. Maximè cum scripturarū mos sit iste loquendi, vt dicant Deum super angelos sedere, vel equitare: quemadmodum in Psalmo. 17 Ascendit super Cherubim, & volauit. Et alibi, Qui sedes super Cherubim. ¶ Versu 19. Cepisti captiuitatē, accepisti dona in hoībus. Captiuitas ista (vt in Elucidatione iudicauimus) vel peculiariter ad patres in lymbo detentos refertur, vel generaliter ad vniuersum genus humanū. Oēs. n. sub diaboli manu detinebant captiui, donec veniret ille fortior qui fortē armatū alligasset, & vasa captiuitatis eius viripuisset. Et quidē iuxta textū nostræ lectionis Gallicanæ, non habet difficultatē q dr̄ Chr̄us in altū ascendens cepisse captiuitatē. Quod aūt in Psalterio Romano legitur, Captiuā duxisti Captiuitatem (quō iā in Hebræo, q̄ in Græco apertè cōspicimus) vr̄ maiorē habere difficultatē. Nā siue patres intelligas è lymbo eductos, siue hoīes vniuersos è diaboli potētia ereptos, quō dicet Christus eos quos liberauit captiuos duxisse. An nō verius diceretur, Liberā dimisit, vel liberā eduxit captiuitatē? Attendēdum proinde est, duplicē in his verbis indicari captiuitatē, alterā duram & pessimam, qua sub diabolo fuerant detenti, alterā verò optimā, dulcissimam, & diutissimè expectatam, qua videlicet per Christum ex priore durissima fuerant liberati. Ad hoc enim Christus ereptos duxit vel cepit captiuos vt liberos faceret. Qui enim extra captiuitatem abducuntur, ad libertatem adducuntur. Quemadmodum si rex quispiam audiens subditos regni sui à tyranno aduersario in captiuitatem abductos, atque in carceres immanes retrusos, in potentia sui exercitus veniens, expugnato tyranno populum illum suū de captiuitate mortis excutiat, ac secū abducat, rectè dicemus, illū captiuā secū abducere captiuitatē, non quod ipsos vltra captiuos detinere velit, sed qa de manu eius qui prius illos in captiuitatem concluserat, cepit. Captiuitas prior, seruitutis erat, posterior libertatis. Notandum præterea, cum dicimus (iuxta secundam expositionem) totum genus humanū Christum ascendentem duxisse captiuū, etiamsi intelligatur q secum abduxerit in cœlos, nō debere hoc falsum neque absurdum videri: sed ita accipi debebit, quō Paulus Apostolus in Epistola ad Ephesios loquitur, dicens, Deus qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatem suam qua dilexit

Margin notes: Col. 2 (partly cut off); Psal. 17.; Psal. 79 [Psal. 67]; Luc. 11.; Ephes. 2.

dilexit nos,& cũ essemus mortui pctis 2. E postolis,tuis in terra vicariis, multa ho-
uiuificauit nos in Chro, cuius grã estis
saluati,& conresuscitauit, & consedere
fecit in cœlestibus,in Chro Iesu. Ait nos
iã cõsedere in cęlestibus,in Chro,siue p
Chrum,nõ ꝙ illic iã agamus,sed qa p ip
sum certã spẽ & secutã habemus expecta
tionẽ illum obtinẽdi. Ita plane oẽs nos
ascendens Chrs cepit ã diabolo, ac secũ
abduxit,qm̃ de morte nos trãstulit ad vi
1.Ioa.3 tã,iuxta dictum dilecti discipuli,& mor-
tis imperio exẽptis,ad hæreditatẽ vitæ æ-
ternæ nobis restituit accessũ.¶ Vers. eo
dẽ, Accepisti dona in hoibus. Mirabile
Ephe.4. vr,qũo psẽtẽ uersum allegãs. Paulus A- F
postolus,capite quarto Epistolæ ad Ep-
hesios,diuerso mõ citauerit,dicẽs: Ascẽ-
dens Chrs in altum,captiuã duxit capti-
uitatẽ dedit dona hoibus,eum hic dicat,
non de datis donis,sed de acceptis. Mul-
tum.n.interesse vr inter hæc duo. Dedit
dona hoibus,&,Accepit dona hoibus in
Verum si sensũ vtriusq; lectionis peni-
tus introspiciamus,cõperiemus manife-
stò nõ magnã inter ea esse diuersitatem.
Nõ.n.potuisset filius dare neque spiritũ
sanctum,neq; ullum donum hoibus,ni-
si à patre accepisset, ut dare posset & da-
ret Quæcunq;.n. hẽt filius, à patre se cõ G
fitet habere,dicẽs, Oĩa mihi tradita sunt
Mat.11. à patre meo.Ac rursum, nõ possum ego
Ioan. 5. à meipso facere quequã.Et de spiritu veri
tatis,cum discipulis eum promitteret, di
Ioa. 15. cebat à patre se illis daturum,Cum vene
rit(inquit) paracletus quẽ ego mittã uo-
Ioa. 14. bis à patre.Et iterum. Paracletus quem
mittet pater in nomine meo.Itẽ, Roga-
Ibidem. bo patrẽ,& alium paracletũ dabit vobis
spũm ueritatis. Vt ergo hoibus spiritum
ac dona eius filius in altum scandens da
ret,prius oportebat accipere in hoibus,
i pro hoibus,uel ut in hoibus diffunde- H
ret. Vñ vr Paulus idẽ clarius & apertius
dixisset, mutata verborum forma, ꝙ ob-
scurius cõtinet lectio Psalmi, quemad-
modum & in aliis aliquot locis scriptu-
rarum citandis fecisse cognoscit. Alii ve
rò psẽtẽ particulã.Accepisti dona in ho
minibus,sic intelligunt, Accepisti tu ô
Christe,postquã uictor ascendisti in cę-
lum,dona in hoibus i.ex hominibus,ex
genere humano,qñ.s. prædicantibus A-

minum milia & innumerabiles populi
tuæ ditioni sunt subacti & subiugati,qñ
(iuxta Psalmi alterius Prophetiã) datæ
sunt tibi gentes in hæreditatẽ, & termi-
ni orbis terræ in possessionem. Ecclesia
sancta tua per orbẽ Apostolica pdicatio
ne dilatata.Scd͂m quã expositionẽ Pauli
allegatio ita deberet cõcordari, qa prius Psal. 2.
erat, ut Christus sua dona daret homini-
bus,ut spiritum mitteret in corda Apo-
stolorũ. q̃ posset ex hoibus accipere do
na.i.populus suo imperio acquirere & su-
biectos,Nunquã,n.orbis terrarum ita se
Chro subiecisset, nisi de cœlo demisisset
suum spũm, q Apostolos ad rẽ tãtã suffi-
cientes fecit,cuiusq; virtute sancti Apo-
stoli cuncta mirabilia fuerunt operati.
¶ Versu.20. Etenim non credentes inha
bitare Dominum Deum. Dependet hic
versus sm cõstructionẽ à priore, qm̃ co-
tum hoc, Non credẽtes inhabitare Dñm
Deum,verbo accepisti dẽt coniungi.Id-
que fieri poterit ,sm duplicẽ cõstructio
nẽ:Primo, ut accusatiuus posterior do-
minum Deum ab anteriori parte verbi
inhabitare regatur, prior autem nõ cre-
dẽtes à parte posteriori, totum verò hoc
dominum Deum inhabitare nõ creden-
tes,si pro accusatiuo vno q regat à uer
bo transitiuo,accepisti,hoc sẽsu, Etenim
accepisti Dñm Deum,inhabitare nõ cre
dentes,hoc est, Accepisti ut Dñs Deus
inhabitet non credentes eos videlicet q
antè nõ credebant,q olim increduli fue-
rant,ut illos Deus pater,& tota diuinitas
iam inhabitet per grãm, postquã de cœ
li misisti tui spiritus dona.Spiritus san-
ctus.n.de cœlo demissus corda idolola-
trarum & infidelium quæ inuenit habi-
tacula dæmonum,consecrauit in templa
Christi & Dei patris. Altera constructio
est,sm quã accusatiuus,nõ credentes,re-
gitur immediatè à verbo accepisti,infi-
nitiuus autẽ qui sequit,Græcorum mo-
re,pro gerundio accipitur, ad hunc sen-
sum,Etenim accepisti non credentes,ad
inhabitãdum Dominum Deum in ipsis,
hoc est,Eos qui antè increduli fuerant,à
patre tuo post spiritus sancti missionẽ
accepisti dono , ut ipse dominus De-
us habitaret in ipsis . Et harum con-
structio

structionum vtranq; recte patitur etiam A iter habeam in volantate Dei, veniēdi ad versio Hieronymi ex Hebræo, quę eadē est cum vulgata lectione, nisi φ loco, etc nam, ponit insuper &, hoc modo, insuper & non credētes inhabitate dñm Deum. Sciendum tamen est φ in Græcis exemplaribus, itē & in Romano Psalterio alia habeatur distinctio. Finiūt n. versum infinitiuo inhabitare, ac deinde à casu nominatiuo, dñs, versus alterius initium sumunt. Nā Græci libri sic habēt, καὶ γὰρ ἀπειθοῦντας τοῦ κατασκηνῶσαι ac deinde ἡμέρας καὶ ἡμέρας hoc est, (vt Romanū hēt Psalteriū) & etenim q n̄ credūt (h. ī cre B dulos) inhabitare, Dñs Deus benedictus &c. Quę lectio Græca nō nisi posteriorē patit cōstructionē, vt sic hæc snia, Etenim accepisti n̄ credētes ad īhabitādū, vt s. eos inhabitares, quos ante inhabitat diabolus. Verū lectio vulgata, Hebræq originali magis aptè rńdet. ¶ Ver. 21. Benedictus dñs die quotidie, prosperū iter faciet nobis Deus salutarū nostrorū. Cū dicit Latina trāslatio, die quotidie, conata est exprimere figurā sermonis Græci, q habet ἡμέρας καὶ ἡμέρας, qd sonat ac si dicas, die & die: hoc est, p singulos dies C vel quotidie. vel semp Solet. n. illa replicatio vniuersalitatem significare, queadmodū cū dr̄, Generatio & generatio laudabit opera tua, id est oēs generationes. Item, à progenie in progenies, id est, in omnes progenies siue generationes. Figuram sermonis Græci conatur ēt exprimere lectio Romani Psalterii, quæ habet Benedictus Dñs de die in diē. Quod aūt sequitur, Prosperū iter faciet nobis Deus intelligi debet ex communi modo hominum, sm spem bonam fidenter loquentiū, qui etiā solent dicere, Deo donāte, BeD ne cedent oīa, Fortunabit oīa Deus, Dabit omnipotens prosperum exitū nostris negotiis, Dominus omnipotens rem nostrā diriget, & psperum faciet negotium in manibus nostris. Illud tñ sciendum est, in sermone Græco, p toto illo, pspe rum iter faciet, poni vnicum verbum κατευοδώσαι quod significat, faciat prospere cedere, vel prosperum iter faciat. Idē vocabulū & Paulus usurpat, primo cap. Epistolæ ad Romanos, vbi Latina lectio habet, Si quō tandē aliqñ psperū iter habeam in volantate Dei, veniēdi ad vos ¶ Versu 22. Deus noster, Deus salvos faciēdi & dñi dñi, exitus mortis Græce est, ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ θεὸς τοῦ σώζειν καὶ τοῦ κυρίου κυρίου αἱ διέξοδοι τοῦ θανάτου. hoc est, Deus noster, Deus ad saluādū & ipsius dñi dñi sunt egressus aut trāsitus mortis, quod aliquanto clarius est quā habet nostra lectio vulgata. Et manifestum est dñi dñi, esse casus genitiui: exitus. aūt, casus est nominatiuus numeri pluralis. Istos autem exitus mortis. pter expositionem in Elucidatione positam, expōnūt alii exitus a s morte, vt duæ partes versus cōtraria proponāt. Prior. n. dicit, Dñi esse saluare: posterior verò, Dñi esse perducere ad mortē, & ad mortis exitum perducere. quos voluerit, vt significetur vno versu isto, tam vitæ quā mortis Deus habere æqualē potestatem, quemadmodū ex ore dñi dr̄, Ego percutiā & sanabo: occidam & viuere faciam. ¶ Ver. 23. Verūtā Deus cōfringet capita inimicorum suorum, verticē capilli perambulantium in delictis suis. Quòd hic dici ē de cōfringendis capitibus inimicorum, & de confringendo vertice perambulātium in delictis suis, sm metaphorā significat vltionem grauissimā & seuerissimā iustitiæ Dei, in ipsos obstinatos exercendam: quæ hmōi metaphorica loquutione in scripturis fere solet significari. Quemadmodū Ps. 3. Percussisti oēs aduersantes mihi sine cā, dentes peccatorum cōtriuisti: vbi p maxillæ pcussionē (quō in Hebraico habet) & dentium cōtritionē, similiter hæc vltio damnationis impiorū significatur, quemadmodū illo in loco apertius declarauimus Similiter & illud qd dr̄ versu scdo, loco post hunc sequente, Vt intingat pes tuus in sāguine, lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso sm trāslationē accipi debet, ex consuetudine præliorū, in quibus sanguinis copiosissima fit effusio, videturq; (quātū ad sniç conuenientiam) rectius versus ille 25. debere immediatè huic 23 copulari accipiendo eū qui interponit 24. quasi per parenthesim interiectū: quanquā & aliæ dari possint expositiones, secundū quas nō foret necesse ita accipere, quas tñ breuitatis studio omittimus Circa ver

Rom. 1.

Deut. 32.

Psal. 3.

Ps. 144.

Lucæ 1.

Gal. 1. Galatis scribit, Notũ uobis facio fratres, Euangeliũ qd Euangelizatum est à me, quia non est fm hominem. Neque.n ego ab homine accepi illud, neq; didici, sed per reuelationem Iesu Christi. Et uerisimile est, idem fuisse hoc tempus, in quo illi datũ est in tertiũ cœlum scendere, & ineffabilia uerba audire, de qua rescribit in Epist. posteriore ad Corin, in hæc uerba: Scio hominẽ in Christo ante annos quatuordecim (siue in corpore, siue extra corpus, nescio, Deus scit) rapiũ huiusmodi usque ad tertiũ cœlum. Et scio huiusmodi hominem, siue in corpore, siue extra corpus, nescio Deus scit, quoniam raptus est in paradisum, & audiuit arcana uerba quæ non licet homini loqui. Hęc ergo extasis est adolescentuli nostri, & paruuli Beniamin. Nonne uerò & cōgruẽtiam uideamus cōparationis. Beniamin inter oẽs fratres suos natu minimus fuit & fratrum ultimus, quem pater in senectute genuit, ac tenerrimè dilexit. Ita Paulus, Apostolorum omnium ultimus, uocatus est, quasi in senectute patris, qm post Christi ascẽsionẽ in cœlos. Vñ de seipso confitetur scribens Corinthiis ꝙ nouissimè omnium, post Apostolos oẽs uiderit Dominũ, quasi abortiuus, addẽs & cãm, Ego (inquit) sum minimus Apostolorũ, q nõ sum dignus uocari Apostolus, qm persequutus sum Ecclesiam Dei. Audis Beniamin fratrem minimũ, in senectute Christo genitum. Vis aũt audire, quare ita tenerè pater, tamẽ si minimum & in senectute genitum, hunc dilexit Lege qd sequitur, Gratia Dei sum id qd sũ, & gr̃a eius in me uacua nõ fuit, sed abũdantius illis omnibus laboraui. Nõ ego aũt, sed gr̃a Dei mecum. Ad hæc Beniamin matris suæ Rachelis, ut ita loquar, interfector fuit. Siquidem in partu mater mortua est, & sepulta in uia quæ ducit Bethleem. Egrediente quoque anima præ dolore, mater appellauit illum Bennoni, id est, filium doloris mei, pater uerò nomen commutauit, appellans illũ Beniamin, id est, filiũ dextræ, sicuti manifestè docet historia Genesis. Hæc autem omnia aptissimè secundum mysticam intelligentiam Paulo accommodantur gẽtium Apostolo. Dũ.n. ita fortiter per oẽs epistolas suas monstrare conatur legis ueteris abrogationẽ, dũ ubiq; contra Iudæos mordicus tenere uolentes sua legalia, constanter agit pro Euangelica libertate, nonne tibi Synagogę matris suæ, in qua educatus & edoctus fuit, & ueteris legis in qua genitus, quasi interfector quidam fuisse uĩ? Nonne rectè tibi uĩ Synagoga uetus hunc posse appellare Bennoni, id est, doloris mei filium, qui matrem à qua educatus & institutus fuit deficere fecit, & ut ita loquar, uoluit ĩterire? Quis .n. Apostolorum omnium ita legalium abrogationem docet, quis ita ꝓ Euãgelicæ gratiæ libertate dimicat, usque ad sanguinẽ, ut hic à dolescẽtulus Beniamin? Et licet Synagoga mater uidens se præ dolore expirare aĩam ac deficere, uocet illũ doloris sui filiũ, licet illum crudelissimo odio prosequeretur ipsius populus, pater tamẽ Beniamin illum appellauit. Deus pater non patitur filium doloris nuncu pari, sed cõmutato noĩe Beniamĩ appellat, id est, filium dexteræ. Quid aũt est, ꝙ à Deo filius dexteræ uocatur? Nempe id qd ad Ananiam dicebat, Vas electionis est mihi, ut portet nomẽ meũ corã gentibus, & regibus, & filiis Israel, Ego.n. ostẽdam illi quanta eũ oporteat ꝓ nomine meo pati. Quis igitur miretur, si in hoc psalmo, vbi copiosissimus sermo habet̃ de nouæ Ecclesiæ ædificatione, quæ ex gẽtibus potissimũ constat: de hoc Paulo gẽtiũ primo Apostolo peculiaris fiat mentio, & ẽt priori loco ante alios exprimat̃ sub figura Beniamin. ¶ Versu trigesimo. Principes Iuda, duces eorum, principes Zabulon, & principes Nepthalim. Fuerunt Apostolorũ aliqui electi ex tribu Iuda ut Iacobus & Ioannes filii Zebedei, item Iacobus minor, Iudas & Simon fratres, ac inter discipulos Ioseph iustus q oẽs filii erant sororis matris Dñi, Porrò Zabulon & Neptalim in Galilæa sitę sunt, vñ Dñs Petrum & Andreã assumpsit, & Philippũ, qui & ipse à Bethsaida Galileæ erat, & Nathanaelem discipulũ & alios plerosq; ex Galileę partibus, quẽadmodum primo capite Actuum Apostolorum testant̃ stupentes linguarũ miraculũ, eũ admiratione dicentes Nonne ecce oẽs isti qui loquũtur, Galilæi sunt?

Marginal notes: 2. Cor. 12 — 2. Co. 15 — Ibidem. — Gen. 35. — Act. 9. — Matt. — Ioan. 1. — Act. 1. — Ibidem.

Ioan. 2. domus tuæ comedit me, apud Ioannē Apostoli recordati sunt de Christo scriptū fuisse. postq̄ fla
gello vendentes columbas eiecisset de tēplo. Alterā verò partem versus eiusdē, Opprobria expro
Rom. 14 brantiū tibi ceciderunt sup me. Paulus Apostolus. c. 14. epistolę ad Roma ad Christum accomo
dat, eius humilitatē in exemplū adducent, vt discant non superbe sapere, Idem c. 11. versus 27.
Rom. 12 & 28. Fiat mensa eorū corā ipsis in laqueū, Obscurentur oculi eorū, &c. de vindicta cōtra Iu
Act. 1. dæos Christi inimicos, manifestissimè exponit. Petrus verò in Actibus Apostolorū, primo capi
te de Iuda proditore corā fratribus verba faciens, & alterius substitutione versum trigesimū
(fiat habitatio eorū deserta, & in tabernaculis eorū non sit qui inhabitet) de Iuda proditore &
Ioan. 19. eius cōplicibus testat à spū sācto p os Dauidis prolatū. Illud quoq; q̄ hēt versus 26. de felle &
aceto: Dederūt ī escā meā fel, & in siti mea potauerūt me aceto. nonne luce clarius ad historiā
pertinet dñicę passionis? Negari igitur à fidelibus non pōt Psalmū istū ad personā Christi per
tinere. tametsi forsitan & Dauid, quatenus Christi typus erat, secundum literā possit applica
ri in tribulationibus grauissimis constitutū, atq; ēt ad fidelium singulos, quatenus Christi mē
bra sunt, & quatenus eius passioni in v. rijs tribulationibus conformantur. Clamat itaq; in
hoc Psalmo ad patrē Christus, in passionum angustia positus, fm similitudinem hoīs in aquis
periclitantis, pedes lutoso: cœno infixos habentis: qui vsq; ac rauim exclamans pro auxilio, &
vsq; ad oculorum defectum, huc illucq; respiciens, nullum percipit liberatorē. quā metaphorā
mox versu quinto, ac deinceps apertè exponit, suorū persequutorum multitudinem & ferocita
tem multis versibus, multisq; verborū inculcatione manifestans, causam suæ persequutionis, di
cens, Zelum esse domus Dei: ex quo, cum increparet superbos increpationis impatiens, in tantā
venit miseriā, À versu aūt 16. & deinceps magna vehemētia auxiliū patris inuocat contra
aduersarios suamq; innocentiā, & ex aduerso maximā miseriā proponit, vsq; ad versum 27.
Hinc verò vsq; ad versum 34 de sua tacens miseria, eā quæ super inimicos secundū ordinē
paternæ iustitiæ ventura erat vltionē & pessimā retributionem, quasi per imprecationis mo
dum secundū conformitatem Diuina uoluntatis, prædicit Nouissimè verò, à uersu trigesimo-
quarto ad finē usq;, suā à passiona & morte salutem, ac resurrectionis uictoriā proponens, lau
demque patri promittens super cīa uetera sacrificia gratissimā, uniuersum fideliū cœtū ad cōsi
derandum & magnificandum opera Dei mirabilia exhortatur: Imò in spiritu plenitudine, cœlū,
terram, mare, & quæ in eis sunt, omnia ad laudem Dei conuocat & inuitat propter ædificatio-
nem Ecclesiæ sanctæ, eiusque constabilitionem, usque in consummationem sæculi.

## LXVIII. PSALMI ELVCIDATIO.



SALVVM *me fac Deus*, Salua tu me Deus saluator meus, ad quem solum ab omnibus derelictus clamito, & quātocyus grauissime periclitāti fer opē:

* *quoniam intrauerunt aquæ usque ad animam meam.*

quoniam tribulationes plurimę & angustiæ intolerabiles me affligunt, & iam occupauerunt vniuersum cor meum, tanquam sint quæ per os copiosè ingrediantur ad suffocādum cor, & extinguendum animam. Et plane in tantis his tribulationibus sic cōsisto, quo is qui in profundo aquarum vsq; ad eos ascendentium consistit, periclitatur de vita corporis, nisi accurrat auxiliator.

2 *Infixus sum in limo profundi:*

Ad modum eius qui secūdum corpus in limoso luto infixus est, in pfundo aquarum (ita vt mouere se non possit, aut enatando periculum euadere) ita nunc ego in profundo tribulationum hæreo infixus, ita vt per me non videam euadendi viam.

* *& non est substantia.*

& non est mihi vlla firma substantia, nihil est solidum vbi subsistā, nō est vbi firmum possim ponere vestigiū pedis mei, sed cōtinuo immergor profundius; quoque amplius laboro, eo infigor altius: sicut is qui in limoso profundo consistit, quo plus laborat corpore, vt se extricet, eo magis ac magis cœno infigitur.

3 *Veni in altitudinem maris:*

Deueni iā vsq; in profunditatē maris totus immersus vndis tribulationū, vt vix videar mihi posse mergi profundius:

* *& tempestas demersit me.*

& tribulationū impetus, atq; tumultus in modum tempestatis, quasi fluctus sæui maris

probria tu nosti pater sancte, qđ nō propter mea peccata ea sustineam, sed propter tuam voluntatem; quoniam tu me tāta pro hoīum salute voluisti perferre, ut pro eorum peccatis tuæ iustitię satisfacerem, neque nisi ex obedientia à te missus ad hanc deueni humilitatem.

11 *Extraneus factus sum fratribus meis, & peregrinus filiis matris meæ.*

Etiam fratribus meis, cognatis, vicinis, & cōciuibus factus sum extraneus, & filiis matris meæ, filiis synagogæ filiis populi; mei, factus sum quasi peregrinus & extraneus: et qui mihi proximi erant & B amicissimi præ miseria me nolūt agnoscere, quasi extraneos se gerunt, & quasi me nunquam cognouerint fugiunt à me, propter confusionis opprobrium.

12 *Quoniam zelus domus tuæ comedit me:*

Omnium autem tribulationū mearū origo hinc est, quia zelus, & ardens æmulatio siue desideriū pro gloria domus tuæ, siue populi tui, totum possedit & absorbuit atq; deuorauit me: propter quē zelū dum ferre non potui (vt nec debui) abominationes & impietates quas videbam inter eos, pro tui nominis gloria confiC dēter illis restiti, illosq; priuatim & palā redargui, vnde primū aduersū me odiū conceperunt, qđ me tandē in istā pertraxit miseriā. Itē & cum populum docerē, quæ mihi præcepisti docere, propter zelū salutis populi tui & glorię tuæ, cumque miracula ederem, illi aduersum me indignabantur & per indignationem atque inuidiam huic tandem me adduxerunt:

* *& opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me.*

& opprobria eorum qui p suas prauitates tibi exprobrabant, sup me ceciderūt, D ego tanquam proprias contumelias reputaui, imò maioris existimaui quā proprias pp quod, illas ferre nec uolēs nec potens, fiducialiter illis contradicebam, eosq; arguebam pro iis in quibus tuę

Ioan. 8. gloriæ (quā semper quæsiui) derogabāt.

13 *Et operui in ieiunio animam meam:*

Ego verò non reddam illis malum pro malo, neq; pro odio, odiū, cū mihi exprobrarent & maledicerēt, sed meipsum affi 17 xi in ieiunio & orōne p inimicis meis, tam propter tui nominis cōtemptū, quā A propter illorum impœnitentiā, ut pro malo redderem bonum.

* *& factum est in opprobrium mihi.*

& hoc ipsum ubi perceperunt, mihi uerterunt in opprobrium, ob hoc me deridentes, ampliusque uelut nanum, & ridiculum hominem contemnentes.

14 *Et posui vestimentum meum cilicium.*

Et ut perfectior esset acceptibiliorq; pro inimicis meis pœnitentia, etiam, uestitu lugubri incedebā, sacco & cilicio, hoc est, tristis & mœrens, merore etiam foras se prodente exteriori habitu, tum pp tuā B in honorationem, quod in eis nihil proficerem, tum q non illos ita uidebam & dolebam in sua obstinatos malitia,

* *& factus sum illis in parabulam.*

& factum est hoc mihi quod ita merens & lugens incessi in derisionem, quasi in prouerbium, parabolam, atq; locū publicum, uulgatum per ora hominum.

15 *Aduersum me loquebantur qui sedebant in porta:*

Aduersum me loquebātur palàm qui in publicis conuenticulis residebāt, utpote qui in porta sedebant, ubi publicus erat C hominum plurimorum conuentus, & cōtinuus multorum transitus, hoīes ditiores & potentiores qui illic residebant:

* *& in me psallebant qui bibebant vinū.*

& in opprobrium meum carmina sua cātabant bibentes uinum in conuiuiis publicis, in meum cōceptum, cantica uulgaria de me composuerunt, quæ decantarent aduersum me potores uini, in conuiuiis & commessationibus suis.

16 *Ego verò orationem meā ad te domine:*

Ego uerò īter hæc omnia orationē meā dirigebam ad te domine, coram te (qui solus eras tota spes & cōsolatio mea) effunD debam precem meam, sicque tibi colloquendo meipsum consolabar aduersum improperia illorum:

* *tempus beneplaciti Deus.*

ueniat tandem, o Deus, tempus beneplaciti tui, tempus beneuolentiæ in quo cō- Psal. 39.
placitum sit tibi eruere miserum de tantis angustiis, complaceat tibi tandē ut eruas me & respice ad adiuuandum me.

17 *In multitudine misericordiæ tuæ exaudi me.*

Secundum multitudinem atq; magnitudinē misericordię tuæ exaudi me, misericor-

ricordiarum pater, piissime Deus, qui nũquam soles derelinquere ad te clamantes de tribulationibus:

* *in ueritate salutis tuæ.*

exaudi me, inquã, in ueritate salutis tuę, quam pollicitus es exhibere & præstare omnibus qui te fiducialiter inuocant in necessitatibus: propter veritatem tuam, qua saluare pollicitus es fidentes tibi, exaudi & salua me.

18 *Eripe me de luto, vt non infigar:*

Eripe me de ãgustia tribulationũ cui hæreo infixus, quasi in luto, ut nõ illis permaneam, non illis absorbear.

* *libera me ab his qui oderunt me, & de profundis aquarum.*

saluum me fac ab aduersariis & osoribus meis, qui mala quærunt aduersum me, & de magnis tribulationibus quibus immergor & obruor, quasi in profunditate aquarum multarum.

19 *Non me demergat tempestas aquæ, neque absorbeat me profundum:*

Nõ me pęnitus demergat magnitudo tribulationis, in modum tempestatis aquarũ sese accumulantis & aggrauantis sup me, neq; in profundũ absorberi me patiaris, ut nõ rursum emergã; sed à grauissimis istis tribulationibus, quibus nũc premor, & penè suffocor, per resurrectionem à morte, iube me emergere:

* *neque vrgeat super me puteus os suum.*

neq; permittas puteum inferni super me claudere ostium suum, non derelinquas animam meã in inferno, neq; corpus in sepulchro, nõ permittas detineri aĩam meam in lymbo inferni, cum illuc ad liberandũ captiuos patres descẽderit: sed exitum dabis illi, ut ad corpus redeat vitamq; corpori restituat.

20 *Exaudi me domine, quoniam benigna est misericordia tua:*

Psal. 15. Exaudi me pater dñe, qm̃ misericordia tua ineffabilis erga oẽs oĩno homines, suauis & benigna est, & exaudiri auxiliariq; parata omnibus inuocantibus:

* *secundum multitudinem miserationum tuarum respice in me.*

secundum multitudinẽ miserationũ tuarum, qbus à sęculo misertus es humiliter te inuocãtibus, etiã ad me respice benigno aspectu fauoris tui, vt de ãgustiis afflictum liberes tuum unigenitum. Neq; enim tuum vnigenitum filium debes despicere, qui etiã sceruulos clamantes non dedignaris ex audire.

21 *Et ne auertas faciem tuam à puero tuo:*

Neq; auertere velis faciẽ tuã à me puero tuo, noli quasi iratus vultu auerso, orationem repellere, quam offero tibi:

* *quoniam tribulor velociter exaudi me.*

exaudi me quantocyus, & ne distuleris auxilium, quoniam vehemens est afflictio mea, & continuo profectu incremẽtum accipiens.

F 22 *Intende animæ meæ, & libera eam:*

Aspice benigno aspectu fauoris tui in animam meam, vt saluam facias eam.

* *propter inimicos meos eripe me.*

libera me ppter inimicos meos, propter inimicorũ meorũ rabiẽ, qm̃ non cessant affligere aĩam meam, & crescit continuo eorum aduersum me sæua crudelitas, ut quãtò illi aduersum me crudelius sęuiũt, tanto mihi tu fias ad auxiliandum atque saluandum propinquior.

Insuper & propter confusionẽ inimicorum meorum saluum me fac, vt confundantur & frustrentur ab iniquis cogitationibus suis.

23 *Tu scis improperium meum & confusionem meam, & reuerentiam meam.*

Tu namq; optimè nosti improperia & cõtumelias, quibus me affecerũt aduersarii, confusionẽ quoq; & erubescẽtiã meã: quàm multa, quàm fœda, quàm ignominiosa ab eis perpessus fuerim, quomodo nihil illuserint, quomodo de loco in locum cum ignominia publicè traxerint, quomodo diffamauerint, quomodo accusauerint falso testimonio, & omnino quantas contumelias, tam publicè quàm priuatim mihi irrogauerint.

24 *In conspectu tuo sunt omnes qui tribulant me:*

Corã oculis tuis sunt, neq; latere te possunt (quem nullum latet occultum) oẽs aduersarii mei, tu eorũ & numerũ & malitiã & corda habes optimè cognita, neq; ignoras quo animo, & quã iniquè contra omnem iustitiam mihi aduersantur:

* *improperium expectauit cor meum & miseriam.*

ego verò paratus sum ad oĩa quæcunque

que tu permiseris,& in quantiscunq; potestatē dederis eis:adeoq; non abhorreo ab his quas fero passionibus,vt et spiritus desiderio expectauerim improperia illusionum & passionum miserias. Desiderio n. desideraui,secundum spiritus desiderium calicem hunc bibere, quem tu cœlestis pater dedisti mihi.

Ioan.18

25 *Et sustinui qui simul contristaretur, & non fuit.*

Et cōsideraui, an esset aliquis qui in tantis tribulationibus mihi ostenderet compassionis signum,nec inueni:sed vniuersatur ab hominum, odio potentū atque principum excitata,simul omnis aduersum me clamitabat, etiam tunc cum me in maxima conspiceret miseria:

* *& qui consolaretur,& non inueni.*

Ioan.19 & expectando cōsideraui, si fortè aliquis mihi veniret cōsolator,& nō potui quenquam aduertere, qui mihi in tantis angustijs ferret solatium. Derelictus enim erā ab hominibus,& propter miseriam à me vniuersi aufugerant.

26 *Et dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto.*

Quodq; omnium immanissimū & crudelissimum erat,in nouissima angustia accepta iam crucis sententia,vbi peruenissem ad locum supplicii, cū misericordia erga reos vti hoīes solent,& ad cordis confortationē dulce præbere poculū, crudelissimi isti& passionibus meis insatiabiles hostes, dederunt mihi bibere acetū & vinū felle mixtum,ne in tāta quidem mea miseria vlla tacti misericordia.

27 *Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum,& in retributiones:*

Ioan.20 Propter hanc autē tā inauditam & immanem crudelitatem,quā contra me principes Iudæorum,Scribæ atq; Pharisæi,cum senioribus exercuerunt absq; misericordia,fm ordinem atq; definitā sententiam iustitię tuę,grauissima vltione punies eos pro impietate sua. Apparatus namq; promissionum temporalium,in quas semper intentos habent mentis suæ oculos, erit illis in occasionem mortis, tanquam laqueus quo irretiantur ad perditionem, & in retributionem finalem atque nouissimam,post quam non sperent neque expectent aliam:

* *& in scandalum.*

itē & in offendiculum, quod illos faciet ab externa salute cadere:quia temporalibus inhærentes promissis,cęlestia & sempiterna longè potiora negligēt. Nam pp temporalium promissionum respectum, in quas ex legalis literæ consuetudine intēdunt semper oculos, Christum absq; illis venientem contempserunt, sicq; ab æterna retributione ceciderunt,& de peccato in peccatum malè scandalizati corruerunt.

28 *Obscurentur oculi eorum, ne videant.*

Obscurabitur quoq; acies mentis eorū, sic vt veritatem fidei & Euangelicæ veritatis videre nequeāt. Excęcabit enim eos odium & malitiosa inuidia,vt non attendant sermonibus veritatis,sed magis resistant,omni sua virtute:

* *& dorsum eorum semper incurua.*

& semper ipsi in ima respicient, qūo solent qui dorso incuruato incedunt.Idq; vel tpalia p bona respiciendo,vel sub pondere & seruiture legis grauiter sudando. Ipsi namque qui illuminari potuerant oculis, si veritati voluissent acquiescere magis quàm repugnare,atq; per libertatem Euangelicam potuerant exonerari à legis onere,in sua cęcitate obstinati eligent permanere obscurati mentis oculis,& dorso incuruato sub pondere legis sudabunt.

29 *Effunde super eos iram tuam:*

Effundes tu sancte pater,super eos vindictam iræ tuæ:in abundantia iracundiæ, iusto tuo iudicio exercebis in eos vindictam magnam:

* *& furor iræ tuæ comprehendat eos.*

& indignatio tua magna,ad quam te prouocauerunt, comprehendet eos, puniet eos,vltionemq́ue de eis accipiet grauissimam.

30 *Fiat habitatio eorum deserta, & in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet.*

Loca habitationis ipsorum, tuo iudicio fient deserta ab habitatoribus suis: & in ciuitatibus ac domibus eorum non erit ex eis,neque de semine eorum inhabitator. Eiicientur enim ipsi à ciuitatibus & domibus suis, & occupabunt alieni terram eorum: euenietque illis quod timere se simulauerant, vt locum suum

& gen-

ctum erat atq; ligatum peccatorum uin- A culis, in carcere mortis, sub tyrānide principis tenebrarū, ipse non despexit, nō neglexit, nō est oblitus in finem: sed misericorditer respiciens, saluatorem misit illis in opportuno tempore:

Bos etiam qui in lymbo inferni uincti atque capti detinebantur, quasi in umbra mortis spiritus dilectorum suorū, nō despexit neq; neglexit, sed dulci visitatione, per me filiū suū de captiuitate eduxit.

39 *Laudent illum cœli & terra: mare & omnia reptilia in eis.*

Laudent illum, & celebrent pro tātis be- B neficijs humano generi exhibitis omnia quæ creata sunt, cęli, terra, maria, & oīa, q in eis sunt. Dignum enim est, ut pro tanto beneficio ab omni creatura laudetur munificentissimus dominus; quoniam laudabilis est nimium, nec laudari sufficit, qui & condidit & reparauit omnia.

40 *Quoniam Deus saluam faciet Sion:*

Quoniam dominus populum suum fidelem quem elegit, saluum faciet à peccatis, à damnatione mortis, atque tyrannide diaboli.

*& ædificabuntur ciuitates Iudæ.* C

& per operationem gratię eius ædificabū tur ciuitates Iudæ, Ecclesiæ fidelium credētium & confitentium nomini eius erigentur & ꝯfirmabuntur, post Christi ascēsionem, prædicantibus Apostolis.

41 *Et inhabitabunt ibi:*

Et in ciuitatibus istis in habitabunt fideles tanquā domestici in domibus suis, tā quam conciues in ciuitatibus suis, tanquam oues in ouilibus suis:

*& hæreditate acquirent eam:*

& hæreditate posside bunt eas, in eis ha- D bitantes, nō tanquam hospites & aduenæ, sed tanquam filij & hæredes, ciues facti sanctorum & domestici Dei.

Ephes. 2. 42 *Et semen seruorum eius possidebit eam, et qui diligunt nomē eius inhabitabunt in ea:*

Roma. 8. Posteri quoque & nepotes fidelium patrum fidem in sequentes, usque in finem sęculi possidebunt sanctam Ecclesiā, quasi hęreditatem suā: & amatores nominis tui usq; ad consummationē sęculi habitabunt in ea, tanquā in domo sua. Nunquā n. destituet' habitatoribus fidelibus

Psal. 44. Ecclesia Dei, qui pro patribus nasci semen per faciet filios, parentū fideliū imitatores fideles, quos constituat inhabitatores & possessores domus suæ vsq; in sęculū.

## ANNOT. IN PSAL. LXVIII.

Versu 1. Saluum me fac Deus, qm̄ intrauerunt aquæ vsq; ad aīam meā. Manifestum est in quatuor primis uersibus, metaphoricam esse loquutionē. Assimilat. n. se Christus in passionum amaritudine, mortisq; periculo positus, homini consistenti in profundo aquarum: qui cum totus iā sit immersus, ita ut aqua ingrediat' p cunctos corporis meatus, & iā interiora osa occupet, adhuc tamē periculum patit' ex immersione in molle & uiscosum lutum, qd in fundo sub pedibus eius est, cui cōtinuo altius infigit': & quantò magis sese eximere laborat, tanto infigit' pfundius: q in tanto discrimine uitæ se conspiciens, uocē eleuat, & usq; ad raucedinē quantum præualet clamat, undiq; circunspiciens, si usquam forte uideat, cuius possit inuocare auxilium. Qua considerata metaphora, facile erit uersus quatuor priores intelligere. Quod autem uersu secundo dr̄, Non est substantia, Grece est οὐκ ἔστι ὑπόστασις: qd uerti pōt: Nō est subsistētia. Quod clarius vertit ex Hæbręo Hieronymus, Non possum consistere. Felix, Nō est stabile. Versu 5. Multiplicati sunt sup capillos capitis mei. Hyperbolica loquutio est, qua significatur innumerabilis & magna valde multitudo, iux ta vulgatā loquendi cōsuetudinē. Posset tn̄ subtiliori cōsideratione exponi, secundum prosequutionē metaphoræ in priorib' uersibus habitę, ut inimici isti intelligātur i modum aquarum innundātium adeò excreuisse, vt capillos ac verticē capitis iā videātur supergredi: queadmodum desperata penè res est, post quā sup verticē capitis aqua ascēdit, maximè vbi limo infixus inhæserit, ne possit enatare. Sed prior expositio sm̄ hyperbolen, ita se manifeste offert, ut uix secundæ huic probabilitas relicta uideatur. ¶ Ver. 6. Quę non rapui, tunc exoluebā. Prouerbialis & hic sermo videtur, quo utimur, quoties significare volumus, quempiam pro facinore quod non patrauit immeritas pęnas pē-

 dere:

mor et post resurrectionem appellabit) A fractus fuit in passione extraneus, quia relicto eo omnes fugerunt, princeps insuper illorum trina negatione abiurauit. Filios aūt matris suæ, manifestum est fm carnem nō debere intelligi. Maria.n. mater ipsius, vt virgo in partu, sic & post partum inuiolata permansit, solius primogeniti sui mater benedicta: sed fm mysticā intelligētiam, filios Synagogæ, vel filios populi sui, oportet intelligere: vnde Paraph. Chald. sic habet, Et velut filius gentium siue alienigenarum factus sum filiis populi mei. Aut figurate filios matris B suæ dicit cōiunctissimos cognatione & sanguine. ¶ Versu 12. Zelus domus tuæ comedit me, & opprobria exprobrantiū tibi ceciderunt sup me. Huius verbi (quē admodū ex secundo capitulo Euangelii Ioannis discimus) recordati sunt Apostoli cū Christum vidissent facto flagello de funiculis eiicere vendentes & emētes de tēplo, mensas nummulariorum euertere, æsque illorū effundere. Recordati sunt, inquit, discipuli, quia scriptū est, Zelus domus tuæ comedit me. Loquit aūt illo in loco de domo & tēplo materiali, cuius C mundītiā & reuerentiā magno zelo Christus ardebat, q locus ille patri suo fuisset deputatus ad cultū specialem. Multo vero magis zelus domus Dei spiritualis (q est Ecclesia sancta, ex viuis ædificata lapidibus) Christum comedit, ac totū possedit, quanto signum melius est signato, & res ipsa figura præstantior est. Tēplum .n. illud materiale, Ecclesiæ spiritualis tēpli, figura fuit: quemadmodum & cultus exterior, qui in illo exhibebatur, interioris cultus, quo in spiritu seruitur Deo in Ecclesia, signum tm̄ & figura extitit. Merito proinde sibi metuant, ac dum tempus est miserendi prospiciant per pœnitentiam, qui domum hanc spiritualem Dei, speluncā efficiunt latronū: qui Ecclesiam sanctā suis doctrinis siue exemplis pessimis scandalizant atq; defœdant. Veniet, veniet, qū non iam in flagello de funiculis, sed in romphæa sua ex vtraque parte acuta, pugnabit aduersum hmōi in gladio oris sui, quando non iam cathedras euertet & mensas, non æs in terrā effundet, sed animas simul & corpora in

Matt. 15

Ioan. 2.

Deut. 8.

Apoc. 2.

Rom. 15

D

ira implacabili perdet, mitteiq; in camīnum ignis inextinguibilis. ¶ Secūdā aūt partē huius versus, quā Paulus allegat capite decimoquinto Epistolæ ad Romanos, alii sic intelligūt, opprobria quibus tibi contemptū & vilipensionē fecerunt peccatores, ita cordi accepi, ita mihi adfērendū grauia fuerunt, ac si illata fuissent mihi: imò magis me presserunt, atque ad tollerandum grauiores mihi fuerant, q si mihi irrogata fuissent: sicq; dissimulare nolui, neque silere, quin illos pro tua gloria redarguerē. Atq; ita solent hoīes quasi sibi factum reputare, quod aduersum illos fit, erga quos optimū affectum gerunt: vt si quis exprobrat patri, cadit hoc ipsum super filium, si rectè patri afficitur, neq; minus dolet hoc filio, quàm si in persona sua accepisset contumeliam, neq; (si potest) feret patris contumeliam. Et hæc quidē sententia huic loco admodum conueniens est, præcedentiq; particulæ, Zelus domus tuæ comedit me, valde consona, eamq; solam in Elucidatione expressimus. Alii tñ malunt sic intelligere, Peccata & mala hoīum, quibus exprobrant tibi, super me ceciderunt: qm̄ quicquid illi peccabant, super me veniebat: meum erat dependere & pœnas luere, qm̄ in me suscepi persoluenda passionibus meis quæcunq; illi cōtra te nequiter egissent. Alii rursum sic intelligunt, Peccata oīa quibus tibi exprobrauerunt hoīes, ego tanquam mea suscepi, sic tanquam propria defleui, ac pro eis dolui: rm̄ cor meum vulnerabant atq; affligebant, ac si propria fuissent peccata pp zelum honoris tui. Et hæc sanè ad propositum Apostoli aptè quadrare videnť, qui ex hoc scripturæ loco docere conatur, Christi exemplo, firmiores fidelium non debere cæteros ob imperfectionem spernere, sed magis eorum defectus & peccata sustinere. Etenim Christus, inquit, nō sibi placuit, sed (quēadmodū scriptū est) improperia improperāriū tibi, ceciderūt sup me. ¶ Versu 13. Et operui in ieiunio animam meam, & factum est in opprobrium mihi. Quid est in ieiunio operire animam? quo potest cooperiri anima, maxime autē ieiunio. Cooperire dictum videť pro abscondere, id est, humiliare vt

 sitsen-

de filio loquitur, Propter scelus populi mei percussi eum. Percussi (inquit) nō q̄ sequutus sum, quoniā p̄p scelus nō proprium, sed alienum. Et ex persona generis humani, eodem in loco dicitur: Disciplina pacis nostræ super eum, hoc est, disciplina, correctio, atq; punitio pro peccatis nostris patri debita, per quam patri conciliari, inq; eius gratiā redire debeamus, super ipsum uenit, super ipsum imposita fuit: quoniam uoluit pater, ut ipse percuteretur, atq; (ut ita dicam) disciplinaretur pro o͞ibus nobis: ut nos per eius disciplinā, pacem haberemus apud patrē. Impii autē Iudæi, quem Deus percussū uolebat, odio crudeli & immani crudelitate, inimicissimo animo persequuti sūt, non quasi ministri, sed tanquam suæ propriæ peruersissimæ impietatis, propria authoritate & uoluntate exequutores. ¶ Quod aūt sequitur, Et super dolorem uulnerum meorum addiderunt, præter expositionem in Elucidatione positam potest etiam sic intelligi. Addiderūt etiā ignominiam & opprobria uerborum, ac gesticulationem super dolorem, quem ex inflictis corpori grauissimis uulneribus patiebar. Admodum uero festiua est collusio illa quę est uersus statim sequentis: Appone iniquitatem super iniquitatem eorum, ad partem iam ante tractatā Super dolorem uulnerum meorum addiderunt. Indicatur enim hac allusione, correspondentia pœnæ ad culpam, tanquā si dicat, illi sine compassione, crudeli animo uulnera uulneribus, plagas plagis apposuerunt, ad uulnera quoque & passiones corporis etiam contumelias, & opprobria adiecerunt, tu ex aduerso in ultionem appones iniquitatem super iniquitatē eorum, sines eos de peccato ruere in peccatum, absque retinaculo. Iudicium enim sine misericordia debetur illis, qui non fecerunt misericordiam. Cū autem in secunda parte uersus dicitur, Et nō intrent in iustitiam tuam, aduerte, signanter dictum esse, iustitiam tuam. Hęc enim est illa iustitia Dei, iustitia fidei, iustitia vera, quæ (vt Paulus Apost. ait) per fidem est Iesu Christi, in omnes, & super omnes qui credunt in eum, quam idē Apostolus toties à iustitia Iudaica siue legali distinguit, in ea potissimum Epistola quam Romanis scripsit, appertissimè uero capitulo 10. ubi sic ait, ignorantes enim (Iudæi) iustitiam, & suam quærentes statuere, iustitiæ Dei non sunt subiecti. Finis enim legis Christus, ad iustitiam, omni credenti In hanc ergo iustitiam dicit nō ingressuros illos, sup quos ueniet hæc diuina ultio. Cum tamen plenitudo gentium intrauerit, tunc & reliqæ ex Israel (iuxta Apostoli vocē) introibūt in hanc iustitiam, & saluæ fient. ¶ Versu 33. Deleantur de libro uiuentium. Notus est ex scriptura liber uitæ Dei, uel Moyse dicente, Si non dimittis populo hanc noxam, dele me de libro quem scripsisti. Hic liber non aliud est, quàm Dei præscientia & prædestinatio, qua electos ad salutem ab ęterno uenturos cognouit, atque ut peruenirent prędestinauit; de quo libro & iis qui in eo scripti sunt, frequēs in sacra Apocalypsi sermo habetur. De hoc libro, si, ut ferè solet, hic passus exponatur, quæstio suboritur, quomodo possit deleri aliquis de libro uitæ, cum fieri non possit, ut qui semel prędestinatus est, à prędestinatione cadat, uiq; is, quem Deus ab æterno pręuidit saluandum, salutem non consequatur. Erit autem facilis solutio obiectionis, si dicamus impropriè accipi in hoc loco uerbum deleri, non ut significet semel inscriptum eradi Sic enim impossibile est, semel uerè scriptum in libro uitę deleri: sed accipi impropriè, pro non scribi in libro, ut impios de libro uiuentium deleri, non aliud sit, quàm impios in eo non adscribi simul cum iustis. Atque ita pars sequens, Et cum iustis non scribantur, prioris erit explanatio, quod in scripturis Propheticis, maxime autem in Psalmis, non est, infrequens. Subtiliori uerò consideratione referre possumus hanc delectionem in generali ad ipsam gentem Iudaicam, facta consideratione ad patres eorum. Ante enim Christi aduentum, uidebatur sola gens iudaica hunc librum occupare, quoniam propter electionem (ut ait Apostolus) charissimi erant, & soli populus Dei peculiaris, genus electum, gens sancta, cæteris interim populis sub ira Dei constitutis

Margin notes: Ibidem; Rom. 5.; Iacob. 2.; Rom. 3.; Rom. 10.; Rom. 11.; Exo. 32.; Rom. 8.; Ephes. 1.; Apoc. 2. & 21.; Rom. 1.

atque ita ut filiis mortis in mortis libro E descriptis. Post Christi autem passionē, & in cœlos ascensionem, Iudæis nolentibus oblatam gratiā recipere, gentibus autem econtrario ambabus (quod aiunt) manibus Dei gratiam excipiētibus, mirabilis facta est commutatio, meritoq; deleta est Iudaica gēs de libro uitæ, in quo patres eorum vt populus dilectus scripti fuerant, fuerantq; & ipsi non delendi, si non seipsos indignos præstitissent. populus autem nationem, in librum uitæ meruit sua crudelitate ex Dei munere inscribi. Atque ita quidem in generali, populi E totius reprobatio designatur, non quidē ita, ut ex eis nemo possit salutem cōseq, aut quasi singuli fuerint exclusi, sed quia nō amplius tota gens illa, ut olim, in electione & peculio Dei, ut ita loquar, permāsit. Poterit tertio hic locus rectè intelligi aliter, quam de libro uitæ Dei, ut de libro uiuentium deleri à memoria hominum. Memoria.n. hominum quasi eorum liber est, Atque ita sensus erit, Deleantur de memoria hominum, quātum ad felicitatem & gloriam, in qua antè fuerūt, hoc est, ita eos fac humiles, abiectos G & miseros in exilio suo, ut iam nulla sit pristinę felicitatis memoria, ut prorsus quasi non sint, & nullius habeantur momenti in seculo. Atq; hanc intelligentiā præcedere uidetur, quod habet Paraphrasis Chald. Deleantur de libro memoriæ uiuorum, & non moueantur intrare in Ecclesiam iustorum tuorum. Attamē hęc expositio, cæteris minus probabilis uidetur. Tametsi enim frequentius in scriptura inueniatur, deleri nomen alicuius, pro eo quod est perire de memoria hominū non arbitror tamen, quod hic dicitur de H libro deleri, uspiam in tali significatione reperiri. ¶ Versu trigesimo sexto. Et placebit Deo super uitulū nouellū, cornua producentem & ungulas, super uitulum nouellum, i. magis quàm uitulus nouellus cornua producens & ungulas, hoc est, magis, quā uitulus nouellus cornutus, & ungulatus, ad significandum uidelicet ætatem sufficientem, & satis maturam ad offerendū. Et sub hoc intelligimus omne sacrificium legis ueteris. Gratior enim est Deo cōfessio laudis, quàm ueteris legis quodcunque sacrificiū. Alii putant additionem illam de cornubus & ungulis, ad uilipensionem hostiarum ueterum addi, quasi diceretur, Placebit Deo confessio laudis meæ, magis quam uitulus cornutus & ungulatus, ac proinde irrationale animal. Laus enim Dei rationalis, quo de corde & intellectu procedit, multo acceptior ē Deo, q̄ creatura irrationabilis, in sacrificio. Nōnulli uerò intelligunt, super uitulum nouellum, i. de uitulo nouello, dicētes Deo esse beneplacitum. uel de nouello uitulo ad mysticas intelligentias recurrentes. Quod autem priori loco dictū est, longe uī probabilius. ¶ Versu 40. Qm̄ Deus saluam faciet Sion, & ædificabūtur ciuitates Iudæ, Qd̄ p Sion intelligatur præsens Ecclesia, ex plurimis Psalmorum locis in prioribus fecimus manifestum. Vnde Ps. 2. dicebat filius, Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius. Et Ps 47 Lætetur mons Sion, & exultent filiæ Iudę. Quę aūt hic dn̄r ædificādæ ciuitates Iudæ, eædem sunt quæ illo in loco dicuntur filię Iudę, particulares uidelicet Ecclesiæ, in quibus est confessio nominis Christi, quæ omnes tamen ubicunq; terrarum consistant, Sion vnam habent matrem, unam scilicet vniuersalem Ecclesiam; quæ omnium est particulariū mater. Non enim plures sponsas aut vxores patitur sponsus sanguinum, quæ non in unam conueniant, & non ex vna sint matre progenitæ, & si plures recipit vxores, eas necesse est ex una matre esse sorores.

Psal. 2.

Psal. 47.

## LXIX. PSALMI ARGVMENTVM.

*PSalmus iste oratio est hominis in grauibus tentationibus sine spiritualibus siue corporalibus positi, postulantis Dei inimicorū auxilium à quibus tētatur, & periculum patitur, confusionem atq; cessationem, ac demum piorū de sua liberatione exultationē. Manifestū est aūt, totum penè hunc Psalmū in Psalmo trigesimonono superius exposito esse inclusum, & huius Psalmi singulos uersus in illo inueniri. Qua ppt nō opus est ut hoc loco singula tractent exactius.*

LXIX. PSAL. ELVCIDAT.

DEVS in adiutorium meum intende: Deus meus, mea omnis spes & fiducia, intentus esto ad auxilium meum contra hostes meos: qui nisi tuo iuuer auxilio, facilè mihi præualuerint sua fortitudine; te autem auxilium ferente, nihil quicquam poterũt, & quia viget me vehementer aduersantium improbitas, neque fatigantur in tentando siue oppugnando, circumeuntes die, ac nocte ad perdendum me, iccirco festinato opus est:

* *domine ad adiuuandum me festina.*

neq; moreris quæso aut differas amplius ferre opẽ periclitati in dilatione auxilij.

2 *Confundantur, & reuereantur, qui quærunt animam meam.*

Fac tuæ virtutis auxilio confusione, & erubescentia perfundatur omnes aduersarij mei, qui tollere quærunt animam meam, qui insidiantur uitæ meæ, & in mortem cupiunt præcipitare pauperculam animam meam: quorum studium atq; desiderium in hoc est, ut uitam auferant mihi inferantque mortem.

3 *Auertantur retrorsum, & erubescant, qui volunt mihi mala:*

Fac retrorsum abeant, & confusione atque pudore afficiantur omnes qui moliũtur aduersum me mala, qui mihi nocere cupiunt, qui uel insidias mihi struunt ut occultè noceant, uel etiam aperto odio me oppugnant ut interficiant.

4 *Auertantur statim erubescentes, qui dicunt mihi euge euge:*

Fac retrorsum conuertantur cum confusione & reuerentia, qui mihi vel insultantes & exprobrantes, uel de malo gaudentes atque plaudentes, dicunt, euge euge, siue uah uah, si viderint aliquid mihi aduersum contingere. Hos insultatores meos, gaudentes de malo alieno, coge tu à cœpto desistere suæ maliciæ proposito: fac illos suo intento frustrari, & quod conantur minime consequi.

5 *Exultent & lætentur in te omnes qui quærunt te:*

Illi verò qui te ex animo & fideli corde quærunt, qui tibi placere, & tibi amicitia iungi desiderant, atque ad hoc conantur iugiter, gaudeant huiusmodi & lætentur, cum me viderint de impiorum manibus tuo auxilio liberatum:

* *& dicant semper magnificetur Dominus qui diligunt salutare tuum.*

& qui tuam salutem diligũt, eamq; omnibus communẽ fieri, & ad oẽs pertingere gaudent (cuiusmodi sunt omnes pij) dicant pro gratiarum actione, semper magnificetur Dominus, sit semper & in secula Deus noster benedictus, qui pios nouit de tentatione eripere, & cum tentatione semper prouentum facere, ut ualeãt serui eius sustinere, neque unquam relinquit in se sperantes. 1.Co.10 Psal. 9.

6 *Ego verò egenus, & pauper sum:*

Ego verò ante oculos tuos, ò Domine, sum non aliud, quàm pauper & mendicus ex memetipso nihil nisi miserias & infirmitatem habes, plenus egestate absque omni bono, nisi tu donaueris: qui necesse habeo à te omnia mendicando & postulando accipere:

* *Deus adiuua me.*

tu proinde, Deus piissime, qui pauperes exaudire soles, & pauperum atque humilium curam gerere singularẽ, adiuua me, tuum auxilium humiliter implorantẽ cõtra aduersarios meos. Ibidem.

7 *Adiutor meus & liberator meus es tu:*

Tu es quem ego elegi auxiliatorem meũ, & quem spero saluatorem atque liberatorem.

* *Domine ne moreris.*

ò Domine, ne morã facias, ne ultra differas ferre mihi opem contra importunos hostium insultus, sed in tempore adueni, priusquam mihi præualeant qui oppugnant, ut tua ope liberatus, tibi gratias agam in secula seculorum. Amen.

## ANNOT. IN PSAL. LXIX.

VErsu 1. Deus in adiutorium meũ intende, Domine ad adiuuandũ me festina. Oratione ista maximã opus habet, eiusdemq; frequentissima & indeficienti replicatione, qui perpetuum cum hostibus nõ desidibus aut somnolentis, sed peruigilibus utique & alacribus, certamen habent.

habet. Quapropter recte Ecclesiastica institutione hic versus singulis canonicis horis permittitur, atq; in ipso iam initio solenni voce cōcinitur, antequā ad Psalmos canendos, siue aliud quicquam decantandū procedatur. Primū.n.est, vt hostiū insultum postulemus reprimi, quo sic quietius atq; securius, Diuinis deinde laudibus possimus vacare. Sed & antiqui illi eremi apud Aegyptū incolæ, discipulos, maximè nouitios, docebant, verbū istud frequenti iteratione etiam in medijs occupationibus & exercitijs corporalibus, ardentiq; affectu in Deū velut eiaculari: Nullis.n. tyronibus Dei cō:ra aduersarios auxilio maximè est opus. ¶ Versu 5. Et dicant semper magnificetur Dominus, qui diligunt salutare tuū. Aduerbium semper in medio positum, poterit vel eum sequēti construi, hoc modo, Et dicant, semper magnificetur Dominus: qui diligunt salutare tuū: vel cum præcedenti, hoc modo: Et dicant, semper magnificetur, Dominus &c. Prior autem constructio magis videtur conuenire, quam & in Elucidatione solam expressimus.

## LXX. PSALMI ARGVMENTVM.

*Psalmus iste eiusdem ferè argumenti est cum Psal. 30. in quo etiam aliquot uersus priores ad verbum ferè positi sunt, & expositi. Exercitat in eo vir iustus spem suam in domino, eū asserens suū protectorem munitionem atq; refugium, in quo sperauerit à iuuentute, ex matris utero, eundemq; multa verborum replicatione, contra aduersariorum insultus, ita precatur habere perpetuum protectorem atque saluatorem, vt ab eo nunquam ne in ultima quidem senectute derelinquatur: sciens, quàm facilè in prædam & subiectionē veniret efferatissimis hostibus, si uel ad tēpus modicū à Deo derelinqueretur suis viribus. Pollicetur autem pro gratiarum actione, magnificam laudem & perpetuam prædicationem iustitiæ atque ueritatis Dei, quam cunctis et post venturis generationibus promittit (iuxta quod à Deo non per humanam sapientiam edoctus fuit) facere manifestam: in conclusione tandem Psalmi versu 22. peculiariter commemorans mirabilem Dei erga suos electos dispensationem, in eo φ grauissimis illos nonnunquam permittit affligi tribulationibus, eosdemq; vbi placitum sibi fuerit liberatos, quasi ab inferis ad uitam reducit: qua in re, duo simul, electis suis Deus commonstrat, nempe infinitam suam potētiam, qua de tētatione quantūuis maxima, et humanis uiribus insuperabili, nouit suos electos eripere, simul & maximam ineffabilemq; suam misericordiam, qua nunc nec in desperatissimis & difficilibus rebus deserit in se sperantes. Propter quæ, tam fidelissimo liberatori laudem promittens, in musicis instrumentis, in lingua & labijs, ex corde depromendā, ita terminat salutarem exercitationē.*

Ibidem.

## LXX. PSALMI ELVCIDATIO.

*IN te Domine speraui: non cōfundar in æternum.*

In te Dñe Deus meus spem meam omnem constitui, non me patiaris unquam confundi, neque in confusionem æternam uenire permittas.

2 *in iustitia tua libera me, & eripe me.* sed propter iustitiam, ueritatem, & fidelitatem tuam, libera me ab omni periculo & confusione, quemadmodum in te speraui. Exposcit.n. hoc tua iustitia, quòd uerax es, quòd fidelis in promissionibus, vt (sicuti pollicitus es) tuo auxilio non destituas in te sperantes.

Ps. 144.

Ps. 90.

3 *Inclina ad me aurem tuam:* Inclina Deus auditū tuum ad precē meā, & dignanter attende orationi meæ:

4 *& salua me.* festina, ne tardaueris, ut eruas ac liberes animā meam de periculis, angustijs, & necessitatibus, siue spiritualibus, siue corporalibus, in quibus versor.

5 *Esto mihi in Deum protectorem, & in locum munitum: vt saluum me facias.* Talem te mihi exhibe domine Deus, ut sis mihi defensor atq; propugnator, pariter & asylum, siue tutus refugij locus, ut ita me facias saluū ab inimicis meis: quatenus protector, pro me tua potentia contra aduersarios meos dimicās, ac pugnās, quasi asylū verò atq; tutus locus refugij, me ad te cōfugiētē veluti abscondēs, cō-

elu-

cludens, atq; diligẽter custodiens, ut accessum ad me hẽre nõ ualeãt nocere parati.

4 *Quoniam firmamentum meum & refugium es tu.*

Tu enim dñe es mea omnis fortitudo, & in te est robur meum omne, per cuius ꝓpugnation ẽspero ab inimicis fiori saluus, & tu es meum tutissimum refugium ad quem sp in oĩbus periculis confugiẽs spero inimicorum rabiem effugere.

5 *Deus meus eripe me de manu peccatoris, & de manu contra legem agentis, & iniqui.*

Deus meus tota fiducia mea, salua tu me de manu peccatorum, in quibus nullus inest timor tuus, & de manu hominum contra legem tuam agentium, & iniquorum, qui ex peruersitate cordis sui absq; timore & pudore operantur cõtra ęquissimas leges tuas atque præcepta, quicqd eis fuerit collibitum, de manu & potestate istorum salua me, non me permittas istis uenire in potestatem, ut mihi unq̃ præualeant, aut me in cõsensum aliquã do pertrahant suæ malitię.

6 *Quoniam tu es patientia mea, domine.*

Tu enim es patientia, sustinentia, spes & expectatio mea, propter quem ego cun-C ctas impiorum suasiones & proposi-iones abiurari, & etiamnum abiuro, tuã solus consolationem & salutem desiderãs atq; expectãs, tu solus es quem sustineo, quem in perseuerantia & potentia expecto, consolatorem & saluatorem meum

* *Domine spes à mea iuuentute mea*

ò domine spes mea & tota fiducia fuisti ab ineunte ætate mea, ab ipsis ineunabulis, statim ut cœpi ratione uti, in te spem meam costitui

7 *In te confirmatus sum ex vtero:*

in te ego sum firmatus, & fiducia spei ue-D lut defixus, ab eo penè tẽpore quo egressus sum utero matris meæ, usque in ætatem istam in qua uiuo, ab eo tempore spes tu te hæsit, & infixa fuit, atque firmata fiducia spei meæ:

* *de uëtre matris meæ tu es protector meus.*

ab eo tempore quo, de matris meæ utero egressus sum, te semper & habui & sensi protectorem atq; saluatorem, qui me pauisti à primo die egressus materni uteri insup à periculis plurimis & grauissimis seruasti, & in omnibus tua protectione A saluum me custodisti.

8 *In te cantatio mea semper:*

Tu mihi semper fuisti laudis materia, de te semper fuerunt mea cantica, & quicqd cantabam uel dicebam, tui nominis gloriam & laudem continebat:

* *& tanquam prodigiũ factus sum multis.*

& ego factus sum multis tanquam prodigium quasi spectaculum factus sum orbi, coniectis omnium oculis in me, & admirantibus uelut rem supra naturam: q' de, tot ac tãtis saluus manis saluissem, ex i stimãtibus, id, sicut nec re uera erat huma B na uia non fuisse possibile,

* *& tu adiutor fortis*

sed tu mihi fuisti ualidus & præpotens adiutor, qui in omnibus his semper mihi ad fuisti, & non es passus uenire me in manus quærentium animam meã: in te nãq; manus hostium etiam potẽtissimorum plurimorum potui euadere, quod propriis meis uiribus minimè potuissẽ

9 *Repleatur os meum laude:*

Vt autem gratus tibi esse ualeam pro tãta tua erga me sollicitudine peto, os meũ repleas laude in me, doceas per, illumina-C tionem & eruditionem internam spũs tui quomodo te digne laudare queam;

* *ut cantem gloriam tuam, tota die magnitudinem tuam.*

ut cantare possim magnificentiam gloriæ tuæ, & iugiter omnibus diebus uitæ meæ canticis & psalmis, ualeam celebrare magnitudinem tuam, secundũ quã p omnia uerè es maximus.

10 *Ne proiicies me in tempore senectutis.*

Et postquam à puero, mei semper sollicitissimam gessisti coram nolit quæso pati, vt in ætate pleniori, aut etiam iam defi-D cieti, à te aberrẽ, & à tua gratia excidã,

* *cũ fecerit uirtus mea, ne derelinquas me.*

qui me semper in tuo seruitio cõfortasti cum essem ualido & uegeto corpore, ne patiaris me (quæso) à te aberrare aut te relinquere tempore senectutis, quãdo deficere incipiet uirtus mea. Esset enim id prorsus abominabile, si ego, quem sẽp à pueri tãta cura ĩtua seruitute custodisti, in ætate tandem deficiente delirate incipiens in tua seruitute me separarem sic que à te & tua gratia dereliquerer: insup siquãdo aduenerit ĩ anima mea tẽ

pus senectutis, id est, tepor deuotionis, & E
declinatio à feruore charitatis pristinæ,
ita vt contingat aliquãdo refrigescere in
me charitatem: sicq; ad nihilum incipiat
tedere vita spiritus mei (quemadmodum
temporali senectute corpus frigescit, de-
perẽũte calore, & uira ad occasum decli-
nat) vt tum me nõ sustineas in totum fri-
gifieri, & prorsus vitã spiritus perdere:
sed si forte, quacunque occasione, in eius
modi statum deuenero, tẽpestiue memen
to mei, & reuoca ad te, atque ad charita-
tis pristinæ feruorem tua benignitate rẽ-
stitue, priusquam totius frigescam, & uirã F
perdam funditus.

11 *Quia dixerunt inimici mei mihi:*

Neq; verò immerito de futuro tempore
sollicitus, nũc oro (donec mihi sum bene
conscius) pro ijs quæ obuenire aliquãdo
possent. Scio namque meorum hostium,
qui me ad mortem quęrũt, infatigabiles
conatus, & propriam meam fragilitatẽ
non habeo incognitã. Ecce. n. aduersatij
mei, vbi vel modicũ viderint me refrige-
scere siue flaccescere in tuo seruitio, mox
contra me loquuntur:

* *& qui custodiebant animam meam, consi* G
*lium fecerunt in vnum.*

& ipsi qui semper obseruant animã meã
nocte ac die circumeũtes, si qua tandẽ va
leant inuenire aditum expugnandi, aut si
qua tandem occasione possint ad nocen
dum mihi pertingere, ipsi mox iunctis ca
pitibus, concilium pariter ineunt, tractã-
tes quomodo facilius suam de me volũta
tem adimplere possint, quomodo in mor
tis laqueum certius præcipitent.

12 *Dicentes Deus dereliquit eum:*

Dicunt ad inuicem sese exhortantes, ecce
iam senescere incipit, iam non qualia so H
ler operatur, feruor abcessit, non apparet
solitæ charitatis in eo ardor: nũc esse op
portunum tentationi tempus est; quod
tam diu quæsiuimus: apparet illum iam à
Deo derelictũ, quo protectore hactenus
præualere nequiuimus:

* *persequimini, & comprehendite eum, quia
non est qui eripiat.*

nunc autem sic derelictum audacter pse-
quamur, modò nõ cessemus ab oppugna-
tione. Spes. n. est proposita victoriæ, ubi
ab auxilio se subduxit ille, per quẽ cõti-
git huic semper uictoria. Ecce iam nõ ha
bet, qui eum de manibus nostris saluet, fa
cile iã illi virtute nostra præualebimus;

13 *Deus ne elongeris à me:*

Ita pfecto loquũtur aduersus me hostes
mei infatigabiles, si vnquã vllo signo, vel
indicio pcipere sibi videantur, me abs te
derelictum, tuoq; destitutũ auxilio: quod
quia non ignoro, meritò de futuro vitæ
meę tempore sollicitus, supplex oro, ne
unquã imperpetuũ teipsum à me elõges,
ne me imperpetuum derelinquas, sed ego
semper tecum in vltimam vsq; ætatem in
omnibus diebus uitæ meæ permaneam,
& tu vicissim me nunquam deseras.

* *Deus meus in auxilium meum respice.*

semper ò Deus: tota mea fiducia, ad me a-
spicias, nunquam benignos tuos oculos
à me auertas, & in auxilium mihi oppor
tunè semper accurras.

14 *Confundantur & deficiant detrahentes
animæ meæ:*

Ita tuo auxilio fac confusione & pudore
operiantur hostes mei, & cessare atq; desi
stere cogãtur à sua prauitate omnes qui
mala loquuntur & perniciosa contra ani
mam meam:

* *operiantur confusione & pudore qui quæ-
runt mala mihi.*

fac penitus erubescentia & pudore pfun-
dantur, omnes qui siue per insidias, siue
per apertam oppugnationẽ quærunt ma
la aduersum me, quicunque cõtra me ma
chinantur impia.

15 *Ego autem semper sperabo:*

Ego verò in tua protectione optimè secu
rus, nunquam desinam sperare in auxilio
tuo:

* *& adijciam super omnem laudem tuam.*

& pro gratitudine adijciam super omnẽ
laudẽ tuam, cõtinuo laudes laudibus accu
mulabo, de die in diem amplius me exer
cebo in laude tua, & super oẽm laudem,
quã tibi cecini à pueritia mea, anteponã
etiam laudare te usque in ætatem nouissi
mam:

16 *Os meum annunciabit iustitiam tuam.*

Et quo alios quoq; attraham ad tui nomi
nis laudẽ, annunciabo ego, & prædicabo
palã omnibus, ubicũq; opportunũ fuerit
iustitiam, sanctitatem, ueritatem, & fide-
litatem tuam: ut etiam proximos inuitẽ
ad

ad ponendũ in te spem & fiduciã eũ te iustũ,ita veracẽ atq; fidelẽ cognouerint:

* *tota die salutare tuum.*

iugiter omnibus diebus prædicabo salutem tuam, semper expositam & paratam cunctis in te sperantibus,quam nunquã patieris deesse us qui seruiunt , & fidunt tibi corde perfecto.

17 *Quoniam non cognoui litteraturam, introibo in potentias domini:*

Qm̃ etsi literaturã nõ cognouit,tametsi ex litteris & doctrina scholari siue humana,neq; per auditũ,neq; per lectionem didici ea quæ ad laudem tuã faciunt, tamẽtsi scientia humana instructus à præceptoribus atq; doctoribus minime fuerim,introibo tñ in potentias dñi, ingrediar tñ ducatu spiritus tui & magisterio interiori illuminationis tuæ, vsq; ad cognoscẽdas virtutes tuas,& mirabilia opera potentiæ tuæ,quæ operatus in hoĩbus quæ melius me docet interius tua illuminatio,quam omnis possit exterior vocis aut literarum instructio:

* *Domine memorabor iustitiæ tuæ solius.*

sicq; à te edoctus,nõ ab humana sciẽtia, solius tuæ iustitiæ :memor ero , sp de tua sanctitate,veritate , & fidelitate cogitare volo,sp illã ruminare memoria,sp de ea loqui,illã palã oĩbus annunciare & prædicare, vt ne inanis & sine fructu sit cognitio incertorum & occultorum sapientiæ tuæ,quæ manifestasti mihi.

Psal. 50.

18 *Deus, docuisti me à iuuentute mea:*

Deus piissime,iã inde à puero,ex quo vti cœpi rõne semper tu me illustratione tua interius docuisti,cognoscere temetipsum & mirabila opera tua,quæ solo humano nunquam didicissem magisterio:

* *& vsq; nunc pronunciabo mirabilia tua.*

& vsq; mõ non cesso prædicare mirabilia opera potentiæ , sapiẽtiæ atq; bonitatis tuæ quæ mihi dedisti cõsiderare & cognoscere etiamnum in his prædicandis & collaudandis perseuero.

19 *Et vsque in senectam & senium:*

Et vsq; in senectã meã iugiter pseuerabo in pdicatione tuorũ mirabiliũ et vsq; ad vltimũ seniũ, vsq; ad canissimos canos, & ætatẽ decrepitã non cessabo à tuis laudibus , nec ætas illa summe imbecillis (quæ homines solet pigros ac desides efficere, & ad ea quibus in ætate minori fuerant oblectati, fastidiosos reddere ac nauseabundos)me poterit eo perducere, vt cessem à tuis mirabilibus laudandis atque decantandis:

* *Deus ne derelinquas me.*

tu vicissim,Deus optime, me ita optima proponẽtem,me sic tibi tuisq; laudibus imperpetuum memetipsum dedicantem, ne vllo vnquam tpe derelinquas,me vnquã à te aberrare,aut à te separari(vel dæmonum vel hoĩum quantumuis excrescente malitia)permittas:vt quõ ego tibi fidelem memetipsum propono famulũ, sic tu mihi te fidelem perpetuo exhibeas custodem & dominum.

20 *Donec annunciem brachium tuum generationi omni quæ ventura est.*

Non me,inquam,derelinquas,nec in ætate vltima, donec ego (quantum quidem in me erit)prædicem oĩbus generationibus quæ venturæ sunt vsq; in cõsummationem sæculi,fortissimum brachiũ tuũ, & omnipotentem virtutem fortitudinis tuæ,donec ego per meos psalmos & cantica, tuum nomen celebre reddidero & manifestum , pro generationibus oĩbus quæ post ventura sunt.Ita.n.ego te,donec viuam,semper & vbiq; prædicare nõ desinam,vt quantum in me fuerit,tui nominis & gloriæ memoriam in omnibus generationibus derelinquam.

21 *Potentiam tuam & iustitiam tuã Deus vsque in altissima quæ fecisti magnalia.*

Brachiũ,inquã,tuum,id est,fortissimam potentiã virtutis tuæ,& certissimã veritatẽ,atq; fidelitatem tuæ iustitiæ:donec prædicem, & efferam eas vsque ad altissima magnalia quæ in eis operatus es mirabilia opera tua , quæ tu pro omnibus es operatus in maxima potentia & veritate, secundum suam dignitatem & superemi nentiam digne magnificando, iustisque laudibus ac præconiis efferendo.

* *Deus quis similis tibi?*

ò Deus,quis tibi poterit fm vllum modũ aut gradum dignè cõparari?Nemo profectò,neq; in cœlis,neq; in terris.In comparatione enim tui creatura omnis est tanquam fumus euanidus & tanquam nihilum reputatur coram te. Tam es maximus,iã es summus, tã es pfectissimus,

vt

et tibi nemo secundum vllam rationem E
digne queat conferri.

22 *Quantas ostendisti mihi tribulationes multas & malas:*

Vel in me solo, quam magnifica sæpe, & quam mirabilia ostendisti opera tua. Ecce. n. interdum me fecisti in tribulationes plurimas & maximas incidere, pericula simul multa & grauia experiri fecisti me, & tua permissione super me venerunt, adeo vt prorsus non viderem exitum, desperarem penitus posse me euadere:

* *& conuersus viuificasti me, & de abyssis terræ iterum reduxisti me.*

verum vbi placuisset ad me iterũ conuertere benignũ aspectũ vultus tui, iã pene mortuũ, & de vita desperantẽ rursum ad vitã tuo auxilio restituisti, & quasi de infimis terræ quasi de portis inferni atque mortis reduxisti me morti proximũ, imo (vt dicã verius) nihil à morte distantẽ.

23 *Multiplicasti magnificentiam tuam, & conuersus consolatus es me.*

Atq; in hoc ipso multiplicasti, siue magnificasti gloriam magnificẽtiæ tuæ, quod post tantas miserias & tribulationes, in quibus penitus res desperata videbatur, iterum cõuersus, iterumq; ad me respiciẽs, liberaueris me à miseria, & consolatione tua lætificaueris, reddideris q; securum, vt ante. Sic n. tu Deus, ad ostensionem tuæ magnificentissimæ potentiæ, non nunquam electos tuos pateris venire in grauissima discrimina siue corporalia, siue spũalia, è quibus nullus videat exitus humana via residuus, vbi spes oĩs sm humanum iudicium ablata videatur: quos tñ sic in angustum conclusos, & de seipsis penitus desperantes, potenter simul & misericorditer, cum tibi opportunum H est, liberas, ab omni periculo faciens saluos, & in plena securitate cõstituens partim consolatos. Idq; facis, partim vt illorum in te spem probatam facias, partim vt tuam potentiam manifestius euidentiusq; commonstres.

24 *Nam & ego confitebor tibi in vasis psalmi, veritatem tuam Deus*

Ita q; & ego vicissim, pro tuis maximis beneficiis, dabo tibi confessionẽ & laudẽ in instrumentis psalmorum, cum instrumentis musicis, in quibus psalmos & cãtica laudis decantabo tibi, confitebor, inquã, & prædicabo, ô Deus, speciali laude veritatem fidelitatis tuæ, quod fidelis sis & verax in omnibus verbis tuis, erga eos qui in te fidunt, & quibus pollicitus es tuę salutis auxilium: Ps. 144.

* *psallam tibi in cithara sancte Israel.*

Psalmos & cantica laudis in citharis, in suauissima qua potero melodia, & psalteriis, aliisq; musicis instrumentis, decantabo tibi ô sancte Deus populi tui, Deus fidelis seruorum tuorum fidelium.

25 *Exultabunt labia mea cũ cãtauero tibi:*

F Nõ solũ aũt exteriori corporis motu in externis musicis instrumentis tibi psallã sed labia mea exultabunt, & magnifice gestient, atque lætitiam monstrabunt in laudatione tua, cum tibi laudẽ cecinero:

* *& anima mea quam redemisti.*

maximè autem anima mea, quàm tu saluam fecisti ex tantis periculis, in tua laude oblectabitur & exultabit. Erit enim mea in te exultatio, nõ exterior tantum, sed & in intimis cordis, ex omni virtute animæ meę.

26 *Sed & lingua mea tota die meditabitur*
G *iustitiam tuam:*

Lingua quoq; mea iugiter eloqui conabitur & prædicare iustitiã, veritatẽ atque fidelitatem tuam, quam semper custodis erga seruos tuos in te sperantes:

* *cum confusi & reueriti fuerint qui quærunt mala mihi.*

cum confusi fuerint pudoreq; ac reuerẽtia affecti aduersarii mei, quærentes aduersum me mala: cum horum manus ex sero te liberãte, & illi suo conatu frustrati abscesserint, nihil præter confusionem & ignominiam reportantes.

## ANNOT. IN PSAL. LXX.

VErsu 3. Esto mihi in Deũ protectorẽ, & in locũ munitum. In Psalmo trigesimo, versus tertius huic respondẽs pro loco munito, habet, domum refugii, & eadem sententia est. Locus enim bene munitus, rectè domus vel habitaculum siue locus refugii dr, quia talis est, ad quẽ pro securitate possint homines confugere, & in quo saluare se queant. Talem autem se nobis exhibet benignissimus dominus Deus noster, quemadmodũ & Psalmo

mo 33. latius declarauimus. ¶ Versu 8. Tã quam prodigiũ factus sum multis. Si de Christo Psalmum hũc peculiariter exponamus ad patrem loquentem (quemadmodũ quidã rectè exponunt) aptè hoc verbũ cum illo Simeonis conueniret, Ecce posi tus est hic in signum cui contradicetur. Verè. n. Christus multis admodum quasi prodigiũ factus fuit, qñ stupebãt omnes, & mirabãtur de doctrinæ efficacia, & operibus miraculorum, quæ ipse palam toti mundo exhibuit: id quod ex Euangelicę historiæ contextu est euidentissimũ. Fuit etiam in prodigium præ miseria, in tpe passionis: qñ vermis apparuit & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis, ita vt (iuxta Esaiæ vaticiniũ) nõ esset ei species, neq; decor. Rectè tamen ẽt Dauidi, vel alij cuilibet iustorum in Deo pleno corde à puero fidentium, competit fieri & esse ꝓdigiũ hominibus sęculi huius: quandoquidẽ Paulus Apostolus, de se ac suis similibus, ait, Spectaculum facti sumus mundo, angelis, & hominibus. Peculiariter autem in persona Dauid, stupendum erat, neq; paruum miraculũ deuitatis periculis, in tam diuturna persequutione, tam fortissimi aduersarij Saulis potuisse effugere, & tanto tpe quæsitũ, regis tanti potentia non potuisse comprehendi. Erat ẽt prodigium, videre hoĩem tanta aduersa, tanta patientia sufferentẽ, & tam longanimi sustinentia in Dei seruitute, & spiritus gaudio indesinenter perseuerantem. Ita generaliter plerique iustorũ hominum, maximè eorũ qui toto corde Deo fidunt, eique fidelissimo animo adhę rent, tanquã prodigium sunt hominibus huius sęculi, dũ conspiciuntur magna animi alacritate, cuncta mũdi huius fallacia bona abijcientes, victu tantum & vestitu contenti viuere, semper nihilominus tã corpore, quã animo lætari, ẽt in frigore, nuditate, fame, laboribus, & tribulationibus, propter Christũ, semper gaudentes, semper gratias agentes. Dum hæc conspiciunt homines sęculi, mirantur attoniti, & quasi pro miraculo stupent, prodigium & portentũ se uidere existimant: eo ꝙ supra naturam esse uideatur ꝙ cernũt. Verũ hi fortè illũ adiutorẽ nõ attẽdũt, de quo mox subditur, Et tu adiutor fortis, in quo

Lucæ. 2.
Lucæ. 4.
Psal. 21.
Esa. 53.
1. Cor. 4
Philo. 4.

A sancti omnia se posse cognoscunt. ¶ Versu 10. Ne proijcias me in tpe senectutis. Elucidatio duplicẽ indicat intelligentiã priorẽ, de senectute corporali: posteriorẽ, de senectute spirituali. Secũdũ utrãq; uerò admodũ necessaria est hæc oratio, & digna quæ frequẽtissimè à nobis replicetur, effundaturq; ante dñm. Quia. n. (iuxta Sapientis verbũ) in die bonorũ memores nos cõuenit esse malorũ, idcirco prudentis & timorati hominis fuerit, dũ sibi testimoniũ bonum adhuc phibet cõsciẽ-
B tia, vẽtura tpa interdũ cõsiderare, & pro eis metuere, ne forte (vt est mũdus plenus inquinante, & seducente malitia) ullo unquã vẽturo tpe contingat à uia recta sedu ci, aut in errores, & peccati itinera, abduci. Et dum hoc metuit, sibi adhuc non mali conscius, attenta mente & pleno cordis desiderio dominũ deprecabitur, postulãs pro futuris tpibus, perpetuã & indeficiẽtẽ sui in diuina seruitute custodiã. Merito vero nos mouere debet, vt ẽt tũc cũ bona sumus cõsciẽtia, de futuris metuamus, ut ob Salomonis ipsius horrẽdum exem
C plũ: qui cum in ætate tenella mirã ostendisset cordis sui erga Deum deuotionem, postmodũ in ætate grandiori, abduci permisit cor suũ p alienigenas mulieres, ad deos alienos. Et Dauid, quã fęde, neq; semel, lapsus fuerit post uitã diu bene actã, nemo ignorat. Sed & ante oculos nostros quãto quotidie cernimus, qui post pueritiã atq; adolescentiã, siue ẽt uirilẽ ætatẽ in Dei seruitute transactam, ubi ad grandiorẽ ętatem ascenderint, tum demũ quasi dñi Dei sui obliti, incipiunt curre
D re post deos alienos, sectantes quę sunt sę culi huius, vel diuitias, uel delicias, vel ambitiones, uel honores, siue ad alia huiusmodi quę hẽt mundus, prorsus effusi. Qñ ergo multos experientia quotidiana discimus in hmõi periculum incidere, consul. ũ fuerit & necessariũ, ut sanctos timore nobisipsis metuamus, non quidẽ ut de Dei auxilio desperantes, sed vt nobisipsis pessimè fidẽtes, nimirum qui frequenter Deũ nõ relicti relinquimus, non repulsi auertimus, nõ fugati fugimus, imo reuocantẽ & ultro beneficijs insequentẽ spernimus atq; repellimus: stãtẽ quoq; & pulsantẽ ad ostiũ, nõ intromittimus sed foris stare

Eccl. 11.
1 Ioan. 5
3. Reg. 2.

ftare cōpellimus. Merito ergo femper fol-
liciti oremus, dicentes, Ne proijcias nos
Domine in tempore fenectutis, cū defe-
cerit uirtus noftra, ne derelinquas nos;
Et quid aliud eft, q̄ nos faluator orare do
Mat. 6. cuit, Ne nos inducas in tentationem, fed
libera nos à malo: nō utiq; præterito tan
tùm neq; tñ præfenti, fed indubiè etiam
futuro, aut quodcunq; poffit occurrere.
Secundum verò pofteriorem intelligen-
tiam (quæ eft myftica) notandum eft, ani
mam habere fuā quandam iuuentutē, fi-
Pf. 102. militer & fenectutē. Qn̄.n. anima adhuc
feruet & calet, per feruorem deuotionis
in ea exiftentis, eftq̄, hilaris, ualida, robu
fta & alacris, ac parata ad peragendū oīa
quæ Dei funt, tunc uelut in iuuentute eft
pofita. De qua iuuentute in alio pfalmo
dr̄: Introibo ad altare Dei, ad Deum qui
lętificat iuuentutē meā. Et alibi, Renoua
bitur ut aquilæ iuuentus mea. Qn̄ verò
tepefcere incipit deuotionis priftinæ fer
uor, & charitatę refrigefcente uolūtas tę
diū acqrit, & uelut naufeā eorū, quę Dei
funt operationum: contra verò incipit
in ea locum habere mundus, aut eorum
aliquid quæ in mūdo funt, profecto fene
ctus apprehendit animam. Pro hac autē
fenectute, iuftum eft metuere oēs eos q
firmi in Dei amore cupiūt pſtare. Cū.n.
huiufmodi fenectus animam apprehen-
derit, in graui periculo laborat anima, ne
à Deo excidat. Nam & grauiorem tunc
pugnā fufcitāt fpirituales aduerfarii ue-
lut tēpus oportunum nacti tentationis,
& fpem habentes cōfequendæ uictoriæ
ꝑꝑ tēporē & defectum quem in homine
ita fenefcente, calidisfimi obferuatores
confiderant. Deinde ad refiftendum mi-
nor uirtus eft, poftquam tepuit anima, &
refrixit charitas, ut merito fibi hō pro
huiufmodi defectionis ftatu debeat me-
tuere: nifi fingulari Dei refpectu foueat
in bono, & cuftodiat à malo. Orabimus
ergo donec in iuuentute feruemus, ut fi
forte aliqn̄ in huiufmodi fenectutem ue
nire nos contingat, non nos ibi deferat
fm iuftitiā fuam Deus, non nos in dete-
rius labi permittat, fed benigne uelit a-
fpicere collabentes, atq; ad ftatū priftini
feruoris dignanter reftituere. Si uerò ut
Christi uocem accipimus, ꝑdictū eft, in-

E telligenda erit hæc oratio, non quafi ꝓ
fe eam Chriftus effuderit, qui ad fenium nō
peruenturū fe cognouit, ut pote q in uali-
disfimo robore uitæ fuæ affigendus erat
crucis patibulo, fed ꝓ corpore fuo qd eft
Ecclefia, ne in nouisfimis diebus, in qui
bus, iuxta Saluatoris verbū, abūdare iniq Mat. 24.
tate refrigefcet charitas, deferatur pater-
no auxilio, ne nnq̄ deficiat fides eius, quē Luc. 22.
admodū Petro, faluator ipfe dicebat. Ego
ꝓ te rogaui Petre ut non deficiat fides
tua. Tunc.n. in nouisfimo tp̄e, grauisfi-
ma erit, Ecclefiæ & fidelium in ea exiften
F tium perfequutio, qualis non fuit à prin-
cipio, ita ut in errorē inducant, fi fieri pof
fit ēt electi, ut merito ꝓ his Chriftus orā
dum duxerit. ¶ Verfu 14. Confundant & Matt. 24
deficiant detrahentes aīæ meæ. Detrahe-
re non hic fimpliciter accipitur ut folet,
ut idē fit qd de alio malum uel male loq
& quafi famā bonā cōmaculare, fed am-
plius aliquid fignificat, uc; calumnias lo
qui & mala ac perniciofa aduerfus alie-
rum, quibus ad malū adducatur: qūo ij q̄
de innocentis morte pariter loquuntur,
illi detrahunt cōtra quē loquuntur. Ita
G hoc loco accipitur ifta detractio. Vnde
in Græco dicitur διαβάλλοντες τὴν ψυ-
χὴν μου, i. Calumniantes animam meam
uel diuerfantes aīæ meæ. Et B. Hierony
mus ex hebræo uertit, aduerfarii animæ
meæ. ¶ Verfu 15. Adiiciam fuper omnē
laudem tuam, Vel intelligitur de laude
pofteriore femper ad priorem adiiciēda,
ut fit uox proponentis femper magis lau
dare, & maiori laude celebrare, qūo in
Elucidatione explanauimus. Vel intelli-
gitur comparatione ad alios Deum lau-
dantes, ut fit fenfus. Adiiciam ego laudē
H fuper oēm laudē, quam tibi alii quicun-
que obtulerūt, vel q tibi oblata eft: hoc eft
ego conabor tuam laudem magnificare,
& adiicere aliquid tuis laudibus, fup oēs
aliorū laudationes. Quidam exponunt,
Adiiciam ego, & crefcere faciā laudē fup
oēm laudem tuam ego nitar in laudādo
excellere oēs laudātes. Sed priora magis
quadrāt ꝓpofito, & humilitati cātis.
¶ Verfu 17. Qm̄ nō cognoui literaturā
introibo in potētias Dn̄i, Hoc loco multū
diffonat lectio Rom. à nr̄a, q ꝓ literatu-
ra hēt negotiationē uel negotiationes.

Qua

Quæ dissonantia euenisse uidet ex uicinitate duarum Græcarum dictionũ, uidelicet πραγματείας & γραμματείας quarum prior a πρᾶγμα (quod significat negotiũ) formata, significat negociationẽ. posterior uerò à γράμμα (qd significat literã) deriuata, literatũ sonat. Videntur itaq; Græci codices, unde uersiones Gallicana atq; Romana desũptæ sunt in his duabus dictionibus uaria esse, quibus dã dictionẽ priorẽ, aliis posteriorẽ habẽtibus. Exemplaria tñ Græca quæ nũc in manibus sũt γραμματείας hñt, qd significat literaturã, iuxta qd nostra hẽt lectio Gallicana. Vtraque aũt lectio congruam habet intelligentiã. Nostra qdẽ Gallicanã in Elucidatione explanata est sufficienter, nisi fortè illud insuper admonendum moueatur, ꝙ particula qm̃, non accipitur fm propriã suã significationẽ, pure causaliter, sed tantum cõtinuatiuè, ac si dicatur. Et quidem ego non cognoui literaturam, nõ dici, neq; scio literas quemadmodum ii qui in scholis instruũtur per humanam sapiẽtiam, intro ibo tñ absque literatura, in Dei bona gratia, in potentias Dñi Dei, ut abscondita eius cognoscãt. Altera aũt lectio Romana hunc sẽsum habet, Quoniã non habui prudentiam huius seculi, quoniam non meipsũ inuolui negationibus, atq; huiusmodi exterioribus distractionibus, quæ & mẽtem à diuinorum consideratione abstrahunt & affectum ad auaritiam fide iniustitiam frequẽter pertrahũt, quia (inquã) sic me ab huius mundi tumultibus & sæcularibus negotiis expediui, amorẽ rũ cœlestis sapientiæ, ob hoc ingrediar in potentias homini, &c. Qui.n. à tumultibus huius seculi sese segregant, hi diuinam merentur eruditionem quẽadmodum econtrario qui semper seculi inuoluũtur distractionibus, interiorẽ Dei instructionẽ nõ multum percipiunt ¶ Versu 19. Et usq; in senectam & seniũ Deus ne derelinquas me. In Græco diuersa habẽtur uocabula, pro senecta & senio. Sic n. habetur ἕως γήρας καὶ πρεσβείου quorum prius nẽpe γήρας significat simpliciter senectutẽ, alterũ, nẽpe πρεσβείου, honorabilẽ seniũ uel dignitatẽ, siue reuerentiam senilẽ: quo & ex usu cõi plus aliqd sonat dignitatis uel honoris, cũ psbyterũ dicimus, q̃ simpliciter senẽ. Vult ergo significare Psalmista, se laudaturũ Deũ usq; ad senectutem, imò usq; ad nouissimã canicië & ætatẽ ultimã, maxime honorabilẽ. Vnde ex Hebræo beatus Hieronymus, ac cæteri interpretes uertunt usq; ad senectutẽ, & canos, uel canitiem. Sciendũ est aũt hanc partẽ supradictã diuersis modis à diuersis coniungi. Quidam.n. cũ uersu præcedenti connectunt, hoc sensu, Vsq; nunc pronunciabo mirabilia tua, neq; solum usq; nunc, sed & usq; in senectutem & caniciem pronunciare non desinam. Ac deinde separatim legũt, Deus ne derelinquas me, donec annunciẽ brachiũ tuum omni generationi, &c. Atq; hanc connexionẽ in Elucidatione, ut magis congruam sequuti sumus. Alii à principio huius uersus nouam faciunt sentẽtiã, secundam partem cum priore copulantes hoc modo, Vsq; nunc pronunciabo mirabilia tua, ac proinde, Et ò Deus ne me derelinquas usque in senectutem & senium, donec annunciem, & cætera. Habet qdẽ & hæc lectio facilẽ sensum sed prior uehementior uidetur, & magis cõmoda, ut prius proponat, ac uelut pollicẽatur annunciare usq; in senectam & caniciem Dei mirabilia, moxq; sublungat quasi uicissitudinem postulans, ut nõ derelinquat aliqñ, donec, &c. In eo aũt qd dr, Nõ me derelinquas, donec annũciem brachium tuũ oĩ generationi, attende (qd & alibi non raro occurrit) non proprie accipi particulam donec, ut importet exclusionem, quasi re ista peracta id est, potentia Dei omni generationi annunciata, iam contentus sit à Deo relinqui Nũquã.n. absolute uir iustus à Deo uult derelinqui, sed ita accipi debet, quomodo apud Matthæum de Ioseph dicitur, ꝙ mariam non cognouit, donec peperit filium suum primogenitum Et in Psalmo 109. Dixit Dominus dño meo, sede à dextris meis, donec pœnam inimicos tuos scabellum pedum tuorũ Quo in loco, plenius huius particulæ uim à nobis expositã inuenies, si tibi libebit requirere ¶ Versu 21. Potentiã tuã & iustitiã tuam Deus usq; in altissima q̃ fecisti magnalia. Duo isti accusatiui uidentur fm appositoriam constru-

Matt. 1.

Psal. 149

*ti vsque ad mare,& ab oriente, vsque in occidentem, ita vt populi antè inimici & alieni à Deo veniant ad adorandum eum muneribus, voluntariè subiectos se monstrantes eius imperio, eo quod à potenti diabolo liberasset genus humanum, cum quo misericorditer aget, humilibus o͞ibus misericordiã largiturus atque salutem: quorum plurimos ex maximis quoq; & foedissimis peccatis ad pœnitentiam vocabit, & nihilo minus in magno pretio atq; honore habebit, à pristinis vitiis ad veritatem conuersos. Post hoc verò à versu 15 Christi perpetuã gloriam, & mirabilem Euangelicæ veritatis in Ecclesia fructum describit: & quo in Christo o͞es gentes sint consequuturæ benedictionem. Pro quibus o͞ibus, corde pleno exultationis, Psalmistes ipsum & sanctum eius nomẽ optat vctis omnibus benedici, & gloriosum fieri in omnia sæcula.*

## LXXI. PSALMI ELVCIDATIO.

Psal. 2. EVS, *iudicium tuum regi da:*

Committe, Deus pater, iudicium tuum regi Messiæ Christo domino, quem vnges & constitues regem super Sion montem sanctum tuum trade illi potestatem facere iudicium pro populo tuo, aduersum principem mortis:

* *& iustitiam tuam filio regis.*

& iustitiæ tuæ exequutionem commẽda ac trade in manus Messiæ, filii tui ô rex

Luc. 1. regum Deus potentissime:

qui etiam filius erit regis Dauid, ex cuius semine secundum carnem est nasciturus

2 *Iudicare populum tuum in iustitia & pau-*

Rom. 1. *peres tuos in iudicio.*

Vt iudicet ipse populum tuum, genus humanum, electos tuos in iustitia: & pauperes tuos fideles, humiles, tibi credẽtes at-

Ioan. 12. que obedientes, in vero iudicio: & æquitate: nimirum vt sm iustitiam & æquitatem suam, mundi faciat iudicium, ac pro electis sententiam ferat aduersus principẽ mundi huius eo verò condemnato, ac foras eiecto, genus humanũ ante sub misera captiuitate oppressum, respiret iã in libertate & spe filiorum Dei.

3 *Suscipiant montes pacem populo.*

Rom. 5. Veniat tempus in quo mõtes excelsi Apostoli tui atque Apostolici viri fidei plenitudine & primitiis spiritus sublimes, à te pacem suscipiant pro populo tuo, quo Euangelium veræ pacis à te accipiant annunciandum toti orbi terrarum:

* *& colles iustitiam.*

quo etiam Ecclesiæ omnes in altitudine fidei admodum colliũ fundatæ, sub Apostolicis montibus per horum prædicationem suscipiant veram quæ ex fide est, iustitiã non Iudæis peculiarem, sed toti orbi communem.

B 4 *Iudicabit pauperes populi.*

Neque verò mirum, si tantopere desideremus tui Messiæ aduentum. ipse enim cum aduenerit iudicium faciet pro pauperibus populi, id est pro humilibus, simplicibus & mansuetis, quos diabolicæ aufferet potestati.

* *& saluos faciet filios pauperum:*

filios quoque pauperum, id est filios hominum qui suam ægestatem, paupertatẽ, & nuditatem humiliter agnoscere voluerint, ipse faciet saluos de manibus inimicorum, sub quibus tyrannide magna premebantur, liberabit eos:

C * *& humiliabit calumniatorem.*

calumniatorem autẽ eorum, siue oppressorem atque etiam accusatorem diabolũ sua virtute humiliabit. Hunc si quidẽ tyrannum, qui per calumniam, & violẽtiã sibi nos subiecerat, debellabit, & deuincet rex pius & innocens, virtute sua: condemnatumq; illum ac iudicatum, foras eiiciet, atq; de sui regni fastigio iniustè vsurpato deturbabit.

Insuper & peccatum, & mortem, & omne quod accusare poterat, aut ius aliquod Ioan. 12

D prætendere aduersum genus humanum, ipse humiliabit, auferet, ad nihilum rediget, tanquam agnus peccatum auferendo, & tanquàm leo mortem superando.

5 *Et permanebit cum sole & ante lunam, in generatione & generationem.* Ioan. 1.

Ipse verò in regno suo absque defectu pmanebit, quandiu sol iste perstabit in sua subsistentia, simul & coram luna, vel in conspectu lunæ: hoc est, cum luna, & quã Apoc. 5 diu luna erit in omnes generationes post venturas, in omnia sæcula sæculorũ. Nunquam enim neque ipse, neq; regnũ

munera, atque etiam annua tributa offerunt iis quibus se agnoscunt subiectos.

11 *Et adorabunt eum omnes reges, omnes gentes seruient ei.*

Deniq; seruient illi oes reges orbis terrarum vnà cum populis suis: & oes gentes libenter se submittent eius imperio. Exeuntibus siquidē Apostolis in oēm terram, & verbum salutis prædicantibus vsq; ad extremum orbis terrarum, fides Christi per oīa regna dilatata est, plurimiq; reges & potentes ad Christum sunt

Psal. 18. conuersi cum suis populis. Oēs aūt (et qui increduli & rebelles permanserunt) patris authoritate Christo sunt, etiā sm humanitatem, subiecti: vtpote cui pater omnem dedit potestatem in cœlo & in terra:

12 *Quia liberabit pauperem à potente:*

Ideirco aūt cuncti ei libenter seruient, & eius se submittēt imperio, qm genus humanum, quod in magna paupertate atq; inopia premebatur iugo diabolicæ seruitutis, ab huius potentis tyrannide & crudelissimo imperio liberauit, cōfringens iugum seruitutis eius, & genus humanū in libertate cōstituens:

* *& pauperem cui non erat adiutor.*

Matt. 28 pauperem (inquam) talē liberauit, cui nullus erat præter Deū adiutor, cui alius nemo ī hac liberatione auxiliū ferre poterat, nisi solus ipse Messias. Neq;. n. quisquā erat hominum tam fortis, neq; vlla aliarū creaturarum, quæ hominem potuisset de manibus principis tenebrarū eripere, nisi solus iste Messias noster qui adueniens in hunc mundum, fortem armatū diabolū, suum atrium custodiētē, fortior ipse superueniens alligauit, sicq; vasa captiuitatis illi diripuit.

13 *Parcet pauperi & inopi:*

Luc. 11. Neq; verò cum iā suæ ditioni subiecerit genus humanū, & à diaboli manu eripuerit, ipse crudeliter aget cū populo suo, aut tyrannidem in eos exercebit, sed māsuetè aget cum oībus pauperibus, & humilibus qui suā paupertatem & inopiā in humilitate voluerint ɔfiteri, gratiosè cū illis aget, debita relaxando, & bonorū omnium abundantiā eis misericorditer largiendo, ita vt illis hihil desit:

* *& animas pauperum saluas faciet.*

A animas pauperum atq; humilium faciet saluas ab omni malo & pctō, à morte, à diaboli potestate, in vitam æternā, superbos tn̄, & eos qui se diuites existimant, relicturus in sua miseria vacuos à salute.

14 *Ex vsuris & iniquitate redimet animas eorum.*

Horum aūt pauperum & humilium aīas plerasq; liberabit ex peccatis patentibus & manifestis, velut ab vsura & aliis variis vitiis. Ex sordibus. n. peccatorū, per pœnitentiam plurimos perducet ad iustitiam, quemadmodum telonarium Mathæum B & publicanum Zachæum, peccatricemq; illam famosam, atq; consimiles, Siquidē non veniet vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam: Lucæ 9. Matt. 1. Matt. 2.

* *& honorabile nomen eorum coram illo.*

& postquàm illos iustos fecerit per pœnitentiam ad se conuerti, non eos habebit quasi vilia mancipia, non contemnet, nō paruipendet eos, quemadmodū solēt homines contēnere eos quos de captiuitate emerunt, sed erit nomen eorū honorabile corā illo, erunt ipsi sic ɔuersi Christo admodū chari & specialiter dilecti, & C erunt apud eū magno & honorabili loco, erunt in bona æstimatione, & in multo precio in conspectu eius. Siquidē vt filios habiturus est eos, atq; vt fratres & cohæredes, suæq; mensæ conuiuas, & sui regni consortes, Lucæ. 19 Lucæ. 7. Luc. 8.

15 *Et viuet, & dabitur ei de auro Arabiæ:*

Et viuet ipse in æternum, virebitq; in flore regni sui, & offerētur ei huius mundi preciosissima quęq;, nimirum aurū Arabiç nobilissimum, & quicquid est electū, illi tanquā summo & supremo omnium domino offeretur, Rom. 8.

* *& adorabunt de ipso semper, tota die benedicent ei.*

& adorabunt ipsum omni tempore cultores eius, in spiritu & veritate, iugiter illi dabunt laudem & confessionem in sempiternum.

16 *Erit firmamentum in terra in summis montium:*

Eritq; tum tpis, regnante Messia, super terrā firmamētū, solidumq; sustentamētū Euāgelicæ doctrinæ & spiritualis gratiæ, in summis montiū, in altissimis montibus, quos Messias illuminabit ad eum Ioan. 4.

modũ,quo sol corporalis illuminare solet vertices montiũ:id est,in summis illis viris sanctis Apl̃is, eorũq; veris ex Deo successoribus,quorum mentes suæ illustrationis radio illuminabit,vt sufficiant toti orbi illuminãdo & erudiẽdo. In his erit soliditas salutaris doctrinæ,super q̃ firmi & immobiles stare debebunt oẽs fideles,& in qua confirmabuntur, atque solidabuntur,vt non deficiant,

* *superextolletur super Libanũ fructus eius:* huius aũt salutaris firmamenti fructus quẽ p̄feret,maximus erit, & superexcrescet,atq; supereffereretur quasi super altitu dinẽ Libani, altior Libano fructus erit quẽ pr oferet. Maxime.n.fructificabit in fidelibus verbũ Dei,& mirabiliter magni ficabitur atq; exaltabit̃, neq; poterit tam electas & excelsas cedros proferre libanus, quàm montes isti sublimen proferunt fructum,verbo Euangelii.

* *& florebunt de ciuitate sicut fœnũ terræ.* & ex fœcunditate eius florebunt in fide & virtutibus fideles plurimi de ciuitate,de populo Dei in Ecclesia sancta, quemadmodum virescit gramen super terram: In tanta quoq; multitudine(vt ita loquamur)exurgẽt & reuiuiscent per fidẽ, qui ante non erant per infidelitatẽ;quõ gramen è terra, infinita multitudine exoritur,& in vitã consurgit,de terra.

17 *Sit nomen eius benedictum in sęcula:* Nomẽ huius gloriosi regis nostri Messię, sit benedictũ,atq; laudetur in oĩa sęcula:

* *ante solem permanet nomen eius.* neq; n.recens ipse est Deus, neq; esse tũ primum incipiet,cum in mundum salua tor nobis aduenerit:sed in principio erat apud Deum,ab æterno erat apud patrẽ, Deus in Deo, Dei filius antequam sol aut luna aut cęlum aut vlla creatura fuisset condita.

18 *Et benedicentur in ipso oĩs tribus terræ.* Ioan. 1. Et cõsequẽtur in ipso benedictionẽ optimã hæreditatis cœlestis, vita æternæ oẽs populi gentiũ, absq; personarum acceptione,per eum accipient salutem omnes quicunque in ipsum crediderint:

* *omnes gentes magnificabunt eum:* & pro tanto tamq; vniuersali, mundo toti allato beneficio, oẽs populi glorificabunt & laudabunt eum in sæcula.

19 *Benedictus dominus Deus Israel, qui facit mirabilia solus.* Benedicatur,laudetur,glorificetur Dominus Deus populi sui fidelis,qui solus Diuina sua omnipotentia facit opera verè miranda,qui pro electo populo suo,sicut ab æterno præordinauit,ita in tempore perfecit incõprehensibilia salutis opera.

20 *Et benedictum nomen maiestatis eius in æternum:* Et nomẽ gloriæ eius plenũ maiestate & reuerentia, omnibus tremendum atque adorandum,sit benedictum in sęcula.

* *& replebitur maiestate eius omnis terra fiat fiat.* & replebit̃ maiestate atq; magnificentia gloriæ eius vniuersus orbis terrarum, & oẽs habitantes in eo:ita fiat,ita fiat:ita cupimus euenire, votis oĩbus ista impleri optamus:q̃nquidẽ hic est totius nr̃i desiderii finis,tota est sũma salutis nr̃æ, quã desideramus, q̃ expectauerunt oẽs patres nostri,& nos totis viribus ꝯcupiscimus.

## ANNOT. IN PSAL. LXXI.

Dicendũ priore loco occurrit, qd sibi velit quod in titulo huic Psalmo præter aliorũ cõsuetudinẽ præmittitur, In Salomonem:in fine verò Psalmi ascri bitur, Defecerunt laudes siue hymni Dauid filii Iesse,aut(vt ex Hebręo vertit Hieronymus)Cõpletę sunt orationes Dauid filii Iesse.Quantum quidem ad prius attinet.de titulo in Salomonem, vr̃ Dauid pater hunc Psalmum composuisse, futurum prosperum statum regni Salomonis filii sui Prophetico spiritu præuidens, atq; ẽt (quod maioris erat illuminationis)venturum Christi regnũ, eiusq; magnificentiã,spiritu sancto illustrãte præcognoscens.Cõtemplabatur.n. in regno Salomonis regnũ Christi, tanquam in signo signatum,tãquã in typo veritatem, atq; in vmbra imaginem:quemadmodũ reuera non aliud regnũ Salomonis fuit, quam vmbra & typus regni veri illius regis pacifici, quem Esaias principem pacis appellauit.In Salomonem ergo typi- Esaiæ. 9. cum & figurale regnũ eius, hic Psalmus minus principaliter respicit:& videntur nonulla eorum quæ in hoc Psalmo dicuntur,in hunc Salomonem competere cuius-

cuiusmodi, est illud versu septimo. Orietur in diebus eius iustitia, & abundātia pacis. Item de muneribus à gētibus & regibus opulētis allatis In uerum autē Salomonem (qui est Christus Iesus) & in æternū regnū eius, primariò atq; finaliter tendunt quæ in hoc Psalmo dicūtur omnia. Neq; cū ueritate fieri pôt, ut temporali Salomoni omnia huius Psalmi applicentur. Quomodo. n. uerum erit de Salomone priore illo typico, qd quinto uersu dicitur, Et permanebit cum sole, & ante lunam in generatione & generatio nē? Nonne mortuus est ipse sicut oēs patres eius? Item quod uersu 7. dr. Orietur in diebus eius iustitia, & abundātia pacis cū adiectione, donec auferatur luna, qūo uerum est. Nonne simul cum ipso
3. Re. 11 pax interiit, cum statim sub Roboā eius filio se separarent decē tribus à domo Dauid sequentes Hieroboam, imo uiuē te adhuc Salomone, pax eius temporalis non minimum conturbata est. Suscitauit. n. illi Dominus in senectute p muC ltores alienigenas deprauato: atq; in ido lolatriam pertracto, aduersarios plures. Adad u; c rdumęum, de semine regio, & Razon filium Eliada, ac Hieroboam Eu
Ibidem phrateū filium Nabat. Qūo ergo pertrāsit pacis abundantia sub Salomone, donec auferer lunā rursum & in illa q̃ dñr uersu. 17. & 18 Ante solē permanet nomen eius, uel (ut ex Hebræo uertit Hieronymus) ultra solem pmanet nomē eius, Et benedicentur in ipso oēs tribus terræ, qūo manifestissimè ad Christum per
Galat. 3. tinent, in quo, ut Apostolus ait, benedi D ctio data est oībus gentibus, Rectè ergo in Salomonem hic Psalmus inscribitur, sed principaliter in uerum Salomonem Messiam dominum, Beatus uerò Hieronymus ex Hebræo nō uertit, in Salomonem, sed simpliciter, Salomoni, qūo in aliis psalmis præponi solet Dauid. Quamobrem arbitrātur nonnulli hūc Psalmum à Salomone fuisse compositū pro seipso deprecante, & de seipso uaticinā te, simul & de gloria Messiæ, cuius intellexit suum regnū esse typum & figurā. Nihil tamē obest, quin illud, Salomoni ita accipiamus, ut ualeat in Salomonē uel de Salomone, uel pro Salomone.

A Neq; ob hoc necessarium fuerit fateri, ipsum Salomonē esse Psalmi authorē. Quātū uerò ad id qd post huius Psalmi finē subiicit, Defecerunt, Psalmi uel hymni Dauid filii Iesse, manifestum est, nō hoc ita debere accipi, quasi nulli oīno Psalmi post hunc sm ordinem positi sint attribuendi Dauidi, Siquidem apertum est, multos adhuc Psalmos in sequentibus poni, quos nemo negare poterit esse Dauidis, cuiusmodi est Psalmus 109. quem Ps. 109. in Euāngelio Christus dñs affirmabat esse Dauidis, cum apud Matthæum Pharis
B sæis loquēs, ait, Nonne Dauid in spū uocat Christū Dnm, dicēs, Dixit dñus dño meo, sede à dextris meis donec ponā inimicos tuos, scabellū pedū tuorū? Nō ergo ita hæc clausula accidēda est, quasi inter Psalmos Dauidis hic ultimus sit, sed quia (iuxta quorundam sententiā) aliquot post sequuturi, ipsius Dauidis non sunt. Plures. n. eorum sequentur, inscribūtur ipsi Asaph, neq; id quidem simul cū no
C mine Dauid, ut in aliis quibusdam, ut cū diceretur Psalmus Dauid. in finem, pro filiis Core, uel absq; nomine Dauidis, In finem, pro filiis Core, sed simpliciter absque additamento, Psalmus Asaph, quos sane Psalmos ita īscriptos alieno nomine arbitrantur quidam nō esse Dauidis, atque ideo dictum hic esse, φ defecerunt laudes Dauid, qm̄ aliquot sequentes cōtinuo ordine illius nō sint. Alii uerò, & nro iudicio rectius ita accipiunt φ materia huius Psalmi finis sit quē in oībus suis Psalmis Dauid cōcupierat. Omniū
D. n. Psalmorum ipsius finis erat Messias & regnum eius quemadmodum Paulus Apostolus ait, Finis legis Christus, ad iu Rom. 10 stitiā omni credēti. In hoc ergo Psalmo defecerunt Psalmi Dauid, qm̄ totā summam Psalmorum hic apertā complexus fuerat & finē oīum proposuerat apertissimè & gloriosissimè descripto rege Messia & regno eius. Oēs. n Psalmi Dauidis, hoc vnico quasi complentur, absoluunt, finiuntur. Tendunt. n. ad Christum hic clarissimè descriptum, sm ea pp quæ expectabuntur. Atq; ad hanc sententiam, aliquāto aptius quadrare, qd ex Hebręo uertit. Hier. Completi sūt, uel finiti sūt hymni Dauid, qm̄ totam plenitudinem

& finē iā enarrauerat Atq; hanc senten- E
tiā anno tatione, Felix ita exponit. Quō
(inquit) finitæ sūt orationes Dauid si cor
poris redēptionē, non aūt aīæ, dū hæc di-
ceret, prouidebat uidebat.n.uenturū Mes-
siam, redempturūq; oēs aīas, atq; eiectu-
rū dæmonē extra hūc orbē, & ianuā cœ
lorū aperturum, cuius orōnes nil aliud
postulabāt. Hæc Felix. Forsiā uerò ēt sic
respōderi posset. Psalmum hunc vltimū
fuisse eorum quos Dauid composuit, ta-
metsi sm ordinē localē nō inueniatᶜ ulti
mus, ita ut cōfectus senio Dauid hūc ce- E
cinisse dicatur in diebus nouissimæ se-
nectutis, & forte filio suo Salomone iā
3.Reg.1. in regnū introducto: quemadmodū legi
mus primo c.3.lib. Regū, ut tūc intelliga
tur hanc habuisse reuelationem, partim
quidē de pace & gloria regni filii sui, iā
in regnū introducti, potissimū uerò de fu
turo rege Messia & glorioso regno eius.
Quod aūt secūdo loco dictū est, amplio
rē habet certitudinē, uel certè uerisimili-
tudinē. ¶ Versu 1. Deus iudiciū tuū regi
da, & iustitiā tuā filio regis. Idem est, qui
rex uocatur, & qui regis filius, siue Salo F
monem typicum, siue Salomonē uerum
spectemus. Nā prior Dauidis regis filius
& in regno successor fuit, Chr̄us uerò
Apoc.19 Dn̄s, patris sui regis æterni filius, & rex
ipse fuit. Vnde in Apocalypsi Ioannes in
eius fœmore scriptū legit, Rex regum, &
dn̄s dominantium. Sic.n. rex est, & regis
Roma.1. filius, quō & Deus & Dei filius, Dn̄s &
dn̄i filius. Est insuper filius regis Dauid
quatenus (iuxta Apostolorum) de semine
Dauid sm carnē factus est ¶ Versu 3. Su
scipiant mōtes pacē populo. Mōtes Apo
stolos & Apostolicos uiros intelleximus H
quorum cacumina & montes sua illu-
stratione primū Deus illuminat, ut de-
inde lumen ad alios humiliores fundāt
quemadmodū sol cum exoritᶜ, primū sui
luminis radios in uertices montiū effun
dit, à quibus mox in colles, & ualles, resi
lit suscepti luminis splēdor. Ita sane mō
tes isti pacem susceperunt à Christo, qui
Ioan.14 illis prædicandum dedit Euangelium pa
cis, sed nō sibi tantum susceperunt (quā-
Ioan.16 quā sibi primū ipso dicēte, Pacem relin-
quo uobis, pacem meam do uobis, &
in me pacē habebitis) uerum etiam uni-

uerso orbi. Atque hoc est quod non sim
pliciter dr̄, Suscipiant montes pacē, sed
adiicitur ipsi populo, Nā populo casus
datiui est, sm acquisitionis uim rectus à
uerbo suscipiāt, qm̄ utilitas significatᶜ to
ti populo. Id qd ēt angelus dominicę na
tiuitatis nocte pastoribus apparens, suo
beato nuntio prędicauit, dicens, Euange Lucę.2.
lizo uobis gaudium magnū qd erit om-
ni populo, quia natus est nobis hodie sal
uator. Colles aūt rectè Ecclesias intelli-
gimus, Apostolica prędicatione funda-
tas altas qdē & sublimes fidesusceptā ab
Apostolis, qui tn̄ ut montes supereminēt
præcellentia authoritatis & dignitatis,
tanquā Ecclesiarū post Christum proge
nitores & capite, qūo montes subiacen-
tibus collibus præminent. Versu 4. Iudi-
cabit pauperes populi, & saluos faciet fi-
lios pauperū, & humiliabit calumniato-
rē. De iudicio pauperū, pluribus in locis Esaiæ.11
pphetauit Esaias: nominatim capitulo
undecimo, ubi sic ait: Iudicabit in iusti-
tia pauperes, & arguet iniquitates pro
mansuetis terræ. Qd aūt sequitur, Et per
cutiet terrā uirga oris sui, & spiritu labo
rū suorū interficiet impium, illi respon
det qd in præsēti loco mox subditur, Et
humiliabit calumniatorē. Et c.14. sic ha Esaiæ 14
bet, Pascentur primogeniti pauperū (san
cti nē Apostoli, primitias spūs habētes,
& quasi inter cæteros Christi fideles pri- Rom.8.
mogeniti) & pauperes fiducialiter requie
scent, cæteri uerò omnes priorum prædi-
catione fideles facti. De calūniatore au-
tem subdit, Et interire faciam in fame
radicem tuam, & reliquias tuas interficiam,
Licet autem calumniatorem peculiari-
ter exposuerimus diabolum (Nemo siq-
dem generi humano tam calumniator
& malignator est) potest tn̄ ēt ad omnes
impios extendi, quales fuere potentes at
que sapientes seculi, quos humiliabit
Deus, qn̄ iuxta uerbū Prophetæ perdet 1.Cor.1.
sapientiam sapientū, & prudentiā prudē
tum, reprobabit, & qn̄ potentes, ut Sapiēs Sapiē.9.
ait, potēter tormēta patientur. Verum hi,
ut mēbra in corpore, siue sub capite, faci
lè in diabolo comprehenduntur ¶. Ver-
su 5. Et permanebit cum sole, & ante
lunam, in generatione generationem.
Græce est συμπαραμενεῖ τῷ ἡλίῳ, i. (ut
ita

ita dicā )cōpermanebit soli, hoc est simul A manebit cū sole. Quod ſm litterā intellectū de sole corporali, significat ęternitatē & indeficientiā regis Messiæ. Illud verò, ante lunā, in Elucidatione exposuimus, in conspectu lunæ, vel corā luna, vel dū perseuerabit luna quēadmodū ex Hebræo vertit Felix. Quod si præpositio acciperet, vt nota prioritatis & præexistētię Christi ante lunā, significaretur Christi à parte priori æternitas: sicut eandē à parte posteriori, per illā priorem particulā permanebit cum sole, diximus significari: esset. n. hic sensus. Permanebit Messias B cū sole, quēadmodum & fuit ante lunā, atq; oēm creaturam, ab æterno à patre ſm diuinitatē procedens. Et huic sensui magis fauere vr̄ Græca lectio q̄ hēt πρὸ τῆς σελήνης id est, ante lunā nō in cōspectu lunæ. Nā in conspectu apud Græcos dici solet ἐναντίον vel ἔμπροσθεν vel ἐνπροσώπῳ, quorum nullū hic hr̄, sed simplex præpositio significans ante: nisi ēt ipsum accipiamus impropriè, pro corā. Sic enim idem esset, quod in conspectu lunæ. Alij verò prædictum uersum exponunt ſm mysticam intelligentiā. Permanebit C Christus humiliato calumniatore & superato diabolo, cū patre suo in dextera eius residens. Ipse aūt est verus sol, perpetuum splendorem de se diffundens radium videlicet consubstantialem, qui est filius: & ardorem, qui est spiritus sanctus. Permanebit quoq; ante lunam, id est, ante Ecclesiā, tanquā caput, rector &
Ephe. 1. viuificator ipsius: quēadmodum Paulus ad Ephesios scribit, q ipsum Deus pater caput dederit super oēm Ecclesiam, quæ est corpus eius. ¶ Versu 6. Descendet sicut pluuia in vellus. De humanatione D Christi intra virgineū vterum. In Elucidatione hic versus expositus est, De vellere
Iudit. 6. aūt cū dicit, vr̄ ad illud Gedeonis vellus non absq; mysterio respexisse, quod in futuræ signū victoriæ primum quidē rore impletū fuit, tota terra per circuitū manente arida: sed deinde conuerso ordine, tota terra per circuitū fuit humectata, solo vellere in sua siccitate permanente. In quo, per mysterium intelligunt quidam id quod multo post in aduētu Christi impletum fuit, qū primum in virginis vterū descendens, atq; ita mūdo prodiēs ad solos Iudæos venit, eisq; salutis verbū prædicauit, cæteris per orbē nationibus in ariditate relictis, qū dicebat, Non sum missus nisi ad oues quæ perierūt domus Israel. Matt. 15.
Et Apostolis præcipiebat, ne ī viā gentiū abirent. Matt. 10
Postmodū verò, vbi ascēdisset in cœlū descendit secundo p spiritus sui missionē, in modū guttularū stillantiū super terrā, p infusionē gratiæ suę in corda fideliū, ac tum quidē oīs terrarū orbis pluuiæ huius salutaris factus est particeps sola Iudæa remanente arida & obstinata in incredulitate sua. Nostræ aūt expositioni in elucidatione positę de descēsu Chr̄i in vterū virginis, apertè suffragat dulcissima antiphona illa, quę in die sacræ circūcisionis suauissimè canit. Qū natus es ineffabiliter ex virgine, tūc impletę sūt scripturæ: sicut pluuia in vellus descendisti, vt saluū faceres genus humanū, te laudamus Deus noster. ¶ Versu 7. Oriet in diebus eius iustitia & abundātia pacis, donec auferat luna. Qūo in diebus Messiæ orta sit iustitia, nemini incognitum est, & in Elucidatione satis apertè monstrat. De pacis aūt abundātia, forte quis dubitet, ex eo quod Saluator ipse Ibidem.
ait in Euangelio, Nolite arbitrari, quia pacē venerim mittere in terrā, Non. n. veni pacem mittere, sed gladium. Sed manifestum est, aliā esse pacem quæ abundanter in diebus Messię exorta est, ab ea quē idem se dicit auferre. Hæc. n. tpalis est, & pax mundi. Illa verò pax ex est cordis, pax cœlestis, pax Dei. Inter quam duplicem pacem, manifestā ponit distinctionem Saluator, cum in cœna nouissima Ioan. 14
ait iamiā relinquendis discipulis atq; in eis posteris omnibus per eos credituris. Ioan. 16
Pacem (inquit) relinquo vobis, pacē meā do vobis. Non quomodo mundus dat, ego do vobis. Et iterum, Hæc loquutus sum vobis, vt in me pacem habeatis. In mundo pressuram habebitis, sed confidite, ego vici mundum. Hęc autē est pax bona de qua Paulus loquitur dicēs, Et pax Dei, quę exuperat sensum, custodiat corda vostra & intelligentias vestras, in Christo Iesu. Et Propheta alius, Non est pax impiis, dicit dominus. Licet autem Philip. 4
verum sit, fuisse in tempore natiuitatis

Christi abundantiā pacis tpalis, orbe toto sub imperio Octauiani Augusti à pręliorū strepitu quiescēte, manifestū est tñ in textu de hoc nō fieri sermonē: nisi forte aliquo mō, quatenus pax ista tpalis in qua nascebat Chrs, signū erat verę pacis, quā ipse afferebat mundo. De tpali autē pace principaliter nō fieri mensionē, est manifestum, primum, qa pax illa in diebus Chri nō est exorta, sed annis aliquot ante Chri aduentum cęperat. Incœpit.n. circa finē imperii Iulii Cęsaris, post quē in pace multa regnauit Octauianus Augustus, cuius anno decimo actauo natus est Christus. Deinde, neq; stabilis ista pax fuit, neq; pdurat donec auferat luna: qñquidē paulo post Christi mortē pax illa tpalis grauissime turbari cœpit. Euidens ergo & certum est, de pace altera vera, fieri sermonē. Et rectè quidem, de hac pace loquens præmittit iustitiā, bono ordine demū subiungens pacē, Oriet (inquit) in diebus eius iustitia, & abundātiā pacis: vt hoc ordine, quasi radicē insinuet verę pacis, quę nimirū est iustitia. Quemadmodū .n. nemini impio pax ista esse pōt, ita pto fecto non pōt eadē non esse hoī cuilibet iusto Consequēt.n. iustitiā. Vñ & Paulus Apostolus in exordio epistolarum penè oīum hoc deprehendit obseruasse, vt discipulis gratiā & pacē ante oīa fuerit imprecatus: iuxta prædictum ordinē sp gratiā præmittens, per quā est hoī à Deo sua iustitia, ac deinde pacē subnectens. Hanc aūt iustitiā & abundātiā pacis, in electis & in Ecclesia sancta permansurā vsq; in finem sæculi, nemo verè fidelis dubitat, nec in illa quidem vltima & grauissima Antichristi persequtione, quæ nec ipsa pacē à Deo relictā firmatis fidelibus poterit eripere, quātumuis mundus oīa miscuerit inaudius tumultibus. ¶ Sed quæsat aliquis, quid sibi vult quod dr, Donec auferat luna? An luna aliqñ auferet? Imo potius in æternum perstitura creditur, neq; aliqñ auferenda. Sed intelligendum est hoc fm cum statum in quo nunc est, mutabili vt; & imperfecto lumine. Nūc .n. donec seruit hoī, variū habet & instabile lumē, nunc plena, nunc dimidia, nūc crescens, nunc decrescens, nunc hac parte tñ, nunc illa tm lumē à sole suscipiēs, iuxta quod variis modis soli obiicitur: interdum verò penitus luminis eclypsim siue defectum patiens. In resurrectione aūt & consummatione sęculi, qñ cessabit hoi ministrare, quasi pro mercede laboris accipiet nouā gloriā, & in melius reformabitur, ab omni motu & instabilitate Dei voluntate liberanda. Ac tunc quidem auferetur, non fm substantiā, sed fm imperfectionē: quo mō cœlum & terra (iuxta Saluatoris verba) transibunt, nō fm substantiā, sed fm qualitatem: qm ad statum perfectiorem redigentur. Erit.n. tunc luna plenè illuminata à sole ex omnibus partibus, idq; lumine multo lucidiore, & suam hanc plenitudinem ita seruabit absq; mutatione imperpetuum. De cuiusmodi luna in alio Psalmo dr, Sicut luna perfecta in æternum. Donec ergo auferatur luna, id est, vsque in sæculi consummationem, quando secundum prædictum modum auferetur mutabilis luna Aut intelligatur secundum negationem dictum esse, donec auferatur luna: quia nunquam est auferenda, & ideo imperpetuum est pax illa permansura. Quemadmodum si quis dicat, Non excident sancti Dei à gloria, donec deficiat ipse Deus, non aliud sibi hæc volet oratio, q̄ sanctos nunquam priuandos gloria, vt Deus nunquam deficiet a subsistētia. ¶ Versu 8. Et dominabitur à mari vsque ad mare, & à flumine vsq; ad terminos orbis terrarum, In Elucidatione generaliter exposuimus, à mari vsq; ad mare oppositum, ad significandum vniuersale dominium Christi super oēm terrā intra terminos istos cōtentam: quod aliqui specialius exponunt, à mari Indico vsq; ad Gaditanum, Hæc enim sibi ex opposito sunt. Alii intelligunt à mari rubro vsq; ad mare Palestinæ. Alii dicunt, à mari salso vsq; ad mare magnum. Atq; ita solum intelligunt hac prima parte versus totā terrā Iudæorum, quæ his terminis cōprehendit. In altera aūtē, s. à flumine vsq; ad terminos orbis terrarum, intelligunt per totā terrā gentium, à flumine scilicet Euphrates, vsque ad terminos orbis. Quanquā hoc flumen, alii Iordanem intelligunt, alii Nilum In omnibus autem his conuenientia est, quod significa-

Marginal notes: Esa. 48. Esa. 57. Lucæ. 1. Psal. 88. Esa. 48. & 57.

ficatur uniuersalitas dominii Christi, q̄ A morte deuicta, etiam secundum humanitatem factus est dominator super omnem terram Iudæorum pariter & gentiū Paraphra. Chald. sic habet, Et dominabitur ab angulo maris magni & Euphrate usque ad fines terræ. Quod nostræ expositioni in Elucidatione positę quadrat. ¶ Versu. 15. Et uiuet, & dabitur ei de auro Arabiæ & adorabunt de ipso semper difficultatem nonnullam facit additio particulę huius de ipso, quam in Elucidatione uisū sumus præterire. Simplicissimum erit, si improprio loquendi mo- B do accipiatur, Adorabunt de ipso, p̄ adorabunt ipsum: Alii verò sic intelligunt, De ipso auro Arabiæ adorabunt, semper quia cum illo adorabunt, uel in oblatione præciosi muneris adorabunt. Non. n. adorabunt uacui, adorabunt dominū, neque de nihilo, uel sine ullo munere adorabunt, sed cū præcioso munere, siue corporali, siue potius spirituali. Nam cordis deuotio, & pia erga Deum affectio, aurū est longe optimum, de quo Deus uult adorari. Alii probabilius arbitrantur, relatiuū ipso referre Christum dominum, C hoc modo, Et uiuet Messias, & adorabūt

Ioan. 4. de ipso rege Messia semper, dicū t aūt fideles adorare de ipso semper, uel quia ab eo habent, q̄ Deum adorare sciunt in spū & ueritate Ipse. n. nos orare & adorare docuit, & debito cultu Deū uenerari, suoq; exemplo nos hac in re informauit. Vnde & forma orationis dñicæ, q̄ in ore est oīum fideliū, de ipsius est magiste-

Mat 6. rio, quemadmodū sacra testātur Mathæi

Lucæ 11. & lucæ Euangelia, pp quod in Missę sanctissimo sacrificio, orationem hanc Deo prolaturus Sacerdos, præmittit, dicens p̄- D ceptis salutaribus moniti, & diuina institutione formati, audemus dicere. Vel quia

Rom. 8. ipse dat, ut oremus. Siquidē fides, & quicquid ex fide operamur, illius sunt dona. Ipse quoque spiritus qui postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, ipsius est donū. Vel de ipso, quia per ipsum. Vn- Ephes. 2 de quoties patrem cœlestem accedimus, adorādi gratia, per ipsum accedimus. Nā (ut Paulus Apostolus ait) per ipsū habemus accessum ad patrem. Ex Hebræo uertit Hieronymus, Orabunt de eo iugiter Quod sic potest intelligi, Fideles de eo iugiter adorabūt, ut possint ipsius esse, & ipsi incorporari, ipsumque semper & habere & tenere, in eo permanere. Ad eun- Ioan. 15 dem sententiam reduci potest, quod uer- & 16. tunt alii, Orabunt pro eo. Alii dicunt tūc orari de Christo, uel pro Christo, cū pro ipsius membris qui sunt fideles, aut corpore quod est Ecclesia, fit oratio. Sūt qui uertunt, Orabunt per eum iugiter: quod faciunt fideles, dum per Christum patri supplicant, iuxta illud, Si quid petieritis patrem i nomine meo, hoc faciam. Alii, Orabunt coram eo, uel ante eum iugiter. Et hoc manifestum est. Ex omnibus his eligat q̄sque, quod sibi maximè arridebit Titū. 1. Nam in Elucidatione nullius horū me minerimus. ¶ Versu 16. Erit firmamen- Ps. 104. tum in terra, in summis montium. Firmamentum istud Elucidatio dicit soliditatem Euangelicæ doctrinæ, quę firmissi- Ps. 103. ma, fundatissima atq; certissima est, utimirum à prima ueritate, quę mentiri non pōt deriuata. Pōt etiam accipi firmamentum pro pane, qūo in Psalmo dr̄, Et omne firmamentum panis contriuit, eo q̄ panis, iuxta alterius Psalmi sententiam, cōfirmabat cor hominis. Atque ita p firmamentum istud panis intelligimus panem uerbi Dei, idem uidelicet quod supra per firmamentum. Euangelica namque doctrina uerbū Dei est, & panis animarum, quo reficiuntur, nutriunt̄ confirmantur, atque solidantur in bona corda fidelium. De hoc autem uersu annotationem notabilem require in annotationibus ex Hebræo. Item & circa uersū sequētem, Añ solē permanet nomē eius.

## LXXII. PSALMI ARGVMENTVM.

*Psalmus iste argumentum habet satis conueniens cū Psalmo trigesimo sexto, cuius initium est, noli æmulari in malignantibus, neq; zelaueris faciētes iniquitatē. Vterq; n multa loqtur de p̄speritate impiorū & aduersitate bonorū in sęculo præsenti ecōtrario uero de felicitate bonorū & miseria malorum in sæculo uenturo, ubi mirabiliter cōmutabunt̄ oīa. In hoc tñ est differentia, q̄d in Psalmo illo, Propheta in sua persona loquēs, quasi p̄fectus, nō ipse cōquerit̄ sed*

*imperfectos*

*imperfectos in via Dei (quos prosperitas impiorũ forsitan cõmouere posset) alloquens, eosdẽ cõtra tentationẽ hmõi confirmat per varias cõparationes ostẽdens & demonstrans, prosperitatis illorũ non durabilẽ statum: contra verò, bonorũ fœlicitatẽ æternã. In hoc aũt, quasi infirmorũ & querulantium personã suscipiens, zelantium ratiocinationes & querelas ipse proponit, donec tandẽ circiter finem Psalmi, ad personã propriã rediens, sapienter murmurationem & tentationem infirmorũ, Perfectionis responso, ex sua sententia dissoluit. Non.n. arbitrandũ est, Psalmistã in sua propria persona murmurationes eiusmodi, quales in hoc Psalmo apparent proferre: sed tandẽ velut ratiocinando obijcit, ex aliena snĩa, vt postmodũ ex propria dissoluat, quemadmodum facere solent, qui quæstiones disputabiles tractant. In hoc ergo Psalmo, proposita initio firma conclusione, de bonitate Dei erga suos electos, mox imperfectorũ personã assumens hanc propositã conclusionẽ multis versibus impugnat: quorũ oĩum in hoc summa est, ꝙ impij in hoc mundo florere, dominari, & absq; vlla aduersitate in cunctis videntur prosperè agere, dũ pij interim varijs tribulationibus diuexantur, id quod cũ Dei erga res humanas prouidentia, non satis vĩ sm humanũ tenue iudicium consistere. Et hæc quidem vsq; ad uersum decimumquintũ. Vbi rursum ad oppositam partem pro veritate argumentans, prædictas ratiocinationes imperfectorum elidit, absurdum reputans, si vniuersa natio electorum condemnetur, & velut stulta ac vana iudicetur, quod sanè inconueniens statim consequitur eum qui se frustra & vanè Deo seruire dixerit, eo quod temporalia mala sustinet. Est enim hoc oĩbus electis cõe, vt persequutionem patiantur pro iustitia, & in hoc est eorum gloria. Deinde, considerare volens & perquirere hæc Dei occulta iudicia, videt se in sua consideratione deficere, nec posse huius occulti diuini consilij secretum comprehendere, donec ad sanctuarium Dei tandem pertingat, vbi nouissima tam iustorum quam impiorum considerans, intelliget mirabili dispositione factum esse, vt impij in hoc seculo bona, iusti verò mala reciperent. Vbi versibus duobus, impiorum damnationem, & à pristina fœlicitate deiectionem describens, ac velut seipsum pro murmuratione & æmulatione ex imperfectorum forma assumpta increpans, amodo vt iumentum absq; ratione existens, & suo dño absque iudicio in cunctis obediens domino se submittit, vt eius manu deducatur, & in finẽ gloriosum tandem perducatur. Post hæc verò totus supra se raptus, & quasi in extasi positus, qui hactenus quasi conqueri visus fuit, ex alienæ personæ insipientia propria iam sapientia totus in Deum transit, illum solum desiderans, & præter illum aliud nihil, siue in cœlo, siue in terra expectans: cui (mortis interitu comminato desertoribus) bonum iudicat & decernit perpetuo adhærere, & spem totam in eo firmare, laudesque eius palã omnibus celebrare. Sic qui per Psalmi decursum, quasi insipiens loqui visus fuerat, ad primi versus conclusionem rediens, sapientissima cõclusione Psalmum finit, ut vix inueniatur Psalmus alius, qui tam ardenti charitatis flamma abrumpitur magis quàm finitur.*

## LXXII. PSALMI ELVCIDATIO.

*VAM bonus Israel Deus:* Verè bonus, suauis, dulcis benignus, misericors, & beneficus est Dominus Deus noster erga Israel populum suum, erga fideles atque electos suos:

** his qui recto sunt corde.*

Rom.9. erga eos nimirum qui sunt recto corde, qui sunt verus Israel secũdum spiritum, qui affectu syncero & puro corde super omnia Deo placere, & ipsius voluntatẽ implere satagunt, cunctas aũt errorum & vitiorum tortuosas vias & curuitates studiosè declinant.

2 *Mei autem pene moti sunt pedes, pene effusi sunt gressus mei.*

Attamen euenit nonnunquã hoc mihi, sm sensus imperfectum iudicium iudicare volenti, vt pene à via recta mouerent pedes mei, vt pene sese effunderent gressus mei ad recedendũ à Dño, & ambulãdum vias peccatorum, contigit aliqñ, vt vacillare inciperem quantum ad inferiorem partem animæ, sm carnis affectum, ac hæsitare, vellem ne in via angusta permanere iustitię, aut in vitam speciosam impiorum abscedere.

3 *Quia zelaui super iniquos pacem peccatorum videns.*

Causa aũt huius hæsitationis mihi vt sic imperfecto erat, ex eo ꝙ videns hoĩes huius seculi impios Deũ nõ timentes, pacẽ temporalẽ habere, & omnibus bonis in

hoc

hoc mundo affluere, nihilq; aduersum A habere, sed epulari, dliciari, & pro libito oia agere, zelo cōmotus fui aduersum illos intra memetipsum super hoc turbatus fui, velut indignans de eorum fœlicitate & pace temporali: cum ego in Dei seruitute, plurima mihi aduersa conspicerem euenire: atque ita commotus secundum sensuale iudicium, quodammodo trahebar desiderio æmulandi illorum vias, vt simili frueret fœlicitate.

4 *Quia non est respectus morti eorum:* Quoniam quidem non habent respectū sine cōsiderationem in diem nouissimū B mortis suæ, nō recogitant de mortis exitu, nō respiciūt, neq; ante oculos ponūt finē exitus sui, quēadmodū faciūt studentes iustitiæ: atque ita absque omni metu & timore liberè faciunt quicquid fuerit collibitum sensui, & sine timore deliciis perfruuntur, quantum valuerint:

* *& firmamentum in plaga eorum.* & non est firmamentū, nō est stabilitas in afflictione siue aduersitate eorum, & si quid aliqn̄ illis occurrat afflictionis, nō est stabilitas mali illius, statim possunt depellere suis diuitiis, sua potentia, sua C

2.Tim.3 malitia, siue astutia, mox sciunt quomodo se liberent & expediant ab afflictione

Act.14. 5 *In labore hominum non sunt:* In laboribus & molestiis quales perpeti solent homines iusti, nō inueniunt, sed extra omnem laborem & molestiā inque te atque deliciis otiose vitam degunt:

* *& cum hominibus non flagellabuntur.* neque flagella aduersitatum & tribulationum sustinet, quemadmodum cæteri homines piè volentes in Deo viuere, quos oportet per multas tribulationes trāsire, & persequutionum flagella frequenter D tolerare. Tam n. sunt feroces isti huius seculi impii hoīes, iam sunt timore Dei postposito furibundi, vt nemo illis audeat sese opponere, nemo illos audeat cō tingere, vt omnibus sint formidini, sicq; nemo illis quicquam audeat mali inferre: eū econtrario boni & pii passim opprimantur, derideantur, decipiantur, & variis modis affligantur à malis.

6 *Ideo tenuit eos superbia.* Et qm̄ sic in perpetua prosperitate vidēt se vitā ducere, nihilq; sibi aduersū obuenire, ob hoc superbia intumescunt & efferuntur intra sese, voluntque omnibus se præponere:

* *operti sunt iniquitate & impietate sua.* circundederūt se, & quasi vestimēto operuerunt se iniquitate & impietate sua: quasi pro lorica induerunt, & pro armis assumpserunt sibi iniquitatē & impietatē suā. Est n. impiorū iniquitas, quasi pro munimēto illis: dū pp ferocitatē nemo illis audet resistere, & ipsi pp carentiam timoris Dei quidlibet aliis audent inferre, neque Deum timentes, neque hominem.

7 *Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum.* Iniquitas quam ipsi operantur, prodiit in opus exterius, quasi ex adipe & pinguedine, ex crassa & impinguata ī corde eorum malitia: foris operantur malū, quasi ex delectatione & proposito peccantes, & in peccatis dulcedinem atque delectationem captantes:

* *transierunt in affectum cordis.* eo tandem pertingunt, vt quicquid desiderare possint, aut corde concipere siue proponere id audeant opere patrare, nulla habita ratione, siue virtutis siue honestatis: solis suis affectibus seruiūt, his tantū obsequuntur, nihil considerantes aliud quicquid corde cōcipiūt, quicquid mente disponunt, audacter patrantes.

8 *Cogitauerunt & loquuti sunt nequitiā:* In cordibus iugiter versant nequitiā & malitiā, nouis adinuentionibus apud sese ingeniosè ac sollicitè exquirētes, quō iustis nocere valeant, eandemq; vt concipiunt corde, ita efferunt ore, cum sui similibus de huiusmodi sedulò pertractantes in suis conciliabulis:

* *iniquitatem in excelso loquuti sunt.* neq; verò cōtra homines proximos suos tantum loquuntur iniquitatem, sed etiā in cœlū extendunt linguas suas, blasphemiā & impietatē cōtra Deum loqui non formidantes, eo quod nec homines, nec Deum timeant.

9 *Posuerunt in cælum os suum.* Audent aduersus cœli habitatorē opponere os suū: & in sanctitatē eius tremēdam nō uerētur soluere impias linguas suas, impiè ac infideliter de Deo loquētes aut aduersus Deum, si quid nō iuxta illorum aīum contingit, blasphemantes:

*& lin-*

* *& lingua eorum transiuit in terra.* E
& quemadmodum contra Deű malè lo-
quuntur in cœlo residentē, sic multo fa
cilius linguā suā laxant inhabitātes su-
per terrā, vt aduersus illos iniqtatē loquā
tur, mēdacia, calumnias, detractiones, cō
uincia, fraudes, hisq; maiora. Qui.n. Deű
cœli potentissimum non metuunt, vt in
illum audeant aperire ora impudētia,
quō nō imbecilles proximos, quibus sūt
potentia seculi superiores, audebunt im
pias soluere linguas?

10 *Ideo conuertetur populus meus hic:*
Propter ista populus pius (de quorū nu F
mero & ego esse cupio; atque ob hoc me
illis connumero) hic conuertetur: ī hac
cōsideratione sistet gradū, & quasi vacil-
lare incipiet, & quō moueri à proposito
iustitiæ in harum.f. rerum consideratio-
ne sistunt gradum, quasi cum admiratio
ne, tantam impiorum fœlicitatē fixius
cōtēplantes, & velut cum quadā dubita-
tione hæsitantes, nō in via iustitię perge
re debeāt, an illis sese velint assimilare:

* *& dies pleni inuenientur in eis.*
& cū huc se cōuertet populus pius, aliud
ēt considerat quod grauat afflictionē, nē G
pe quod dies pleni inueniuntur in im-
pijs, & impiorū prosperitate, quod uidēt
impios vitam longam in sua prosperita
te ducere, & vsq; in multam senectā viue
re, nihilq; aduersum perpeti. Quod qui-
dem mirum in modum prędictā aggra-
uat piorum tentationem.

11 *Et dixerunt, quomodo scit Deus, & si est scientia in excelso?*
Et dixerunt intra sese, hanc tantā fœlici
tatem malorum considerantes boni, ve-
lut in vacillationem, & quodam scanda-
lo positi, apud sese ratiocinantes ac sibi H
obiicientes, Quō fieri potest aut credi, vt
Deus scientiā habeat earū rerum quæ hic
agūtur ī terris? & quō pōt esse apud Deū
qui in excelso habitat, cognitio harum
rerum hæc in terris aguntur. Quomodo
non magis videtur, Deum res nostras
vel ignorare, vel non curare? Q io non
magis videtur ipse circa cœli perambu-
lare cardines, nec nostra considerare? Nō
enim fm humanā æstimationem videtur
verisimile, Deum ista sic permissurū si
eius sese ꝓuidētia ad nos vsq; extēderet.

12 *Ecce ipsi peccatores & abundantes in seculo obtinuerunt diuitias.*
Quomodo enim eius prouidentia hoc Iob. 22.
pateret vt impii hoīes huius seculi abū-
dent, & diuitias possideant, omnibusque
diuitiis, deliciis, & quibuslibet tēporariis
bonis affluant, piis interim in egestate
& pauperpate multa vitam degentibus?
Nonne si mundum regit, & humana cu
ras Dei prouidētia, æquum magis videt
& rationabile, vt seruos suos nutriat, eis
que bona sua tribuat, quam alienis & ꝑ-
fidis cōtemptoribus? Quomodo ergo cū
hac impiorum prosperitate, & bonorum
aduersitate, stat Dei erga res humanas
prouidentia?

13 *Et dixi, ego sine cā iustificaui cor meū:*
Et dixi, horum assumpta persona, in hac
ęmulatione, tentatione, atque argumēta-
tione ꝓgrediēs, Si bonis male est, & ma-
lis econtrario bene, vanus ergo & stul-
tus ego sum, qui studui cor meum iustū
exhibere coram Deo, & in iustitia ac san
ctitate vitam ducere mala cūcta fugiēdo:
& bona sedulo operando: idq; magno la
bore & studio.

* *& laui inter innocentes manus meas.*
itemq; frustra cōuersationē meam insti-
tui apud iustos & innocentes illi me as-
simulando, illisq; me iungēdo, & impio-
rum prauam societatem fugiendo.

14 *Et fui flagellatus tota die:*
Frustra etiā & absque vtilitate iugiter af
flictiones & flagella pertuli, partim qdē
quæ ab aliis illata ꝑ iustitiā patiēter su
stinui, partim verò quæ amore iustitiæ ad
propriæ carnis damnationē, & malarū
affectionū repressionē ipse suscepi, casti-
gans corpus meum, & in seruitutē redi-
giens, ne à iustitia reprobus efficerer;

* *& castigatio mea in matutinis.*
& frustra meipsum primo diluculo ante 1. Cor. 9
solis exortum examinaui, diiudicaui, ar-
gui, reprehendi & castigaui, vanè vtiq; &
frustra egissem, sic diiudicando meipsū,
& corripiendo ꝑ rigidā examinationē
cunctas operationes vitæ meæ, proq; cō-
missis malis meipsum puniēdo & affligē
do per pęnitentiā, quoties errata depre-
hendissem, hæc, inquam, & similia, qbus
sese occupant homines iusti, frustra &
absque vtilitate videbor fecisse. Nā si bo-
ni re-

ni recipiunt mala, e contrario uerò mali bona quomodo non maiori utilitate uacassem iniquitati, & impiis fuissem assimilatus, uixissemq; in deliciis, absque oī timore & castigatione? Nam si quidem bona recepissem, cum iustitiæ multo labore & afflictione inseruiens accipiā mala.

15 *Si dicebam, narrabo sic.*
Cum uerò ista sic mecū animo uoluerē, ex altera parte intra memetipsum, uelut prædictis cogitationibus & ratiocinationibus respōdens, dicebam: Si sic narrauero, si ita dixero, ut iam an ex imperfectorum murmurātium consuetudine, uelut B côquerēdo de Deo iudiciis obieci, si eiusmodi ex corde meo protulero, si talia ex animi sententia pronunciauero.

* *ecce nationem filiorum tuorum reprobaui*
ecce inconueniens offert se ex altera parte maximum, nimirum talibus dictis reprobatur, & uelut condēnatur uniuersa gñratio filiorū Dei: ecce qui talibus querimoniis ex animi sententia utitur, hoc ipso uniuersum populum electorū Dei despicit, & uelut stultum ac uanè agentē iudicat & cōdemnat. Cum. n. omnes quipiè uolunt uiuere Deo, persequutionem C

2.Thi.3. patiantur, & mala in præsenti multa suscipiant per quæ illos oportet in regnū
Act.14. Dei intrare, in patientia possidentes aīas
Luc.21. suas & gloriantes in tribulationibus, atque in huius mūdi malis gaudentes: non
Rom.5. ne manifeste ut stultos & uanè ista ferētes dānat & reprobat electos, qui se frustra putauerit aut dixerit seruire Deo, eo q in præsenti mala recipiat? Est enim hoc illi commune cum omnibus electis Dei. Absurdissimum autem fuerit, totam filiorum Dei nationem reprobare.

16 *Existimabam ut cognoscerem:*
Itaque inter utrunque uelut hæsitabundus consistens, habui consilium, ut ista Dei iudicia diligenter cōspicerem, & sperabam diligenti consideratione posse assequi intelligentiam huius rei, quid uidelicet sibi uellet, & quamobrē ita Deus disponeret, ut in hoc sæculo mali bona recipiāt, boni uero ex opposito mala, cū id minimè uideatur secundum humanā rationem conuenire:

* *hoc labor est ante me.*
sed cū ad inuestigandū hæc Dei iudicia A apponerē considerationem, inueni difficillimum hoc esse, & nimis laboriosum nec homini possibile, altitudinē diuitiarum, sapientiæ & scientiæ Dei, & incomprehensibilia eius iudicia inuestigabilesque uias comprehendere, aut sensum mē temue domini cognoscere.

17 *Donec intrem in sanctuarium Dei:*
Est quidem hoc admodū difficilem, imo impossibile mihi, usq; dū hac carne fragili & obscura grauabor, neq; pertigere ad eiusmodi cognitionē potero, donec à corporeis his sensibus, & corpora B li crassitie liber ingrediar in sanctuarium domini, in conspectu tuę diuinitatis, ut te facie ad faciem contuer, illicq; in te quasi in speculo lucidissimo, oīum rationes conspiciam. Tunc enim facillimum cuncta erit uidere, quæ nunc difficillimum foret cognoscere. Rom.11. 1.Co.13.

* *& intelligam in nouissimis eorum.*
ac tunc intelligam, ut uideā nouissima impiorū, cum mihi demonstrabitur ęterna eorum mors & perditio contra uero uita & gloria sempiterna iustorum. Nam tunc quidem cū nouissima illorū uideri C mus non mirabimur, si eos quos iāta tāque diuturna (nimirum infinita & æterna) tormēta manebāt, oīum præscia ęterna sapientia permiserit in hoc sæculo tēporalibus modicū florere deliciis, quēadmodū neq; ex aduerso mirū uidebitur, si eos quos immēsis & sempiternis bonis destinauit uoluerit tēporalibus nūc ad tps modicū affligi malis, ut p mala hęc trāsitoria pararentur ad bona perpetua.

18 *Veruntamen propter dolos posuisti eis.*
Quamquā autem iuxta supradictas ratiocinationes, sub imperfectorū psona ita D fuerim querulatus, illud tamē de impiorum nouissimis certissime cognoui, qd pp dolos & fraudes & innumera eorum mala quæ operantur in hoc sęculo, iam illis reposuisti apud te tormenta & supplicia æterna, quę tu nunc illis seruas, & quæ illis es redditurus in tpe suo, digna operibus malis pessima præmia:

* *deiecisti eos dum alleuarentur.*
& hoc scio, quod dum maxime eleuati & exaltati fuerint ab illa sua gloria deiecētur & demergentur in profundū barathri de summa gloria ad infimā miseriā, de

nimiis

nimiis gaudiis ad importabilia supplicia E & quasi in ipsa sua exultatione decident in profundū. Tanto enim erit casus grauior, quanto in altiori gradu splēdidius florebant.

19 *Quomodo facti sunt in desolationem?*

Quam mirabili cōmutatione, quàm misere proiicientur in deuastationē, destructionem, desolationem, & perditionem æternam.

Psal.9.

Apoc.8

* *Subito defecerunt, perierunt propter iniquitatem suam.*

quomodo defecerunt subitò, & repentè ad nihilum redacti sunt, perierunt, quasi F cum sonitu impetu magno prostrati in damnationem, quomodo si lapis molaris magno impetu proiiciatur in profundū maris, idq; ptopter suam iniquitatē mercedem accipientes suis condignam operibus. Nec enim talia opera pessima, melior alia merces decebat.

20 *Velut somnium surgentium:*

Ad modum somnii quod dum expergiscitur homo aufugit, & perit, ita euanuerunt subito tanquam si non fuissent.

Ita quoq; per mortem deficit, & aufugit ab eis omnis fœlicitas eorum. Nā ut euigilans à somno eorum quæ per somnium imaginabatur, nihil inuenit ita esse, ut per somnium apparebat, & quemadmodum pauper aliquis fœlici somnio illusus, diuitiis & delitiis plusquam regiis abundare sese imaginatus, ubi euigilauerit, nondum se inuenit, ut ante nihilque eorum uerum esse comperit, quibus ante per somnium gloriabatur.

* *domine in ciuitate tua imaginem ipsorū ad nihilum rediges.*

Ita tu domine, in ciuitate tua cęlesti. in superna beatorum societate, illorum fęlicitatē tantū imaginariam & umbratilem ad nihilum rediges, annihilabis nihil esse demōstrabis, facies ut manifestè appareat, nihil eos uerę fęlicitatis habuisse quemadmodum sibi dum uiuerent dulciter, somniando persuaserāt. Peribit enim per mortem ab eis omnis imaginaria fęlicitas, sicut ab expergiscēte fugit somniū atque ita illis extra ciuitatem tuā exclusis ad nihilum dedocetur, & nihil fuisse reipsa comprobatur eorum imago, id est imaginaria simulata tantum fęlicitas.

21 *Quia inflammatum est cor meum, & renes mei commutati sunt:*

Et quidem donec ita prioribus meis cogitationibus inuoluebar, super impiorū prosperitate uolens Dei iudicia discutere inflammabatur intra me, & exæstuabat uelut præ indignatione & emulatione cor meum, & affectus mei corporales immutati sunt, & uelut indispositi ad operādum bene, æmulatione hac siue indignatione à corde in membra cætera ac uires inferiores se diffundente:

* *& ego ad nihilū redactus sum, & nesciui.*

& ego huiusmodi æmulatione memetipsum grauās, quasi ad nihilum redigebat, pene uirtutem & prōptitudinem ad operandum iustitiam perdideram, flaccescere incipiebā in proposito iustitiæ. & ego nō aduertebam sic me imminui, ita occultè eneruabat me spiritualibus uiribus ista tentatio, ut uix ipse aduerterem debilitationem & defectum spiritus mei.

22 *Vt iumentum factus sum apud te:*

Propterea uolens amodo omnem huiusmodi tentationem seponere (ubi illā mihi sic impedimento esse cernerem in progressu uiæ tuæ) nihilque tale ultra permittere, in meum animum hoc habui consilium vt tanquam iumentum reputarem memetipsum ante conspectum tuum, ut quemadmodum iumentū irrationale sui domini imperio subiicitur, nihil inquirēs eorum quæ dominus agit, neq; rationem postulans eorum quæ iubet, sed per omnia ducitur & trahitur, sic mouet, sic agit nihil perquirēs, nihil contra murmurans, rōnem nō discutiens, cur iā hoc opus iniungitur, aut cur hoc tempore, H aut cur non magis illud opus aut alia huiusmodi, sic & ego erga te dominū meum sum quasi brutum, rōnem non habens, nihil perquirens de tuis iudiciis, quur hoc sic agas, aut illud quur ita, aut quare iustis mala, malis bona dispensas.

* *& ego semper tecum.*

Ita in simplicitate & humilitate obediātiæ meæ ego semper tecū permanere dispono, in omnibus te sequi quocunque traxeris oīa operari quæ tu iusseris, omnia pati q̄ tu permiseris, in nullo contra murmurādo aut rationem inquirendo. Sufficit enim mihi post hac uolūtas tua, & incom-

& incomprehensibile consilium sapientiæ tuæ, neq; quęrā rationem alteram.

23 *Tenuisti manum dexteram meam:*
Cum autem ego totum ita dispositioni tuæ resignatione plenissima cōmitterē, tu me nequaquam abiecisti, neque aberrare permisisti, quemadmodum neq; dominus iumentum, quod se illius ductui credit, aberrare patitur, sed apprehendisti manum dexteram meam, ad eum modum quo solent matres apprehendere dexteram manum parnuli sui, ad deducendum per viam, partim vt uiam bonam ambulent, partim ne fatigati deficiant:

**& in voluntate tua deduxisti me:*
atque ita velut apprehensa manu, in tua benigna volun tate, in tuo beneplacito factus es mihi ductor per viam vitæ huius, & viam mihi bonam tuo ducatu commonstrans, vt non deuiem, & imbecillitatem meam sustentans atque confirmans, vt in via non deficiam:

Mat. 25. * *& cum gloria suscepisti me.*
ac tandem post peractam huius vitæ viā, post peractum itineris huius cursum, cū magnifica gloria apud te me recipies, dicturus, Euge serue bone & fidelis, intra in gaudium domini tui.

24 *Quid enim mihi est in cœlo: & à te q̄d' nolui super terram?*

O Deus optime & pater piissime, qui tam paternum mihi affectum exhibes, totus in te transit affectus cordis mei, & ipsum nimio tui amoris igne liquescēs, totū in te resoluit, adeò vt nihil p̄rsus sit in vniuersa cęlorū amplitudine, q̄d ipsum possit oblectare vel reficere, nisi tu, quē solum concupiscit: neque super terram sit omnino quicquā præter te quod desideret, quod concupiscat, quod à te postulet, nisi tantum te vnicum habere, tenere, possidere, te frui, te oblectari, te videre, tibi colloqui, tecum conuiuari, tecū delitiari, in te habitare, in tuis hortis deambulare, in tuo lecto cubare, in tua sede residere, in tuo foco calefacere, in te sua uiter requiescere: deniq; prorsus in te trāsire, & absorberi, vt vnum fieri tecum, vt

Ioan. 17 viuam iam non ego, sed tu viuas in me.

25 *Defecit caro mea & cor meum:*
Præ amore languet corpus & cor meū ac præ nimio tui desiderio deficit, tibi beata vnione copulari desiderans, tibiq; viuere, & te in se viuere, ipsum verò in sese mortuum esse concupiscens: Galat. 2.

* *Deus cordis mei & pars mea, Deus in æternum.*
tu es Deus cordis mei, desideratus animæ meæ, hæreditaria mea portio, & hæreditas mea æterna: quā vnā habere postulo, abiectis & abnegatis omnibus, quæcunque vel in cœlo vel in terra possint contingere, quæ oīa libenter diuendo & abnego, vt te absconditum thesaurum, te margaritam prætiosam, tuiq; possessionē veram & solidam mihi valeam comparare. Quæcunq; enim in mundo sunt, p̄pter te reputo vt stercora, vt vnieū te mihi lucrifaciam. Tu enim es totum meum desideriū, tota, mea spes & expectatio & merces magnanimis. Neque iam existimare volo, siue aduersa siue prospera, siue læta, siue tristitia: modò te mihi possim demereri, & in meam portionem te valeam lucrifacere. Si quidem in te vno me arbitror habere & posse omnia: nihil q̄ne mihi reputabo deesse, si tu modo ad fueris. Philip 3

26 *Quia ecce qui elongāt se à te, peribūt.*
Ecce enim qui se faciunt per transgressionem tuorum pręceptorum à te alienos, qui per peccata se diuidunt ac separāt à te, qui per alienos amores rerum mundanarum mox pereuntium, suum affectum à te auellunt, tibi amore nō adhęrēt, hos certa manet p̄ditio & æternus interitus.

* *perdidisti omnes qui fornicantur abs te:*
in perditionem æternam mittes omnes eos, qui fornicatione pessima adulterantes, te relinquunt, cui vni iungi debebāt & alienos sequuntur amatores, quibus amorem nullum debent: admodum mulieris adulteræ, quæ relicto amore & societate viri legitimi, cui desponsata est, & matrimonio iuncta, adhæret per amorem meretricium alieno viro, cui non est sociata matrimonio.

27 *Mihi autem adhærere Deo, bonum est.*
Mihi verò optimū est, indissolubili charitatis vinculo adhærere dn̄o Deo meo, vt sponso legitimo (cui vni & soli totū meū amorē debeo, & plusquā possim debeo) sicq; cum illo fieri vnum spiritum.

ex qua vnione omnium mihi spiritualiũ E bonorum procedit abundantia:

* *ponere in Domino Deo spem meam.*

1.Co. 6. & ita quidem illi adhærere, ut totam spẽ meã atque fiduciã ponã in Deo meo, nõ confidã neque in diuitiarum gloria, neque in delitiarum voluptate, neque in sæcularis sapientiæ pompa, neque in vlla prorsus re, nisi in te solo domino Deo meo: ut non in alio sciam aut velim, prę terquam in te vno gloriari.

1.Co.10 28 *Vt annunciem omnes prædicationes tuas in portis filiæ Sion.*

Gal.6. Ita, inquam, tibi adhærere & in te sperare, vt palã te prædicem, & omnes laudes F tuas enarrem atque enunciem, & cuncta quæ tu iusseris fideliter annunciẽ, nõ in angulo, nõ ĩ cubiculis, quasi erubescẽs de prædicatione operũ tuorũ, sed in portis Ecclesiæ tuæ sanctæ, hoc est palã omnibus tuis fidelibus, in Ecclesia sancta fide vera & corde illuminato agnoscenti bus, ac tãdẽ ẽt in portis supernæ Hierusalem ubi non deficiet neque per diem neque per noctem de ore nostro laus beata in sæcula sæculorum, Amen.

## ANNOT. IN PSAL. LXXII.

VErs.1. Quàm bonus Israel Deus iis G q recto sunt corde Quomodo apud eos qui scholasticas quæstiones tractãt, conclusio firma, cuius veritas asseritur, ꝓponi solet, ac deinde cõtra eam adhiberi rationes quæ videntur contradicere, ita in præsenti Psalmo, primum firmissima ista & verissima ponitur assertio, contra quam in sequentibus obiiciendæ sunt ĩfirmorum tentationes potius quã rationes, quibus nonnunquam vel scandalizantur, vel certe diuexantur infirmæ conscientiæ, hunc zelum siue æmulationem istam non facile superare potentes, neq; H ex animo abiicere. Notandum autẽ, qđ Israel in hoc uersu casus datiui est, id quod ex Gręco patet, ubi articulus addiť τῷ casus datiui, similiter in Hebræo sãed adducitur, sicut & ad datiuum posteriorem. Est ergo sensus, Quàm bonus est Deus Israeli, nimirum iis qui recto sunt corde, ut per sequentem partem, iis qui recto sunt corde, exponatur, quid p Israelem debeat intelligi Simul & hoc diligẽter attende, quòd dicitur Deus bonus nõ simpliciter oĩbus, sed Israeli, sed populo suo, sed iis qui recto sunt corde Non ergo Amalech, non Philistiim, non alienigenis, qui de populo ipsius non sunt, nõ iis qui in mundo & per terrenas cupiditates incuruato sunt corde. Sic enim & angelus Ioseph loquens, Israelem istum Mat. 1. respiciens, dicebat de Iesu, ꝙ saluum facturus esset populum suum à peccatis ipsorum, omnes videlicet q credituri erant in eum. ¶ Vers.4 Quia non est respectus morti eorum, hoc est, nõ est ipsis impiis respectus in mortem, vel consideratio de morte, qđ clarius vertit Hieronymus ex Hebræo, fm eandem tñ sñiam, hoc mõ, Quod nõ recogitauerũt de morte sua. Et Chald. Paraphra. Non terrentur, neque conturbantur propter diem mortis suæ. Et quidem si de temporali fœlicitate loquamur magnum est temporale gaudiũ, nullo mortis timore affici, quẽadmodũ afflictio corporis magna est diẽ mortis iugiter ante mentis oculos habere propositum. In scdã aũt parte huius uersus, Et firmamentum in plaga eorum nota duplicẽ intelligentiã fm qđ vel repetitur negatio, quę erat apertè posita in parte priori, vt sit sensus. Nõ est respectus morti, eorum, & nõ est firmamẽtum in plaga eorum. Atq; ita hẽt manifeste lectio Romani psalterii, dicens, Nec firmamẽtum ĩ plaga eorum. Et nos in Elucidarione fm huiusmodi negationis repetitionem, partẽ istã explicauimus, nimirum quod stabilitas & duratio non sit in plagis impiorum, ꝙ nõ diu duret eorum afflictio si in quam inciderint Mox. n. norunt sese extricare, & cõsolationẽ inuenire, qua pellant incidentẽ tristitiam Exempli gratia, Diues huius sæculi frigore incipit torqueri, extructo statim igne copiose, medetur afflictioni frigoris, & nõ est stabilitas, nõ est duratio in plaga ista si vel paululum sitiat, mox adferri iubet uini aut alterius delicati potus copiã, si esurit delitias habet epularum, quibus esuriem pellat, si grauis melancholia animum incipiat affligere, habet amœnos hortos, prata uirentia, in quibus obambulando animam relevet, habet musica instrumenta, accedit solo nutu aduocata

cata læta societas, pellitur afflictio: si quis A aduersatus est, si quis nocuit, si quis cõuiciatus est, si à quopiã ostensum aut contẽptum se putat, in illum mox vindictam parat, quãta põt damna infert illi à quo hæc accepit (Deum.n.nihil metuit) sicq; facta vltione, venit placatq; aĩum aliena miseria. Deniq;, & in aliis idipsum facilè quilibet considerabit. Posset verò & affirmatiue legi prædictus versus, non repetita negatione, hoc modo, Non est respectus morti eorum, & firmamentũ est in plaga eorũ. Quod hanc habet sñiam, Firmamentum & solida stabilitas poten B tiæ est in plaga eorũ, hoc est, si quẽ velint plagis afficere, si cui velint facere afflictionẽ & exitiũ malũ, fortiter & potenter id possunt. Potẽtes.n.sunt vt faciant male: partim quidem, quod potentiã habeãt & diuitias huius mundi, maximè verò quia Deum non metuunt sicq; nullũ habẽt retinaculũ à nocumẽto proximi. In quẽ sensum fere conuenit, quod habet Chald Paraphrasis. Efferunt cogitatus eorũ, & pingue ac forte est cor meũ. Sic & ex Hebræo verti põt, Et viuidũ vel forte est robur eorũ, videlicet ad sese defendẽ-C dum, ne à quoquam nocumentum patiãtur, ad alios quoq; oppugnandum vbi voluerint. ¶ Versu 5. In labore hominũ non sunt, & cum hoĩbus nõ flagellabuntur. Hoĩes pii duplicem habent in hac vita molestiã, priorẽ quidem in operando opera virtutis, quę sanè difficilia sunt eo ꝙ (iuxta verbũ Aristotelis) ars & virtus versentus circa difficile, idq; pp carnis nostrę corruptionem, vnde magis ad malum omne proni sumus, ꝗ ad bene

Rom. 7. agendum: quemadmodũ Apostolus dicebat Romanis scribens, Scio, inquit, quia D non habitat in me, hoc est, in carne mea, bonum. Nã velle adiacet mihi, perficere aũt non inuenio. Et iterum, Inuenio igitur legem, volẽti mihi facere bonum, qm̃ mihi malum adiacet. Et video aliam legem in membris meis, repugnantẽ legi mẽtis meæ, &c. Hinc ergo hẽt magnum laborẽ, qui operari studet quæ sunt virtutis, & Deo placita: quã profectò laborẽ & molestiã euadit, qui legi carnis totum se obedientem præstans, de perficiendis operibus Dei nihil cogitat. Posterior bonorũ molestia est, ex iis quæ in vita ista occurrunt perferenda, siue ex proprię carnis miseria, siue ex hoĩum peruersorum malitia, idq; Dei prouida dispensatione, qui his modis electos suos exerceri vult, & velut parari ad salutẽ nouissimã. Vnde suis discipulis Saluator dicebat, Beati eritis, cũ maledixerint vobis hoĩes, & separauerint vos, & exprobrauerint nomẽ vestrum tanquã malum, pp filiũ hois. Gaudete in illa die, & exultate, qm̃ merces vestra copiosa est in cœlis. Et Paulus Apostolus, Oẽs, inquit, qui piè volunt viuere in Christo Iesu, persequutionem patientur. Et in actis apostolicis, Per varias tribulationes oportet nos intrare in regnũ Dei. Estq; hæc illa disciplina, de qua ad Hebræos scribit, eos qui extra illã sunt, adulteros, non filios esse. Ab hac aũt afflictione icciico liberi sunt impii, qm̃ adulteri sunt, & non filii. Si.n. filii essent, patris disciplinã sentirent. Atq; hoc est qđ in secunda parte dr̃, Et cum hominibus non flagellabuntur, id est, cum filiis disciplinã non sentient: sed cum nothis erũt extra disciplinam. Hanc & distinctionẽ pulchrè admodum innuit Paraphrasis Chaldaica, quæ sic habet, In labore virorum laborantium, in lege non loquunẽ, vel non censentur, vel non cõputanẽ: & cum hoĩbus iustis qui patiuntur martyria, nõ vulnetanẽ, vel flagellantur. ¶ Versu 7. Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorũ, transierunt in affectum cordis. Huiusmodi non sunt illi qui tm̃ ex infirmitate peccant, à propria concupiscentia, vel aliorũ persuasione abstracti & illecti in malũ, aut qui ex errore & ignorantia delinquunt, q eum timore & remorsu peccant, aut certè non peccarent, si malum agnoscerẽt, neq; isti adhuc in affectũ cordis trãsierunt: sed illi q sunt obstinati in sua impietate, & ex peruersa malitia ac scientia operatur quod malũ est, absq; timore & pudore, tali animi statu cõpositi, vt quicquid affectus carnis suggesserit audacter audeant patrare: de quibus scribit Apostolus, dicens: Qui desperantes siue (vt Hieronymus transferendum potius censet) indolentes, hoc est, absq; dolore & remorsu peccãtes, tradiderunt semetipsos impudicitiæ, in operationẽ omnis

Lucæ 6.

2.Tim.3

Act. 14.

Hebr. 12.

Cc immun-

immundítiæ. ¶ Versu 8. Iniquitatē in excelso loquuti sunt. Vt in excelso accipiēdum, pro in excelsum, tum pp Græcā literā quæ habet εἰς τὸ ὕψος, i. in excelsum, casu accusatiuo, quō et habet lectio Romana: tum pp sensum. Vt enim sensus esse quasi in sublime, contra cœlum & residē tē in cœlo, ita vt significetur blasphemia eorum in altum conscendere, ad sedemiē in cœlū, quemadmodum statim sequens indicat versiculus. Nisi fortè intelligas, in excelso, pro in sublimi, vel superbo corde, vel quasi de excelso: quemadmodū superbi quasi de excelso loquuntur, sese omnibus altiores æstimantes, & præ sese cunctos despicientes. Cui expositioni cō sonat quod habet Paraph. Chald. Ad violentiā de celsitudine cordis loquuntur. ¶ Ver. 9. Posuerunt in cœlū os suum. In Elucidatione solū de blasphemia in Deū sumus interpretati. Verùm sub blasphemia in Deum, cōprehendi debenr ēt conuitia & maledictiones in ministros ac sanctos eius. Vñ Paraphrasis Chald. habet: Posuerunt in sanctis cœlorū os suū, quod nostris hisce infœlicibus tempori

G bus egregiè impleri cernimus ab iis, quorū dentibus non sufficiunt Ecclesiæ huius militantis vniuersa mēbra & capita, nisi & linguis suis venenatis sanctos cœli cōspuant. Sed est qui videt oīa Deus q viperis venena sibilantibus linguas qnq; præscindet, easq; ferrea claudet muscipula (æternum dico infernalis carceris claustrum) vt virus suum vltra nequeant nisi in sese euomere. Pro eo quoq; quod in secunda parte dr̄, Et lingua eorū transiuit in terra, pulchrè eadē Paraphrasis habet, Et lingua eorū inflammauit vel afflixit vel vssit iustos terræ. Sūt. n. molestę lin

H guę istę viperinæ oībus hoīb⁹, & parcunt nemini, adeò vt cuiq̄ deferre turpissimū sibi putent. ¶ Versu 10. Ideo conuertetur populus meus hic & dies pleni inuenient in eis. Manifestum est ex Greco, dictionē hic non esse pronomē, sed aduerbium. Intelligunt aūt quidā passum istum hoc modo, Propter prædicta, populus sanctorum Dei: vel populus fidelis in hac tentatione auertetur à Deo suo, & conuertetur ad vias impiorum, & tēpus plenorum dierum. i. multum tempus inuenient

E in eis, sic malorū viā sequentibus, multo tēpe permanebunt in scandalo illo, in assimilatione impiorum ex prædicto scādalo, sic tñ vt qui electi sint, tandē redeāt ad dñm. Hanc verò intelligentiā probet qui volet. Nos in Elucidatione aliā dedimus, quā putamus sequentibus magis cō sonare. ¶ Versu 14. Et fui flagellatus tota die, & castigatio mea in matutinis. Hæc sunt quæ iustus quilibet in sese habere debet: primum quidē flagellare, quod est (iuxta Apostoli verbū) castigare corpus, 1. Cor. 9.

F & in seruitutē redigere, carnēq; cū vitiis & cōcupiscentiis crucifigere, varia quoq; pro iustitiæ amore obtingentia mala ferre cum patientia. Deinde, castigationē habeat necesse est in matutinis. Quid aūt sibi vult ista in matutinis castigatio? Nimirum vt discutiat hō matutino tpe, primo diluculo, qñ tranquilla sunt oīa, statū vitæ suæ, atq; ad examen reuocet cunctas suas cogitationes, affectiones, loquutiones, operationes & si quid inuenerit qđ Deo non placeat, vt seuera districtione id condemnet ac puniat, firmato proposito idipsum nunquā resumendi. Atque Galat. 5.

hæc castigatio siue examinatio in matutinis, tūc fit cōmodissimè, qñ nullis passionū nebulis mens est obscurata, qñ nullis tumultibus conturbata, nullis distractionibus est impedita, vt absq; nocumento limpidius possit ēt minima quæq; discernere, & seuere oīa diiudicare, iuxta consilium beati Apostoli dicentis, si nosipsos diiudicaremur, non vtiq; à dño iudicaremur. Illud n. experientia certa in seipso dicit, quisquis huic castigationi fm timorem Dei dat operam, frequenter euenire, vt ea quæ vespertino tempore post 1. Cor. 11

multas occupationes ac passiones iudicium habens impeditum, absq; vllo conscientiæ remorsu, absq; omni dolore vel agit vel loquitur, eadem tpe matutino, cum in memoriam reuocauerit pridie dicta siue facta, grauissimè illi displicere incipiāt, ac pro eis sibiipsi plurimum indignetur, seque vehementer increpet & castiget, quod eiusmodi sic vel egerit, vel dixerit. Et fit quidem non raro, vt per diē hilarior quis factus excedat, siue in cibis ac potibus, siue in iocis & multiloquio, siue in mala tēporis insumptione

quæ

quæ tū ob gaudium quod possidet, suauiter dissimulat, diemq; peragit in lętitia. At verò vbi post noctem mane aduenerit, & pallio oīs diuina absceſſerit, tū demū cum dolore ſeſe offerunt quæ pridie in ſuauitate & dulcedine geſta præterierūt, & ſic tunc quidem antè geſtarum rerum memoria tantò amarior, quanto dulcior fuit earum pręſentia. Qui autem hâc in ſe caſtigationem non experit, q æque & mane & veſpere abſq; remorſu, abſq; ſui-pſius reprehenſione ac diiudicatione perseuerat, meritò ſibi metuat hmōi. Domus. n. abſq; cuſtodia, familia abſq; rectore eſt, domus illius, & male metuēdū eſt, ne tenebrarū dñs cor illius poſſideat, mentē obſcurās caligine, ut patrata vitia nolit agnoſcere. ¶ Verſ. 15. Si dicebā, narrabo ſic, ecce nationem filiorum tuorū reprobaui. Quantum ad vim ſuiæ, ſatis plane arbitror in Elucidatione oīa explanata. Verum ordo ipſe verborum vr̄ difficultatem ſecum adferre. Et quidem ſi coniunctione conditionali poſtpoſita, ita haberet orō, Dicebā, ſi narrabo ſic, nō magna foret difficultas. Nunc autem turbat intelligentiam, quod mutato ordine ita dr̄, Si dicebā, narrabo ſic. Mihi vr̄ facile oē incōmodum poſſe euadi, ſi tantum verbum illud dicebā, per parentheſim accipiamus interiectum, hoc mō, Si (dicebam) narrabo ſic, ecce reprobaui nationē filiorum tuorū. Sic. n. ſenſus idē erit ac ſi coniunctio poſtponeretur, hoc mō, Dicebā, ſi narrabo ſic. Atq; ad hunc modum feciſſe videmus beatum Hieronymum in ſua verſione ex Hebræo, quæ ſic hēt: Dixi ſi narrauero ſic, ecce, &c. cum tñ in Hebræo manifeſtè ponat̄ coniunctio in ipſo verſus initio: illud aūt reprobaui, hoc loco valet, cōdemnaui, uel iniurius fui, uel iniuriā feci, malè videlicet de illis ſentiendo, & male loquendo. Indubiè n multum iniurius fuerit electis Dei qui fruſtra illos & vanè dixerit ſeruire Deo. ¶ Verſu 17 Donec intrē in ſanctuarium Dei In Elucidatione expoſuimus de beato ingreſſu ante conſpectum diuinitatis in vita vētura. Attamē generalius, pōt intelligi ingreſſus iſte in ſāctuariū Dei, quoties qs mētē à tpalibus ſubleuās ſpiritu ſe ſe Deo p̄ſentē exhibere ſatagit. & tranſitoria iſta tranſcendēs ad cōtemplanda per fidē æterna animum trāsfert, ſieq; à Deo illuminari meret̄ & erudiri, quantum qdē pro hac via contingit homini, Nā ſic tēplum Dei quotidie viſitare poſſumus, quotidie introire ſanctuarium, ac nouiſſima tā iuſtorum q̄ impiorum à lōge in ænigmate cōſiderare. Qd̄ vbi faciamus, diuina eruditione inſtructi, facile impiis ſuum hunc tpolē florē concedims, nec eis inuidebimus, imò cōpatiemur magis & miſerebimur illorum q pro tā immēſis gaudiis & æternis, hęc acceptant tēporaria, nulla ex parte illis cōferenda. Chald. tamen trāſlatio magis reſpondet expoſitioni alteræ. Sic. n. hēt, Vſq; ad tempus redemptionis, quo veniā ad ſanctuaria Dei, & intelligā finem eorum. Hoc autem tempus redemptionis, intelligere vr̄, à corpore mortis huius ī vitā æternā. & ſanctuaria Dei, beatā eius præſentiā. ¶ Verſu 18. Veruntamen propter dolos poſuiſti eis. Vr̄ orō defectum pati, & ſubaudiendum accuſatiuum, mala, qn in Græco item & in Pſalterio Romano exprimitur. Sic enim Græcè legit̄ ἔθου αὐτοῖς κακὰ, id eſt, poſuiſti eis mala quō habet etiā Romanum Pſalterium. In altera autem parte huius verſus, Deieciſti eos dum alleuarent̄, Græcè eſt ἐν τῷ ἐπαρθῆναι, hoc eſt in alienando, vel potius in eleuando, id eſt, dum eleuarentur in altum ferrētur, aut hoc ipſo quod efferebantur aut eleuabant̄ per ſuā ſupbiā. Alleuatio. n ſiue eleuatio, occaſionē p̄ſtat, & cauſam præbat grauiſſimi caſus, Quanto enim gradus altior, tanto caſus grauior. Et dum ſeipſos oībus præponere, oībus anteferre laborant, ſibi cā fiunt vt in imarūant, & infra oēs infirmos locum accipiāt in pęna, qui hic ſupra oēs ſeſe eleuare conati ſunt in temporali gloria. ¶ Verſu 20. Velut ſomnium ſurgentium, domine in ciuitate tua imaginem ipſorum ad nihilum, rediges, Vocatiuus, dñe, aptius poſterioribus quā prioribus coniungit̄. Illud verò ad nihilum rediges, ī Græco vno vocabulo dr̄ ἐξουδενώσεις, quod vno verbo dici poſſe annihilabis, quod alicubi vertitur, ad nihilū rediges, alicubi p̄ nihilo reputabis: quēadmodum circa illud Pſal. 58. diximus Pſal. 58.

Ad nihilũ deduces oẽs gentes. Pōt ergo & hic intelligi. Dñe in ciuitate tua super na, pro nihilo reputabis, & nihil esse demonstrabis imaginē illorũ, id est, imaginariã fœlicitatem eorum, Illic.n vbi verã præbet fœlicitatem, oĩbus modis impiorũ tpali prosperitati incõparabilem manifestat reipsa, nihil esse q̃ illi in vita acceperant, neq; fuisse nisi imaginem & somniũ quoddã fœlicitatis: tametsi illi si bi mirè placerent sua illa vmbratili fœlicitate, æternã nescientes, quẽadmodũ is qui in dulci somnio iocundat, nõ minus se putat fœlicē, donec in ipso perseuerat somniõ, q̃ is cui vere id contingit, q̃ iste sibi somniat. Posset quoq; per imaginē impiorum intelligi eorũ memoria, quã verè Deus in ciuitate sua nihilum redigetq̃ ñ oẽm impiorum memoriã delebit, nec in ecclesia sanctorum pdurabit. ¶ Versu 22. Vt iumentũ factus sum apud te, & ego semper tecum. Hucusq; visus est Psalmista, insipientium siue imperfectorũ in tētatione loquentiũ gessisse psonã. ¶ Versu aũt mox præcedēti, cœpit prudentis verba proferre, eaq; in finem vsq; prosequitur. Vere.n. sapit, qui hoc intelligit, quod huiusmodi querimoniis (quales per totũ psalmũ propositæ sunt) ratiocinari & disquirere, velle cum murmure, Dei iudicia, nihil aliud quam affligit corpoīs atq; consumit, ut nihil agere libeat boni, & torpidum sese ac desidē prorsus inueniat hõ ad omne opus bonum: pp qd melius iudicat huiusmodi omnes tentationes seponere, & tanquam iumentũ Deo sese plene submittere, quẽadmodũ in sequentibus subiungit, quo sic à Deo per uiam huius vitæ perduci mereatur in gloriã uitæ quæ uentura est. ¶ Versu 23. Et in uoluntate tua deduxisti me. Illud, in uoluntate tua, in Elucidatione exposuimus, in tuo beneplacito, in tua bona uolūtate, quasi in benignitate tua: q̃ñ scilicet uoluisti. Potest tamen aliter intelligi: Deduxisti me fm uoluntatē tuã, id est, quocunq; uoluisti, me uidelicet tã absq; ratione & perquisitione te libenter insequente ad omnia neque in ullo remurmurante, posteaquam ut brutum factus sum apud te. In Græco habetur ἐν τῇ βουλῇ, q̃ recte uerti poterat, in cõsilio, Atque ita sensus erit, tuo cõsilio, uel per tuũ consiliũ deduxisti me, interna, s. tua inspiratione, p spiritũ cõsilij, uiã in agendis omnibus demõstrando. Atq; huic consonat, q̃ pulchre hēt Chald. Paraph. In consilio tuo deduc me in mundo isto: & postquã cõpleueris gloriã, quam dixisti, uenturã sup me, suscipies me, hoc est, donec in hoc mũdo fuero, dux mihi eris p consilium tuum: & in uenturo seculo suscipies me in gloriam, quam es pollicitus seruis tuis. ¶ Versu 24. Et à te quid volui sup terrã? Potest intelligi, quid abs te uolui, quid à te postulaui, pro qua re rogaui, ex omnibus quæ sunt super terram? melius tamē accipiēdum uidetur ut impropie dictum loco præter te, ut sit sensus, Quid à te aliud quid præter te, quid nisi te, quid extra te uolui super terram? Nam & in Græco habetur propositio, nõ ἀπὸ, sed παρὰ, quę huic sniæ recte fauet. Deinde & snĩa uidetur cõmodior. Et cõsonat aptius lectioni Hebraicæ, quæ habet, Quid tecũ uolui in terra? Idem.n. est nihil uelle habere aliud simul cũ Deo & nihil uelle aliud præter Deum. Manifestius ēt habet Caldaica paraphra. Tecũ socium non uolui in terra, i. quod simul tecum amarē uel haberē, sed te solum uolui. Cæterum, quomodo Deus pars nostra in sequēti uersu dicatur, ex iis quæ dicta sunt in expositione Psalmi 15. in uersum illũ, Dominus pars hęreditatis meæ & calicis mei, plenius poteris cognoscere: quẽadmodum, & illud uersus ultimi, In portis filiæ Sion, manifestũ relinquimus ex Psalmi 9. enarratione, ubi de eisdem his portis dicitur, Qui exaltas me de portis mortis, ut annunciem in omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion.

Psal. 15.

Psal. 9.

## LXXIII. PSALMI ARGVMENTVM.

*Psalmus ista populi fidelis est ī maxima desolatione et oppressione positi q̃ recte ueteri illi populo Iudæorũ ī Babylonica captiuitate posito posset aptari. Nos tñ malumus ad nr̃a referre tpa, ī qb' (ph dolor) uidem' p singulos fere annos immanissimos Agarenos (q sibi Saracenorũ* nomen

*nomen falso vendicant) iuratos & obfirmatissimos hostes Christiani nominis, vt armorũ loca occupare populi Christiani, sancta prophanantes, Christi tẽpla & sacra Ecclesiastica temerantes, deniq; & populũ fidelium sub tributa redigentes, sub exquisitis supplicijs crudelissima morte perimentes, id qđ proximo quoq; elapso anno maximo mœrore, per Christianissimũ Hungarorum regnum factũ audiuimus. Rectè ergo nunc huius Psalmi vsui nobis conuenit, cum pro fidelium populorũ desolatione, cõtra immanissimos hostes, Deo nostro supplicare voluerimus. In quo, primũ querimonia cũ postulatione Deo proponitur, vt in hæreditatem suã oculos flectere dignet, atq; vt facilior fiat exauditio, crudelitas & superbia hostium, tũ in populum q̃ in sancta Dei cõmemoratur, ac deinde versu 11. & 12 rursum querela proponit, quod nunc Deus ita suos deserat qui olim pro patribus mirabilia signa ediderit corã oĩbus gentibus, in maris rubri diuisione in Pharaonis submersione, in Iordanis exsiccatione, quũ etiã potentia illi nulla desit, vtpote qui dominus sit omniũ temporum & oĩum finium terræ, oĩum plenam habens potestatem, vt manifestum sit, non deesse illi potentiã saluandi suum populum si tantum velit. Propter quod versu 19 ac deinceps, ad finem vsq; multis verbis exaggerando postulat, vt ad miseriã populi & inimicorum crudelem superbiam aspiciat, suos pauperes non relinquat in manibus truculentissimarũ beluarum. Ad tandem si forte nihil humana Deum moueat miseria & populi afflictio, vt vel sui nominis contemptũ & blasphemiã, quæ in ipsum iugiter ab infidelibus conijciunt, aspiciat, vt vel hac de causa vltionẽ in reprobos exerceat, superbia tumidos, Deoq; superbè & bonis omnibus aduersantes.*

## LXXIII. PSALMI ELVCIDATIO.

VT *quid Deus repulisti in finem?*
Et quare ô Deus noster, nos populum tuum, ita penitus tradis & derelinquis in manus hostium C tuorum, perinde ac si nos à te in totum repuleris. & nulla prorsus tibi amodo cura sit de nobis:

* *iratus est furor tuus sup oues pascuæ tuæ*
& quare furorem tuæ iracundiæ ita ostẽdis aduersus populum tuum, qui sunt oues sanctæ pascuæ tuæ, quorum tu rector & pastor es, defensorq; & propugnator, populum Ecclesiæ sanctæ tuæ.

2 *Memor esto congregationis tuæ, quam possedisti ab initio.*
Memor esto Ecclesiæ sanctæ tuæ, vt eã ita in hostium manibus nõ derelinquas, sed D tua potẽtia liberes, quam ex antiquis diebus possedisti, quam in patribus primũ ex Aegypto in manu potenti eduxisti, vt esses dux eius: ac deinde tui etiam sanguinis precio tibi emisti, & redemisti in possessionem sempiternam.

3 *Redemisti virgam hæreditatis tuæ:*
Redemisti (primũ qđe in brachio valido, de manu Pharaonis ex Aegypto, deinde sanguinis tui maximo precio, de potestate diaboli & dãnatione mortis) funiculũ hæreditatis tuæ, id est, populũ tuũ quem in hæreditatiã possessionem tibi elegisti.

* *mons Sion, in quo habitasti in eo.*
ipse est mons Sion, Ecclesia tua, fidei contemplatione exaltata atq; firmata, in qua habitationẽ ibi constituisti & confirmasti in seculum, quam elegisti vt habitares in ea, tanquam in domo & familia tua.

4 *Leua manus tuas in superbias eorũ in finẽ.*
Extende vel tandem manum tuam, & ad vindicandũ leua brachium tuũ, aduersus superbiã inimicorum nostrorum: noli vltra permittere, vt suã contra nos impietatem possint perficere, non habeant impuniti, sed redde illis iuxta merita sua:

* *quanta malignatus est inimicus in sancto.*
quanta.n. sunt, q̃ multa, quàm grauia, quã immania, quàm truculenta, quam inaudita, quæ populus hostium malignè egit aduersus populum sanctum tuum: vt memoratio non videantur vltra toleranda, neq; à misericordia tua, qua semper tuis soles in opportunitatibus misereri, neq; à potentia, per quam hostium soles furorem comprimere.

5 *Et gloriati sunt qui oderunt te:*
Et in his malis, q̃ contra tuũ populũ peregerunt, gloriati sunt aduersarii nostri & tui, quasi contra te etiã præualuerint, quasi tu nos potueris nos saluare de manu ipsorum. Suæ.n. potentiæ, nõ tuę permissioni omnem ascribunt victoriam:

** in medio solemnitatis tuæ.*
gloriati sunt,inquã, & victoriæ signa ostenderunt,in medio solẽnitatum tuarũ, in ipsis festiuitatibus,in qbus te solet colere populus tuus,isti suas glorias & põpas exhibuerũt,vt nõ liceret nobis sãctificare tuũ nomen in solẽnitatibus tuis.
6 *Posuerunt signa sua signa,& non cognouerunt sicut in exitu super summum.*
Et exercerunt vexilla sua & trophæa in signa victoriæ,sicut in exitibus ciuitatũ,in portis,sup eminẽtissima vrbis loca,quasi gloriãtes plurimũ de victoria,cõtra populũ Dei:& nõ cognouerunt,ꝙ nõ ipsi sua F virtute,sed tua magis pmissione pp pctã nr̃a cõsequuti sint hãc de nobis victoriã.
7 *Quasi in Sylua lignorum, securibus exciderunt ianuas eius in idipsum:*
Queadmodum in sylua lignorũ excisores absq; timore feriunt in ligna securibus suis,& pcidunt ea: sic isti nullum dantes locis sanctificatis honorem,ianuas tẽplorũ tuorum,pariter iunctis viribus vnanimes in malitia & crudelitate exciderunt:
** in securi & ascia deiecerunt eam.*
instrũis quibus ad eã rẽ vti solent in syluis(cuiusmodi sũt securis & bipẽnis)vsi G sunt ad deijciendas valuas tẽplorum, & ad excidendum atq; destruendum hęreditatem tuam, ædificationes populi tui.
8 *Incenderũt igni sanctuariũ tuũ in terra:*
Igni incenderunt non tm̃ domos prophanas, sed loca etiam tuo consecrata cultui,tuo honori nihil deferentes:
** polluerunt tabernaculum nominis tui.*
polluerunt & contaminauerunt taberna culũ dicatum nomini tuo,tẽpla sancta in quibus inuocabat̃ nomen tuum,agendo in illis,quæ nequaquã erant licita,& oĩa quæ in ipsis erant ad cultum tuum depuH tata(vt vestimenta & vasa sacra)confringentes, & conuertentes in vsum suum.
9 *Dixerũt in corde suo cognatio eorũ simul: quiescere faciamus oẽs dies festos Dei à terra.*
Dixerunt,tota ista generatio praua & peruersa impiorũ,pariter vnanimes,& conspirauerunt cõuenerũtq; in hoc pariter vt oẽs dies festos Dei facerẽt cessare ĩ populo fideli,quo sic memoria cultus Dei facilius ẽ cordibus hoĩum excideret:proposuerunt prohibere celebrationẽ omnium solẽnitatum & festiuitatum, quas E habebat in reuerentiã memoriæ Dei fidelis populus, vt sic facilius animum nostrum abs te alienum redderent.
10 *Signa nostra non vidimus:*
Et interim quidem, dum ista tã abominabilia patit̃ populus tuus absq; auxilio, non desunt qui cõmoueri incipiunt atq; vacillare imperfecti,qui querulantes dicunt: Ecce signa nobis fieri nulla videmus,quæ olim fieri solent pro patribus nostris,nullum prodigium pro nostra liberatione videmus,quemadmodum solent olim experiri patres nostri:
** iam non est Propheta:*
insuper neq; Propheta quisquam,aut vir magnæ sanctitatis apparet, q potens sit in miraculis & sermone,q nobis loquat̃ ex ore Dñi, vel qui nos consolet̃ in his oĩbus tribulationibus nostris, aut q nos iubeat esse bono aĩo,quiq; nobis indicet quamdiu sit duratura hæc desolatio:
** & nos non cognoscet amplius.*
& ita satis apparet,ꝙ nos Deus iã prorsus abiecerit,ꝙ nullã vltra curam habeat nostri, vt olim habuit patrum nostrorũ: Si n.adhuc nos respiceret, & nostri gereret curam,aut via aliqua nos liberaret, vt olim patres per signa maxima saluauit:aut certe prophetã aliquẽ mitteret, qui populum vel cõsolaretur vel instrueret,quemadmodũ olim fuerunt patribus nostris,q populum monebant pœnitentiã agere,& viam docebant qua Deum sibi possent placatum reddere. Cum ergo nihil horum nunc faciat,vr̃ nos non amplius pro populo suo agnoscere, videtur nos quasi alienos habere.
11 *Vsquequo Deus improperabit inimicus?*
At tu dñe Deus,quãdiu patieris aduersarios nostros improperare nobis ac tibi, dicentes, ꝙ tu Deus noster potens non sis ad saluãdum nos, & male de te loqui:
** irritat aduersarius nomen tuũ in finem?*
quãdiu tandẽ te permittente, irritabunt nomen tuũ aduersarii nostri,quãdiu impune in te iacẽt blasphemias & cõuitia?
12 *Vt quid auertis manum tuam,& dexteram tuam de medio sinu tuo in finem?*
Et quare ĩ finẽ vsq; tãdiu auertis à nobis benignum aspectũ vultus tui, vt nõ ostẽdas nobis tuã fortem potentiã?& quare in finẽ tãdiu auertis siue definis aut cessas

fas extrahere manum dexteram tuam de A
medio sinu tuo? quare tãdiu cõti nes ma-
num tuam in sinu, sic omnia illos impu-
nè permittis agere, nec illis resistis, quē-
admodum homo in sinu, manum conti-
net otiosus. Extrahe illam potius de sinu
extere, & ostende potentiam tuam, sentiãt
illi ultricem, & nos adiutricē manū tuā,
ut illos digna ultione ferias, nos uerò be
nigna liberatione defendas.

13 *Deus autem rex noster ante secula, opera
tus est salutem.*
Nos enim cognouimus & scimus, nō de-
esse tibi potentiā si modo uelis eā ad no
strā salutem conuertere. Tu siquidem q
es dñs Deus noster, ab æterno in te ipso
perfectissimus, ab initio mundi creatio
nis, omnibus diebus patrū nostrorū ope-
ratus es pro patribus nostris in magnitu
dine omnipotentis dexteræ tuæ salutem:
* *in medio terræ.*
in signis atq; prodigiis magnis quasi in
medio terræ, coram uniuersis populis &
regnis & nationibus per circuitum, atq;
ita glorificare teipsum soles atq; sancti-
ficare in cospectu gentium per circuitū,
Esa.59. simul & populū tuum magnificare. Scie C
mus aūt manum tuam, quam olim exten
disti, non esse abbreuiatam eademq; oīa
quę olim potuisti, etiam nunc posse, si tā
tū uelis in opus extendere nunc ociosā.

14 *Tu confirmasti in virtute tua mare:*
Tu in uirtute omni potentię tuæ, olim p
liberatione patrū nostrorū filiorū Israel
cõsolidasti mare rubrum, firmumq; ac
solidum fecisti, ut in modum muri sta-
ret transeuntibus à dextris, & à sinistris.
* *contribulasti capita draconum in aquis.*
Exo.14. ac post transitum electorum tuorum fero
ces Aegyptios, qui in modum draconū D
Ibidem. populum tuum hostili animo deuorare
quærebant & interficere, insequi nolētes
electorum tuorum uestigia, tu operuisti
aquis, & demersisti in profundum, ita vt
nec unus illorum euaderet. An non hoc
maximum potētię uirtę tuæ signum erat?
An non q nunc similia possis pro po-
puli tui salute, si tantum uelis.

15 *Tu confregisti capita draconis:*
Ezec.29. Cõtriuisti illic caput Pharaonis illius ma
gni draconis, & superbi Leuiathan. q cu
babat in medio fluminum Aegypti, qui
sese ausus fuit apponere tibi, ipsū īterfeci
sti inuoluēs fluctibus cū oī apparatu suo:
* *dedisti eum escam populis Aethiopum.*
cumq; demersum cum suis oībus dedisti
in escam Aethiopibus, proiecisti eos in
escā & cibū atrorū dęmonū, in portionē
eorū proiecisti eos, in lacum dānationis
æternę, quod quidem multò grauius fuit
corporali illa demersione aquarum.

16 *Tu dirupisti fontes & torrentes:*
Post hęc idem populo tuo per disrup-
tionē petræ dedisti fontes ita copiosos,
ut torrētes & fluuii ex aquis pdeūtibus
B decurrere, illic ubi antea nunq aqua fue
rat, aquam petræ maxima abundantia de
disti eis:
* *tu siccasti fluuios Ethan.*
insuper & fluuios Ethan, id est, flumina
fortia tu exicasti, quemadmodū flumen Iosue 3.
Iordanis, quod erat rapidum & forte flu-
men, siccum fecisti, ut per ipsum transire
possent filij Israel, ad terrā promissam
sibi ac patribus suis. Si ergo nūc pro po
pulo tuo liberādo aliquot uirtutis signū
ostenderes, non hoc nouum tibi foret,
neque tuo populo insolitum.

17 *Tuus est dies, & tua est nox:*
Insuper tem pora oīa, & tēporum uicissi
tudines in manu tua sunt dies & nox se
cundum uicissitudinem inuicem sibi iu-
giter succedunt tuo imperio,
* *fabricatus es auroram & solem.*
neque id mirum, qūquidē tu es qui cōdi Gen.1.
disti oē lumē, siue minus queadmodū est
lumen auroræ, siue maius, cuiusmodi est
lumē solis. Tu.n. fecisti omnia lumina-
ria, luminare maius quod præsit diei, &
luminare minus quod præsit nocti, &
stellas quæ lucent in firmamento.

18 *Tu fecisti omnes terminos terræ:*
Tu fecisti oēs terminos orbis terræ, oriē
tem, s. occidentem, aquilonē, & meridiē,
& cuncta quæ sunt in omnibus finibus
terræ simul fecisti, & omnium quæ in
eis conti nes, plenam habes potestatem:
* *æstatem & uer tu plasmasti ea.*
diuersorum quoq; temporum anni vicis
situdines, ac secundum diuersas qualita
tes uariabilitatē, tu similiter disposuisti,
diuidens scilicet annum in partes qua-
tuor, nempe, in uer, æstatem, autumnum
& hyemem, singulasque harum partium

suis propriis qualitatibus determinans.

19 *Memor esto huius:*

Tu ergo potentissime Deus, quē constat & temporum, & quę in eis sunt omniū habere potestatē, qui tantam olim ostendisti potentiā ut prænarrata potueris pstare prodigia, esto etiam huius memor iniuriæ, hanc etiam attende impietatem qua nunc tuum nomen blasphematur & tuus populus affligitur.

** inimicus improperauit domino & populus insipiens incitauit nomen tuum.*

quod scilicet inimici nostri blasphemauerunt te dñm Deum nostrum, & populus iste stultus & infidelis hominū alienigenatum in te non credētium exacerbauit & irritauit nomē tuum, tuo nomini sese opposuit, ut ipsum deleret, ipsiusque cultum exterminaret de terra.

20 *Ne tradas bestiis animas cōfitētes tibi:*

Ne permittas fideles tuos te agnoscētes, & tuo nomini ex fide pura confitentes, ita misere uenire in manus infidelium, qui sunt uelut beluæ immanes, quasi absque intellectu te Deum non agnoscētes, & absque misericordia, innocentes fideles tuos absq; omni compassione crudelissimè interficientes.

** & aīas pauperū tuorū ne obliuiscaris i finē.*

& pauperes simplices ac humiles fideles tuos, ne obliuiscaris in æternū, neq; eos perpetuo in potestatem impiorum istorum permittas, ut eos petimant & trucident pro suo libito, sed tandem aliquando respice ad auxilium eorum qui in te credunt, & confidunt in salute tua.

21 *Respice in testamentum tuum:*

Respice & attēde ad testamentum pactū ve tuum qd fecisti cū electis memor esto promissionis & pollicitationis eis factę q non esses derelicturus qui tribulato sunt corde, humiles autem spiritu saluares, fac, tuo testamento satis facias, ut uerax comproberis erga fideles tuos:

** quia repleti sunt qui obscurati sunt terra, domibus iniquitatum* Psal. 33.

nam obscurati terræ, illi qui super terrā obscurati sunt, infideles isti & alienigenæ, pleni tenebris infidelitatis & errorū excæcatum & obscuratum cor habentes ipsi sunt repleti domibus iniquitatū, conscientiis inquinatissimis, & omni abominatione plenis, quibus ualde indignum uidetur & durū tradi sanctos tuos in potestatem ut aliis subiiciantur, & illorum debeant parere imperio:

22 *Ne auertatur humilis factus confusus:*

Nō auertas, neq; à te confusum abiicias populū tuū ualde humiliatū & nimiū afflictū, oppressumq; ab aduersariis, nō repellas inexauditū cū cōfusione populū tuū, qui se in cōspectu tuo humiliat, tuā opem ex tota pectoris fiducia postulans:

** pauper & inops laudabunt nomen tuū.*

pauperes & inopes fideles tui cofitebuntur tibi, & laudem dicent nomini tuo, cū eis bene feceris, cum eos pro tua benignitate exaudieris.

23 *Exurge Deus, iudica causam tuam:*

Noli amplius dissimulare, ne ultra distuleris uindictam, sed exurge ad faciēdum iudiciū pro populo tuo. Atq; etsi nos pp nostra peccata digni simus mala tanta proferre, attamē dignum non est, ut tuo nomini talia inferantur opprobria. Propter quod et si ex nostra parte non commouereris, ut te nostra nihil cōmoueat afflictio, certè p tui nominis honore zelare debes, & uindicare opprobrium nominis tui, quo affectus es ab impiissimis istis alienigenis, dum & sancta tua prophanarunt, & nomen tuum blasphemarunt, tuumq; cultum, quantum in ipsis fuit, extirpare conati sunt:

** memor esto improperiorum tuorum, eorū quæ ab insipiente sunt tota die.*

attende ad improperia & conuitiatorias blasphemias quæ iugiter tibi inferunt à populo ifideli & peruerso, qui tuum nomē absq; timore blasphemant, eo q se uideāt nullam inde ultionem percipere.

24 *Ne obliuiscaris uoces inimicorū tuorū:*

Noli dissimulare, neq; quasi non aduertens inultas relinquere impias uoces aduersariorum tuorum, qui & tibi, & nobis propter te obfirmata odio aduersantur:

** superbia eorū qui te oderunt ascendit sp.*

ecce enim superbia & pręsumptio infidelium istorū q te odiunt, & te in tuis cultoribus persequunt, nunq̄ quiescit, sed ascendit iugiter, assidue machinant aliqd aduersus nomē tuū, aut populū tuū, id quod te latere nō potest, cuius oculis omnia nuda sūt & aperta. Propter quod, Heb. 4.

con-

concludentes,tã ob tuæ gloriæ contem- A ptum,quã ob nostræ afflictionis miseriam, postulamus mutl nobis desup cõtra inimicos nños auxiliũ,vt de manibus squi ssimorũ hostiũ erutt,quietã & tranquillã in sancto tuo seruitio vitam ducamus.

ANNOT. IN PSAL. LXXIII.

VErsu 1 Vt quid Deus repulisti in finē? Plurimũ habet conuenientiæ hic Psalmus cum eo q est in ordine quadragesimus tertius,& est vtriusq; penè eadē materia,desolatio.s.populi Dei sub oppressione hostiũ infidelium:à qua postu- B latur diuina liberatio. Vterq; allegat quę prius Deus veteri populo exhibuit mirabilia beneficia,& q mirabiliter priores illi patres Dei manu sint protecti comme morat,vt facilius impetret misericordia. ¶ Versu 2. Memor esto congregationis tuæ,quã possedisti ab initio. Si ad populũ veterē Hebræorum hoc referat,possedit istos Deus ab initio,ex quo eos de Aegypto eduxit. Si verò ad populũ noui legis, possedit eos Deus ab initio,ex quo placuit ei in sãguine suo emere genus humanũ à patre,de manu diaboli,& p Apo C stolos ædificare Ecclesiã. Ab eo siquidē tpe,non desijt Christus dñs possidere suã Ecclesiã,nunquã eã derelinquit, quẽadmodum neq; derelinquet in finē. Eundē hunc populum fidelē in versu sequenti vocat virgã hęreditatis,id est,virgã hęreditariã, hoc est, hæreditariã possessionē. Vr.n.virga hæreditatis,idem hic esse,qd alibi dr funiculus hæreditatis, dicente Moyse, Pars autem dñi populus eius, Iacob funiculus hæreditatis eius. Estq; ratio eadem,cur hæreditas dñi virga dicatur & funiculus,quoniã.s.virginis men D surationis & funiculis terra diuidebatur. De monte autem isto, in quo habitat Deus, supra dictum fuit. Psal. 67. Mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo, etenim dñs habitabit in finem. ¶ Versu 6. Posuerunt signa sua signa, hoc est, signa vexillorum suorum posuerunt pro trophæis,erexerunt in signa victoriæ. Vnde B. Hieronymus vertit. Posuerunt signa sua tropheza. Videtur autem quod sequitur. Et non cognouerunt, per parenthesim esse interiectum, vt quod proximè sequitur:sicut in exitu super summum iũgatur prioribus,ad hũc sensum: Posuerunt vexilla sua pro trophæis & signis victoriæ,quasi in exitibus in portis,sup loca altissima,quẽadmodũ fieri solet à gloriãtibus de uictoria, Vnde in libro Iudith legimus uictricis mulieris cõsilio caput Holofernis in muro suspẽsum. Similiter & corpora Saul ac filiorũ eius in muro Betsan à Philistæis fuere suspẽsa in victoriæ signũ. Illud aũt, Et nõ cognouerũt, separatim legendũ vr,indicans, hostes nõ agnouisse quid agerent,& vnde sibi victoria prouenirer,&c. quẽadmodũ in Elucidatione explanauimus. ¶ Versu 7 in securi & ascia deiecerunt eã Psalteriũ Romanum hēt ea, vt referat sancta & ostia tẽpli. Rectius aute hēt nostra lectio genere fœmineo,eam vt referat hęreditatē,uelut ēt in priori parte, ianuas eius accipimus, ianuas hæreditatis Dei, Itaq; sensus erit, In securi & bipenni subuerterunt & destruxerunt hæreditatē tuã,oĩa cõfregerũt & cõminuerunt ausu temerario hostes insanientes, Fit aũt hoc ex Græca lectione manifestius,ubi tã genitiuus eius,quã accusatiuus eã genere fœmineo manifestè cernitur haberi. ¶ Versu 10. Signa nostra non vidimus. Manifestum est hanc uocem non esse illorũ qui in versu mox pręcedenti dicebant, Quiescere faciamus oẽs dies festos Dei à terra,sed esse uocē populi Dei conquerentis, inter hæc tãta grauamina, & tã summas miserias,nulla apparere Dei testimonia,nulla signa,nullas Prophetias:vt ex his videri possit,Deũ prorsus abiecisse populũ suũ,nec vltra ad eũ in bonũ aspicere. Solet.n. Deus afflicto populo saltē Prophetas mittere,qui ipsum in tribulatione consolet, quemadmodũ olim Iudæis in Babylonica captiuitate, Hieremiã, Ezechielē, atq; alios plures. Et forsitã hoc sibi uult versus iste qd in nouissimæ psequutionis miserãdis illis tpibus futurum dicunt quidam sanctorũ,ut prorsus cessent in ecclesia Christi ad tps miracula, cũ ēt aduersarij falsa edent prodigia. Versu 11. Vt quid auertis manum tuam & dexterã tuam de medio sinu tuo in finem? Vr defectiua esse oratio,uerbi adiectione complẽda; qd dupliciter fieri poterit, uel ut infinitiuus subaudia-

Iud. 14.
2. Reg 1.
Deut. 32
Psal. 67.

audiatur cõnexus uerbo auertis,hoc mo E do:Vt quid auertis extrahere dexterã tuã de sinu tuo.vel vt imperatiuus subaudiatur,hoc modo,Et dexteram tuã aufer, vel extrahe de medio sinu tuo. Manifestũ est autẽ sermonẽ istum iuxta humanum morẽ sic ad Deũ dirigi,quasi otiosum & manum in sinu gestantem absconditam.Nã absconsio manus in sinu vel sub ascella (vt ait Sapiens)ad otiosum pertinet.Exerimus aũt de sinu, qñ ea peutere volum⁹, aut agere quippiam oneris. Chal.translatio verbũ supplet, & sñiam complet hoc mõ:Quare conuertes manũ tuã dexterã F autem tuam de medio bonitatis tuæ exere,uel extrahe, & contere qui præbẽt molestias tibi. ¶ Versu 13.Deus autẽ rex noster ante secula.Versum istum vnã cum sequẽtibus aliquot possumus exponere secundũ literã primũ, ac deinde secundum sensum mysticum,iuxta quod figuræ illæ quæ exponunt,significãt. Vnde hãc salutẽ,quã in medio terræ Deus est operatus pro patribus,primum ad literã interpretamur de liberatione populi Israelitici à seruitute Pharaonis: q̃ in medio terræ facta est,dum corã oĩbus populis gesta, ad oĩum aures fama peruenit.Quia verò ista G liberatio Israelitici populi sub Pharaone rege Aegypti,figura erat liberationis populi fidelis per Christum à diabolo, tenebrarum principe,idcirco hãc salutẽ secũdum mysticum sensum interpretamur, illã q̃ per Christum in carne propria ꝓ nobis facta est in tpis plenitudine Quæ quidẽ salus rectissimẽ in medio terræ facta dr̃,qm̃ pro oĩum oĩno populorum & gẽtium utilitate in uno Iudææ loco facta fuit Omnium.n.cõis erat hæc salus: omnibus æque propinqua æquẽ vicina omnibus.Aut(vt quidã aiunt)in medio terH ræ,quia in Iudęa,q̃ habitabilis terræ medium est Deinde ꝙ uersu 14.& 15.proxime sequitur, de maris transitu & capitibus draconum cõtribulatis in aquis, primum quidẽ secundum literã de transitu filiorum Israel per mare rubrum, & submersione Aegyptiorũ exponit,quẽadmodum manifestẽ indicat Chal.Parap. quæ, sic hẽt,Deus meus cuius diuinitas sancta ab æterno operatu⁹ est redẽptionẽ in medio terræ. Tu diuisisti in fortitudine tua aquas maris, tu cõtriuisti capita draconũ,& mersisti Aegyptios in mare. Tu cõfregisti capita ꝓcerum Pharaonis,dedisti eos ad destructionẽ populo dom⁹ Israel, corpora verò eorum draconibus.i. piscibus magnis,& cetis maris.Secundum verò mysticã intelligentiã,manifestum est, istud de institutione baptismalis sacramẽti exponi:in quo diabolus quasi submergit & cõteritur,dum ei prãs aufert populus aũt dñi saluatur dum ab ei⁹ manu & à morte saluus euadit per baptisma.Similiter,& de eo dicẽdum,ꝙ seqt̃,de fontium & torrentium datione in deserto,& fluminum exiccatione,q̃ fm mysticã intelligentiã facilẽ pñt exponi,qa in deserto gẽtium vbi ante nõ fuerãt aquæ spiritualis doctrinę vel spiritualis gratiæ,ibi post Christi passionem fluxerunt fontes saluberrimę doctrinę Euãgelicę, fontes uiuentium aquarum,qui quasi in torrentes excreuerunt, qñ mira celeritate per uniuersum orbẽ trãsierunt.Exiccata autẽ sunt flumina fortia ad transitum filiorum Israel,qm̃ potẽtia potentium sæculi, & sapientia sapientum euacuata atq; humiliata est:ut non nocerent ueris Israelitis, in terrã promissionis uolentibus ingredi. Omnia ergo ista sic mysticẽ poterunt aptẽ interpretari, neq; incõmode ad negotium propositum,ut per cõmemorationem Deo uelut in memoria reducamus, quãta populo suo nouo olim dum in carne nobiscum ageret,exhibuit beneficia:pp quod, nos populum suum meritò nõ dẽt nunc in fine ipum abijcere, quem olim ita clarũ habuit,& tãtis affecit spũalibus bonis.Attñ expositio illa quæ ad litterã historialia facta intelligit ad propositum vr̃ quadrãtior,quã illa quæ fm mysticos sensus incedit.¶ Versu 15.Dedisti eum escam populis Aethiopum. Populos Aethiopum nos in Elucidatione ĩterpretamur mysticẽ,denigratos & teterrimos dęmones qbus dati sunt in escã impij illi & ĩfideles Aegyptij,Pharao cum exercitib⁹ suis.Iuxta ꝙ in alio Psalmo de impijs persequutoribus iustorum dr̃, introibunt in inferiora terræ,tradent in manus gladij, partes vulpium erunt.i. malignorum & astutissimorum dęmonum. Et iterum,Mitti cristallum suum (.i.hoĩes ĩduratos & obstina- Ps.62. Ps.147.

ſtinatos in ſua malitia,cuiuſmodi erāt hi Aegyptū,poſt tot viſa ſigna, nihil adhuc Deū metuētes)ſicut bucellā,in eſcā.i.diaboli eos proiiciens, quō bucella proiici ſolet ante faciē carnis vt voret. Alii verò dnt illos datos in eſcā populis Aethiopū, qm arma illorū & ornatus atq; diuitiæ ad littora Aethiopū applicabāt, atq; ita eorum ſpolia accipiebant. Qui autem ex Hebræo vertunt, dediſti eū in eſcā populis deſerti, pro populis Aethiopū: exponunt de filiis Iſrael, qui in deſertis tū morabantur: quibus quaſi in eſcā dati fuerunt Aegiptii, qn à facie eorū ex Dei virtute ſic B contriti ſunt & deuorati, quō eſca abſque moleſtia conterit. ¶ Verſu 16. Tu diſrupiſti fontes & torrētes. Nō eſt ſenſus, Diuiſiſti fontes & torrentes, quaſi in partes ſecando, quō mare rubrum fuit diuiſum, ſed tātundē eſt ac ſi diceret, Per diruptionē dediſti, vel diuiſionē aut ſciſſionē fluere feciſti fontes & torrētes, per diſruptionē, inquā, vel diuiſionē nō ipſorum fontium, aut torrentium, ſed petrę vnde efflu xerunt. Valet ergo diſrupiſti, idē qđ diſrūpendo vel ſcindendo dediſti, aut fluere feciſti, quēadmodum p cōtrarium, confir C maſti mare, in Verſu 14. nō aliud eſt, quā p cōfirmationem & cōſolidationē vtrarumq; partium cōtinuiſti ne flueret, ſed trāſitum daret. Atq; huic ſnīæ aperte ſubſcribit qđ hēt Chald. Parap. Tu cōfregiſti fontē de rupe, & factus eſt in flumen. In eo quoq; qđ ſequit, Tu ſiccaſti fluuios Ethan: qdā p fluuios Ethā intelligunt

Exo. 13 mare rubrum, qđ vicinum fuiſſe loco vocato Ethan, manifeſtum eſt ex ca. 13 Exodi: ſi quidē populus Iſrael egreſſus Aegyptum, caſtrametatus eſt in Ethan, qđ eſt ī extremis finibus ſolitudinis, iuxta quē D penè locum inuenerunt illos Aegyptii, cum ad pſequēdum eos fuiſſent egreſſi. Vn putāt iterum hic ſignificari diuiſionē maris rubri. Verum qa hoc iā ſupradictū fuerat, magis vr̄ de Iordane ſermo fieri, atq; ita illud Ethan ſuā interpretationē accipiet. Sonat.n. fortia. Vn B. Hieronymus vertit ex Hebręo, Tu exiccaſti flumina fortia. Apparet aūt, rapidum fluuium & violentum fuiſſe Iordanē. Quā ſnīam manifeſtè approbat Parap. Chald. ſic habens, Tu ſiccaſti flumina Aaron. & decurſum eius rapidiſſimum, & Iordanē inſuper validum, vbi manifeſtum eſt, de fluminibus fortibus & rapidis fieri ſermonē. ¶ Verſu 20. Ne tradas beſtiis aīas confitentes tibi. Beſtias ſm ſimilitudinē vocat infideles hoſtes, vel pp ignorantiam Dei, vel pp crudelitatē & immanitatem, omniſq; miſericordiæ & cōpaſſionis defectum, dum ita crudeliſſimè ſolius Dei odio ſæuiunt in populum, qui nihil ſibi nocuit. Pauperes autē, fideles & humiles vocat. Pulchrè verò hunc verſum Chald. tranſlatio exponit ſic habens, Ne tradas populis ſimilibus aīalibus ſyluestribus aīas diſcentium legē tuā, vel eruditas in lege tua, quō ēt ex Hebræo uertit Hieronymus. Felix itē pulchra admodum ex vtraq; parte reſpondēte cōparatione, ita vertit, Ne dies feræ vel beſtię aīam turturis tuę, id eſt, populi tui in lege tua meditantis, & tui deſiderio gementis aſſiduè, quod eſt turturis officium. ¶ Verſu 21. Repleti ſunt, qui obſcurati ſunt terræ, domibus iniquitatum. Latina lectio hoc loco aliquanto obſcurior & inuolutior eſt Græca, q̄ ſic habet, ἐπληρώθησαν οἱ ἐσκοτισμένοι τῆς γῆς οἴκων ἀνομιῶν, hoc eſt, obſcurati terræ repleti ſunt domibus iniquitatum. Nā genitiuus terrę, iungi debet cum illo, qui obſcurati ſunt, & ablatiuus domibus iniquitatum, à verbo repleti ſunt regi. Quē autē ſenſum hæc lectio habeat, indicat Elucidatio. Poſſet tn̄ & aliter exponi, hoc mō, Obſcurati terrę, hoīes impii ſuper terram obtenebrati, & in ſua infidelitate obſtinati, repleti ſunt domibus iniquitatum, hoc eſt, abundant domibus & exercitibus impiis, in quibus confidunt, & in quibus valent quicquid audent, vbi tu Deus non miſeris tuis adiutorium. ¶ Verſu 22. Ne auertatur humilis factus confuſus. Participium factus in medio poſitum non ſatis conſtat, an ad præcedens debeat an ad ſequens referri. Aptius tn̄ vr̄, vt cum ſequenti iungatur, hoc ſenſu. Ne humilis auertatur factus confuſus. i. populus afflictus & humiliatus nō auertatur cum confuſione. Quam ſentētiam ſatis manifeſtè continere videtur verſio Felicis ex Hebræo, Ne reuertatur contritus, confuſus: aut, Ne reuertatur miſer & pauper confuſus.

LXXIIII.

## LXXIIII. PSALMI ARGVMENTVM.

*IN hoc Psalmo Christus introducitur loquens ad patrem, initio quidem simul cũ suis fidelibus, docens se vna cum illis patri confessionem laudis daturum, & cuncta eius mirabilia annunciaturum: mox verò in medio uersus secundi, ipse solus in persona propria singulariter loquitur de extremi iudicij die, deq; mundi perditi reparatione & instauratione de Euangelica prædicatione, & impiorum à superba mente ad pœnitentiam reuocatione, eo quòd iudex omnium sit Deus, & de calice indignationis pleno fæcibus, de quo prædicit bibituros omnes peccatores terræ. Nouissimis autem duobus uersibus, iterũ replicat, se uelle semper cantare domino: & in nouissimo die, superbos humiliatis iustos prædicit exaltandos.*

## LXXIIII. PSALMI ELVCIDATIO.

*CONFITEBIMVR tibi Deus, confitebimur, & inuocabimus nomen tuum.*

Cõfeßione & laude te celebrabimus, ego tuus vnigenitus & simul & fratres mei populus credẽtium tibi, sicut dignus es accipere omnem laudem, omnem honorem, & omnem benedictionem confessione & prædicatione gloriæ tuæ te celebrabimus atque magnificabimus: & laudantes, ex corde fideli affectuq; pleno fiduciæ, inuocabimus auxilium sancti nominis tui.

2 *Narrabimus mirabilia tua:*

Apoc. 4. & 5. In confitendo autem, enarrabimus ꝓ nostra virili cuncta magnalia tua, & opera magnifica, quæ pro tuo populo operari uoluisti ab initio: eorumq; virtutẽ & magnificentiã, quantum in nobis erit, prædicabimus, & notam faciemus vniuersis:

* *cũ accepero tempus ego iustitias iudicabo.*

Ioan. 5. Ego autem vnigenitus filius tuus, cui dedisti prãtem iudicium facere, quem iudi-

Actu. 10. cem constituisti viuorum atq; mortuorũ cũ tempus aduenerit à te constitutum nouissimo examini, cum dies illa & hora,

Matt. 24. quã nemo nouit nisi tu dies, inquam, suprema illa & ultima hora oĩum humanarum actuũ discussioni & retributioni assignata adfuerit, tũ ego potestate utar quã dedisti mihi, iustè iudicando, de singulis

Matt. 28. hominum operibus, redditurus vnicuiq; secundum opera sua, ijs qui bona egerũt vitam æternam: illis autem qui mala patrarunt, æterni ignis tormenta.

3 *Liquefacta est terra, & omnes qui habitant in ea:*

Ioan. 5. Liquefacta, dissipata, & prorsus resoluta, quæ usque ad nihilum redacta fuerat terra, cum oĩbus inhabitatoribus suis: quando ante meum aduentum, sub principatu diaboli (qui tum erat huius mundi princeps) regnante impietate, & concupiscentia dominante, oẽs declinauerunt, vixq; superetat operans bonum; cum plenus esset mundus errorum tenebris, & omnia idololatria ac alijs vitijs enormibus essẽt fœdata atque dissipata:

* *ego confirmaui columnas eius.*

ego verò tempestiuè in hunc mundũ adueniens, terram iamiam velut ruituram, & dispersurã in nihilum, salutari remedio prædicationis ac doctrinæ Euangeli

G cæ seruaui, ac velut columnarum firmitate suffulciui, atque cõstabiliui: ne prorsus deficeret: queadmodum cũ domus ruinæ proxima, suppositis columnis, aut ijs quæ columnarum uice sint, subiectis, sustentatur ne cadat. Ita planè orbẽ perditum, & iam proximum, vt in nihilum collaberet (vtpote nimia malitia deuastante omnia) ego adueniens, salutari doctrina euangelii, uelut firmamento columnæ sustẽtaui, & constabiliui, vt non penitus collabaẽ vsque in consummationem sæculi.

4 *Dixi iniquis, nolite iniquè agere:*

H Reuocaui ipsos ab impietate sua, dixique illis in terrore comminationis meę, nolite pergere in uestris iniquitatibus, neque addatis ultra præuaricationem ad ea quę hactenus egistis, sed pœnitentiam agite preteritorum facinorum, & iustitiæ amodo uacate:

* *& delinquentibus noli.e exaltare cornu:*

& ijs q in delictis & impietatibus versantur denũciaui cum terrore comminationũ mearum ne cornua sua erigerent, ne superbè & pręsumptuosè agere perseuerent, ne in superbia sese exaltarent ob suã tem-

temporalē potentiā atq; diuitias seculi. A

*5 Nolite extollere in altum cornu uestrū:*
Nolite (inquiebam ego illis) erigere uestra cornua ī excelsū, nolite de uestra potentia gloriari contra Deum, neque in uestris temporalibus gloriis præsumatis vt quicquam audeatis aduersus illum agere impteratis:

* *nolite loqui aduersus Deum iniquitatem.*
cauete, ne contra Deum extento collo in superbia & abusione loquamini, q̄ blasphema sunt & impia, ne de illo blasphemādo aliter loquamini quā doceat, ne ve contra illum proponatis agere, quæ non

Psal. 2. conueniant præuaricando, sed potius ser B uire illi ut Domino Deo nostro, in timore & exultate ei cum tremore.

*6 Quia neque ab oriente neque ab occidēte neque à desertis montibus:*
Merito sane canēdum est omnibus, ne aduersus Deum erigant cornu, quoniam ipse est Deus unus ac solus iudex, neq; est præter eum alius, neque ab oriente, neq; ab occidente, neq; à montosis locis deserti qui ad meridiem sunt, neque item ab aquilone, neque ab ulla omnino parte alius potest uenire Deus:

* *Quoniam Deus iudex est.*

Ioan. 5 quoniā Deus unus & solus iudex est, potestatem habens facere iudicium omniū in terra, qui vnus omnium & bene & male facta examinabit atq; remunerabit ꝓ merito, cuius tribunali sisti & cuius iudicio præsentari suo ipse debebunt, uelit,

Rom. 4. nolint, uniuersi, illi ēt qui in loco seculo super bē sese exaltant & cornua erigunt aduersus ipsum. Siquidem illius unius

2. Cor. 5 iudicio oēs necesse est præsentari, neque quisquam erit uel tam potens, uel tā sapiens, qui eius possit iudicium effugere,

*7 Hunc humiliat, & hunc exaltat:*
ipse autem iudex unus fm iustitiæ suæ ęquitatē, pro cuiusq; merito faciet remunerationem, hos quidem humiliando, &

Mat. 25 in ima inferni condemnationis snīa demergēdo, cū eis inquiet, discendite à me maledicti in ignē æternū, qui paratus est diabolo & angelis eius, illos autem exal

Ibidem. tādo in uitā æternam pro studio bonarū operationum, cū eis inquiet. Venite benedicti patris mei, possidete paratum uobis regnum ab origine mundi.

* *quia calix in manu domini uini meri, plenus mixto.*
Est enim in manu iudicis huius dispensatio condignæ retributionis & distributio promeritæ mercedis, tanquam calix in manu hominis alicuius, tanquā calix (in quā) uini fortissimi & impotabilis, plenus commixtione fœcum & sordiū, totusque turbulentus, & fęculentus, vt horror sit ex illo bibere illum ve gustare. Est

.n. hic calix iræ & īdignationis Dei omnipotētis, q̄ cōtinet ultionē amarissimā, & impotabile iudicium, q͂ est tanq̄ vinū meracissimum, fortissimum, & durissimū, & ꝓrsus fæculētū, qd̄ sit impotabile. Apoc. 16

*8 Et inclinauit ex hoc in hoc:*
Et inclinauit Deus hunc calicem quē in manu tenet, ex parte una in aliā, quēad modum fieri solet cum diuersis ex eodē calice datur bibere ex eodē hoc poculo potum propināt oībus impiis, quos omnes simili iudicio condemnat, eodemq; condemnationis poculo potat:

* *ueruntamen fæx eius non est exinanita:*
ueruntn̄ quātūcūq; peccatores ex hoc calice bibant, adhuc non est fęx eius ꝓrsus

C exhausta, neq; unquā exhaurietur, adhuc eadē seruatur damnatio impiis post uentris, & de hoc calice bibituri sēper irā & indignationē Dei bibēt & sententiā mortis amarissima potabuntur, quicunque id suis malis operibus commeruerint. Infernus enim & perditio nunquā replentur, nunquam dicunt, sufficit: Prou. 27

* *bibent omnes peccatores.*
bibent ex hoc calice irę & indignationis Dei omnes q̄ super terrā mala patrarūt, & peccatis se cōmaculauerūt, nec egerūt pœnitentiam. Huiusmodi omnes bibent amarissimas fęces calicis huius: horum

D ne unus quidem effugiet mortis iudiciū.

*9 Ego autem annunciabo in seculum:*
Ego autem pariter cū meis fidelibus annunciabo in æternum mirabilia Dei patris mei, misericordiā erga bonos, & erga impios iustitiam:

* *cantabo Deo Iacob*
cantabo in Psalmis & hymnis laudemq; & honorē dicam, in testimonium gratiarum actionis, Deo patri meo, q̄ est Deus populi sui.

*10 Et omnia cornua peccatorū confringam:*
Et in

Et in tempore iudicii illius de quo iã ante dixi, ego conteram atque comminuã omnia cornua impiorũ, omnem superbiã & celsitudinem prauorum ego depri mam & humiliabo, deponẽq; omnes potentes de sede, & diuites faciam uacuos: *Et exaltabunt cornua iusti.*
Lucæ.1. iustorum aũt humilitatem ego subleuabo & eorũ potentiã glorificabo, qñ exultationes meas & patris mei dabo in guttur eorum, & gladios ancipites in manibus, qñ in capite eorum ponam diadema
Psa 149 gloriæ meæ, & sceptrum regni mei dabo in manibus eorum Erit n. tũc & manifeste apparebit oĩbus mirabilis illa muta-
Lucæ 14 tio, qua omnes qui se in mundo exaltarant humiliabuntur, contra uerò exaltabuntur qui se humiliauerant.

ANNOT. IN PSAL. LXXIIII.

VErsu 1. Confitebit̃ tibi Deus, cõfitebimur, & inuocabimus nomẽ tuũ, Recto ordine confessio præmittitur, succedit inuocatio. Sunt enim, q solo timo
Miche 3 rẽ nonnunquã inuocant, qñ nõ merent̃
Matt.13. exaudiri, iuxta illud. Tunc inuocabũt, & nõ exaudiã. Et vt fatuis uirginib' clauso
Thum.1. ostio clamantibus dicetur, Nescio uos, discedite oẽs operarii iniquitatis. Qui autem cofitentur Deo, ut oportet, corde uidelicet, ore & opere (Nã ore ac uerbis cõfiteri, factis aũt negare, nihil aliud quam irrisio est & simulata hypocrisis) hi sunt qui fiducialiter inuocare põt nomen Domini. ¶ Versu 2. Cum accepero tpš ego iustitias iudicabo. Accepit quidem iam Christus pr̃atem faciendi iudicium, iuxta
Ioan.5. qđ apud Ioannem dr̃, Potestatem dedit
Matt.28. filio pater iudicium facere, quia filius hominis est. Et apud Matthęum, data est mi
Actu.10. hi omnis potestas in cœlo & in terra. Et in Actibus Apostolorum, Hunc cõstituit Deus iudicẽ uiuorũ & mortuorũ Nõdũ tñ accepit tpš, in quo suum debeat cõplere iudiciũ, quia nondũ tpš illud aduenit iudicandi, q̃ à patre ab æterno est p̃definitum. Cũm ergo tpš hoc acceperit Christus, tum iudicabit iustitias. Iudicare aũt iustitias, accipiẽdum ur̃, ut idem sit q̃ iudicare iusta, quomodo ex Hebræo uertit Hieronymus, ego recta iudicabo. Nam iuxta cõem loquendi consuetudinem scripturarũ, facere bonitatẽ, poni solet p̃ facere bonũ, facere iustitiã p̃ iuste agere, facere iniquitatẽ p̃ face e q̃ iniquũ & malũ est, atq; ita in aliis. Aut intelligat̃ Christus iudicaturus iustitias, qm̃ iustitias hominũ examinabit, & de iustitiis iudicabit ut ita in qbus eas ĩuenerit, p̃ iustitiæ qualitate reddat beata prẽmia, in quibus aũt abesse cõpererit, illis reddat æterna tormẽta eo qdẽ maiora, quo lõgi' ab illa abfuerint. Attamen prior intelligentia, sm consuetudinẽ scripturarũ vr̃ ptior. Pos-
Ioan.12. set uerò hoc iudiciũ Christi intelligi iudiciũ prius, qđ iã impletũ est ĩ primo ipsius aduentu, quo uidelicet pro humano gñre in tpis plenitudine iudicauit, dũ huius mundi principem foras eiiciens condemnauit, humanum aũt genus de captiuitate miseria & grauissima tyrannide misericorditer liberauit. Cũ n. ipš accepit Christus, quo hoc iudiciũ fieri debebat, ubi aduenit tpris plenitudo magnificã re, cõpleuit ĩ potẽtia uirtutis suæ, mortẽ simul ac mortis autorẽ sua morte iureificiẽt. Huic aũt sensui nõ inepte cõsonat uersus q subseqnit̃, de cõstabilitione terræ: iuxta expositionẽ à nobis in Elucidatione positã. ¶ Versu 3. Liquefacta est terra, & omnes qui habitant in ea, ego cõfirmaui columnas eius In Elucidatione versum istũ de cõstabilitione & restauratione mũdi, p Euãgelicę doctrinæ p̃dicationẽ, & sancti spũs desup mi sionem, sumus interpretati. Iuxta quã expositionẽ, manifestũ est sm metaphoticã loquutionem accipiendũ, q̃ dr̃ de confirmatione columnarum terræ. Quemadmodũ enim ędificium q̃ minat̃ ruinam, & casui proximum est columnis subiectis fulcit̃, & stabile redditur, ut iã casum nõ metuat, ita mundus qui ante Christi aduentum uidebatur pene in extremas fęces deuenisse, vt uix vltra pietatis quicquam esset reliquum stabilitate doctrinę ipsius Euãgelicæ velut cõfirmatus est atq; stabilitus ita vt iã perpetuũ fide & pietate penitus nequeat deficere. Semper enim verbum Dei conseruabit electos. Põt etiam intelligi de futura mundi pugnatione hoc modo, Antequã aduenıã ego ĩ iudiciũ, liquefiet terra, & igne cõflagrationis, purgabit̃ cũ oĩbus inhabitantibus. Neq; mirũ si liquefiet, si combureturterra, à facie meæ quando-

quandoqdē ego ab initio stabilini & fun-
daui eam, constituendo eā super stabilita
Ps. 103. tem suam, vt non moueatur neq; cadat in
seculū, atq; ita velut posui, & firma locaui
fundamenta eius: quemadmodū illa quæ
firma & immobilia volumus consistere,
solemus super cōfirmatas columnas ædificare.
Ipse n. Deus est, qui terram fundauit,
stabilemq; posuit, nec aliud habet
fundamētum, vel columnam stabilitatis
suæ, nisi Dei verbū. ¶ Versu 4. Nolite exaltare
cornu Exaltatio cornuū quæ in hoc
Psalmo frequenti admodum iteratione
replicatur, superba elatio intelligitur. Vnde
& vulgo dicimus, quēpiam erigere, vel
extollere cornua, ubi sese per superbiam
magnificare & exaltare aduersus alios cœperit.
Vnde Horatius de vini virtute, carmine
ludēs, pauperem dicit hausto uino
sumere cornua. Et vulgo hoīes, vbi quem
piā uiderint ferociam, superbiam, aut proteruiā
relinquere, dīt illū cornua ponere,
aut perdidisse cornua. Itē & cum significare
volumus, nos quēpiam humiliaturos,
& superbiā proteruiāq; dedocturos,
dicim⁹ nos illi attrituros siue detrituros
cornua, quæ gerit supbiens atq; proteruiēs.
Sūpta est metaphora à tauris feris,
qui gloriātur cornuum potentia: quomodo
peruersi homines eleuantur suis temporalibus
dignitatibus, potentijs atq; diuitijs.
¶ Versu 6. Quia neque ab oriente,
neq; ab occidente neq; à desertis montibus.
Manifestum est hunc sermonem pati
defectum, potestq; uarijs subauditionibus
compleri. Vel sic, Neq; ab oriente neque
ab occidente, neq; à desertis montibus,
alius est Deus uel iudex, qm̄ unus
Deus, unus ipse est iudex oīum. Vel sic,
Neque ab oriente, neque ab occidente &
cætera ueniet liberatio, uel saluatio, uel effugium
cuiquam hominum, in die nouissimi
examinis, quoniā Deus est iudex
uniuersalis oīum, cuius potentiæ nemo
pōt resistere, cuius imperium & iudicium
nemo poterit effugere, eo quòd in omni
loco ipse habeat plenū & perfectū dominium.
Nemini .n. spes esse debet contra
Christi Dei nostri iudicium posse quenquā
habere auxiliatorē aut defensorem,
per quē illam possit seueritatem impunè
euadere, si actionibus malis in uita cor-

A poris eā promeruerit. Vel sic, Neq; ab oriente,
neq; ab occidente, &c. cuiquā uenire
potest uera exaltatio, nisi à Deo, neque
cuiquam pōt cōtingere, nisi cui Deus
donauerit. Is nāq; solus exaltatus uerè est 2. Cor. 10.
& magnus, nō qui se exaltat, sed quē exaltat
Deus: quemadmodū nō est probatus
qui se ipsum cōmendat, sed quem cōmendat
Deus. Atq; ita aptè ei consonat quod
sequitur, qm̄ Deus iudex est, cuius nimirū
solius est exaltare exaltatione certa ac solida.
Vnde mox subditur: Hūc humiliat,
B & hunc exaltat. Atq; hanc sniām apertè
exprimit uersio Felicis, quæ hoc loco sic
habet. Qm̄ neq; ab oriente, neq; ab occidente,
neq; à deserto exaltatio. Primę autem
expositioni (quā & in Elucidatione
solam sequimur) cōsonat Chald. Paraph.
sic habens. Qm̄ nō est alius præter me, ab
oriente vsq; in occidentē: & à septentrione
domus desertæ, & ab austro usq; ad loca
montuosa. Cæterum, illud qđ dicitur, à
desertis montibus: plagam meridionalē
significat. Nam desertū magnū (in quo &
montes erant) Iudex à meridie est, quēadmodum
C admodum mare Iudæis est ab occidente.
¶ Versu 7. Calix ī manu domini uini meri,
plenus mixto. In Elucidatione hunc calicē
interpretati sumus, dispensationē iustæ
ultionis & condemnationis q̄ Deus
propinauit impijs. De quo calice, & aliàs
in scriptura frequens fit mentio, ut Psalmo
decimo, Ignis, grando, nix, glacies, spiritus
procellarum, pars calicis impiorū. Ps. 10.
Et in Apocalypsi. Si quis adorauerit bestiā
& imaginē eius, &c. hic bibet de uino Apoc. 14
iræ Dei, quod mixtum est mero in calice
D iræ ipsius, & cruciabitur igne & sulphure
in conspectu angelorum sanctorum, &
ante conspectū agni. Itē Esaiæ quinquagesimo
primo, Eleuare, eleuare, cōsurge Esai. 51.
Hierusalē, q̄ bibisti de manu domini calicem
iræ eius: vsq; ad fundū calicis soporis
bibisti, & potasti vsque ad fæces. Quib⁹
uerbis exprimit vehemēs vltio & grauis
uindicta Dei sup populū Israeliticū.
& quidem interdum temporalis punitio,
interdū verò sempiterna indicatur, uelut
in loco proposito. Quòd autē calix iste dicitur
plenus vini meri, significat fortitudinem,
duritiem, & grauitatem ultionis,
q ipsū magis exprimit plenitudo cōmixtionis

xtionis,& turbulẽtia quę subiũgitur. Duo E enim sunt quæ maxime uinum faciũt impotabile, primum quidem si nimium sit austerum, rigidum, forte, uiolentum, nec bene attemperatum debilitati humanæ cõplexionis: deinde, si turbulentũ sit, & fæcum commixtione amarum redditũ. Dũ ergo duo hæc ad calicem adiicit, eius impotabilitatem significat Impotabilitas autem (ut ita loquamur) calicis signat importabilitatem diuini iudicii, quod super im-
2. Pet. 2. pios ueniet ĩ die nouissimo. Vnde Petrus Apostolus in Epistola secunda, loquẽs de malis angelis, dicit, eos non portare ad- F uersum se execrabile Dei iudicium, i. importabile eis esse, terribile & horribile Dei iudicium. Posset tamẽ calix iste prædictus generalius intelligi, ut includat retributionem utranq;, tã bonorum, quàm malorum. Atq; ita quidẽ calix iste intelligetur dispensatio iustitiæ Dei, sm quam unicuiq; congruam pro meritis tribuet mercedẽ, bonis salutem, malis damnationem. Cum n. Deus per eandem suam iustitiam, his quidem uitam, illis autem dãnationem æternam retribuit, quasi ex eodem calice iustos simul & impios potat. Verùm iuxta hanc expositionem, p uinũ G merum conuenientius intelligenda uidetur fœlicitas & iocunditas uitæ æternæ. Nam uinum lætificat cor hominis. Licet autem in hoc tempore nõnunquam gustare & bibere detur electis de uino isto, tñ iam non merum est, non purum est,
Ps. 103. non ita præstans & electum, quemadmodum tunc erit quando absque omni cõmixtione tristitiæ solidum & plenissimũ erit gaudium. Tali ergo uino mero, tali uino præstantissimo & amabilissimo plenus est calix ille Dei, ut inde reficiantur,
Psal. 35. & inebrientur sancti. Siquidẽ hi inebria H buntur ab ubertate domus Dei. Et calix iste sic inebrians, quàm pręclarus est. Nõ tamen solum inest uinum istud merum, Psal. 22.
sed propter impios plenus est mixto, plenus est fæcibus commixtis, plenus est felle & absinthio, quæ ex eodem calice potabunt omnes impii. Ex eodem calice bibent pij uinum merum, & impii fœces amarissimas. Atq; ita quod in uersu sequẽti subnectitur. Et inclinauit ex hoc in hoc, pulchrẽ admodũ intelligitur, ex dextra in sinistram: ijs quidem qui ad dexteram sunt osculis inclinando, uinum purissimum præbens, illis autem qui ad sinistram, ex eodem fœces amarissimas & turbulentissimum potum administrãs. Vtraque autem harum expositionũ bene apta uidetur: neq; satis apparet, utra ueri sit pręferenda, nisi ꝙ non multum in scriptura soleat calix complecti utramque retributionem, uidelicet piorũ & impiorũ pariter, sed diuisim, uel solã retributionem fęlicitatis, uel solam damnationis, iuxta exigentiam materiæ de qua sermo habetur. Hebræa quoque lectio non uidetur ferre nisi calicem impiorum. Sic enim iuxta Hieronymi uersionem legimus, Calix in manu Domini est, uino meraco usque ad plenum mixtus, & propinabit ex eo: ubi duorum contentorum non potest accipi, distinctio, sed unius tantùm ad summum usque impletio, quod utique uidetur in malum accipi, tum propter præcedentia, in quibus terror iudicis significatur: tum propter consequentia, in quibus secum fit mentio, quas utique in uino electorum non erit inuenire. Consonat & Chaldai. Paraphrasis, quæ calicem hunc uocat calicem maledictionis, plenum uino mero, & temperamento amaritudinis.

## LXXV. PSALMI ARGVMENTVM.

*Prophetat in hoc Psalmo Propheta, de cultu unius Dei Christi Iesu in Ecclesia sancta, quæ est Iudæa, Israel, Hierusalẽ, & Sion uera, deq; mirabili Christi uictoria contra inimicum generis humani, & pace uera mundo allata, de mundi admirabili illuminatione per sanctos Apostolos, unde facta est infidelium conturbatio: qui in somno infidelitatis suæ permanentes, nec ad Euangelij lucem uolentes exurgere, uacui permanserunt ab omni bono: quorum erit terribilis ultio in nouissimo iudicij magni die, cuius terrorem uersu 7. 8. & 9. describit. Versibus autem tribus nouissimis, ex pia magnalium Dei consideratione; monet laudem optimo Deo reddere, & deuotionis munera persoluere, illi qui unus est etiam regibus terræ formidabilis.*

LXXV.

LXXV. PSALMI ELVCID.

*OTVS in Iudæa Deus:*
Celebris fama & optimè
cognitus est Deus in Ec
clesia sancta sua, quæ est
Iudęa uera, confessionē
bonam illi ex corde fide-
li persoluens:
* *in Israel magnum nomen eius.*
in populo fideli(q est Israel uerus secun-
dū spiritum) fide uidens & cognoscens
Deum magnum, preciosum, honorabile
& gloriosum est nomen eius. Quēadmo B
dū enim olim ī paruula Iudææ terra so
Rom.1. lū notus fuit Deus, & ī solo semine Israe-
lis secundum carnem notitia erat nomi
nis & cultus Dei, ita nūc ī tpe grãr, & Ec-
clesia & populo fideli cognitio abundat,
Rom.10 & cultus uiget unius ueri Dei: Dū interim
cęteri oēs qui extra Ecclesiam sunt Deū
ignorantes, uel sua idola colētes, euane-
scūt ī cogitationibus suis, ut gētiles ido
lolatrę: uel Deo contradicentes, suā iusti
tiā quærūt cōstituere, ut carnales Iudæi.
2 *Et factus est in pace locus eius, & habi tatio eius in Sion.*
In loco pacis, ī Hierusalē uera factus est
Ioan.14 locus & māsio eius: & in Siō uera elegit
sibi habitationē perpetuam, Siquidē in
Ecclesia, quæ est uera Sion & Hierusalē
(nimirum fidei cōtemplatione sublima
ta & pace Christi, quā mūdus dare ne-
quit firmata) elegit sibi Deus mansionem
& locum habitationis, ut habitet & pma
neat in ea usq; ad consummationē sęcu
li: quemadmodū olim ad tempus aliquā
tū in Sion & Hierusalem corporali secū
dum figuram inhabitauit,
3 *Ibi confregit potentias:*
In hac autem sua Ecclesia, in hac Iudæa,
in hoc Israele, in hac Hierusalem, in hac
Sion, mirabilia ostendit opera omnipo-
tentiæ suæ, confringens, conterens, & ad
nihilum redigens omnes inimicorum
uirtutes, omnemque aduersariam po-
tentiam.
* *arcum, scutum, gladium, & bellum.*
arcus scilicet, scuta, gladios, cęteraque in
strumenta bellica aduersariorum cōfrin-
gens & superans ac bella auferens, hoc
est populum suum ab omni malo saluū
A faciens, & ab omni hostium oppugnatio
ne securum, ita ut illis nec gladius nec ar
cus nec scutum necullū corporale bellū
possit suam pacē ueram auferre, aut quic
quam ueti inferre nocumenti.
4 *Illuminans tu mirabiliter à mōtibus æter nis:*
Hanc autem salutem & securitatē popu-
li tui fecisti modo admodū mirabili, illu
minādo à montibus æternis radios sup-
ni luminis tui mundo tenebris obcæca-
to, & sub hostiū tyrannide uelut ī obscu-
ro carcere concluso, per uiros altissimos
B ad hoc ab æterno præparatos effunden- Heb.2.
do, id est, p sanctos Apostolos tuos quos
primum tuo radio illuminare uoluisti
(partim tuiipsius magisterio, quo illos co Act.1.
rā ore ad os loquēs in humanitatis for-
ma erudiuisti, partim spiritus tui sancti Ioan.16.
interna unctione, quem in cęlum scādēs
eisdem misisti, ad perfectam de rebus om
nibus eruditionem) ut deinde per hos sic
illuminatos montes, uniuersam terram
illuminares, quemadmodū sol corpora-
lis primum in montes suum mittit lu-
men, ut inde in humiliora loca splēdor
C luminis refulgeat:
* *turbati sunt omnes insipientes corde.*
quod dum faceres, turbati sunt omnes in
creduli & insipiētes corde, commoti sūt
& conturbati omnes terreni & infideles
hoīes, qui noluerunt gratiam Dei recipe
re, tam Iudęi carnales, qui horum mon
tium splendorem, nimiū sibi placentes,
ferre non potuerunt, quàm gentiū popu
li, qui grauissimas ēt oppugnationes &
persequutiones suscitauerūt superno lu
mini, Euangelii lucem qua potuerūt uir
tute oppugnantes.
D 5 *Dormierunt somnum suum:*
Dormierunt ipsi somnū īfidelitatis suę,
permanserūt sua uoluntaria electione
stertentes, & dormiētes in infidelitate ac
pristinis uitiis & cōcupiscentiis suis, simi
les hoībus dormientibus media die, qui
ad lucē nolunt expergisci, qui se non pa
tiuntur excitari a lumine diei. Ita no-
luerunt ad lumen supernum mundo in
fusum expergisci, noluerūt aperire ocu-
los ut lumen reciperēt, recusauerūt susci
pere ueritatis doctrinā, elegerūtq; magis
permanere in cæcitate ignorantiæ suæ

* *& nihil inuenerunt omnes uiri diuitiarũ in manibus suis.*
atque ita uacui permãserunt isti uiri diuitiarum, homines terreni in potentia & diuitiis gloriantes, ab omni opere bono & nihil ueri boni inuenire potuerunt in manibus suis, qui diuitiis terrenis & potentia sæculi excæcati contradixerũt lumini sancto Euãgelicæ ueritatis & fidei, sine qua impossibile est placere Deo, aut boni operis quippiam facere unde possit separari beata remuneratio.

*6 Ab increpatione tua Deus Iacob, dormitauerunt qui ascenderunt equos.*

Heb. 11. Vbi uerò tibi placitum fuit horum sęculi potentum, & ueritatis persequutorum superare potentiã, uerbo tuo increpasti atq; prohibuisti illos, & ab increpatione tua, à uoce iussionis tuæ, oẽs illi magni atq; potentes ascensores equorũ similes facti sunt dormitãtibus, qui prius gloriabant in potẽtia sua, & cõfidebant in eqis & curribus, aduersus populũ domini, facti sunt quasi dormientes, prorsus impotentes ad perficiendũ sui cordis propositum, quomodo homines somno depressi nihil ualent agere uitalis operis quantumlibet sint fortissimi.

Ab increpatione quoq; tua sono mortis correpti sũt, & perierũt ascensores equorum, confidentes in potentia & diuitiis suis uoce ac iussione tua pleriq; interempti perierũt, ut cordis sui propositum nõ possent perficere tua increpatione, uel ione, siue prohibitione impediti.

*7 Tu terribilis es, & quis resistet tibi?*

Tu profectò terribilis es ac meritò formidabilis uniuersis, quantumuis iuxta sæculum potentibus, quantocunque armorum appatatu, quodlibet millium copiis instructis: atq; ubi tu ostendere uolueris terrorem potentiæ tuę, non est rex, nõ est princeps, nõ est exercitus, nõ est ulla uirtus, neq; potestas quæ tuæ potẽtiæ ualeat resistere, non est ulla creatura, quæ cõtra stare possit in conspectu tuo:

* *ex tunc ira tua.*

& quanquã nunc dissimulas, multa longanimitate agas etiam cũ hostibus tuis, ueniet tamen qñ terrorem tuæ potentiæ manifeste demonstrabis, & ex tunc, illo imo mento, cum dies illa aduenerit, tũ apparebit furor iræ tuę, tunc palam apparebit omnibus terribilis indignatio tua quæ in punitione reproborum monstrabitur in die nouissimo. Tũc enim loqueris ad impios in ira tua, & in furore tuo cõturbabis eos; eritq; dies illa, dies calamitatis, & miseræ, dies terroris & iudicii, dies fletus & luctus omnibus impiis. Rom. 2. Psal. 2.

*8 De cælo auditum fecisti iudicium:*

Antequam uerò hęc ira compleatur, tu Deus de cœlo auditum facies iudicium uoce desuper missa proclamari facies uẽturum tuum iudicium, quãdo mortui audient uocem filii Dei, & procedent ad remunerationem, quando tuba canet, & mortui resurgent incorrupti, quando descendet iudex de cœlo in uoce archangeli, dicentis, Surgite mortui, uenite ad iudicium, quando missi angeli colligẽt electos à quatuor angulis terrę, ut sistantur tribunali tuo: Soph. 1. Ioan. 5. 1. Cor. 15

* *terra tremuit:*

ac mox ubi proclamatũ & auditũ fuerit hoc nuncium iudicii tui, simul eodẽ momento, in ictu oculi, terra uniuersa cõtremiscet, & dabit mortuos suos, contremiscentq; tunc oẽs à facie iudicis tã gloriosi tãq; terribilis, boni quidẽ cum reuerentia, mali uerò cum seruili pœnarum terrore, & malæ conscientiæ erubescentia: 1. The. 4 Matt. 24.

* *& quieuit.*

& quiescẽt omnes atq; silebunt, eritq; silentium magnũ expectantibus singulis sententiam iudicii sui, qñ nemo mutire audebit, aut os aperire, uel ad excusationẽ uel ad accusationem, vel ad probationem, aut propositionẽ suorũ negotiorũ aut ẽt ad murmurationẽ & conuiciũ, sed oĩa solius iudicis (qui simul & iudex erit & testis) arbitrio & cognitione transigẽtur. Eritq; ibi magnum silentiũ, quõ fieri solet, cum in scholam magister uirgã tenens in ira & terrore ingreditur, dũ quisque sibi metuit, & rei exitum discipuli tacite cõsiderãtes, in quos grassatura sit punitio attendũt cũ silentio, ne mutire quidem aut uerbum ullum facere audentes. Hier. 29

*9 Cum exurgeret in iudicium Deus.*

Contremiscet (inquã) & silebit terra, tũc cũ adueniet Deus in iudicium, cum post longã dissimulatiõnẽ ad faciendũ iudicium & exercendã ultionẽ consurget, ad

motum

motum hoīs qui à torpido somno euigilans post cessationem opus aggredit:

* *Vt saluos faceret oēs mansuetos terræ.* vt suo iudicio saluos faciat oēs fideles, pios, humiles atq; obediētes terræ, vt remunerationem bonā tribuat oībus electis, qui super terram vixerunt in mansuetudine, humilitate, & obedientia præceptorū ipsius, vt hos videlicet ab impiis segreget, & in regnum patris sui ab æterno illis præparatū inducat, impiis ex aduerso in abyssum protrusis.

10 *Quoniā cogitatio hominis confitebit tibi:* Et quidē cum hæc oīa (piis certe admodū iucunda & grata) profunda contemplatione meditabitur homo, dabit confessionem & laudem tibi: non se continebit à laude & confessione nominis tui, qui ista consideratione profunda contēplabitur:

* *& reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi.* & post hmōi considerationem profundam, atq; intimā contemplationem tantorū mirabiliū, quæ pro suis electis operatur pissimus Deus, tanta lætitia mētis atq; pietatis affectus (quæ velut reliquiæ sunt talis intimæ cōsiderationis, vtpote quæ ex ea solet in hoīe generari, & in aīa ēt post actualem speculationem reliqui) hoīem obtinebunt, vt videatur in eis aīa velut magnum festum celebrare. Præstat siquidem hoc fidelibus profunda & attenta meditatio diuinorum mirabilium, vt ab omni grauitate & tristitia facti alieni, Deo suo quasi perpetuum festum, in mentis quiete & animi alacritate, celebrare videantur.

11 *Vouete & reddite domino Deo vestro.* Pro gratiarum actione aūt ò fideles oēs, ad animi gratitudinem demonstrandā vota facite dño Deo vestro, affectiones sanctas, pia desideria, salutaria proposita illi offerte, atq; ēt firmate, sanctasq; oblationes illi addicite & consecrate: atque vbi proposita siue firmata fuerint, Deoq; consecrata, curate quæ Deo sunt addicta reddere, fideliterq; persoluere. Non enim vouere tantum sufficit, nisi & reddantur quæ vota sunt domino:

* *oēs qui in circuitu eius affertis munera.* omnes absq; delectu, quicūq; estis in circuitu eius, quicunq; de populo eius esse & haberi uoltis, quicunque illi adhæretis, ui Deo nostro ac domino afferre illi debetis deuota laudum, orationum, piarum affectionum, & salutarium desideriorū gratissima munera, siue etiam exteriora quælibet, quę cordis deuotio suggesserit, ut offeratis & consecretis ea domino.

12 *Terribili & ei qui aufert spiritum principum, terribili apud reges terræ.* Ei (inquam) reddatis & offeratis, qui solus uere terribilis est, & meritò omnibus metuendus: utpote qui solus potestatem habet auferendi animam principibus sæculi ubi uoluerit, qui solus in manu habet uitas quantumuis potentum atque magnorum super terram, ut quando uoluerit, & sicut uoluerit, eos possit solo uerbo uita priuare, habetq; potestatem simul, & corpus & animam mittere in gehennam, atque idcirco merito etiam potentissimis terrę regibus est metuendus, ac formidabilis, quanto magis & exteris omnibus q sunt super faciem terræ? Matt. 10 Luc. 12

## ANNOT. IN PSAL. LXXV.

VErsu 1. Notus in Iudæa Deus. Quidā hūc Psalmū totū exponūt de tēporali aliqua insigni liberatione populi Israelitici ab hostibus, uel ut de liberatione à Sennacherib, aut alia priori consimili: cuiusmodi in regnorū libris plures factas legimus, beneficio Dei multis siquidē pclaris gestis huiusmodi, fuit ī populo Israelitico, in terra Iudæę nobilis Deus, & ex iis quæ in populo illo gessit, oībus per circuitum gentibus notus, in eo quod p filiis Israel pugnans, potentiā aduersariorū, & eorū oēm apparatum sua uirtute cōtriuit, mirabiliter apparens cū terrore de super è cœlis, quasi ex montibus quibusdā ab initio fundatis, vnde increduli turbati sunt, nihil inuenientes roboris ī manib' suis diuina uirtute separati, neq; auxilium habuerunt in equis in quibus sperauerāt. Atq; ita illud iudicium de quo fit mentio in uersibus octauo & nono, nō intelliget extremū, sed tporale, quo iudicauit Deus p populo suo Israelitico, ɔtra aduersarios, quos tremor & silētiū corripuit Deo exurgēte ad suū huiusmodi iudiciū. Huic expositioni nō dissonat quod pro

 titulo

titulo in codicibus quibusdã Græcis atq; Latinis ponitur Psalmus Asaph, cõtra Assyrios, uel ad Assyrios. Nos tñ maluimus Ecclesię & uictoriæ illi, quę in Ecclesia p Christum facta est, psalmi processum applicare. Nam ut prior ille sensus fm historiam & figuram nõ sit incommodus, certè is quem dedimus, secundum rẽ signatã uidetur conuenientior. Cum.n.omnia in
1.Cor 10 figura (iuxta Apostoli uerbum) illis cõtingebant carnalibus Iudęis, manifestum est uictorias oẽs in populo Israelitico factas, in figuram pręcessisse illius summę & gloriosissimæ victorię, qua de hoste humani generis Christus triumphauit. ¶ Versu 2. Et factus est in pace locus eius. In Hebręo Salem ponitur, quod putant pro Hierusalẽ positũ esse, dicẽtes locum eundem qui post appellatus est Hierusalẽ, prius uocatũ fuisse Salẽ: ut quatuor simul cõmemoret Propheta. s. Iudæã, Israel, Salẽ vel Hierusalẽ, & Sion: diuersis quatuor nominibus, rẽ unã eandemq; designãs. Quod manifestè indicat Chal. Paraph. habẽs in hũc modũ. Notus est in domo Iuda Deus, in domo Israelis magnum nomen eius. Et fuit in Hierusalẽ domus sanctuarii eius, & habitaculum domus diuinitatis sanctæ eius in Sion: quando fecit domus Israel uoluntatẽ eius, habitauit, diuinitas eius inter eos. Hæc aũt Paraph. quanquam expositionẽ illam iã ante breuiter iactam de mirabilibus in populo Israelitico sequit, nos tñ in spiritualẽ domum Iuda, domum Israelis, Hierusalem & Sion, conuenienter sensum subducimus, uti in Elucidatione est manifestum. Rectè autẽ factus est lo
1 Cor.14 cus Dei in pace, in unitate Ecclesię, in qua uera est pax Christi in cordibus fidelium, in quibus regnat pax eius: qm ipse (ut ait
2 Cor 13 Apostolus) Deus non est dissensionis, sed pacis. Propter quod, plerisq; in locis Chri
1.The.5. stum appellat idem Apostolus Deum pacis. Quod autem in uersu sequenti dici-
2.The.3 tur, Ibi confregit potentias, arcũ, scutum, gladium & bellum, significat perfectã populi Christiani pacẽ & uictoriam p Christum, & hostium potestatẽ contritã. Quasi enim confracta & cõminuta est potentia arcus, scutũ, gladius, & bellũ principis tenebrarum, qñ per Christum ita deuictus est, ut nihil tam damnationis sit his qui in Christo Iesu, vt nihil illis nisi propria sua volũtate nocere possit, aut vllũ in eos habere imperiũ. Põt & ad pacẽ tpalẽ mirabiliter tandẽ Ecclesiæ redditã, referri.
Diuina n. virtute factũ est, vt Eccl'ia prius Rom. 8.
grauissimis conquassata persequutionibus, postmodũ secura quieuerit, velut bellicis oĩbus instris confractis. De quo in alio Psa. dr, Venite & videte opera dñi, quę posuit prodigia super terrã auferẽs Psal. 45.
bella vsq; ad finẽ terrę. Arcum cõteret, & cõfringet arma, & scuta cõburet igni. ¶ Versu 4. Illuminans tu mirabiliter, à montibus æternis. Iã sępe numero admonuimus, per montes in scripturis intelligi Apostolos sanctos, quemadmodum supra Psalmo 71. Suscipiant montes pacẽ populo. Cęterum, æterni dñr hi montes, non φ ab æterno fuerint, sed quia ab æterno ad hanc rem sunt præordinati & prædestinati à Deo peculiari dispositione,
vt in tpis plenitudine per eos illumina- Psal. 71.
retur mundus. Profectò autem mirabiliter Deus mundum illuminauit per hos æternos montes. Erant.n. ipsi in sese orbi illuminando minimè idonei, vtpote homines oĩs disciplinæ ignari, hoĩes piscatores & telonearii, ex infima penè vulgi fece electi, sermone atq; scientia imperiti. Quapropter, non absq; maximo miraculo fieri potuit, vt per indoctos istos ac prorsus rudes hoĩes tenebræ depellerentur, quæ totum mundum obsederant, & lucis fulgor per orbem vniuersum emicaret. Notandum aũt φ nõ dicit Propheta ipsos mõtes illuminare mirabiliter, sed Deo confitet, φ mirabiliter à montibus æternis illuminet. Scilicet hoc illud est, φ quidã ex his montibus ad mensurã sapiens vt oportet, ingenue confitet, dicẽs,
Nõ.n. sufficiẽtes sumus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis, sed sufficiẽtia no 2.Cor.3.
stra ex Deo est, qui & idoneos nos fecit ministros noui testamenti, nõ litera, sed spiritu. Et alibi. Non ego aũt, sed gratia 1.Cor.15
Dei mecum. Ac rursum, Deus qui dixit 2.Cor.4.
de tenebris lumen splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris, ad illuminationem scientiæ claritatis Dei. Non enim sibi, sed Deo honorũ oĩum authori dant gloriã serui fideles. Dei illa autem cõturbatione quæ exorta est, interim dum hi montes

montes suum lumen inciperent diffunde- A re (quæ consequenter in altera versus parte innuitur) dictū fuit in Psal. 46. Qm ecce reges congregati sunt, conuenerunt in unum. Ipsi videntes sic admirati sunt, conturbati sunt, commoti sunt, tremor apprehendit eos: quod quidem partim de salubriter conturbatis ad pœnitētiam, partim de malitiose conturbatis ad persequutionem intelligitur. ¶ Versu 7. Ex tūc ira tua. Videtur esse demonstratio tātum ad intel-
2.Tim.4 lectum, similis illi qua vsus est Apost. ad Timoth. ita scribens, De cætero reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mi- B hi dominus in illum diem iustus iudex: demonstrans videlicet iudicij diem, cuius tamen ante non meminerat, sed ipse eā præ oculis habebat, & intellectu contemplabatur, quam demonstrabat. Ita & in proposito diem illum terribilem mente tenens Propheta, dicebat, Ex tunc ira tua. Quæ autem sequuntur versu 8. & 9 enunciata tēpore præterito, vñr accipienda magis, ut dicta secundum tēpus futurum, ad hunc sensum, De cœlo auditum facies, vel annunciabis iudicium, terra timebit, & quiescet, cum exurrexerit in iudicium Deus, vt C saluos faciat omnes mansuetos terræ. Atque ita per futurum uertit ex Hebręo Hieróny. Sciendum est, q recté possent ista intelligi etiam de iudicio primo, quo iā saluator perfecit iudiciū mundi contra principem tenebrarum, quando desuper missa est tuba Euangelicæ prædicationis, qua præconizatum est iudicium mūdi, & principis tenebrarum condemnatio: timuitq; terra, quantum ad incredulos: & quieuit, quantum ad fideles, exurgente Deo in salutem electorū suorum. ¶ Versu 10. Quoniam cogitatio hominis confitebitur ti- D bi, & reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi. Aduerte, coniunctionem quoniam, hoc in loco non causam dicere, sed tantum continuationem ad præcedentia: quod in Elucidatione nos explanauimus, eius loco constituentes, & quidem. Cæterum pro cogitatione in Græco utroque loco ponitur ἐνθύμιον, quod à verbo ἐνθυμέομαι descendit, Valet autem hoc uerbum idem quod animaduerto, perpēdo, considero, cogito, recordor, & quasi in corde uerso, ac teneo. Vnde enthymion

significat animaduersionem, consideratio nem, pensiculationem, recordationem, diligentem animi ad rem aliquam attentionem. Huiusmodi autem hominis cogitatio dicitur confiteri domino, quoniam ipsa homines facit confiteri, & laudem dare Deo. Qui considerant profunda mentis contemplatione opera Dei, ipsi sunt qui Dei gloriam prædicant: quemadmodum econtrario defectus laudis diuinæ in plurimis est, ex eo quod non recogitant mirabilia Dei opera: & erga genus humanum immensa beneficia. Quæ autem sint reliquiæ huius cogitationis, & quomodo diem festum agant domino, in Elucidatione sufficienter est declaratum. ¶ Versu 11. Vouete & reddite dominō Deo uestro, omnes qui in circuitu eius offertis munera. Græci codices habent tertia persona οἴσουσι, hoc est, offerent, faciuntque distinctionem aliam quàm nostra habeat lectio, hoc modo, Vouete & reddite domino Deo vestro, omnes qui in circuitu eius (subaudi sunt) offerent munera. Atque ita uertit Hieronymus ex Hebræo. Omnes qui in circuitu eius sunt, offerent dona. Eandem sententiam habet Felicis uersio, & manifestissimè Paraph. Chald. ita habens, Omnes qui habitant in circuitu sanctuarij, offerent sacrificia domui sanctuarii in timore. Ferunt quoque Gallicanam lectionem ita habere, per tertiam personam & tempus futurum, haberque similiter lectio, quam beatus Augustinus explanat, tametsi uulgo in Ecclesiastico officio secus legatur, id quod ex commixtione Romanæ lectionis uerisimila est euenisse, eo quod prima facie videretur secunda persona magis conueniens cum præcedentibus imperatiuis, uouete & reddite. Nos autem in Elucidatione iam dictam lectionem vt ueriorem explanauimus, potestque nostra lectio in eandem reduci sententiam, si tantum pro assertis legatur afferre, uel afferetis. Nos tamen in textu nihil immutauimus. Cæterum de uotis reddendis, diximus in Psalmum quadragesimum nonum, in annotatione uersus illiu, Immola Deo sacrificium laudis, & redde altissimo uota tua.

## LXXVI. PSALMI ARGVMENTVM.

IN hoc Psalmo uir spiritualis totum se in oratione ad Deum eleuans, & cuncta quæ in mundo sunt transcendens, omnemq; mundi consolationem respuēs, in memoria Dei etiam noctis tempore sese oblectat, & in consideratione mirabilium operum eius exercitat: simul quoq; suū spiritum discutiēs, uigilans & examinās, ne sit in eo aliquid quod tantæ maiestati oculos offendat. Sibi namq; persuadens, φ impossibile sit obliuisci Deū misericordiæ suæ, adeo non cessat à bona sui ad Deum exercitatione, vt et propositum innouet, uelut de integro Dei seruitutem incipiens, in confidentia uirtutis Dei, quæ semper adest meliora proponentibus. In consideratione autem operum Dei amodo se exercitare proponens, specialiter illud ponit ante oculos, quod est super omnia quondam populo Israelitico exhibita, singulariter memorabile, quo videlicet populum illum de manu Pharaonis atque Aegyptiorum in manu valida & extento potentiq; brachio liberauit, uniuersum populum Israel quasi oues sub ducatu Moysi & Aaron deducendo, et pro eis contra hostes pugnando vsq; ad internecionem. Quod miraculum sicut figura & typus fuit eius quæ post secutura erat saluationis generis humani, ita rectè in eo secundum mysticam intelligentiam potest intelligi: tametsi ea quæ in ultimis uersibus dicuntur, secundum literam manifestè satis sonent temporalem illam Israelitarum redemptionem.

## LXXVI. PSALMI ELVCIDATIO.

OCE *mea ad dominum clamaui: voce mea ad Deum: & intendit mihi.*

Voce orationis meæ exclamaui affectu magno ad dominum, spem omnem salutis meæ: voce (inquam) mea ad Deum clamaui, & non repulit clamorem orationis meæ, benigna aure accepit, & exaudiuit eam.

2 *In die tribulationis meæ Deum exquisiui, manibus meis nocte contra eum.*

In die afflictionis & tribulationis meæ toto cordis affectu Deum exquisiui, magno desiderio suspirijsq; ac gemitibus ad illū cōscendens in orationē: manibusq; meis noctis tempore ex opposito iacui expansis in oratione, expandi per noctē in oratione manus ad illum, tanquam si stetisset ex aduerso coram me:

* *& non sum deceptus.*

atque hæc faciens non erraui, non stultè egi, non laboraui frustra. Scio enim ante quem effudi precē meam, & coram quo expandi in oratione manus meas: & certus sum, quia potēs est ferre mihi auxiliū, nec derelinquet in se sperantem.

3 *Renuit consolari anima mea:*

Abnegauit spiritus meus & abominatus est, pp Dei amorem, oēm terrenā & transitoriam mundi huius cōsolationem, in nulla temporali delectatione voluit, neque potuit quiescere ardens in te spiritus meus, nec propter quamcunq; temporalē consolationem patiebatur se abæterno- rum desiderio auelli: maluitq; tuā dulcedinem cum afflictione esurire solo desiderio, quàm omnibus mundi oblectamētis cum abundantia perfrui:

* *memor fui Dei:*

abstractus autem ab omni consolatione aliena, in mente habui dñm Deum in illum defixi mentis oculos: illum contemplabar, meditabar, & circa illum appolui omnem cogitatum cordis mei:

* *& delectatus sum:*

neque absque delectatione multa & magno gaudio fuit ista meditatio mea: Siquidem ipsa sola Dei memoria non potest non gaudium magnum afferre pijs animis:

* *& exercitatus sū, & defecit spiritus meus.*

atque hac consolatione confortatus, exercitabam memetipsum: pijs affectibus atque suspirijs tendens in Deum meum, & præ nimio desiderio atq; consideratione defecit intra me spiritus mentis meæ, tāquā uictus magnitudine Dei succubuit: quasi fatigatus, attenuat⁹ & exhaustus est, præ nimia eius consideratione: dum eo minus sibi uidetur agnoscere, quo amplius in ipsum fuerit defixus.

4 *Anticipauerunt vigilias oculi mei:*

Non cessaui tñ à cōtemplatione Dei, sed primo mane exurrexi ante cæteros, præueneruntq; oculi mei vigilias consuetas homi-

hostum, somno mane excusso ex oculis, dū adhuc cæteros pmaneret sopor gra- uis,ut ita in tranquillitate opportunissi- mo tpe cōtemplationi totus intenderē:

** turbatus sum, & non sum locutus.*

sic autē meipsum exercitādo,& in medi- tatione totum occupando,p̄æ nimia cō templatione & admirati one cōturbatus sum super magnitudine operum Dei, & immensa eius bonitate uelut ostupescēs: & quasi in extasi sup me raptus, quia vo ce destitutus, vocem nō edebam in hac conturbatione positus Nō enim ïuenie bam quid dicerem,neque proloqui uale bam quippiam dignum,quemadmodum accidere solet ostupefactis admiratione hominibus,dum uelut elingues ac muti consistunt attoniti.

5 *Cogitaui dies antiquos:*

Proposui ante oculos cordis, & mēte cō sideraui tēpora præterita ab initio, quæ in eis facta fuerunt,mirabilia Dei opera reuocando ad memoriam,ut in eis con- templarer magnitudinem Dei, & præci- pue maximam bonitatem, qua semper egit erga genus humanum:

** & annos æternos in mente habui.*

& annos æternos,tēpus æternitatis, qd absq; finis termino subsequuturum est, ego reuolui ante mentis oculos,simul & reuoluendo retributionem bonorum at- que malorum, utranq; ex æquo a ternā, ut huiusmodi cōsideratione in bono me metipsum firmarem,& ab omni malo ca uerem sollicitus.

6 *Et meditatus sum nocte cum corde meo:*

Et meditatus sum nocte in corde meo, in noctis silētio colloquēdo cum corde meo,diligenterq; rimando,& sollicitè p̄ quirendo cordis abscondita:

** & exercitabar, & scopebam spūm meum.*

& exercitabam memetipsum p̄priæ vitæ & actionum uniuersarū solicita exactaq; discussione limabā,expurgabā atq; emū- dabam spūm meum, eundemq; et uenti- labam,profundeq; fodiebam,& perscru- tabar vsque ad occulta latibula:etiā cor- dis intima diligentissimè peruestigando sicq;emūdādo & expugnādo ab oī inqui namēto, et occultissima quæque cordis latibula,ne quid usquam latere posset,qd tam magnum dominum iustè posset of- A fendere,aut in annis æternitatis iusta vin dicta puniri,sciens q̄ ii qui seipsos diiu dicant,à domino non iudicabuntur.

7 *Nunquid in æternum proijciet Deus?*

Dixi autē in corde meo,Nunquid pote- rit Deus hominē in æternum à se proii- cere,ita ut nequaquā ulterius flecti se patia tur ad misericordiam,etsi forsitan ad tē- pus aliquantum videtur hominē à se re pellere,ac ut in tribulatione & tentatio- nes uarias incidat permittere,an in æter num negliget an non iterum aduocatus miserebitur,& præstabit clamanti de tē- B tatione auxilium: 1.Cor.10

** aut nō opponet vt cōplacitior sit adhuc*

aut non adiiciet Deus ut fiat adhuc placi dior,ut postquam iracundiam ostēderit, benigniorē se & placidiorem iterū pla catus exibeat,& si forte iterarū se aliqñ nobis ostendat,nonne rursum humilita te placari poterit, ut misertus afflictorū, iterū conuertat ad nos benignū ac ama bilem aspectum uultus sui.

8 *Aut in finem misericordiam suam abscin det à generatione in generationem.*

An credi hoc potest de Deo, qd prorsus C in finē absciderit,& abstulerit ab homi- nibus suā misericordiam in oēs genera tiones,ita ut nulli hominum in quacun que generatione post hac uelit ostende re misericordiam suam, nec ultra cuius quam misereri.

9 *Aut obliuiscetur misereri Deus:*

Aut credi hoc pōt de Deo,q̄ prorsus obli uisci possit suæ misericordiæ, ut immi- sericos fiat, & misericordia non ultra flexibilis ullis precibus.

** aut cōtinebit intra sua misericordias suas.*

aut tanta,siue talis potest esse eius iracun D dia, ut per eam omnino contineat oēs miserationes suas,ut implacabilis ira nō ultra patiat Deū homini exhibere opus ullum misericordiæ suæ, Itane iniquè,ita impiè,ita crudeliter de Deo nostro senti re poterimus,Absit Magis autem creda mus quoniā etsi ad tempus proiecisse vi deatur,aut ad tempus irā ostendere,op- portuno tñ tempore rursus blandus illu cescet mortalibus,sua iucunda præsentia opportunum afflictis allaturus auxilium faciens interim cum tentatione prouen- tum,ut possit is qui tentatur sustinere

10 *Et dixi, nunc cœpi:*
Et quia hæc suprà quasi per querimoniã proposita, omnino absurda sũt & impossibilia, dixi in corde meo, ecce nequaquã desperabo, nequaquam cessare uolo ab expectatione, à desiderio Dei mei, nõ desinam quasi fatigatus in eo meditari &
Philip. 3 exercitare spiritum meum, quin potius resumpto spiritu, & inuocata fiducia consequendæ misericordiæ, ecce nunc incipio, quod usque nũc factum est reputãs quasi nihilum, in anteriora autem meipsum extendẽs & amplius quàm hactenus unquam fecerim nunc meipsum uolo
F exercitare in Deo.
* *hæc mutatio dexteræ excelsi.*
hanc autem bonam commutationem non propriis meis uiribus tribuo, non me confido posse uirtute propria perficere, sed oĩpotentis dexteræ altissimi tribuo uirtuti, q̃ me potens est in omni bono cõfirmare atq; ꝑmouere, in cuius cõspectu facile est ditare ac honestare pauperẽ, & ĩ seipso imbecillẽ atq; inualidũ ad oẽ op⁹ bonũ sua uirtute corroborare.
11 *Memor fui operum domini, quia memor ero ab initio mirabilium tuorum.*
G
1. Reg. 2. Itaq; ut proposito satisfacerem, & Deo me totum dedicarem, occupaui & exercitaui memetipsum in meditatione mirabilium operũ altissimi, qm̃ ad memoriã reuocare nolo omnia magnalia Dei, q̃ pro suo populo fecit in præteritis tẽporibus, quæque ab initio patribus pollicitus est sese præstaturum in fine tẽporum. In horum nanq; diuinorum operũ attẽta consideratione & fideli cõtemplatione, optima est pii cordis exercitatio.
12 *Et meditabor in omnibus operibus tuis, & in adinuentionibus tuis exercebor*
H
Et meditari uolo de oĩbus operibus tuis & exerceri mente pariter & affectu in cũctis exquisitissimis tuis operibus q̃ adinuenisti seu excogitasti secundum occultã sapientiã tuam, ut faceres, horum considerationi uolo inhærere iugiter, ut cõsiderem in eis magnitudinẽ potentię, sapiẽtiæ, bonitatis & misericordiæ tuę, sicque ex operum consideratione in tui reuerentiam prouocer & amorem.
13 *Deus in sancto uia tua:*
O maxime Deus, uia tua in sanctitate est, & tu in sanctitate & iustitia ambulas, & cũcta quæ agis, in sanctitate atque iustitia agis, neque est iniquitas aut iustitia in omnibus uiis & operationibus tuis:
* *quis Deus magnus sicut Deus noster?*
Est ẽt in sanctitate uia tua quoniam per sanctitatem ad homines uenis, ad eos q in sanctitate & iustitia conuersari studẽt libenter accedens, ut pœnas in eis mansionem:
* *tu es Deus qui facis mirabilia.*
Ecquis est, uel ubi est Deus aliquis, inter oẽs qui dicuntur uel existimantur dii, uere magnus ĩ omnibus, sicut tu es uerẽ in omnibus magnus, Domine Deus noster, magnus in potentia, magnus in sapiẽtia, magnus bonitate, magnus misericordia, magnus in iustitia, magnus in duratione, magnus in imperio, & in oĩbus sic magnus ut maximus:
tu es domine, qui solus tuæ uirtutis potentia operaris opera uere miranda, quæ omnem excedunt humanam uirtutẽ, ac totius naturæ superant facultatem.
14 *Notam fecisti in populis uirtutẽ tuam:*
Inter extera autem quæ fecisti mirabilia coram patribus nostris filiis Israel, unũ hoc admodum spectabile est, & sempiterna memoria recolendum, in quo manifestasti coram omnibus populis uiuentem omnipotentiæ tuæ:
* *redemisti in brachio tuo populum tuum filios Iacob & Ioseph*
quando in manu ualida & in brachio extento, in fortissima omnipotentia tua redemisti de seruitute Aegiptiorum manu uiolenta populum quẽ elegeras tibi in peculium ex omnibus gentibus, nempe filios Israel, à parte Iacob progenitos, & gratiã Ioseph in Aegyptum, ut incolæ tetrę fierẽt, & inibi pascerẽtur, ingressos. Exod. 9.
15 *Viderunt te aquæ Deus, uiderunt te aquæ & timuerunt.*
Cùm autem istos in manu ualida de seruitute uelles redimere, quã mirabile erat qd⁹ pro eis dignatus es operari, Ecce n. quasi te uidissent aquæ maris rubri, ita ad imperium iussionis tuę fugerũt, ac uelut timere à uerbo tuo se indicabant, cũ ob tuę iussionis imperium, naturalem suũ fluxum relinquentes constringerentur atq; solidarentur in modum muri utrinque Exod. 14

que consistentes, alueūq; siccū cōtra natu-
ræ suæ instituta relinquentes, vt transi-
tum securum præberent populo tuo,
quem ita per aquam saluare voluisti:
* *& turbatæ sunt abyssi.*
& profunditates aquarum visę sunt con-
turbari, dum sese in altum magno impe-
tu celeriter accumulauerunt ex imperio
tuo, vt alueum siccum facerent & pertrā-
sibilem populo.
16 *Multitudo sonitus aquarum:*
Vbi aūt populus tuus pertransisset, inse-
quentibus illū hostibus, cum fragore ma-
gno & impetu redierunt aquæ, te iubēte,
in statū pristinum: & factus est sonitus
magnus aquarū impetu suo recurrentiū,
vt opprimerent atq; obruerent hostes po-
puli tui, occurrerūtq; mugitu magno Ae-
gyptiis psequentibus dissolutæ aquæ, &
inuoluerūt illos ī impetu fluctuū suorū:
* *vocem dederunt nubes.*
insuper & de nubibus sonitum terribilis
tonitrui fecisti procedere in terrorem &
conturbationem persequentium.
17 *Etenim sagittæ tuæ transeunt:*
Nā & fulgurationes, quas tu eiaculabaris
è nubibus, & tanquā sagittæ ignitæ tran-
sierunt per medium eorum, cum terrore
maximo, apparueruntq; fulgura terribi-
lia, & & coruscationes horribiles:
* *& vox tonitrui tui in rota.*
sonitus terribilis tonitrui in rotis cur-
ruū Aegyptiorum apparuit: dum per toni-
trui tui impetum rotæ curruum illorum
subuersæ sunt, vt per præceps ferrent̄ in
profundum rubri maris. Siquidem respi-
ciens dn̄s per columnam ignis & nubis
super castra Aegyptiorum, interfecit exer-
citum eorum, subuertitq; rotas curruum,
& ferebantur in profundum, ita vt con-
territi Aegyptii dicerent adinuicem, Fu-
giamus Israelem, quia dominus pugnat
pro eis contra nos.

Ibidem.

18 *Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terræ:*
Illuxerunt & apparuerunt coruscationes
atq; fulgurationes tuæ super orbem ter-
rę aduersum Aegyptios: & ipsi terreni im-
pii & infideles existentes, commoti sunt,
conturbati, & tremefacti à terrore præ-
sentiæ tuæ:
* *commota est, & contremuit terra.*
Insuper & in vniuersis gentibus per orbē
terrarum, vbicunq; res ista audita fuit, cō-
moti sunt homines & conturbati, præ
magnitudine tam stupendi & meritò ad-
mirandi miraculi.
19 *In mari via tua, & semitæ tuæ in aquis multis:*
Tu ēt in mari habes viam tuā, æquè ma-
ria ac terras perābulas, æquale vtrobiq;
imperiū tenens, & viæ tuæ in aqua-
rū copiis & congregationibus sunt, neq;
vllæ sunt tā multæ, tamq; magnę aquarū
aut mariū congregationes, in quibus nō
tu æquè atque per terram obambules:
* *& vestigia tua non cognoscentur.*
imo peruolas potius q̄ perambulas, ita
vt vestigia gradientis nō possint videri.
Non.n. quemadmodum hō dum locum
quempiam calcat, ob molis corporeæ
pondus vestigium relinquit in signū cō-
culcationis, sic Deus vestigia relinquere
putandus est, admodū ambulantis hoīs.
Nullum.n. habet pondus grauitatis, vt
sub eo debeat cedere terra val aqua, nul-
los habet pedes, nullis graditur corpo-
reis passibus, vt terræ aut aquæ debeat pe-
des infigere, aut infixi pedis signum post
se relinquere.
20 *Deduxisti sicut oues populum tuum, in manu Moysi & Aaron*
Ac tum quidē in tanto hoīe miraculo, de-
duxisti populum tuum Israeliticum, sub
ducatu Moysi & Aaron, quos cōstituera
principes & duces totius multitudinis, p
quorum ēt ministerium cōpleuisti mira-
culum istud diuisionis aquarum, & reuer-
sionis super Aegyptios; deduxisti (inquā)
illos sub manu istorum, quemadmodum
deducuntur oues sub manu pastorū suo-
rum, per quos defenduntur ab iis qui no-
cere volunt, absq; suo labore, absque vlla
sua molestia. Ita enim quietè, ita tranquil-
lè, ac velut otiose liberasti filios Israel,
pro eis pugnans, omnemq; inimicorum
virtutem solus conterens, absque vlla eo-
rum molestia, ita vt tantum spectatores
ipsi essent interfectionis hostium suorū,
quos omnes perire videbant ante ocu-
los suos, cum ipsi nc manum quidem ad
prælium iuberentur extendere, Moysen
tantum clamante ad te, & virgam super
aquas extendente, te autem mirabiliter
operante omnia.

ANNO-

ANNOT. IN PSAL. LXXVI.

VErsu 2. In die tribulationis meę Deū
exquisiui manibus meis nocte cōtra
eum, & nō sum deceptus. Quidam ita uer-
sum diuidunt, In die tribulationis meæ
Deū exquisiui manibus meis: ac deinde,
nocte cōtra eum, & nō sum deceptus. Me
lior aūt & vulgatior cōnexio est, si totum
hoc nocte cōtra eum, iūgatur absq; distin
ctione præcedēnbus, ad hūc modū. In tpe
quo mihi obuenit qualibet tribulatio, e-
go exquisiui Deū, manibus meis nocte cō
tra eū expansis, vel nocte cōtra eū illas ex
pandendo in oratione, ac deinde sequitur
qđ ad totum præcedes referiur, Et nō sum
deceptus, in eo .s. ꝙ in die tribulationis
Deū exquisiui, nocte manibus uersus ipsū
protensis, &c. Quod aūt dr̄, cōtra eum, nō
sonat in malum, qūo hostis contra hostē
manus extendit, sed tm̄ ualet quantum ex
opposito eius, uel corā eo. Est.n. talis lo-
quutio, sm̄ modum imaginationis huma
næ. Quēadmodū.n. hoïes cum alicui sup
plicant, ex opposito se prosternunt, illiq;
quem rogāt velut ex aduerso manus pro-
tendūt supplicatrices ita in oratione Deū
quoq; nobis uelut contrapositum, & è re-
gione contrastantem imaginamur: atque
ita contra eum dicimus manus extendere,
id est, ex opposito illius, uel ante conspe-
ctum eius. Illud verò, non sum deceptus,
Græcè est ὀυκ ἠπατήθην, quod propriè so
nat, non sum deductus, non sum male sua
sus, non erraui hoc faciens, non sum erro
re deceptus. Quasi dicat, Hac in parte pru
denter egi, nec erraui, Deum meum solum
requirēs in tribulationibus solatium. Et
reuera non errant, nō malè suasi sunt, nec
malè sibi consulunt, qui ita agunt. Qui ve
rò Deo relicto ad hoïes cōfugiūt, aliunde
quærentes auxilium uel solatium, hi uerè
ī errore sunt, seducti sunt, malè suasi sunt,
pessimè illis est consultum. ¶ Versu 3. Re-
nuit cōsolari anima mea, memor fui Dei
& delectatus sum, Attende, quæso pulcher
rimū ordinē. Primum enim est, ut quis cō
Exo. 20. solationem externam omnem propter
Deum respuat Zelotes enim est Deus, nec
alienos secum patitur amores, alienis cō-
solationibus occupatus suæ consolatio-
nis ac uisitationis non dignatur bene-
ficio. Abnegata uerò aliena consola-
E tione, nequaquā aīus permanere debet
otiosus, sed Dei bonę memorię, vacare, Matt. 12.
& diuinis meditationibus insistere. Siqui
dē, domum scopis mundatā, & post emū-
dationē malè vacantē, ex Euāgelica para- Esa. 45.
bola didicimus fieri dęmoniorū habita
culū. Vn̄ & in Psal. dr̄, Vacate, & videte,
qm̄ ego sum Deus, quasi dicat, Adhoc va
cate, vt videatis Ita sanè in proposito lo-
co, vir spūalis indicat ob hoc se respuisse
alienā consolationē, vt iis q̄ Dei sunt me
morādis tota possit mente inhęrere, atq;
inde solida certaq; delectatione perfrui.
F Fieri.n. nō pōt, q sancta & pura Dei hęc re
cordatio delectationē pariat in aīo me-
morantis: quēadmodū non pōt sano pa-
lato non inferre dulcedinem, degustatus
mellis fauus. Demū, hęc q̄ est ex Dei me
moria delectatio, in exercitio spūali ho-
minē confirmat, & infatigabilē custodit,
atq; ēt prouehit, vt cōtinuo amplius diui
nis intendat, vsq; dum prę nimia exerci-
tatione obstupescat, & velutin sese defi-
ciat. Aduersus hunc autē pulcherrimū or
dinē magno suo dispendio peccāt, q ta-
metsi nonnunquā iis q̄ Dei sunt recogi-
G tādis intendunt aīum, nolunt tn̄ abiice-
re amores alienos: consolationes extra-
neas à mundo, à carne oblatas, nimium
libenter amplexant̃, nō tenuit consolari
aīa eorum: pp quod, nō merent̃ suauitatē
diuinę delectationis gustu mentis perci-
pere, qm̄ etsi Deo videant̃ pbere mentē,
seruāt tn̄ alienis cōsolationibus affectū,
vt in eum sese gustus supernę dulcedinis
nō possit instillare. Itaq; fit, vt sua culpa
Diuinā dulcedinē ignorātes, te pescāt in Matt. 13.
opere Dei, moxq; in tpe tentationis re
cedant, nec vnquā pducunt̃ ad eum per-
H fectionis gradū, vt spiritus eorū in Deo
deficiat. Oīno.n. bonā intelligimus hanc Ps. 118.
defectionē, de qua spiritualis vir loquit̃,
dicens, Exercitatus sum, & defecit spūs Psal. 72.
meus; quemadmodum ī alio Psalmo dr̄,
Defecit in salutare tuum aīa mea. Et ite-
rum: Defecit caro mea & cor meū, Deus
cordis mei, & pars mea, Deus inęternum
¶ Versu 5. Cogitaui dies antiquos, & an
nos ęternos in mente habui. In Elucid.
per dies antiquos, vt aliàs frequenter, p̄-
terita tēpora intelligimus: per annos aūt
ęternos, tempus ęternitatis, quod expe-
ctamus

ctamus indeficiẽs & imperpetuum duraturum. Admodum aũt pulchrè, tpa preterita dies, futura aũt annos nuncupat: rursumq; illa, dies antiquos tñ, hæc verò, annos æternos: qm̃ videlicet oẽ tps qđ præteritũ ẽ, quaſi dies pauculę cõputanť. Mille. n. anni, ſicut dies heſterna quæ prę-
Pſal. 89. terijt. Antiqui aũt dies dñr, qm̃ præceſſerunt iã olim in ſæculis patrum noſtrorũ. Tempus verò quod ſubſequeť abſq; durationis termino, anni dñr & anni æterni, qm̃ non deficient imperpetuum, quo modo in alio Pſalmo de æternitate Dei
Pſ. 101. dr̃, φ anni eius non deficient. Duo autẽ B hic proponuntur nobis frequenter cogitanda, Primùm quidẽ ea quæ in præteritis ſæculis tranſierunt, vt eorũ quæ prius geſta ſunt cõſideratione vel inſtruamur, vel corroboremur, vel conſolemur, vel quomodocunq; in Dei ſeruitute ſtabilia-
Rom. 15 mur. Nam (vt ſanctus Apoſtolus ait) quęcunq; ſcripta ſunt, ad noſtrã doctrinam
1. Cor. 10 ſcripta ſunt, vt per patientiã & cõſolationem ſcripturarum ſpẽ habeamus Et oĩa patribus noſtris contingebant in figura noſtri, in quos fines ſæculorum deuenerunt. Quamobrẽ ea quæ olim ab initio C geſta ſunt, & qũo Deus ſiue cum iuſtis, ſiue cum impiis ſp egerit, non abſq; fructu ſubinde reuocanda ſunt ad memoriam. Specialiter ẽt illa quæ noſtris tporibus iã elapſis, à nobis malè patrata ſunt, cum dolore ſunt recogitanda, quemadmodũ
Eſa. 38. Ezechias ait in ſuo cantico, Recogitabo tibi oẽs annos meos in amaritudine aĩę meæ. Secundo aũt loco iugiter in mente habenda ſunt ventura æternitatis tpora, ad quorum conſiderationem nos multis in locis Saluator inducit, dum nobis æterna pmia ſubinde replicat, nunc vitę D æternæ propoſitione adblandiens, nunc ſuppliciis æternis comminãdo perterrefaciens. Sic & per Moyſen, optãdo ſimul
Deut. 32 & exhortando dr̃, Vtinã ſaperent & intelligerent, ac nouiſſima prouiderent. Et Paulus Apoſtolus contra præſentes afflictiones, ex ęternitate vẽtura nuſq̃ nõ profert
2. Cor. 4. conſolationẽ Id quod in præſenti eſt (inquit quodã loco) momentaneũ & leue tribulationis noſtræ, ſupra modũ in ſublimitate æternum pondus glorię operatur
2. Cor. 5. in nobis. Et iterum, Scimus qm̃ ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluať, ædificationẽ habeam' ex Deo domũ non manufactã æternã in cœlis. Et alibi, Non ſunt cõdignæ paſſiones huius tpis ad futurã gloriã, quæ reuelabiť, in nobis: itẽ & in aliis locis q̃ plurimis. Rom. 8.
Idẽ faciunt & alii Apoſtoli atq; diſcipuli dñi, & ſancti Eccleſiæ doctores. Vñ per Sapientẽ dicitur, In omnibus operibus tuis memorare nouiſſima tua, & in æternũ non peccabis. Rectè ergo vir ſpũalis hoc duplici exercitio ſe dicit ſalubriter exercitatũ, nẽpe præteritorũ cõmemoratione, & ęternorũ venturorũ conſideratione. Neq; nos aberrabimus, ſi propoſitũ exẽplum imitantes, per oẽm vitã iugiter iſta conſiderabimus. ¶ Verſu 6. Et ſcobebã ſpiritum meũ. Vulgo codices latini habent ſcopebã, per p. Apparet aũt mutari debere p in b, aut certè e in a, vt dicamus, ſcopebã, vel ſcopabã. Quorũ prius, ſ. ſcobebã, deriuať à nomine ſcobs, ſcobis, quod ſignificat puluiſculũ, qui abradiť à ferro, vel alia qualibet materia. Vñ verbum ab hoc nomine deriuatum cobo, is, ere, ſignificabit ſcobẽ abradere vel abſtergere, velut limando & abſtergendo Atque hoc modo ſcobere ſpiritum non aliud eſt quàm limare, & diligenter ab omni macula expurgare, atque vt niteat efficere, quemadmodum facere ſolẽt qui limando, ſcobem faciunt decidere. Neq; male conſonat huic, φ habet Pſalterium Romanum. Ventilabã ſpiritum meũ: hoc eſt, ventilando emundabã, & purgabam, vt nihil puluerulentũ, nihil alienum in eo remaneret. Si verò ſcopare legamus, per a & p, à ſcopa verbum deducitur, & eadem rurſum quę ex prioribus habetur intelligentia Non enim aliud eſt ſpiritũ ſcopare, quàm velut ſcopa emundare, & purgare à ſordibus, atq; omni immunditia. Lectio quam exponit beatus Auguſtinus habet, Scrutabar ſpiritũ meũ. Gręca verò habet ἔσκαλλε, id eſt, fodiebat ad hunc ſenſum: Fodiebat ſpiritus meus. Nã σκάλλω, ſignificat fodio. Neque hęc diuerſam à ſupradictis habent intelligentiam. Qui. n. emundare vult conſcientiã, & ab omni inquinamento purgare, ſcrutatur eam & fodit, penetrando intima & abſcondita latibula cogitationum atque affectio-

affectionum suarum, vt perquirat, & discipiat, si fortè fœdum aliquid in occulto lateat. Itaq; fodere spiritū aut scrutari spūm, idē est qđ emundare, qđ scobere, qđ ventilare, qđ scopare, estque in his oībus manifesta fm sensum consonantia. Forsitan autem in Græco scriptum fuit ἔσκαλλε, solum mutato a in y: q̃ mutatio facillimè fieri pōt, neque raro solet scriptorū uitio contingere. Atq; ita sensus esset, Exercitabar, & uexabat se spūs meus. Nam σκύλλω vexo significat. Rectè aūt spm̄ suū uexat qui illū emundare curat. Aut rectè se vexat spiritus, q se- F metipsum expurgare satagit. Quēadmodum.n dr̃ ferrum fm modum aliquē vexare, q ut illud nitidum faciat, scobē abradit ab eo, sic quodammodo spiritū uexant spirituales homines, q sp existentes pauidi, iugiter conscientiā examināt ac perpetua inquisitione (vt ita loquar) diuexant atque excruciant: quanquā salubris est ista vexatio, qua nunc se diiudicant, ne in futurum iudicio vexentur æterno. ¶ Versu 14. Notā fecesti in populis virtutem tuam, redimisti in brachio tuo populum tuum, filios Iacob & Ioseph. Quæ ab hoc versu dicunt vsque ad finē Psalmi, ī Elucidatione exposuimus de redēptione tēporali filiorū Israel ex Aegypto, cui expositionis nimis manifestè totus textus suffragat. Possunt tñ mysticè intelligi deliberatione tēpore gratiæ facta de manu diaboli, & de mirabilibus per Christum in tempore gratiæ ad Ecclesiæ ædificationē exibitis, sicque aq istæ accipientur populi multi, aquarum abyssim conturbatæ, corda profunda iniquitatibus, commota ad pœnitentiā, uox nubium, vox Apostolorum, sagittæ Dei, verba efficacia prædicationis Apostolicę vox tonitrui in rota, eadē vox euāgelicę pdicationis, per orbis circuitum discurrens, choruscationes, miracula quibus Euangelica doctrina fuit confirmata, atque ita consequenter aptando cætera.

## LXXVII. PSALMI ARGVMENTVM.

*IN hoc Psalmo admodum prolixo commemoratio fit veterum beneficiorum quæ Deus ab initio liberationis filiorum Israel de Aegypto, illis exhibuit, & exaduerso Iudæorū inobedientia atque incredulitas. qui perpetuo Deum exacerbabant, atque ad iracundiā prouocabant, quos libet signis visis, & quālibet magnis, nunquam tamen diffidere, tentarē, murmurare desistentes. Incipit autem à commemorationis Israelitici populi ostendens quomodo cuncta prius gesta, voluit Deus posteris nota fieri, & ad nepotem transmitti memoriam ut per recordationem diuinæ magnitudinis, cauerent similes fieri prauis progenitoribus, sed Deum magis metuerēt, & simulatu debito colerent, qui pro patribus tā stupenda edidisset miracula. Enumerat autem particulam penè omnia, quæ in eductione filiorū Israel ex Aegypto gesta fuere, uel in deserto post eductionem, uel ī Aegypto in plagis uariis ante eductionem, ac etiam post introductionem in terram promissionis sub temporibus Iudicum, ubique interponens cum magna exaggeratione Iudæorum ingratitudinem & perpetuam rebellionem, tandem in erectione regni Dauidis faciens psalmi consummationem.*

## LXXVII. PSALMI ELVCIDATIO.

*TTENDITE popule meus legem meam.* Exo. 10. Attendite popule meus, quem elegi mihi in peculium ex omnibus gentibus, ad legem meam, quā ego pro beneficio speciali donaui patribus vestris:

* *Inclinate aurē uestrā in uerba oris mei.* aurem vestrā accōmodate ad verba quæ ego loquutus sū, aut loquor, aut loquar per os meum, aut per os Prohetarū seruorum meorum, aurem præbere, & inobedientiam præstare meis sermonibus.

2 *Aperiam in parabolis os meum:* Aperiam os meum, & loquar in parabolis doctrinā salutis ego per mysteria verborum proponam, ita quidem in parabolis veritatem tegendo, ut indigni excludantur & exerceantur boni.

* *loquar propositiones ab initio.* loquar uobis ꝓpositiōes & ænigmata de ijs

ijs quæ præcesserunt in diebus antiquis., quæ in seculis præteritis peracta memorantur. Vox prophetæ.

3 *Quanta audiuimus, & cognouimus ea:*
Quam multa sunt, & quã magna quæ nos auditu fide digno accepimus, & ex relatu cognouimus:

* *& patres nostri narrauerunt nobis.*
maiores nostri fide digna narratione manifestauerunt nobis posteris suis.

4 *Non sunt occultata à filijs eorum in generatione altera.*
Nõ voluerũt ea esse celata & occultata posteris suis, in generationibus quæ post ipsos uenturæ erant: sed de generatione, in generationẽ, ac de progenie in progeniẽ semper patres ea filijs manifestauerunt, atque uicissim hi suis filijs, donec tãdem ad nos usque perlata sunt.

5 *Narrantes laudes domini & uirtutes eius, & mirabilia eius quæ fecit.*
Narrauerũt, inquam, nobis patres nostri, narrãdo laudem domini & mirabilem potentiam eius, hoc est laudabilia & potentissima opera eius, ad gloriã & laudẽ dñi Dei sui, mirabilia scilicet signa atque prodigia quæ fecit pro salute populi sui.

6 *Et suscitauit testimonium in Iacob, & legem posuit in Israel.*
Et imprimis quidem illud ad laudem Dei memorãdum est, quod populo suo Israelitico dare uoluit legem præclaram, æquissimã atq; iustissimam, in testimoniũ illis, secundum quam, s. uitã ducerẽt, & gratam sibi exhiberent seruitutem, in qua. s. cõtestatus est eos de sua uoluntate, & de omnibus præceptis atq; iustificationibus suis, ut scirent quomodo ambularent in conspectu eius, hoc, inquam, testimonium, hanc testificantem legem, ipse suscitauit, erexit, dedit, stabiliuit, atq; constituit in suo populo Israelitico, quòd nulli alteri fecit nationi.

7 *Quanta mãdauit patribus nostris, nota facere ea filijs suis, ut cognoscat generatio altera.*
Ps. 147. Quàm multa sunt, & q̃ magna, quæ ipse uoluit p patres nota fieri & manifestari filijs, quæ uoluit per maiorum narrationẽ tradi memoriæ posterorum: ut generationes post uenturæ usque in consummationem seculi agnoscerent mirabilia opera dñi & laudes eius, neq; deficeret laus Dei in æternũ ab oĩ posteritate eorũ. Quæ. n. in initio electionis populi fecerat Deus pro populo Israelitico, ea uoluit palã fieri, p narrationem maiorum, in omnibus post uenturis generationibus.

8 *Filij qui nascentur & exurgent, & narrabunt filijs suis.*
Vt filij, inquã, qui adhuc nascentur in futuris generationibus, & ad uitã prodibũt de maternis uteris, cognoscant ea ex suorum patrum narratione: qui etiam ipsi uicissim à se progignendis narrabunt eadẽ quę à suis patribus acceperunt, eruntque sollieiti suis posteris annunciare mirabilia altissimi, quomodo ipsis sunt annũciata à patribus eorum.

9 *Vt ponant in Deo spem suam, & non obliuiscantur operum Dei:*
Ad hoc aũt, annuncianda erunt posteris studiose quę in seculis pręteritis peregit Deus, ut posteri ipsi his auditis discãt sperare in dño Deo patrũ suorũ, confidẽtes, cum pro patribus tam stupenda peregisse cognouerunt, nec sibi denegaturum auxiliũ, si fideles fuerint in cultu & lege eius:

* *& mandata eius exquirant.*
Vtq; per memoriã operũ potentię eius permaneant in timore Dei, & in obseruatione pręceptorũ eius, partim allecti blandimẽtis triumphalium signorũ, quę pro patribus obediẽtibus facta cognouerint, partim territi horrendis ac prodigiosis punitionibus incredulorum atque rebelliũ.

10 *Ne fiant sicut patres eorum, generatio praua & exasperans.*
Vt priorum exemplis territi, & alieno periculo pręmoniti, non fiant similes patribus suis incredulis & inobedientibus, qui fuerunt generatio praua, & ad iracũdiam prouocans dominum suum, qui suis tentationibus, murmurationibus, dissensionibus, seditionibus, idololatrijs, & alijs multis peccatis inobedientię atque incredulitatis, semper Deo restiterũt, dura ceruice, & ad amaritudinem iracundiæ concitãtes mansuetissimum dominum.

11 *Generatio quæ non direxit cor suum:*
Generatio, inquam, quę non studuit cor suum dirigere ad Deum factorem suum, quæ non pręparauit Domino cor suum vt rectum faceret in oculis eius, sed sequuta est uias curuas & malas, derelinquẽs Deũ suum:

*& non*

* *& non est creditus cum Deo spiritus eius.* E
& nõ est fidelis inuentus *cum Deo spiritus eorũ, non credidit anima eorũ Deo, non credidit spiritus eorum ad Deũ, non adhæserunt per fidem ex corde illi, quan tumlibet foris ore & signis id fingerent.
Isa. 29. Ore nãq; & labijs Deo se fingebant serui rè uelle, cor autem eorũ lõge erat ab eo, nec fuit fidele & rectum in oculis illius.

12 *Filij Ephrem intendentes & mittentes arcum conuersi sunt in die belli.*
Filij Israel mali & inobediẽtes: similes fecerunt seipsos temerarijs & gloriosulis, & tñ timidis bellatoribus, qui antequam F tps belli adueniat, mira vr̃ agere, intendẽtes arcus suos, & mittentes sagittas suas ad signa, quasi pręludia quędã pugnæ sic exhibentes, itemq; gladiis adinuicem dimicantes, & hastas vibrantes, in pugnæ præludiõ, quasi miranda sint acturi, uerũ ubi tps pugnæ aduenerit, & adfuerit ipse articulus congressionis, conuertuntur in fugam, & nihil comprobatur fuisse omnis illa uana audacia quam ostentauerãt, & tantum temeritas quædam ac vanitas G fuisse comprobatur. Ita.n. increduli isti Israelitæ, cũ uiderent ante oculos pro se miranda signa fieri, acclamabant laudem domino, usque ad sydera præ gaudio uociferabantur, prædicabant Moysen & fidẽ atque obediẽtiam amodo magnis clamoribus promittebant: item & loquente ad eos domino mirabilia spondebant, dicẽ-
Exo. 24. tes, Omnia quæcunque mandauerit dominus faciemus, & erimus obedientes Verum in tpe tentationis statim discedebãt ad incredulitatem, mox exclamabant cõtra Moysen, murmurabant contra domi- H num, & cuncta quæ prius proposuerant, fuerantque polliciti, indomita ceruice cõfringebant.

13 *Non custodierunt testamentum dei, & in lege eius noluerunt ambulare.*
Non obseruauerunt testamentũ domini Dei sui, hoc est, noluerunt obedire legi eius, præceptis videlicet, & iudiciis quæ dispo'uerat eis.

14 *Et obliti sunt benefactorum eius:*
Et obliti sunt beneficiorum quæ illis iam ante Deus exhibuerat:

* *& mirabilium eius quæ ostendit eis.*
hoc est mirabilium signorum atque prodigiorum quæ operatus fuerat in cõspectu eorum, in tempore tentationis nõ aduerterunt ad omnia præcedentia signa, æque increduli, æque murmuratores, ac si nihil eorũ conspexissent, cum debuissent meritò ex præcedẽtium memoria cautiores fieri in futuris temporibus.

15 *Coram patribus eorum fecit mirabilia in terra Aegypti in campo Taneos.*
Non recogitauerunt maxima illa prodigia, quæ coram & pro patribus eorum fecit Deus in terra Aegypti, quæ appellabatur cãpus Taneos, vel regio Taneos, à ciuitate dicta Tanis, quæ insignissima, nominatissima, & maxima Aegypti ciuitas fuit in ostio Tanitico.

16 *Interrupit mare, & perduxit eos, & statuit aquas quasi in utre.*
Inter cætera autem illud maxime memorabile est, quòd aquas maris rubri diuisit pro eis, ita ut per medium sicci aluei deduxerit filios Israel, & diuisas aquas ex utraque parte constituerit quasi in utre, ut essent transeuntibus ex utraque parte uelut murus solidus.

17 *Et deduxit eos in nube diei, & tota nocte in illuminatione ignis.*
Et ducatum illis præstitit per diem in columna nubis, quæ per diem apparuit illis Exo. 14.
ad uiã monstrãdam, & tota nocte præcessit illos in columna ignis lucentis per noctem, ut dies simul ac nocte cœlesti ducatu non destituerentur.

18 *Interrupit petram in eremo:*
Insuper in deserto, cũ deficerent aquæ, adfuit dominus sitienti & periclitanti populo suo, rupem scindens & rumpẽs, hoc est Exo. 13.
iubens è rupe aquas effluere:

* *& adaquauit eos velut in abysso multa.*
& copiosè potum illis dedit, ita ut biberent ad sufficientiam de abundantia aquarum è petra exiliẽtium, tanquam in maxima profunditate aquarum.

19 *Et eduxit aquam de petra, & eduxit tanquam flumina aquas.*
Fecitque de petra aquas effluere populo sitienti. Moyse tantum uirga percutientẽ silicem, & prosilire fecit aquas copiosissimas in maxima abundantia, ut deriuati Num. 20
uiderentur quasi in flumina aquæ quæ erumperant.

20 *Et apposuerunt adhuc peccare ei:*

Neque

Neque hæc tñ tanta beneficia,tã inaudita prodigia stabilire potuerunt fidem populi illius,nec propterea cessauerunt à peccatis suis:sed post hæc omnia , nouũ peccatum adiecerunt prioribus.

* *& in irã excitauerũt excelsũ ĩ inaquoso.*
ad iracundiam prouocauerunt altissimũ in deserto , quod est locus absque aqua.

21 *Et tentauerunt Deum in cordibus suis, vt peterent escas animabus suis.*

Et tentauerunt Deum in cordibus suis,signa potentiæ eius,& ꝑsentiæ intẽpestiuè importunè,& infideliter poposcerunt ab eo,cũ murmuratione & iurgio petentes cibos sm desideria sua,fastidientes cœlestem panem,atque dicentes, Anima nostra arida est,nihil aliud videns oculi nostri nisi manã,& alia huiusmodi.

22 *Et male loquuti sunt de Deo:*

Num.11 & 12. Et male loquuti sunt de Deo, cõtra eum murmurantes & blasphemantes, cum dicerent,Vtinam mortui essemus in Aegypto,quando sedebamus super ollas carnium,aliaq; his deteriora:

* *dixerunt, nunquid poterit Deus parare mensam in deserto?*

Num.14 & dixerunt maleuoli ad inuicẽ, murmurantes,Nunquid potens est Deus nobis cibos diuersos præbere iuxta desiderium animæ nostræ,quomodo fieri solet in apparatu mensuram, in quibus varia ciborum genera proponuntur.

23 *Quoniam percussit petram,& fluxerunt aquæ:& torrentes inundauerunt.*

Nam de petra quidem vidimus,ꝙ solum virga percussa dedit aquas,easq; ita copiose & superabundanter,vt in modum torrentiũ magno impetu egredientes aquæ sese accumulauerint , & quasi torrentes rapidi de petra prosilierint.

24 *Nunquid & panem poterit dare,aut parare mensam populo suo?*

Sed nunquid idẽ ipse poterit nobis dare apparatum cibi humani in hac solitudine, aut mensam variis onustã cibariis parare,quibus solebamus in Aegypto saturari,piscibus videlicet & carnibus,cucumeribus & peponibus,porrisq; , & aliis, quibus vescebamur in Aegypto?

25 *Ideo audiuit dominus & distulit:*

Iccirco (qa hæc dixerunt murmurantes) audiuit ista dominus, & ad cunctas eorũ murmurationes attendit: distulit tñ aliquãtulum punitionem,quã eis pro murmuratione volebat inferre,volens prius implere de quo murmurando ipsum tentauerant,quàm eos puniret:

* *& ignis accensus est in Iacob,& ira ascendit in Israel.*

& ira Dei in modum ignis accensa est, atq; efferbuit contra populum Israeliticum murmurantem, & furor magnus Dei exortus est contra populum.

26 *Quia non crediderunt in Deo:nec sperauerunt in salutari eius.*

Propterea ꝙ visis ẽt tot miraculis, non crediderunt in dñm Deum suum, à quo tanta iã perceperant beneficia,nec spem habuerunt in salutatione eius, in salute quam eis præstitit de manu inimicorum non sperauerunt,ꝗ ipse qui eos saluauit, ẽt nutrire esset potens: adeoq; ex præcedentibus signis non sunt in fide aut spe confirmati,vt magis ex acceptis beneficiis prioribus,sua procacitate mouerentur ad nouas murmurationes & tentationes,quemadmodũ ex præcepta refectione aquæ de petra moti fuerunt,vt ciborũ peterent apparatum.

27 *Et mandauit nubibus desuper:& ianuas cœli aperuit.*

Et videte quanta fuit ingratitudo , quãta impietas contra Deum,pro carniũ & Aegyptiorũ ciborum apparatu murmurare contra dñm,vbi cœlestem panem haberent ex Dei dono ad abundantiam. Ecce .n. multò antè quam ita murmurando carnes petiissent,præceperat dñs nubibus quæ sursum sunt,vt in eis Dei virtute generatum manna super terras demitterẽt, & velut portas cœli aperuit.

28 *Et pluit illis manna ad manducandum:*

Et pluit desup panẽ q naturæ lege ex terra nõ solet ꝓgigni,hoc est, pluit illis desup,& copiosè demisit cibũ diuinitus ꝑparatum:quẽ velut pluendo demisit , qm̃ simul cum rore descendebat desuper De scendente enim rore nocte super castra, descendebat pariter & manna: Exod.16

* *panem cœli dedit eis.*

panẽ desuper missum qui non de terra iuxta naturã generatus fuerat, sed in superioribus fuit diuina virtute formatus, Num.11 dederat eis dñs : quo & cibauit eos annis Num.16

nis quadtaginta in solitudine, donec at- E tingerent terram habitabilem.

19 *Panem Angelorũ manducauit homo:* Panẽ ministerio angelico ĩ supernis formatum aut certe panem nõ humanum, nec naturali via de terra enatum, dedetat Deus manducare populo huic:

* *cibaria misit eis in abundantia.* cibos misit eis absq; omni labore suo & sollicitudine, præparatos in magna copia, ita vt quisq; quantũ posset edere, colligeret. Tali, inquã, miraculo iam illis panem dederat cœlestẽ, ita mirabiliter, ita copiose, cum post adhuc nauseantes pete F rent sibi mensam parari, & Aegyptios et bos exposcerent panem suauissimum de cœlo demissum abijcientes ad iniuriã diuini beneficii, cibum leuissimum illũ appellantes, & aĩam suam aridam dicentes,

Num. 11 ꝙ nihil ederent nisi manna. Quapp nec mirum fuit, si furor domini contra ingratissimum populum efferbuit.

30 *Transtulit Austrum de cœlo:* Voluit nihilominus implere desiderium murmurantium, priusquã exerceret in eos vindictã. Vñ ventum australẽ qui an tè iã flauerat de cœlo, violenta sua, iussio- G ne transtulit, silere fecit atq; compescuit.

* *Et induxit in virtute sua Africum.*

Num. 11 & in virtute potentiæ suæ (cui & venti & mare obediunt) adduxit Africũ ventum:

Exo. 16 qui egrediens à dño arreptas trans mare coturnices detulit, & demisit in castra.

31 *Et pluit super eos sicut puluerem carnes, & sicut arenam maris volatilia pennata.* Et misit eis in maxima abundãtia carnes coturnicum, quemadmodũ puluis abũdat super terrã: ita vt qũo pluuia terram operit guttis aquæ, sic visa fuerint castra Israelitarum plena coturnicibus, & auet H istas adduxit in maxima copia, quasi arenã q̃ est in littore maris innumerabilis.

32 *Et ceciderunt in medio castrorum eorum, circa tabernacula eorum.* Et vt nulla esset difficultas populo, vtq; eorũ desideriis plenissimè satis fieret, fecit Deus vt caderent coturnices istæ in medio castrorũ eorũ, circa ipsa eorũ tabernacula, ne vllum in colligendo labo-

Num. 11 rem insumerent. Volabant. n in aere duobus cubitis altitudine super terrã ex omni parte castrorum, itinere quãtum vno die põt confici: ita vt surgens populus toto die illo & nocte ac die altero cõgregauerit coturnicum maximam multitudinem, qui pariunt, decem coros, & siccauerunt eas per gyrum castrorum.

33 *Et manducauerunt & saturati sunt nimis, & desiderium eorum attulit eis:* Et manducauerunt carnes iuxta concupiscentiã cordis sui, & saturati sunt valde, sun: q; copiosè satiati cibo concupiscentiæ suæ: attulit illis Deus quæ desiderauerant & concupierant murmurantes.

* *non sunt fraudati à desiderio suo.* non sunt passi defectum eius quod cõcupierant, datũ est illis abundanter quantũ vtiq; desiderare potuissent: non quidem pp hoc vt illorum expleret desiderium, sed vt re ipsa monstraretur Dei omnipotentia simulq; ostenderetur, male incredulos illos de Deo dubitasse.

34 *Adhuc escæ eorum erant in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos.* Vbi aũt ad ostensionẽ suæ potentiæ murmuratorum satisfecisset desiderio, tũ voluit hactenus dilatam iram aduersus impios manifestare Itaq; cũ adhuc escæ istę carnium essent in dẽtibus ipsorum, neq; q; adhuc defecisset cibus eiusmodi de ore eorum, ecce furor domini concitatus est aduersus impios murmuratores, percussitq; eos plaga magna. Ibidem.

35 *Et occidit pingues eorum, & electos Israel impediuit.* Et interfecit in ira sua dñs pingues populi Israel, & electos ac superbiores ex populo ipse impediuit per mortẽ, & interfectione prohibuit ne ingrederentur in terrã promissam patribus eorum: impediuit quoq; à profectione, ne vltra possent proficisci cũ populo Dei, qm̃ pstrati fuerunt illic in deserto. Pingues. n id est, diuites delicatiores, & minus patientes, qui ad murmura solẽt esse magis proni, & electi atq; teneriores q̃ huius murmurationis potissimũ causa fuere à Deo iusta punitione interfecti sunt, pp peccatum murmurationis eorum, adeò vt ex horum interfectione locus ille vocatus sit, sepulchra concupiscentiæ. Ibidem.

36 *In omnibus his peccauerunt adhuc:* In oĩbus mirabilibus his & maximis beneficiis, quibus illos Deus affecit, itẽq; terri-

terribilibus prodigiis q̃ in eis ostēdit, nō A
sunt cōuersi pleno corde ad dn̄m, nec de-
sierūt à prauitate sua, sed adiecerūt pecca
tis prioribus alia posteriora atq; priora:
* *& non crediderunt in mirabilibus eius.*
& post tot ac tanta mirabilia, quæ Deus
pro illis exhibuit, nō sunt firmati in fide
& fiducia dn̄i Dei sui, sed permanserunt
vt antè rebelles semper & increduli.
37 *Et defecerunt in vanitate dies eorum:*
Hebr. 3. Et qm̄ increduli fuerunt, iusta Dei puni-
tione oēs prostrati sunt in deserto, intra
tempus breue quadraginta annorum,
propter vanitatem, falsitatem, malitiam, B
& incredulitatem cordis sui.
* *& anni eorum cum festinatione.*
& anni vitæ eorū cum festinatione tran
sierunt, intra tp̄s mediocū corpora mur-
muratorum oīum in deserto prostrata
sunt ita vt ex infinita illa multitudine, q̃
Num. 1. numerata fuit per Moysen & Aaron in
deserto Sinai, nullus inueniretur in tpe
egressus in terrā promissionis, nisi Iosue
& Caleb: cæteris oībus (iuxta verbum do
mini) in deserto intra quadraginta anno
rum spatium prostratis:
38 *Cum occideret eos quærebant eum, & re* C
*uertebantur:*
Similes erant peruersis pueris, qui donec
virga cæduntur, magna promittunt & mo-
res malos iurant commutare in melius:
sed vbi cessauerit virga, ad ingenium re-
deunt, & solita mala studia. Ita. n. & ipsi
dum à Deo occiderentur, confugiebant
ad Moysen & Aaron, petentes pro se sup
plicari domino, tum confitebantur pec-
casse se domino, nimirum mortis timore
perterriti, videbanturq; tunc ad horam
conuerti ad Deum:
* *& diluculo veniebant ad eum.* D
& quasi sustinebāt studiosè ad eū, primo
diluculo consurgentes: quemadmodū so
lent q in re qualibet solliciti & diligen-
tes existunt, primo mane consurgere.
39 *Et rememorati sunt, quia Deus adiutor*
*est eorum:*
Esa. 28. Ac tum quidē, vexatione dante intelle-
ctum, didicerunt, ꝙ Deus solus esset qui
eis posset in malis omnibus fere auxiliū
quiq; paratus esset sp ad adiuuandum
potius quàm ad perdendum, si modò ip-
si non se redderent indignos:

* *& Deus excelsus redemptor eorum est.*
& cognouerūt experiētia edocti, qd̄ altis-
simus dn̄s Deus eorū verus eēt redēptor
& saluator qui semper paratum sese mō-
strabat, ad suscipiendum pœnitentes.
* *Et dilexerunt eum in ore suo, & lingua*
*sua mentiti sunt ei.*
Et simulauerunt ore diligere se Deū, & il
li velle de cætero, cultu debito famulari,
atq; obedientiā & fidē præstare, & lingua
sua falsa ac mendaci multa pollicebant
quæ ex vero corde non procedebant. Ti-
more enim compulsi, & ad euasionem
periculi, nihil non promittebant.
41 *Cor aūt eorum non erat rectum cum eo:*
Et quanquam ore multa promittebāt, nō
fuit tn̄ cor eorū rectū ad Deum, nec fuit
eorū volūtas syncera erga illū, neq; ex
aīo proponebant pristinam malitiam &
infidelitatem relinquere, id quod subse-
quens semper resumpta murmuratio, vel
inobedientia apertè monstrabat:
* *nec fideles habiti sunt in testamento eius.*
nec sunt inuenti fideles in testō dn̄i Dei
sui, mēdaces cōprobati sunt in lege eius
pp multiplices transgressiones suas. Non
enim obseruabant legem Dei, quam su-
sceperant, & obseruare promiserant.
42 *Ipse autem & misericors, & propitius*
*fiet peccatis eorum:*
Quāuis aūt huius populi tāta tamq; ob-
firmata fuerit malitia, ipse tn̄ dn̄s nō ob-
liuiscebat suæ misericordiæ, seruabatq;
illis quātūuis frequēter lapsis ac relapsis,
suā misericordiā, quēadmodū ipse in se
sp est misericors, & propitiū se sp exhi-
bebat peccatis eorum, paratus illis dimit
tere peccatum, quoties egissent pn̄iam.
* *Et non disperdet eos.*
& nō penitus illos voluit disperdere, nō
illos oīno voluit exterminare, sed patrib⁹
incredulis in deserto prostratis, filios fe-
cit in illorū locū exurgere, in qbus pro-
missiones factas patribus adimpleret.
43 *Et abundauit vt auerteret iram suam.*
Et abundāti ac superfluēti sua misericor
dia fecit vt auerteret irā suā à populo, vt
non penitus vsq; ad intentionem vel de
lectationē populi desæuiret indignatio:
* *& non accendit omnem iram suam.*
& non permisit exæstuare vsq; ad perfe-
ctū aut superexcessum furorē indignatio

nis suæ, sed ēt repressit, ne in filios mur- E
murarorum grassaretur, vtq; consisteret
impunitione patrum, neque ipsis etiam
patribus totam inferens vindictam, quā
sua impietate nimia, nimium rebelles cō
meruerunt,

44 *Et recordatus est quia caro sunt:*
Habensq; se Deus in modū recordantis,
attendit ad fragilitatem naturæ & condi
tionis humanæ, ꝙ s. non pure essent hoīs
spiritualis naturæ, aut angelis similes, sed
quòd carnem gestarent in qua habitat
ex corruptione originali fomes prauus,
lex peccati, praua sensualitas, vnde ad oē F
malū proni sunt hoīes ab adolescentia
sua, vnde habent vt ab omni virtute alie-
ni, & ad oē bonum difficiles, econtrario
in oē malum sint proni ac faciles, quæ
certe naturalis ad malū inclinatio, nōnul
Rom. 7. la est occasio cōpatiendi & miserēdi, ne-
que iuxta extremam iustitiæ sæueritatē
Gene. 6. & 8. vindictam exigendi à natura fragili,
attendit insuper Deus ꝙ hō res cadnea &
fragilis sit, ac modici tpis, cuius spiritus
cum egressus fuerit à corpore, non iterū
pōt reuerti per semetipsum, sed mortuus
semel hō manet mortuus, donec virtute G
diuina resuscitabitur in nouissimo, pp qđ
non ita paratus est Deus mortem ēt tem
poralem inferre peccantibus, sed frequē-
ter dissimulat, malens dissimulando tem-
pus illis concedere pœnitentiæ, quàm
subito opprimendo æternæ perditionis
eos submittere sententiæ,

* *spiritus vadens & non rediens.*
Vadens ēt est homo & non rediens, qm
per se quidem à Deo pōt recedere, & in
manum ire, verum per seipsum à malo
ab bonum redire non potest, nisi adiutus
speciali Dei auxilio. Ex se enim habet, H
vt peccare possit, vt autem bene agere,
non nisi ex Deo.

45 *Quoties exacerbauerunt eū in deserto, in-
iram concitauerunt eum in aquoso.*
Quàm multis vicibus legimus illos Deū
ad iracundiam prouocasse in deserto, per
annos quadraginta, quoties ad indigna-
tionem commouerunt Deum in deserto
illo arido ac siticulo absq; aquis, vbi
non erant aquarum flumina.

46 *Et conuersi sunt, & tentauerunt Deū:*
Et cōuersi sunt semper ad malū postquā
semel bene proposuerant, pactum infrin
gentes qđ cum Deo pœnitēdes in afflictio
ne inierant & iterum tentauerunt, mut
mutantes, ac signa intempestiuè pro sua
cupiditate fieri postulantes:

* *& sanctum Israel exacerbauerunt.*
& Deum sanctum Abraham Isaac & Ia-
cob patrū suorum, ad amaritudinē siue
iracundiā prouocauerunt, cui fidelissimo
corde adhæserant patres eorum.

47 *Non sunt recordati manus eius, die qua
redemit eos de manu tribulantis.*
Non sunt recordati potentiæ eius, quam
in signis admirandis & inauditis prodi
gijs ostenderat, in tēpore quo eduxit pa-
tres eorum de Aegypto, de potestate Pha
raonis & seruorum eius, à quibus crude-
liter affligebantur, & oneribus grauissi-
mis opprimebantur.

48 *Sicut posuit in Aegypto signa sua, et pro
digia sua in campo Thaneos.*
Nō sunt, inquā, recordati manuum Dei, Exod. 7.
quo exhibuit in campo Thaneos, in ter
ra Aegypti, potentissima signa atq; pro-
digia, Pharaonem & seruos eius decem
plagis grauissimis percutiens, propterea
quod non vellet iuxta vocem domini di
mittere populum eius.

49 *Et conuertit in sanguinem flumina eo-
rum: & imbres eorum ne biberent.*
Ipse. n. oēs aquas Aegyptiorum p manū
moysi & Aaron, solius uirgæ ictu, conuer
tit in sanguinē, factumq; est ut oēs fluuij
eorum & riui, paludes etiam & stagna ac
lacus, in quibus aqua pluuialis, uel alia
quęlibet erat collecta, uerterentur in san
guinem, & cruor essei pro aqua in omni
terra Aegypti, ut non possent Aegyptij
bibere aquam fluminis.

50 *Misit in eos cynomyam & comedit eos:*
Misit insup in eos cōmixtionē muscarū, Exod. 8.
& impleta est uniuersa terra Aegypti mu
scis oīs generis, qbus terra uniuersa cor
rupta est, ac uelut deuorata atq; consum-
pta, afflictaq; uehementissimè:

* *ranam & disperdidit eos.*
fecit quoq; fluuios ebullire ranas, occu- Ibidem.
pātes domos & oīa penetralia Aegyptio
rum, quibus grauissimè fuerunt afflicti,
ascendentibus illis in domum in cubi-
culum lecti, & super strata hominum, &
in reliquias ciborum.

51 *Et dedit ærugini fructus eorum:*
Et dedit ærugini siue rubigini consumēti fructus eorum, suscitans corruptionē deuastantem, quæ absumeret terræ nascentia, ne haberent Aegyptii quę ipsi ederent, vel iumenta eorum.
* *& labores eorum locustę.*
Exo. 10. fecit insup surgere locustas quæ operuerūt superficiē terrę, & comederūt in agris oīa in quibus laborē impenderāt, corroseruntq; omnia ligna in agris, & impleuerunt habitationes Aegyptiorum.
52 *Et occidit in grandine vineas eorum:*
Exod. 9. Et destruxit, ac infrugiferas reddidit vineas Aegypti, in grādine q̄ pluit Deus super Aegyptū, per quā & percussa sunt quę cunq; fuerunt in agris, ab hoīe vsq; ad iumentum, & omnis herba agri percussa est, & omnia ligna regionis contracta:
* *& moros eorum in pruina.*
&arbores eorū fructiferas ipse mortificauit, & steriles reddidit per pruinā nocturnam prauæ qualitatis congelantē & corrumpentem ligna qualitate noxia.
53 *Et tradidit grandini iumenta eorum:*
Et tradidit iumenta Aegyptiorum grandini, ad interfectionem: fecit eorum iumenta omnia quę in agris fuere inuenta perire grandine:
* *& possessionem eorum igni.*
Ibidem. & possessiones eorū datæ sunt igni deuorandæ agri videlicet eorū, & oīa quæ in agris inuenta sunt. Siquidem grando & ignis pariter mixta ferebātur circa terrā discurrentia fulgura, quibus tacta & consumpta sunt quæ in agris erant.
54 *Misit in eos iram indignationis suæ: indignationem & iram & tribulationem immissiones per angelos malos.*
Exercuit in illos irā indignationis suę ipso vel multiplicis punitionis effectu, patenter demonstrans suā aduersum illos indignationem & iracundiam suam:
misit quoq; eis immissiones & morsus punitionū, per ministeriū angelorū, quorū ministerio in hmōi plagis inferendis Deus vti solet & cuiusmodi ipsi se libenter immiscere solent, nihil tum cupientes quām hominibus nocere, vel in spiritualibus vel in corporalibus rebus:
Terrores quoq; & incursus horribiles misit in eos, per ministeriū angelorū malorū, vt eos vehementer perterrefacerent.
55 *Viam fecit semitæ iræ suæ, & non pepercit à morte animarum eorum, & iumenta eorum in morte conclusit.*
Fecit viā semitæ iræ suæ, direxit semitā indignationis suæ, viā rectam præparauit furori suo, nimirū vt recta transiret furor, atq; indignatio eius penitus cōplerer, nec cohiberetur amplius, ita vt ēt ab interfectione non abstinuerit, sed morte eos, & iumenta eorum peste crudeli feriens, interfecit.
56 *Et percussit oē primogenitū ī terra Aegypti*
Exod. 11 & 12. Et post plagas plures præuias, nouissimā super addidit, eamq̄ue grauissimam, qua percussit omne primogenitū in terra Aegypti, à primogenito Pharaonis vsque ad primogenitum nouissimæ humillimæq; ancillulæ & omnia primogenita iumentorum, ita vt non esset domus in qua nō iaceret mortuus:
* *primitias omnis laboris eorum in tabernaculis Cham.*
primitias oīs laboris eorū, primitias partus, primogenita q̄ laboriosissimis partubus fuerāt enixa, pcussit in tabernaculis Cham, id est, in domibus Aegyptiorum, quorum Chā pater & principium extitit.
57 *Et abstulit sicut oues populum suum:*
Et post hāc plagā, eduxit dn̄s in manu valida & forti populū suū, sicut pastor educit oues, absq; vllo eorum labore, absque pugna, absq; omni molestia:
* *& perduxit eos tanquā gregē in deserto.*
& perduxit eos in desertum, extra captiuitatem Aegypti, quomodo pastor gregem ouium educit de stabulis in pascua.
58 *Et deduxit eos in spe, & non timuerunt:*
Et deduxit eos in fortitudine sua, antecedens eos p columnā ignis & nubis, in bona spe & cōfidētia & gaudio: & nō timuerunt egredientes, protectorē & propugnatorem habentes tā potentissimum dn̄m;
* *& inimicos eorum operuit mare.*
& eorū aduersarios Aegyptios, cū obstinato aīo insequuti fuissent ad se reuocādū, Deus miraculo stupēdo inuoluit fluctibus maris, & demergi fecit in profundū.
59 *Et ī duxit eos ī mōtē sanctificationis suæ:*
Et post annos multos, introduxit populū suū istum in terrā quā promiserat patribus eorum, in loca mōtosa quæ ipse sibi Psal. 43.
Ee 2 sancti-

sāctificare uoluit, & suo populo dare ad habitationem.

** montem quem acquisiuit dextera eius:* q loca (inquam) montosa, quæ acquisiuit dextera eius, quæ ipse tanquam & uictor & triumphator manu potenti quasi iure belli obtinuit, & tradidit populo suo. Nec n. filii Israel in gladio vel arcu suo posséderūt terram promissionis, sed dextera Dei pugnante pro eis, gentes robustissimæ de terra deletæ sunt, in quorum locum ipsi introducti sunt.

*60 Et eiecit à facie eorum gentes:*

Gen. 12. & 15. Eiecit namq; Deus in fortitudine manus suæ pugnans pro populo Israel, gētes multas & fortissimas, deleuit eos & consumpsit de terra, videntibus illis.

** & sorte diuisit eis terram, in funiculo distributionis.*

& in sortem atque hæreditatem diuisit eā populo suo, iuxta quod promiserat patribus, dicens, Vobis & semini uestro dabo terram hanc, diuisit, inquā, filiis Israel, per Iosue filium Num, in funiculo diuisionis, quomodo solent terræ mensurari, vnicuique tribui suam sortem, secundum funiculum assignando.

*61 Et habitare fecit in tabernaculis eorū tribus Israel.*

Fecitq; dominus in habitationibus eiectarū gentium, in illarum ciuitatibus & locis, habitare duodecim tribus Israeliticas, plātauitq; eas ibi, & instituit ī locū illorū veros terræ possessores & dominos, ut ibi firmā suā mansionē ponerēt, domosq; ædificarent, & filios ac filias procrearent, tāquā in terra sua, quomodo solet arbor in terra, in qua plantata est, sese firmare radicitus, quasi in loco proprio.

*62 Et tentauerunt & exacerbauerūt Deū excelsum & testimonia eius non custodierūt.*

Verum quēadmodū ab initio sp se peruersos & inobedientes exhibuerunt, ita & tum non cessauerunt à sua impietate, sed iuxta malitiā antiquam tentauerunt dominū Deum suum, nondum in Deo post tāta percepta beneficia confidētes, nondū fide plena illi adhærentes, & ad iracundiā prouocauerunt Deum altissimū, à quo tanta iā perceperant bona & de quo tam multa audierunt à patribus signa narrata, & legē eius non custodierunt, pactum Dei quod pepigit cum eis, non obseruauerunt.

*63 Et auerterūt se, & nō seruauerūt pactū.*

Et auerterunt se post mortē Iosue ac seniorum, nouis exurgētibus q nō cognoscebant dnm, nec viderāt opera eius, & non seruauerunt pactum qd patres eorum pepigerant cum Deo polliciti semper illius cultum & obediētiā custodire: Iudic. 2.

** quemadmodum patres eorum conuersi sunt in arcum prauum*

quēadmodum fecerunt patres eorū, ita & filii conuersi sunt in arcum prauū exhibuerunt seipsos tanquā arcum malum & inutilem, facti sunt serui praui rebelles & inutiles, ita ut quemadmodū malus arcus sagittanti nō seruit ad libitum quantumuis sit artis peritus, nec sagittā mittit quo ille destinauerit, sic nec illi in fideles seruos se exhibuerunt optimo domino neq; quæ ipse velet perficiebāt, sed qd eorum eligeret voluntas praua.

*64 In iram cōcitauerunt eū in collibus suis:*

Ad iracundiā concitauerunt Deum in extructione excelsorum, nouum cultum instituentes secundum similitudinē gentium idololatrarum, quem Deus non præceperat, qui ob hoc tabernaculum fieri præceperat, ne loco aliena extruerēt, essetque unus omnibus orationis locus ad tabernaculum vt vnus erat omnium dns:

** & in sculptilibus suis ad æmulationem eum prouocarunt.*

quodq; grauius erat, ēt idola sculptilia vel fusilia artificis manu fabricata, coluerunt, iuxta ritus gentium, vnius Dei cultu postposito, sicque ad indignationē Deum mansuetissimum superabundanti sua impietate prouocarunt.

*65 Audiuit Deus & spreuit, & ad nihilum redegit valde Israel.*

Attendit Deus ad opera eorum pessima, & ascēderūt mala hęc oīa in aures eius, tanquā vindictā clamantia aduersum illos, & per vindictā iustitiæ suæ spreuit, cōtēpsit, abiecit, ignobiles reddidit & cōculcari permisit eos, populumq; suum Israeliticum quē antè ita magnificè glorificauerat, valde humiliauit atq; annihilauit, dās illos in manus alienigenarum per circuitum, faciensq; eos tributarios, & grauissima seruitute sinens opprimi.

Et

66 *Et repulit tabernaculum Silo:*
Locum quoq; tabernaculi qui à tēpore
Iosue 18 Iosue fuerat in Silo, in sorte Ephraim ipse abiecit, nec vltra in Silo voluit commorari, vt non esset amplius locus orationis, & sacrificii in Solo.

* *tabernaculū suū vbi habitauit in hoībus.*
locū in quo, sui tabernaculi, vbi inter homines habitauit, in quo elegerat mansionem suam, & specialem exhibuerat sui præsentiam, vt illic adoraretur, inde loqueretur, vota quoq; & sacrificia illic acciperet à populo suo

67 *Et tradidit in captiuitatē virtutē eorū:*
Et permisit in captiuitatem venire arcā sanctam, quæ erat spes & fortitudo populi Israelitici, in qua maximè confidebant & per quam sperabant contra inimicos assequi victoriam:

* *& pulchritudinē eorū in manus inimici.*
1.Reg.4 atq; hanc arcam (quæ erat populi Israelitici decor, pulchritudo, ornatus, & gloria) pp præsentiam diuinitatis in ea sese exhibentis populo, permisit capi in bello à Philistæis alienigenis, & abduci in regionem Philistæorum.

68 *Et conclusit in gladio populum suum:*
Ibidem. Neq; hoc solum, verumetiam de populo plurimi gladio interfecti sunt: Nā vna illa
Exod.20 vice, quando arca domini capta fuit, plaga magna facta est in populo, cecideruntq; triginta millia peditum:

* *& hæreditatem suam spreuit.*
& hæreditatē suā, populū quem in peculiū suū elegerat, valde abiecit atq; humiliauit sub manibus inimicorum suorū,

69 *Iuuenes eorum comedit ignis:*
Iuuenes eorū fortes & robusti, ferro & igni absumpti sunt, & in exardescente igne hostilis iracundiæ interfecti sunt:

* *& virgines eorum non sunt lamentatæ.*
& virgines eorū interfectas non vacabat nec libebat iuxta consuetudinem lamētari, non præstabantur mortuis virginibus solitæ funeris pompæ, tum pp nimiam populi consternationem, tum pp nimiā multitudinem absq; misericordia interfectarum, tum propter metum maioris mali instantis, adornante vnoquoq; fugam pro salute sua, dum quisq; magnum putauit, si suæ posset vitæ consulere: nec erat otium, neq; animus lamentationibus vacare, aut defunctis solita funeris præstare obsequia.

70 *Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt:*
Sacerdotes eorum gladio interfecti sunt, 1.Reg 4
quemadmodum videlicet Ophini & Phinees, ambo filii Heli sacerdotis, ceciderunt die vna, capta arca domini:

* *& viduæ eorum non plorabantur.*
& viduæ defunctorum virorum in prælio non plorabantur, non deflebantur, vti solet fieri. Nimius. n. terror oēs inuaserat, & tanta erat vnicuiq; suæ formidinis miseria, vt nemini liberet aut ēi vacaret alterum quamtumuis proximum plangere: quemadmodum fieri solet in rebus desperatissimis & summa miseria, qñ tanta est vnicuiq; sua miseria, vt nec frater fratris, nec filius patris habeat rationem aut sollicitudinem.

71 *Et excitatus est tanquā dormiens dñs:*
Attamen non imperpetuū hæc ira permansit super populum dñi, neq; diu hostes passus est gloriari de victoria, neq; inultos permisit: sed post tps modicum is qui antè dormire visus fuerat, & nihil agere pro sua gloria, cœpit suas vires ostēdere, quemadmodum cum homo exurgens à somno, ad solita redit opera:

* *tanquam potens crapulatus à vino.*
factus est tanquā hō fortis, postquam abscessit crapula vini, qui ad tps crapula vini oppressus grauissimum somnum dormiens nihil agebat, sed vino edormito, atq; digestione consumpta exurgit potentior, vino. s. instauratus & calefactus. Ita se Deus postquam ad tempus modicum dissimulauerat, disttuleratq; vindictā in impios hostes populi sui, fortior apparuit ad vltionem.

72 *Et percussit inimicos suos in posteriora:*
Et percussit inimicos suos Philistęos plaga pessima, in secretiori parte natium, ita 1.Reg.5.
vt cōputrescerent prominentes extales eorum, præter quod innumeram multitudinem hoīum in singulis ciuitatibus interfecit, dum circunducerēt arca eius:

* *opprobrium sempiternum dedit illis*
opprobrio sempiterno, in hac punitione tā fœda & abominabili plaga affecit eos. Meritò enim hoc in perpetuum illorum cessit roborem atque confusionem sempiternam, quòd ita miseranda plaga cęsi

 fuissent

fuissent à Deo Israel, quem supernebant, E
& cuius populum oppugnabant assiduè.

71 *Et repulit tabernaculum Ioseph, & tribum Ephraim non elegit.*

Repulit tñ tabernaculum Ioseph, id est, tribum Ephraim filiis Ioseph nõ elegit, vt habitaret in ea & mansionem figeret in ea tabernaculi sui. Nam licet primum
Iosue.18 tpe Iosue locus tabernaculi fuisset in Silo, in sorte Ephraim filii Ioseph, non voluit tñ dominus illic habitationem sibi constitui, nec stabilem templi locum: neque etiam illic voluit stabile perdurare regnum, vbi tamen prius regnauerant F
Saul & Hieroboam.

74 *Sed elegit tribum Iuda:*

Sed tribum Iuda elegit, vt in ea templum ædificaretur nomini suo, essetque in ea principatus regni:

* *montem Sion quem dilexit.*

maximè aũt Hierusalem, vbi erat mons Sion, quem dilexit, & quem elegit vt in eo templum sibi ædificaret, illicq; adorationis locum constitueret, vtq; eam faceret ciuitatem regiam & præcipuam populi Israelitici.

75 *Et ædificauit sicut vnicornium sanctificium suum.* G

Et ædificauit in terra Iuda sanctuariũ suũ, templũ sanctũ suum, in quo sibi offerrentur sacrificia legitima: ad modũ vnicornium zelans pro puritate & solitudine habitationis suæ, nolens alium Deũ præter se, in hoc tẽplo quod sibi ædificaret, coli vel adorari, neq; plures sibi habitationes permittens construi, sed vnicam istam charissimam habens, neque transiens de loco ad locum, sed stabiliter semel electum templi, & cultus sui locũ absque mutatione custodiens. H

* *in terra quam fundauit in secula.*

idq; fecit in terra Iuda, quã fundauit, ac stabiliuit pro cultu suo in æternum, vbi perpetuò coleretur atq; adoraretur (quãtum quidem ex ipsis erat electione, eo quòd sine pœnitentia & retractione dona sunt atq; electio) si nõ illorum impedisset male grata infidelitas:

Rom.11 Fundauit insuper eã in secula pro habitatione sua, quatenus figura erat Ecclesię sanctæ: in qua habitationem suã perpetuã habitaturus est Deus vsq; in consum-mationem sæculi.

Aut quia donec vetus illa Synagoga perstaret cum suæ legis ritibus & veteri tabernaculo, non alius erat locus deputandus diuino cultui.

76 *Et elegit Dauid seruum suum:*

Ex hac quoq; tribu Iuda, ex oĩbus filiis Israel elegit Dauid seruum suum, quem per Samuelem vnxit in regẽ populi sui, reprobato Saule, de tribu Beniamin: 1.Reg.6.

* *& sustulit eum de gregibus ouium, & de post fœtantes accepit eum.*

quem & tulit è pascuis pascẽtem greges ouium patris sui, à pecorũ cura ad populi regimen eũ sublimando: accepitq; eũ & assumpsit ad regiã dignitatẽ, ab ouiũ fœtarum cura, quas sequebatur, atque à tanta humilitate ad tam magnificam euexit regalis fastigii dignitatem.

77 *Pascere Iacob seruum suum, & Israel hæreditatem suam.*

Ad hoc, inquã, assumpsit eum ab ouium cura, vt in modum pastoris regeret & gubernaret Israelem, populum dñi, quem in hæreditatem & peculiũ sibi modo mirabili elegerat ex omnibus gentibus: vt qui prius patris sui paucarum ouium in humilitate extiterat pastor, iam innumerabilis populi in regia maiestate gloriosus fieret moderator. Exo. 20.

78 *Et pauit eos in innocentia cordis sui:*

Ipse verò innocens à dño & simplex vocatus, qualis vocatus erat talis permanẽs: pauit, rexit, ac gubernauit subditos sibi populos in simplicitate & innocẽtia cordis sui, in pace & cultu Dei, quanta potuit diligentia, fideliter illos gubernans:

* *& in intellectibus manuũ suarũ deduxit eos.*

& in prudentia operum suorũ dux illis fuit, ducatũ illis bonum præstitit in cultu Dei, sapienter oĩa agens, & in oĩbus prudenter se gerẽs, ex Dei gratia, ad quęcunq; pro salute populi fuisset egressus.

## ANNOT. IN PSAL. LXXVII.

VErsu 1. Attẽdite popule meus. Duo versus primi, quasi pro introductio ne Psalmi sunt positi, tanquã ex ore dñi loquentis eũ versus oẽs ad finem vsq; subsequentes non sint vox domini, sed Prophetæ ipsius ab ore dñi inchoatum sermonem

monē ꝓsequentis. Mirū aūt vī, qd hic di cat dñs se aperturū os in parabolis, & loquuturū ꝓpositiones siue ænigmata, cū Psalmus totus penè oī difficultate careat, & nuda tm̄ ꝓponat̄ rerū gestarū historia absq; ulla difficilū sensuū siue verborū īuolutiōe. Pōt uerò huic qōni pluribꝰ rōnibus satis fieri. Primo, si dicamus oēm
1.Cor.2. sermonē Dei quātūuis lucidū & clarum, esse tñ parabolā & ænigmata, mundo & iis qui sunt in mundo incredulis, qm̄ uidelicet animalis hō nō percipit q̄ sunt spūs Dei, & nescit intelligere, qm̄ spūaliter examinari debēt quæ spūalia sunt: ip B se uerò caro est, & nō spūs. Amplius uerò quę in hoc Psal. dñr, tametsi in se fm̄ superficiē cōsiderata facilia uideant̄, & obscuritate carentia, tñ si ad oē diuinæ prouidentiæ atq; pdestinationis referant̄, uere maxima sūt ęnigmata, miraudæ parabolæ, q̄ hoc Psalmo ꝓponunt̄. Si n. pressius intueamur, ꝓfundiusq; cōsideremus, populū hūc Israeliticū fm̄ carnē, tā sp rebellē & inobediētē permāsisse in dura sua ceruice, à primo die quo cœpit illis, loq Moyses, u[s]q; dū in eis habitauit dñs uoluisse tñ Deū hūcrā pertinacē & durissi C mū populum, ꝓ oibus gētibus, ita peculiari electiōe eligere, & tā gloriosis portētis ī eo clarificare suā dexterā, nec tot offensis, tot murmurationibꝰ adduci potuisse, ut penitus populum illum deleret adeò ut post inumeras rebelliones ēt florido regno, sub Danidis manu, illos adornaret, huius inquā rei cōsiderationē qs nō dicet ænigmaticā, qs nō obscuritate plenā, quis lucide rōnē eius capere poterit? Itē q solā tribum Iuda elegit, tabernaculi prioris loco repulso, Silo uidelicet reiecto, & electa Hierlēm ꝓ ædificatione tē-D pli, atq; constabilitione regni nō sūt hęc absq; obscuritate. Itē, qd Dauid minimū, de post fœtātes ad regnum elegit, pteritis pricipibus & potētibus populi, & alia huiusmodi multa. Deniq;, qm̄ proponunt̄ ueteris historiæ gesta, non pp historicæ narrationis literā, sed ad posterorū commotionem & istructionē, ut ex iis q̄ patribus cōtigerāt, discant posteri, quō timeāt dñm, & recedāt à malo: & qm̄ hæc oīa, iu
1.Cor.10 xta Apostoli testimoniū, in figura facta sunt nrī, rectè parabolæ ista dñr, qm̄ simi litudines ꝓponūtur & figuræ ueteris historię, quę posteris ut typus & figura pcesserūt ī qbus ueritas debeat cōpleri. Erat quoq; ppetua illa rebellio populi Israelitici cōtra dñm in deserto, signū ac typus eius qd postmodum īcarnato dño in ꝓpria ueniēti cōtigit, ut à suis nō reciperetur, sed pateretur cōtradictionē grauissimam, vsq; ad ignominiosissimæ mortis opprobrium. Qd autē in secundo uersu Heb.12.
habetur, Loquar ꝓpositiones ab initio: in Græco pro propositionibus habet̄ προβλήματα, qd proptiè significat qōnes difficiles, & dubitabiles, de quibus pōt disputari, & capit̄ nonnunquā ut sit sermo quilibet habēs obscuritatem, difficultatē latētē, & occultā cōnsiderationem vetita sit. Vñ B. Hierony. ex Hebræo uertit ænigmata antiqua, & sanctus Euāgelista Matthæus præsentem locum adducens, habet Eructabo abscondita à cōstitutione mūdi. ¶ Versu 5. Narrātes laudes domini. Participium istud narrātes, cum iis q̄ sequunt̄, cōtinuari debet ad finem uersus tertii pcedentis, hoc modo: Patres nostri narrauerunt nobis narrantes laudes domini, &c. Versus autem quartus, uelut p parenthesim accipitur interiectus. ¶ Ver Psal.21.
su 7. Vt agnoscat generatio altera. Elucidatio interpretatur in generationibus subsequētibus, ut significetur, Deum mādasse Israelitis, docere filios suos, ut cognoscerent gnrationes subsequētes, edoctæ à patribus, opera magna Dei Altiori tñ intellectu, rectè populus Christianus intelligi pōt ista generatio altera, de qua in Ps. 21. Legimus Annunciabit̄ domino gñratio uentura, & annunciabunt cęli iustitiam eius populo qui nascetur, quem fecit dominus. Pro hac autem generatione scripta sunt gesta omnia ueteris testamenti, quemadmodum apertè
testatur Paulus Apost. dicens, Quæcunq; Rom 15.
enim scripta sunt ꝑpter nostrā doctrinam scripta sunt, ut per patientiam & cō 1.Cor.12
solationem scripturarum spem habeamus. Item in alia Epistola, Omnia in figura cōtingebāt illis (patribus uidelicet antiquę generationis) scripta sunt autem
ad corruptionem nostram in quos fines 1.Ioan.2
sęculorū deuenerūt. Cui expositioni satis
fauet, q ex Hebræo uertit Felix, ut co- 1.Cor.10

gnoscat generatio nouissima Recte enim generatio nouissima dicit populus i plenitudine temporis, in ætate ultima (quæ nouissima hora est, quasi occidente mūdo, genitus, qui est populus Christi fidelium, in quem fines seculorū deuenerūt quosq; nouissima occupauit hora, quotidie præstolantes aduentū domini. ¶ Versu 11. Et non est creditus cū Deo spiritus eius. Non est hic sermo secundum Latinitatis usū admodū pprius, tñ interpres reddidit ut in Græco legitur οὐκ ἐπιστώθη μετὰ τοῦ θεοῦ τὸ πνεῦμα αὐτῆς: qđ aduerbū reddi Nō creditus est cum Deo spiritus eius, hoc est, nō est fidelis inuentus cum Deo spiritus, eius, uel fidelis probatus Clarius aūt ex Hebræo uertit Hieronybus, Et nō credidit Deo spūs eius, Et Felix, Et nō fuit fidelis cū Deo spūs eius. ¶ Versu. 12 Filii Ephrē, intendentes & mittētes arcū conuersi sunt in die belli. Versum istū in Elucidatione fm prouerbialem & similitudinariam loquutionē Itelleximus, sumpta cōparatione à temerariis & gloriosis pugnatoribus, p filios Ephrem gñraliter accipiētes filios Israel eo q in tribu Ephraim primū' oīum lo-
Iosue. 18 cus fuerat diuino cultui deputatus, à dulce populi sancto Iosue, fixo tabernaculo dñi in Silo, q locus est in sorte Ephraim
1. Reg. 4. ubi & permansit usq; ad mortē Heli, sacerdotis, qñ capta fuit arca domini. Sed
2. Re. 10 & Saul de tribu Beniamin, rex primus filiorum Israel, ibidē legit regnasse i Galgala & post diuisionem regni Salomonis:
3. Reg. 12 in super Hieroboam in Sichem in mōte Ephraim. Vñ non immerito ob hanc pcellētiā, pōt totus populus filiorū Israel nuncupari ab illis sic pręeminētibus maximę cū in malā partē, inq; cōteptū & reprehensionem tendit sermo (quemadmodū fit in hoc iloco) eo q oīs illa dignitas & primitas fit à Deo abiecta. Vnde & locus tabernaculi in Silo desertus fuit post tēpora Heli sacerdotis, & regnum Saulis
3. Re. 15. reprobatum fuit Regnū quoq; Hieroboā, qui idololatria fœde cōtaminauerat Israelē, p duos quos erexit uitulos, post mortē filii penitus euersū legimus, ita ut nec aīa, una remaneret de semine eius. Propter quas causas, ēt in fine Psalmi dr, Tribū Ephraim nō elegit, sed tribū Iuda. Sic

E itaq; cōueniēter totus Israeliticus populus per Ephraim intelligitur. Verum qđ nos exposuimus fm similitudinē & comparationē, alii exponūt fm sensum historialem dicentes in hoc uersu significari q filii Israel, ob suā prauitatē, quantūlibet essent armati & periti rei bellicæ, terga tñ hostibus dederunt, & in prælio fuerunt superari, quoties per infidelitatē deserebāt dñm. Verū ista snīa nō satis huic loco vr opportuna, nisi forte dicamus, quod postea plixius dictorus est iā obiter præiudicasse. Alii uerò cladem illam
F intelligūt qua percussi sunt filii Israel cū cōtra Dei mādatum post murmurationē ascēderunt ad populum terrę promissionis dicente Moyse, & cōtestante eos, Nolite ascēdere, qm̄ non est dominus uobiscum, ne corruatis corā inimici uestris, pp quod, nec hi obedientes uoci domini cæsi sunt ab Amalechite & Chananæo, & in fugā turpiter conuersi. ¶ Versu 15. In campo Taneos: Primum illud est in hoc Psalmo aduertendum, qđ frequens admodum est eiusdē in eodē uersu repetitio, ita ut pars scđo, expositio fit partis
G prioris, qđ licet in aliis Psalmis frequēs sit, in hoc tñ specialius atq; frequētius usu ueni, itē & in aliis fere historialibus, qui posterius suo loco tñ exponentur. Cōsidera in hoc Psalmo, in ipso statim ingressu uersum primum Attendite populē meus legē meā, qđ est pars prima: & Inclinate autē uestrā in uerba oris mei, qđ est pars secunda, quātum abinuicem differunt: Minimum. Item uersu sexto, Et suscitauit testimoniū in Iacob, & legē posuit in Israel, utraq; pars eandē habet sententiā. Iterumq; uer. 13. Nō custodierunt
H testam Dei, & in lege eius noluerunt ambulare: Ac rursum uersu 31. Et pluit super eos sicut puluerē carnes, & sicut arenam maris uolatilia pēnata. Atq; ita per temetipsum cōsiderare poterit in reliquis. Ita ergo & i pposito uersu, idē esse dicimus qđ priori loco dicit terram Aegypti ac posteriori cāpum Thaneos, Tanis enim (teste Strabonē li. 17.) maxima i ostio, qđ Taniticū uocat, ciuitas fuit, cuius etiam meminerūt Tolomæus & reliqui Geographi fuitq; ciuitas regia Aegypti. Vñ apud Esa. c. 19 prīcipes Aegyptionū appellantur

Num. 14

Esaiæ. 19

lant principes Taneos. Stulti, inq, prin- A
Esa. 19. cipes Taneos, sapiētes cōsiliarii Pharao nis dederunt cōsiliū insipiens. Et iterum Stulti facti sūt principes Taneos, ab hac ergo ciuitate regia, nobili & insigni, tota Aegyptus accipit. Apellationē Quod aūt terra Aegypti campus dr̄, puto pp̄ fęcunditatē & pulchritudinē terræ sic eā fuisse
Gen. 13. appellatā, Vnde Gene. 13 vbi de separatione agitur Abrahæ & Loth, data optione Loth ab Abraham, legimus, ꝙ eleuatis oculis viderit omnem circa regionē Iordanis, quæ vniuersa irrigabatur antequam subuerteret dn̄s Sodomam & Go- B
Gen. 2. morrhā, sicut paradisus dn̄i, & sicut Aegyptus venientibus in Segor, vbi manifestē cernitur q̄ amœna terra habita fuerit Aegyptus, vt simul ēt cum paradiso mereat in comparationem adduci, fm speciem pulchritudinis & fœcunditatis, id quod ex nili habebat irrigatione, quemadmodū paradisus ex fonte qui ebulliebat in medio eius. ¶ Versu 27. 28. & 29. Et mandauit nubibus desuper, &c Et pluit manna, &c. Panē angelorū, &c. Hic interponitur miraculū mannæ, quasi simul factum cum miraculo datarū carnium, cū tamen C
Num. 11 ex historia libri Numerorū manifestissimè constet, multo antè filios Israel mānā vsos fuisse, q̄ tentatio ista & murmuratio pro carnibus fuisset exorta, imò occasionē sibi sumebant murmurationis ex ipso manna, dicentes, Nihil aliud vident oculi nostri, nisi man. Aīa nr̄a nauseat sup cibo isto leuissimo. Quod ergo hic ī narratione murmuris ꝓ carnibus interponit datio mannæ, non ita accipiendū est, quasi eodē tpe hæc contingerint, sed quasi ad exaggerationē malitiæ & peccati murmurantiū, interponit insigne be- D
neficiū quod antè iā acceperant, qm̄ vt e tali pane accepto de cœlis, absq; suo labore & molestia speciali miraculo angelorū ministerio formato, adhuc pro corruptibilibus vilibusq; carnibus murmur excitarent cōtra dn̄m. Notandū aūt pro versu 29. ꝙ vbi nos habemus, Panē angelorū manducauit homo, Chald. translatio habet, Cibū qui discendit de habitaculo angelorum, comederunt hoīes. Ex quo alia pōt accipi intelligentia ꝑter eā q̄ in Elucidatione posita est, de pane angelico ministerio formato. Quæ tn̄ expositio satis est uerisimilis, eo ꝙ soleat Deꝰ hmōi miracula ꝑ angelorum ministeria pficere. Vnde non est dissimile uerò, in hoc tā præclaro miraculo adfuisse ministerium angelicū. Paraph. autē Chald. iō angelorum indicat appellari cibum, qa nō de terra, sed desuꝑ descendit in terrā: quā ēt expositionē paucis in Elucidatione indicauimus, tametsi priorē ut ꝑcipuā pelegimus. ¶ Vers. 47. Nō sunt recordati manus eius, die qua redemit eos. Ad cōplēdum sniām nostræ huius lectionis necessariò subaudiendum verbum aliqd, cum quo ablatiuus die, iungat, hoc modo: Nō sunt recordati manus eius, quā ostēdit uel exhibuit die qua redemit .i. tpe liberationis eorum. Ex lectione tamē Græca similiter atq; Hebraica, posset per genitiuum uerti, absq; vllius uerbi subauditione, hoc modo, Nō sunt recordati manꝰ eius, diei qua redemit eos. Nā hoc pacto, non nisi repetēdum foret ex parte priori uerbum recordati sunt. Atq; ita sanè ex Hebræo verterunt Hieronymus ac Felix ¶ Versu 50. Misit ī eos Cynomyam, & comedit eos. Beatus Hieronymus locum ꝑsentē tractans in Epistola ad Sunniā & Fretelā, scribit in hunc modum, Cœnomia, nō ut Latini interꝑtati sunt, musca canina dr̄, ꝑ y Græcam literā κυνομύια, sed iuxta Hebraicam intelligentiā ꝑ œ diphtongum dēt, scribi, ut sit κοινομύια, i. omne genꝰ muscarum, sed Aquila πάμμυιαν, id est, omnimodā muscā interpretatus est. Hæc Hieronymus, veruntamen Græci codices omnes constantissimè & maxima consonantia etiā nunc cernuntur habere, κυνομύιαν, per y Græcum nō ꝑ œ diphtōgum. Et lectio Psalterii Romani apertè hēt muscā caninā. Quantum verò ad dictionē Hebraicā quæ hoc loco ponitur, arob, sciēdum est qd à diuersis diuersimodè redditur. Beatus. n. Hieronymus, & hoc in loco: & in Exodi historia, sæpius uertit oē genꝰ muscarum, uel muscā oīs generis. Felix in texto simpliciter muscā uertit: ad marginem antē dicit, omne genus muscarum & uolatilium pessimorum commixtum. Alius, turbā insectorum reddidit, alius mixtionē ferarum syluestrium, Alii uerò muscam,

muscā,venenatū dicunt significare. Alii E vetò dicunt vocabulū Hebraicum prædictū significare mixtionē. Vnde ereb p zere in prima, & segol in secunda significat diuersorum populorū cōmixtionē vt Exo. 12. Sed & vulgus promiscuū innumerabile descendit cum eis. Oēs omnium sententias recensuimus, vt videat lector, neutrā lectionem esse prorsus cōtēnendā, tametsi qd dicit Hieronymus de omnimoda musca, videaf probabilius, q̄ de musca canina, quantum ad Hebraicā attinet veritatē. ¶ Vers. 55. Viam fecit semitæ iræ suę. In Græco clarius F aliquanto dr, ὡδοποίησε τρίβον τῇ ὀργῇ αὐτοῦ: vbi qd apud nos dr per oratione, viā fecit, in Græco simplici vocabulo dr ὡδοποίησε quod significat viā facere, vel viā parare, estq; sensus, Viā præparauit, viā fecit, semitæ iræ suæ, vt sit semitæ casus datiui, quod clarius vertit Felix ex Hebræo, Dixerit semitam iræ suæ. Beatus aūt Hieronymus uertit. Minuit semitā furori suo, vsc vt nō cessaret nec declinaret ira ipsius, sed pergeret desæuire vsq; ad internitionē & mortē, q hacte nus tantū plagis circa mortē Aegyptios G afflixerat. Sic aūt dr hō parare viam suę iracundię, & semitā eius rectā facere atque dirigere, qñ illā decreuit ad plenum effundere, nec vltra cohibere, quemadmodum cōtrario, quoties ira cōpescit, discere cōmode possumus, viā illi vel illius semitæ seu cursui esse obstructam & impeditā, videlicet vt transire ad plenum non possit. Quod aūt in finē versus dr, Et iumenta eorū in morte conclusit, exponi pōt de plaga pestilentię, quę (ut scribitur Exodi nono capite) mortua fuerunt animantia Aegypti, peste à H Deo immissa. Cui aptè concordat, qd ex Hebræo vertit Hieronymus, Animantia eorum pesti tradidit. Et Felix Iumēta eorum in pestem conclusit. ¶ Versu 56. Et percussit oē primogenitū in terra Aegypti, primitias omnis laboris eorum Expositionis nostrę, quam in Elucidatione dedimus, p primitias laboris intelligentes primogenitos partu laboriosissimo editos, & primitias partus in quo est dolor maximus, attestaf versio Hieron. ex Hebræo quę sic hēt, Percussit omne pri-

Exod 9.

mogenitum ī terra Aegypti, principium partus in tabernaculis. Cham Cæterum q̄ habitationes Aegyptiorum tabernacula Chā appellanf, inde est, qm̄ filius Chā fuit, Mezraim (vt legitur decimo capitulo Genesi) à quo Aegyptii & nomē, sm Hebræorum appellationē, & originē ducunt. Nā Aegyptus, Hebræis appellaf Mezraim. ¶ Versu 71. Et excitatus est tāquā dormiens dominus, tanquam potēs crapulatus à vino. Huius lectionis assignatur duplex intelligentia. Secundum priorem, comparatur Deus hominis à somno exurgenti qui prius crapula uini fuerat obruptus, omnique virtute priuatus, & in somnum grauem vini uiolentia præcipitatus, quemadmodum accidere solet iis, qui nimio vino sese ingurgitarunt, qui postq̄ vino edormito, atque per somnum digesto euigilāt iterum viribus resumptis valentes fiunt. Quam expositionem indicat Elucidatio, & confirmat versio beati Hieron. ex Hebræo q̄ sic hēt, Et euigilaui quasi dormiens dñs, quasi fortis post crapulā uini, quod alius quidam paraphrasticè ita ex Hebræo explicauit, tanquam vir qui excusso sapore vini vociferatur. Secundum verò intelligentiam alteram cōparationē facimus cum homine vino inebriato, verum non ita vt ei vires ob hoc deficiant, sed potius vt ei vires accrescāt & animus. Frequenter.n. euenit, imò familiare est, vt ii qui ante gustatum vinum sobrii tristēes paticeuiā mōstrāt, mox vbi vino fuerit accensi, exurgāt ad vindictā. Nā (vt scire quidā gentilium dixit) vina parant animos, ac pauperem etiam faciunt cornua sumere. Atque huic intelligentiæ cōsonat, quod habet versio Felicis, Et excitatus ē, vel surrexit, tanquam dormiens dominus, velut potens exul ans præ vino, aut exultās à vino, vel quadā exultatione cātans vel vociferans ¶ Versu 72 Et percussit inimicos suos in posteriora. Cald. Paraph. sic habet, Et percussit infestos eis uel molestantes eos, hæmorrhoidibus, in posteriora. Historia uerò ex primo libro Regum est manifestissima de plaga Philistinorum in secretiori parte natium, & quomodo ad euasionem pœnæ, annos aureos

Gen. 10.

1. Reg. 5

1. Reg. 6

aureos ex diuinorum consilio fecerunt, A gratia placandi Dominum, quod certè in maximam illis incredulis cessit confusionem. Alioqui nisi tam esset manifesta historia, potuisset sermo secundum similitudinem accipi, ut in posteriora percutere idem intelligeretur, quod ultione aliqua & punitione castigare, maxime cum confusione & opprobrio: sumpta à pueris cõparatione, qui cum prauè quid egerint, in posteriora cæduntur, quod illis in magnam apud coætaneos cedit confusionẽ. Posset itaque commode per hanc in posteriora percussionem, ignominiosa illa B Dei punitio significari Versu 75. In terra quam fundauit in sæcula. Elucidatio triplicem indicat intelligentiam, Quod autem secundo loco dicitur, de firmitate & stabilitate Ecclesiæ, quæ est uera Iudæa, uerisimilius uidetur, maximeque ex intentione Prophetæ: qui semper in finem Christum respiciebat, quoties de uenturis faceret sermonem. ¶ Versu 76. De post fœtantes accepit eum. Sermo iste, Latinis admodum infrequens est, uidelicet coniungendo duas præpositiones adinuicem, absq; cõiunctione media, Interpres C tamen proprietatem sermonis (quæ & in Hebræo & in Græco sic reperitur) maluit similiter retinere, quàm sermonis formã mutando, à proprietate originalis lectionis abscedere. Beatus tamen Hierony. Ex Hebræo uertens, mutat hãc loquendi formam. Sic enim legit.: Tulit eum de gregibus ouium, sequentem fœtas adduxit eũ. Et Felix, Ab insequendo effœtas adduxit illum: uel de post fœtantes adduxit. Sententia difficultatem nullam habet, nisi forté quis interroget, quur specialiter dicat de post fœtantes acceptus. Nonne enim æque sequebatur post ouiculas omnes, totius pastor gregis, etiam eas quæ fœtæ non erant? Facilè uerò per se quilibet intelligit, hoc ideo dictum fuisse, qđ fœtarum ouium specialem curam gerant pastores, ne quid aduersi eis accidat, utque partum obseruent, si nondum pepererunt aut si partu sunt liberæ, ut agniculis teneris impendant sollicitudinem. Vnde & apud Esaiam, ubi de Christi (ut ita loquar) pastoratu fit mentio, singularis etiã fœtarum cura exprimitur. Sic enim legimus, Leuabit agnos in sinu suo, fœtas ipse portabit. Esa. 40.

## LXXVIII. PSALMI ARGVMENTVM.

*Psalmus iste lamentatio est fidelis populi, in maxima desolatione & dissipatione constituti, veluti in eo statu, in quo erant sub illustri Antiocho Vnde primi Machabæorum septimo, huius Psalmi uersus tertius adducitur, tanquam in illo tempore impletus. Et omnibus historiam Machabæorum memoria tenentibus perspicuum est, si unquam aliàs, tunc maximè fuisse omnia quæ in Psalmo isto dicuntur impleta. Itaque, secundum historialem hanc sententiam, querimoniam proponit populus domini in angustia huiusmodi positus aduersum gentium nationes, à quibus patiebantur grauia, quorum & crudelitatem ipso statim Psalmi initio commemorat usque ad versum quintum, unde Deum precatur finem facere iracundiæ aduersus populũ suum, eamque potius in alienigenas & incredulas nationes sanctorum impios oppressores effundere, orans Deum non recordari peccata populi sui preterita, sed afflictis nimium, largiri potius misericordiam & in misericordia opportunum auxilium, ipsis suis persequutoribus reddita vltione, pro gloria nominis sui, vt desinant blasphemare Deum, & populum eius conculcare, promittens Deo liberatori populi sui pro gratiarum actione, confessionem laudis æternã. Aptissimè autem hic Psalmus applicari poterit fideli populo sub lege noua, ab exteris nationibus patienti grauia, quemadmodum nostris temporibus, per singulos ferè annos solet accidere. Plenissimè autem adimplebuntur hæc omnia tempore persequutionis illius grauissimæ, quam Antichristus ille impius suscitabit aduersus Ecclesiam Dei, & omnes electos eius.*

LXXVIII. PSAL. ELVCID. E

*EVS venerunt gentes in hæreditatem tuam:*

Deus gentes idololatræ, nationes barbaræ & incredulæ, in quibus non est fides, neque scientia nominis tui, animo hostili venerunt in hæreditatem tuam, armorum uirtute obtinuerũt populum tuum, & ciuitates nostras ut uictores occupauerunt:

** & polluerunt templum sanctum tuum:* templũ sanctũ tuũ, qđ in nobis erat tuo cultui deputatum, ipsi coinquinauerũt abominationibus suis, quas fecerũt in eo, itẽ & uasa oĩa quæ in ministeriũ templi & sacrificiorũ exhibitionẽ fuerant Deo cõsecrata, polluerunt, vsibus prophanis ea deputantes, aut certè idolorum cultibus:

** posuerũt Hierusalẽ in pomorũ custodiam.* denique ciuitatẽ tuã electã Hierusalẽ (quã elegisti tibi ex omnibus locis ad inhabitationẽ) similem fecerunt tugurio extructo ad pomorum custodiã, sicut umbraculum in uinea, aut tugutiũ in cucumerario, quæ post fructus decerptos deserũtur, aut deserta per semetipsa collabũtur.

Esa. 1. Ita n. pene deserta facta est ciuitas tua sãcta, multis interfectis, plurimisq; in captiuitatẽ abductis, sed eiq; iã sola, & quasi uidua ac derelicta, secundum comparationem multitudinis eorum a quibus antè fuit inhabitata.

*2 Posuerunt morticina seruorum tuorum escas uolatilibus cæli:*

Threni 4. Tantam aũt in populũ tuũ exercuerunt tyrãnidẽ, ut nec sepulturæ tradere, uolucrint, nec tradi pmisetint corpora interfectorũ, sed morticina siue cadauera eorum dederunt in cibum auibus quæ uolitant in aere:

** carnes sanctorum tuorum bestiis terræ.* corpora seruorũ tuorũ posuerunt in escã bestijs terræ, insepulta & inhumata relinquentes in plateis atq; in agris corpora eorum, ita vt venientes aues cęli & bestiæ terræ, eorum carnes manducarent.

*3 Effuderunt sanguinem ipsorum tanquam aquam in circuitu Hierusalem:*

Effunderunt sanguinẽ seruorũ tuorũ undiq; p circuitũ ciuitatis tuæ Hierusalẽ, tanquam aquam, in abundãtiã maxima, vt flueret tanquã riui sanguinis, nec amplitori tãgebãtur misericordia sæuissimi hostes sup effusione sanguinis, q̃ si effudissent aquam pro sanguine:

** & non erat qui sepeliret.*

& nõ erat q interfectis sepulturæ impẽderet obsequium, tum pp nimiã interfectorum multitudinẽ & remanẽtium paucitatẽ, tum pp hostium metum, q nõ patiebantur sepulturæ tradi peremptorum cadauera, sed in plateis ea iacere uoluerunt & in agris, ad terrorem cęterorum, & suæ gloriæ ostentationem.

F *4 Facti sumus opprobriũ uicinis nostris, subsannatio et illusio ijs qui in circuitu nostro sũt.*

Facti sumus in opprobriũ & irrisionẽ vicinis nr̃is, ita vt nos subsannẽt, irrideãt, ɔtẽnant atq; ludibrio habeant alienigenæ nationes, quæ in circuitu nostra habitant, gaudẽtes in afflictionibus nostris & cum gaudio nobis exprobrantes.

*5 Vsquequo domine irasceris in finem?*

Tu verò Dñe (à cuius uoluntate toti pẽdemus, de cuius manu oẽm hãc punitionem suscepimus, scientes quod non nisi

G tua ꝓuida pmissione ista nobis euenĩãt) quousq; tandem iram hanc tuam sines perdurare aduersum nos?

** accendetur uelut ignis zelus tuus.*

quandiu patieris indignationẽ hãc exæstuare & flagrare ɔtra nos, ad modũ ignis cõtinuo gliscentis, vorãtisq; oĩa, ac sese continua uoratione augmentantis?

*6 Effunde iram tuam in gentes quæ te non nouerunt:*

Vtinã pijssimẽ pater, uel nunc tãde relaxares à nobis vltricẽ manum tuã, & ꝓpitius factus populo tuo in illas potius gẽtes vim brachij tui extenderes, quæ te nõ

H agnoscunt, quæ tibi non credunt:

** & in regna quæ nomen tuum non inuocauerunt:*

& in regna incredula, barbarasq; nationes, in quibus idololatria uiget, & nulla est cognitio nominis tui, quæ te nõ adorant, non colunt, non inuocant: utinam aduersum huiusmodi magis cõuerias potentiã tuã, & manum tuã sup illos aggraues, quẽadmodum olim fecisse te cognouimus. populum aũt te agnoscẽtẽ, te vni cum colentẽ, solita benignitate aspicias.

Quia

7 *Quia comederunt Iacob:*
Admodum verò iustè hæc illis præstare
Exod.10 poterit ultio tua, propterea quod populũ
tuum Israeliticum, quem tu tibi in pecu
lium elegisti ex omnibus gentibus, ipsi
penitus cōsumpserunt, & velut exossaue
runt atque commanducauerunt:
* *& locum eius desolauerunt.*
& locum habitationis eius desolatum fe
cerunt absque omni gloria, absq; omni
gaudio, absque habitatorum multitudi
ne, aliis gladio & igni trucidatis: aliis in
captiuitatē abductis, omnibus uerò spo
liatis & miserè cōturbatis, ac consterna-
tis animo.
8 *Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum:*
Ne aspicias dñe ad peccata nostra anti-
qua, quibus in generationibus præceden
tibus à diebus antiquis te frequenter ni
mium irritauerunt & exacerbauerunt pa
tres nostri, quorum nunc iniqtates, tuo
iusto, licet occulto, iudicio portamus: ne
que ēt ꝓprias nostras iniquitates, quas
in prioribus annis à te declinantes com
misimus, aspicias:
* *cito anticipent nos misericordiæ uæ.*
potius autē nos præueniant magnæ &
multæ miseratiōnes tuæ, potius memor
esto solitæ misericordiæ tuæ, vt per eam
nobis parcas, qbus per iustitiā nō alius
competit quàm uindicta:
* *quia pauperes facti sumus nimis.*
vere n. iam humiliati sumus, afflicti, & at
tenuati valde, nimiumq; contempti, abie
cti & miseri facti sumus, ita ut in exēplū
simus & ī opprobriū, cūctis nationibus.
9 *Adiuua nos Deus salutaris noster, & pro pter gloriam nominis tui domine libera nos:*
Mitte uerò in tāta humilitate positis no-
bis auxilium de tribulatione, ò Deus Sal
uator nr̄, nostra sal' unica, & libera nos
de manibus inimicorum nostrorū pro-
pter honorem & gloriam nominis tui:
* *& propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.*
& peccatis nostris patrumq; nostrorum
exhibeto te ꝓpitiū, ut vltionem miseri-
corditer remittas, sm iustitiam debitam,
propter tui nominis gloriam. Erit enim
magna in hoc tui nominis & tuæ poten
tiæ glorificatio, si populum tuum de Ini
A micorum opprimentium manibus libe
raueris, ipsos aūt oppressores iusto tuo
iudicio, digna ultione fueris persequut'.
10 *Ne forte dicāt in gētibus, ubi est Deus eorum?*
Ita fac nobiscū Domine misericorditer,
ut nō dicāt in nationibus incredulis, vbi
est Deus illorū? quur illos non saluat de
manibus nostris? quare non defendit (si
potens est ut ꝑdicatur) populū suū, à quo
colitur? ut non sic blasphemetur propter
nos nomen sanctum tuum:
* *innotescat in nationibus corā oculis nr̄is.*
B potius verò innotescat, manifesta fiat, &
palam se exhibeat inter nationes incre-
dulas, nobis aspicientibus, ultio tua:
11 *Vltio sanguinis seruorum tuorum, qui effusus est:*
Vltio inquā, & uindicta sanguinis seruo
rū tuorum, qui crudelissimē ab hostibus
illis absq; oī misericordia effusus est: ma-
nifesta (inquam) fiat hæc ultio contra ini
micos coram oculis nostris, nobis uidē-
tibus, itemq; & cunctis per circuitum na
tionibus, ut desinant blasphemare, cum
manifestam cōspexerint ultionem ma-
C nus tuæ, neq; ultra dicant irridentes, ubi
est Deus eorum? cum te in pondere uin
dictæ tuæ præsentem persenserint:
* *introeat ī cō spectu tuo gemitus cōpeditorū.*
ad quā rem ut flectaris facilius, attēde ob
secramus, pro oculo ad gemitus eorum
q adhuc forte relicti sunt de tanta clade
populi, qui nunc in grauissima captiuita
te ex intimis cordis affectibus ad te emit
tūt gemitus atq; suspiria, ne hunc gemi-
tū repellas, ne auerseris, ne abijcias igni-
ta & doloris plena suspiria, quin potius
ita ad te introeant, ita à te excipiantur, vt
D ab illis flecti te patiaris.
12 *Secundum magnitudinem brachij tui posside filios mortificatorum.*
Et licet iam patres gladio absumpti sint,
nec de his ad uitam reuocandis, spes ali
qua nobis sit, usque in diem resuscitatio
nis nouissimę: attamen pro reliquijs po
puli tui, pro filijs interfectorum & mor-
te crudeli in manu hostium absumpto-
rum, te deprecamur, ut secundum magni
tudinem brachij tui, secundum infini-
tam potentię tuę magnitudinem, adij-
cias animum ad possidendum reliquias
istas

istas pauculas, filios interfectorũ illorũ, nos pauperes seruos tuos, q tuo munere de tãta clade sumus supstites, & reliquiç pauculæ de tã ingẽti populo residuæ. Attende quoq; ad orphanos & pupillos relictos in populo tuo, ex parentũ nece, &
Exod. 9. solita tua miseratione patrem te illis exhibe: quoniam pater es orphanorum, & pupillorum adiutor.

13 *Et redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum:*

Vicinis autem nostris, id est gẽtibus idololatris, quæ sunt in circuitu nostro, quç nobis omnis nostræ calamitatis fuerunt F
Psal. 67. authores, sm iustitiç tuç æquitatem & ordinationem, redde punitionem condignam & ultionem perfectam (cuiusmodi est septupla punitio) in sinu eorũ, in retributionem videlicet & præmiũ eorum, quæ crudeliter egerunt in populum tuũ, & in sanctum nomen tuum:

* *improperium ipsorum quod exprobrauerũt tibi Domine.*

redde (inquã) illis sm, uel propter improperia ipsorum, quibus exprobrauerũt tibi Domine pp contemptum, ignominiã & opprobria, qbus (partim verbis, te blasphemando, partim factis, tua sancta con G culcando, & omnia prophanando) tibi fuerunt iniurij & contumeliosi.

14 *Nos autẽ populus tuus & oues pascuæ tuæ confitebimur tibi in seculum.*

Nos autẽ, q sumus populus tuus & oues pascuæ tuæ, qui aliũ præter te Deum nõ colimus, q alium præter te pastorẽ & rectorem ignoramus, qui nostram omnẽ spem & solicitudinẽ in te proijcimus, & à te pasci sp, regi, & gubernari optamus, dabimus tibi confessionem laudis & gratiarum actionis, in sempiternum.

15 *In generatione & generationem, annunciabimus laudem tuam.* H

Annũciabimusq; & prædicabimus laudes tuas in oẽs generationes, & in omnia sęcula imperpetuum, cum tu nobis liberationis postulatæ pro tua bona uolũtate præstiteris beneficium. In aduersis quoque & prosperis, quicquid tandẽ tibi de nobis placitum fuerit disponere, semper læti seruiemus tibi, & in gratiarum actione perseuerabimus semper in patiẽtia præstolantes salutare tuum.

ANNOT. IN PSAL. LXXVIII.

Versu 1. Deus, uenerũt gentes in hæreditatẽ tuã. Cũ Psalmũ hũc volumus nobis orationis formam efficere cõtra insultus Turcarũ, aliarumq; infideliũ nationum, nõ alia re opus est, q̃ ut p Hierusalẽ hæreditatẽ dñi, & populum eius intelligamus sanctam Ecclesiam, quæ est Hierusalem vera, vtpote cuius prior illa erat tm̃ figura. Habet aũt Psalm' iste ferè argumentum cõe cum Psalmo 63. maximè quantum ad initium. Vterque. n. à querimonia incipit, & hostium crudelitatem depingit, Attamen in hoc Psalmo nulla fit præteritorum Dei beneficiorũ specialis commemoratio, sed in supplicatione & gratiarum actione finitur. Ille verò, circiter medium, aliquot Dei beneficia populo olim exhibita singulatiter narrat, ac deinde orando & gratias agendo, ut hic præsens, concludit. Videtur insuper pręsens hic Psalmus maioris calamitatis, quàm prior ille, facere mentionẽ: vt ille magis uideatur tpi captiuitatis Babilonicæ conuenire, hic uerò potius persequutioni sęuissimç illustris Antiochi. ¶ Versu eodẽ, Posuerũt Hierusalẽ in pomorũ custodiã: Significat nõ aliud quã desolatio ciuitatis olim celeberrimę. Dicitur. n. pomorum custodia, tugutiũ, vel domuncula ad custodiam pomorum extructa, quẽadmodum in uineis fieri soletq; quę uel destruitur, uel deperit atque collabi pmittitur, facta absq, habitatore, ubi fructus fuerint collecti. Eodem hoc modo loquẽdi usus est Esaias, primo capite suæ Prophetiæ, in prædicẽdo desolationẽ populi. Sic. n. ait, Terra vestra deserta, ciuitates vestræ succensæ sunt igni, Regionẽ uestrã corã uobis alieni deuorãt, & desolabitur sicut in uastitate hostili Et derelinquetur filia Sion, ut umbraculũ in uinea, & sicut tugurium in cucumerario, & sicut ciuitas q̃ vastatur ¶ Versu 8. Ne memineris iniquitatum nostrarũ antiquarum. Exposuimus in Elucidatione principaliter de peccatis patrum, qui pręcesserunt. Cui consentit quod hẽt Chal. Paraph. Ne cõmemores uobis iniquitates nostras, qbus deliquim' à principio. Vnde & Hieremias in Threnis plorãs, ait, Recordare Esaiæ. 1. Thren. 5

A Recordare, domine, quid acciderit nobis Patres nostri peccauerunt, & non sunt: & nos iniquitates eorum portauimus. Et
Tob 3. sanctus Thobias, Et nunc domine (inquit) memor esto mei, & ne uindictam sumas de peccatis meis, neq; reminiscaris delicta mea, uel parentum meorũ. Nã ꝓ parẽtũ peccatis puniri filios manifestũ est ex
Exod. 20 plerisq; scripturarum locis, id quod aperte ipsemet dominus contestatur legem ferens, ego inquit, sum dominus Deus tuus, fortis, zelotes, uisitans iniquitates patrum in filios, in tertiam & quartã generationem, eorum qui oderũt me, & fa
B ciens misericordiam in milia, his qui diligunt me, & custodiũt mandata mea. Verũtamẽ sub iniquitatibus antiquis possumus itelligere et peccata propria, citatẽ minori patrata, delicta uidelicet adolescentię, de quibus in alio Psalmo dr̃,
Psal. 23. Delicta iuuentutis meæ & ignorãtias meas ne meminerit. Pro eo aũt qđ habet nr̃a lectio, Cito anticipẽt nos misericordię tuæ beatus Hieronymus uertit, Cito occupent nos misericordiæ tuæ, quia attenuati sumus nimis. Et Fœlix, Festina, præueniãt nos miserationes tuæ, qm̃ pauperes uel attenuati sumus nimis, quæ eandẽ habet intelligentiam. ¶ Versu 10. Et innotescat in natiõib. corã oculis nostris. Quomodo in aliis aliquot locis ita & hoc in loco faciendũ est, uidelicet vt finẽ huius uersus cum principio sequentis connectamus, ad cõplẽdũ sententiam, hoc modo: Et innotescat in nationibus: corã oculis nostris ultio sanguinis seruorũ tuorũ qui effusus est. Nomẽ.n. ultio, qđ ponit in uersu undecimo, suppositũ esse debet uerbi innotescat, qđ in præcedenti uersu locũ habet. Quam connexionem manifeste cernuntur habere exẽplaria Græca, itemq; uersio Hieronymi ex Hebræo, quæ sic habet, Nota fiat in gentibus ante oculos nostros ultio sanguinis seruorũ tuorũ, qui effusus est. Sic & Paraphrasis Chaldaica: Manifestet ĩ populis, ut uideamus ipsi ultionem sanguinis seruorum tuorum, qui effusus est.

## LXXIX. PSALMI ARGVMENTVM.

*Psalmus hic eiusdem fere argumenti est cum præcedenti. Postulatur namque in eo omnipotentis Dei auxiliũ contra aduersantium nimias oppressiones, & ut efficacior sit postulantium oratio, uetus Dei beneficium erga populum suum proponit, sub uinea similitudine exprimẽs, quõ olim gloriosè eductum de Aegypto transtulerit, in promissionis terram, ibiq; multiplicauerit & glorificauerit super omnes per circuitum nationes, cui nunc in prædam fiat omnibus hostibus per circuitum, quemadmodum uinea, ubi diruta fuerit maceria, ab omnibus transeuntibus cõculcatur, atque etiam à bestiis agrorum & syluarum effoditur, dissipatur, atq; exterminatur. Propter quod, uersu decimoquinto ac deinceps, Deus oratur, ne uineam suã tam gloriosè olim plantatam, prorsus deserat sed ut conuersus perficiat quod cœpit in uinea sua, inimicis fugatis, atque ad nihilum redactis. Vbi ex temporali saluatione & reparatione hæreditatis (ut alias frequenter solent sancti Prophetæ) transiens Psalmista ad spiritualem generis humani liberationem, Messiæ meminit & aduentus eius. quem utrum dexteræ Dei, & filium hominis appellat, nimirum secundum diuinam naturam, uerum & consubstantialem patri Deum & secundum humanam, uerum hominem natum de homine postulans, ut per hunc restituantur in suo tempore omnia, & salus ueniat humano generi, ut per eum fideles instructi & saluati imperpetuum in eius cultu in sancta Ecclesia persistant. Itaque Psalmus iste, qui secundum suum initium atque etiam consequentem decursum, non uĩ nisi temporalem liberationem postulare, in fine tandem spiritualem spectat, ueramq; & potissimam liberationem sine qua nihil est omnis saluatio temporalis. Neque uerò hoc uideri poterit inconueniens, illis qui in sacris prophetarũ uaticiniis uel sobriè sunt uersati. Est enim iste tẽporalibus ad spirituales à singularibus ad uera transitus, in illis frequentissimus. Atque hac etiam de causa arbitror ego in titulo huius Psalmi præscriptum esse (iuxta communem Græcorum atq; Latinorum lectionem) in finem pro iis qui commutabuntur, quos in Psalmo 44 diximus esse populũ fidelem nouæ legis. Ad hos enim finis Psalmi & præcipua spectat intentio. Aut (si iuxta Hebraicam lectionẽ) pro liliis, quod diximus in eandem conuenienter intelligi significationem. Sunt.n. lilia, animę fideliũ in sancta Ecclesia, quos huius Psalmi finis & nouissima intentio (ut diximus) respicit*

LXXIX.

LXXIX. PSALMI ELVCID. E

*V I regis Israel intende:* Magne Deus, pastor, gubernator, & rector fidelis populi tui, attende ad gemitus & orationes nostras, quas fundimus ante conspectum tuum:

* *qui deducis uelut ouem Ioseph.*

tu qui in bonitate tua ducem te præbes populo tuo quemadmodum pastor deducit oues, ante eas gradiens, ad ducatum itineris, eisq; defensionem præbens ab F omnibus nocere uolentibus, & salutaria uitæ pascua commonstrans, quemadmodum pastor ante oues graditur, defenditque eas, & bona deducit in pascua.

2 *Qui sedes super Cherubim:*

Tu domine qui in maiestate tua secundũ magnificẽtiam gloriæ tuę sedem habes in summis beatorum spũm, in cuius signũ & testimonium ueritatis, super propiciatorium quondam elegisti sedẽ tuã: inter duo Cherubim, alis suis obũbrãtia propiciatorium arcæ, unde responsa dabas, teq; populo tuo præsentẽ mõstrabas: G

* *manifestare coram Ephraim, Beniamin, & Manasse.*

ueni (inquam) de sublimi sede tua, & manifestũ te fac, præsentẽq; exhibe, in ostensione gloriæ tuæ, in conspectu oĩs populi tui, coram oĩbus te colẽtibus. Ephraim uidelicet, Beniamin & Manasse, ubicunque locorum, & in quacunq; tandẽ forte consistant.

3 *Excita potentiam tuam, & ueni: ut saluos facias nos.*

In suscitatione potentiæ tuæ, in ostensionem omnipotentis uirtutis tuę ueni & H accede ad nos, ut de malis maximis & pessima inimicorum tyrannide quibus premimur, saluos facias nos. Tu enim unus es, q nos possis omnipotenti tua uirtute saluos facere ab oĩbus malis nr̃is, nec ꝑter te est, siue in cęlo siue in terra, alius.

4 *Deus conuerte nos:*

Tu nos domine, ad te conuertere, ut totã mentem totumq; affectum & quicquid ĩ nobis est, ad te ualeamus cõuertere, quo ad pcipiẽda tua beneficia simus idonei. Si n. tu ꝯuertas nos, ꝯuertemur ad te:

* *& ostende faciem tuam, & salui erimus.*

uultumq; tuum benignum & amicum aspectũ, quo in filios tuos soles aspicere, conuertere ad nos, & ostẽde nobis te placabilem iterum conuersus ad nos, & te respiciente, te miserente, salui erimus. Solus enim respectus misericordię tuę salutem præstat miseris, quacunque oppressis calamitate.

5 *Domine Deus uirtutum quousq; irasceris super orationem serui tui?*

Quousque uerò tu, ò domine Deus angelicorum exercituum, & omnium uirtutũ omniũq; fortitudinis dominator, quasi iratum te demonstrabis precibus seruorum tuorum, quousque uultum auertes, quamdiu uelut obsurdesces ad clamorẽ nostrum? quamdiu exaudire differes, nec imples quæ postulamus? Ecce multum iã tempus est, quòd in afflictione humilitatis nostrę perseueramus, quòd perstamus in orationibus clamantes ad te, nec sentimus auxilium.

6 *Cibabis nos pane lachrymarum, & potum dabis nobis in lachrymis, in mensura.*

Comedere nos facies in dolore & lachrymis panem nostrum, & potum misces nobis cum dolore ac lachrymis, in mensura maxima, & nimirum abundanter. Nã ꝑpter nimiam miseriã, quæ tua permissione super nos uenit, etiam ipsa corporis refectio (quæ solet oblectationem afferre) dolorem habet atq; tristitiam, nec ulla omnino res est corporalis, in qua nobis ulla possit esse oblectatio.

7 *Posuisti nos in contradictionem uicinis nostris.*

Permisisti nos fieri gentibus q̃ sunt p circuitum nostrum, in contradictionem atque contentionem, ita ut de nobis inter sese ipsi certarẽt & cõtẽderent adinuicẽ, singulis nos sibi in seruitutem rapere festinantibus, ita ut nunc hic populus, nũc ille, nostri occuparet dominium:

* *& inimici nostri subsannauerunt nos.*

& aduersarii nostri infideles habitantes per circuitum, uidentes nos ita à te derelinqui, ita in prędam hostibus dari, turpiter contempserunt, & irriserunt nos.

8 *Deus uirtutum conuerte nos:*

Tu uerò domine Deus cœlestiũ exercituum & oĩs uirtutis atq; fortitudinis au

thor,

thor, gratiæ tuæ operatione nos ad te A conuertere:

* *& ostende faciem tuam & salui erimus.*
& faciẽ tuã benignus exhibe nobis, quã nunc videris à nobis tenere auersam; iterũ nos tuo placabili vultu ad cõmiserationẽ aspicias, & salui fiemus ab oĩbus angustiis & necessitatibus nostris. Quo.n. tu benignè aspicis, & faciẽ dirigis, nõ põt illuc non venire salus & oẽ bonũ: quẽad modũ vbi corporeus sol aspectũ sui luminis dirigit, mortua viuificantur omnia.

9 *Vineam de Aegypto transtulisti:*
Quo verò sis ad miserendũ pronior, faci B liusq; tuã potentiã nostra flectat oratio, recordare dñe, quanta olim gloria & dignitate tuum populum præeminere fecisti oĩbus, qñ patres nostros filios Israel,
Deut 4. populũ illum Israeliticum eduxisti de Aegypto, de domo seruitutis & fornace ferrea, ad modũ agricolæ qui vineã de loco incõmodo transfert sua diligentia ad locũ alium, cõmodiorẽ, quẽ voluerit. Ita.n. tu velut agricola bonus, populũ illũ (qui in modum vineæ, late alteq; suos ramos emiserat, & in maximã multitudinẽ excreuerat) de Aegypto, loco afflictionis & la- C boris, voluisti transferre:

* *eiecisti gentes, & plantasti eam.*
atq; vt hanc de terra Aegypti euulsam vineã in loco plãtares lacte & melle manãte, in terra cõmodissima atq; delicatissima pro qua iuraueras patribus eorũ, eiecisti gentes septẽ fortissimas ante conspectũ eorũ, Eueum, Iebusæum, Gergezeum, Aethæum, Amorræum, Chananæum, & Pherezæum: illisq; tua potentia eiectis, in loco illorũ firmiter radices agere & securè habitare fecisti populũ tuũ, atq; in eo filios ac filias progignere, & animalia nu D trire, domos habitationesq; ædificare.

10 *Dux itineris fuisti in conspectu eius:*
Exhibuisti te ducẽ itineris ante faciẽ po
Exod.13 puli tui, & cum de Aegypto eos educeres
Exod.13 in mirabilibus ostentis tuis, & cũ in de-
& 33. serto in columna nubis per diẽ, & columna ignis per noctẽ, graderetis ante eos, ac postremò cũ præmitteres ante eos angelum tuum in terrã, quã dare volebas eis, vt gentes fortissimas terrã incolentes eiiceret ante faciẽ eorum, vt absq; labore acciperent repromissam terram:

* *& plãtasti radices eius, & impleuit terrã:*
tuq; ipse plãtasti, & firmasti radices eius, dans ei firmã & securam habitationem in terra illa, & vinea ista impleuit terram vniuersam, quam accepit in possessionẽ. Creuit enim populus valde, & inhabita- 2.Re.17.
uerunt terram in multitudine maxima, à Dan vsq; Bersabeæ, sicut arena quæ est in littore maris.

11 *Operuit montes vmbra eius:*
Ad tantã aũt excreuit celsitudinẽ, tã in sublime ascendit vinea ista, vt sub vmbra 3.Reg.4.
eius requiescerent & absconderentur ẽt mõtes excelsi, ita vt multis regnis & principatibus per circuitum imperaret, emineretq; gloriosior, omnibus per circuitum munera offerentibus, & amicitiam ac fœdera postulantibus:

* *& arbusta eius cedros Dei:*
& palmites eius ac germina, q̃ de hac vinea exorta sunt, gloriosa facta sunt & alta nimis, super cedros electissimas & altissimas: cuiusmodi nimirum fuerunt Dauid, Salomon, Ezechias, & alii nonnulli, qui tam sanctitate quàm potentia & gloria regni, cunctis præeminebant regnis per circuitum.

12 *Extendit palmites suos vsq; ad mare, & vsq; ad flumen propagines eius:*
Dilatata quoq; est vinea ista, & palmites suos extendit, vsq; ad mediterraneũ mare Philistinorũ ex parte vna: & vsq; ad fluuiũ Euphratẽ, ex parte altera extẽdit suas ppagines. Creuit.n. populus iste vehemẽter ex tuo munere & dilatauit terminos suos donec tu cũ eo esses: & dominabat oĩbus per circuitum, nec erat ex oĩbus regnis illis, quod super hanc vineam posset conscendere, vt ipsam opprimeret.

13 *Vt quid destruxisti maceriã eius, & vindemiant eam oẽs qui prætergrediuntur viã?*
Tunc quidẽ ita floruit, ita dilatata fuit, ita præcelluit vinea tua. Nunc verò ecce tota desolata & miserabilis apparet, similis facta vineæ cuius diruta est & deiecta maceria, ita vt omnes pertranseuntes per viam pro suo libito absq; obstaculo & resistentia possint in eã ingredi, & ex ea decerpere, eamq; confringere ac destruere, quisq; pro suo placito, nullo prohibente, nullo reclamante. Ita profecto factus est nunc populus tuus, posteaquam

tuæ ptectionis custodia(q illi pro muro
sp fuit subtracta est oīum qui commorātur per circuitum inimicorum direptioni expositus, neq; est qui excludat illorū impetum atq; potentiam, postea quam tu manum abstrais à protectione.

14 *Exterminauit eam aper de sylua:*
Quemadmodū vineā maceria diruta oībus patentem, apri syluestres de syluis egredientes, & feræ aliæ quælibet demoliuntur & dissipant, ita nos quoq; populum tuū beneficio tuæ protectionis priuatos, infideles & incredulç nationes per circuitum (tanquā syluestres apri sordidi & immundi, in cōcupiscentiis suis, & pp vagum infidelitatis errorem quasi in sylua vagabundi) exterminant & opprimunt grauissime.

* *& singularis ferus depastus est eam.*
& iidem ipsi sicut feræ deserti, sicut bestię solitariæ, feræ solitudinis, alieni à domo Dei (quæ est Ecclesia) depascuntur & consumunt nos.

15 *Deus virtutum conuertere: respice de cęlo, & vide:*
O potentissime dn̄e Deus virtutum, conuertere iterum ad nos, qui nunc aduersus videris, & benignos tuę misericordię oculos rursum ad nos conuerte: & vide pio compassionis affectu, vt opem feras, prębeasq; auxilium:

* *& visita vineam istam*
& veni ad visitandum vineā tuā istā; vt quā olim tanta diligentia plantasti, atq; in tanta exaltasti gloria, non ita nunc sinas ab hostibus cōculcari, sed eam de manibus conculcantium & diripentium potius excutias, & tuę protectionis maceria, velut olim circundes atq; custodias.

16 *Et perfice eā quā plantauit dextera tua:*
Et quā olim tua oīpotens dextera plantauit de Aegypto trāslatā, eā nunc quoq; dignanter promoue, benignè dirige, guberna, tuere, defende, & perfectam redde.

* *& super filiū hoīs, quē confirmasti tibi.*
cōuertere quoq; respice, & vide super filium hoīs, super Messiā tuum, attēde in faciē Chri tui, quē de hoīe humanā facies assumere naturā, quē tibi cōfirmasti, quē firmissimo consilio prædestinasti, & decreuisti de hac vinea nascituram: quem etiam constabiliuisti vt coram te vna cum suis viuat, ac regnet in æternum: quem ēt plenitudine spiritus tui corroborabis absq; mensura, & fortem facies ad debellandum diabolum, & subuertendum regnum eius: vel propter hunc, qui de vinea ista nasciturus est, populum tuū non prorsus deleas, non penitus conculcari permittas, sed vel reliquiæ salux fiāt de quibus ille procedat:

17 *Incensa igni & suffosa:*
Est quidē iam igni succensa & subuersa vinea ista tua, est quidē nunc miserè dilaniata, fœde conculcata, & ferè ad nihilum redacta hostili sæuitia:

* *ab increpatione vultus tui peribunt:*
veruntā si tu conuersus iterum nos volueris aspicere, si tibi visum fuerit conuertere ad nos benignum vultum tuum, nobisq; ferre subsidium, mox illi ab ostensione iræ tuæ peribunt quasi nihilum, ad nihilū redigetur vltione iracundiæ tuæ omnis virtus & potestas eorum, tibi facillimum & quasi pro nihilo erit, omnem illorum virtutem cōfringere, nosq; in statum pristinum restituere.

18 *Fiat manus tua super virū dextera tuæ.*
Fiat, obsecramus, manus tua sup Messiā Christum tuū, q de semine vineæ huius nasciturus est, qui erit vir dexteræ tuæ, p quē videlicet tu operaberis opera fortitudinis tuæ, quiq; tibi erit sm̄ virtutem coequalis, eiusdē dexteræ, eiusdēq; potentiæ mitte illum quem expectamus saluatorē & liberatorem nostrum, & in illo constitue plenitudinem potentiæ atque virtutis tuæ, vt per eum salutem opereris toti orbi desideratam, iuxta promissiones factas patribus nostris,

* *& super filium hoīs quē confirmasti tibi.* Rom. 5.
super virum (inquā) hunc Messiam nostrum, quē tu cōfirmasti tibi, quē firmissime decreuisti, præordinasti, & definiuisti mittendum ex semine Israel secundum carnem, ad salutē humani generis, Rom. 9.
quemq; ēt promissionibus & prophetiis multò ante factis firmiter sāxisti venturū quē ēt fortitudine diuinitatis tuæ adimplebis & corroborabis, vt sufficiēs sit ac validus ad regnū mundi & principis eius destruendū, ac pro eo regnū Dei erigēdū.

19 *Et non discedimus à te:*
Et nos, ò piissime Deus quantumuis grauibus

nibus affligamur molestiis, quantiscunq; opprimamur afflictionibus, quantumlibet diu distuleris auxilium tuum, nolumus tñ unquã à te decedere: nolumus per impatientiã tuũ cultum deserere, aut proiicere quam in te habemus spem nostram imo cõstantes permanere uolumus, & perseuerantes usq; ad mortẽ in cultu tuo, & si morã feceris, neq; statim impleueris quod postulamus expectabimus te, & in silentio ac spe præsto labimur salutare tuum. Thren 3

*vivificabis nos:*

hoc certissimò scientes, & firmissimè sperantes, quod non imperpetuum nos sis obiecturus, neque derelicturus, quasi penitus desperatos, sed in tẽpore beneplaciti tui, cum tibi optimũ uidebitur, misereberis nostri, & uitam adferes nobis per filiũ hoĩs illum uirum dexteræ tuæ, uitam dabis nobis, restituesq; nobis omnia, & ab omnibus inimicis facies saluos.

*& nomen tuum inuocabimus.*

& nos tuum nomen quod colimus, deuotè inuocabimus, nos interim donec tibi placitũ erit nr̃i misereri, nõ cessabimus ab inuocatione tui nominis. Præstolãtes .n. inuocabimus, & inuocando præstolabimur. Tunc quoq; cum uitam per tuũ Messiã populo tuo attuleris, toto ex corde inuocabimus nomen tuum, oẽs qui credituri sumus in nomine eius, & inuocantes consequemur salutem.

20 *Domine Deus uirtutum conuerte nos:*

Tu ergo dñe Deus supernarum uirtutũ, & cœlestiũ exercituũ, cõuerte nos ad te: ut toto corde, totaq; mente, & omnibus uiribus tibi adhæreamus, tuoq; insistamus cultui, ut nõ indigni habeamus in cõspectu tuo, quibus ita impendas beneficia:

*& ostende faciem tuam, & salui erimus.*

ostẽde nobis benignũ uultũ tuum, benignitatẽ exercere & fac benignè nobiscũ iuxta dulcedinẽ misericordię tuę, & salui erimus ab oĩ malo. Solus nãq; benignus aspectus tuus, ad pellendum oẽ malum & omne bonum conferendum, sufficit.

## ANNOT. IN PSAL. LXXIX.

Versu primo, qui regis Israel intẽde, q deducis uelut ouẽ Ioseph. In Græco est participiũ ποιμαίνων, quod significat pascentẽ, uel (ut plenius exprimamus) pastoraliter regentẽ, quemadmodum suprà & admonuimus in Psalmo secũdo, circa uersum, illum, Reges eos in uirga ferrea Et in Psalmo 22. in uersu primo, Dñs regit me, & nihil mihi deerit In his .n. locis, eadem in Græco dictio ponitur. Sed & in aliis quibusdam Psalmorum locis eandem hãc distinctionẽ Græcã interpretes Latini uerterunt, pascere. Nam supra Psal 77. ubi in fine Psalmi de Dauide dr̃, Pascere Iacob seruum suũ, Ac rursum, Pauit eos in innocentia cordis sui: Græco idẽ uerbũ ponitur qđ supra diximus. Vnde manifestum est pascere & regere pro eodem debere accipi. Insuper & in Hebræo hoc loco participium ponitur, significãs pascẽtẽ. Quod aũt sequit̃, Qui deducit uelut ouem Ioseph, à quibusdam exponitur de ipsa persona Ioseph, quem Deus sibi fidentem & seruientem deduxit uelut ouem, qui semper ut ouis & innocens mãsuetum se gessit in omnibus, tam apud patrem in terra Chanaan, quã apud extraneos in Aegypto: & Dñs illũ sp ut pastor bonus comitabatur, in omnibus seruans cum à fratrum nece, suaque prouidentia ad principatum Aegypti pro uehens. Cui expositioni consonat Chal. Paraph. sic legens, Qui deducis uelut ouẽ patrẽ nostrũ Ioseph. Atq; ita qđ pręcedit, Qui regis uel pascis Israel, simili ratione de persona Israelis posset intelligi, iuxta illud qđ Israel ipse pueris Ioseph benedicens, ait, Deus qui me pascit à iuuentute mea. & Nos tñ in Elucidatione maluimus ad totum populum Israeliticum referre sermonẽ, Cui sñiæ magis fauet qđ ex Hebræo scđo loco uertit Hieronymus, Qui deducis uelut gregẽ Ioseph. Et Felix per numerum plurale uertit, uelut oues. Id. n. ad populum totum magis spectat. ¶ Ver. 2. Qui sedes sup Cherubin manifestare coram Ephraim, Beniamin & Manasse. Hanc manifestationem corã Ephraim, Beniamin, & Manasse, in Elucidatione generaliter sumus interpretati, de apperitione coram populo domini. Potest tamen specialis assignari ratio, quare de his tribubus specialis fiat mentio, non autem de tribubus aliis. Arcanã nõ q Dñi, ubi suprà propiciatorium inter

Psal. 2.
Psal. 22.
Ps. 77.
Gen. 48.

duo Cherubim locũ sibi elegerat, in me- E
dio erat totius multitudinis filiorũ Israel
omnes autem tribus 12. erãt per circuitũ
ab oriẽte quidem erãt Iudas, Issachar, &
Zabulon, à meridie, Ruben, Simeon, &
Gad. Et hi præibant, cum esset proficiscẽ-
dũ. Ab occidẽte uerò erãt castra Ephraim
Beniamin, & Manasse, & ab Aquilone,
Dan, Aser, & Neptalim. Itaq; erat præsen
tia Domini peculiariter ante Ephraim
Beniamin, & Manasse, qui in postrema
parte erant ad occidentem. Nihil ergo
aliud sibi uult hæc postulatio, quàm ut
præsentiã suã Deus populo exhibeat, ut F
ad propiciatorium suum uelit descẽdere
& se populo toti exhibere præsentẽ. Sic
enim quoties Deus manifestat̃ ante tres
illas tribus, intelligatur toti populo sese
exhibere præsentẽ. Cum.n. Deus populũ
suum derelinquebat in manus hostiũ, &
duris afflictionibus subiacere patiebat̃,
quasi absens pro piciatorio derelicto, re
putabatur, eo quod defensione solita nõ
mõstraret suam præsentiam. Orãt proin
de ut appareat, & ad propiciatorium re
deat. ¶ Ver. 3. Excita potentiam tuã, & ve
ni, ut saluos facias nos. Nonnulli hic in- G
telligũt postulari aduentũ Christi in car
nem ad humani generis salutẽ. Qđ qui-
dem secundum intelligẽtiam mysticam
recte accipitur, quemadmodum & Psal-
mus totus huic proposito de Christi in-
carnatione nõ incõmode posset appli-
cari. Vr̃ tñ ex Psalmi eductione, de aduẽ
tu in auxiliũ fieri sermo, quemadmodũ
monstrãt querimoniæ quæ mox enarran
tur præsentiumque miseriam simul &
beneficiorũ corporaliũ patribus olim ex
hibitorum propositio ¶ Ver. 6 Cibabis
nos pane lachrymarũ, & potũ dabis no- H
bis in lachrymis, in mẽsura. Panis lachry
marũ est, q in dolore, & cũ lachrymis à
lugẽti bus sumit̃. Simile est de potu in la
chrymis S c & in alio Psalmo dr̃, cinerẽ
Psal. 101. tanquã panẽ manducabã, & potũ meum
cũ fletu miscebã Illud aũt, in mensura, qđ
quidã ad arctitudinem & tenuitatem ci
bi potus referunt, nos in Elucidatione
exposuimus, maximam abundantiam la-
chrymarũ atq; doloris. Cui consonat qđ
Felix uertit ex Hebræo. Fecisti illos (scili-
cet de populo tuo) comedere panẽ lachry.
marum, & fecisti illos bibere lachrymas
in maxima mẽsura. Nec dissonat qđ ha-
bet Paraph. Chaldai. Cibasti eos panibus
intinctis lachrymis, & bibere fecisti eos
uinum lachrymis affluẽs. Neq; aliud vel
le vr̃ quod Hieronymus ac cæteri uertũt.
Potasti nos in lachrymis tripliciter, de
quo in annotationibus ex Hebræo non
nihil dicemus. ¶ Versu 7. Posuisti nos
in contradictionẽ uicinis nostris. Habet
hæc annunciatio duplicem intelligẽtiã.
Prior est, quam in Elucidatione explana
uimus, de hostium adinuicem contentio
ne pro direptione populi fidelium. Quã
do.n. populus fidelis ita ex omni parte
ab hostibus p circuitũ opprimit̃, ut nũc
ab illis uim patiat̃, recte quasi in contra
dictionẽ & contentionẽ positus dr̃, v ipo
te pro quo hostes adinuicem cõtendũt,
quis illum possideat, quis in illũ usurpet
dñm, quis illũ affligat miserius, quo ager
quilibet in cõtentionem uel cõtradictio
nem poni intelligitur, cum de eo, in cu-
ius possessionẽ ueniat contenditur. Hæc
aũt diuersorũ ꝓ eiusdẽ afflictione, contẽ
tione, exprimit, magnã patientis, ꝓ quo
contenditur, miseriam, dum scilicet quis-
que pro uiribus molestare & affligere ni
tuntur miserũ. Et plane quomodo de Si-
mone capto ait Virgilius, dicens, Certãt
que illudere capto, ita Israelis quoq; le-
gimus accidisse, ut certarent adinuicem
hostes populũ opprimere, affligere, atq;
conterere, qđ ex sacris historiis fit mani
festum, in quibus q̃ sæpe legimus popu
lum Israeliticũ, Deo permittente, nunc
ab Assiriis, nunc ab Aegyptiis, nunc ab
aliis per circuitum nationibus spoliatũ,
ac grauia passum. Posterior intelligentia
est, Posuisti nos in cõtradictionẽ & op-
pugnationẽ hostium, i. fecisti nobis con
tradictiões, cõtẽtiones, oppugnationes,
& prælia suscitari, ab aduersariis uicinis
nostris. Scdum quã ĩtelligit̃ cõtradictio
ista siue cõtẽtio aduersariorum nõ adin
uicẽ, sed cõtra populum Israeliticũ: quo
& de Saluatore nostro Christo Hebræis
scribens ait sanctus Apostolus, ꝙ passus Heb. 12.
sit aduersus semetipsum cõtradictionẽ.
Recogitate (inquit) eũ qui talẽ sustinuit
pro nobis aduersus semetipsum contra-
dictionem, ut non fatigemini aĩs uestris
deficiẽ

deficiẽtes. ¶ Versu 8. Deus virtutũ cõuer A
te nos, & ostende faciẽ tuã & saluieri mus
Versus iste tertio in hoc Psalmo reperit.
Est.n. versus quartus, & octauus, est & no
uissimus, totiusq; orõnis clausula. Quæ
trina repetitio, ad sanctæ & superbenedi
ctæ Trinitatis inuocationẽ rectè intelli-
git pertinere Dignus aũt versu est versi-
culus iste, qui non dico tertio repetatur,
sed perpetuo in ore vestro verset. Vt vide,
quæso te, quã apto ordine procedat hęc
postulatio. Primũ.n. oramus, à Deo con-
uerti, ac deinde monstrari nobis faciem
dñi, sicq; salutẽ percipere Prius.n est vt B
iracundiæ causa tollat, ac deinde vt pla-
cidus redeat vultus eius qui iracundiã
posuit. Quid aũt est in nobis, quo Deum
cogimus à nobis vultum suũ auertere?
Psal. 22. Quid, nisi qa nos prius auertimur ab eo?
Sp.n. oculi dñi super iustos, & metuentes
Psal. 23. eu, sunt in bonũ. Itaq;, nisi nos priores
auertamur ab eo, nunquã ille faciem suã
Hier. 31. auertet à nobis. Aptissimè ergo qui fa-
ciẽ Dei placidã sibi cupit restitui, prius se
Thre. 5. postulat ad dñm conuerti. Quis aũt ex
auersis faciat cõuersos, nisi solus ipse cui
Hier. 10. in oratione loquit Propheta, dicens, Cõ C
uerte nos dñe & conuertemur ad te? Scio
Ps. 102. .n. (inquit idẽ Propheta) qm̃ non est hoĩs
via eius, nec viri est, vt dirigat gressus
suos. Est n. hõ spiritus vadens, & non re-
diens: à Deo per suã malitiã recedens, ad
Deũ aũt per suã propriã solam virtutẽ
redire non potens, Ergo tu dñe virtutũ
(cui nihil impossibile neq; difficile est)
conuerte nos, ac deinde conuersus, faciẽ
ostende placabilẽ, qui auersis iuste auer-
tisti vultũ iratum. Si aũt faciem tuam no
bis ostenderis, si nobis solita miseratio-
nis placiditate illuxeris, non poterit nõ
ex hac tuæ faciei conuersione, & vultus
illuminatione, salus nobis procedere. Vn D
de quasi hac de re certus, neq; quicquã
Psal. 66. dubitans, ait: Ostende faciẽ tuã, & salui
erimus. Sic & in alio Psalmo dr̃, Deus mi
sereatur nostri, & benedicat nobis: illu-
minet vultum suum super nos, & miserea
tur nostri. Est aũt notatu digna hoc in
loco Chald Paraph. pulchrè admodum
præsentẽ versiculum exponens, in hunc
modum: Deus exercituum, conuerte nos
de captiuitate, illumina splendorem io-

A cunditatis faciei tuæ super nos, & salui eri-
mus, Illã aũt captiuitatẽ: pcipuè intellige
captiuitatẽ peccati & mortis, deinde ẽt eã
q̃ spaliter premit populum. Ex priore
nãq; posterior pficiscit. ¶ Ver. 9. Vineã
de Aegypto transtulisti Populum Israe
liticum hoc in loco intelligendum mõ
strat Chaldaica Paraphrasis, q̃ sic hẽt; Do
mum Israelis quæ assimilatur vineæ, de
Aegypto transtulisti Et pro eo qd' in se
quenti versu hẽmus, Dus itineris fuisti in
conspectu eius; eadem Paraph. habet Ex-
pulisti à facie eius Chananæos. Et alias Isa. 6.
B in scriptura legimus, hunc populũ vineę
assimilatum & vineam dñi nuncupatũ,
veluti apud Esaiam, c. 6 Vinea facta est di
lecto meo, in cornu filio olei. Ac post
pauca, Vinea.n dñi exercituũ, domus Is-
rael ẽ, & viri Iuda germẽ delectabile eius
Et de eadẽ Saluator ait in Euangelio, Vi Mat. 21
neã pastinauit hõ, & sepẽ circundedit, &
fodit in ea torcular, & locauit eam agri
colis, &c. Pulchre verò, in metaphora per
sistens Propheta, populi istius de Aegy-
pto eductionẽ, vocat trãslationẽ uineæ,
ipsiusq; populi in terra pmissa firmatio
C nẽ appellat vineæ translatæ plantationẽ,
ac deinde eius populi exaltationẽ, & mul
tiplicationẽ describi per similitudinem
uineæ in altũ cõscendentis s̃ sublimitatẽ
mõtium, & in latum sese expãdentis vsq;
ad mare. Demũ vbi quęrimonia pponit
desolati populi, continuata uineæ meta-
phora, dr̃ maceria eius diruta, ipsa verò
oĩum uindemiationi, deprędationi atque
rapinæ exposita, ita ut feris syluarũ & be
stijs agri liber pateat introitus ad conculcandum & eradicãdum oĩa. Ita conside-
ratione aptissima, q̃cunq; de populo hoc
pponunt, siue ad cõmemorationẽ prio-
D ris beneficij, siue ad querelam præsentis
miserię, sub vineę cõparatione, metapho
ræ semel assumpta continua prosequu-
tione, pulchrè admodum explicant. Si
uerò sm̃ mysticam intelligentiã, vineam
istam intelligamus spũalem & verã do-
mum Israel, quæ est Ecclesia fidelium, do
mus Dei, aptissimè hæc oĩa in nos cõpe-
tent, quoties in prędam & in direptionẽ
infidelibus damur: quẽadmodum ex ijs q̃
frequenter supra dicta sunt, facilè per se
intelligens quisq; poterit aĩaduertere.

¶Vers. 10. Dux itin eris fuisti i cōspectu eius, intellige, viā pparasti, & viā fecisti ante eā. In Græco. n. vno verbo dr̄ ὡδοποίησας, qđ est viā fecisti, quō et habet Psalteriū Romanū. Et Felix ex Hebręo, Præparasti uiā vel semitā in cōspectu eius. In sequ aūt versu p arbusta, intellige ppagines vel ramos, & p cedros Dei, cedros electissimas, atq; altissimas, quēadmodū Psa. 35. p mōtes Dei intelligimus
Psal. 35. montes altissimos, iustitia tua sicut mō tes Dei. Hęc aūt de exaltatione vineæ & dilatatione, si iuxta mysticā intelligētiā ad populum fidelē in Ecclesia noua re F ferat, aptissime intelligi poterunt de Ecclesiæ exaltatione, dilatatione, & pfectu. Operuit n. mōtes Ecclesiæ vmbra qn̄ sub fide & vnitate Ecclesiæ, principes orbis & regna gentium elegerunt requiescere, arbusta aūt eius cedros Dei operuerunt, qn̄ filii Ecclesiæ oēm mundi sapientiam & sublimitatē superantes, oēm altitudi-
1.Co. 13 nem & oēm sublimitatem aduersantem scientiæ Dei mouerunt in captiuitatem redigere, potentissimorūq; principium sęcularē potentiā, & sapientissimorū hominum sæcularē sapientiā, suæ fidei sta G
Psa. 18 bilitate destruere Vsq; ad mare verò palmites extendit, & vsq; ad flumen misit germina, qn̄ missis per orbem terrarum Apostolis aliisq; veritatis pdicatoribus in oēm terrā exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ peruenerunt verba eorum, sicq; per orbē dilatata est fides catholica. Cui mysticæ expositioni nō dissonat qđ hēt Para Cald. Expandit ramos suos, misisti discipulos eius vsq; ad mare magnum, & vsq; ad flumen Euphratē germina eius. ¶ Versu 14. Exterminauit eā aper de sylua & singularis ferus depa H stus est eam. Pōt singulare accipi p plurali sm̄ coēm loquendi consuetudinem & ut significet, apros de sylua & feras solitarias, vel feras deserti demolitas esse vineā domini. Aut sub numero singulari (quod in idē redit) intellige populū gentilem, q est velut aper de sylua egrediens, ideq; velut singularis ferus. Et n. loquutio a similitudine vineæ sumpta, quā col lapsa maceria bestiæ hmōi solent demoliri. Vigilanter autem attende, quō hoīes infideles apris cōparant, q et dn̄s in Euā gelio interdum porcos, interdum uerò canes appellat. Veluti cum discipulis ait, Nolite sanctum dare canibus neq; margaritas spargere ante porcos, ne fortè cō culcent eas pedibus suis, & canes cōuer- Matt. 7.
si dirumpāt vos. Alibi verò et hędis cōparat, dicēs, Cum venerit filius hominis in maiestate sua, tunc congregabunt an Mat. 25
te eum omnes gentes, & separabit eos ab inuicem, sicut segregat pastor oues ab hędis. Sed & hoc notandum diligenter, q apri isti nō de domo exeunt, sed de sylua. Domus. n. Dei (teste magno gentium Apostolo) sancta Ecclesia est. Infidelitatis autem peruersitatis natio, sylua est, qa à Deo deserta, & qcunq; in ea inhabitāt, 1.Tim.3
à domo Dei sunt alieni, syluestres sunt, nō ciues sāctorum, & domestici Dei Vbi aūt nos habemus singularem ferū Græcè μονιὸς ἄγριος, hoc est, solitarius ferus vel singularis agrestis, i. fera deserti. Non n. ita accipi debet q dr̄, singularis ferus vt idem valeat qđ singulariter vel eximiè ferus Non. n. significat ista superexcellētia quēadmodum Græci sermōis pprietas manifestius indicat, sed singularis potius vnicum vel solitarium significat. Inuenimus autem & in sacris literis vocabulū istud singularis, in hac significatione vsurpatū, velut Mar. 4 Et factū ē, cū eēt singularis, interrogauerunt eū discipuli Marc. 4.
hoc est, cum eēt solitarius, & extra multitudinem In Hebræo autem, vnica dictio ponit ziz, q̄ interpretes admodū diuersimodè reddunt Hieron. vertit: Oēs bestiæ agri depastæ sunt eā, intelligens. s. p ziz, generaliter oēm bestiā agri. Felix et uerit, Fera agri depasta est eā, asserens, hac dictione significare oē genus aīalis syluestris. Atq; horum versiōes magis nr̄æ lectiōi cōsentiunt. Plura de hac eadem dictiōe Hebraica diximꝰ in annotatio. ex Hebręo Psa. 49, pertractātes partem illā, Et pulchritudo agri mecum est vbi i Hebræo eadē dictio ponit. Ver 16 Et sup filium hoīs, quē cōfirmasti tibi. Hoc loco qdā codices Latini nō hēnt additum genitiuum hoīs, sed hēnt iātum, Sup filium quē confirmasti tibi, qua in parte Hebraicæ consentiunt lectioni q genitiuum hoc loco nō hēt. Græci tn̄ codices atq; et plerīq; Latinorum addunt æquè

atque

atq; in uersu 18 Intelligunt aūt quidam A p hunc filium, non Messiā, sed ipsum populum Israeliticum, qui per uineā hactenus significabatur. Tanquā filium nāq;
Exo.4. Deus habuit populum Israeliticum, iuxta
Ibidem. quod in Exodo legimus Filius meus primogenitus Israel. Ac iussum ex uoce domini per Moysen, ad Pharaonem, Dixi tibi, dimitte filium meū, ut sacrificet mihi eundēq; populum intelligunt in uersu sequenti, per uirum dexteræ Dei, qm̄ scilicet dextera sua illum Deus solitus erat protegere. Verum quod sequitur uer. 18. Et super filium hoīs quem confirmasti tibi, B non satis commode uī posse alio, quā ad Messiam accōmodari, illic enim, & in Hebræis & in Græcis & in Latinis exemplaribus legitur, filius Adā, uel hoīs Nūquam aūt in scriptura legimus totū populum Israeliticū filium hoīs, vel filium Adā appellatū. At uerò Messiā nostrū filium hoīs fuisse ēt peculiariter appellatū ex Euangelica historia nimis est manifestum, cum & seipsum plerunque hoc nomine appellauerit? Nos itaq; hunc filiū hoīs, in Elucidatione sumus interpreta- C ti Messiā Christū. Cui expositioni apertè subscribit Cald. Paraph q̄ sic habet: Et super regē Messiā, quā confirmasti tibi. Et in uersu 18. Sit manus tua super uirū cui iurasti in manu dextera tua, qd̄ rectè in Messiā cōpetit, cui ut in alio loco dr̄ iurauit dominus, & nō pœnitebit eū. ¶ Versu 17. Incēsa igni & suffossa, ab increpatiōe uultus tui peribunt. Ps.109. Quidam versū præsentem sic accipiunt, quasi incensa & suffossa nominatiui casu existant, in neutro genere, & super ponantur uerbo, peribunt, ut sit sensus, Incēsa igni & suffossa peribunt ab increpatione uultus tui Verum hanc cōstructionē manifeste condēnat lectio Græca, quæ nominatiuos hēt singulares genere fœmineo, hoc mō: ἐμπεπυρισμένη πυρὶ ϗ ἀνασκαμμένη. Rectius diuisim ita accipiemus sententiā: Vinea succensa est igni, & suffossa, ab increpatione tū uultus tui, hostes incensores & effossores peribunt, & reuertet uinea tua in statum pristinum. Iuxta quam sententiam ita uertit Felix uerbo substātiuo suppleto, Cōbusta est igne, excisa est ab increpatione uultus tui peribunt.

## LXXX. PSALMI ARGVMENTVM.

*Psalmus iste octuagesimus, exhortatio uī esse ueteris populi, ad celebrandum in lætitia festiuitates domini Dei sui, maximè illam quæ in mensis septimi principio tubis clangentibus erat celebranda, simulque rememoratio ueterum beneficiorum populo exhibitorū & commonitio cōtestatioque domini ad populū de fideli cultu & pura seruitute, quam sibi uult impēdi, & qua serio exigit à seruis suis, non compatiens secum deos alienos, ubi accepta occasione, commode exprobatur populo post tot accepta beneficia, & proposita promissa amplissima pertinax ipsius incredulitas, cuius etiam pœnam tam temporalem, quam æternam describit. Nos uerò ad spūalem exhortationem siue admonitionem, ad spiritualiter Deo festa digne celebranda ipsique cultu debito famulandum, præsentis Psalmi textum commode poterimus referre.*

## LXXX. PSALMI ELVCIDATIO.

*XVLTATE Deo adiutori nostro:* D

Cū exultatione laudate fideles uniuersi dominū Deum fortissimum, fideli simúq; adiutorē nrūm

* *Iubilate Deo Iacob.*

cum iubilis & laudibus celebrate Deum Israel, Deum fidelis populi sui.

2 *Sumite Psalmum, & date tympanum:*

Assumite Psalmos ad illi canendum in gaudio & exhibete tympana, ut personet in eis sonitus lætitiæ:

* *psalterium iocundum cum cithara.*

psalterium, iocundum simul, exhibete eū citharis, & oīs generis musica instrumēta pfecte dño ut in eis laus plenior resonet, nō solū uoce oris depropta, sed & foris per artis instrumenta sese effundens.

3 *Bucinate in neomenia tuba, in insigni die solennitatis uestræ.*

Clāgite tuba in nouilunio, in ipsis Calendis prima die mēsis VII. q̄ dies est uobis solēnis, & insigni et celebris ex præcepto dni ut omne opus seruile nō faciatis in ea, qm̄ dies clangoris est & turbarū:

4 *Quia præceptum in Israel est & iudiciũ* E
*Deo Iacob.*
Quia de hac solennitate celebranda præ
ceptum accepit populus Israel & decretũ
est, siue lex à Deo Israel constituta popu
Ibidem. lo suo. Voluit enim ipse, & præcipiendo
decreuit ut prima dies mensis septimi es
set filiis Israel sabbathum memoriale,
clangentibus tubis, qđ uocaret sanctum
in quo nullum facerent seruile opus, sed
constitutum offerrent sacrificium, paran
Ibidem. tes se ad solennitatẽ alteram decima die
eiusdem mensis suo ordine sequuturam
ad expiatione publicam, ac deinde etiam F
ad festiuitatem tabernaculorum, quę erat
die decimaquinta mensis eiusdem.
5 *Testimonium in Ioseph posuit illud, cum*
*exiret de terra Aegypti:*
Posuit autem Deus præceptum illud ĩ te
stimoniũ & memoriale in populo Israel
cum educeret eum de terra Aegypti hoc
præceptum illi constituit in commemo-
rationẽ beneficii eductionis de Aegypto
atq; cæterorum post exhibitorum oĩum
beneficiorum:
* *linguam quam non nouerat, audiuit.*
in qua terra Aegypti aduena fuerat, & sub G
iugo hac seruitute barbaræ & incognitæ
gentis seruierat, cuius linguã non intel-
ligebat, sub Aegyptiorũ seruitute quorũ
lingua illi fuit peregrina.
6 *Diuertit ab oneribus dorsum eius:*
Verum Deus ipse ab oneribus grauissi
mis luti & lateris, sub quibus miser-
rime seruiebant, liberauit eos, ne dorsa
amplius deberent eiusmodi oneribus
subdere, ipse eos de grauissima hac serui
tute qua præmebantur redemit.
* *manus eius in cophino seruierunt.*
siquidẽ manus eorũ seruierant in cophi H
nis ad colligendum paleas, ad portandũ
lutũ & lateres, iuxta numerum præfixum
sibi usque ad amaritudinem animæ suæ.
7 *In tribulatione inuocasti me, & liberaui te:*
Vox domini, Ecce popule meus cum in
tribulatione esses, cum Aegyptii perduce
rent ad amaritudinem uitam uestrã, gra-
uissimis oneribus luti & lateris clama-
stis ad me dominum Deum patrum ue-
strorum: & ego non obsordui ad clamo
res uestros, sed iuxta petitionem uestrã
liberaui uos de fornace ferrea Aegypti

* *exaudiui te in abscondito tempestatis:*
exaudiui te in occulto tẽpestatis & toni Exod.14
trui, cum ego sub columna nubis latens
tonitrui tempestate concitata Aegyptio
rum currus in profundum maris rubri
sub uersis rotis agitarẽ, sicq; illos in me
dium fluctuum inicerem, ita pro uobis
mirabiliter pugnando, ut non euaderet
nec unus ex eis, cum tamen ego uelut ex
abscondito pugnarem, nec exterius ĩ pu
gnatoris forma me ostenderem:
* *probaui te apud aquam contradictionis.*
post hoc autem tm̃ tuæ liberationis be- Nu.20.
neficiũ, & alia huiusmodi plura, probaui
ego te apud aquas quæ ex murmuratiõe
uestra nomẽ acceperunt, vt contradictio
nis appellent, ibi te ꝓbaui cũ esset aquę
defectus, vt uiderẽ an fidelis esses tot ac
ceptis beneficiis, an nõ, & ostẽdisti te post
tot accepta beneficia & iã patentissima
conspecta prodigia, adhuc infidelẽ mur-
muratorem & contradictorem,
8 *Audi popule meus & contestabor te:*
Audi proinde popule meus, & ego serio
loquar tibi, & cũ obtestatiõe aperiã tibi
uoluntatẽ meã, ut scias queadmodũ corã
me debeas ambulare, ne tibi dicas nõ ꝓ-
dictum, aut ne excuses per ignorantiam
* *Israel si audieris me non erit in te Deus*
*recens neque adorabis Deum alienum.*
ecce Israel popule meus, si me audire ve
lis, & mihi uere esse obediens, hoc ante
oĩa ꝓuidebis, ut nõ sit ĩ te Deus aliqs no
uus & extraneus. quẽ nõ coluerũt patres
uestri, ut nõ uobisipsis aliqđ idolũ fabri-
cetis, neq; ulla speciem cuiusq; rei quam
ꝓ Deo colatis, neq; ullum oĩno Deum
alium præter me adorabitis, sed mihi uni
& soli cultum diuinitatis impendetis.
9 *Ego enim sum dominus Deus tuus, qui*
*eduxit te de terra Aegypti:*
Ego enim solus sum verus dñs & Deus
uester, qui uos in potentia uirtutis meæ
eduxi de terra Aegypti, quiq; & ante edu
ctionẽ hãc stupenda prodigia exercui in
Pharaonẽ & seruos eius, uestri causa, itẽ
& post eductionem in deserto, mirabilia
coram oculis uestris exhibui:
* *dilata os tuum, & implebo illud.*
& nunc late aperi os tuũ, postula quęcun
que volueris & quantacũq; uolueris, &
ego quæcunq; postulaueris, abundanter
tribuam

tribuã tibi iuxta desiderium cordis tui: tũ postula,tãtum quid velis indica, imò & quicquid volueris pete, & ego absque tuo labore abundantissimè tuis votis satisfaciam,si te modò in veritate fidelem inueniã. Vnde nihil opus habes ad alienos Deos cõfugere,posteaquam per me omnia consequeris.

10 *Et non audiuit populus meus vocẽ meã:* Quanquam aũt ita blanda promissa proposuerim populo meo, noluit tñ obedire voci meæ,nec tam blandis propositis conditionibus suscipere voluit obedientiam præceptorum meorum:

* *& Israel non intendit mihi:*

populus Israeliticus,cui tanta præstiterã beneficia,cui tã egregias offerebã pollicitationes,nõ acquieuit sermonibus meis: nõ credidit, neq; adhærere voluit mihi.

11 *Et dimisi eos sm desideria cordis eorũ:* Et qm̃ me eligentem,vocantem,& benefacere volentem spreuerunt & abiecerũt semper inobedientes voci meæ : idcirco & ego vicissim abieci illos pp suã ingratitudinem & inobedientiam, & permisi illos duci prauis concupiscentiis cordis sui, dimisi illos sequi prauitatem & praua desideria peruersi affectus sui:

* *ibunt in adinuentionibus suis.*

ambulabunt à me dimissi sm prauas adinuentiones suas,secundum malas cogitationes & pessima consilia carnalis cordis sui,perficient quæcunq; illis suggesserit maligna sua cogitatio.

12 *Si populus meus audisset me:*

At verò si populus quem elegeram, gratum se de electatione atq; vocatione pstitisset debitã mihi præstãs obedientiã.

* *Israel si in vijs meis ambulasset.*

si Israeliticus populus ambulasset in præceptis atq; iustificationibus meis quæ illi proposueram vt ambularet in eis.

13 *Pro nihilo forsitã inimicos eorũ humiliassẽ*

Pro nihilo vtiq; inimicos eorum humiliassem , pro minimo sane imo p nihilo mihi fuisset, eorũ aduersarios oẽs expugnare,ipsisq; subiugare,& ante faciem eorum conterere:minimo vtiq; negotio,& nullo penitus labore ab omnibus aduersariis illos seruassem securos:

* *& sup tribulãtes eos misissẽ manũ meã.*

& super aduersarios eorum volentes eos A affligere,ego agrauassem vltricem manũ meam,potentiam vltionis meæ exercuissem aduersus omnes qui voluissent nocere populo meo:quemadmodum abunde satis re ipsa ostenderam in contritione terribili Aegyptiorum,& Chananæorum eiectione valida.

14 *Inimici domini mentiti sunt ei:*

At verò isti rebelles semper & increduli, semper aduersantes & repugnantes dño, obstinati in dura ceruice infidelitatis suę mentiti sunt aduersus dominum , nihil eorum obseruantes opere quæ ore polliciti fuerant,egeruntq; mendaciter contra B dominum:

* *& erit tempus eorum in sæcula.*

& erit tps punitionis eorum in æternũ, punitione æterna vltio sumetur de ipsorum tanta ingratitudine, infidelitate, & inobedientia.Si quidem ignis ęternus decorabit inobedientes hmõi & incredulos:vt qui in hoc tpe tot beneficiis suauissimè inuitatem,pernicaciter nimium cõtempserunt,in futuro vltionis tempore durissima sine fine sustineant tormenta.

15 *Et cibauit eos ex adipe frumenti:*

C Attamen Deus gentem illã repugnantẽ & inobedientem cibauit ex pinguedine frumenti,ex medulla tritici,id est pane electissimos & delicatissimo:

* *& de petra melle saturauit eos.*

& comedere dedit eis ad abundantiam mel,quod de petris colligebãt, vbi absq; hoĩum studio vltro apes mellificabant: dedit eis terram lacte & melle manantẽ, proferentem fructus pinguissimos,& electissimum triticum, vbi & tanta mellis erat copia, vt de petris abundanter mel possent colligere,quod sanè beneficium D valde illorum impietatem exaggerat,qui nec sic emolliri potuerunt , aut in Dei seruitium saltem beneficiorum dulcedine inescari.

## ANNOT. IN PSAL. LXXX.

VErsu 3.Buccinate in neomenia tuba De festo tubarũ,qđ initio mẽsis septimi celebrabať, legimus Numeri 29. Dicunt aũt quidã , clangorẽ istũ tubarũ fuisse in tubis corneis , propter memoriã oblationis Isaac, pro quo fuit oblatus aries cornibus hærens inter vepres: Gene.22 qua

ad me pp duritiē pfectorū, sed quasi in si A
lentio & in abscōdito. ¶ Versu 8. Israel si
Exo. 14. audieris me, nō erit in te Deus recēs, Dij
recētes sunt, quicunq; artificis manu de
nouo fiunt, cuiusmodi erat uitulus ille
quē ad petitionē populi opere fusorio
formauerat Aaron, itē & vituli duo quos
3. Reg. 12 ædificauit Hieroboā, aut oē quod humano
ingenio cœpit tanquam numē hēri, & ut
Deus coli: queādmodū gentiles, Iouem,
Belū, & hmōi, ut deos coluerunt, Deos au
tem alienos siue peregrinos uocat Deus
aliarū gentiū, ut nō exēplo aliarum gen
tium p circuitū traheienť ad idololatriā. B
¶ Versu 10, Dilata os tuum, & implebo il
lud. In ista oris dilatatione & adimpletio
ne duo accipimus. Primò facilitatē qua
dominus pollicetur populo suo bonorū
impetrationem, si fidelem sibi præstite-
rint seruitutem. Quid. n facilius, quā os
aperire: quid facilius, quam os dilatare?
Secundò intelligimus abundantiā oīs
boni, quā seruis fidelibus promittit dñs,
Ego inquit, iplebo illud. Quid amplius
potest quā implere? Mira uerò est in hoc
sermone emphasis. Non. n. dr, Extende
ad opus manus tuas, & ego implebo ea C
sed dilata tantum os tuum. Neq; rursum
dr, Aperi os tuum, & ego in illud inicia
aliquid, uel non sinam illud uacuum: sed
ait, Dilata, i. latè aperi, & ego totum im-
plebo, quantumcunq; tu dilataueris. Iux-
ta cōem aūt modum loquendi dicuntur
dilatare hoīes os suum, quādo magnum
aliquid, & quasi incredibile proferūt. Ve
luti si quis historiā aliquā narrās, loqua
tur aliquid incredibile, aut quod nō vi-
deatur verisimile, dicimus illum dilatare
os suum, i. latè aperire. Ita in orōne po-
stulādo, dilatat os suum, qui magnum al. D
quid, & quod secundū humanum iudi-
ciū nō ita uideatur impetrabile postulat.
Lucæ. 1. Vult ergo dñi snia, Popule meus, tm̄ fide
lis esto. & ego qcquid postulaueris, quā-
tūuis magnū, quantūuis videať humanā
facultatē excedere opportuno tpe præsta
bo tibi. Si quidē apud me nō est impossi
Gen. 18. bile, neq; difficile oē verbū Implebo aūt
id est, copiosissime & abundanter supra
Eph. 3. quā petere possis, faciā Cui consonat qđ
Paulus Apostolus ait, Ei autē qui potens
est oīa facere superabūdanter, q̄ petimus,

aut quā intelligimus, &c. Quod autē in
hoc Psalmo p Prophetā Deus loquiť ve
teri populo, idē in tpe grāæ, nouissimè lo
quutus est nobis p filiū suū in Euāgelio Ioan. 14
clamātem & dicētē. Si quid petieritis pa
trē in noīe meo, hoc faciā. Petite, & acci- Lucæ. 11.
pietis. Et iterū, Oīa quæcunq; petieritis i
oratione, credite quia accipietis, & eue-
nient uobis. Quid sunt hæc aliud, quā la
tè aperi os tuum & implebo illud. ¶ Ver Matt. 11.
su 13. Pro nihilo forsitā inimicos eorū
humiliassē. Aduerbiū illud forsitā, nō in
Deo significat dubitationē, aut mutabili
tatē, aut vacillationem, quasi ignoret De⁹
quid facturus fuisset: si obedientem se p-
stitisset populus, sed vel libertatē tm̄ indi
cat voluntatis diuinæ, vel ēt iuxta cōem
modum loquentium accipiť, vt quādam
sermonis notet modestiā, cū tñ firma in
tendať asseueratio. Veluti cū pr̄ dicit re-
belli filio, Si obedientē te pstitisses meis
consilijs, forsitā ditiorē te & gloriosiorē
reddidissem, quam nūc sis, significat hoc
sermone, filiū indubiè futurū fuisse feli-
ciorē, si suis obtēperasset consilijs. Ita cū
dñs loqť seruo, Si mihi fideliter inseruie-
ris, forsitā nō dānum inde referes, sic mo
destè loquendo multū insinuat, simul &
indicat sibi liberum esse facere, qđ velit,
& tñ voluntariè se multa facturū Sic & i
alio Psalmo dr, Nisi quia dominus erat Ps. 123.
in nobis. Cum exurgerent hoīes in nos,
forte uiuos deglutiss ēt nos, Cū irasceret
furor eorū in nos, forsitā aqua absorbuis
set nos vbi nulla indicať dubitatio asse-
uerātis. In Græco verò ēt manifestius est
nullā indicari dubitationē, Nam parti-
cula ἂν ponitʼ, q̄ significat potius utiq; ut
ita legať, Pro nihilo utiq; inimicos eorū
humiliassem. Qđ aūt dr̄ p nihilo, Græcè
est ἐν μηδένι, hoc est in nihilo, Qđ intelli
gi pōt, tāquā p nihilo, minimo labore,
nullo negotio, queādmodom in Elucida
tione explicauimus: uel quasi nihilū sic
eos humiliassem, i. usq; ad nihilum rede
gissem eos, uel pro nihilo & gratis, nulla
cōductus mercede. Iuxta quā intelligen-
tiam respicere vr̄ hic sermo illud quod
in historijs sacris legimus, filios Israel
magno nōnunquām ære, multisq; auri,
& argenti & diuersorū ornamētorū sum
ptibus cōduxisse auxilia regū ac princi-
pum

pum,contra insurgentes quos metuebāt aduersarios, quos Deus gratis & p nihilo,nulla conductus mercede sola orone postulatus,citissimè abegisset & ptriuisset,si iustam ei præstitissent obedientiā.
¶ Ver.ultimo. Et cibauit eos ex adipe fru menti,& de petra melle saturauit eos. Significatur hoc modo loquendi maxima fœcunditas & amenitas terræ pmissionis suppeditantis abundanter,nō solum quę ad uictum sunt necessaria q̄ in frumēti adipe intelligunt̄,uerumetiā quæcunque ad oblectationē & delicias pertinēt,quæ in mellis dulcedine accipimus. Hāc ob F cām frequenter in scripturis dr̄ terra ista manare siue fluere lacte & melle. Quantū uerò ad mel,dñt,in terra illa apes mellificare in petris,sicq; magnā ibi ultro se of E ferre mellis copiā,id qd̄ ex historia libri Regū possum' cognoscere,ubi Ionathas filius Saul in agro mel reperit, in qd̄ virgæ summitatē intinxit. Quid uero p istū frumēti adipē,& petrā mellis,dēat mystīcè intelligi,nō magnā hēt difficultatem. Adipe uī frumenti in ecclesia nos dñs cibat,dū preciosissimi corporis & sanguinis sacramēto,frumēto electissimo,medulla tritici utiq; pinguissima, & placentula tritici delicatissima nos pascit, vitā verā pbens,eāq; sempiternā. De petra aūt mel le nos satiat,quādo suauibus,& plusquā melleis de petra Christo fluentibus Euāgelicis doctrinis, aīas nr̄as reficit,aut cū spiritualium gratiarum dulcissimis charismatibus,de plenitudine, Christi fluentibus,mentes implet fidelium. 1.Reg.14 Ioan. 1.

## LXXXI. PSALMI ARGVMENTVM.

*IN hoc Psalmo,dura & terribilis fit increpatio eorum qui potestate iudiciaria à Deo accepta,non rectè utuntur ad iustum iudicium,sed per iniquitatem illud peruertunt. In primo versu Propheta loquitur,item & in ultimo. Cætera omnia intermedia, tanquam ex ore domini accipimus,cum terrore & authoritate pronunciatā. Propheta ergo non nisi præfatur, ut dominum introducat loquentem,& oratione concludit,postulans Deum aduenire iudicem, postquam in terris corruptum est oē iudicium. In aliȷs aūt uersibus, Deus vt iudex primus malos & iniquos iudices seuera increpatione redarguit,& quid ab illis uelit fieri proponit,ac tandē vltionem æternam male administrantibus cum terrore denunciat,tunc utique manifestādam, quando per mortem omnis ab eis auferetur potestas.*

## LXXX. PSALMI ELVCIDATIO.

DEVS *stetit in Synagoga deorum:*

Dñs Deus omnipotens stat in medio congregationis deorum,i. iudicū & principum, q eius vicem & locum in terra gerentes,eius iudi H cium tanquam vicarij Dei exercent, propter quod etiā dij merentur appellari: in horum (inquā deorum cœtu Deus stat,tāquā omnibus præsidens,tanquam iudex primus,cuius cæteri oēs ministri sunt atque vicarij:

* *in medio autem deos diiudicat.*

Rom.13 sic aūt in medio eorum consistens,dijudicat eos,diligenter attendit quis ptāte sibi cōmissa & gladio quē portat rectè utatur,ad uindictā malefactorum, laudē verò & defensionem bonorum,aut quis ecōtrario ptāte sibi tradita,& cōmisso gladio abutatur in bonorum oppressionem malorum uero exaltationem,ita hos tm̄ vicarios ille primus & verus iudex, a quo est oīs ptās,considerat, conspicit, dijudicat,ut si quidem probe cōmisso sibi fungantur officio,beatam illis donet pro fideli seruitute mercedem: sin ad tyrannidem verterint suū principatum, aut per auaritiam eo abusi fuerint ad iniustitiā, ut pœnas de illis sumat in tormentis æternis.

2 *Vsquequo iudicatis iniquitatem?*

VOX DOMINI CONSISTENTIS IN IVDICVM MEDIO,

Quandiu tandem uos iudices terræ,quibus uicem meam commisi in terris,abutentes tradita uobis potestate, peruertitis iudicium, non quod æquum & iustum est, sed iniqua & iniusta iudicia iudicantes?

& sa-

* *& facies peccatorum sumitis?*

& quousq; tandem vos praui iudices accipietis personā in iudicio? Quousq; cōsiderabitis & accipietis personā impiorū diuitum & potentum huius seculi, pp illorum vel gratiam vel metum peruertentes iudicium? cum tñ ego vobis mandauerim, iustum iudicare iudicium, & vultum non respicere potentum, nec cuiuscunq; in iudicio accipere personam.

3 *Iudicate egeno & pupillo:*

Facite iudiciū iustum pauperculis & orphanis, & viduis, qbus nō est inter hoīes aliud auxilium præter æquitatem iustitiæ, cum opprimanē ab impiis omnibus: B

* *humilem & pauperem iustificate.*

humilibus, vilibus & pauperculis, æque atque magis potentibus & diuitibus facite iustitiā, absq; personarum respectu oībus cōiter ex æquo administrantes iustū iudicium, nec revereamini vultum potentis, vt ppea nolitis pauperum suscipere iudicia, nec ad illorum attendatis fauorem, vt eius gratia aduersum pauperes proferatis pro potentibus falsam sententiam:

4 *Eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate.*

Pauperes, & egenos, orphanos, & viduas C & derelictos (qbus nō est aliud humanū auxilium, præter æquitatē iustitiæ) eripite & saluate de potestate peccatorum diuitum atq; potentum, volentium illos opprimere: cōmissa vobis authoritate & potestate iudiciaria, hos cōpescite ab iniuria, à calumnia, à rapina, & qualibet oppressione: illos aūt, paterno affectu, vt cōmissos vestræ tutelæ filios, defendite ab iniuria. Ad hoc .n. potestatē vobis contuli, pp hoc gladiū portatis, vt sitis ministri mei, vindices in irā malè agentibus, bonis autem in defensionem atq; tutelam. D

5 *Nescierunt neque intellexerunt:*

Verum hi excæcati muneribus, corrupti affectu prauo, non scierunt neq; intellexerunt iudicium, & æquitatē noluerunt attendere quid æquum, quid iustum, nō intelligunt, meum esse iudicium nō attēdunt, φ ego in medio eorum cōsistā iudicaturus de singulis eorum iudiciis. nō cōsiderant, φ corā meo tribunali sint rōnē reddituri suæ administrationis, non habent ante oculos districtū iudiciū meū:

A * *in tenebris ambulant:*

& in hac sua cæcitate cuncta agunt, non secundū æquitatem, sed pro libito, quasi nō alium habeant superiorem iudicem, quasi potestatē omnem à seipsis habeāt, nec ab alio acceperint:

* *mouebuntur omnia fundamenta terræ.*

veruntamē post paulum ueniet tps, qñ Aggei 2
à fundamentis commouebitur terra, adhuc modicum, & ego commouebo cœlū Apoc. 20
& terram, ueniet hora iudicii mei, qñ terra à fundamentis commouebitur, & dabit mortuos suos, quando de omnibus eis una hora faciam iudicium, cuiq; pro merito suæ administrationis: qñ simul ipsi cum pauperibus uno momento resurgent, simulque accipient iustum sup se iudicium.

6 *Ego dixi, dij estis:*

Ego quidem mirificè uos exaltaui, uobis in terra committens meam potestatem, meamq; authoritatem, ad exequendum iudicium, dans uobis super alios proximos generis uestri ptātem & imperium, & uitæ ac mortis. Sicq; uos loco meo positos feci tales, ut merito appellemini dij, quoniam Dei estis uicarij:

* *& filij excelsi omnes.*

& estis oēs uos (ratione huius exaltationis sup cæteros confratres uestros, eiusdemq; naturæ consortes) quasi filij Dei altissimi, qui uos loco sui cōstituit administratores iustitiæ: estisq; nunc super terram, ratione commissæ potestatis, admodum præcellentes, magnificati uehemēter & gloriosi, ac Deo proximi.

7 *Vos autem sicut homines moriemini:*

Veruntamen non hoc uos eleuet, non securos reddat, ut propterea negligatis iustitiā, qm quidē ut hoīes iuxta cōem omnium legem, aliquando moriemini, ac tunc quidem auferetur à uobis omnis potestas & præcellentia uestra, succedentibus alijs in locum dignitatis uestræ nec etiā tunc ulla, quantum ad uos, ac cæteros pauperes, hac in parte differentia, neque tunc, nisi de bona administratione fiet inquisitio. Statutum namque est hominibus semel mori, & post hoc iudiciū, Hebr. 9.
neq; hanc legem generalem ulla potestas potest effugere:

* *& sicut unus de principibus cadetis*

& sicut

& sicut vnus quilibet de principibus ca- E
dere solet in plio, subito oi gloria, oi ho
nore, omni ptāte priuatus, qui ante erat
gloriosissimis in equis, & in militum mi
libus, mox que in eius locum & hæredi-
tatē succedit alius, ita & uos ad meæ ius
sionis imperium, cum mihi placuerit, sin
guli per mortē cadetis & interibitis, ne-
que ul lius uestrum erit potestas æterna :
sed interire uos faciam subito, omnemq;
gloriam potestatis uestræ auferam à uo-
bis, & dabo alteri cuicunque voluero:
Et quō ceciderunt nobiles illi spiritus
Luc. 10. de cœlo, quō Satanas de cœlo cecidit, tā F
quā fulgur, propter superbiā: ita & uos tā
quam onus aliquis ex illis (licet nunc
multum vobis videamini exaltati) subito
in profundum damnationis cadetis, qui
nūc per superbiam contemnitis Deum,
cuius uices geritis.

Esaiæ 1. 8 *Surge Deus, iudica terram* :
Vox prophetæ: Quia verò in terris nix in
uenitur iustum iudiciū, quoniam oēs se
qu ūtur munera, & accipiūt personā, nec
2. Par. 19 est pauperibus & orphanis ex iudiciaria
ptāte auxilium, tu Deus (cui competit iu
Psal. 7. dicare, cuius est iudicium) exsurge ad iu- G
dicandum populos, consurge ut iudices
pro ijs qui opprimuntur in terra, aduer
sum illos qui dissipant & dilacerāt, ac mi
serē defœdant sua auaritia & iniustitia hę
reditatem tuam :

* *quoniā tu hæreditabis in oībus gentibus*.
tu.n. es dñs oīum populorum, tibi com-
petit oīum gentium verum dñium, ac ꝓ-
inde tuum est facere pro eis iudicium &
administrare iustitiam, quam posteaquā
negligunt & peruertunt, imò opprimūt
tui vicarij, ad te confugere cogimur pri
marium dominum & iudicem: ut quod H
illi sua malitia non præstāt, tua bonitas
& misericordia aliquando restituat.

## ANNOT. IN PSAL. LXXXI.

VErsu 1. Deus stetit in synagoga Deo
rum. Quēadmodum vulgo is q uice
ce fungit̃ præfecti, appellari consueuit ꝓ-
fectus, maximè ubi in eodem loco nō cō
moratur is cuius uicē gerit: ita iudices ter-
ræ, quia uice Dei funguntur, & locum
eius tenent, iccirco in scripturis mercnt̃
elohim & elim, id est, dii appellari. Vñ
Exodi 22. dr̃ Si quis commodauerit ami Exod 22
co pecuniam, aut vas in custodiā, & ab eo
qui susceperat furto, ablata fuerint, &c. si
latet fur, dñs domus applicabit̃ ad Deos,
& iurabit, ꝙ non extenderit manum in
rem proximi sui. Et post pauca, Ad Deos
vtriusq; causa perueniet, hoc est, ad iudi-
ces. At rursum eodem in loco, Diis non
detrahes, id est, iudicibus & principibus
populi. Manifestum iā est, quicquid præ
ter vnum Deum nomine Dei appellat̃,
analogicè dici nec posse secundū vnam
rationem & propriam suam significatio
nem, nisi de vno dici. Cæteri.n. per parti-
cipationem, vel assimilationem quandā
dñr dii, aut ēt sm opinionem, vel appella
tionem tm̄, quemadmodum Paulus Apo 1. Cor. 8.
stolus ait, Deos multos esse, videlicet qui
dii appellantur in cœlo & in terra. At ve
rò Deus noster non sm participationem
hoc nomen habet, sed sm suā propriā sub
stantiam, sm suam propriam essentiam
Deus est, videlicet ens summum & pri-
mum, quo nihil pōt cogitari maius aut
melius, & summum quod cogitari pōt.
¶ Quòd aūt iudices super terrā sint Dei
tm̄ vicem gerentes, in credita sibi potesta
te, ex verbis Iosaphat regis Israel disci-
mus, cuius in secundo libro Paralipome 2. Pa. 19.
non talē legimus ad constitutos iudices
exhortationem. Videte (ait) quid faciatis,
Non.n hoīs exercetis iudicium, sed do-
mini, & quodcunq; iudicaueritis, in vos
redundabit. Sit timor domini vobiscum,
& cum diligentia cuncta facite Non est
enim apud dñm Deum nostrum iniqui
tas, neq; personarum acceptio, neq; cu-
pido munerum. Et eodē in loco subdit̃,
In Hierusalem quoq; cōstituit Iosaphat
Leuitas & sacerdotes & principes fami-
liarum ex Israel, vt iudicium & causam
dñi iudicarent habitatoribus eius. In qui
bus verbis, iudicium quod iudicibus cō-
mittitur, audimus iudicium domini &
causam domini appellari. Nec minus cla
rè Paulus Apostolus multis verbis hoc
ipsum testatur, ca. 13. Epistolæ ad Roma
nos, in hæc verba, Ois aīa potestatibus
sublimioribus subdita sit. Non est.n. po
testas, nisi à Deo, Quæ autem sunt, à Deo
ordinatæ sunt. Itaque qui potestati re-
sistit,

sistit, Dei ordinationi resistit: Qui aũt re-A sistuut, ipsi dãnationẽ acquirunt. Et post pauca, Non sine cã (potestas) gladiũ portat, Dei. n. minister est, uindex in irã ei q malè operatur, & alia huiusmodi plura ibidem commemorat. ¶ Versu 2. Vsque quo iudicatis iniquitatẽ, & facies peccatorum sumitis (Iudicare iniqtãtẽ, positũ est pro iudicare quod iniquum est, vel iudicare iniustè, queãdmodum facere iniqtatem vel bonitatem, ex scripturarum cõsuetudine dici solet, pro bene vel male facere. In secunda autẽ parte pro faciebus Græcè est πρόσωπα, quod ambiguũ est, B & verti potest indifferenter facies siue psonas. Siquidẽ πρόσωπον & faciem & psonam significat. Eadem aũt vr̃ esse snia, siue dicamus, sumere facies, siue psonas sumere. Qui. n. non ipsam in se causæ iustitiam attendit, sed aliud aliquid considerat causæ extraneum, pp quod vel fauore attractus, uel odio auersus, uel timore perterritus, contra æquitatem iudicat, hic faciem sumit, & personã accipit. Quidã verò præsentem locũ sic intelligunt, Quousq; similes uos facitis peccatorib'? quousq; vestro iniquo iudicio efficitis, vt C peccatores appareatis & iniqui iudices? Verùm prior snia vr̃ verior, magisq; pbanda. ¶ Versu 3. & 4. Iudicate egeno & pupillo, humilẽ & pauperem iustificate, Eripite pauperem, & egenũ de manu peccatoris liberate. Hæc sunt in qbus Deus iudices vult sui potissimũ similes fieri, &
Psal. 67. dum hoc fideliter agunt, deorum appellatione dignos se faciũt. Queãdmodum
Psal. 9. enim prima est Deo cura eorũ qui humana sunt ope destituti, quibus non est cõsilium, non est auxilium ab homine, cuiusmodi sunt orphani, viduæ, pauperes D & abiecti, adeò vt peculiari ẽt appellatione voluerit in sacra scriptura pater orphanorum, adiutor pupillorum, iudex viduarum, refugiũ pauperũ, saluator rectorum & humilium, nuncupari: ita nihil ęque à iudicibus Deus exposcit, quàm vt huiusmodi hoĩum curam gerant, ut pro his iudicent cõtra aduersantes aut opprimere molientes iusta iudicia. Neq; in aliqua re tam pñt assimilari Deo iudices, q̃ in hac pauperũ defensione. Plane. n. diuinum quiddam est, & supra hoĩem, salua re, defendere, eripere, uindicare, tutari. Et planè tyrãnicũ, imò diabolicum est, paupeteẽ iniuste opprimere tnæ commissum fidei, aut in manus opprimentium derelinquere, cum ex officio possis & debeas, uel omnium bonorũ atq; ẽt tuæ uitæ impendio liberare. Quapropter, nunquam minus dignum aliqd faciunt iudices suo vocabulo, quàm quoties personam accipientes, contra Dei pręceptum, hmõi miserorum curam & iudicium postponũt. Hinc apud Prophetas huius rei tam frequens inuenitur admonitio, tam multa passim eis commemoratio, ut uix aliud quicquã ita inuenias replicatũ atq; inculcatum. Considerent ista, quibus est iudiciaria potestas commissa: attendant ẽt illi, qui uel procuratoris uel aduocati (ut vocant) officia exercent: attendant qui Canonibus & legibus dant operã, & intelligant, quid sit in quo maximè gratificari possint dño Deo suo, cuius sunt iustitię administratores, & cui ĩ suis administrationibus seruiũt. Discãt, nusquã sibi quęstum esse uberiorẽ, quam in pauperũ tutela, & orphanorum procuratione uel aduocatione. Seiant, non aliunde sibi prouentus ampliores, neq; lucrũ cumulatius posse accedere, quàm ex miserorũ patrocinio, neq; Deo ullum se posse gratius præstare obsequium. Tametsi. n. nõ habeant ipsi quod retribuant in præsenti tpe, hẽnt tamen in cœlis curatorem ditissimum, qui pro eis beatã mercedẽ in æternitate uentura persoluet, qui (ne quicquam dubitemus) ipsemet uoce aperta at- Luc. 14.
testatus est, se quicquid uni ex his minimis factum fuerit in suo nomine, tanquã sibi factum habere. Et ipse est Samaritanus ille, qui pro vulnerato illo euangeli- Mat. 25.
co stabulario spõdens, ait, Curã illius habe, & quæcunq; supererogaueris, ego eũ Luc. 10.
rediero, reddam tibi. Ipse est insuper, qui in sancto euangelio docet, ad prandium Luc. 14.
aut cœnam non esse uocandos diuites, amicos, cognatos, aut huiusmodi, qui habent unde retribuant, sed potius cœcos, debiles, claudos ac pauperes: & eos qui huiusmodi inuitauerint, pronunciat beatos, eo q nõ habeant isti quod retribuãt ac proinde seruatur benefacienti retributio in resurrectione iustorum, Ita sanè multò

multo beatior est, q orphano, uiduę, pau- E
peri, patrociniū impendit iustitiæ, multò
suis rebus melius consulit, uerè pinguio
rē nactus est uenationē, eo q diuitis aut
potētis retribuere cām agit. Sed (qđ cum
maximo animi dolore proferimus) obte
nebrati sunt mortaliū plurimorū oculi,
execrāda auaritia ac philargyriæ pessima
cupiditate, execatæ sunt eorū mēs & cō
scientia, vt in futurā retributionē mini-
me intendentes, solis interri tparijs mer
cedibus, nullis minus libēter, minus fide
liter, minus alacriter administrent iusti-
tiam, quā ijs quibus maxime debuerāt, & F
quibus Deus potissimū impēdi volebat,
i. pauperibus nō habentibus retributio-
nē Ita sunt pleriq; auribus corrupti, ut li
bētius nōnulli unius impresentiarū tin-
niētis sonitū exaudiāt, q cęlestiū retribu
tionū suauissimas pmissiones: suā quoq;
operā & studiū libentius uilissimo obu
lo diuendant, q pro amplissimo æternæ
Deut. 32 hæreditatis pręmio collocēt Qui vtinā
saperent, vtinā intelligerent, & nouissi-
ma prouiderent, qñ de contemptis ac ne
glectis misericordiæ operibus, gloriosus
Matt. 25 ille pupillorū pater, & viduarū iudex, in G
maiestate sua, de supernis pgrediēs sedi-
bus, districtam exquiret rōnē, & horribi-
lem exercebit vltionē. Si.n. veterē illum
Iudaicum populū toties audimus p Pro
Esa. 1. phetas reprehensum acerimè, φ pupillis
nō iudicarent, φ cā uiduæ nō ingrederet
Iudas ad eos, & alia hmōi. qd arbitramur Chri-
stianis illis euenturum, qui diuitum per
Iacob 2 sonas uenerantes, & mirantes (iuxta Apo
stoli vocē) quæstus gratia, pauperibus uel
iudiciū uel patrocinium denegant: aut si
non plane denegant, certè nimium frigi
de & osciranter, ac nihil minus, q ex aīo H
agunt, protrahentes ad annos multos iu
dicij sñiam, & uanis verbis inanibusq;
spebus miserè miseros lactantes, donec
oēs illorū pilos usq; ad nouissimū abra-
serint, & ex miseris effecerint miserri-
Gen. 4. mos? An putamus Deum, qui olim san-
guinis Abel de terra clamorē audiuit, nō
iā exaudire pauperū gemitus, cū quibus
ita iā i terris agit vt libet hominibus, nō
ut uoluit Deus? Cū ergo venerit pr pau-
perū istorum, pater orphanorū, & iudex
uiduarū, susceptor humiliū, putas qd fa-
ciet suis istis uicarijs? Quæ illos manet, Psal. 67.
putamus, p sui officij tali essequutione
retributio? Malos malè perdet, & infide-
les seruos, p quos blasphematur nomen
eius inter gētes, pijciet in tenebras exte
riores, vbi erit fletus & stridor dentiū. Cū Mat. 22.
aūt interierint, nō ferent secū munera q Psal. 48.
à diuitibus corraserunt, peruertentes iu-
dicium, neq; descēdet cū eis gloria eorū,
quā sibi parauerant in abusu ptātis suæ.
Siquis aūt fidelis inuentus fuerit in eis,
oīa quæcunq; pauperibus impendit, acci
piet secū, & nō apparebit uacuus aut nu-
dus in die illa coram dño. Vtinam hac in
re sapiant, quorum oculos plus fulgor o-
blectat argenti, q spes oīs promissionum
Dei. Ista forsitā tibi, lector bone, dicta ui
debuntur tam uehementius, q ēt proli-
xius Nos tñ nostro dolori nondum satis
fecimus Qui potens est in oībus Deus
ipse pro sua uoluntate cuncta restituat,
¶ Versu 5. Nescierunt neq; intellexerūt,
in tenebris ambulant, mouebuntur oīa
fundamenta terræ, Chald. Paraph. hoc lo
co sic habet, Nescierunt bonum operari,
& nō intellexerunt legē, in tenebris am-
bulant. Quòd accipi pōt, ut nostræ lectio
nis vulgatæ cōpletio. Quòd aūt sequitur, 1. Ioan.
mouebuntur oīa fundamenta terræ, præ
ter expositionem suprapositam de terro
re diei nouissimi, potest etiam exponi cō
tinuè ad præcedentia, in hunc sensum, Iu
dices ipsi non intelligunt, neq; sciunt q
Dei sunt, in tenebris ambulant, peruerte
tes iudicia. nec secundum legē Dei iudi-
cantes aut dirigentes populū, & ob hoc
oīa conturbantur, ob hoc totus mundus
in maligno positus est, omnia sursum ac
deorsū uoluūtur, peruertuntur: & euertunt
oīa, neque quicquā est integrum. Sic.n.
exprimere solemus grauem conturbatio
nem & inordinationem, cum dicimus,
usque in fundamenta aliquid commo-
ueri. Secundum quem modum in Psal
mo 74 dicitur, Liquefacta est terra, &
omnes qui habitant in ea, iuxta exposi-
tionem quam in Elucidatione suprà assi
gnauimus. Cum.n. Deus confirmasse se
dicit terræ liquefactæ colunas, profectò
monstrat eas fuisse cōmotas, præ abundā
te uidelicet malitia, q columnas cōrrui ba
uerat, atq; à sua stabilitate dimouerat.

¶ Verſ. 6. Ego dixi dii eſtis & filii excelſi A omnes.
Ioan. 10 Hunc verſum Saluator, Ioãnis 10. ca. adducens ɔtra Pharisæos, ex eo cõuincit, nõ malè ſe fuiſſe loquutum, cum Deũ aut filiũ Dei ſe eſſe dixiſſet. Sic. n. Iudæis lapidare ipſum ut blaſphemũ uolẽtibus, rñdit, Nonne ſcriptum eſt in lege ueſtra, quia ego dixi, dii eſtis? Si illos dixit deos, ad quos ſermo Dei factus eſt, & non põt ſolui ſcriptura quem pr̃ ſanctificauit, & miſit in mundum, uos dicitis, quia blaſphemas, quia dixi, filius Dei ſum? Eſt aũt talis eius argumẽtatio, Deus hoĩes alloquens, ipſemet deos illos appellat: nõ ergo ob hoc blaſphemũ me poteſtis oſtendere, ꝙ dixerim, me eſſe filiũ Dei. Nã ſi Deus hoĩes ẽt Deos appellat, quur blaſphemia reputatur, ſi homo dicatur filius Dei? maximè ubi quod verbo dr̃, operibus confirmatur? Propter qđ & ſubiungit: Si
Ibidem nõ facio opera patris mei, nolite credere mihi. Si aũt facio opera patris mei, & ſi mihi non uul tis credere, operibus credite, vt cognoſcatis & credatis, quia pater in me eſt, & ego in patre. ¶ Verſu vltimo, Surge Deus, iudica terram, qm̃ tu hęreditabis in oĩbus gentibus. Põt illud accipi, vt prophetia & poſtulatio de aduẽtu regis Meſſiæ, ad quẽ ſpectat oĩum gentiũ hæreditas, & ipſe tãquã iudex aduenit in terrã facere iudiciũ mũdi, & pricipẽ mũdi cõdẽnare. Veruñ altera expoſitio, q̃ ĩ Elucidatione dedimus, Deũ poſtulans ſuper intendere rebus humanis, & iuſta ferre B iudicia, poſteaquã apud hoĩes omnia ſunt peruerſa, toti proceſſui Pſalmi vr̃ magis quadrare. Atq; ĩ hãc ſnĩam ẽtillud ſupra expoſuimus, ꝙ Pſalmo ſeptimo dr̃ exurge dñe Deus in præcepto quod mãdaſti, & ſynagoga populorum circundabit te. Et propter hanc in altum regrede- Pſalm. 7. re, dominus iudicabit populos.

## LXXXII. PSALMI ARGVMENTVM.

*Pſalmus iſte oratio eſt veteris populi Iſraelitici, deprecantis Deum pro vltione cõtra inſurgentes aduerſarios, quorũ primũ quidẽ malignum propoſitum, & copioſam multitudinẽ cõgregatarũ gentium domino proponit. Ac deinde exempla aliquot inſignia diuinæ vltionis, præteritis ſeculis corã patribus eorũ iudicum tpe exhibita commemorat, poſtulans ſimilem nunc contra inſurgẽtes aduerſarios fieri uindictã maximè aduerſum principes hoſtilium exercituum, ut manifeſta Dei ultione conuicti cognoſcant magnitudinẽ diuinæ potentiæ, ꝙ ſolus ipſe ſit dominus Deus ſuper oĩa altiſſimus, cui nemo poſſit comparari. Poteris nihilominus fidelis Eccleſia accõmodatiſſimè hoc Pſalmo uti pro ſupplicatione ad Deum, quoties idololatrarum obruitur impetu, aut infidelium nationum crudelitate opprimitur. Neq; quicquam obſtat, modo ſub illis gẽtium nominibus quæ in Pſalmo exprimuntur, Idumæis uidelicet & Iſmaelitis, Moabitis, Agarẽnis, Gebalitis, Ammonitis, Amalechitis, Philiſtæis, Tyrijs, & Aſſyrijs, generali acceptione intelligantur infideles, qualibet nationes contra Chriſti fidem & Chriſtianum populum conſurgentes. Siquidem illi olim oppugnantes ſynagogam, figura erant immaniſſimorum hoſtium, qui nũc Eccleſiam non ceſſant iugiter bellis atque omni armorum ui oppugnare.*

## LXXXII. PSALMI ELVCIDATIO.

DEVS quis ſimilis erit tibi? O Omnipotẽs Deus, tu ita es ſublimis & excelſus ſuper omnia, ut nemo poſſit inueniri ſimilis tui, qui tibi poſſit comparari, uel in potentia, uel in ſapientia, uel
Iudic. 7. in alia qualibet perfectione:
*ne taceas, neque compeſcaris Deus.* proinde nunc, o potentiſſime Deus, quando oportunitas maxima ſe offert demon-
Iudic. 4. ſtrandi tuam iſtam magnitudinem, & non D ſtra ex parte ſuprema occurrit neceſſitas, ne ſileas, ne quieſcas, ne ceſſes, ne diſſimules, ne nos populum tuum in manus perſequentium derelinquas: ſed extende potius manum tuam contra illos, & te nobis oſtende placabilem & exhibe defenſorem.
2 *Quoniam ecce inimici tui ſonuerunt:* Ecce. n. oportuna ſeſe offert occaſio, & nr̃a ex pte magna occurrit neceſſitas, qm̃ ĩfideles nationes p circuitũ aduerſarij nominis, fidei & cultus tui, rumores ſuſcitãt bello-

bellorum, magno stagore & strepitu ad E
bella separantes, & in finibus nostris suę
præsentiæ sonitum exhibentes:

** & qui oderunt te, extulerunt caput*:
& qui tuum cultum oderunt impij idolo
latræ, caput suum eleuauerunt per super
biam, erigunt cornua sua, superbia effe-
runt & eleuant cōtra te & populū tuū
sperātes posse præualere nobis & tui no-
minis cultum extirpare.

3 *Super populum tuum malignauerunt cō
silium:*
Cōtra populum sanctum tuū, pium, iustū
& innocentē, malitiose tractauerūt, & F
neqniter excogitauerunt consilium:

** & cogitauerunt aduersus sanctos tuos.*
& sm astutiā secularis prudentiæ suæ co-
gitauerunt cōtra fideles tuos, quibus mo
dis illos possent opprimere, & vel pror-
sus delere, uel in suam subiectionem per
ducere:

4 *Dixerūt, uenite, et disperdamus eos de gēte:*
Dixerunt seinuicem exeitando & cohor
tādo ad oppugnationem nostri; Venite,
pariter iungamus uim exercituum nro-
rum, sicq; iunctis copijs coadunati illos
inuadētes, disperdamus illos ex gētibus G
& populis, vt amplius nō sit populus, ne
que cessemus, donec ita deleamus totum
hunc populum, vt ex populo fiat non po
pulus, & ex gente non gens:

** & non memoretur nomen Israel vltra.*
deleamus memoriā gētis huius, adeò vt
non ultra nominetur gens vlla ab Israelis
nomine, cum ea, quæ hoc nomen iā te-
net prorsus fuerit deleta, & usque ad ra-
dices extirpata.

5 *Quoniam cogitauerunt unanimiter.*
Qm̄ cogitauerunt unanimiter, consiliū
fecerunt unanimes, vno cōsensu, una mē H
te uno proposito, una voluntate:

** simul aduersum te testamētū disposuerūt:*
pariter inierunt pactū, & fędus pepige-
runt cōtra te, vt tuū populū delerēt, & cul
tum tuum annihilarent, in hoc proposi-
to malitiæ, cōtra te & populū tuum pene
oēs gentiū nationes p circuitum conspi
rauerunt, & velut pariter coniurauerūt:

** tabernacula Idumæorum & Ismaelitæ.*
videlicet Idumęi & Ismaelitę primi & in
gestissimi hostes nri, qui sic nos mō sine
causa psequuntur à Iacob & Isaac patri-
bus progenitos, quo olim patres eorum
Edom siue Esau, & Ismael filius ancillæ
Agar, persequebātur innocentes fratres
suos, Iacob, & Isaac, patres nostros, absq;
omni iusta cā, cū magis ut fratres dilige
re eos debuissent, hoc, suetus odium cō
tra nos innoxios, absq; omni cā ēt num
isti exercent malorum patruum mali fi-
lij, cū magis diligere nos & adiuuare de-
buissent, ratione cognationis progenito
rum nostrorum.

6 *Moab et Agareni, Gebal et Ammon, et
Amalech alienigenæ cū habitātibus Tyrum.*
Insuper & Moabitę, & filij Agar, Gebali-
tæ quoq; & Ammonitæ & Amalechitæ,
qui primi oppugnauerūt patres egressos
de Aegypto ipsi nec lęsi, nec ꝓuocati, alie
nigenæ quoq; Philistęi, qui nobis p mul
ta tpa maximum exhibuerūt negotium,
insuper ēt Tyrij, qui licet aliquando tpe
Hiram regis, amici fuerint cum Salomo
ne & populo eius, postmodum in cum
cæteris uersi sunt ad inimicitias.

7 *Etenim Assur uenit cum illis:*
Neq; verò isti solū viciniores cōtra nos
cōiurauerūt in malum, sed ēt qui lōgius
distant, Assyrij illi sunt associati, pariter
que cum illis uenerunt contra nos:

** facti sunt in adiutorium filijs Loth.*
nimirū aduocati & conducti in auxiliū
à filijs Loth, in subsidiū & adiutoriū Am
monitarum & Moabitarum, qui, ut cer-
tior esset faciliorq; eorum uictoria, Assy
riorum ēt uirtutem studuerunt sibi con-
iungere. Omnes hæ gentes, uniuersi po-
puli isti; quanquam inter sese maximè
discrepantes, quanquam sibinuicē aliàs
aduersarij, in nostri tamē oppugnatione
cōuenerunt unanimes, & socij facti sunt,
isto contra nos pariter fœdere quasi te-
stamento disposito, & pacto firmato de
perditione nostra.

8 *Fac illis sicut Madian:*
Veruntamen tu (qui es cunctis nationi-
bus lōge fortior, cuius potētiæ nemo po
test resistere, eo ꝙ non sit similis tui) age
cum illis p uirturem tuæ fortitudinis, Iudic. 7.
queadmodum egisti olim cum Madiani
tis, tempore Gedeonis, qui per annos se-
ptem grauiter oppresserant Israelem.

** et Sisare sicut Iabin in torrente Cyson.* Iudic. 4.
& sicut tpe Delboræ ꝓphetissæ, per Ba-
rach,

rach, fecisti Sisaræ principi exercit' Cha A illos similes rotis quæ voluūtur in orbē
Psal. 74. naanitarū, & sicut Iabin regi Chanaā, fac agitentur spiritu uertiginis in modū
qui per annos viginti vehemēter oppres rotarum, ita volue ac reuolue eos tua uir
serat filios Israel, habens iā nominato Si tute, quemadmodum rota minimo nego
saram ducem exercitus sui, qui apud tor tio in curru uel alibi uertentis manu vol
4 Re. 15 renté Cyson, p manum Barach, tua virtu uitur atque reuoluitur:
te ita sunt cōtriti, ut ipse Sisara dux exer * *& sicut stipulam ante faciem uenti.*
citus de curru coact' fuerit desilire, ac pe Fac et eos instabiles & nutabundos, in
des ad latibulum cōfugere, ubi à muliere oībus consiliis & cogitationibus suis, &
quadam susceptus, clauo per tempora p quēadmodum stipula abripitur flatu ua
Eccle. 1 cussus interijt, & omnis exercitus eius ad lidi uenti, sic à facie irę tuæ illi dispergā
internitionem vsque percussus interijt: tur & omnis eorum fortitudo dissipetur,
Psal. 2. 6 9 *Disperierunt in Endor: facti sunt ut ster-* redigaturq; ad nihilum.
*cus terræ.* B 13 *& Sicut ignis qui comburit syluam.*
Disperierunt oēs isti, & ad nihilum reda Sicut ignis corripiēns & inflāmans syl
cti sunt in Endor loco uicino iuxta tor- uā aliquā, magno impetu & stridore li-
rētem Cyson, facti sunt quasi stercus & si gna cōsumit: & licet ob uariditatē mul-
Eccle. 7. mus sup faciem terrę, dum prę multitudi tū repugnēt, ꝓualet tn̄ ignis, & deuorat v-
ne, in sepulta eorū corpora remāserunt, niuersa magno stridore & terribili soni-
& cōputruerunt in fœtore stercoreo, sic * *& sicut flamma comburens montes.* (tu
et conculcati sunt, & pro nihilo contriti & sicut flāma cum mōtes sulphureos for
atq; prostrati, quasi stercus fuissent terræ tè cōprehēderit, grauissimè sęuit ac grassa
uilissimi atque impotentissimi. tur vehemētissimè in materiam illā mō
10 *Pone principes eorum sicut Oreb et Zeb,* tis quē inuaserit, vt non sit q possit ignis
*& Zebee & Salmana.* grassantis impetum extinguere, aut uel
Ita faceum eū principibus & ducibus isto compescere, cum nec à longe accedere
rum hostium nostrorum, qui nunc cōtra C quisquam audeat.
nos in pugnā ueniunt, sicut quōdam feci 14 *Ita persequeris illos in tempestate tua:*
sti principibus Madianitarum, Oreb & Ita tu Dn̄e ꝓ nobis egrediēs ad pugnā
Iudic. 7. Zeb, quos fugiētes à facie Gedeonis & fi & ultionē, ꝑsequere inimicos nostros ve
liorum Israel, cōprehēderūt & interfece hementi indignatione tua, quasi ad mo
runt filij Ephraim, capitibus eorū missis dum tempestatis uehemētissimè pterrefa
ad Gedeonē & Zebee quoq; & Salmana cientis & conturbantis aduersarios:
regibus Madianitarum, quos Gedeon p * *& in ira tua turbabis eos.*
secutus, ꝓprio interfecit gladio, omni sic tu in furore irę & indignatione ꝯtur
eorum exercitu interfecto, circiter cen- babis eos, & grauissima feries ultione.
tum triginta milia. Erit nāq; eis ira indignationis tuę, quasi
11 *Omne principes eorum qui dixerunt.* ignis rapidissimus, q̄ eos in impetu ma-
Tales inquā, pone omnes principes, ita gno consumet, cui nemo uel audebit
age cum oībus principibus eorum qui in D uel poterit resistere, multò minus quis-
superbia & malitia cordis sui mutuo sese quam eam poterit extinguere.
in malum exhortantes & confortantes, 15 *Imple facies eorum ignominia:*
dixerunt: Ita tu domine ꝓ nobis iudicās, reple, fa-
* *hereditate possideamus sanctuarium Dei.* facies eorū ꝯfusiōe & ignominia, fac tua
hęreditate possideamus terrā filiorum Is- manifesta punitiōe turpiter percussi cōfun
rael, in qua est tabernaculum Dei, uenite dant & erubescāt corā oībus gentibus:
subijciamus illam ditioni nostræ, uendi * *& quærent nomen tuum Domine.*
cemus eam nobis, ut de ea faciamus qc- vt sic humiliati quos ex eis fortè elegeris
quid libuerit, & uel deleamus pro libito ad sanam mentem, uexatione dāte intel
nostro, uel seruituti nostræ subiiciamus. lectum conuertātur, teq; incipiāt cogno
12 *Deus meus, pone illos ut rotam:* scere, quē tā manifestissimis signis ui-
Deus noster ultor & defensor noster, fac dent prędicari, & qui prius tuum nomen

oppugnauerant increduli & idololatræ,
tuæ potentiæ cõuictis testimoniis, ipsum
iam fideti corde inuocent facti fideles.
16 *Erubescãt & conturbentur in seculũ seculi:*
Erubescant sua vltione, & conturbentur
confusione sempiterna, qui post conspe-
cta tam euidentia suæ virtutis testimonia
obstinati permanserunt in incredulitate
& duritia cordis sui:
* *& confundantur, & pereant.*
cõfusio sempiterna & interitus æternus
portio eorum erunt in profundo abissi.
17 *Et cognoscant quia nomen tibi Domi*
*nus, tu solus altissimus in omni terra*
Apoc.19 Et cognoscant oẽs gentes (euidẽtissimis
& quibus contradici nõ possit, efficacissi-
Psal. 94. mis signis conuicti) qa tu es verus Deus,
Ps. 112. cui soli sm veritatem cõpetit nomẽ dñi,
qui solus es verus dñs, & ꝙ tu solus excel
sus sis & altissimus, super oẽs qui sunt in
terra, ꝙ tu sis rex oĩum regum, & om-
nium dominantium dñs, magnus dñs &
rex magnus super oẽs Deos, super oẽs
gentes excelsus & cui prorsus nemo põt
vel in cœlo vel in terra comparari: vt sic
nomen tuum cum gloria & honore ma-
gnificetur super omnem orbem terrarũ,
quemadmodum dignum est laudari &
benedici in secula seculorum, Amen.

## ANNOT. IN PSAL. LXXXII.

VErsu 1. Ne taceas, neque compescã
ris Deus. Ne compescaris dictum
est, pro non quiescas, quõ ex Hebræo ver
tit Hierony. Reputatur autem Deus ve-
lut compesci, id est, quiescere vel desiste-
re ab vltione, cum dissimulat, cum fert pa
tienter (absq; præsenti vltione) malorum
impietatem. Versu 2. Qm̃ ecce inimici
tui sonuerunt, & qui oderunt te, extule-
runt caput, Sonitus iste, apparatus bellici
est non incognitus. Non. n. possunt mul-
ta milia hominum galeis, loricis aliisq;
id genus armis bellicis armatorum & ac-
cinctorum coire in vnũ absq; fragore &
strepitu maximo Dũ ergo inimicos dñi
sonuisse, significant eos sibi bellũ inten-
tasse. Illa quoq; capitis elatio, de qua se-
cundo loco dr̃, manifestum est ꝙ sm pro
uerbialem consuetudinem intelligatur,
iuxta quam dicunt homines efferre il-
los caput, qui superbè se eleuant, quod

E alibi dr̃ exaltare cornua: vt Psalmo 74. ex
voce dñi, Nolite iniquè agere, nolite exal Psal. 74.
tare cornu. Nolite extollere in altum cor
nu vestrum. Et alterius caput dr̃ exaltare
vel extollere, q magnificat alterum, quẽ-
madmodum vltimo capite 4. libri regũ 4.Re.25.
legimus. Euilmerodach regẽ babilonis
sublcuasse caput Ioachim regis Iuda de
carcere, qñ benignè ei locutus est, & thro
nũ eius posuit sup thronos regũ q secũ
erãt in babylone. Sic p Sapientẽ dr̃, Sapiẽ Eccle.11
tia humiliati exaltabit caput illius. Et in
alio Psalmo is q sup inimicos victor p Psal.26.
F Deũ euasit Et nunc, inquit, exaltauit ca-
put meum sup inimicos meos. Per con-
trariũ verò, caput deprimere, vel demitte
re, vel humiliare, significat submissum es-
se, ac humilẽ esse atq; subiectũ, quõ in Ec Eccle. 7.
clesiasti. dr̃, Magnati humilia caput tuũ.
In sequenti aũt versu, malignauerunt, in-
tellige nequiter tractauerunt, quẽadmo
dũ ex Hebræo vertit Hierony. atq; ẽt Fe
lix ¶ Versu 5. Qm̃ cogitauerũt vnanimi
ter, simul aduersum te, testm̃ disposuerũt,
&c. Aduerbia illa vnanimiter & simul,
quidã pariter annectunt eidẽ verbo co
G gitauerunt, ad hunc sensum. Cogitauerũt
vnanimes pariter: ac deinde separatim le
gunt, aduersum te testm̃ disposuerũt. Cui
distinctioni non male consonat lectio
Græca, quæ sic habet ὅτι ἐβουλεύσαντο
ἐν ὁμονοίᾳ ἐπὶ τὸ αὐτὸ κατὰ σοῦ διαθή-
κην διέθεντο hoc est, Qm̃ cogitauerũt in
vna mente, vel in vno corde, vel in vna-
nimitate in idipsum, cõtra te testamentũ
disposuerũt: vbi in idipsum aptius vr̃ cũ
præcedentibus iungi. Manifestius verò
eandẽ cõnexionem monstrat Chaldaica
Paraph. quæ ita elegit, Qm̃ cogitauerunt
H ĩuoto corde aduersum te pariter, & ppea
aduersũ te pactũ pepigerun. Cõmunius
tñ solet prædicta aduerbia adinuicẽ se-
parari, hoc modo, Quoniã cogitauerunt
vnanimiter, simul aduersum te testamen
tum disposuerunt, quõ nos in Elucida-
tio. explicauimus. Hebraica autem lectio
ambigua est. Cæterum, tabernacula Idu-
mæorum dicit, vel quia de bellum paran
tibus & terram alienam inuadentibus lo
quitur, qui in tabernaculis & tentoriis
habitare solent, vel quia populi illi orien
tales magna ex parte (vt ferunt) in taber
naculis

naculis inhabitant. Ver. 6, Moab, & Aga- A
reni, Gebal, & Ammō, & Amalech alieni
genæ cū habitantibus Tyrū. De istis Aga
renis dubium est, an à præcedētibus dif
ferāt, scilicet Ismaelitis. Nā Ismael filius
fuit Agar, à qua Agareni. Videbuntur er-
go ide esse Ismaelitæ, qui & Agareni. For
sitan aūt præter Ismaelē habuit Agar &
alios filios, à quibus descendentes popu
li Agareni uocenť, qui uerò ab Ismaele
spāliter appellanť Ismaelitæ, Et sunt q di-
cūt Agar eādem esse q alio noīe appella
tur Cethura, quā post mortem Saræ (ut
Gen. 20 legimus Genesis 20. capitulo) Abraham B
duxit uxorē, pereauitq; ex ea filios plu-
res, quos oēs separauit ab Isaac electo fi-
lio suo, ad orientalem plagā, Populi isti
q hic cōmemoramur, orientales sunt po
pulo Israelitico. De populo aūt Gabalita
rū, nihil usquam peculiare in scripturis
possumus inuenire, quales aut quantus
fuerit aut qd cōtra Israel, aut quātū ege-
rit. Alienigenas aūt singulariter itelligi
debere Philistæos ex Hebræo est manife
stū Pro alienigenis nāq; singulari nume
Esa. 23. ro habet Philistæū, quō Hieronymus &
Felix ac cęteri iterpretes uerterūt. Q uòd C
Gen. 16. aūt habitatores Tyri inimici fuerint &
aduersarii populi Israel ut cæteri, uel ex
Esaiæ Prophetia cognoscim⁹ q cōtra oēs
gētes p circuitū pphetans, quę Israeli fue
rāt aliqn molesti, & suum cuiq; onus prę
dicēs, nouissimè oīum & Tyro suū onus
denunciat, quemadmodum uidere potes
Esaiæ uigesimo tertio. ¶ Versu 7. Etenim
Assur uenit cū illis, facti sunt ī adiutoriū
filiis Loth In historia gñsis legimus, quē
admodum Loth p filias inebriatus, ex eo
itu cum filia maiori, nocte prima, genuit
Moab, altera aūt nocte ex filia minore, D
genuit Ammō. De Moab verò dicit eadē
historia, q ipse pater sit Moabitarū usq;
in præsentē diē, & de Ammō, q pater sit
Ammonitarū vsq; hodie. Moabitæ ergo
& Ammonitæ, generali appellatione no
minanť filii Loth De hoc aūt adiutorio
ab Assyriis impenso filii Loth, .i. Ammo
nitis, particulare quoddā factū legimus
2. Re. 10 secū li. Re. 10. capite, qñ nunciis regis Da
uid per rationē dimidiæ barbæ & vestiū
pcisionē vsq; ad nates illusis, & turpiter
valde confusis, ab Anon rege filiorum

Ammō, conscii sceleris, & vltionē Dauid
metuentes Ammonitæ, pp illatā iniuriā
miserunt, & mercede conduxerunt Syrū
Roab, & Syrū Soba, uiginti milia peditū,
q fugati sunt à facie Ioab. Rursum in mi-
serunt & adduxerunt Syros qui erāt trās
flumē, ī multitudine magna, ita vt ex eis
percusserit Dauid septingentos currus, &
quadraginta milia equitū. ¶ Vers. 8. Fac
illis sicut Mediā & Sisarę, sicut Iabin in
torrente Cyson. Vltio illa Medianitarū,
quā vnico verbo attingit ī principio ser
monis, dicēs sicut Madiā, nō eadē est cū
ea q statim sequiť contra Sisarā & Iabin,
sed tpe fuit posterior queādmodum ex li
bro Iudicum est manifestum. Quarto. n.
& quinto capitibus eius libri, vltio descri
biť contra Iabin regē Chanaan, qui p vi
ginti annos vehementer Israelē oppres-
serat, & Sisarā principē militię eius, atq;
vniuersum exercitum eius, Idq; factum
fuit sub Delbora pphetissa & Barach fi-
lio Abinoē. De afflictione autē qua Isra
elitæ à Medianitis fuerunt oppressi, &
de victoria p Gedeonē cōtra Medianitas
mirabiliter obtenta, & vltione ī eos gra
uissima tractať p capita tria sequētia, Ilu
xeruntq; inter victoriā Barach & Media
nitarum oppressionē, anni quadraginta.
Post nanq; victoriā Barach cōtra Sisa-
rā quieuit terra p annos quadraginta, ac
tunc demum filii Israel malum faciētes
in cōspectu dñi, traditi sunt in manu Ma
diā septem annos Itaq;, ordo ille, Sicut
Madiā & Sisaræ nequaquā fm historiæ
veritatem, & rei gestæ seriem intelligiť,
sed qd posterius est (ut frequenter ī nar- Iudi. 41.
rōnibus fieri solet) breuiter ante prius
gesti rōnem perstringitur, postmodum
verò vers. 10. latius explicatur, ubi prin-
cipes. Medianitarum ppriis suis explicā
tur nominibus, Oreb videlicet & Zeb, Ze
bee & Salmana. Notandum verò quod
hic dř de Iabin, Fac illis sicut Iabin in
torrente Cyson, non intelligendum se-
cundum personam ipsius Iabin. Nā Iu-
dicum historia non meminit, nisi de du
ce exercitus eius Sisara clauo percusso,
& cōtrito exercitu: Ipsum autem regem
non legimus fuisse in plio neq; ipsius
personæ mali aliquid accidisset. Nihil
aūt dubiū est, quin regi factum dř, quic-

 quid

qd eius duci,& exer citui cognoſcit̃ eue- E
niſſe. Idẽ de Endor,i hiſtoria Iudicũ nul-
Ioſue.17 la fit mẽtio. Ex libro aũt Ioſue cognoſci
mus locũ eſſe in tribu Manaſſe, quẽ locũ
credendũ eſt ꝓpinquum eſſe torrẽti Cy
ſon. Cuius ẽt loci fit mentio 1. lib. Regũ
cap. 28 de muliere Phytoniſſa, quæ habi-
tabat in Endor. Chald. tranſlatio per En
dor fontem intelligit. Sic.n. habet, Diſp-
ſi fuerunt ad fontẽ Dor. Ex loco aũt iam
citato libri Regum: magis apparet ciui-
tas uel uiculus aliquis fuiſſe. Stercus aũt
terræ facti intelliguntur percuſſi aduerſa
rii, ſecundum duplicẽ ſimilitudinẽ, uel F
qm̃ tanquam fimus facti ſunt, computre-
ſcentes,& diſperſi ſuper faciem terræ, uel
qm̃ ſic conculcati ſunt abſq; reſiſtentia
uirtute Dei, quõ ſtercus calcatur in pla
teis Cui poſteriori expoſitioni conſonat
quod Chal. Paraphra. habet, Facti ſunt ſi-
cut ſtercus conculcatum in terra. ¶ Ver.
12. Deus meus pone illos rotam. Pro
rota in Hebrę o habetur galgal, quod ſi-
gnificat ſpheram, circulum. rotã,& quod
libet rotundum, ac uolubile, pp uolubili
tatẽ & girationẽ. Nam uerbum radicale
galgal, idẽ eſt qd girauit, mouit, uoluit, rotG
tauit. Vnde in Græco habetur τρόχος,
qd manifeſtæ eſt ſignificationis Eſt ergo
ſenſus, Ita illos tuo terrore conturbatos
uolue, quõ uoluit̃ rota, ut non ſint apud
ſeſe p̃ miſeria, ſic illos torque, quõ ſolet
trochus torqueri à pueris, aut quomodo
ſolet ſphæra aut globus rotari atq; iacta
ri ſuper terrã. Vulgo aũt dicere ſolẽt ho
mines de eo quem pro libito tractãt abſ-
que reſiſtẽtia, ꝙ quaſi ſpheram eiuſmodi
poſſint uoluere, & qd tanq̃ trochũ poſ-
ſint circũgirare, aut tãquã rotã circun-
uoluere. Vr̃ aũt in hoc ſermone, de illo H
Eſai.19. ſpũ uertiginis fieri ſermo de quo apud
Eſaiam legimus c. 19. in hæc uerba. Dñs
miſcuit in medio eius, ſcilicet Aegypti,
ſpũm uertiginis,& errare fecerunt Aegy
ptũ in oĩ opere ſuo, ſicut errat ebrius & uo
mens, Vñ & aliter præſens locus poteſt
intelligi, ſumpta metaphora ab iis, qui in
capite patiuntur uertiginẽ. Neſciunt.n.
quid agant, aut quo uadant, quaſi priuati
ſenſibus, Ita hoc loco intelligi põt poſtu
latio fieri pro eo ut mittatur i principes
aduerſariorũ talis pauor ac tremor, ut p̃-

pauore neſciãt qd agant, fiantq; ſinẽ om
ni cõſilio,& queadmodum faciliimũ eſt
uertigine capitis laborãtes in terrã ꝓſter
nere, ut ſic illi quoque abſq; reſiſtetia,
terrore Dei cõturbati, poſſint proſterni
atq; deuinci. ſunt tñ, q dictionẽ Hebreã
hic poſitã putãt ſignificare carduum talẽ
q facit lanuginẽ quãdã deſuper, quæ ad
modicũ uẽti flatum diſſipat̃ & fugit. Quę
expoſitio eſt Rabbi Salomonis, Verũ do
ctiores & potiores, nr̃æ potius fauẽt ver
ſioni. Vñ B. Hieronymus & Felix non
aliud q̃ rotã uerterũt, neq; alii ulli ex He
bręo interpretes, quos mihi contigit ui-
dere, aliud q̃ rotã uerterunt. Sed & Chal.
Paraph. manifeſtiſſimẽ rotã itelligit, Sic
.n. habet, Pone eos ſicut rotã, quæ uoluit̃
& mouet̃,& nõ conſiſtit in decliui. Si cui
tñ placeat illa Rabbi Salomonis ſniam
ſequi, poterit etiã in nr̃a lectione eã acci
pere, ſi rotã ſm ſimilitudinẽ accipiat. La-
nugo.n. illa quę ſup herbas quaſdã poſt
florẽ apparet in modum rotæ curſus diſ-
poſita uidebit̃, ſi qs contemplet̃ exactius.
¶ Verſu 15 Imple facies eorum ignomi
nia,& quærent nomen tuum dñe. in Elu
cidatione ita explanauimus, Quærent ip
ſi impleti ignominia nomen tuum, Ta
metſi enim maior pars populi infidelis
peruerſa remãſerit, quãtiſcunq, ſignis cõ
ſpectis, non tñ dubitandum eſt, multos
ex gẽtib' uiſis in manifeſtiſſimis diuinę
uirtutis indiciis, Deo dediſſe gloriã: Vñ
in libro, Iudit, Achior dux filiorum Am Iudith.
mõ corã Holoferne manifeſtiſſimẽ de
Deo populi Iſraeli: ici loquebat̃ atteſtãs,
qd ſi nõ in populo peccatũ inueniret̃, ne
quaq̃ ullius quantacunque uirtute poſ
ſent deuinci, talẽ habentes protectorẽ. Et
quõ de iſto legimus, ꝙ poſtmodũ cũ oĩ
ſua gẽte cõſpecta uirtute per Iudith con
tra Holofernẽ facta, ſe adiunxerit popu-
lo Dei, & Deũ Iſrael coluerit, non du
bium eſt, multos alios extitiſſe, q ſimili
bus diuinæ uirtutis ſignis credentes, ad
fidẽ Dei ueri fuerunt conuerſi. Poſſet tñ
aliter ꝑdictus uerſus intelligi hoc mõ,
Imple hoſtium facies ignominia. & pii
ſerui tui, cũ illi cõfuſi fuerint, qrẽt nomẽ
tuum.i. fidelius & pfectius tibi adhærebũt
& ſeruient, iuxta quem fere modum ulti
mum Pſalmi uerſum explanauimus.

## LXXXIII. PSALMI ARGVMENTVM.

*Idem argumentum habet præsens hic Psalmus cum eo qui ordine est 41. Quemadmodum desiderat,&c. vehemens scilicet æternorum desideriũ hos cuncta ista tpalia fastidientis, & ad cœlestia non peritura toto cordis affectu transeuntis. Mox n in principio desiderium ardentissimum profert tabernaculorum cœlestium,adducens auicularum passeris & turturis exemplum,ad sui desiderij confortationem. vt quo irrationales illæ habitationes suas quærunt & inueniunt,sic & ipse homo spiritualis æternam mensionem quærere non desinat, donec inueniat,propter quod,magna admiratione ad illa superna altaria suspirens, eorum qui in domo illa iam commorantur,beatitudinem prædicat Et quia nondum hanc sibi videt posse contingere,ad id quod proximum est,nempe spem bonam,se conuertens,illos quoq; secundũ spem beatos nunc commemorat,qui meliora in dies proponentes atq; in via Dei semper progredi satagentes, Dei benedictionibus corroborati,continuis gressibus ad illam primam beatitudinem pergunt. In quorum numero vt ipse quoque possit inueniri, versu 8. precatur suam orationem à Deo exaudiri:& quo magis ad misericordiam Deum flectat,nomen benedicti Messiæ interponit,iterum replicans cœlestis mansionis quam tantopere concupiscit præcellentiam:ac tandem versibus duobus vltimis,in Dei misericordia & veritate seipsum consolando fiducia sancta confirmat,solicitamq; animam spe bonæ quietis in pace componit.*

## LXXXIII. PSALMI ELVCIDATIO.

*VAM dilecta tabernacula tua domine virtutum.*

Matt. 8. Quàm sunt amabilia, q̃ desiderabilia illa superna tua tabernacula, ô exercituum cœlestium dominator Deus, q̃ iocundæ & expetibiles sunt paternæ mansiones illæ domus tuæ, in quibus cõmorantur tui exercitus,in quibus tui inhabitant domestici, qui corã te sunt omni tempore:

** concupiscit & deficit anima mea in atria domini.*

profectò tã sunt amabilia amplissima illa atria tua,tã sunt illæ mansiones expectendæ, vt iã in corpore adhuc aĩa mea inhabitans,vehementissimo illorũ teneatur desiderio, ac velut moræ impatiens deficiat,præ nimio desiderii ardore.

2 *Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum.*

Neq; verò solum aĩa mea mansionũ harum cœlestium æstuat desiderio, sed & oẽ quod intra me est,cor meum, & corpus hoc meum,& cunctæ corporis vires (quasi diffundente ac spargente sese desiderio superabundanti aĩę)cum exultatione oblectantur in te dño Deo meo, qui es Deus vnus,viuus & verus:tantus est affectus animæ, vt & in corporis quoque membra redundans,in te ea faciat velut exultantia prę lætitia.

3 *Etenim passer inuenis sibi domum:*

Ecce.n.passerculi,irrationalia animalcula,& quibus nulla est spes immortalitatis,naturali ducti instinctu, solo sensus ac naturæ impulsu, quærunt & inueniũt sibi domos, loca iuxta suæ naturæ conditionem apta ad inhabitandum:

** & turtur nidum,vbi reponat pullos suos.*

& turtures similiter,naturæ ac sensus tñ ductu,possunt inuenire sibi nidos in quibus habitent,progignantq;,&enutriant pullos suos.Ita,inquã,aĩalia rationis expertia,solo prædita sensu,immortalitatis spem minimè habentia,congrua suæ naturæ loca quærunt & inueniunt & non quærã ego,creatura rationalis,certã habẽs spẽ immortalitatis,habitationes tuas æternas,solas mihi iuxta naturę meæ cõditionem conuenientes, vt mortales illi passeres ac turtures quærunt ac inueniunt temporales sibi congruas?

4 *Altaria tua domine virtutum:*

Mãsiones aũt istæ quas desidero, ad quas suspiro,illa sunt tua sacrosancta altaria, ô fortissime Deus exercituum, quæ sunt in conspectu pręsentiæ diuinitatis tuę,in quibus sacrificium perfectæ laudis iugiter & incessanter tibi offertur,vbi requiẽ non habent sacrificantes nocte ac die, dicentes Sanctus, sanctus, sanctus, dñs Deus noster omnipotens, qui est, qui erat,& qui venturus est: Apoc. 4.

* *rex meus & Deus meus.*
hęc, inquam, ſunt illa tabernacula ô rex
meus & Deus meus, ad quæ ſuſpirat ge-
mens anima mea, in quibus quærit man
ſionem ſibi, ut & ipſa his aliquando aſſi
ſtere, & in eis iuge ſacrificium laudis in-
ceſſabilis tibi poſsit offerre.

5 *Beati qui habitant in domo tua domine:*
Vere beati ſunt, & non ſolū terq; quater
que beati, ſed in infinitum beati, qui iā
inhabitant illam ampliſsimā iocundiſſi
2.Co. 5. mamq; domum tuā, à qua ego adhuc pe
regrinans in corpore longe abſum, ta-
metſi illud contendā ſpiritu, verè beati
illi ſunt, qbus iā eo neceſſum eſt ſtare co-
rā te oī tempore, dulciſſimūq; vultum
tuū contueri. beati q iā panem māducāt
in regno tuo, facti conuiuæ menſæ tuę:

* *in ſæcula ſæculorum laudabunt te.*
hi profectò à laudibus tuis nūquā ceſſa-
bunt, & indeficienti cantico ac collau-
dabunt in perpetuis æternitatibus, ab his
æternæ laudis ꝑpetuū accipies ſacrificiū.

6 *Beatus uir cuius eſt auxilium abs te:*
Niholominus & illi aliqua in parte ſm
ſpē bonā ſunt beati, quantū beatus eſſe
Luc. 4. pōt adhuc, in mortali degens corpore, q
licet nondū ante conſpectum vultus tui
ſunt admiſsi, tñ in hac ſua peregrinatio-
Phil. 3. ne oī ſtudio adnituntͤ, dignā tibique pla
citā ducere vitam, oēm ſuam ſpē in te ha
bentes repoſitam, omne ſuum auxilium
à tua miſericordiſsima bonitate ſperan-
tes, non vane ſibiipſis fidentes, ſed ſoli-
dam in te ſpem ſuam conſtituentes.

* *aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit, in ualle lachrymarum.*
qque ita in tuo auxilio ſperantes in dies
meliora ꝓponūt, pedē non referunt, ne-
que progredi ceſſant viis tuis, neq; ma
nū retrahunt ſemel miſsā ad aratrū, ſed
ad anteriora extendunt ſemetipſos, & al
tiora continuo meditantͤ, ſp videlicet ſo
liciti, qūo magis ac magis placeant tibi
Phili. 1. ſuo dño, vt abundet magis, qui ſic inquā,
aſcenſiones diſponunt in cordibus ſuis,
interim dum in hac valle lachrymarum
degunt, in hoc loco exilii & ploratus,
vbi multo vtilius eſt ſanctis lachrymis
rigari, quam inepta lætitia diſſolui.

* *in loco quem poſuit.*
& in loco iſto quem poſuit atq; cōſtituit

E eis dñs, in loco exilii, cui diuina ſentētia
ſunt addicti, ut in eo pœnitentiam agen
tes, & vitam Deo dignam ducentes, poſ
ſint tandem aliquando poſt peractum
ſuæ peregrinationis curſum ad illas bea
tas pertingere manſiones.

7 *Etenim benedictionem dabit legislator:*
Hi ſanè ſpe beati ſunt, q ſe tales in hoc
exilio præſtiterint. Nam is qui legem Pſ. 102.
tulit Deus benedictus, qui mandata atq;
ꝑcepta hoībus dedit, idē ipſe benedictio Ioa. 15.
nem grāæ ſuæ paratus eſt oībus qui bo-
næ ſunt voluntatis conferre, vt qui legē
F tulit, idem ipſe ad legem ſuam implen-
dam adiuuet eos qui bonæ fuerint uo-
luntatis, cognoſcens figmentum noſtrū
& noſtram ex nobiſipſis infirmitatem,
ut pote quod ſine ipſo nihil poſſumus:

* *ibunt de uirtute in uirtutem:*
ipſi verò ex legiſla oris ſuauiſsimis bene
dictionibus continuum accipient in ſpi
ritu profectum efficienturq; in dies robu
ſtiores ſeipſis, progredientur de fortitudi-
ne in fortitudinem, adiicietur robori ro
bor, corde dilatato perambulabunt, imò
percurrent, imò peruolabunt viam man-
G datorum Dei, volabunt, & non deficiēt.

* *videlicet Deus Deorum in Sion*
donec tandem pertingant illud quo per Pſ. 118.
uenire oībus votis deſiderāt, videlicet ad
videndum dñm Deum, qui eſt rex ma-
gnus ſuper omnes Deus in ſuperna pa- Eſa. 40.
tria, in Sion cęleſti, vbi eſt contemplatio
aperta vultus Dei facie ad faciē, veniētq; Pſa. 94.
tandem à labore itineris ad requiē æter-
nitatis, à deſiderio fidei & expectatione
ſpei, ad cōſpectionē beatæ faciei, & ple- 1.Co. 13
niſsimā fruitionē rei ſemper deſideratæ.

8 *Domine Deus virtutum, exaudi orationē*
H *meam, auribus percipe Deus Iacob.*
O domine Deus cœleſtium exercituum,
potētiſsime & gloriſiſsime princeps, ex-
ercitibus mille milium ſp ſtipatus atq;
circundatus, exaudi (qſo) orēm meā, &
aures benignitatis tuę, ô Deus Iacob, in-
troite ꝑmittas, vt fiat exaudibilis, quam
ego ex hac valle lachrymarū ex intimo
affectu effundo, toto deſiderio anhelans
atq; ſuſpirās ad æterna illa tabernacula.

9 *Protector noſter aſpice Deus:*
Protector, defenſor, adiutor, & ꝓpugna-
tor noſter ô Deus, aſpice ad miſeriā pau-
per-

peccatis & infirmitatis nrę,aspice ad locū exilii huius,in quo nihil est nisi fletus,nihil nisi miseriæ:vt tua bñdictione abūdātius pfectas,quod ex nobis penitus abest:

A

.* *& respice in faciem Christi tui.*

attende ēt ad faciē Messiæ Christi tui,quē unxisti in salutē gñtis nři: in eius noīe petim',vt tua nos misericordia aspicias, ut qui ex nobis forte beneficio indigni sumus,eius noīe,qui tibi non pōt nō esse acceptissimus,impetremus quæ nobis in hac misera uita sunt necessaria,ut tandem aliquando ad illa amabilissima tabernacula peruenire mereamur, & non frustra sit omne nostrum suspirium.

B

10 *Quia melior est dies una in atrijs tuis, super milia.*

Ecce.n. hoc certò scio,ꝙ dies una in tuis mansionibus melior sit,quàm multa dierum milia in hac ualle miseriæ,lōge magis optandum est, uel unius diei spatio inhabitare in māsionibus tuis amplissimis atq; iocūdissimis, ubi ē oīs boni plenitudo,quā mille annos, imò multa annorū milia,in hac ualle miseriæ habitare,ubi est omnis boni egestas.

11 *Elegi abiectus esse in domo Dei mei,magis quàm habitare in tabernaculis peccatorū.*

C

Optarē magis ego qdē esse infimus seruulus abiectissimus custos ostij, & oīum nouissimus in domo dñi Dei mei,in supernis illis mansionibus beatissimis,quā habitare in hac uita in habitationibus peccatorum, quàm hic inter peccatores uitā ducere,ac si primatum hic gererem, & oīum essem primus. Qui.n.minimus est in regno cœlorum,maior est, & infinito fœlicior eo qui in terris uidetur maximus,& omnium primus.

Matt. 11
Lucæ. 7.

12 *Quia misericordiam & veritatem diligit Deus:*

D

Et quidem dominus Deus misericordiā diligit,& ueritatem,ea diligentissimè seruans in cunctis operibus suis,misericordissimus pariter & uerācissimus: ut non potens non misereri,ita non potens fallere: propter quod,optimè confido,iuxta promissum,ad illa,ad quæ nunc suspiro æterna tabernacula aliquando me peruenturum:

* *gratiam & gloriam dabit Dominus.*

ipse est qui nobis(iuxta promissum)si bonæ uoluntatis fuerimus,gratiā dabit suæ benedictionis, per quam in omni bono cōfirmati,tandem aliqñ ad æternam illā gloriam adducamur. A quo.n. nunc benedictionem gratiæ misericorditer suscipimus,ab eodem perfecto cursu peregrinationis nostræ, supernę gloriæ brauiū & beatæ retributionis coronam præstolamur.

13 *Non priuabit bonis eos qui ambulant in innocentia:*

Illud.n.certissimū habeo,ꝙ,eis qui nunc iustitiæ student, ambulantibus in simplicitate & innocētia,neq; aduersus Deum impium aliquid,neq; aduersus proximū iniustum quid meditantibus,huiusmodi inquam,non fit Deus negaturus sua bona,neque in hac vita,neque in futura,sed dabit illis nunc in præsenti gratiam, & in futuro consummatam gloriam:

* *Domine virtutū beatus hō qui sperat ī te.*

ac proinde concludens dico, verè beatū esse hoīem illum pro statu huius vitę,utpote de futura beatitudine securum,q in te,ò dñe supernorum exercituū,hēt rectā ac bonam fiduciam: uidelicet qui ob spē tuarum promissionum,& bonorū quę à te expectat in uenturo sęculo,cuncta huius mundi blandimenta despiciens, uni tibi placere totis uiribus studet.

## ANNOT. IN PSAL. LXXXIII.

VErsu 1. Quàm dilecta tabernacula tua dñe virtutū.Hunc Psalmū quidam,maxime Hebręi,intelligunt literaliter nimiū,de absentia Dauidis à tabernaculo dñi,eū uidelicet in psequutione aliqua degens nō pmitteret adesse tabernaculo dni,ut totū istud desideriū ad psētia materialis tabernaculi dñi referatur, Verū multo est sensus fęcundior & spiritualior,ac spūali Psalmista dignior, ut de absentia ab illis cœlestibus mansionibus,ad quas subinde solebat in extasi spiritus hinc cōmigrare,deq; ipsius ardentissimo ad has mansiones desiderio, oīa exponamus. Sed quare tabernacula appellat cęlestes mansiones? Tabernacula enim,militantium sunt,triumphantibus non uidentur conuenire.Quur ergo nō potius dixit palatia,aut certè atria,ut sta-

tum

rio, si in Deũ sitit caro, vtiq; & exultat in A mundi, qm̃ nulla est hic stabilitas, nulla
Prou. 6. eum, quoties illum fideliter cum affectu mens recogitauerit. ¶ Vers. 3. Etenim passer inuenit sibi domũ, & turtur nidũ. Vade ad formicã (inquit Sapiens quodã loco ad pigrum) & disce sapientiam. Hic verò Psalmista noster, ẽt ad passeres & turtures nidificantes suã dirigit considerationẽ, & nostrã reuocat attentionẽ. Ita
1. Cor. 2. sanè vir Deo deditus & vitæ spirituali totus intentus, in oĩbus vel minimis animaculis inuenit, vnde boni aliquid discat: discit: vnde seipso melior euadat: cũ econtrario, aĩalis hõ non sapiens neq; in B telligens quæ Dei sunt, ac minus ẽt qui sm̃ carnem omnia iudicant bestiales homines, nullam omnino recipiant ex rebus quantumuis maximis bonam eruditionem. Quid aũt est, quod hic Propheta sanctus in passerculis considerauit? quid vidit in turture, quod sit memoratu dignum? Vtiq; multa & magna, quæ spiritualem hoĩem valeant ædificare, si iuxta suę modum naturę satageret animalcula illa in naturalibus conditionibus imitari. Præcipuum tñ ob quod nunc auicularum istarum introducit considerationẽ, C vr esse, vt seipsum hortetur ad quærendum congruam sibi domum, neq; cessandũ, donec illam assequatur: simul vt seipsum bona spe confirmet, ꝙ diligenter quæsitam aliqñ sit inuenturus. Quemadmodum. n. auiculæ istę habitationis loca apta sibi quærunt, passer quidem in tectis, turtur aũt in locis maximè solitariis vtraq; iuxta conditionẽ suæ naturæ (qm̃ illud gregale satis & sociale animal est, hoc solitudinis amãtius) nullo verò modo contenta sunt hæc animalcula loco oblato, vt puta ramusculo cui casu insiderint, nisi domum alicubi propriã habeãt quam norunt, & ad quam confugiunt, in qua generationi & nutritioni insistunt, & ad quam semper post multã euagationem redeunt: ita & homo spiritualis, diuina atq; cœlestis creatura, ad Dei imaginẽ & immortalitatis bonum singulari priuilegio creata, iuxta hanc suæ naturæ cõditionẽ, congruã domum sibi debet quęrere, nec vlla ratione à quærendo desistere, donec inuenerit. Neque contentus esse debet caulis istis & antris huius

securitas: neq; multum diu hic licebit ꝑsistere. Cito. n. adueniet qui te ꝑturbabit, facietq; auolare, ubicunq; tandem resederis, etiã si in altissima arbore aut in summis montium fastigiis. Veniet (dico) ueniet qui te auolare faciet, neq; securus usquam locorum esse poteris, nisi nidũ tibi cõgruum elegeris, nisi habitationem propriam iuxta tuæ naturæ exigẽtiã adinuenias. Vbi verò nidus iste erit, & quæ hæc domus, q̃ homini quęrenda est ad securitatẽ: Nimirum cœlestes illæ mansiones, ad quas possidendas creati sumus. Quicquid. n. corporale est, quicquid tẽporarium, quicq̃d periturum, nõ põt esse, creaturæ rõnali & immortali cõgrua domus. Et cũ in his hõ affectu insederit, similis est auiculæ ramo cuilibet extra ꝓprium nidum insidenti, cui donec insidet, ꝓcul dubio periculo nõ caret. Quòd nec ipsæ ignorãtes ad leuissimũ quemq; transeũtium ramusculum magna celeritate auolantes, ad locum refugii sese ꝯferunt, i. ad nidum & habitationẽ ꝓpriã. Ita videlicet nostrã tarditatẽ admonentes, ubicũque tãdẽ aĩus nr̃ ꝯquieuerit, nõ fore absq; periculo uitã nostrã, nisi quantocyus in propriam habitationẽ, in nidum refugii, studeamus auolare. Videlicet in hoc nido iã delitescebat ille minimus apostolorum, & peccatorũ oĩum primus, humilis passerculus, cũ diceret, Nostra aũt cõ- 1. Cor. 15
uersatio in cœlis est. Ad eundẽ hunc nidum uolabat ille, cuius in alio Psalmo Philip. 3
uox est, Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine, Expectabã eũ, qui saluũ me Psal. 54.
fecit à pusillanimitate spiritus & tẽpestate. Quo. n. elongasset fugiens, qui sibi metuebat de periculo malitiæ, nisi ad nidum ꝓpriũ? Quare in solitudine mãsit, nisi qa illic nidũ suũ habuit? Atq; hęc q̃ hactenꝰ dicta sunt, nihil adhuc peculiare, quãtum ad spẽm hic expssarũ auiũ aperuerunt, sed tm̃ gñalis auium ꝯditionis faciunt mentionẽ. Neq; opus est ad spãles earũ ꝯditiones, ꝓ textus sriã, singulatius descẽdere. Nã si quem dubitatio moueat, quur duarum istarum specierum tm̃ fiat mentio; huic ṽderi põt, ut magis notas magisque familiares duas istas species pro toto genere positas. Fuisse n. auce huius-

& qđ ait Apostolus, Nõ sufficientes su-
1.Co.3. mus cogitare aliquid à nobis quasi ex no
bis, sed sufficientia nr̃a ex Deo est. Atq;
ob hoc, q ad patriā uult ꝓficisci, primū
omniū sibi ipsi penitus diffidēs, totā suam
spē fiduciamq; in Deo constituat, quō sā
ctus Petrus nos monet dicens, Oēm ve-
strā solicitudinē proiicientes in eū, quo-
niā ipsi cura est de uobis. Absq; hoc fun
damento, vt nihil sunt oīa quæcunq; ꝓ
ponit homo, ita eo firmiter iacto, quan-
tumuis hominū iudicio impossibilia, im
becillibus, et hoībus fiūt possibilia, imò
facilia imò iucunda & desiderabilia. Abs B
que hoc fundamēto, vt qdā iuxta huma-
nū iudiciū fortes & validi magna conati
turpiter lapsi sunt de sublimi, quo iā cō
scēdisse videbant, ita in huius fundamen
ti stabilitate, multos cōperimus īm hoīē
Ibidem infirmissimos, nimis excelsa petiuisse, & fe
licitèr obtinuisse. Ita sanè Apostolorū il
le minimus, q ex se neq; cogitare aliq̃d
Phil. 4. sufficiebat, in eo qui se cōfortat oīa pos-
se magno animo cōfidit, & cōfidenter la
udat Apud Esaiā quoq; huius fundamēti
Esa. 40 efficacia pulcherrimè describit, his ver-
bis. Qui sperāt in dño, mutab̃ūt fortitu C
dinē, assumēt pēnas sicut aqlæ currēt &
nō laborabūt, ambulabūt, & nō deficiēt.
Iacto aūt fundamēto hoc stabili, pgat de
īde ascēsiones ī corde disponere, ioi san
ctitate & iustitia dño Deo suo iustituat
seruire, de die in diē studeat ꝓficere, ac
Luc.1. suo dño magis magisq; placere. Cōside-
ret, q illius maxime placita sit uolūtati,
1.Ti.1. atq; ea potissimū sectet (ut miles fidelis)
qbus maxime se cōmendari nouerit suo
dño, cui se ꝓbauit atq; addixit ī militiā.
Iacob.2. Vbi uigilāter intendendū est qđ non di
xit Propheta, beatū illum, qui sp ascēdit, D
sed qui ascensiones disposuit in corde.
Pro.24. Sp. n. ascendere, paucissimis dat, cum (iu
xta Iacobi Apostoli vocē) in multis offē-
1.Ioan.1 damus oēs, & (iuxta Sapiētis testimoniū)
septies in die cadit iustus. Insuper, quem
admodum dilectus ait Chri discipulus, si
dixerimus quia peccatū non habemus,
nos ipsos seducimus, & veritas in nobis
nō est. Si ergo solus ille spe beatus pro-
nunciatet, qui ascendit sp in opere, quæ
fores spes toties à disposita ascensione la
bētibus? Mitius ergo dixit, quia ascensio
A nes in corde suo disposuit. Videlicet hoc
illud est qđ in nouis Dominici natalis
gaudiis, angeli gloriā Deo personantes, Lucæ 2.
simul pacem nunciant hoībus bonæ vo-
luntatis, iuxta Latinæ Ecclesiæ receptissi
mā lectionē. In terra, inquiunt, pax hoī-
bus bonæ voluntatis Qui aūt bonæ sūt
voluntatis, ipsi sunt & qui ascensiones in
corde disponunt, qui quotiescunq; qua-
cunq; tādē occasione lapsi fuerint, nō in
sordibus pmanēt iacentes, vt sordescant
amplius, sed quā tocyus à casu studēt ex-
urgere, rursumq; ascēsiones à quibus ce-
B ciderunt erigere. Tā. n. miseri sumus, tam
in bono impotentes, & nimiū instabiles
vt vix inueniat qui eodē iustitiæ statu, ñ
dico ppetuo, sed diu permaneat, qui nō
sæpe vel carnis ꝓpriæ fragilitate, vel sug
gestione dæmonis occulta vel malis ꝓ-
ximorum exēplis, aut mundi huius blā-
dimentis, aut alio quolibet mō tepescat
à bono proposito, neq; ab ascensionibus
quas disposuerat decidere incipiat. Non 1.Ti.1.
ergo beatus ille solus qui sp ascēdit, &
ab ascēsionibus nunquā decidit, sed qui Pro. 23.
ascensiones in corde disponit, qui sem
C per ꝓponit meliora, & licet non semper
assequatur quod optat, neq; q̃ proponit,
semper inuiolata custodiat, propositum
tñ bonum nunquā abiicit, nunquam de
spondet animum donec in hac uita uo
lui se conspexerit. Deniq; ascensiones di
xit in corde disponendas; uidelicet qm
finis pcepti est charitas, & qm super om
nia Deus eoi hominis sibi dari postulat,
& corda multo magis quā manus intue
tur. Nam in exteriori opere potest quis
multū feruidus cito eousque conscende
re, vt ulterius nō possit ascensum dispo
D nere. In corde verò quātūcunq; ascende
ris semper altior vlteriorq; ascensus re
linquit. Potest quis, uerbi gratia, tantam
eleemosynam exteriori dispensatione lar
giri pauperibus, ut ultra nō possit ascen-
dere, ut ampliora dare nō possit. Potest
itē quis tandiu pauperibus ministrare,
infirmos uisitare, ut non possit amplius:
orōnē adeo potest protrahere, ut nō pos-
sit diutius, similiter & ieiunium in sum
mum facile potest adducere, & quicquid
est corporalis exercitii, suum hēt termi
num. Est enim modus in eiusmodi rebus

olbus, sunt certi deniq; fines, quos vltra E nequit consistere iactu. Verum in cordis ascensione nullus est definitus terminus, D. ū amandi (quod ad cordis vuluptatisq; affectū pertinet) nullus est finis via est latissima, quā penitus percurrere, quantumuis velocissimus cursor nunquā poterit. Vn & in alio loco idē hic Propheta velut præadmiratione exclamans, ait, Oīs consummationis vidi finē, latū mandatū tuū nimis. ¶ Interim verò dum hæc agit hō, Deū vcʒ ponens suū adiutorium, ac deinde sup hoc fundamento innixus, ascensiones in corde disponens, qd F ex parte altera agat benignus Dñs (q pius nūquā deest hoīum conatibus versu sub sequenti nobis explicat diuinorū secretorū optimè cōscius Propheta, dicens, legislatorē illis sic conātibus daturū benedictionē, vt eant de fortitudine in fortitudinē, donec tandē perueniant ad videndū Deū facie ad faciē. O mira Dei benignitas. O nimia piissimi patris facilitas. Quā minimū est, qd à nobis exigit. Quā maximū verò, qd ipse pstiturū se promittit. Tm duo sunt, quæ à nobis exiguntur, auxilium vcʒ nostrū in Deo constituere, ac deinde G in eius fiducia, ascensiones in corde disponere, qbus duobus quid potest esse facilius? Quid .n. facilius, q̄ in tā piissimo patre ponere fiduciā? quid leuius, q̄ ascensiones cordē salitē & voluntate disponere? Atq; hæc tm sunt, q̄ nostra ex parte postulant. Quicquid superest, ipse se cuncta præstiturum promittit. Nos illi fidamus & meliora sp proponamus Cæterū; ab ipso qui, dedit velle expectandum est vt det et perficere pro sua bona voluntate, quemadmodū ait sanctus Apostolus. Ide n. est quod ipse bonā appellat Dei H voluntatē, & quod noster hic Psalmista appellat benedictionē. A Deo nāq; bona voluntate, vt Ait Apostolus, siue à legislatoris benedictione, vt loquit Psalmista, expectanda nobis est oīs boni propositi adimpletio, quō pulchrè alio quoque in loco idē hic Psalmista ait, reuela dño viā tuā, & spera in eo & ipse faciet. Quàm optimè nobiscū agit, qui tā mirè atqʒ suauè habemus legislatorē, tā suauia nobis suis legibus proponentem, vt verè dicere possis, iugū meū suaue est, & onus meū leue. Et nihilominus eundē tā fidelem, & suauē, tā fortem experimur adiutorem vt sua propria virtute, quicquid nobis preceperit, ipse in nobis, aut (vt verius dicam) ipse nobiscum velut operari, quemadmodum beatus ait Apostolus, Nō ego autem, sed gratia Dei mecum. Et hæc quidē, quantum ad generalem sniam duorum horum versuum, latius diximus. ¶ Sunt tn̄, quantum ad particulas horū versuum, qdam adiiciēda. Nam circa illud, quod dr̄ versu sexto: Ascensiones in corde suo disposuit i valle lachrymarum, in loco quem posuit. Notandum, q̄ verbo posuit diuersi diuersa assignant supposita. Nos in Elucidatione exposuimus, in loco quem posuit homini Deus. In hac .n. valle lachrymarum nos Deus posuit, post primi parentis peccatum è paradyso eiectos, quemadmodum genesis 3. cilegimus, in hæc verba, Emisit eum (videlicet Adā) dñs de paradyso voluptatis, vt operaretur terrā de qua sumptus est. Alii verò intelligunt, in loco quem posuit sibi homo; eadē videlicet ratione, quoniam per propriā culpā primus parens à paradyso in hanc miseriæ vallē eiectus fuit, sicq; mō quodā sibipsi locū hunc miseriæ posuit, quē sua propria culpa promeruit, cum illi Deus locum condituisset longè alium, ac iā in illum instituisset. Iam .n. tulerat Adam Deus, posueratq; in paradyso voluptatis, vt operaretur, & custodiret illum. Ipse verò inobediens factus, inde se eiecit, quo fuerat per Deum introductus. ¶ In versu quoq; sequenti, caue, ne id quod dr̄ de virtute in virtutē, intelligas de moralibus aut Theologicis virtutibus: humilitate videlicet, castitate, iustitia, & similibus. Virtus .n. hic pro robore & fortitudine sumitur, quod in Græco manifestum est, vbi non ἀρετή ponitur, quod virtutem (à qua boni dicimur) significat, sed δύναμις, quod significat virtutem potentiæ, siue robur fortitudinis, vnde & Beatus Hieronymus ex Hebræo vertit, Ibunt de fortitudine in fortitudinem. Hoc autem quid sit satis in Elucidatione explicatum meminimus. ¶ Versu 9. Respice in faciem Christi tui. De Messia peculiariter exponit Elucidatio, cui apertè consonat Chald. Paraph.

Margin notes: Luce 2. — Ps. 118. — 1. Ti. — Pro. 23. — Phil. 2. — Psal. 36. — 2. Co. 3. — 1. Cor. 15 — Gen. 3.

Paraph. quæ hoc loco sic habet. Meritum patrū nostrorū respice Deus, & attende faciē Messiæ. Posset vero intelligi Dauid de sua ipsius persona loquēs vt sui faciēs peculiarē apud Deū memoriā. Quòd si ab alio vel aliis hic Psalmus factus asseratur, accipere possumus, ipsos voluisse regis Israelitici (q ab vnctione Chrūs dñi appellabat) specialē facere memoriā. Pōt et fideles quilibet, se spiritu sancto vnctū cōfidens, vnctione interna, versiculū istū cum timore & verecundia sācta sibime tipsi applicare (postulando vez à Deo) vt quē spiritu suo sancto voluit vngere, quemq; tanto est beneficio dignatus, velit benigno semper fauore aspicere, & in omni bono ad finem vsq; constabilire, donec ad finem desideratum pertingat.

## LXXXIIII. PSALMI ARGVMENTVM.

*Mysteriū re demptionis humanæ aperte satis hic Psalmus vr explicare, statim in ipso exordio, pro maledictione collatā benedictionem pro captiuitate libertatem, pro culpa veniam, pro ira reconciliationem in temporis plenitudine per Christum Saluatorem factam, iucunde verbum processum cōmemorās, e vestigio subiungens orationem, qua Dei misericordiam populo petit ostendi, & omnem auertit iracundiam Messiæ; finita oratione Propheta se ad audiendum vocem interius loquentis spiritus sancti conuertens, pacem & salutem audit sibi denunciari, super omnes qui essent credituri inuenturum Messiam In cuius aduentu mirabili modo dicit obuiam sibi processisse misericordiam & veritatem, iustitiamq; & pacem sine misericordiam redactas esse in osculi concordiam, postea quam ipse Dei filius prima veritas in terra vobis incarnari, & de cœlo ipse, vera iustitia, in hac infima descenderit: idque modo supernaturali vt in terris sine patre de virginis matris vtero, sancto spiritu desuper fœcundato, procederet quomodo è terra germen, de super veniente fœcunditate generatur. Ante cuius Messiæ aduentum, venturum prophetat præcursorem, iustitiæ præconem: cuius deinde serui vestigia, statim desideratus cunctis gentibus Messias subsequatur.*

## LXXXIIII. PSALMI ELVCIDATIO.



ENEDIXISTI *domine terram tuam:* conuersus tandem in téporis plenitudine abstulisti, piissime Deus, maledictionem, sub quanque tunc fuerant detenti hoīes habitantes in terra, & pro maledictione contulisti benedictionem: tādem tibi complacuit misereri humani generis, atq; dilectionis, complacentiæ, & miserationis signa ostendere:

* *auertisti captiuitatem Iacob.* captiuitatem illā durissimā, cui populus tuus ab initio per primi parentis transgressionē factus fuerat subiectus, in illius manibus cui seipsum subiecerat p cōsensum in malum: hanc captiuitatē populi tui, tam miserandam, tam diutinam, placuit tibi tandem definito ad hoc tpe auferre atq; auertere à nobis, vt ex seruitute, imò tyrannide grauissima, nos restitueres ad libertatem gloriæ filiorum Dei, & ex filiis miserandæ captiuitatis, filios faceres beatæ libertatis.

2 *Remisisti iniquitatem plebis tuæ:* Et qm̄ nos ex nobisipsis omnino soluendo non fuimus, neq; vlla ratione potentes ad satisfaciendum pro peccatis nostris, tibi placuit, liberaliter dimittere iniquitates nostras:

* *Operuisti omnia peccata eorum:* neq; tm̄ vnā aliquā iniquitatem, sed oīa in vniuersum pctā, quibuscunq; tē quocunq; offendimus; ita voluisti velare & D operire à conspectu tuo, sicq; penitus dimittere, vt non ea nobis amplius velis imputare, neq; vltra ad vltionē ante oculos tuos adducere, sed perinde quasi nunquam gesta fuissent habere:

3 *Mitigasti omnem iram tuam:* Oīs illa ira & idignatio tua, qua ante tps illud aduētus benedicti filii tui indignabaris humano generi in ipsius aduētu sedata atq; mitigata est, & quasi fm modū aliquē extincta siue sopita: quemadmodū cum hō iracundia exardescens aduersus alterū, occurrēte amico & loquentē pro-

pro eo, aduersus quem fertur indignatio, E statim furorem ponit, & iracundiam mitigat, velut flamma aquæ superfusione extincta, aut certè mitigata.

* *auertisti ab ira indignationis tuæ.*

auertisti te atq; cessasti ab ira illa indignationis tuæ, desisti indignari aduersus genus humanū, & fact⁹ es nobis placabilis.

4 *Conuerte nos Deus salutaris noster.*

Verum n̄ quid nobis proderit, te primam illā posuisse semel iracundiā, cum per filium tuum genus redimeres humanū, si nos in nostra vel infidelitate, vel vitiorū quorūlibet prauitate remanentes, iustā F super nos irā tuā non amoueamus, sed magis ēt duplicemus? Idcirco te oramus, Dñe, iā factum nobis placabilem, Deum salutis nostræ, te Deum salutarem ac saluatorem nostrū, vt nos ad te ex toto corde conuertas. Cum enim ex nobisipsis vt oportet, conuerti sufficienter haudquaquam valeamus, ad te cōfugimus: vt postquam tu conuersus es ad nos, nos etiam facias conuerti ad te.

* *& auerte iram tuam à nobis.*

sicq; tuā iram penitus auferas à nobis, q̄ certè non euaderemus, si te conuerso nos G adhuc pmaneremus auersi: imò verò iā tuam ira super nos aggrauaremus, quemadmodum faciunt omnes, qui hoc in tpe gratiæ te facto placabili, adhuc veteres tenent inimicitias in suis iniquitatibus vt ante permanentes, nec ad lucem diuinarum miserationum respicientes.

5 *Nunquid in æternum irasceris nobis?*

Scio.n. q̄ non patiatur hoc tua infinita misericordia atq; benignitas immensa, vt perpetua permanere posset tua illa aduersum nos indignatio.

* *aut extendes iram tuam à generatione in* H *generationem?*

neq; poterat hoc ferre tua immensa misericordia, vt protenderet ira tua in oēs generationes: sed in tpe placito, in tpe definito, debuit ira tua commutari in mansuetudinem, & debuisti tedire placatus nostro generi. Alioqui vbi nobis apparuisset tua misericordia, in qua gloriatis coram filiis hominum, si nunquam cessatura fuisset illa sæueritas iustitiæ?

6 *Deus tu conuersus viuificabis nos:*

Proinde tu Deus piissime (qui olim auersus à nobis per tp̄s iracundiæ permittebat nos detineri sub mortis imperio) cōuersus nūc ad nos, iterūq; ad nos rediēs, per placationem tuæ gratiæ, ad vitā nos restitues, deq; morte ad vitam reduces, ex filiis mortis & damnationis faciens filios vitæ atq; salutis æternæ.

* *& plebs tua lætabitur in te.*

populus autem tuus, tanto per te accepto beneficio, gratum erga te animum gerentes, lætabuntur ex toto cordis affectu, & exultabunt in bonis tuis.

7 *Ostende nobis dñe misericordiam tuam.*

Ostende nobis tu dñe, & palā exhibe misericordiam, tuam innotescat coram omnibus tam suauissima misericordia tua:

* *& salutare tuum da nobis.*

& salutē tuā illā ad quā nos pordinasti, ipsumq; illū saluatorē, quē nobis abęterno pdestinasti dare in tpe suo, da nobis in cūctis populis, vt in ipsum credētes p eū salui fiamus ab ira ī vitā sempiternā.

8 *Audiam quid loquatur in me dñs Deus:*

VOX PROPHETICA, Volo ergo autem cordis mei adhibere ad arcanū diuinę alloquutionis, vt audiam in silentio quid intra me loquuturus sit dominus de venturę redēptionis mysterio, & de ventoræ salutis ordine ac tp̄e scrutabor, in qđ, vel in quale tp̄s spiritus prædicat futurū illud iucundissimum, & optatissimum humanæ redemptionis beneficium, quibusque rationibus id sit adimplendum: 2.Pet.1.

* *quoniam loquetur pacem plebem in suā:*

id.n. certò iam percepi, q̄ loquetur dñs verbum pacis & propitiationis super populum suum, super genus humanum ad uersus quem olim verbum indignationis protulit & maledictionis.

9 *Et super sanctos suos:*

Super populum suum, inquā, hoc est, super oēs electos suos & fideles, qui credituri sunt in eum, quicunq; oblatam sibi gratiam non respuerint, præeligentes in suis pristinis remanere impudicitiis:

* *& in eos qui conuertuntur ad cor.*

& super eos qui conuertuntur ad cor, quicunq; suorum peccatorum considerata turpitudine, in semetipsis ad cor redeuntes meliora proposuerint, veram agentes pœnitentiam, dignosque facientes pœnitentiæ fructus.

Vo-

10 *Veruntamen propè timentes eum salutis* A
*re ipsius:*
Et(vt generaliter dicã)salus ipsius propè
erit oĩbus timentibus eum, offeret salus
ista oĩbus qui ipsum suscipient cũ timo
re & reuerentia,quiq; verbis illius credu
los se & obedientes præstabũt,neq; quis-
quã omnino hominũ excludetur ab ea:
*vt inhabitet gloria in terra nostra*
vt magnificentia gloriç eius reuelet atq;
inhabitet in ista terra nostra, ita vt glo-
ria diuinitatis inhabitet in loco isto mise
riæ,qñ ex filijs mortis & dãnationis effi-
ciantur filij vitæ & gloriæ sempiternæ.
11 *Misericordia & veritas obuiauerũt sibi.*
In hac aũt generis humani amabilissimã
reconciliatione, misericordia & iustitia
modo mirabili occurrerunt sibi,& velut
obuiã processerũt in amplexus mutuos:
*iustitia & pax osculatæ sunt.*
Iustitia(inquam)& pax seinuicem ãplexa
tæ atq; osculatæ sunt,in amicitiæ & con-
cordiæ signum,Siquidem in hoc tpe re-
conciliationis & gratiæ, misericordia &
veritas siue iustitia & pax in vnitatem &
concordiam mirabiliter tandem redactç
sunt,quæ ab initio veint ex aduerso vide C
bantur contendere,& vsq; tunc mõ quo-
dam dissentientes, videbantur non posse
in eãdem conuenire sententiã. Exigebat
n.seueram nimium satisfactionem iusti
tia, pro offensa humani generis, cum
hõ ipse nequaquã haberet q pro recon-
ciliatione persolueret:econtrario aũt mi
Apoc. 5. sericordia infinita remissionẽ quærebat
liberalem,neq; exigendam putabat distri
ctam talem solutionem,maxime cum ijs
à quo exigenda erat nequaquã esset sol-
uendo,imò,pauper esset,miser,& misera-
bilis,quo & amplius illi videbatur exhi- D
benda miserationis liberalitas. Ad hunc
ergo modum videbantur ab initio contẽ
dere misericordia atq; iustiria, & iustitia
paci se videbatur ex aduerso opponere.
Pacem.n.hoĩs erga Deum iustitiæ seueri
tas prohibebat,reconciliationis precium
exposcens,nec aliter pacẽ volens tribue-
re,quantumuis misero.Autẽ in tpis ple-
nitudine,Cum Deo placeret terrã mise-
ricorditer respicere, & generis humani
salutẽ operari,modo mirabili in concor
diã redactæ sunt iustitia & misericordia,
vtraq; in parte aliqua cedẽs alteri, vtraq;
altera ſm aliqd adescendens, vt sic redigi
possent in concordiã. Tali.n.medio pro
uisum est,vt & iustitiæ satisfieret & mise
ricordiæ,ita vt neutra iure posset cõque-
ri.Et tñ neutra totũ qđ à principio vide-
batur postulare,accepit. Atq; hmõi facta
cõpositione, in diuinitatis secreto conci
lio,q̃ vsq; dum dissenserant redactç sunt
in amicitiam,suntq; inuicem se in testi-
monium pacis,vt(ita loquamur)ample-
xatæ & deosculatæ. Quemadmodum face
re solent qui à veteri inimicitia reuertun
B tur ad concordiam.
12 *Veritas de terra orta est:*
Quod si quis interrogat quõ id fieri po-
tuerit, ecce in hoc totum est mysterium
eius,q sub parabola verborum dr̃,q ver
bum caro factum est,q filius Dei æterna Ioan. 1.
veritas ipse carnẽ assumere:& de hoĩe hõ
fieri est dignatus:ita de purissimo ac san
ctissimo virgineo vtero absq; virtute vi-
rilis seminis sola operatione spiritus san
cti,procedens,quomodo de terra gramẽ
exurgit, à fœcunditate quæ illi inest ex
diuino munere:
C *& iustitia de cælo prospexit.*
& in eo q ipse,qui est vera iustitia, de cœ
lo voluit prospicere,atq; ad nostra exire,
nostrã assumere carnẽ, resq; nostras oẽs
& cuncta dissidia cõponere. Quid verò
nõ possit ipse,qui veritas est atq; iustitia? Lucæ. 1.
Quõ nõ sibijpsi posset satisfacere iustitia, Matt. 1.
posteaquam id quod ab homine exegit,
per semetipsam voluit persoluere?
13 *Etenim dominus dabit benignitatem, &*
*terra nostra dabit fructum suum:*
Et hoc quõ intelligi possit si dubitas,aper
tius audi,non humanũ, sed purè diuinũ
D eẽ huius opis mysteriũ.Dñs.n.Deꝰ oĩpo
tens desuper dedit benignitatem gratiæ
suæ omniũ artifice spiritu sancto misso Ioan. 14.
de cœlo:cuius mirabili operatione fœcũ
data terra illa super benedicta virginei
vteri,protulit nobis fructũ salutis,filium
Dei benedictum,per quẽ salus venit mũ
do.Spũs sanctus.n. superueniet in terrã
vteri virginei, & virtus noua altissimi
obumbrabit illi:ideoq; & quod ex ea na
tum est,sanctum vocatum est filius Dei.
14 *Iustitia ante eum ambulabit:*
Prius autẽ quàm hic veniret humani ge Lucæ. 1.

neris redemptor atq; saluator, cōplacuit E
Malac. 3. patri mittere angelum suū nunciū, q pr(e)-
paratet uiam ante eū: præcursorem ser-
num uoluit pr(e)mittere, iustiti(e) præconē,
Ioannē Baptistā, q p(e)nitētiā prædicādo,
& ad iustitiam hoies erudiendo, plebem
Israeliticam pararet uenturo domino:
*·*& ponet in uia gressus suos*.
Lucæ. 1. cuius peracto cursu, posuit deinde dn̄s ip
se pedes suos in uia, ad ueniēdū post illū
Matt. 3. præcursorem suum, postquā ille suū præ.
cursionis officiū peregisset, successit eue-
stigio dn̄s, ante cuius faciem p̄cucurrerat il.
le seruus, vt regnum cœlorum euāgeliza
Esa. 49. ret pauperibus, & sua doctrina illumina-
ret mundum, operareturq; oīa ad q̄ mis-
Lucæ. 3. sus fuerat à benedicto patre suo, cū quo
uiuit in unitate spiritus sancti Deus in
omnia secula benedictus, Amen.

ANNOT. IN PSAL. LXXXIIII.

VErsu 4. 5. 6. & 7. Cōuerte nos Deus
salutaris noster, &c. Ita exposuimus
in Elucidatione hos uersus, vt sint oratio
populi fidelis, facta iam generis humani
redemptione, postulantis conuerti ad
Deum, irā auferri, & misericordiā osten-
di, ne perfecta per messiā salute frustren-
tur. Non.n. oīno ad oēs hoīes hæc salus
ita se extendet, vt eā oēs assequantur. Plu
rimi.n. seipsos facient oblata salute indi
gnos, eo q̄ non conuertant ad Deū salu-
tis authorē. Propter hoc uidelicet, popu-
lus dn̄i peti à Deo conuerti. Scit.n. non
posse nos conuerti ad dn̄m, nisi ille nos
ad se conuertat. Id quod Hieremias pro-
pheta apertè satis indicat, cū orando di-
Hier. 31. cit, Cōuerte nos dn̄e, & cōuertemur ad te.
Et iterū, Scio, qm̄ non est in manu hoīs
Hier. 10. uia eius, nec viri est vt dirigat gressus suos H
Possent tn̄ isti versus accipi vt propheti
ca oratio in spiritu facta, pro adimpletio
ne eorum quæ iā tribus primis versibus
cōmemorauerat, id est, pro generis huma
ni redemptione, vt eo quod uenturū erat
per modū præteriti proposito, ad illius
eiusdē vt nondum exhibiti consideratio
nē Propheta transiens, oret ipsum adim-
pleri in tpe suo. Cum quo rectè ēt concor
dat, quod versu octauo, ac deinceps, acce-
pta reuelatione interna de futura huma
ni generis restitutione, pulcherrimo ua-

nit vaticinio. Versu 6. Deus, tu cōuersus
uiuificabis nos, & plebs tua lætabitur in te
Psalterium Romanum pro passiuo con-
uersus legit actiuū, conuertens hoc mo-
do, Deus, tu conuertens uiuificabis
nos. Et habet quidem lectio ista sensum
bonum & commodum, Tu Deus conuer
tendo nos ad te, facies nos uiuere. In hoc
enim est hoīs uita, si ad dominum Deū
suum fuerit conuersus, quemadmodum
econtrario mortuus est omnis qui à Deo
est auersus. Veritas tn̄ lectionis huius ha
bet, cōuersus. Nā i Græco hr̄ ἐπιστρέψας,
F quod significat conuersus uel reuersus.
In Hebræo quoq; passiuū ponit, hoc mo
do, Nōne tu cōuerteris, uiuificabis nos?
uel, Certè tu conuerteris, siue reuerteris,
uiuificabis nos. Quod nr̄a quidē lectio
uerbo priori cōmutato in participiū, pul
chrè fm eandē snīam dixit, Deus tu con-
uersus uiuificabis nos. Quod autē B. Hie
rony. uertit, Deus tu reuertēs uiuificabis
nos, quamuis fm terminationē uideatur
magis conuenire cū participio cōuertēs,
tamen fm rē & significationem idem est
quod conuersus. Conuertitur.n. Deus ad
G hominē, dū ad ipsum reuertitur, & auerti
tur ab hoīe, quoties ab homine recedit.
Quantum uerò ad sententiam, notandū,
qd̄ sicut sole conuerso ad terram, atq; ex
latibulo hyemis, uerno tempore ad terrā
redeunte, omnia lætificantur, resumunt-
que uigorem, quæ eius autumnali hyema
liq; absentia fuerant uelut emortua, om
niq; destituta virore: sic hoīum corda Dei
abscessu & auersione, omnino sterilia &
infœcunda, omniq; uirore virtutū & ui-
gore gratiæ destituta, Deo conuerso per
gratiæ suæ placationē, viuificantur iterū,
H & accipiūt vigorē atq; virorē admirabi-
lē in omni ornamento, spiritualiū virtu-
tū. ¶ Versu 8. 9. & 10. Qm̄ loquetur pacē
in plebē suā. Et super sanctos suos, &c. Vi
dentur hæc sic per coniunctiones adin-
uicem iuncta, non diuersis modis esse ex-
ponenda, sed pro eodem accipienda, vt se
quentia exponant præcedentia, quō fre-
quenter fieri solet. Plebs.n. Domini qui
sunt, nisi sancti eius? & sancti domini qui
sunt, nisi qui conuertuntur ad eū? & agē
tes pœnitentiā mali præteriti, credunt &
obediunt Deo? Et hi ipsi sunt qui verè

censent timere dñm, qbus salus est ,ppin A qua. Vnde illud veruntamen, versu decimo, non significat aduersationem, sed prius dictorũ potius cõpletionẽ vel explanationẽ. Valet.n.illud veruntñ, ac si dicas quin ẽt, ut sit sensus, Quin prope timẽtes eũ, vel, Imò verò prope timentes eũ, salutare ipsius. Nonnulli tñ particulas istas oẽs distinguũt, dicentes, p sanctos intelligi perfectos, p eos q conuertunt ad cor, pœnitentes & imperfectos. Per timentes aũt, Iudæos timore pœnarum seruientes ,ppe quos fuit salus, qm salus ex Iudæis orta est iuxta Saluatoris testimoniũ, Pri- B or tñ expositio vr̃ cõueniẽtior. Neq; scripturis est infrequens, ita rẽ eandẽ pluribus dictionibus explicare. ¶ Vers. 11. Misericordia & veritas obuiauerunt sibi. Prouerbialis vsus loquendi hẽt, ut qui mutuo sibi aliqua ĩ parte cedendo, in unitatẽ pacis atq; concordiæ conueniunt, dicantur sibi inuicẽ occurrere vel ire obuiam qđ est obuiare, quõ vulgo dicimus, nĩrũ vt perfectiorẽ, debere subinde mulieri obuiã ire, & mulierem vt subiectã & inferiorem debere frequenter suo marito ire obuiã. Nã inter coniuges sibi mutuo ob C uiare nescientes aut nolentes, rara admodũ pax esse poterit. Q m̃ videlicet non sp̃ extremũ iustitiæ rigorẽ mordicus tenere dẽnt coniuges pacẽ quærẽtes, sed frequẽter inuicem donare & condescendere debent, & suo iuri frequenter cedere ac dissimulare aliquid & tolerare, pacis gratia, ĩ.nõ sp̃ expostulare, neq; sp̃ iurgia concitare ad omnem occasionẽ. Ac iuxta hãc loquẽdi consuetudinem, in Elucidatione obuiationẽ istã sumus interpretati, insequentes hac in parte melliflui Bernardi sn̄iam, q ad eundẽ modũ pulcher- D rimẽ dulcissimeq; præsentem locũ enarrat in sermone de annunciatione, vbi ,ppliris dissertationibus introducit loquentẽ misericordiã pro hoĩs redẽptione, iustitiã verò ex aduerso ,p hominis condemnatione, easq; facit uelut ex aduerso cãm dicere corã tribunali & consistorio beatissimæ Trinitatis, atq; post multa, iudicis sn̄iam proponit, dissentientes (vt videbat') concordauiť, in eo s. q beata Trinitas, pro homine redimendo, filium in diuinis voluit carnẽ assumere & humanari ut homo factus, ipse manens uerus Deus, pro oĩum hominum peccatis moriens, iustitiæ satisfaceret vindictam exposcẽti, nec absq; condigna satisfactione volẽti peccatum dimittere, & nihilominus satisfieret misericordiç, ,p humani generis recõciliatione solicitus sinẽ agẽti, ita tamẽ, ut neq; hæc, neq; illa totũ qđ videbať postulare obtinerẽt. Misericordia ẽ.n. uoluisset gratis statim peccatum omne & debitum uniuersum dimitti. Iustitia uerò voluisset illũ ipsum qui peccatũ commiserat satisfactionem dare, & recõciliationis de semetipso persoluere precium. Neutra uerò totum hoc qđ postulare uidebať planè accepit, sed utraq; aliqua in parte rigoris suæ exactiõis debuit cedere. Iustitia n. non potuit summũ ius psequi, neq; cõsequuta est. Misericordia ẽt nõ totũ potuit gratuita donatione impetrare. Per mediatorẽ tñ Chr̃um, iustitiç satis est factũut non habeat qđ cõqueratur, ,p homine puro uoluntariẽ ex charitate summa, illo mortuo, qui hõ simul & Deus erat. Misericordia quoq; licet cũ multa difficultate, ac tãdẽ post multa tẽpora, obtinuit, tamẽ, uel tandẽ, qđ uoluit nẽpe hominis reconciliationem, ac proinde non est in totum frustrata. Hæc omnia mellifluus ille Bernardus, loco suprà allegato, diffusius & dulcissime ,psequitur. Alii uerò hãc obuiationẽ intelligunt concursum & cõiunctionẽ. Cõcurrerunt.n. & pariter conuenerunt, atq; cõiunctæ sunt misericordia & iustitia in redẽptione generis humani. Neq;.n. solius misericordiæ hoc opus erat, q sola maluisset hominem simpliciter absq; satisfactione recipere in gratiã. Neq; solius erat opus iustitiæ, q̃ sola nunquã Deum innocentem fecisset pro homine impio ad tãtã illa descendere. Sed misericordia & iustitia simul conuenerunt, hocq; admirabile effecerunt consilium. Quãuis possit per ueritatem ẽt aliud intelligi, nempe fidelitas & ueritas promissionũ Dei. Misericordia.n. & ueritas simul adfuerunt ĩ Christi incarnatione, & humana reconciliatione De misericordia, id est, manifestum. Erat enim hoc opus maximæ profundissimæq; miserationis. Veritas autẽ & fidelitas nõ defuit. Quia.n.

Ioan. 4.

Rom. 3

Rom. 5

mentiri Deus aut fallere nō nouit, pro-
missionis patribus factas in tpe suo de-
buit implere. Vñ & alias in sacris literis
hæc duo videlicet misericordiā & verita
tē, cōiūcta inuenimus, cū humanæ recō-
Lucę 1. ciliatiōis faciūt mētionē. Beata nāq; vir-
go Maria, in suo gratulatorio cātico my-
steriū humanæ recōciliationis pādēs, ita
cecinit, Suscepit Israel puerū suū, recor-
datus misericordiæ suæ. Sicut loquutus
est ad prēs nřos, Abrahā, & semini eius
ī sæcula. Vbi dū priore loco dicit, Recor-
datus misericordiæ suæ, aperte miseri-
Ibidem. cordiā exprimit. In eo aūt qđ sequit, Si-
cut loquutus est ad prēs nřos, Abraham
& semini eius tacitè veritas atq; fidelitas
indicat. Zacharias aūt & ipse plenus spi-
ritu sancto, licet priore loco ueritatē ꝓ-
ponat, dicens, sicut loquutus est p os san-
ctorū, &c. Iusiurandum qđ iurauit ad A-
brahā prēm nostrū daturū se nobis, &c.
ante tñ conclusionem cantici, apertissi-
mè meminit misericordiæ Dei dicēs, Ad
dandā scientiā salutis plebi eius, in re-
missionē peccatorū eorū: Per uiscera mi
sericordiæ Dei nři in qbus uisitauit nos
oriēs ex alto, &c. ¶ Versu eodē, iustitia &
pax osculatæ sunt. Quanquā hæc pars cō
formiter ad ꝑcedentem rationabilit' ui-
deat intelligenda de reconciliatione iu-
stitiæ & pacis, quę ante Christi īcarnatio
nē adinuicē uidebant repugnare (qm̄ iu-
stitia pacē super humanum genus ꝓhi-
bere uidebat) Chřo aūt humano amici
tia sunt coniunctæ, & admisit iustitia pa
cē, nec ultra prohibuit, attamen possūt ēt
aliter intelligi, de iustitia non ipsius Dei
sed hominis, quā corā Deo iustus est, &
q̄ à Deo homini procedit, deq; pace nō
totius generis humani, sed qua anima iu
sta pacem habet cum Deo. Hoc n. modo
iustitia & pax in tpe gratiæ se osculantur,
qm̄ adinuicem coniunguntur, & cōnecti
tur nexu admirabili, ita ut non sit unū
absque altero. In quocunque. n. est iusti-
tia, in eodē & pax est erga Deum, & qui
iustitiā non habet, pacē non habet erga
Deū: Per iustitiā n. ueram quæ corā Deo
Esa. 57. est, pacē quoq; verā habemus. Non enim
(iuxta Prophetæ testimonium) pax est
impiis Hoc ergo modo sm̄ metaphorā,
iustitia & pax se osculantur, siue ample-

E xantur, sibiq; inuicem cohęrent, & mu-
tuo se comitant. ¶ Vers. 12. Veritas de ter
ra orta est, & iustitia de cœlo prospexit.
Nos in Elucidatione illā intelligimus
Ioan. 14 veritatē, q̄ de semetipsa in sacro Euange-
lio loquitur, dicēs, Ego sum uia ueritas,
1. Co. 1. & vita, neq; iustitiā illam de qua Paulus
scribit Apostolus, Qui factus est nobis
(inquiēs) sapiētia à Deo, & iustitia, & sā
ctificatio, & redemptio. Hæc. n. ueritas de
terra orta ē, siue de terra germinauit aut
pullulauit, qn̄ de virgine benedicta Ma-
Ioan. 16. ria carne assumpta, Dei filius nasci di
F gnatus ē. Prospexit nihilominus de cęlo
hæc ipsa nřa iustitia & veritas, qm̄ exiuit
à prē, & uenit in mundū, ut res humanas
restitueret. Prospicere aūt istud ītelligere
possumus, vel deorsum aspicere, vt signi-
ficet, iustitiā q̄ vsq; ad temporis plenitu-
dinem auersa videbatur à nřo genere, iā
tandē caput extulisse ad prospiciendum
super nos, & ad cōponendū nostrū mise
rabile negotiū, quo & ī alio Psalmo scri
Psal. 101 bitur, Quia prospexit de excelso sancto
suo dńs de cęlo in terrā aspexit, ut audi
ret gemitus compeditorum, vt solueret
G filios interemptorum. Vel prospicere
istud intelligatur, prodire, siue exire &
descendere, vt iustitiā prospexisse de cœ
lo sit, dei filiū de patris sinu prodiisse, &
exiisse de summo cœlorū ad ima mun
di. Quanuis possit hæc iustitia recte intel
ligi ipsa quæ in animabus nostris à Deo
gratuito ipsius munere infunditur. Incar
nato namq; Dei filio, & veritate de terra
exorta iustitia simul & pax vera de cœlo
Rom. 3 manauit ī corda nřa, ita vt clamaret Apo
stolus ac diceret, Iustitia Dei per fidē &
Rom. 5 ex fide, ī oēs q credunt ī eū. Et rursum,
H charitas Dei diffusa est in cordibus nřis
p spiritū sanctum, q datus est nobis. Qui
dam ēp veritatis de terra ortū, siue germi
nationē sm̄ metaphoram exponunt, di
centes p veritatis germinationem de ter
ra, & iustitię prospectum uel emanatio
nem de cęlo, non aliud significari quā
fœcunditatem spiritualium charismatū,
& omnis verè boni abundantiam, in tem
pore gratiæ quasi dicat propheta, Tanta
erit in tempore gratię spiritualiū bono
rū abūdātia, ut terra non aliud uideatur
quam ueritatem germinare, neq; cœlum
alıud

aliud q̃ iustitiã depluere. Cũ.n. quid desu
per simul & desuptus prouenit, non pōt
nō esse illius rei maxima abundãtia? quē-
Gen. 7. admodũ in diluuio illo celeberrimo qd
per arcã euasit Noe, desup veniente plu
uia per dies plurimos absq; cessatione &
ruptis abyssi fontibus à subtus ascenden-
tibus, aquas copiosissimas legimus excre
uisse Atq; ita ẽt quod sequitur. Etenim
dñs dabit benignitatẽ, & terra nostra da-
bit fructum suum, exponunt non de fęcũ
dato virgineo vtero, nec de spiritus sañ-
cti super illam obumbratione, sed de irri
gatione spirituali animarũ fidelium, to- B
tiusq; Ecclesiæ. Dat namq; Dñs, & mittit
super benignitatem beneplaciti sui, bene
dictionemq; gratię suę, & terra cordis no
Phil. 2. stri hmōi salutari imbre irrigata profert
fructum suum. Deus.n. (iuxta Apostoli
1. Co. 15 sancti testimoniũ) est qui operatur in no
bis velle & perficere pro sua bona volun
tate, quiq; nobiscum, & in nobis operat̃
oē bonum: quemadmodum idē ille testa-
tur, dicens, Non ego, sed gratia Dei me-
cum. Itaq; terrã intelligunt, vel ipsam fi-
delium Ecclesiã: quã recte terrã vestram
appellamus, quicunq; in Christum credi C
mus: vel ipsa singulorum fidelium corda
quæ singuli velut singulos agros suscepi
mus colendos de manu dñi. Conformi-
ter quoq; & nouissimũ illũ versum, iusti-
tia ante eum ambulabit, & ponet in via
gressus suos, exponunt nō de præcursore
iustitiæ præcone, vt nos exposuimus, sed
de iustitia in cordibus fideliũ: quã ante
Deũ quodãmodo ambulare dicunt, qua-
tenus habitaculũ Deo in cordibus fide-
liũ p̃parat, videlicet q̃a non nisi ad illos
Deus accedit, neq; nisi in illis habitare di
gnat̃, q̃ pœnitentiã agunt veterũ delicto- D
rũ, & in sanctitate iustitiaq; Deo placere
student. Quæ expositio licet nequaquam
videat̃ improbãda, nos tñ ĩ Elucidatione
maluimus versus quatuor istos nouissi-
mos de mysterio incarnationis Christi,
& humanæ reconciliationis apertius in-
terpretari. Oĩno.n. singularia quædã in
hoc Psal. sacer vates sibi indicat reuelata,
cum ante horũ descriptionē speciali mō
præmittit, Audiã quid loquat̃ in me dñs
Deus Propter qđ oĩa ista ad mysterium
incarnationis, & modum humanæ reco-

A ciliationis specialiter accōmodauimus
vti monstrat apertè satis Elucidatio. Et
ne quis arbitret̃ hanc expositionē nos de
capite nostro confingere, & in fauorē sa-
cratissimæ nostræ fidei, sciendũ est præter
antiquorũ patrũ Latinorũ expositiones,
ẽt veteres Hebræorũ Rabbinos ad singu
larē Messiæ natiuitatē ista retulisse, q̃ hic
de ortu veritatis è terra dicunt̃. Nã Rab-
bi Moses, in annotationibus sup hunc lo
cũ: Veritas de terra orta est, & iustitia de
cœlo prospexit, ita scripsit. Et quur dixit,
crescet, siue oriet̃, siue pullulabit, & non
B dixit nascetur? Q̃m nimirũ generatio, si-
ue natiuitas eius, non erit similis genera
tioni siue natiuitati creaturarũ quæ sunt
in mundo, imò diuersa & distãs erit absq;
socio & coniunctione Et hic erit salua-
tor noster & iustus nr̃ quē mittet Deus.
Et hoc est qđ dicit, Vtiq; Deus dabit bo-
nũ vel benignitatē, & terra nr̃a dabit fru
ctũ suum: Hęc ille. In q̃a expositione ma
nifestè cernimus, indicari virginitatē ma
tris Messiæ nostri, quæ dr̃ absq; socio &
coniunctione fructum editura, & nouo
generationis modo præter naturã partu
C ra. ¶ Versu penultimo, Etenim Dñs da-
bit benignitatē, & terra nostra dabit fru-
ctũ suum. Cũ de beata virgine præsentem
versum exponimus, hanc benignitatē re-
ferre possumus non solũ ad ipsam vteri
eius fœcunditatē, verumetiã ad aĩę eius
in oĩbus spiritualibus bonis copiosum
ornatũ. Prius n. Dei benignitas copiosissi
mè impleuit eius mentē q̃ ventrem, prius
aĩam oĩbus ornauit preciosissimis donis,
q̃ vterum grauidauit puerilibus mēbris,
prius arcam omni ornatu fecit expolli-
tam, q̃ cœleste manna in ea reposuit. Et
D in vtroq; horum dñs suam dędit benigni Rom. 11
tatem, vt digna fieret hæc nostra terra ta
lē nobis dare fructum, vt de tam sancta
terra tã sanctus procederet fructus, vt es-
set sancta delibatio sicut & massa. esset ra
dix sancta, vt erat ramus ille sanctus à
principio, qui in tempore ex ea erat pro
cessurus: esset deniq; virga sancta de radi
ce Iesse, vnde flos ille Nazareus debuit Esa. 11.
ascendere, in quo erat accepturus requiē
spiritus domini. Cæterum, quò hæc vir-
go beatissima simul & fœcundissima, ter
ra nostra dicatur fideli cuilibet nō est ob

 scutum

scurum. Quo.n.non nostra terra est, quæ nobis ab æterno ordinata atq; preparata est, & in tpe nata, in tpe sanctificata, in tpe spiritu sancto fœcundata, vt nobis fructum proferret nostræ salutis æternę? Nonne.n.terram nostram iustè appellabimus, quæ nobis suum progignit fructum, vnde pascimur, nutrimur, & viuimus? ¶ Versu vltimo, Iustitia ante eũ ambulabit, & ponet in via gressus suos. Partem istã in elucidatione exposuimus de præcursione Ioannis Baptistæ, qui præco fuit iustitiæ, quemadmodum ex sacris Euangeliis manifestissimè cognoscimus. F Quicquid.n.docuit, iustitia erat. Docuit
Lucæ 3. .n.hoïes agere pœnitentiam, & quid iustius? Docuit pœnitentiæ fructus dignos
Matt. 3. facere, & quid iustius? Turbas docuit mutuo sibi succurrere, alimenta & vestimen-
Ibidem. ta impartiendo non habentibus: & quid
Lucæ 3. iustius? Milites docuit neminem concutere, nemini calumniam facere: publicanos monuit non amplius, q̃ quod constitutum est, exigere: & hæc nonne ad iustitiã spectant? Deniq; quod Herodem arguit pp vxorem Philippi fratris sui Herodiadem, dicens, Non licet tibi habere G eam, nonne & hoc palam ad iustitiam attinet? Meritò ergo iustitiæ præco speciali appellatione nuncupari pôt Ioannes, qui tandem pro iustitia, vltra oẽm exhortationem, ẽt vitam impendit, & seipsum superimpendit. Quòd aũt Prophetæ occultum non fuerit mysterium precursionis huius, ẽt ex alio Psalmo apertè satis cognoscimus, cum in fine Psalmi 31. de populo fideli loquens, ita ait, Illuc producã cornu Dauid, paraui lucernã Chrõmeo. Quo in loco per cornu Dauid, Christus Dominus: per lucernam verò ipsius

E Christi præcursor Baptista intelligitur, quemadmodum in expositione eius Psalmi prolixius tractatum videre licet. In sequenti aũt parte, Et ponet in via gressus suos, satis ambiguum & incertum vr̃.qd debeat subaudiri pro supposito verbi, ponet. Quidã pro supposito intelligunt iustitiam, ad hunc sensum, Iustitia ponet in via gressus suos, quod ita intelligunt. Iustitia disponet suos gressus ad viam, quia videlicet iustitia facit hoïem non stare, non quiescere, sed ambulare de bono in melius, facitq; hoïes perambulare vias rectas & bonas. Alii iustitiã pro supposito accipiunt, sed pro suos legunt eius, vt sit sensus, Iustitia ponet gressus Dñi in via, id est, facit dominum aduenire in corda fidelium. Facilius tñ est & melius, vt pro supposito verbi ponatur ipse dominus, iuxta sensum in Elucidatione expositũ, Iustitia ante eũ ambulabit, & ipse ponet gressus suos in via.i. præcurret Christũ iustitiæ præco, & ipse deinde subsequet̃ e vestigio Dñs, ante quem seruus ille fuit Ioan. 1. præmissus. Cui cõsonat quod turbis prædicans Ioannes, dicebat, Veniet fortior me post me, cuius non sum dignus soluere corrigiam calciamentorum eius. Et est hæc constructio oĩum aptissima Nã qui iustitiã pro supposito ponunt, & gressus suos propriè accipiunt, his lectio Græca reclamat, quę relatiuum habet masculini generis, hoc modo, καὶ θήσει εἰς ὁδὸν τὰ διαβήματα αὐτοῦ. Qui verò iustitiam pro supposito ponunt, & gressus suos exponunt gressus domini his proprietas relatiui suos, obsistit. Iuxta nostrã autem suprapositam expositam expositionem, nullum est incommodum, neq; in sermone neque in veritate.

## LXXXV. PSALMI ARGVMENTVM.

*Forma orandi est hic Psalmus, quemadmodũ & titulus indicat: in quo considerans hõ sua ex semetipso imperfectionem & indigentiam, à Deo postulat custodiam & misericordiã, cuius bonitatem & potentiã miris extollit modis, vsq; ad versum decimũ: vbi deinde à Deo in via bona dirigi, & in spiritu lætificari deposcit, promittens confessionem laudis Deo misericordi suo liberatori, per quẽ se agnoscit ab inferni profundo liberatum, per quem & in posterum orat ab inimicis insurgentibus liberari, sibiq; in bonum fieri signum salutis, vt confusis impiis persequutoribus, ipse lætetur in domino. Quidam hanc orationem peculiariter Christo attribuunt, illum introducentes loquentem ad patrem pro se ac suis fidelibus. Nos autem in Elucidatione maluimus generali expositione ad quemlibet fidelem Psalmum accommodari.*

LXXXV.

LXXXV. PSAL. ELVCIDAT.

INCLINA *domine aurē tuam, & exaudi me:*
Deus piissime, qui propè
Ps. 144. ades omnibus inuocantibus te in ueritate, qui
Psal. 9. adiutor es in tribulatione, & in opportunitatibus, inflecte nunc aures misericordiæ tuæ ad precem meā, & benignum mihi præbe auditum, orantemque exaudi pro tua misericordia:

** quoniam inops & pauper sum ego.*

Apoc. 3. ego.n. qui coram te nunc fundo precē meam, uerè egenus sum & pauper, à me metipso nihil habens, nisi quæ tua liberalitate accipio, qui absq; te sum cęcus, nudus, pauper, miser, & miserabilis: pp qd meā pauperratem agnoscens, ad te ditissimum dominum confugio, ut de tua liberali abundantia nimiæ meæ succurrat or inopiæ:

2 *Custodi aīam meā quoniā sanctus sum:*
Cōserua me dñe in uita, protectione custodiæ tu me custodi, ut non morte afficiar, & nō mihi auferatur uita animæ ab aduersarijs meis, quorū est hoc summū studiū: sum n. sanctificatus munere spiritus sancti tui, tu sanctificasti animā meā tibi inhabitationem, & in templum me consecrasti, per unctionē spiritus tui; pp quod, me consecratum tibi ac dedicatū, oro, diligenter fideliterq; custodias, ne fortè pollui me contingat ab hostibus id super omnia quærentibus;

** saluum fac seruum tuum Deus meus sperantem in te:*

Psal. 9. ita dñe saluum fac me pauperculū famulum tuum, ex bonę uolūtatis desiderio tibi seruire cupientē, ab omnibus periculis in quibus uersatur anima mea, maximè cum ego omnem habeam in te rēpositam fiduciam, & de tua bonitate tuoq; auxilio confidam plenissimè, qui nūquā derelinquis sperantes in te.

3 *Miserere mei domine, quoniam ad te clamaui tota die:*
Ostende mihi misericordiam tuam, miserator Deus, quam iugiter continuis precibus clamans ex toto cordis affectu postulo, pro qua consequenda tota die clamo ad te:

A ** Lætifica animam serui tui, quoniam ad te domine animam meam leuaui.*
lætam fac animā serui tui benigna exauditione tua, qm̄ toto conatu cor meum in oratione ad te leuaui, qm̄ ab omnibus quæ sunt in mundo visibilibus atq; delectabilibus auulsi mentem meā & desideriū meum, ut tibi pura mente & mūdo corde totus intenderē, sicq; fieret mea oratio tibi magis accepta & exaudibilis.

4 *Quoniam tu domine suauis & mitis, & multæ misericordię:*
Cognoui.n. & certe mihi persuasum ha-
B beo de te, q͂ non sis tu (vt vulgo sunt potentes inter homines) durus, morosus, & crudelis, sed magis benignus, placidus & dulcis, quem facilè sit prece flectere, mitis quoq; & propitiabilis, ad dimittendum pęnitentibus pronus ac facilis, itē quòd sis magnæ & infinitæ misericordiæ, ad concedendum postulata humiliter petentibus:

** omnibus inuocantibus te.*
idq; nō erga unum tm̄ aut alterum, nō erga hāc gentē solā aut solā illā, sed erga omnes indifferenter absq; personarū ac
C ceptione, quicunq; ex fideli corde te inuocant in ueritate, ad eum modum quo tu uis & nos decet te inuocare.

5 *Auribus percipe domine orationem meā, & intende uoci deprecationis meæ.*
Qua cōsideratione ego aīatus, spe exauditionis cōcepta, fidēter ad te fundo orōnem meā, petens, ut aures tuæ misericordiæ ad eā dignanter accōmodes, vtiq; uoci deprecationis meæ benignus intēdas: vt si iustum & bonū inueneris quod propono, benignè illud adimpleas.

6 *In die tribulationis meæ clamaui ad te:*
D Hoc.n. mihi consuetudinarium est, hoc uetus ac solitum mihi est refugiū, in omni mihi obueniente tribulatione, ut ad te leuem uocē clamoris mei, ut ad te clamans, & orans confugiam:

** quia exaudisti me.*
qm̄ te domine fidelē semper inueni auxiliatorem, non soles repellere humiliter deprecantē, sed benigna potius exaudire & opportunum ferre auxiliū pro tuo beneplacito. Propter quod, olim nō semel tui auxilij fidem expertus, semper in angustiis ad te uolo confugere,

7 *Non est similis tui in dijs domine.*
Et quē aliū possem ego cōmodiorē inuocare auxiliatorē, aut ad quē ꝯfugere ꝓtectorē meliorē, q̄ ad te dñe De⁹ meus? Nō est.n.in oībus dijs, qui sit tibi similis, nō est in oībus potentibus, siue angelorum bonorum vel malorū exercitibus, siue in sæculi potentibus quisquam, qui tibi valeat cōparari, siue potentiam spectemus, siue veritatē, & fidelitatē siue et bonitatē & misericordiam, neq; in omnibus dijs gentium qui falsa appellatione dij nominātur, quisquam potest inueniri similis tui, qui sic possit subuenire inuocātibus: F
* *& non est secundum opera tua.*
& nō est quisquam similis tui in operibus, qui possit operari similia eorū quæ tu facis opera tantæ potentiæ & virtutis, cuiusmodi tu monstras in omnibus.
8 *Omnes gentes quascunq; fecisti uenient, & adorabunt coram te domine:*
Propter quā sup oēs præcellentiam, cunctæ nationes populorum, quas tu tā sm aīam, quam sm corpus creasti veniēt ante conspectum tuum, teque adorabunt, ô rex regum & dominus dominantium.
* *& glorificabunt nomen tuum.* G
Rom.6. dabuntq; gloriam & honorē exhibebūt magno nomini tuo. Veniet.n.tps qñ tibi flectet oē genu cœlestium terrestrium at-
Philip. 2 que infernorum: qū ante te congregabūtur oēs gentes, qñ oēs manifestabunt &
Mat. 13. exhibebuntur ante tribunal tuum, ut re-
2.Cor.6. ferat unusquisque prout gessit in corpore, siue bonum, siue malum: quando, velint, nolint, cogentur oē tuæ maiestatis sup excellentiā agnoscere, teq; solum ut uerum Deum & supremum iudicem adorare, ac suæ obedire sententiæ.
9 *Qm̄ magnus es tu, et faciens mirabilia:* H
Et id quidem optimo iure. Tu.n.uerè es in omnibus, & per omnia magnus, id qđ & in opere patenter ostendis, dum operaris pro tuo placito admirabilia quæcunque uolueris.
* *tu es Deus solus.*
profecto tu solus es Deus viuus & verus, & non extra te alius.
10 *Deduc me domine in uia tua, et ingrediar in ueritate tua:*
Vt aūt tibi sicut iustū est syncera ualeam seruitute placere, q̄so, sis tu mihi ductor

E atq; director in uia præceptorum tuorū, per quam tu nos ambulare uoluisti, ne quando aberrem à uia recta aut declinē siue ad dexteram, siue ad sinistram, & tuo ducatu directus ambulem in ueritate & æqtate iustitiæ tuæ, alienus ab omni iniquitate & iniustitia:
* *lætetur cor meum, ut timeat nomen tuū.*
fac lætari in te sancta lætitia cor meū, fac me sancto gaudere gaudio in dulcedine spiritus tui, ut debito timore & amore reuerear nomē tuū, vt gustata paternæ suauitatis dulcedine cor meū in hilaritate discat reuereri, ad eū modū quo filium decet timere atq; reuereri nomē prouum.
11 *Cōfitebor tibi dñe Deus meus in toto corde meo, & glorificabo nomen tuū in æternū.*
Cōfessione laudis ego te celebrabo dñe Deus meus, ex toto affectu cordis mei: & nomē tuū sanctum atq; in sæcula benedictum ego laudabo & glorificabo, donec viuam in perpetuis æternitatibus, ita ut in perpetuum nunquam pœnitus desiciat laus tua ab ore meo.
12 *Quia misericordia tua magna est sup me:*
Neq; illud quidē immerito, qm̄ qđē misericordia tua erga me magna est nimis, qm̄ misericordiam maximam mihi demonstrasti, egistiq; mecum misericorditer ualde supra quàm explicare aut etiā cogitare possim:
* *& eruisti aīam meā ex inferno inferiori.*
& tu saluasti aīam meā à profundo lacu inferni, tu me tua benignissima custodia ꝓseruasti & custodisti à dānatione mortis & inferni, in quo paulominus habitasset aīa mea, nisi tu Dñe me adiuuisses.
13 *Deus iniqui insurrexerunt super me, & Synagoga potentium quæsierunt aīam meā:*
Ecce.n. Deus pijssime, impij dæmones, Psal. 93
eorumq; ministri & membra, homines & 85.
peruersi, feroci animo & crudeli proposito insurrexerunt aduersum me, & cōgregatio fortium qui me (quantum ex memetipso) multo sunt potētiores conātur me perdere, & morte afficere.
* *& non proposuerunt te conspectu suo.*
& non habēt te dominum Deū ante oculos, non te metuunt, non est timor tui ante oculos eorū, ut desistant à suo peruerso proposito à perditione innocentis. Non etiam attendunt te, neq; considerāt,
quod

quod tu sis mihi auxiliator: atq; idcirco A
tm̃ me in memetipso cõsiderãtes,& meã
debilitatem eum sua fortitudine cõferen
tes,ita confidunt se mihi posse præuale-
re,nec verentur oppugnare seruum tuũ;

*14 Et tu dñe Deus miserator & misericors:*
Ego verò nequaquã in memetipso confi
do,neq; in ꝓpria virtute spem habeo,sed
in te domine Deus meus, qui semp tuis
supplicibus misereri es solitus, & cuius
Ps.24. sunt miseratione à sæculo super omnia
opera tua, quemadmodum & es natura
misericors,imò ipsa immẽsa & inexhau
sta misericordia:

* *patiens & multæ misericordiæ & uerax.*
qui es insuper longanimis & patiens in
dissimulando peccata hominum & diffe
rendo uindictam, quo fit per longani-
mitatem peccatores inuites ad pœnitẽtiã:
multę quoq; misericordię,nimirũ infini
tæ & inexhaustæ,per quam semp es pa-
ratus redeuntes p pœnitentiã recipere in
Rom.2. gratiam,& nihilominus uerax, iustissi-
mus uidelicet remunerator oĩum homa
narum actionum, & fidelis in omnibus
uerbis ac promissionibus tuis.

*15 Respice in me,& miserere mei:*
In te(inquam)est spes mea omnis & tota
Ps.144. fiducia,tu benignis misericordię tuę ocu
lis in me seruum tuũ aspice,& misericor
diã tuã ostende mihi:dum illi cõtrario,
omni studio & toto conatu mihi machi
nant mala,vt tua misericordia adiutus,il
lorum possim feritatem effugere, ne mi-
hi iuxta desiderium suum præualeant.

* *da imperium tuum puero tuo:*
da mihi seruo tuo ex bona volũtate tibi
famulari cupiẽti,imperium,dñium,& ui-
ctoriã super inimicos meos,da mihi for
titudinẽ per quam illos possim superare D
atq; subijcere mihi,per q̃ exaltari ualeã;
super illos,illisq; euadere superior:

* *& saluum fac filium ancillæ tuæ.*
ab omnibus inimicis saluum fac me,qui
sum filius ancillæ tuæ, Ecclesiæ sanctæ
ancillæ tuæ,quę me tibi per fidem & uer
bum tuum in spiritu sancto genuit:
qui ẽt sum paupercule matris meæ,humi
lis tuę ancillę filius.Sũ.n.ego seruus tuus
& filius ancillæ tuæ, qm̃ & ego seruus
tuus sum,& mater mea tua est uernacula
atq; ancilla,quoniã æquè & ego & om-
nes progenitores mei serui tui sumus.

*16 Fac mecum signum in bonum:*
Ostende erga me signũ aliquod miseri-
cordiæ & beneplaciti tui,quo possint eo
gnoscere aduersarii mei,q̃ te habeam mi
hi propicium & protectorẽ: demonstra
indicio aliquo liberationis gratuitæ,q̃d
tibi sit in me beneplacitum:

* *vt videant qui oderũt me & confundant,*
*qm̃ tu dñe adiuuisti me & cõsolatus es me;*
vt hostes mei q me implacabili odio per
sequuntur,id vidẽtes,confundant & eru-
bescant,cum viderint me tuo auxilio de
B fensum atq; munitum,& tua cõsolatione
sancta corroboratũ,vt nulla illis spes es-
se possit de me obtinendi impium suum
desiderium & iniquum propositum.

## ANNOT. IN PSAL. LXXXV.

Versu 2. Custodi aĩam meã,qm̃ san
ctus sum. Si de Christo dño singu
lariter Psalmus exponatur,nullũ est du-
biũ qũo sanctum ipse se iuste possit asse-
rere, cum sit sanctus sanctorũ, sanctifi-
ans omnia:qui non ad mensuram acce
C pit spiritũ,vt esset absq; mẽsura sanctus. Ioan. 3.
Si verò ad vnumquenq; fidelẽ dicamus
pertinere Psalmum (iuxta Elucidationis
processum)nec sic quidẽ difficile est intel
ligere, qũo fidelis ex testimonio bonæ
conscientię se dicat sanctum, videlicet
participatione plenitudinis Christi. Nã Ioan. 1.
vt ille per spiritum acceptum non ad
mensuram,sanctus est non ad mensurã:
ita singuli nos de eius plenitudine acci-
pientes,sanctificamur in spiritu eius,effi
cimurq; ad mensuram sancti. Vnde Pau
lus Apostolus ab idololatria ad Christũ
D conuersis Corinthiis, Et hæc(inquit) ali- 1.Cor.6.
qñ quidem fuistis,id est, idolis & pecca-
tis seruientes,sed abluti estis,sed sanctifi-
cati estis sed iustificati estis ĩ noĩe dñi no
stri Iesu Christi,& in spiritu Dei nostri.
In eodem quoq; capitulo, ẽt membra &
corpora nostra qũo sancta sint, declarat,
dicens,Nescitis qm̃ corpora vr̃a membra
sunt Christi? Et iterum, An nescitis quia
membra vestra templum sunt spiritus
sancti, qui in vobis est, quem habetis à
Deo, & non estis vestri? Sanctificamur
ergo quicunque spiritum Christi acci-
pimus

pimus,primũ quidẽ in mẽbra Christi, vt E
illius sancti sanctorũ mẽbra simus, sitq;
ille caput nostrũ. Deinde, vt tẽplũ simus
spiritus sancti,atq; adeò totius superbene
Ps. 126. dictę Trinitatis. Meritò proinde incessan
ter clamemus ad dñm, dicentes, Custodi
aĩam meã,qm̃ sanctus sum. Nisi.n.dñs cu
stodierit ciuitatem,frustra vigilant custo
des. Atq̃ omni diligentia curandũ no-
bis est,vt in quo sanctificati sumus,in eo
ꝑmaneamus:ne semel facti mẽbra Chri-
sti,iterũ efficiamur membra diaboli,& ne
semel facti templum spiritus sancti ite-
rum efficiamur mancipia & habitacu- F
lũ spiritus maligni. Non est.n. æquũ tol-
lere mẽbra Christi,& facere mẽbra dia-
boli:neq; iustum est conspurcare tẽplum
Chr̃i,& facere habitaculũ diaboli ¶ Ver.
3. Lætifica aĩam serui tui, qm̃ ad te dñe
aĩam meã leuaui. Diligenter nota, quod
addit, Qm̃ ad te dñe aĩam meam leuaui.
Hic.n.ordo seruandus est,vt qui lætifica
ri quærunt à dño Deo suo,qui diuinis re
fici exoptant consolationibus, ad Deum
studeant toto conamine leuare suas aĩas,
Quæ.n.in imis huius mundi, in fæcibus
& cœno tpalium voluptatum adhuc im G
mersæ iacent, capaces non sunt cœlestis
illius & diuinæ letitiæ. Quæ autem seme
tipsas ex lutoso illo cœno temporalium
extricantes,ad æterna erigunt, ad Deum
se leuant temporalem & vanã lætitiam
Psal. 76. abnegantes, iuxta quod in alio Psalmo
spiritualis homo loquitur,dicens, Renuit
consolari anima mea Huiusmodi mere-
buntur diuinis consolationibus & castissi-
ma spiritus iocunditate visitari & oble-
ctari, Sed & in aliis compluribus locis,
quoties Propheta magnũ aliquid à Deo
postulat, hoc inuenimus specialiter ip- H
sum præmittere, ꝙ animam suam eleua-
Psal. 24. uerit ad dominum. Veluti Psalmo 24 Ad
te domine(inquit)leuaui animam meam
Deus meus in te confido, non erubescã,
Neque irrideant me inimici mei, Et
Ps. 142. Psalmo 142. Notam fac mihi viam in
qua ambulem,quia ad te leuaui animam.
meam: Eripe me de inimicis meis, domi
ne ad te confugi doce me facere volunta
tem tuã Videlicet hoc modo orãdi signi
ficare volens,frustra nos quæ sunt Dei ex
pectare aut postulare, nisi ad illum sata-
gamus leuare animas. ¶ Versu 4. Qm̃ tu
domine suauis & mitis,& multæ miseri-
cordiæ oĩbus inuocantibus te Datiuus
ille nouissimo loco positus, oĩbus inuo-
uocantibus te,refertur ad singula ꝑcedẽ-
tium trium,hoc modo, Tu Domine sua-
uis es oĩbus te inuocantibus, tu mitis es
oibus te inuocantibus,tu es multæ mise
ricordiæ oĩbus inuocantibus.i.erga oẽs
inuocãtes es copiosus in misericordia &
multũ misericors. Pòt aũt inter hæc tria
apta quædã poni distinctio. Est.n. Deus
suauis,i benignus & dulcis. Nã in Græ-
co ponit̃ χρηστὸς ꝙ significat benignum,
& in Hebręo tof,quod significat simpli-
citer bonũ. Est.n. Deus benignus oĩno &
bonus, benignè & dulciter agens cũ ser
uis suis,pauca ab illis & factu facilia exi
gens,neq; nisi q̃ illis utilia sunt,insup ẽt
ad perficiendum illos fideliter adiuuãs.
Secundo aũt loco in Græco hr̃ ἐπιεικὴς,i.
modestus & mitis,videlicet q nõ à pęni-
tentibus peccatoribus extremum exigit,
neq; extremum sequtur iustitię rigorem,
summum ius exigendo extremamve so-
lutionem exposcendo, sed facilè placari
permittit,facilè recipit in gr̃am redeun-
tes. Nã hęc est uirtus iustitiæ,nõ extremũ
sequi iuris rigorem,sed dispensate ac dis
simulare nosse ꝓ loco & tpe,conditio-
ne personarũ expensa Et hanc significa
tionẽ hẽt ẽt uox Hebraica hoc loco posi
ta,quæ uenit à uerbo salach,quod signi-
ficat dimisit uel propiciatus est. Vnde di
ctio hoc loco posita ualet ferè,idem qđ
propiciabilis, uel facilis ad dimittendũ,
quemadmodum & beatus Hieron. uertit
bonus & propiciabilis. Felix adiicit, uel
parcens,i.ad parcendum facilis. Apertius
ẽt hoc ipsum indicat Chald. Pharaph.q̃
sic habet, Qm̃ tu Deus bonus et,iustus,
& remittis iis q conuertuntur ad legem.
Inueniunt̃ autem duo hæc, q̃ Psalmista
hic connectit, ẽt Paulus quodã in loco
cõiunxisse,ubi Corinthios obsecrat p man 2.Cor.10
suetudinẽ & modestiã Christi. Quod.n.
mãsuetudinẽ dicit,ad suauitatẽ pertinet,
quod uerò modestiã, ad istã mititatem.
Nã pro modestia idẽ vocabulũ ponit̃ iu Esa. 45.
stitia,cuius hic ponit̃ adiectiuũ. Quod au
tem tertio loco ponitur multæ miseri- Rom. 14
cordiæ, siue copiosus misericordia, id
generale

generale est tā ad peccatorū dimissionē quā ad beneficiorū exhibitionē spectās.

Psa.18. ¶ Vers.8 Oēs gētes quascūq; fecisti, uenient,& adorabūt corā te dñe In Elucidatione hunc versum exposuimus de nouissimo iudicii magni die,qñ oēs exhibebunt ante tribunal iudicis, & palā oēs boni atq; mali corā eo astabūt indicandi,iuxta illud Propheticū, Viuo ego,dicit dñs,qm mihi flectet oē genu . Pōtrū intelligi de conuersione populorū in ipe grē,qñ exeunt sono prædicationis Apostolicæ in oēs fines orbis terrarū, ex oībus gentibus aliqui cōuersi sunt ad fidē Chri qui ipsū adorauerūt & glorificauerunt,ut summū & verū Deū. ¶ Versu 10.Deduc me dñe in uia tua,& ingrediar in veritate tua.Ingrediar pōt accipi, ut sit imperatiui siue deprecatiui modi,sicut ꝙ præcedit verbum,deduc,& qd subseqt, lætet,cui cōsonat qd ex Hebręo vertit B. Hier Deduc me dñe in uia tua,vt ambulē in veritate tua, fm quē modū & nos ī Elucidatione exposuimus. Vel pōt accipi vt indicatiui modi futuri tpis, eritq; sensus,Tu esto mihi ductor, & ego ambulabo,te ductore,ī ueritate tua. ¶ Ver.12

Psal13. Eruisti aīam meā ex inferno inferiori Si Chro applicet Psalmus, intelligenda erit hæc liberatio aīæ ipsius ex inferno inferiori,fm id qd in alio Psalmo ex psona eiusdē domini nři ad patrē dr,Qm non derelinques animā meā ī inferno,qm videlicet animā Chri omnipotens pater nō permisit descendere in damnationē inferni cū reprobis,qui infernus meritò dr infernus inferior,prò quo B.Hie. uertit infernū extremum Imò neque in lymbū patrū (qui superior quidā infernus meritò appellari potest, respectu loci damnatorum)detineri animā eius permisit,sed loco illo tātū visitato, patribusque de captiuitate liberatis,fecit eam in corpus reuerti, atq; ita in cęlū vna cum resuscitato & glorificato corpore gloriose conscendere. Cum uerò generaliter fideli cuilibet Psalmus applicatur, accipit versus iste ut gratiarum actio pro liberatione ab inferno, videlicet qm per Dei magnā misericordiā agnoscit se à mortalibus peccatis(in quæ ceciderat,& pro quibus inferioris . inferni damnationē cōmeruerat)liberatū,ex misecordia & liberali peccatorū dimissione,Vel quia agnoscit Dei esse beneficiū,ꝙ nō in peccata talia ceciderit , & ꝙ non filius sit mortis effectus Id.n.quotquot oēs fateamur necesse est,Dei gratiā & munus esse siue ꝙ à peccatis nřis pęnitentiā agēres reuertimur, siue ꝙ in eiusmodi peccata non cecidimus,ꝓ quibus mortis damnationē fuissemus cōmeriti, ut tā immaculata sanctitas quam pœnitentiæ veritas, Deo referat accepta , & ꝓ utraq; merito illi agant debitæ gratiæ. Veruntamē pos set infernus iste inferior recte ēt intelligi carcer malæ & desperatę cōsciētiæ. Verè.n infernus est , & inferior atq; extremus infernus est,carnificina malæ & desperatæ conscientiæ. Et erit hic infernus multo dānatis intollerabilior, quā ipse ille corporalis locus horroris quē illis Deus deputauit, ut in eo cū angelis malis in æternū puniant. Ab hoc aūt inferiori inferno subinde Deus hoīes ī hac uita degētes liberat,& uelut à morte ad vitā reduxit,atq; ex ꝓfūdo horroris puteo in claritatē auræ supnæ educit, q ꝓinde, agnito Dei beneficio, tāto post maiore affectu suo liberatori afficiunt,agēdesq; gratiis tāto affectuosius insistunt, quāto maioris miserationis circa se pfectū opus,reuelato mentis oculo, conspiciunt. Lucæ. 1. ¶ Ver.15.Da imperiū tuū puero tuo Græca dictio q respōdet imperio, nēpe κράτος ambiguæ est significationis. Interdū .n significat potentiā,ut apud Lucā in cātico B Mariæ virginis,Fecit potētiā i brachio suo,vbi Græcè legit ἐποίησε κράτος. Hinc Græco vocabulo Deū appellamus παντοκράτορα,i. omnipotenē iterdum uerò significat imperiū vel pťatem,qualē habet superior sup inferiorem. Vn Deū vocamus κοσμοκράτορα i.mundo impe rātem,vel mundi dominātem, i. sup oīa q in mundo sunt potestatem atq; imperium habentem.Neq; sunt iuxta ueritatē hę duæ significationes abinuicē diuersæ si potētiā intelligamus imperialē & potestatiuā(ut ita loquar)p quā qs super alium obtinet imperium. Nō. n.nisi per imperialē suā potētiā Deus omnium dominatur, neque aliter super cuncta habet imperium , nisi quia ipse est omnipotens

potẽs.Scdm hæc ergo diuersimode locus psens à diuersis, inuenit translatus.Nã lectio Psalterij Romani p imperio hēt ptãtem.Da potestatem,inquit,puero tuo Hier.aũt legit fortitudinem.Quę lectiones facile rediguntur in cõcordiã, si intelligamus talẽ postulari à Deo fortitudinẽ,qua inimicis persequẽtibus possumus euadere superiores,vt nõ nos illis veniamus in subiectionẽ,sed ipsi ecõtrario nobis in ptãtem veniant,& subiiciant confusi atq; deuicti.Talis est fortitudo, quã à Deo petimus,talis potestas, tale imperiũ,qd postulat in persequutione posit' hõ spãlis. Illi tñ qui Psalmũ peculiariter accõmodant Chro,imperium istud poterunt exponere absq; incõmodo, ptãtẽ illã quã ipse accepit à patre post resurrectionẽ,de qua in Psa.2.ex patris persona dr, Postula à me,& dabo tibi gẽtes hẽditatẽ tuã, & possessionẽ tuam terminos terræ,& de qua ipsemet Chrus à discipulis abscendens loquit in Euangelio, dicens:Data est mihi oĩs potestas in cęlo & ĩ terra.De qua ẽt potestate multis in locis multa loquit sanctus Apostolus. At tunc quidem ancillã illã, cuius se filium Chrus loqtur,manifestum est debere intelligi illã bñdictã terrã, de qua in Psalmo pcedenti fecimus mentionẽ, Deiparã virginẽ Mariã, q ẽt seipsum ancillam Dei in suo iucũdo cãtico humiliter nũcupauit,vt nunc à filio hic loquente eã audimus nuncupari.Conformiter quoq; in uersu sequenti illud signũ in bono q secũ fieri optat,ĩtelligeret Chri resuscitatio,& in cęlo assumptio Nã hoc signũ fuit, qd oĩpotens pater cum Chro fecit qd erga ipsum demõstrauit in bonum, quo se ostendit illum diligere, sibiq. in illo esse bñplacitum,in quo et signo,euidentissimẽ omniũ aduersariorum Chri apparuit confusio, ita ut mendacio & pecunia cogerent ruborem suæ uerecundiæ palliare,qñ custodibus data copiosa pecunia ut ueritatem tacerent, mendacibus linguis rumorem falsum sparserunt in populo.dicentes, q custodibus dormiẽtibus fuissent illum suffurari discipuli Quidã ẽt psonæ Dauid applicãt Psalmum,neq; omnino incõmode. Iuxta q applicationẽ, Dauid in persequutionib' positus postulat,cœlitus sibi dari contra hostes fortitudinẽ,qua possit illorum superare psequutionem, petitq; liberatiõis signum & salutis erga se à Deo demõstrari,vt cõfusi hostes abscedãt, desistãtq; à pposita malitia.cum dominum viderint p seruo suo dimicantem, quemadmodum non semel in sacris regnorum historijs legimus accidisse,Vsqueadeò. n. nouis admirabilibusq; modis subinde Deus suũ Dauid liberauit d manib' Saulis,vt nemini nõ eẽt perspicuum, solius Dei fuisse talem liberationẽ, ita vt nimia coactus euidentia ipsemet Saul, licet obstinatissimo animo esset ptra Dauid, aliquoties legat à persequutione populum reduxisse in propria.Quòd si et Dauid introducam' postulãtem dari sibi imperiũ,& regnum super populum dñi, non ambitione aut superbiã illi impingimus. Poterat.n. is qui regem se à Deo vnctũ sciebat,postulare, vt Dei in se ppositum adimpleret.Illa tñ sñia q in elucidatione explanauimus,potior vr. ¶ Versu eodem,Saluũ fac filium ancillę tuę, In Elucidatione est mõstrata intelligentia, sm quarum vtrinq; singulis fidelibus uersus iste possit conuenire.Secundum priorem nãque intelligentiã, ancilla ista accipit ecclesia,q dr ancilla Dei, ipsi videlicet seruiens deuotione fidei & operibus placitis.Posterior autem magis vr probanda, qua ad maiorem perfectiõnemq; humiliationem seipsum nominat non solũ seruum Dei,sed etiã ancillę eius filium Pro cuius intelligentia nota,quosdã esse seruos q casu aliquo vel euentu in seruitutem uenerunt suis dominis,vt q sunt quidem liberi natiuitate,sed bello superati,in captiuitatemq; abducti & venduti in seruos, tali sic euentu ex libertate veniunt in coditionem seruilem Idipsum & alijs variis modis cõtingit.Et q sic facti sunt serui, licet dños appellẽt qb' venerunt in subiectionẽ, nõ tñ mãtres illorum. ancillę fuerunt eorundem dñorum.Nã ex pgenitorib' liberæ sunt cõditiõis tãtum ex euẽtu facti serui.Sunt verò alii q ex ipsa sua origene sunt serui vtpote q in seruitute sunt geniti, quorũ pres matresq; ĩ seruite dñi alicui tales p les genuerũt.Atq;hi lõge magis sũt viles & humi-

Psal. 2. Psal. 18 Lucæ. 1. Mat. 28. 1. Re. 24. & 26.

&humil es priotibus,estq; maioris humi A gioso aliquo signo me libera ab inimilitatis sic ex ꝓgenie natū esse seruū, quā ex accidente secum tm̄ fieri. Volēs ergo significare seruus Dei maximā suam erga Deū subiectionē, & summā humilitatem indicare, nō tm̄ se fatet seruū Dei sed & matrē suā fatetur eiusdē ancillā, cum se nominat filiū ancillæ eius. Aperto.n.cōsequio elicit, meā matrem esse ancillam Dei, si ego me fateor esse filium ancillæ eius. Intelligit aūt in matre totā ꝓgeniē, patrē, auum, atauum, tritauum, & vniuersum genus usq; ad primū parētē. Oēs.n. ꝓgenitores nr̄i vilissimi serui & ancillæ B Dei fuerunt. Secundum hunc quoq; mo
Ps. 115. dū in Psalmo 115. positus in extasi uir fidelis, magno deuotionis affectu loquit, dicens, O dn̄e, quia ego seruus tuus, ego seruus tuus & filius ancillæ tuæ. ¶ Versu vltimo, Fac mecū signū i bonū. Nos simpliciter interpretati sumus, demonstra erga me indiciū aliquod bonitatis tuæ, & beneplaciti, atq; amoris erga me, ut uidentes inimici tuo me fultum auxilio, cōfundant. Pōt ēt sic intelligi. Exhibe circa me signū & prodigiū in bonū, i. prodigioso aliquo signo me libera ab inimicis, ut apte uidētes inimici tuo me iuuari auxilio, confundant. Vnde q̄dā ex Hebræo sensum hunc magis quàm textus verba sequutus, ita vertit, Insigniter bene fac mihi, &c. Optime aūt hāc postulationē impletā cognouimus, tā in persona Christi (in cuius resurrectione signū Ionę Prophetæ, & ꝓdigiū maximū fuit exhibitū) q̄ in psona Dauid, q nō sine maximo miraculo de summa miseria ī qua erat, cū fugitiuus ageret ī desertis & mōtibus, ad gloriosi regni magnificentiā tā dē fuit subuectus. Verè.n. prodigium magnū erat, uidere iā sup oēm Israelē iōge lateq; dominantem, cui pridē uix ꝓ corporis salute tutū erat angustæ alicui spe luncæ latibulum. Cum oībus quoq; fidelibus signum faciet Deus in bonū, & ꝓdigiosum aliquid erga eos operabit, qū eos tā ex se imbecilles & miseros, de tātorum hostium, tamq; fortium & crudeliū potestate liberatos, sublimabit in gloriam fœlicitatis æternæ, impijs ad suam perpetuam confusionem, id cum dolore dentiumque stridore cernentibus. Ps. 111.

Luc. 11.

## LXXXVI. PSALMI ARGVMENTVM.

*EX abundantia cordis in hoc Psalmo, uerborū quidē numero modico, sed maiestate sensu multū dissimili, prorūpit Psalmista in laudes Ecclesiæ, quā dicit ī mōtibus fundatā, portas habentē Deo super oīa tabernacula Iacob dilectas, de qua gloriosa dicit esse prædicta. Cuius ēt uersu tertio & quarto mirā describit amplitudinem, utpote q̄ intra sese concludat cunctarū gētiū quondā à Deo alienarum nationes. Versu aūt quinto admirabilē eius depingit gloriā, quod in eā natus sit qui ipsam fundauit & condidit qui in ea Deus homo factus sit, quemadmodum in scripturis prædictum id fuerat & præsignatum, ad instructionem populorū, nouissimo tandē uersu, huius ciuitatis, & omnium in ea habitantium prospiciens prænuncians q; lætitiā. Parū aūt refert, an de Ecclesia militante, an de triumphante, psalmum intelligamus, vtriq; .n. rectè omnia conueniunt, sed huic perfectius, illi secūdum suum modum imperfectius. Præstat autem vt simul de vtraq; Ecclesia psalmus intelligatur. Ad unum namq; spectans, & est unus, utriusque dominus, ciues quoq; ijdem sunt qui ab una transeunt in alteram, quasi ab anteriori atrio ad interiorem thalamum.*

## LXXXVI. PSALMI ELVCIDATIO.

*FVNDAMENTA eius in montibus sanctis:* Ciuitatis illius quā mente contemplor in tempore gratiæ per Messiā ędificandam, Ecclesię illius sanctę quam sibi in domum & ciuitatē ędificauit rex magnus in plenitudine temporis aduenturus, huius, inquā, ciuitatis domus, & ædificij fundamenta erunt ī sublimibus illis mōtibus, Apostolis atque Apostolicis uiris, quos sui spiritus primitijs copiose sanctificabit ædificator huius ædificij Deus, facietque in veritate sublimes & immobiles. Quicunque enim in hoc ædificio coędificabuntur Rom. 8.

tur in habitaculũ Dei, tanquam lapides
1.Pet.2. uiui,superædificari eos necessum erit su-
per fundamentũ Apostolorũ & Prophe-
Ephe.2. tarũ, quẽadmodum & ipse consequenti
ordine super petrã Christum,& sup fun-
1 Cor.10 damẽtum illud p̃ter qđ nemo pōt aliud
1.Cor.3. ponere(quod est Christus Iesus)erunt fir
miter ædificati:

** diligit dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob.*

neq; mirum,si super talia tamq; pretiosa & sublimia fundamenta ædificabit̃ ciuitas illa spũaliter dicta Sion(pp lucentis in ea fidei speculationem, atq; ẽt pp singularem Dei electionem)qm̃ quidem diligit dñs eã multò amplius,q̃ ueterem illã Synagogã,imò ipsas portas,ipsum tm̃ introitũ huius Ecclesiæ nouæ,quã in spiritu præuideo ædificãdã,magis diligit, q̃ omnia tabernacula,omnes habitationes ueteris illius Israelitici populi, adeò ut præ nimio illius amore uideri possit hũc populum non amasse.

Ipsam ẽt stabilitatem Ecclesiæ nouæ,quã sibi mansionem stabilem & nunquã cõmutandam elegit,diligit multò amplius, quàm Synagogam ueterem,quam ad tps tantum inhabitare uoluit,magis ut in tabernaculis quàm ut in domo & ciuitate stabili.

*2 Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei.*

O ciuitas nobilis magni Dei,q̃ artificẽ & cõditorem es habitura,nõ Beseliel, non Moysen,non alium quẽlibet hoiẽm, sed Dei filium,quamq; Deus ipse vt domum suã inhabitabit,quàm gloriosa,q̃ magnifica, quàm eximia sunt, q̃ de te per sanctos patres & prophetas sunt prædicta: quęq; de te sunt in secreto diuinitatis cõcilio definita,& ab æterno ordinata,quã magna sunt,q̃ in te implebunt̃ in tpe suo iuxta qđ à Deo præordinata sunt,atque per uiros sanctos prænunciata. Talia, pfecto sunt & tãta,ut eorũ comparatione nihil uideri possint, quæcunq; olim ueteri illi Iudaico populo fuere exhibita.

*3 Memor ero Raab et Babylonis scientiũ me.*

Vox dñi. Intra hãc ciuitatẽ nõ solũ unã aliquã gẽtẽ cõcludã,aut unius generis populum, quemadmodum olim Sinagogã mihi ex sola natione Israelitarum segregaueram,sed ex omnibus gentibus populis & linguis, ex omnibus nationibus quæ sub cęlo sunt,ædificabo eam. In ædificando.n.ciuitatem istam,etiam Aegypti & Babylonis ero memor, etiam Aegyptios & Babylonios q ante fuerant idololatræ & alieni à me,ego tum agnoscam, eos uidelicet qui ad Apostolorum prædicationem me uoluerint agnoscere, quicunque sunt ex eis me per fidem cogniturĩ,& in nomine meo credituri.

*4 Ecce alienigenæ et Tyrus et populus Aethiopum hi fuerunt illic.*

Imo verò Philistæi alienigenę,qui ante fuerant à me alienissimi,imò populi mei aduersissimi hostes, Tyri quoq; & Sidonij,quiq; lõgè habitant in extremo terræ Aethiopes, ecce omnes hi illic erunt in ędificio ciuitatis illius,hi omnes inuenientur. Ex omnibus enim gentibus,populis,tribubus,& linguis, ex omnibus finibus o bis terræ congregabo mihi selectos meos,quos omnes uno eodẽq; spiritu regeneratos in unam Ecclesiam co- 1.Cor.11
ædificabo,tanquam lapides uiuos,in habitaculũ meũ in spiritu sancto. Neq; om- 1.Pet.2
nino quisquam excludetur à ciuitatis il- Ephe.2.
lius glorioso ædificio,sed absq; persona- Actu.10.
rum acceptione,in omni gente,qui crediderint in nomine filij mei, eumq; ad- Ioan.1.
uenientem receperint, coædificabit eos in habitaculum Dei,facietque filios Dei illos fieri qui usque tum alienissimi fuerant à Deo,& testamento promissionum mearum.

*5 Nunquid Sion dicet homo? & homo natus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus.*

Vox Prophetę Illud quoq; summe admirabile mysterium, nunquid homo dicet aut explicabit Sion? nunquid explicare ullus homo,aut psuadere ipsi Sion poterit hoc mysterium & ænigma quod proponit̃? videlicet q̃ in ea esset hõ & uir quidem tpali natiuitate nasciturus, qui tamen idẽ ipse sm ueritatem omnibus excelsior,& maior,eam fundaturus esset atque ædificaturus: quomodo mysterium hoc ullus hominum posset dicere & explicare Ecclesiæ,quod ipse huius ciuitatis ædificator,in ipsa, quam ipse erat ędificaturus,ciuitate nasceretur? Nonne gloriosum hoc est,& inauditum,humanoq; ingenio incomprehensibile? Et hoc tamẽ

ita

ita in te futurũ est, ò ciuitas Dei, cum Dei
filius ex virgine fidelissima & immacula
tissima carne assumens venerit in mũdũ,
ad te ex omnibus gentibus (vti iam vox
domini protestata est) ædificandam.

*6 Dominus narrabit in scripturis populorũ, & principum horum qui fuerunt in ea.*

Et qm̃ id prorsus foret incredibile huma
no ingenio, ne ob nostri sensus crassitiẽ
non acceptaret Dei veritas, voluit Deus
mysterium illud in scripruris sanctis pa-
1.Thi.3. tefacere, vt per fidem fieret credibile, qđ
per ingenium humanum non potuisset
comprehendi: quę sane scripturæ sunt fi- B
delium populorum, & principum atque
2.Pet. 1. rectorum, isti fuerunt, vel futuri sunt in
ea ciuitate principes. Sanctæ. n. scripturæ
à Deo datę sunt Ecclesiæ Sanctę, in ma-
ximum beneficium, ad ędificationem &
& instructionẽ populorum, quandoqui-
dem omnis scriptura diuinitus inspirata,
vtilis est ad docẽdum, ad arguendum, ad
corripiendum, ad erudiendum in iusti-
tia, vt perfectus sit homo Dei ad oẽ opus
bonum instructus. Sunt quoq; scripturę
istę principum & rectorum qui in eccle
sia fuerunt vel futuri sunt, vel qm̃ per ip- C
sos sunt descriptę ex inspiratione Dei.
Nã spiritu sancto inspirati loquuti sunt
atq; descripserunt eas sancti Dei homi-
nes. Vel quia ipsi ex his hauriunt quę po
pulis effundant, veritatem omnem ex eis
quasi ex ore Dei addiscentes, qua com-
missos sibi populos pascunt.

*7 Sicut lætantium oĩum habitatio est in te.*

Ephes.2. Sed quid multa de te ò gloriosa Dei ciui
tas, tentamus dicere? Magna quidem &
Ioan.16. multa sunt, sed adhuc abscondita quæ de
te dicta sunt, & in te implebuntur in tpe
suo. Neq; ego nunc plura adiiciam, nisi D
hoc tm̃, qđ pp abundantiã bonorum quæ
in te erunt in lætitia vera & sempiterna
viuent omnes habitatores tui, in habita-
tio omnium qui intra te erunt, erit sicut
magnificè lętantium, exultantium, at-
que tripudiantium: quicunq; intra portas
tuas habitabunt, ciues sanctorum & do-
mestici Dei, in maximo vtiq; gaudio (qđ
nemo ab eis auferre poterit) & in maxi
ma pace cordis (quam illis Deus dabit, &
mundus vt non dare, ita nec auferre po-
terit) illic habitabunt.

A ANNOT. IN PSAL. LXXXVI.

VErsu 1. Fundamenta eius mõtibus
sanctis. Quomodo Euãgelico amo
re ardens illa peccatrix fęmina, perditũ
medici corpus, ab eo quẽ ortulanũ existi
mabat requirens, ex cordis abundantia
prorumpẽs in uerba dicebat, dñe, si tu su
stulisti eum, dicito mihi, & ego illum tol Ioan.20
lã cũ nihil ĩ sermone p̃misisset, qđ in ꝓ-
nomine illo posset accipi, ita & in ꝓposi
to sermone, ex magna affectus abundãtia
q secum lõga meditatione multa volue
B rat cordis sui tacita cogitatione, tandem
spũs feruore impulsus in verba prorum
pens, ita loquit̃, ac si oĩbus quid ipse mẽ-
te gestat foret notum, neq; aliter quàm
si antè de illo uerba multa fecisset, qđ so
la cogitatione apud sese reuoluit. Vnde
patet paucula hæc verba & pauculas sylla
bas, qbus cõstat hic Psalmus, ex ꝓfunda
mentis consideratione, & abundãti spũs
dulcedine ꝓcedere, quã ob cãm, multa ẽt
in eis inuenit̃ difficultas & obscuritas.
Nã sic fere obscurioribus sermonibus so
lent prophetæ depromere sacra mysteria
C cũ in ea totus animus raperet̃ ꝓfundius.
De fundamentis aũt istis, in Elucidatio-
ne satis indicauimus quæ potissimum de
beãt intelligi, nimirum Apostoli sancti,
quos & alias diximus mõtiũ noĩe signi-
ficari, ut Psal. 71. Suscipiant montes pacẽ Psal.71.
populo, Et alibi, Illuminans tu mirabili Psal.75.
ter à montibus æternis. In his aũt mõti-
bus esse fundamenta ciuitatis Dei, nihil
aliud sibi vult, quàm mõtes istos eius es-
se fundamenta. Qđ aũt mõtes isti funda Ephes.2
menta sunt Ecclesiæ Dei, Paulus Aposto-
lus manifestè indicat, cũ Ephesiis scribẽs
D ita ait, Itaq; iã nõ estis hospites & adue-
næ, sed estis ciues sanctorũ & domestici
Dei, superędificati sup fundamentũ Apo
stolorũ & Prophetarũ, quis uerò melius 1.Cor.3
nouit ædificij cuiuslibet fundamẽta, quã 1.Cor.15
architectus ipse ædificij? Paulo ergo cre-
dãmus necesse est, qui (qđ ad hoc ædificiũ
attinet) sapientẽ se architectum alio ĩ lo-
co epistolarum suarũ appellat. Neq; uerò
hic solus Apostolorum minimus & ab-
ortiu⁹ fętus fundamẽta appellat sanctos
Apostolos, verũetiã singulari priuilegio Apoc.21.
dilectus ille discipulus, in sua, S. Apoca-
lypsi,

typsi,ciuitatẽ quã conspexit vidit,habere E fundamenta duodecim:in quo nõ dubiũ est,sanctũ duodecim Apostolorũ cętũ in telligi. Nam duodecim Apostolorũ nomina,simul & agni,illis fundamẽtis duodecim vidit inscripta. Notãdum verò ꝙ vtrobiq; pluralẽ numerum,ponens,fundamenta ciuitatis dicit esse ĩ sanctis montibus,videlicet magna illuminatione numerũ singularem illi fundamento & illi monti seruãs,q est fundamẽtũ fundamẽtorũ,& mõs montium. Quod unum fundamentũ ille iam antè citatus architectus respiciebat,qđ diceret,Fundamentũ aliud nemo potest ponere, præter id qđ positum est qđ est Christus Iesus. Cui et fundamẽto vnico , priora illa plura fundamẽta ĩniti,& in quo uno multa illa cõtineri & firmari insinuati cũ post fundamẽtũ Apostolorũ & Prophetarũ,subiungit,dicẽs , Ipso summo angulari lapide Christo Iesu:in quo omnis ędificatio constructa crescit in tẽplum sanctum,in dño Qđ & in prædicta Apocalypsi aliter illo discipulus indicat, cũ duodecim, Apostolorum noĩa dicit duodecim fundamẽtis G inscripta,adijciens,& agni,quasi significare volens multorũ fundamentorum vnũ hoc pręcipuum. Hunc eundẽ montem vnicum sup oẽs eleuatum,alius propheta in spũ cõspiciebat,cum in ventura tpa eminus,pspiciens,clamaret:Erit,inquiẽs in nouissimis diebus præparatus mons domus dñi,in vertice montium, & eleuabit super colles:& fluent ad eum oẽs gentes,& ibunt populi multi.Sic ergo ĩ sanctis montibus sunt ciuitatis huius fundamenta,vt hæc vlterius fundamenta vnũ habeant fundamentum primum,in mõ H te illo qui est sanctus sanctorum , altior oĩbus.Aduerte autẽ ꝙ nõ solum Apostolos,verumetiã Prophetas & Patriarchas dicere possumus nouæ Ecclesiæ fundamenta,quatenus eadem est fides Patriarcharum & Prophetarum,qua ante Christi aduentũ cuncta fidei nostræ mysteria credebant,& prædicabant, pꝰgnabantq; implenda,& qua sancti Apli post Christi aduentum cuncta salutis nostrę mysteria crediderunt, & docuerunt impleta. Prędictę expositioni non malè cõsonat, quod habet Chaldaica Paraphrasis:Fundamentum eius super ore patrum q fuerunt à principio. ¶ Versu eodem,Diligit Dñs portas Sion,sup oĩa tabernacula Iacob.Vide cõparationẽ, Nõ dicit, Diligit dñs Sion,plusquam Iacob Non Dicit,diligit Dñs portas Sion, sup portas Iacob. Non dicit,Diligit tabernacula Sion,sup tabernacula Iacob , sed portas tribuens Sion,& tabernacula Iacob,hoc asserit,ꝙ portas Sion diligat dñs sup tabernacula Iacob Qua in re illud primũ euadit manifestũ, distinctionẽ hic poni inter Siõ, & Iacob,neq; per duo hæc idẽ intelligi. F Vnde Sion rectè putamus nouã Ecclesiã significari , Iacob uerò sinagogam ueterẽ,Israeliticam plebẽ. Quid verò est, ꝙ portas tribuit Sion,i. Ecclesiæ: Iacob uerò,i. Sinagogæ ueteri,tabernacula? Sane melius aliud nõ habes, puto ego in hoc stabilitatem Ecclesiæ nouæ designari ,& Synagogæ repudiationẽ. Portę n. non nisi munitorum locorum sunt,& fundamẽta ac munitiones firmitatemq; & stabilitatem habentiũ ciuitatum, Tabernacula verò nõ habent stabilitatem neq; firmitatem:Et qđ donec in Sinagoga Iudæorum tñ Deus habitabat,quasi in tabernaculo potius quàm in domo:in castris sic ut in tentorio, potius q̃ in ciuitate habitabat,nimirum unde post modicum erat emigraturus. in noua aũt Ecclesia stabilem sibi posuit mãsionem, nõ eã relicturus vsq; in cõsummationẽ sæculi. Nisi forte mentiri ipse põt, ex cuius ore audiuimus, Ecce ego uobiscũ sum vsq; ad cõsummationem sæculi. Atq; hanc sñiam in Elucidatione posteriori loco indicauimus. Præter quã, alteram loco priori, nec illã quidẽ incõmodam: locauimus , vt sm vulgatum loquendi modum significetur, lõge maiorem & lõge aliam esse amorem Dei erga Ecclesiam,quàm erga Synagogã, ꝙ significari videtur,cum portas ipsius Sion dicit esse Deo magis dilectas,q̃ ipsa Sinagogæ tabernacula. Velut si dicam ego ad pręferendum ciuitatẽ alteram alteri,huius solum introitum esse meliorẽ uniuersis illius plateis & habitationibus, Alij uerò p portas Sion intelligunt sacramenta nouæ Ecclesiæ, per quæ est in hãc ciuitatẽ ingressus,sicuti p portã est in ciuitatẽ ingressus. Per tabernacula

1.Cor.3.
Ephes.2.
Apoc.21
Mat.28.
Ephes.2.
Ioan.16.
1 Pet. 1

nacula aūt Iacob intelligūnt vmbras ll A
las quas lex habebat,& in qbus sub lege
Iudæi habitabāt, in illis & sub illis ad
tps conclusi,ut coercesenť à grauiorib⁹
malis,sed in tēporis plenitudine amo-
uendis & abrogādis,ubi aduenisset lex
Galat. 3. libertatis. ¶ Ver. 3. Memor ero Rahab &
Babylonis,sciētiū me. Per Rahab Latino
rū plærīq; intelligūnt mulierē illā q̄ in
Iosue. 2. Hiericho exploratores suscepit hospi-
tio,& saluauit. Atq; ita per Raab,q̄ mere
trix fuisse dr,& Babylonem, p quā solet
peccatorū cōgregatio designari,intelligi
mus peccatores noīatissimos, quorum B
Deus memor fuit in tpe ædificationis
Ecclesiæ qñ illorum plurimos fecit pœ
nitentiā agere vitæ prioris & veteri ex-
uto hoīe in nouitate uitæ diligentissi-
me ambulare,iuxta qđ & Saluator ait in
Euangelio,loquens Pharisæis,Publica-
Mat. 21. ni & meritrices præcedēt uos in regno
Dei. Et alio in loco,Multi,inquit,uenīēt
Marc. 8. ab oriente & occidente,& recumbēt cū
abraham,Isaac & Iacob in reguo cœlo-
rū;filii aūt regni eiicienť in tenebras ex
teriores A pre verò iuxta hanc expositio-
nē,Raab sit specialis mentio, q̄ nuncios C
missos à Iosue suscipiēs saluata est ab in
ternitione & populo Dei adiūcta est,ui-
delicet ad significādum in tpe gr̄æ pec-
catores oēs Apostolica prædicatione ɔ-
uersos,qui per fidē & obēdiētiā ad Deū
cōuersi,salutē sunt ex nunciis Dei cōse-
quuti p Christum. In babylone quoque
extitit Niniue,quā post tempora Dauid
Ionæ 3. ad prædicationem Ionę missi à dño, &
ex ore dñi pœnā prædicantis,in signem
Luc. 11. legimus egisse pœnitentiā, adeo ut eam
Saluator dignam duxerit proponere in
exēplum,ad perfidæ Iudaicæ ceruicis cō D
fusionē. Scdm hanc ergo intelligentiam
significať peccatorum uilissimorū tpe
gratiæ cōuersio, & in Ecclesiā cū cæteris
coædificatio,omnium eorū qui ueram
egerunt pœnitentiā ut deinde in versu
sequenti,specialiter gentium intelligať
poni cōuersio ad Ecclesiā. Si iā Hebræū
consolamus,videbitur non hic nomen
haberi mulieris illius supra nominatę
quæ Rachab per heth in medio scribiť,
cum hoc in loco p he in medio Rahab
legať pp qđ in Elucidatione aliorū se

quimur sniām,qui per Rahab dicunt si-
gnificari Aegyptum, cuius sniæ plure s
sunt Hebraicarū literarum periti, ut sit
sensus,Memor ero Aegypti & Babyl o-
nis Cuius ēt sniç fuisset Caldaicæ Para-
phrasis authorem, manifestè conspici-
mus,qui pro Rahab posuit Mezraim,qđ
Hebræis vbique significat Aegyptum,à
Mezraim filio Cham, à quo ut originē,
ita & nomen acceperunt Aegyptii,quē-
admodū diximus in annot.uers. 56. Psa.
77. Quidā ēt illud Esa. 51. Nunquid nō Psal. 77.
tu percussisti superbū,uulnerasti draco-
nē?de Aegypto dñt intelligendum, sicq;
transferendum, Nunquid nō tu percus-
sisti Aegyptum,uulnerasti draconē? id
est caput Aegyptiorum Pharaonē? Et in
hoc loco penitus eadem dictio inenič
in Hebræo,quæ in præsenti uersu est po
sita,Rahab,per he in medio dictiōis. Bea
tus quoq; Hieronymus non vř illorum
accedere snīa,qui Rahab,hic intelligunt
meretricem. Nā in sua uersione ex He-
bræo,non vt nomen propriū,sed ut ap-
pellatiuum transtulit, dicens, Comme
morabor superbiæ & Babylonis sciētiū
me. Nā Rahab per he in medio signifi-
cat ēt superbū uel superbiā à uerbo Ra
hab qđ significat excellit vel superbiuit.
Et fieri potuit, imò verisimile est sic fa-
ctū eē,ut à supbia siue excellētia Aegy-
ptus tali denominatione fuerit appella-
ta, q̄ insignis eorū fuerit sp superbia si-
ue excellentia & gloria, pp omnium re-
rum abundātiā & potētiæ sublimitatem.
Notādū quoq; est vbi iā vulgo legimus
p genitiuū sciētiū me, in Græco habe-
ri datiuū,sciētibus me,qūō ēt Psalteriū
Gallicanū dñt habere. Nā qđ nos vulgo
legimus per genitiuum , vř ex Romana
lectione mutuatum. Facit aūt casus dati
uus aliā q̄ genitiuus sniām, vež istā, Me
mor ero Rahab & Babylonis cognoscē
tibus me,hoc ē,memoriā faciā apud cō
gnoscētes me Rahab & Babylonis, me-
morabor istorum apud fideles meos,de
eis loquar,& eos intra numerum fideliū
meorū cōputabo, cæterisq;me agnoscēti
bus adnumerabo. In quē sensū qdā ex
Hebræo licet sniām potius quā verba
sequutos,sic vertit, Adnumerabo cogno
scētibus me Rahab & Babylonē. ¶ Ver. 4.

Ecce alienigenę. Per alienigenas intelligi Philistæos (quéadmodũ in Elucidatione indicauimus) manifestè demóstrat lectio Hebraica, q̃ pro alienigenis habet nomē Palestinę. Vnde Hieronymus ex Hebręo vertit, Ecce Palestina & Tyrus, &c. Idipsum admonuimus & in Annotationib' Psalmi 82. in uersu 6. ¶ Versu 5. Nunqd Siō dicet hō, & homo natus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus? Ex Hebræo patet, Siō esse casus datiui. Propter quod ita in Elucidatione exposuimus. Nũqd hō dicet ipsi Sion, hoc est, nunquid aliquis hoīum hoc sufficiet ipsi Sion exponere, enarrare, & explicare, quod sequit, uidelicet, q̃ hō sit natus in Sion, q̃ idem ipse fundauit eā? Ne. q; .n. fm humanum ingenium id credibile aut persuasibile vr̃, q̃ in ciuitate aliqua esset nasciturus infans, qui illam ędificauit. Videtur. n. includi in hoc repugnantia. Si. n. ciuitatē hanc iste ædificauit, fuit ergo antequam ædificaretur ciuitas. Est. n. efficiens cā, prior effectu, & artifex opus suũ tpe antecedit, E velut fabricator domũ. Et si in ea hic natus est, fuit ergo illa (vt videtur) ante hũc qui in ea natus est. Locus .n. in quo quis nascitur, prius fuit ante eum qui in illo nascitur. Sed licet hoc mysteriũ ipsi Siō homo dicere non potuit, licet nō homo id persuadere & credibile efficere potuerit, Deus tñ reuelans mysteria, fecit nobis id esse credibile. Propter quod subiungitur, uersu sequēti, Dominus narrabit in scripturis populorum. Et hæc quidem sñia iam assignata facilior est alijs quibusdā, quas hoc in loco ponunt cōmētatores. F Veruntamen si ad originalē lectionē respiciamus Hebręā profecto non magnā inuenimus cum prædicta expositione consonantiam, neque in hoc uersu, neq; in sequentibus. Propter quod, in annotationibus ex Hebræo aliam præter supra positam dabimus huius loci intelligentiā, Hebraicæ lectioni magis cōformem: quam tamen hoc in loco effugiendā cōfusionē noluimus cōstituere. Illuc te mitto, si tibi non satisfaciunt hic proposita.

## LXXXVII. PSALMI ARGVMENTVM.

*IN toto Psalmorum libro, uix est inuenire aliũ sequenti huic psalmo similem. Alij. n psalmi q̃ à tristitia incipiunt, tandē in lætitia finem accipiũt, & plerunq; tanto maiori finiũtur gaudio: quanto à grauiori inceperunt ploratu, id quod in psalmo tertio et sexto, atq; alijs plurimis apertissimè quibet uidere poterit. Hic verò sicut in luctu incipit, ita & finit, non lenito dolore, nō red dito gaudio, aīo prorsus in nullo releuato. Est itaq; oratio pauperis penitus derelicti in grauissimis afflictionibus & tribulationibus, siue corporis siue animi, uel potius utriusq; in qua pauper, & afflictus multis verbis suam proponens miseriam affectu maximo postulat misericordiam. Pōt vero psalmus totus rectè admodum Christo domino applicari de passionis afflictione ad patrem clamanti, quéadmodũ in annotationibus monstrabimus. Nos tamē in Elucidatione ita omnia temperauimus, ut unicuique grauiter tribulato possit apta esse forma clamādi ad dominũ, ita tamen, ut Christum clamantem nequaquam excludamus.*

## LXXXVII. PSALMI ELVCIDATIO.

*DOMINE Deus salutis meæ, in die clamaui & nocte coram te.*

Domine Deus Saluator meus, in quo omnis est spes salutis meæ, cuius solius est saluare, à quo uno salus vera est expectāda, eleuata uoce orōnis meæ, magno affectu clamaui ad te per diem atque noctem, in oratione iugiter perseuerans ante conspectum tuum, non abijciens fiduciam, orationem non remittēs quo uel sic assidua te prece & clamore importuno flecterem.

2 *Intret in conspectu tuo oratio mea:*

Ingrediatur proinde ante conspectũ tuũ deprecatio mea, non illam repellas, non abijcias, sed dignanter ante misericordię tuæ sacrarium ascendere permittas:

* *inclina aurem tuam ad precem meam.*

& ad exaudiēdũ qđ postulat mea orō, benignè inflecte, & accōmoda auditũ tuũ. Quia

3 *Quia repleta est malis anima mea:*
Neq; verò absq; causa est quod oro, nõ frustra clamo ad te, dñe Deus meus. Ecce .n iã plena est malis anima mea, in grauissimis animæ & corporis versor angustiis & tribulationibus permaximis, ita plenum sit cor meum amaritudine atq; dolore.

* *& vita mea inferno appropinquauit.*
& vita mea penè ad nihilum deducta est: iã inferno mihi & morti videor proximus, tædet aĩam meam vitæ huius: tristis est ad mortem vsq; anima mea, præ horrore & pauore nimio, & iam in portis inB ferni mihi videor constitutus.

4 *Aestimatus sum cũ descendentibus ĩ lacũ:*
Deputatus sum cum ijs qui iã descenderunt in foueam sepulchri, atq; in lacum profundum inferni: cum illis iã cõputatus sum, & nihil vel parum admodũ ab illis videor abesse, qñquidem, præ nimia afflictionis, & tribulationis angustia nihiliter me & illos distare vr̃, neq; multo melior est hæc mea vita tot plena doloribus, q̃ sit mortuorum illorum conditio, iamque cum illis penitus videor deputatus, vt qui iamiam illis sim adnumeran-C dus, nisi tuæ consolationis ope subleuer:

* *factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber.*
factus sum quasi hõ vacuus & destitutus omni auxilio, quasi desperatus, cui nulla sit spes euasionis, quasi derelictus inter mortuos, de quo vltra erigendo nemo cogitat, quemadmodũ solent, qui inter mortuos derelicti funerã nullo vltra curari. Sic.n.& mihi nunc vsu uenire video & de me erigendo, liberando, consolando nemo cogitet, nulla ex parte vllum percipiã consolationis leuamen Maneo totus aridus, desolatus, afflictus, plen⁹ angustijs: & quãtumuis clamẽ, non sentio subleuãtẽ.

5 *Sicut vulnerati dormientes in sepulchris, quorum non es memor amplius:*
Quemadmodum interfectis cõtingit, qui iã in sepulchris mortui quiescunt, & manent in morte, quorum nõ amplius memor videris vt eos ad vitam reduceas, sed eos relinquis in puluere suo, donec resuscitationis dies vltima aduenerit:

* *& ipsi de manu tua repulsi sunt:*
& ipsi repulsi abiectiq; videntur de ma-A nu tua, videris illos abiecisse à cura tua, vtpote quos ita relinquas ĩ puluere suo, nec manum apponis vt ad vitã resuscites eos: ita plane & mihi nunc videor à te penitus inter mortuos cõputari, & tanquã vnus aliquis ex illis prorsus videor de manu tua repulsus, qm̃ quidem manum tuã non vltra ad meã protectionem aut consolationem extendis, sed penitus me absque omni consolatione relinquis.

6 *Posuerunt me in lacu inferiori:*
Tribulatores & persequutores mei sua afflictione nimia constituerunt me velut in profundo inferni, doloribus maximis (cuiusmodi in inferno sunt) implentes animam meam, exterius interiusq; grauissimè me affligentes:

* *in tenebrosis & in vmbra mortis.*
posuerunt me in locis tenebrosis inferni, & quasi in vmbra mortis, ita vt sup me videret se mors ipsa expandere, & totum me obumbrare Dolores.n. mortis circũdederunt me, & inuenerunt me inferni pericula, vt iã in inferni profundo, & sub mortis miseria mihi videar vitam agere.

7 *Super me confirmatus est furor tuus:*
Oĩs aũt hæc mea miseria inde mihi processit, qm̃ tuæ misericordiæ solitum non persentio influxum, consuetæ tuæ cõsolationis non percipio visitationem: clausisse mihi videris misericordiæ puteum, fontem consolationis tuæ, & oĩno apparet confirmata esse aduersum me ira tua, dum afflictio super afflictionem venit, nec percipitur consolatio:

* *& omnes fluctus tuos induxisti sup me.*
& oẽs tribulationum afflictionumque inundationes tu venire permisisti super me, quibus velut aquarum fluctibus obDruor, & vehementissimè timeo mergi in eis, vt non videam quid vltra ad afflictionẽ meam possit adiici.

8 *Longe fecisti notos meos à me:*
In tantã abominationem, afflictionem & miseriam, venire me permisisti, vt & noti mei, consanguinei affines, vicini, & quondam familiares mei, fugiant à me:

* *posuerunt me abominationem sibi.*
posuerũt me sibi quasi abominationẽ, ita me existimauerũt quasi abominabilẽ, ita vt illos mei pudeat, erubescãtq; vel me alloqui, tã despectum & contemptibilẽ, vel

mecũ vllã habere familiarẽ conuerſatio- nem: Inſuper & præ timore me fugiunt, quaſi abominationẽ, ne fortè ex mea familiaritate, ſi vllum amicitiæ mihi ſignũ oſtendant, & ipſi veniant in periculum à meis perſequutoribus: qui ita me perſequuntur crudeliter, vt omnem mihi propitium habeant exoſum.

9 *Traditus ſum, & non egrediebar.*

Veni in manus hoſtiũ meorũ, permiſſus ſum & traditus in poteſtatẽ perſequutorum, venit hora, & tenebrarum poteſtas, vt operent in me perſequutores mei tua permiſſione quæ voluerint, & non datur mihi exitus; nõ apparet liberatio, non video vſquã mihi patere exitum, non video malum leuari, ſed continuo aggrauari magis & concludi me ab hoſtibus.

* *oculi mei languerunt præ inopia.*

atq; ob hoc, oculi mei huc & illuc conſiderantes ac perſpectantes ad auxilium, præ inopia & defectu vigoris langueſcunt ac deficiunt.

10 *Clamaui ad te, domine:*

Et ego in tanta poſitus aduerſitate in tanta deſolatione cõſtitutus, nec dum tamẽ ſpem tuæ miſericordiæ abiiciens, neque in tã deſperatis rebus deſperans, fidenter ad te in oratione mea clamaui:

* *tota die expandi ad te manus meas.*

iugiter p totã diẽ in oratione extẽdi ad te manus meas, abſque intermiſſione toto cordis affectu, inſup & corporis geſtibus orãs à te poſtulaui miſericordiã: hoc ſciens, ꝙ nec in rebus deſperatiſſimis tibi ſit difficile ſuccurrere periclitantibus, teque ſuum eſſe ſciens, qui in tanta neceſſitate mihi poſſis ferre ſuppetias.

11 *Nunquid mortuis facies mirabilia?*

Clamabam aũt in hunc modum, dicens, Nunquid tu dñe in illis qui iam morte perierunt, oſtendis tua mirabilia, & non magis in viuis exhibes tua magnalia, & illis glorificare ſoles potentiam tuam, qui adhuc in viuis agunt:

* *aut medici ſuſcitabunt, & cõfitebunt tibi?*

& cũ hõ morte abſumptus fuerit, nõ eſt vlla virtus humana, nulla medicorum induſtria, quæ poſſit mortuum ad vitã reducere, vt reſuſcitatus det confuſionẽ &

Pſ. 113. laudem tuo nomini. Non enim mortui vltra laudabunt te domine, in vita corpo-

E ris; neq; ſemel mortuus reduci põt humana virtute, vt redeat ad iterum laudandũ te in vita corporis. Proinde nunc ò ſuauiſſime Deus, donec adhuc in viuis ago, lętifica aĩam meam, & ſpiritum meum, vt te donec fuero, laudem in lætitia: qñquidem tempus breue eſt, quo te laudare poſſim in vita iſta corporis, nec erit ſemel egreſſo reditus.

12 *Nunquid narrabit aliquis in ſepulchro miſericordiam tuam?*

Nunquid aliquis ex ijs q iã mortui ſunt, iamq́ue ſm corpus in ſepulchro conditi F enarrabit vltra aut eloquetur per os ſuũ opera miſericordiæ tuæ, ad laudem tibi dandum in eis & gloriam? Matt 8 & 13.

* *& veritatem tuam in perditione?*

& iuſtitia tua atq; veritas nequaquam ad laudem tuam narrabitur in dãnatione & morte inferni, ſed erunt illic potius oĩa lamentis & fletibus, dentiumq́; ſtridoribus plena: nec audiet ibi vox laudis aut gratiarum actionis, vbi non niſi fletus audietur & ſtridor dentium. Nos itaq; qui viuimus, fac in ſpiritus gaudio benedicentes ſancto tuo nomini, & ne illis nos ſi- G miles fieri patiaris derelictione nimia.

13 *Nunquid cognoſcentur in tenebris mirabilia tua?*

Profecto in loco illo horroris, in exterioribus illis tenebris non agnoſcentur ad laudem, aut vllam gratiarum actionem, nec commemorabuntur aut recenſebuntur mirabilia opera tua:

* *& iuſtitia tua in terra obliuionis?*

& iuſtitia tua nequaquã agnoſcetur ad laudem, non commemorabitur ad gratiarum actionem, in terra illa obliuionis, in qua nulla erit tui vel tuorum bene- H ficiorum grata recordatio, in qua nullius eſt bonæ aut lætæ rei memoria, in qua nulla eſt rerum præteritarum læta aut conſolatoria recordatio.

quam ẽt tu prorſus obliuioni dediſti, & abieciſti penitus à facie tua, vt non eorũ miſerearis imperpetuũ, nullamq́; eis mittas in æternum redemptionẽ. Quapp, ad tui noĩs gloriã te rogo, donec adhuc in loco iſto peregrinationis dego, donec à miſericordia tua non ſum alienatus vt mihi tempeſtiuè ſuccuras: ne in locum illum tenebrarũ & obliuionibus deſcẽdã,

sed

ſed tua gratia & cōſolatione ſuſtentatus, in tua ſemper laude permaneam.

14 *Et ego ad te domine clamaui:*

Et ego pijſſime dñe, illorum conſiderans ſortem miſerandā, & meū attendens maximum periculū, eo magis ad te exaltaui clamorem orationis meæ:

* *& mane oratio mea præueniet te.*

adeò vt ſummo mane exurgens de ſtrato lecti mei ſpreto cubili requiei, puenirē ante cōſpectū tuum, antequā exoriret dies, & donec adhuc molliter cubarent in ſtratis ſuis cæteri hoīes, vt vel tāta diligētia, & importunitate quaſi extorquerem à te quam petebam miſericordiam.

15 *Vt quid domine repellis orationem meā?*

Et qd eſt, pijſſime Deus, q orationē meā non admittis ante conſpectum tuū, quòd non exaudis tam ſolicitè, tamq; aſſidue, & importunè clamantem?

* *auertis faciem tuam à me.*

& quare auertis à me benignū aſpectū fauoris tui? quare uō aegeſcis clamātes? quō ita pmanes obfirmatus, neq; flecti te ſubſtines? Non. n. ſoles humilium & ſupplicum vota aſpernari, neq; abijcere humiliter & fidenter tuam faciem orantes.

16 *Pauper ſum ego et in laboribus à iuuentute mea:*

Ecce ego (quēadmodū optimè tu noſti) pauper ſum, & in laboribus ac malis plurimis verſatus ſum p oēm decurſum vitę meæ, ab infantia mea vſq; nunc multas ærumnas, calamitates atque miſerias ſuſtinui in diuerſis ætatibus, priuſquam in hanc vſque ætatem peruenerim:

* *exaltatus aūt humiliatus ſū et cōturbat⁹:*

nunc aūt tandē, cum uidear ex tua ordinatione ad aliquā cōſcēdiſſe celſitudinē, cū ad ætatē grādiorem pueniēs viderer, vel tpalibus bonis exterius, vel ſpūalibus interius ſublimatus, iā vel maximè humilior, deijcior, atq; cōturbor, adeò vt quicquid laborū in prioribus ætatibus (qn humilis erā & abiectus) pertuli, nihil videri poſſit, prę malis iſtis quæ nunc mihi in ætate grandiori & ſtatu altiori (quātum videtur) conſtituto exurgunt.

17 *In me tranſierunt iræ tuæ:*

In me nunc tranſire vīr oēs iræ tuæ, vī ſup me & aduerſum me nūc irruere perfecta & obfirmata iracundia furoris tui,

A tot mihi ſimul mala ex omni parte interius exteriusq; immittis, ut non videam quid ultra poſſit mali accedere, niſi viuens mergat in infernum:

* *& terrores tui conturbauerunt me.*

& præter hæc ipſa quæ nunc iā ſuſtineo, & terrores tui quibus de ſubſequuturis æternæ damnationis anguſtijs conſcientia vexāte metuo, valde cōturbant anxiam, ſcrupuloſam, & in puſillanimitate conſtitutam animam meam.

18 *Circundederunt me ſicut aqua tota die:*

Ex oī parte me circundederunt iam punitiones

B iræ tuæ, q̄ terrores illi ad modū aquæ vndiquaq; circūdātes aīam, nullā relinquentes partem corporis vel aīæ quā nō affligant, quā nō contingāt, quō aqua cum circundederit quempiam, nullam partem non contingit, ita vt vehementer mihi metuam ne obruar aut immergar in illis, quemadmodum in maximo eſt mortis diſcrimine, qui ex omni parte aquis conſiſtit circundatus, maximè ſi continuo increſcant aquæ, & nulla uideatur imminutio:

* *circundederunt me ſimul.*

C pariter in vnū agglomeratæ afflictiones pſentes, & terrores malorū imminentiū, ex oī me parte circundāt, vt nullū videat effugium, quēadmodum cum ex oī parte ſe aquarum fluctus agglomerāt, vt nō poſſit qui in aqua conſiſtit euadere.

19 *Elongaſti à me amicum & proximum, & notos meos à miſeria.*

Et foret id quidē vtcunq; tolerabile, atq; ad ferēdum leui⁹, ſi in tātis malis adeſſet aliquis, qui mihi iā afflicto aſſiſteret, q: cōpaſſionis affectu cōmotus, vllū mihi ſiue verbo ſiue facto præberet conſolationis

D leuamen. Nunc verò, ad cumulum totius meæ miſeriæ, oī à me amicorū, pximorū, & familiariū elōgata cōſolatione, præ nimia miſeria, dum illi pp nimiam meā humiliationē vel de me erubeſcunt, vel aſſiſtere mihi metuūt, ne & ipſi p me in periculum ueniant. In tantis malis, ecce dñe quō derelinquis ſeruum tuum, iugiter tamē ad te clamantē, & hactenus Thren. 3
nō eſt exauditio. Expectabo tamē in ſilētio ſalutare tuum domine, & poſſidebo Luc. 21.
in patientia aīam meam, donec tu quem expecto liberator aduenias.

ANNOT. IN PSAL. LXXXVII.

Versu 3 Quia repleta est malis aïa mea, & vita mea inferno appropinquauit. Per metaphorã dr̃ quis appropinquare inferno, qñ tantos sustinet cruciatus, vt videatur sibi existentibus in inferno similis, aut ab illis non multũ abesse. Vel inferno appropinquare accipiat, ꝓ, appropinquare morti. Scd̃m quẽ modũ dicere solemus, eos qui morti corporis sunt ꝓpinq, iã alterum pedem hr̃e in sepulchro. Applicando aũt Psalmum hũc peculiariter Christo dño, intelligendus
Matt. 26.
est hic uersus secundũ id qđ Apostolis dicebat ipse, angoniã illã grauissimã ingrediẽs, Tristis est aïa mea vsq; ad mortẽ
Luc. 22.
qñ cœpit pauere & tædere, contristati & mœstus eẽ, qñ in angonia positus, guttas sanguinis in terrã decurrentis sudabit. Verè tũc oportuit repletã esse malis animam eius, tunc (ut ita loquamur) uia eius inferno erat uicina. Qũo ẽt Dauid nonnunquam in tanta angustia extiterit, ut esset aïa ipsius plena malis, & uita inferno proxima, nemo ignorat, nisi cui non est noia persequutionũ impij Saulis sæua & insignis crudelitas. Idipsum quoq; subinde experiunt, q piè volunt in Deo uiuere, dũ ad tps, Dei dispensatione, ad suã probationẽ, à suo ꝯsolatore vr̃ derelicti, qũo de seipso satis apertè testatur
2. Cor. 1.
gentiũ Apostolus, in Epistola secunda ad Corinthios ita scribẽs: Non. n. uolumus ignorare vos, fratres, de tribulatione nr̃a q facta est in Asia, qm̃ supra modũ grauati sumus supra virtutẽ, ita ut tæderet nos ẽt viuere, sed ipsi in nobismetipsis responsum mortis habuimus, vt nõ simus fidentes in nobis, sed in Deo qui suscitat mortuos. ¶ Versu 4. Aestimatus sum cum descendentibus in lacum. Potest hoc intelligi, Assimilatus sum mortuis atq; dãnatis, & illis factus sum similis. Vel sic, Aestimatus sum ab inimicis cum descẽdentibus in lacũ, hoc est, inimici me æstimauerunt & reputauerunt quasi unũ ex illis qui descendunt in lacum. Scd̃m quẽ modum intelligi ẽt põt qđ sequitur versu quinto & sexto. Oĩa. n. ista exponi possunt de æstimatione inimicorum, qui existimabant nõ posse illum quem persequebant infernum & mortem effugere, & iam quasi inter mortuos atq; habitatores inferni cõputabãt, quem mortt apud se destinauerãt, definito cõsilio. Atq; id si Christo aptauerim, optimè in eũ quadrabit, aduersus quẽ mortis definitia sn̄ia nõ semel fuit à publico inimicorum cõcilio, quemadmodum apud Ioannem legimus. Ab illo ergo die cogitabant Iudæi interficere eũ. Et alibi, Reus, inquiunt, est mortis. Opinati ẽt sunt nullã fore curã Deo, de Christo resuscitãdo ad vitã, si eũ potuissent semel interficere, sicque de eo censebant quemadmodũ de cæteris, qui vulnerati & interfecti cadunt in oĩe gladij, quos nemo ꝯspicit ad vitã redire, sed dormiẽtes manere in suo puluere. Sic n. censebant & de Christo futurũ, si tm̃ ad mortẽ semel illum potuissent deducere. Nequaqnam. n. resuscitandum illum credebant Item quasi unum ex damnandis in inferno illum reputauerunt, qm̃ ab eis quasi blasphemus, quasi seductor populi, quasi seditiosus aduersus potestates, ac principes, quasi potator uini & hõ vorator, iudicabat, cuiusmodi hoĩbus scimus esse deputatũ lacũ inferni, loca tenebrosa, & mortis umbrã. Ad eundũ modũ & de nobis existimãt nostri inimici dæmones poetsi, semper nos circũeuntes ut deuorẽt, cũ fortè nos uiderint à Deo derelictos, ac deiectos animo, uiribusq; deficiẽtes. Nos tñ in Elucidatione ista oĩa nõ fm̃ inimicorũ opinionẽ uel existimationẽ exposuimus, sed de ipsis afflictionibus & miserijs quarũ rõne assimilati vr̃ homo desolatus ijs, q in morte sunt vel in inferno. ¶ Versu eodem, Factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. Hæc pars nonnullam vr̃ habere difficultatem, ex noĩe, liber, in Elucidatione expofuimus per vacuũ vel derelictũ, ut sit sensus. Factus sum sicut homo sine adiutorio, derelictus ab oĩbus, uel vacuus absq; oĩ adiutorio. Potestq; fm̃ hunc sensum duplex haberi ꝯstructio. Põt. n. dictio liber, coniungi cum illo, quod præcedit, sine adiutorio, ut sit sensus, Aestimatus sum sicut homo liber sine adiutorio, inter mortuos, i. destitutus, & uacuus sine adiutorio, secundum quem modum loquẽdi interdum dicunt homines, se esse nudos

Io. 11.
Mat. 26.
Luc. 23.
Mat. 11.
1. Pet. 5.

nudos absq; vestimento, pauperes absq; pecunia. Pōt ēt nomen liber copulari immediate cū illo, inter mortuos, ac tūc sonat derelictū, estq; tūc sensus: Derelictus inter mortuos, vt aquē nemo vltra respiciat. Atq; horū sensum vtrūq; nos in Elucidatione paucis indicauimus. Scdm verò priorē sensum illū de vacuitate siue destitutione & carentia, ferè ēt Paulus Apostolus eodē vocabulo vsus inuenit. c. 6. Epist. Ad Romanos, ita scribens, Cū serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiæ, id est, à iustitia vacui, nudi, iustitia destituti, iustitia carentes. Quidā intelligunt, liberi à rebus huius vitæ, vt exprimat mortuorū conditio, q hac vita defuncti, à rebus huius vitæ sunt liberi. Si verò hunc versum peculiariter psonæ Christi voluerimus accomodare, præter expositionē supradictā alia admodū digna & iocunda pro illius gloria in hoc versu accipi poterit intelligentia, sed erit alia accipienda constructio. Nā illud quod nouissimo loco ponit, inter mortuos liber, debebit sm cōstructionē verbo factus sum præponi, & à parte suppositi cōstitui, ad hunc modū, Ego qui sum inter mortuos liber, factus sum sicut hō sine adiutorio. Nā in passionis humilitate, Chrs dñs qui solus est inter mortuos liber, factus fuit sicut hō oī destitutus adiutorio, patris ac sua voluntate in tantā destitutionē derelictus, vt sm serui formā clamaret, dicēs, Deus meus, Deus meus, quare me dereliquisti? Rectissime verò Christus dñs se dicit inter mortuos liberum, & hoc illi peculiariter in omnibus mortuis competit. Neq; aliorum hoīum quisquā se poterit inter mortuos appellare liberū, præter vnum Christū dñm. Idcirco aūt inter mortuos liber est, qm non aliqua necessitatē mortē sustinuit, quasi fur, aut latro, aut cæteri hoīes, quibus volentibus nolentibus vis inferri pōt, vt mori cogantur, sed propria sua voluntate, qñ voluit, & sicut voluit, mortē suscepit: neq; potuisset, nisi propriæ voluntatis pmissione & acceptatione, à morte apprehendi. Deinde, cū ad triduū in morte ex sua ppria voluntate pmaneret, iuxta patris voluntatē, & iuxta qd ipse pdixerat, nō habuit nec tunc quidē mors ptātē illum detinendi: sed libertime qñ

Roma. 6

Psal. 21.

A voluit exurrexit, & morte relicta ac superata iterū ad viuos rediit, factusq; est viuus post paululum q fuerat mortuus, vt vltra mors illi nō dñaret in æternū, & a modo uiueret in sęcula sęculorū, quéadmodū ipse in Apocalysi apparēs dilecto suo discipulo loquit. Pulcherrime verò hāc suā libertatē ante passionē expsit, corā turbis & discipulis ita loquēs, Ptātem hēo ponēdi aiam meā, & ptātem hēo iterum sumēdi eā. Et iterum, Nemo tollet eā à me, sed ego pono eā à meipso. Qui enim sic talē hēt ptātem, & aīam ponendi, & iterū p placito resumendi, nihil dubiū, qn hmōi sit liber ēt inter mortuos. Hoc ergo pqueritr (sm hanc applicationē) Christus, q ipse Dei filius ēt inter mortuos liber, factus sit quasi hō impotens absq; adiutorio, ut existimetur nō posse de manibus inimicorū sese defendere. Verū ista intelligentia nō vr quadrare, nisi cū ad Christū Psalmus peculiariter applicat. Etsi Hebræā respiciamus lectionē, obsistit huic quoq; intelligentiæ, q illud inter mortuos liber ita distinguat, vt sit principiū uersus sequentis, ut uideatur nō cōnectendum cū pcedentibus, ac pinde sensum prædictū non satis cōmodè posse hri. Sic. n. distingunt, Factus sū sicut homo sine adiutorio. Ac deinde, Inter mortuos liber, sicut vulnerati &c. Cū verò gnaliter applicare uoluerimus Psalmum, accipienda est altera illarum expositionum, quæ in Elucidat. indicatæ sunt & in annota. priori loco expositæ, q ēt originali electioni Hebraicæ magis cōsonant. ¶ Versu 8. Lōge fecisti notos meos à me, posuerunt me abominationē sibi. Hoc ipsam ut magnum miseriæ suæ grauaman repetit versu vltimo, dicens, Elōgasti à me amicum & proximum & notos meos à miseria. Experit. n. hoc in se quilibet, q graue sit, ab is quos prius amicos habuit, in tpe aduersitatis derelinq. Quomodo autem istud tam in Christo domino, q in persona Dauid ualde fuerit impletū, manifestè docēt sacræ historiæ, de illo qdē noui, de hoc aūt, ueteris testamēti. & nos in Annotat. versu 14. 15. & 16. Ps. 30. lati' dduxim' ¶ Ver. 13. Et iustitia tua in terra obliuionis: Terra obliuionis dr locus dānatorū duplici rōne, vide-

Rom. 6.

Apoc. 1.

Ioan. 10.

B

C

D

licet quia nō sunt vltra memores Dei in bonū qui illic sunt, neq; et memoriā vllā habent priorum, q̄ ipsis in aliq̄ esset cōsolationē. Oīum.n.pōparū deliciarū, voluptatum, quibus in hoc mundo vacabāt, tā nō est illis ad ↄsolationē quācūq; ulla memoria, sed ꝑtereunt oīa, ac si nunquam fuissent. Secundò terra obliuionis est: q̄a à Deo obliuioni data, sic vt nūquā qui in ea degunt inde sint de liberādi. Si q̄dē in inferno nulla est redēptio. Neque verò solus Deus obliuioni dat terrā illā, verumetiā sancti angeli & super terram viuētes. Nec n.sancti angeli vllā de illis F adiuuādis curā gerunt, scientes definitā Dei sn̄īam: neq; qui super terrā sunt, illorum vltra recordātur, vt quicquā eis impendant vel solatij vel auxilij. Atq; hanc posteriorē intelligentiam indicat versio Hieronymi ex Hebræo, q̄ sic hēt, In terra q̄ obliuioni tradita est. Neq; male cōsonat quod hēt Felix, In terra desolationis, vel in terra desolata & deuastata.

¶ Versu 16. Pauper sum ego, & in laboribus à iuuentute mea Qd̄ istud quidā ad laborē manuum referūt, dicentes intelligi, q̄ Christus simul cum nutritio Ioseph in exercendo fabrilē artē laborauerit, ꝑ pauperiē, id huic loco nō admodum vr̄ conuenire, etiam si de Christo totus Psalmus peculiariter exponetur. Labor.n.in scriptura plerunq; pro afflictione quam quis sustinet accipitur, & pro difficultatibus quas perpetimur: quemadmodum ex plurimis locis facile posset declarari, si nō vt rem certā & notā præsupponeremus. Vnde & hoc in loco B. Hieronymus vertit, Pauper ego & ærumnosus ab adolescētia mea. Neq; ego nunc differo, an nō verum sit aliq̄n manib⁹ Christum H laborasse, sed hoc tm̄ dico, huic scripturę nō esse illud accōmodum, neq; de tali labore intelligendum, sed de ærumnis, afflictionib⁹, & miserijs multimodis, quas ipse pro nobis in sua tenera carne Dei filius portauit à principio suæ natiuitatis q̄n i loco extraneo, ī parētū peregrinatione nasci voluit, in loco ad puerperiū inepto & imparato, minimeq; idoneo, nēpe in stabulo, ubi ꝓ lecto erat durū ꝓsepiū, mox uerò in fuga ad Aegyptū à facie regis Herodis, ac deinceps usq; ad horam mortis. Admodū verò pulchrè subiungit Exaltatus aūt, humiliatus sum & cōturbatus. Nā ea, quæ Christus pertulit pro nobis, donec latebat abscōditus, donec vt infās, vt puer, vt adolescēs viueret mundo incognitus, vtcunq; leuia erāt, neq; ita ad tolerandū grauia: At verò posteaquā tricesimo ætatis suæ anno, patris voce desup intonāte, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi cōplacui, ipsū audite: sic magnifice exaltatus & mirabiliter glorificatus est, cępit iā multo grauioribus laboribus obrui, multo pluribus ijsq; difficilioribus molestijs grauari: vt priores ętates dulces videri potuerint ꝓ huius status amaritudine. Ab eo.n.tpe quo ita exaltatus fuit, ex quo cępit patris iussione prædicando Euāgelio intēdere, extūc cōcitati sunt ad uersus eū Scribarū & Pharisæorū animi, q̄ ipsum odio implacabili per totū ꝓdicationis ips obseruabāt amato inuidioque aīo, & ꝑsequebant̄, q̄ multas illi exhibuerunt molestias & conturbationes ſm hominē, donec tandē in mortē crucis igno miniosissimā illū adegissent. Peculiariter ēt ex illa exaltatione maxima, qua paulò G ante suā passionē in Hierosolymā introiuit cū summa gloria, ipse in asino sedēs, turbis illi pium Osanna acclamantibus, & Benedictus qui venit in nomine dn̄i, eleuata voce canentibus, in summā post paululum venit humiliationē & conturbationē. Ex tunc n̄ consummatus fuit Iudæorū furor, vt illū irreuocabili sn̄īa, quocunq; tandē mortis genere auferrēt de medio: q̄uo & post paululū vbi aduenisset statuta hora, in manus illorum traditus, verè multū conturbatus fuit vt diceret: Tristis est aīa mea vsq; ad mortem, & humiliatus valde, nimirū (iuxta Ap̄li vocē) vsq; ad mortem crucis. Atq; ita quidē Christo dn̄o ista peculiariter rectè accommodamus: Neque minus commode ipsi quoq; Dauidi hæc valebunt applicari: qui licet ab adolescentia gregē patris pascens, & post fœtantes incedens, multos fuisset ꝑpessus labores. (Non.n. parui laboris erat magnos greges pascere, quēadmodū Iacob corā vxoribus suis de patre illarum conquerens, satis luculenter exponit) multo tn̄ maiora, & his nequaquā conferenda sustinere debuit, post immanem

Matt. 3.
Matt. 21
Matt. 26
Philip. 2
Gen. 31.

nē illū gigātē blasphemū Goliath glorio A sè deuictū, qñ triumpho illo iā magnifico ita sublimatus est, vt ab eo penderent oculi oīum, esset q; ipse dux populi ante illos ingrediens & egrediens, velut locū regis tenens, factus populi dux & gener regis. Post hanc.n. exaltationē, in quantū venerit laborē, ex Saulis psequutione, nemini est incognitū. Idipsum & in nobisipsis passim experimur, quo altius euehimur & subleuant̃, eo maiores nobis continuò labores superaddi: vt illos quos vulgus putat pp gloriæ sublimitatē beatos, prudētes viri iudicēt oīum hoīum ęrum- B nosissimos, ac laborū p̄ cūctis mortalib⁹ plenissimos, si mō sibi cōmissa ptāte p dignitate & iustitia rectè fungi velint. Spūaliter verò hoc ipsum subinde solet accidere, vt post summā exaltationē veniāt spirituales viri ī maximā humiliationē atq; cōturbationē. Interdū.n. Deus abundāti consolatione suæ p̄sentiæ atq; visitationis, adeò lætificat corda seruorū suorū, vt sibi videant̃ in maximo gaudio ac summa lætitia & libertate vitā ducere, vt sibi videant̃ intra cœlestes agere ciues, Vicissim verò nonnunquā prorsus se elōgās C Deus, & inimicis ad tentandū concedēs aditū, eū quē prius tāta ɔsolatione sic exaltauerat, vt in cœlo sibi videret̃ degere, ita permittit grauissimè interius exteriusq; affligi, ita permittit conturbari illum & consternari, vt sibi videat̃ in inferno vitā ducere, & iam se morti iudicet proximū: dum continuo accrescente afflictione nullam alicunde percipit consolatonē releuantem. Tale aliquid in Psal. 29. Psalmista indicauit, dicens, Ego autem dixi in abundantia mea, non mouebor in æternum: Domine, in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem. Hic certè exaltatio est. Sed audi q̄ sequitur, & videbis conturbationem. Auertisti, inquit, faciem tuam à me, & factus sum conturbatus. Videlicet manifesta est hæc commutatio, quā et prolixa sequitur lamentatio. Ad te dñe, inquit, clamabo, & ad Deum meū deprecabor. Quæ vtilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem? Nunquid confitebitur tibi puluis, aut annunciabit veritatē tuam? Vide fletum conturbati, vide gemitum hoīs terroribus diuinis conteriti. Ita sane dispensatione occulta sapientissimus Deus electos suos nunc humiliat, nunc exaltat, nunc subleuat, nunc deprimit pro suo beneplacito, oīa verò pp illorum probationē & lucrū salutis, vt ab ea quam tenent, non cadant iustitia, & ad altiora Dei munere, cū probati fuerint, mereantur promoueri, donisq; maioribus cumulari, quemadmodum de beato viro Iob in exemplum legimus, quod post probatam patientiam, reddita sint illi cuncta duplicia.

Psal. 29.

Iob. 42.

## LXXXVIII. PSALMI ARGVMENTVM.

*Prophetat in hoc Psalmo sacer vates sub typo Dauid, de regno regis Messiæ, in cuius typum ille præcessit, prius tamen versibus aliquot in præconio multiplicis Dei laudis occupatus, videlicet in efferendo Dei veritatem, magnificentiã & gloriæ incomparabilem sublimitatem, summã potestatem, qua et mari imperat, quoque superbos oēs & inimicos cōterit: dominij latitudinē, quod se latissime spargit in cælum vsq; & in oēs partes terræ: iustitiā quoq; & iudiciū misericordiam & veritatem, in quibus est præparatio sedis Dei iustis rationibus beatum prædicans populū, qui nouit iubilare suo domino, q̄ illa à domino sit futura protectio, & mirabilis danda sublimatio. Atq; hæc vsque ad versum decimumnonum. Hinc verò Deus pater introducitur, magnifica promissa Dauidi et iuramento confirmans, de seminis sui perpetua conseruatione, de throni regij æterna sublimatione, de misericordia imperpetuum semini ipsius seruanda, & alia huiusmodi multa: quæ oīa ad Dauid quidē vtcunque pertinent, & ad semen eius, secundum spalem quandam fælicitatem ipsius ac filij Salomonis post eum, præcipua tamen intentione, verum illum Messiam (cuius typum gessit filius Isai) spectant, ad quem præcipua & primaria referenda est intelligentia omnium eorum, quę de æterna illa fælicitate multis versibus describuntur, vsque ad versum 37. Post hæc verò ad finem vsque Psalmi grauis proponitur querimonia, super fidelis populi derelictione & afflictione, cui tam magnifica sunt in Dauide & Christo promissa, quorum etiam commemoratio Deo qui promisit obijcitur, vt vel sic ad miserendū cogatur, qui cū sit veracissimus, non pōt non implere promissa. Nouissimè verò circa finē*

*Psalmi*

*Psalmi graue opprobriũ proponit Deo ante oculos, quo ab impijs populus fidelis efficitur, imò ipsum Dei nomen blasphematur, quo vel sic Dei misericordia ad subueniendum inflectatur.*

## LXXXVIII. PSALMI ELVCIDATIO.

*MISERICORDIAS domini in æternum cantabo.* Misericordiam dñi maximam & multiplicē, quam semper erga humanum genus monstrauit ab initio, & quam exhibere erga electos nunquam desinet, ego, vt dignum ac iustum est, perpetuis celebrabo canticis, vt sempiternæ misericordiæ perenniter respondeat laus, & carmen æternum.

2 *In generatione & generationem annunciabo veritatem tuam in ore meo.*

Pf. 144. Veritatem quoq; & fidelitatem tuā, qua verax es in cunctis sermonibus, & fidelis in promissionibus tuis, ego prędicabo & celebrabo, notamq; faciam per mea cantica in subsequuturis ad cōsummationē vsq; sæculi cunctis generationibus, per Psalmos & cantica, quæ super his dictabo, & canam per os meum ad tuam sempiternam gloriam.

3 *Quī dixisti in æternū misericordia ædificabit in cœlis, præparabitur veritas tua ī eis.* G Tu n. dixisti, tu ita apud te statuisti ac definiuisti, ꝙ in cœlis sempiternā ædificares ac præparares misericordiam tuam, quodq: veritatē & fidem tuā præparares & ædificares sempiternā in cœlis: Ita tibi placuit ab æterno prædestinare & definire apud temetipsum in cœlis, qūo in temporis plenitudine præordinatam ab ęterno misericordiam & veritatem opere exhiberes in tempore suo.

4 *Disposui testamentum electis meis.*

H Vox dñi Patribus prioribus, quos elegi & segregaui mihi de coinquinatione sæcularis malitiæ, ego disposui, ordinauiq; testm̄. percussi cum illis fœdus, feci promissionem illis de exhibenda in tpis plenitudine misericordia semini eorum, cū Abrahā videlicet, Isaac & Iacob, atq; horum similibus primis illis patriarchis:

* *iuraui Dauid seruo meo, vsque in æternū præparabo semen tuum.*

peculiariter verò in posteris generationibus pollicitationem stabilē, sic quasi iuramento firmatam, feci serui meo Dauid, quem inueni hominem secundum cor meum, promittens illi, ꝙ in æternum essem conseruaturus & stabiliturus posteritatem & semen ipsius.

5 *Et ædificabo in generatione & generationem, sedem tuam.*

F Quodq; thronū regni eius ita stabilirem in oēs generationes, vt esset de semine eius qui regnaret in domo Iacob sup populū Dei in æternum, & cuius regni non eēt finis. Huic n. Dauidi cū iuramēto firmaui, ꝙ de semine eius nasciturus esset in tpis plenitudine Messias filius meus, qui regnaturus esset super populū meū, cui ego darem sedem Dauid patris ipsius secundum carnam, vt regnaret in domo Iacob, in populo fidelium, in sancta ecclesia in æternum, & cuius regni non foret finis imperpetuum.

6 *Confitebuntur cœli mirabilia tua domine:*

Vox Prophetæ. Mirabilia ista quæ tu dñe decreuisti & cogitasti, ac ab æterno præparasti exhibere generi hoīum in tempore suo, confitebuntur & prædicabunt sancti tui Apostoli viri planè cœlestes: Lucæ 1.

* *etenim veritatē tuā in Ecclesia sanctorū.*

& quidem veritatem tuam ac fidem qua fidelissimè seruas promissa & imples, ipsi annunciabunt, prædicabunt, & diuulgabunt per orbem vniuersum, in congregationibus sanctorū, per vniuersam Ecclesiam sanctam tuam: insuper & veritatem tuā oēm quam notam facies eis, & quam illos docueris per spiritum veritatis, ipsi diligentissimè annunciabunt per vniuersam Ecclesiam.

7 *Quoniā quis in nubibus æquabitur dño.*

Nec immerito te cœli prædicabunt vbique terrarum, quoniam quidem tu omnibus es excelsior, & dignus qui efferaris, quique prædiceris super omnia. Nemo enim vel in nubibus desu per, nemo in supernis cœlorum habitaculis inueniri potest, qui æquetur tibi, qui possit aut debeat æstimari æqualis tibi, ô altissime:

similis

* *similis erit Deo in filijs Dei.*
nemo uel in filiis Dei, in sublimibus illis angelicis spiritibus, qui in cōspectu tuo sunt, assignari poterit similis tui, qui tecū in ullo ualeat conferri. Quanto minus hic in terra, aut subtus terram in inferno poterit inueniri aliquis, qui tibi possit secundum aliquam æqualitatem uel similitudinem comparari.

8 *Deus qui glorificatur in cōsilio sanctorū.*
Tu Deus es qui glorificaris, qui magnificaris, & gloriosus redderis in beata congregatione sanctorum tuorum, cuius maiestas summa relucet, ac sese mōstrat siue ostentat in medio angelorum sanctorū sanctorumq; patrum, in quorum medio habitas, sicut glorificatur regia maiestas in medio suæ in concilio magnatū suorum. cum in eorum medio secūdum magnificentiam suam regalibus indumentis adornatus residet.

* *magnus & terribilis super omnes qui in circuitu eius sunt.*
uere magnus in omnibus tu es, & terribilis ac metuendus, præ omnibus qui sūt in circuitu tuo, tu omnium ministrorū tuorum gloriam tua præcellentia offuscas & obscuras, ut in immensum tuę maiestatis resplendentia illos superans.

9 *Domine Deus uirtutum, quis similis tibi?*
O magne & uere maxime domine Deus cœlestiū illorum & inuictorū exercituū, qui corā te sunt omni tempore, quis posset uel in cœlis desuper, uel in terra deorsum aut in extremis maris inueniri tui similis q ex aduerso tibi posit opponi, qua si tibi æqualis aut tot secundū omnimodam perfectionis nobilitatem similis:

* *potens es domine, & ueritas tua in circuitu tuo.*
Gene.18 Lucæ 1. tu enim domine potētissimus es, & ita potens ut nihil sit tibi difficile, neque sit apud te impossibile omne uerbum, insuper & ueritas tua est in circuitu tuo, ipsa te ex omni parte circundat, quicquid in circuitu tuo est, fides est & ueritas, inseparabilis ē a te ueritas & fides, ut nō possis non adimplere quæ es pollicitus, ut non possis obliuisci promissionum tuarum, vt mentiri non ualeas in æternum, neque aliud quàm quòd fides & ueritas exposcit præstare.

A 10 *Tu dominaris potestati maris motum autem fluctuum eius tu mitigas.*
Tu imperiū habes & dominium nō solū longe ac latè super uniuersam terram uerumet super maris superbiam atq; seuitiam & in potestatem habes mitigandi atque sedādi feritatem, elationeq; fluctuū eius pro tuo libito, ut non se altius quā oporteat eleuent, & ad tuæ iussionis mādatum statim conquiescant; quod certe nemo potest ex oībus regibus aut principibus qui super terram sunt.

11 *Tu humiliasti sicut uulneratum superbum.*
B Tu in uirtute terribilis potentiæ tuę humiliasti ac deiecisti superbum illū principem exercitus angelorum malorum tibi se uolentem æquare Luciferum, humiliasti atque deposuisti de sede glorię suę, in mortem eum coniiciens, sicut hominem interfectum gladio.

* *in brachio uirtutis tuæ dispersisti inimicos tuos.*
in extento brachio gloriosæ tuæ fortitudinis, omnes complices eius tuæ gloriæ detrahentes deiecisti, & deturbasti potenC tes illos de sedibus suis, ac rudentibus inferni detractos de cęlo in profundū abyssi demersisti eos:

Superbam quoq; Aegyptum tu humiliasti, & interfecisti in plagis tuis pluribus, & rebellantem tibi Pharaonem cū uniuerso populo suo demersisti in profundum maris, & morte eos perire fecisti, quomodo solent qui iugulantur & interficiuntur gladio. Ibidem. 2.Pet.2.

12 *Tui sunt cæli, & tua est terra:*
Tua sunt quæcunque creata subsistunt, suprema & infima, cęlestia atq; terrestria, D tu omnia potenti uerbo iussionis tuę sustentasti de nihilo, propter, quod & ad te ut uerum dominum spectant uniuersa, ita ut solus potestatem habeas de eis agēdi quicquid libuerit:

* *orbem terræ & plenitudinem eius tu fundasti.*
uniuersum orbem terrarum, & quicquid in eo continetur, tam animatū, q inanime, tam sentiens quam insensibile tā rationalia quàm rationis expertia, omnia tu potenti verbo tuo creasti de nihilo:

* *Aquilonem & mare tu creasti.*

uniuersas

vniuersas quoque orbis partes cum om E nibus quæ in eis sunt patrem uidelicet Aquilonarem, quę est ad sinistram, & partem meridionalem, quę est ad dexteram & ad q̃ situm est mare, æque tu creasti, cũ omnibus quæ continentur in eis.

13 *Thabor & Hermon in nomine tuo exultabunt.*

Plaga occidentalis in qua situs est mõs Thabor, consideratione ad terrã Israel, & plaga orientalis ad quã situs est mõs Hermon (qui sunt duo præcipui montes terræ Israel) exultabunt in nomine tuo, oẽs habitatores terræ populi tui, siue qui ad F oriẽtẽ habitãt, siue qui ad occidentẽ, in te dño Deo creatore suo lætabuntur, cũ exultatione magna, quando tibi placitũ erit respicere & uisitare populum tuum:

* *tuum brachium cum potentia.*

tuum brachium nequaquã impotẽs est, ut est oẽ humanum brachium, tua potẽtia minimè debilis aut infirma est, sed est tuum brachium pręualidum, & tua potẽtia est robustissima, ita ut nihil tibi sit impossibile, neq; difficile, neque quisquam illi possit resistere, aut impedimẽtũ præbere ĩ omni, eo quod agere tibi libuerit: G

14 *Firmetur manus tua, & exaltetur dextera tua:*

Genes. 18. Et quidem de fortitudine tui brachii, de tua pręualida potentia omnino nihil hęsitamus, nihil diffidimus. Tantum oramus, ut manus tua ista cõfirmet sup nos Lucæ 1. in bonum, ad protectionem, defensionẽ, & custodiã nostri, utq; robustissimã istã dexteram tuã non sinas in tuo sinu marcescere, & ociosam esse, sed ad operationem mirabilem extendas eã, ut in ea p tui populi salute operari uelis mirabilia opera potentię tuæ, sicq; exaltetur ipsa H & glorificetur in mirabilibus tuis:

* *iustitia & iudicium præparatio sedis tuæ.*

iustitia & iudicium sunt quæ tibi præparant sedem tuam, thronus tuus in æquitate & rectitudine constitutus est, fundatus & constabilitus, ut non posis tu nisi qd iustum & æquũ est peragere, ac proinde nullum est bonis & rectis periculum à tua potentia, neq; est qd metuamus, ne tu in nos tyrannidem exerceas (quæ fere apud mortales magnã & eximiam solet consequi potentiam, cum in unum aliquẽ fuerit congesta) eo qđ stabilitũ habeas tuum thronum regiũ & iudicariam sedẽ in iustitia & iudicio, neq; possis nisi qđ iustũ est & ęquũ iudicare vel agere.

15 *Misericordia & ueritas præcedent faciem tuam.*

Misericordia & ueritas antecedunt faciẽ Ps. 24. tuã, nusquam à te absunt misericordia & iustitia, aut misericordia & fides siue fidelitas semper his comitatus incedis, suntque tibi uelut indiuidui comites & consiliarii, neq; omnino quicquã agis absq; horum pũsentia simul & consilio, qm quidem uniuersæ uiæ tuæ sunt misericordia & ueritas, & hæc duo monstrat ubique in cunctis operibus tuis:

* *beatus populus, qui scit iubilationem.*

Beati proinde sunt illi, qui cognoscẽtes fide dominum Deum suum, quantum habeant & qualem, quàm iustum, quam veracem, quàm misericordem, quam fidelẽ. qui hæc inquam, fide recta cognoscentes norũt iubilare atq; lætari ĩ domino Deo suo qui spem habentes in domino Deo suo, omni procul pulsa tristitia gaudere norunt in illo, ã pace Dei exultantes in cordibus suis, quòd talem se cognoscãt habere dominum.

16 *Domine in lumine vultus tui ambulabũt.*

Domine huiusmodi qui recta te sic fide cognouerit, ambulabũt in directione atque ducatu cęlestis & spiritualis luminis, qđ à vultu tuo radiare facies, ac resplendere in cordibus eorũ à resplendentia lu Ioan. 16. cis tuæ faciei in mentibus illorum lucetre claritatem spiritualis luminis, per missionem & unctionem internã spũs tui in cuius ducatu ambulabunt atq; proficient de uirtute in uirtutem, & nequaquã torpidi iacebunt aut quiescent:

17 * *& in nomine tuo exultabunt tota die.*

sic autem ambulantes in lumine tuo ne Ioan. 14 quaquam degent in tristitia, sed erunt in continuo gaudio, qđ nemo tollet ab eis eruntq; semper in te gaudentes, utpote Philip. 4 in cordibus suis tuam pacem habentes, quã mundus ut non dare, ita nec auferre põt sed quã tu dabis, & relinques eis, quę omnem longe sensum exuperat:

* *& in iustitia tua exaltabuntur.*

& in tua iustitia uera, quã dabis illis ma Ioan. 1. gnifice exaltabunt. Per iustitiã enim fidei,

dei,qua à te iustificabuntur credentes in nomine tuo,potestatem accipient,vt fiāt ex filijs diaboli filij Dei, quæ sanè exaltatio est omnium maxima.

17 *Quoniam gloria uirtutis eorum tu es:*

Tu n.es gloria fortitudinis oīum seruorum tuorum, vniuersi populi tui gloria tu es,non est quod gloriemur in nobis, cū non simus sufficiētes ex nobis quasi ex nobis, uel cogitare aliqd,neq; sine te quicquā possimus facere, absq; te nulla prorsus sit uirtus nr̄a, nisi nobiscū operetur gr̄a tua,quæ iustificat aīas nostras, pp quod,oporret nos non in nobisipsis gloriari,non fidere in propria fortitudine sed in te dn̄o Deo nr̄o, q operaris in nobis & velle perficere,pro tua bona voluntate, qui omnia opera nostra in nobis,& nobiscum operaris,à quo denique est omnis nostra sufficientia:

2.Cor.3. Ioan.15. Philip.2 Esa.26. 2.Cor.3.

* *& in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum:*

& in tua bona atq; benigna uolūtate magnifice sublimabitur atq; eleuabitur fortitudo & uirtus nostra, cū tibi fuerit in nobis placitum, ut tua nos adiuues gratia, & fauore tuo benigno prosequaris, tunc subleuabimur & exaltabimur super omnes inimicos nostros.

18 *Quia domini est assumptio nostra,et sancti Israel regis nostri.*

Ad te n.dn̄e spectat susceptio nostra,à te esse debet, & est nostra defensio, protectio,liberatioq; populi tui, ab omnibus inimicis nostris,& ad te solū id spectat, à te uno id expectamus,ô sācte Israel rex noster,q sanctificaris in populo tuo, & solus verè regnas in eo, ut in electo regno tuo.Nō n est nobis susceptor alius, non alius protector,defensor, aut liberator,tu solus es qui nobis potes,ubi fuerit tibi beneplacitum de inimicis nostris dare salutem.

19 *Tunc locutus es in uisione sanctis tuis,et dixisti:*

Illo in tp̄e, qn̄ tibi placuerit respicere & assumere tuum populum,eumque ab inimicis & oībus q eū oderant & oppresserant liberare, tunc per spiritum in uisione interius reuelasti aurē sanctorum tuorū,idicasti sanctis Prophetis tuis,Samueli,Nathā,Gad,& si q alij erāt horum similes,cōsiliū beneplaciti tui, dixistique eis:

* *posui adiutorium in potente, & exaltaui electum de plebe mea.*

Vox dn̄i.Elegi mihi virum fm cor meū, quē ego meos adiutorio faciam potentē, ad liberandum populum meum & saluādum de manibus inimicorum,& de populo meo ego elegi quem uolo exaltare & vngere in regem ut regnet super populum meum,eumq; defendat.

20 *Inueni Dauid seruum meum:*

Hic quē loquor Dauid est,filius Isai,quē ego inueni vitū fm cor meum, quē ego Baptaui mihi seruum meum fidelem, quē ego talibus ornaui dotibus, & bonis, ut sit mihi bene in illo complacitum.

* *oleo sancto meo unxi eum.*

hunc ego per Samuelē pphetam meū volui sancto consecrationis oleo ungere in medio fratrum suorum, atq; hac consecratione regem populi mei Saule abiecto,constituere: 1.Reg.16.

Simul verò in hoc Dauide tpaliter regnanter super Israeliticum populum fm carnē,præcipuum alium specto verū Dauid & Messiam,in cuius typum prior ille præcessit,ut typicus Dauid in figura ueri Dauidis,in quo eū aduenerit in ipis plenitudine,ponam ego præualidum adiutorium meum, quem oleo lætitiæ & spiritus mei præ omnibus participibus, & consortibus ipsius ungam,non ad mensuram positurus in eo spiritum meum, vt regnet in domo Iacob, in Ecclesia mea in æternum.

Psal. 44. Ioan.3. Luc.1.

21 *Manus enim mea auxiliabitur ei:*

Ei qdē fortitudo manus meæ adiuuabit tam illum typicū,q̄ hunc verum Dauidē:

* *& brachium meum confortabit eum.*

& pualidum brachium meum pfortabit eum & corroborabit,typicū quidē illum vt ipa(iter sufficiat de corporalibus hostibus p circuitum liberare populū, quī fm carnē Israeliticus dr̄,sibiq; armorum vi oēs per circuitum possit subiugare nationes,ut reddere tributarias: hunc aūt uerum Dauidem, ut possit Israelem fm spiritum,fidelē populum meum, saluare à peccatis eorum, & de crudeli tyrannide principis tenebrarum. Matt.1.

22 *Nihil proficies inimicus in eo & filius iniquitatis non apponet nocere ei.*

Nihil

Nihil poterũt aduers' cũ oẽs inimici ei', E
nõ illi aliquo mõ ꝓualere,sed neq; resi-
stere poterunt: iniqui & mendaces non
apponent vt noceant illi,non ad hoc per
tingere poterunt,vt quicquã illi inferãt
nocumenti. Nã illum quidẽ typicum Da
uidẽ ita ego mea protectione defendã,si-
mul & regnũ eius,vt nullus ni mi ora
illi possit ꝓualere,imò neq; resistere neq;
filii Belial alienigenarũ nationũ q̃ sunt
in circuitu eius aduersus illũ quicquã pò
terũt promouere,sed ccõtrario oẽs subiu
gabunt ipsius imperio,reddãq; illi cun-
ctas p circuitũ nationes tributarias. Hũc F
aũt verũ Dauidẽ ita exaltabo sup oẽs ini
micos populi sui,super ẽt spiritalis neq-
tiæ dæmones peruersos (qui sunt veri ini
quitatis filii,oĩs iniquitatis inuentores,
suasores & promotores) atq; adeò super
ipsum principẽ tenebrarũ,& principẽ hu
ius mundi,ita vt aduersus ipsum nihil ha
bere valeant, quinimo oĩbus his cõdem-
natis & foras eiectis, absq; resistentia &
nocumẽto eripiat de manu illorũ popu
lũ suũ,& de captiuitate durissima in gra
tissimã restituat libertatẽ filiorum Dei.

23 *Et concidam à facie ipsius inimicos eius.* G
Atq; ad hunc modũ ego pcutiã & inter-
ficiã corã eo inimicos ipsius,per virtutẽ
oĩpotentiç meæ; & tpales illius hostes,
& huius spũales (qui populum ipsius ty-
rannide iniusta oppresserãt) ego confrin
gam,comminuam atque humiliabo:

* *& odientes eum in fugam conuertam.*
& oẽs qui eum oderunt, ego confusos
reddam,& in fugam conuertam, disper-
dam,ad nihilum redigam,faciamq; nihil
eorum quæ moliuntur obtinere.

24 *Et veritas mea & m̃ia mea cum ipso:*
Eritq; cũ eo sp veritas siue fidelitas mea H
& misericordia mea,quç illũ defendet ad
quæcunq; perrexerit,& prosperari faciet
in oĩbus quæcunq; fuerit operatus, per
quam in omnibus semper tutus ipse erit
& securus,etiam in medio vmbrç mortis,
& ad omnia quæcunq; voluerit, forte ha
bebit auxilium:

* *& in nomine meo exaltabitur cornu eius.*
& in noĩe meo sublimabitur cornu il-
lius,ex virtute quã ego ostendam per il-
lum aduersum inimicos glorificabit vir
tus eius,& extollet caput eius,imperiũq;
& gloria efferetur per vniuersum orbẽ
terrarum,vbicunq; fuerit audita fama vir
tutũ gloriæ eius,quas per illum ego fue
ro operatus.

25 *Et ponam in mari manum eius,& in flu minibus dexteram eius.*
Tã latè aũt regni illius protendã termi
nos,vt nõ solum intra mõtana hẽat suæ
dominationis imperiũ,neq: in terræ solũ
Iudææ,verumetiam in insulis maris obti
neat principatum,& in regionibus lon-
ginquis (quæ per fluminia uaria diuidunt
abinuicẽ) hẽat principatum & imperiũ,
ut illas habeat suæ subiectas dexteræ. Nã
& typici mei Dauidis imperium latè ad-
modum propagabo, ita ut agnoscant ali
qñ eius imperium cuncti Syrij vsque ad 2.Reg.8.
Euphratem, totaq; Mesopotamia dicta
Syria fluminum,item & Palestini,qui ad
mare habitant. Ammonitç quoq;,Moabi
tæ, Edomitæ, & aliç gẽtes per circuitũ.
Messiç autem mei imperium p orbẽ vni
uersum mirabiliter dilatabo in plenitu-
dine tpis, quando illi dabo oẽm ptãtem Mat. 28
in cęlo & in terra,qñ illi dabo gentes in
hæreditatem,& terminos terræ in posses Psal.2.
sionẽ,qñ ex oĩbus gentibus, & populis
(tam qui in terra habitant,quam qui in
maris insulis) faciam conuerti ad uerum
cultum nominis eius.

26 *Ipse inuocauit me pater meus es tu,Deus meus,& susceptor salutis meæ.*
Ipse corde fideli me inuocabit vt patrem
suũ diceto; mihi filiali affectu, pr̃ meus
es tu,Deus meus es tu,& defensor salutis
meæ: solus tu saluator meus, imò tota sa
lus mea affectu prorsus filiali ita erga me
affectus erit,quomodo erga patrẽ filius
afficitur,agnoscens corde grato uerè pa-
terna mea beneficia; & in me quomodo
pater in filio omnem collocarã habebit
fiduciã. Ille quidem typicus patrẽ me ap- Psal.17.
pellabit fm spẽalem curationẽ: hic aũt ve Ps.109.
rus,verũm secũdum natutã agnoscet me
& appellabit patrẽ, utpote qui mecum Psal.2.
sit unum,sitq; cõsubstantialis meus filius
quẽ ego ante luciferum ex utero & sub-
stantia mea ab æterno genui.

27 *Et ego primogenitum ponam illum*
Et ego utprimogenitum illum cõstituã,
& sicut unicè dilectum præ oĩbus quæ
sunt in terra,eleuabo super omnes, quæ
adm odum

admodum solet primogenitus gloria & A
dignitate exaltari super oēs post eius ge
nitos, soleiq; poni uelut Dñs. & princeps
cæterorum fratrum suorum.

* *excelsum præ regibus terræ.*

excelsum illum ponam super oēs reges
qui sunt in terra, gloria regni & diuitiis
latitudineq; imperii illum faciam subli
miorem omnibus regibus qui regnant
in terra. Illum quidem typicum sublima-
bo per temporalis regni sublimem glo-
riā, dando illi potentiā nimiā & glorio-
sissimas uictorias, quot, quales, & quātas
nunquā quisquā legitur principium hu- B
Ps.8. ius mundi obtinuisse. Hunc autem uirū
gloriā honore coronabo, & super cūcta
1.Co.15 opera manuū mearum constituam, su-
biiciamq; oīa sub pedibus eius nomen
Philip.2 illi daturus qđ sit super oē nomen, ut in
nomine eius oē genu flectatur, cęlestiū
Rom.8. terrestrium, & infernorum erit q, ipse ue
lut primogenitus ī multis fratribus, Do-
minus omnium fratrum suorum, ēt prin
ceps & index regum terræ, rex regum
& Dominus dominantium.

28 *In æternū seruabo illi misericordiā meā.*

Imperpetuum seruabo erga illum, ac se- C
men eius misericordiam meam, semper
ga ipsum ac ipsius filios meæ miseratio-
nis demonstrabo effectum.

* *& testamentum meum fidele ipsi.*

Apoc.1. & testamentū qđ illi disposui, siue ꝓmis
sionis fędus qđ cum illo pepigi, erit illi
Apoc.19 fidele, firmum ac stabile, quod nunquam
rumpetur, nunquam euacuabitur.

29 *Et ponam in seculum seculi semē eius,*
*& thronus eius sicut dies cœli.*

Videlicet semen eius iuxta promissum
meū faciā in sempiternum permanere
stabile & indeficiens, & thronum regni D
eius firmabo & stabiliam, ut perduret im
perpetuum iuxta dies cœli sm̄ durationē
cęlorum, donec cęlum perstabit in secu-
lum seculi. Quam sane promissionē, in
typico Dauide implebo, primum quidē
sm̄ patrem aliquam, in filiis post ipsum
aliquamdiu regnantibus, sed plenissimè
in filio meo, qui de eius semine sm̄ car-
nem nascetur, regnabitq; in domo Ia-
cob in ęternum, & regni eius non erit
Rom.1. finis. Messiæ aūt meo semen dabo sempi
ternum, electos fideles, quos sibi & mihi

ex aqua & spiritu sācto regenerabit in fi
lios Dei, quibus usque in consummatio Luce
nem seculi, ut non ipse deficiet, ita nec Ioan.3.
ego deero, nunquā ab electis ablaturus
directionē spūs mei, neq; super eis clau-
surus misericordię uiscera.

30 *Si autem dereliquerint filiī eius legē*
*meam & in iudiciīs meis non ambulauerint.*

Quòd si filios illius contingat abscedere
à lege mea, & dimissis uiis iudiciorū at-
que præceptorum meorum ambulare ꝑ
deuia, declinare siue ad dexteram siue ad Mat.28.
sinistrā, relicta via, quam ego illis mōstra
ui, ut ambularent in ea.

31 *Si iustitias meas prophanauerint, & mā*
*data mea non custodierint.*

Si iusta mandata mea quæ ego in iustitia
& æquitate fundaui, impia sua præuari-
catione prophanauerint, coinquinaue-
rint, atque contaminauerint per inobe
dientiam, & quę mandaui non obserua-
uerint.

32 *Visitabo in uirga iniquitates eorum, &*
*in verberibus peccata eorum.*

Si sic (inquam) inobedientes se mihi præ
stiterint, non diu morabitur ultio mea,
nō in longinquum differam punitionē,
quemadmodum agere soleo cū iis, quos
in damnationem grauiorem seruo reꝓ-
batos sed quātocyus adero illis in uirga
disciplinę meę, puniturus illos ꝓ impie Esai.28.
tatib⁹ suis, peste, fame, gladio, opprobrio,
captiuitate, exilio, atq; id genus aliis af-
flictionibus corporalibus, ut his modis,
uexatione dante intellectum resipiscāt,
& pœnitentes ad me reuertantur in toto
corde suo: quō solent boni patres suorū
filiorum nō dissimulare errata, neque in
dulgentia mala permittere illos in suis
iniquitatibus, donec tandem adigantur
in crucem, sed uirga & uerberibus corri
gunt, mox ubi errantes uiderint, ne dila
ta correctione, in peiora prolapsi, tandē
pereant incorrigibiles.

33 *Misericordiam autem meam non dis-*
*pergā ab eo, neque nocebo in ueritate mea.*

Affectum in̄ atque ēt effectum miseratio
nis meę nunquā auferam à semine eius,
nunquam desinam semini eius beneface
re propter ipsum cuius est semen, sicque
misericorditer cū illo agā in ueritate &
fide mea, nō ꝑmittet mea ueritas & fides
pro-

promiſſionis meę aliter me agere, quàm E
iuraui cum ſemine illius, neque potero
cum electis populi eius non agere beni
gnè & miſericorditer ſecundum promiſ-
ſionem iuramenti mei.
Pſal. 10. 34 *Neque prophanabo teſtamentum meũ.*
Neque ego fędus quod pepigi cum illo
prophanare uel infringere unquam po-
tero, neque uiolare promiſſum:
* *& q̃ pcedũt de labijs meis, nõ faciã irrita.*
Titum. 1 & quæ promiſi per os meum, quę in
uerbis meis ſum pollicitus, non faciã ir-
rita, non patiar fieri uana, qui ſum Deus
uerax, & Deus uocor ueritatis, qui neq; F
mentiri noui, neque fallere. Propter qđ
iuxta promiſſum meum, nunquam peni
tus miſericordiam amouebo à ſemine
Chriſti mei, uſq; in conſummationem ſe
culi, non claudã ęlectis & fidelibus ui-
ſcera miſericordię meę, neq; thronũ gr̃æ
meæ illis unquã pręcludam, ſed patere
Hebr. 4. illis ſp uolo fontẽ miſericordiæ & thro-
Eſai. 11. nũ gr̃æ meæ, ut liceat oĩbus q uoluerint
confidẽter accedere, atq; inde aquas hau
rire in gaudio, de ſalutis fõribus, & auxi-
lium reportare in oportuno tempore.
35 *Semel iuraui in ſancto meo, Si Dauid* G
*mentiar ſemen eius in æternum manebit.*
Semel ego hoc illi promisſione firmiſſi-
ma, & fędere certisſimo cum iuramenti
confirmatione pollicitus ſum, in ſancti-
tate mea, neq; mentiar illi, ſed implebo
plenisſimè q̃ fuero pollicitus, vt ꝙ ſe-
mẽ eius corã me permanebit in æternũ.
36 *Et thronus eius ſicut ſol in cõſpectu meo*
*& ſicut luna perfecta in æternum:*
Quodq; (ut iam ante dixi) thronus eius
& ſolium regni eius ſit permanſurũ co-
ram me in maxima gloria & ſplendore
ad modũ glorioſe fulgẽtis Solis glorio
ſiſſimum, item & ad ſimilitudinem Lunę
abſq; mutabilitatis defectu in æternũ p-
ſtantis in perpetua plenitudine. Regnũ
nãq; Meſſiæ mei, in quo Dauidis promiſ
ſioni ſatisfaciam, abſq; omni defectu, &
mutabilitate integerrimum ſemper &
glorioſiſſimum perdurabit imperpetuũ,
neque regni eius ullus erit finis:
* *& teſtis in cælo fidelis.*
Luc. 1. & ne forte uanæ exiſtimentur hæ ꝓmiſ-
ſiones Dauidi factæ, ecce eſt in cœlis te-
ſtis fidelis & uerax, qui nouit & teſtatur,
quòd hæ pmiſſiones factę ſint Dauidi,
hoc eſt, ego ipſe teſtis ſimul & promiſſor
exiſto, quemadmodum teſtis idem
ipſe & iudex, teſte non indigens alio,
neque admittens alium in omnibus quę
cunque decreuero, vel egero, Teſtis ſum
ego ipſe, quod promiſerim, teſtis ſum fi-
delis qui non negabo quod ſcio, ſed cu-
rabo fideliter, ut ſecundum ueritatem cũ
cta impleantur in tempore ſuo.
37 *Tu uerò repuliſti & deſpexiſti, diſtuli-*
*ſti Chriſtum tuum.*
VOX PROPHETAE. Iſta quidem Hier. 39
F tunc dixiſti, hęc tum loquebaris, cum ti-
bi fuiſſet placitũ reſpicere & uiſitare po-
pulum tuum. Nec uerò meritò lamẽtari
& querulari nos poſſumus in tempore
iſto infęlicitatis & miſeriæ, qũ tanta eſt
in populo tuo afflictio, ut prorſus uidea
ris Chriſti tui, & promiſſionũ ex ore tuo
actarũ oblitus. Videris .n. nunc repuliſſe
ſcontẽpſiſſe, & elongaſſe, atq; remouiſſe
longe à cõſpectu tuo Dauid, item & Meſ
ſiam tuum, cui tanta promiſeras, dum fi-
deles, illorum ſemen, tantis derelinquis
anguſtiis, ita miſeris modis ſinis affligi.
38 *Auertiſti teſtamentum ſerui tui*
Videris abieciſſe pactum quod cum ſer-
uo tuo. Dauid atq; Meſſia & ſemine eius
pepigeras, promiſſi uideris factus imme
mor, quod illi fueras pollicitus:
* *& prophanaſti ĩ terra ſanctuarium eius.*
contaminari permiſiſti in terra populũ
tuum, in quo ut in ſanctuario, & in tem-
plo erat tibi firma habitatio, hunc popu
lum tuum permiſiſti prophanari faciens
gentes alienigenas dominari eorum, ac
ſuper eos gerere principatum, item per-
mittens diuerſis uitiorum generibus cõ-
H ſpurcari populum, qui olim ſanctus erat
& mundus, charitatem refrigeſcere ſinẽs
& exardeſcere iniquitatem, mala quoque
plurima & afflictiones euenire inter eos
ut merito uelut prophanatus nunc cen
ſeatur, qui olim ſactus fuerat & quaſi ſã-
ctuarium tuum.
39 *Deſtruxiſti omnes ſepes eius:*
Expoſuiſti populũ tuũ, pde in manus ho
ſtiũ, munimento tuæ ſolitæ ꝓtectionis
ablato, quemadmodum cum a uinea ſe-
pes aufertũ, patet ipſa direptioni & cõcul-
cationi omnium qui tranſeunt p uiam:
*poſui-*

* *posuisti firmamentum eius formidinē.* A Et munitiones & fortalicia eorum posuisti in formidinem atque pauorem, nusquā iam est nobis securitas, ne in ipsis quidem munitionibus & fortaliciis, sed omnia pauor & formido occupat. Dissolutæ sunt manus omnium, & non est virtus nō est animus, sed resistendum hostibus

40 *Diripuerunt eum oēs transeuntes uiam:* Quemadmodum uinea confracta sepe & diruta maceria, conculcatur & diripitur ab omnibus per uiam transeuntibus, ita B populus tuus, consuetę defensionis tuæ munitione priuatus, passim opprimitur & spoliatur, nunc ab hoc populo, nunc ab illo, quecunque contigerit ad oppugnationem ascendere:

* *factus est opprobrium uicinis suis.* & oīo factus est populus tuus in opprobriū gentibus oībus quę sunt in circuitu eodem, illi quibus olim in magna gloria & in magno terrore imperabamus, nunc sibi ludū & iocū faciunt de nobis, quos olim uenerabantur, nūc ēt nos oppugnare, molestare, & sibi subiugare tē C tant, & præualent, qui olim te nos protegente nec audebāt aduersum nos hiscere

41 *Exaltasti dexteram deprimentium eū:* Exaltasti super populum tuum, dexterā inimicorum qui eum quærunt deprimere, sibiq; subiicere fecisti illos nobis prę ualere & dominari nostri:

* *lætificasti omnes inimicos eius.* lætari fecisti omnes inimicos populi tui, propterea q ad tantam miseriam eum peruenire, & gloriati sunt pro uictoria, quā te permittente, obtinuerunt super illum.

42 *Auertisti adiutorium gladij eius.* Abstulisti adiutorium gladii eius, auxiliū quod illis in gladio pugnantibus soles impendere iam aufers ab eis, imo eorum gladios auertis, ut secundum suam fortitudinem inimicis ualeant resistere & uelut retundis aciem gladii eorum, & ictū deflectis, nę feriant hostes suos & uincāt quandoquidem ira decreuisti, ut hostes reportent uictoriam, & tuus populus uictus succumbat.

* *& non es auxiliatus ei in bello.* & nullum prorsus auxilium eis adfers in prælio, non ultra egrederis ad pugnam cū exercitibus nrīs, non amplius pugnas p nobis, sed prorsus uideris reliqsse nos

43 *Destruxisti eum ab emundatione:* Destruxisti & dissoluisti populum tuum Psal.89.
ab emundatione in qua solet gloriari, auferri permisisti & uiolari munditiā eius, & omnino pristinus ille splendor munditiæ & sanctitatis dissipatus est, nusquā apparet, suntq; omnia conspurcata iam & plena immunditiæ?

* *& sedem eius in terra collisisti.* B & thronum regni dignitatem regiā, ad terram fuisti prosterni, regni gloriam, ad summam humiliatem & subiectionem uenire fecisti.

44 *Minorasti dies temporis eius.* Minuisti atq; abbreuiasti dies temporū eius, fecisti illos ad modicā temporis durationem subsistere, morte prematura ante tempus occumberet fecisti plurimos præ nimia miseria & afflictione,

* *perfudisti eum confusione:* & omnino magna cōfusione atq; ignominia affecisti illos, ac uelut indumen-C to ex omni parte operuisti. Est n. illorū tanto nunc maior cōfusio, quanto prius gentibus omnibus longe lateq; imperauerant gloriosius. Et qui solent in te gloriari ut uictores, præ omnibus iam summa operiuntur confessione, dum se uinci cernūt ab omnibus, ēt infimis gentibus, maximā à fœdissimis illis idololatris, canibus & porcis uerius, quam hominibus quibus subiici non minus est miserum, quā irrationalibus subiici bestiis.

45 *Usquequo domine auertis in finem?* Sed quamdiu tandem, piissimē Deus, dissi D mulabis, & non attendes ad tantam istā populi tui miseriā (quamdiu tandē vultu permanebit auerso, ut non respicias ad omnem, hanc nostram calamitatem)

* *exardescet sicut ignis ira tua?* quamdiu hic in nos furor iracundiæ tuæ desæuiet, ad modū ignis seuiētis & corripientis, ac deuestantis omnia, usq; ad puluerem, Vel nunc tandem cōuertere Domine, & benigno tuo vultu asplce in nos, atq; ad omnem miseriam nostram, cui uiuimus subiecti, factusq; placabilis sup malitia nostra, qua tuam iram prouocauimus, cessare iube furorem iracundiæ tuæ mitiga irā tuæ indignationis, & red-

dere nobis placatus ac placidus.

46 *Memorare, quæ mea substantia:*
Aspice Dominus,& attende ad breuitatē uitæ huius considera,quæ sit nostra subsistentia,quàm sit breue tempus uitæ & subsistentię nostræ: quo subsistimus hic super terram attende quàm breuis sit morula uitę huius & æui ꝙ hic ducimus ut citò flectaris ad misericordiam,neque nobis hanc ipsā breuem periodū abbreuiet,ut nō subito præoccupemur à morte,sed tpe penitentiæ nobis concesso, antequam hinc emigremus, te recipiamus placatum qui per nostras iniquitates tuā prouocaueramus iustitiam.

* *nunquid enim uane constituisti omnes filios hominum:*
Quid enim?An tu uane,& ad nullam utilitatem creasti oēs filios hominū, Quis fructus erit & quę ue utilitas tibi ex nobis si ita nos in tuo furore uniuersos per gas absumere,queādmodū iā plerīq; absumpti sunt?An non hoc præstat, ut nobis parcēdo & indulgendo exhibeas misericordiā,& nos in grā tua uiuentes laudemus & celebremus miserationes tuas?

47 *Quis est homo qui uiuet, & non uidebit mortem, eruet animam suam de manu inferi?*
Ec.40. Nemo enim hominū est q uitā sibi possit seruare perpetuum, & qui nō tandem
Heb.9. per mortem hic debeat exire, morteque uitam finire,nemo est qui suam aīam potest custodire,ut n̄ ueniat sub īperiū inferni,id est ī mortē & interitum,Hęc est .n. lex super omnes filios Adam, lex est vniuersæ carnis. Et est oībus hominibus semel mori statutū,ut nemo possit mortem euadere. Atq; ideo interim dum adhuc uiuimus ī isto corpore,aspice ad nos per tuam misericordiam,antequam nos dies illa mortis præoccupet,aut imparatos opprimat?
A morte quoq; ęterna,& & damnationę inferni,nemo se suis propris uiribus pōt saluare, nisi tu Dñe solus,qui tua gratia potes efficere, ut nihil sit damnationis iis q̄ i te credūt. Propter qd,ī te unū respiciētēs tuam salutē supplices deposcimus.

48 *Vbi sunt misericordiæ tuę antiq; domine*
Rom.8. Vbi nūc sunt illę miserationes,tuæ quas exhibuisti in prioribus sęculis,cū tā manifeste ostenderes illis pręsentia bonita
E tis tuę,quando populus tuus, te ductore & directore,in oī uirtute & iustitia fulgebat,læto corde tibi seruiens,toto pectore in te confidens,toto animo tibi adhærēs quando tam in temporalibus quàm in spiritualibus omnibus abundare faciebas populum tuum.

* *sicut iurasti Dauid in veritate tua?*
iuxta qd in ueritate & fide tua pollicitus fueras ipsi Dauidi & Messiæ tuo, uidelicet misericordiam tuā facere cum ipso, & posteris eius usq; in ęternum, cū nūc longe aliter habent omnia tuo populo
F pene ad summam redacto miseriam.

49 *Memor esto dn̄e opprobij seruorum tuorum qd continui in sinu meo multarū gētiū.*
Attende uel nunc tandem ad opprobriū & confusionē, qua serui tui afficiunt ab infidelibus & idololatris,quibus cōceditur à te victoria,qd opprobrium à multibus gētibus alienigenis nos suscipimus & continemus quasi intra sinum nostrū quod nos gementes & dolentes accipimus & ferimus ab impiissimis illis oppressoribus nostris tā inuisibilibus quā uisibilibus inimicis.

G 50 *Quod exprobauerunt inimici tui, dn̄e.*
Quo opprobrio non nobis Domine solum exprobauerunt,uerumetiam tibi & & tuo sancto nomini,dicentes non te esse potentem qui saluares nos de eorum manibus sibi hanc omnē scribentes uictoriā nō tuæ permissioni, sicq; nō nos solū blasphemant,qd gementes utcunq, ferremus, sed insuper ēt sanctum nomē tuum qd nequaquam ferēdum est nobis,

* *q exprobauerunt cōmutationem Chri tui:*
quo(inquam)opprobrio exprobauerunt commutationē Christi tui dicentes, qd
H cōmutatus sit, & auersus à nobis atque elongatus in quem tu nobis unxisti in saluatorē. Ita.n.exprobantes dicunt nobis, Vbi est rex vester, vbi saluator vester, In quo soletis gloriari & habere fiduciā? Quare nō iā uos saluat, quare nō adiuuat?

51 *Benedictus dominus in æternum:*
Quicquid tamē de nobis contingat,quicquid tandē de nobis, siue ad prosperitatē,siue ad aduersitatē tu disponas & facias Sapiē.12
in uero iudicio tuo tu nihilominus omni sēper laude & benedictione dignus es nostrū semper est,in laude & gratiarum actione

actione permanere, & dicere, Sicut Do- A
Iob. 1. mino placuit, ita factũ est, sit nomẽ Domini bñdictũ, & tibi dño Deo nostro sp benedictio, claritas, honor, & gratiarum actio debetur in sæcula sæculorum: * fiat fiat.

Apoc. 7. atque in optamus, ut etiam atque etiã fiat, ut etiam atque etiam detur tibi laus & benedictio per omnia sæcula sæculorum. Amen.

ANNOT. IN PSA. LXXXVIII.

VEr. 4. Iuraui Dauid seruo meo, vsq; in æternũ pparabo semen tuũ. A- B brahæ quidẽ Dñs iurasse legit de semine, cum post summã obedietiã illã animo impletã, de unigeniti immolatione, ita illum desuper secundo vocatum alloqueret, dicens, Per memetipsum iuraui dicit Dñs, quia fecisti hãc rem, & nõ pcepisti filio tuo vnigenito, benedicã tibi, &c. Et post pauca. Et benedicentur in semine tuo oẽs gentes terræ, Hoc aũt semen Apostolus Paulus in Epistola ad
Gene. 22. Galatas Christum interpretatur cum ait
Galat 3. Abrahæ dictę sunt promissiones, & semini eius. Non dicit seminibus, quasi in C multis, sed quasi in vno Et semini tuo, q̃ ẽ Christus. Cæterũ, ad Dauid nusquã legimus expressũ tale fieri iuramentum, sed tãtũ pmissionẽ & firmã pollicitationẽ. Quã obrẽ, iurare hic vr̃ accipiẽdũ p firmiter & irreuocabiliter pmittere. Fit. n. iuramentũ ad promissi confirmationẽ atq; firmitatem. Dei aũt quãtumuis simplex promissio, omnino firmissima est, nec minus certa quã si multiplici fores iuramento firmata. De promissione aũt hac Dauidi facta, per Nathã Prophetiã ex ore Dñi legimus, 2. Re. 7. & 1. D Para. 17 vbi eadẽ fere dicta habentur ex ore Nathã q̃ hic per Psa. commemorantur. Et licet in illa sacra historia Dominus uideatur prima facie, Salomonẽ respicere, cũ loquit de templo ædificãdo, & de regni eius pace & gloria, manifestũ est tamẽ diligentius cõsiderãtibus, in oĩbus illis, pcipue Christum Dominum spectari, in quo solo perfecte impleræ sunt promissiones illæ factæ Dauidi, nequaquã. n. thronus Salomonis stabilis fuit imperpetuũ, & iãdiu p multa sæcula ipsius atq; ẽt posterorũ eius sm carnẽ cessauit imperium: Christi verò regnum manet in æternũ, iuxta quod angelus ad matrẽ virginem loquit, dicens, Dabit il-
Lucæ 21 li dñs Deus sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternũ, & regni eius non erit finis, Aduerte aũt q̃ pparabo, hic valet stabiliã, vel confirmabo. Vnde B. Hier. ex Hebræo uertit, Vsq; in æternũ stabiliã semen tuũ. ¶ Vers. 7. Quis in nubibus æquabitur Domino? similis erit Deo in filius Dei ? In nubibus dictum est, pro in cœlis, q̃ nubes supernæ locũ habeant, sicut ecõtrario frequenter locus nubiũ, uel ẽt locus superior appellatur cœlũ ut cũ volucres cœ-
Matt 13 li subinde appellant in sacris Euangeliis aues q̃ uolitant in aere. Filii autem
Lucæ 8. Dei intelligunt sancti angeli. Vnde Cal. translatio hẽt, Inter choros angelorũ. Indẽ Felix vertit, inter ordines angelorũ. ¶ Ver. 10. Tu dominaris potestati maris, motũ aũt fluctuum eius tu mitigas. Significat hoc uersu ptãtẽ habere Deus ad cõpescendã maris superbiã atq; elationem, in quo magna ualde ostendit Dei potentia. Nã quia vulgo homines agnoscunt terribilẽ maris feritatẽ, q̃ nemo possit domare, cũ posset ignis facilẽ aqua extingui, idcirco magis glorificat in hoc Dei potentia, q̃ ẽt maris super-
Psal. 92 biæ & elationibus possit imperare. Hic & in alio Psalmo dr̃. Mirabiles elationes maris, mirabilis in altis Dominus. In Hebræo aũt, loco potestatis supbia ponitur, ad hunc sensum, Tu dominatis supbiæ maris, & elationes gurgitũ eius tu cõprimis. Pôt verò istud de supbi maris repressione, ẽt spiritualiter intelligi de superbia huius sæculi, cuius hẽt ipse dominiũ, qm̃ omnẽ sæculi superbiã atque potẽtiã suã pôt virtute deprimere & superare, & oẽs superbi huius sæculi, fluctus, elationes, & cõmotiones pôt, cum serenus illius erit, mitigare. ¶ Ver 12 decimotertio, 14. 15. 16. Tui sunt cœli, & tua est terra, &c. Aliquanto aptius hi versus distinguerentur, si finis præcedentis cum initio sequẽtis semper iungeretur, iuxta hunc modũ: Tui sunt cœli, & tua est terra, orbem terræ & plenitudinem eius tu fundasti. Aquilonem & ma-

rè tu creasti, Thabor & Hermon in no
mine tuo exaltabunt.tuum brachium cũ
potentia firmet manus tua.& exaltet de-
xtera tua Iusticia & iudicium ꝑparatio se
dis tuæ,misericordia & ueritas ꝑcedent
faciē tuã Beatus populus q́ scit iubilatio
nē Dñe,in lumine uultus tui ambulabũt
&c.Quã distinctionem,ita per oĩa in sua
uersione Felix obseruat.Notandum , aũt
ꝙ per quatuor illa,aquilonem,mare,Tha
bor & Hermon,iuxta faciliorem & uerisi
miliorem expositionem,intelligi debeãt
quatuor partes mundi uidelicet septẽtrio
meridies,occidens & oriens.Vñ in He-
bræo.ꝓ mari habet dextrum. Sic.n. uer-
tit Hieronymus Aquilonem & dextrum
tu creasti.Per dextrum aũt significari di
cunt meridiem,qui est quasi dextra pars
mundi,ut plaga ꝑcipua,ad latus orẽtis
septẽtrio uerò quasi sinistra, ut plaga mi
nus digna,ad latus similiter orientis posi
ta.Vñ Felix meridiem uertit ꝓ eo quod
Hieronimus uerterat dextrum . Thabor
uerò montẽ terræ Iudeæ dicũt esse ab oc
cidente,quẽadmodũ Hermõ ab oriente:
ut manifestum sit,quatuor his appellatio
nibus oẽs plagas orbis terræ & mundũ
uniuersum in sua amplitudine significa-
ri.Cui expositioni pulchrè admodum &
aperte cõsonat Paraph Chal.q̃ sic habet
Desertum aquilonis habitatoresq; austri
tu creasti,Thabor,ab occidẽte,& Hermõ
ab oriente in nomine tuo laudes dicũt
Possent uerò ista separatim accipi,ut per
aquilonem & mare,siue sinistrum & dex
trũ intelligat tota mundi latitudo,quem
admodũ cũ subinde in scriptura ab oriẽ
te usq; ad occidentẽ,uel ab ortu vsq; ad
occasũ,ponit,ad significandũ totã mũdi
P f. 114. amplitudinem,ut illic,Ab ortu solis us-
que ad occasũ,laudabile nomine dñi Per
exultationẽ verò Thabor & Hermon q́
sunt montes in partibus Galilææ uolũt
quidã intelligi priuilegiũ singulare uir-
tutum & miraculorum Christi in tẽpore
gr̃æ, quæ primitus in Galilææ partibus
maximè claruerunt:ubi plurima Chr̃us
ex Euangelijs & docuisse & fecisse legit.
Alij insuper mysticas alias itelligẽtias ex
aquilonis & maris proprietatibus,itẽ ex
iterpretatione nominũ Thabor & Her
mõ adinueniũt quas nos ꝓlixitatis uitã

E dę gr̃a omittimus.¶Ver.13.Tuũ brachiũ
cũ potẽtia,Põt hoc duplicẽ suscipere cõ-
structionẽ. Primò hãc,Tuũ brachiũ ẽ cũ
potẽtia i.brachiũ ꝙ tu hẽs,nõ est ĩpotẽs,
sed cũ sũma potẽtia.Sedò hãc:Tuũ ẽ bra
chiũ cũ potẽtia, siue Tibi est brachiũ cũ
potentia, quo vertit,Felix,hoc est,tu hẽs
fortissimũ brachiũ,ꝙ possit mirãda . Est
aũt s̃nia penitus eadẽ in vtraq; ꝯstructio
ne.Quo aũt peculiariter id Deo attribua
tur,ꝙ hẽat brachiũ cũ potẽtia, euidẽter
cognosci poterit ex collatione nr̃i nimiũ
infirmi & imbecillis brachii,cũ illi⁹ po
F tentissimo & robustissimo,de quo in suo
cãtico humilis illa mater virgo cecinit,
dicẽs,Fecit potẽtiã in brachio suo,disper Lucæ. 1.
sit supbos mẽte cordis sui Deposuit po
tẽtes de sede exaltauit humiles.verè.n ꝑ-
ualidũ sit brachiũ necesse ẽ,ꝑ qd̃ tãta fie
ri dẽbat cõmutatio,ꝑ qd̃ iã potẽs erat ex
pugnãdus Inimicus tã fortis vincendus
& alligãdus armatus,suũ atriũ custodiẽs.
¶Ver.18. Quia dñi est assumptio nr̃a.As Lucæ.11.
sumptionẽ interpretati sumus protectio
nẽ atq; defensionem.Vnde Hier.ex He-
bręo ita vertit Quia à dño ẽ ꝓtec[illegible] nr̃a,
G & à sancto Israel rege nr̃o . In Gręco ẽ:
hr̃ ἀντίληψις,i.susceptio siue defẽsio,aut
ꝓtectio,quẽadmodũ sæpissime ἀντιλή-
πτωρ, ponit,ꝑ susceptore,defensore,aut
ꝓtectore. ¶Versu 19.Tũc loquutus es in
visione sãctis tuis:& dixisti,posui ĩ adiu-
toriũ,&c.Hic Propheta ꝑsonã Dei patris
loquẽtẽ facit , de ꝓmissionib⁹ Dauidi &
Chr̃o factis,vsq; ad versum trigesimũ se-
ptimũ.Quæ oĩa nos in elucidatione satis
clare tã Dauidi filio Isai,quã Chr̃o filio
Dei (ad quẽ hæc oĩa principaliter dixi-
mus spectare)accõmodauimus , ut opus
H nõ sit ꝓ his versibus ꝓlixiora annotamẽ
ta frustra adiicere. ¶Ver.32. Visitabo in
uirga iniquitates eorũ Per uirgã, in scri Prou.13.
ptura,disciplina paterna intelligit:quẽ-
admodũ ꝑ gladium ultio iudicis . Vnde Eccl.30.
de paterna disciplina Sapiẽs ait,Qui par-
cit uirgæ,odit filium.Et iterum,Qui dili Psal.7.
git filium,assiduat illi flagella.De gladio
autẽ dr̃ Psalmo septimo,Nisi cõuersi fue
ritis gladium suum uibrauit, i. iudicia-
ria vltionẽ iã hẽt paratã,qua se de vobis
ulciscatur. Et in sacra Apocalypsi suum Apoc. 2.
terribilẽ aduẽtum sub cõminatione pro-
ponens,

ponés,ait,Si non pœnitentiā egeris, venia,& pugnabo tecū in gladio oris mei, Qua de re,nonnihil ēt diximus ī annotationibus Psal.22.circa illū versum, Virga tua & baculus tuus, ipsa me consolata sunt. Est aūt differentia inter hanc virgā & gladiū, q̄ gladius quidē nō statim adest peccanti,sed differt́ plerunq; in longū ictus gladij, qm̄ non vult Deus mortem peccatoris,nec delectat́ in perditione viuorū,sed magis vult eos conuerti & viuere,oés cupiēs fieri saluos,atq; ob hoc,plerunq; terribilē illū dānationis ęternę gladiū diu vibrat & ostentat,antequā feriat, cupiens videlicet terrore suo feriendos à malo auellere,vt gladij ictum valeāt effugere. Vñ de eodē hoc gladio,sub arcus extenti similitudine loquens alibi Propheta,sic ait,dedisti me[t]uentibus te significationē,vt fugiant à facie arcus. Quod ipsum Paulus quoq; Apostolus testat́,cum benignitatem & longanimitatē Dei asserit peccatorem adducere siue inuitare ad pęnitentiā, & longanimitatem Dei illos dicit contemnere,q̄ diu patienter tolerati,absq; vltione,recusant pęnitentiā agere Quāto verò diutius gladij ictus differt́,& quāto magis feriendus expectat́ à Deo, vt effugiat & non feriat́,tāto est ictus grauior & importabilior,cum desuper aduenerit Propter quod,eodē in loco Apostolus ait,illos sibi irā thesaurizare,in diē reuelationis iusti iudicij Dei,qui fm duritiā cordis impęnitentis, lōganimi Dei expectatione non emoliunt́ ad pœnitentiā. Virga verò ecōtrario, statim quidem aderit peccanti,si electus fuerit q delinquit,nec diu differet́,imò quo magis fuerit dilectus & electus q ostēdit,eo minus differt́ virgæ punitio, eo celerius delinquens ictū persentiet: sed multo est ictus virgæ leuior q̄ gladij,neq; durat imperpetuū,sed ad momentū,vel breuē morulā,& fit pcussi emendatio,ipsiusq; ad corripiētē patrem reconciliatio. Id manifeste ēt in Dauide ipso,nobis mōstrat sancta historia,q vbi per malā concupiscentiā deliquisset cū Bethsabee,ac post iniquitatē iniquitati adijciens, Vriā innoxium dolo perire fecisset non diu in errore permissus est : sed quantocyus ad eū Propheta Nathan missus est,q illū dura increpatione cōfundens,& penā statim denunciās, quasi virga percussit. Et licet non stati m grauis aliqua vltio sup Dauid venerit: nihil tñ dubiū,quin regi sic increpari & peccatū quod occultū & latens credebat, iā reuelatū sensisse,virga aspera fuit,insup & prolis mortē pro cuius vita impetranda tm̄ faciebat luctū,debuit sustinere , & alia ī posterū expectare,q̄ suo tpe sustineret Ita cū alias in dinumeratione populi male suggerenti cōsensisset Satanę statim re peracta percussit illū cor suū,quasi virgæ verbere:simul & Gad videns ad eū missus est,q illi gladium,famē,& pestilentiā proposuit,vt ex tribus vnum qd vellet eligeret. Vides, qūo nō in lōgum peccantis dilata punitio est,sed quasi e[u]estigio est sōmissum pct̄m subsequuta Idem quoq; ī Salomone & alijs plerisq;,q post ipsum regnauerunt, ex sacra historia est manifestum. Hinc ille historiarū Iudaicæ miseriæ sub Antiocho descriptor , in 2. Machab.lib.cū horrenda q̄dā descripsisset,ab illo impio impiè in Israelitas operata,ad suæ gentis cōsolationē,atq; legētiū cōmonitionē, dignissimā sniam de hac punitione virgæ proloquitur;quam hic quoq;ad verbum describere nō duxi inutile,Obsecro aūt eos(inquit)q hunc librū lecturi sunt , ne abhorrescant pp aduersos casus,sed reputent ea quæ acciderint, non ad interitum,sed ad correptionem esse generis nostri. Etenim multo tpe nō sinere peccatorib⁹ ex snia agere, sed statī vltiones adhibere,magni beneficij est indicium. Non n.sicut in aliis nationibus dñs patienter expectat,vt eas, cū iudicij dies aduenerit,in plenitudine peccatorū puniat:ita & in nobis statuit,vt peccatis nostris in finē deuolutis, ita demum in nos vindicet. Propter qd, nunquā quidē à nobis misericordiā suā amouet, corripiens verò in aduersis populum suū non derelinquit. Quæ profecto snia optime cum ijs quæ hoc in loco ex ore dñi proferuntur consentiunt , & confirmant ea vsq; in multas generationes recte fuisse impleta in veteri illo populo Israelitico, donec Synagogæ perduraret electio. Nūc autem illa reprobata in populo Christiano considerandā hæc punitio est, quā ēt modò ad oculum cernimus, dum quo-

Marginalia: Psal. 22. — Sapien. 1 — 1. Tim. 2 — Psal. 159. — Rom. 2. — Ibidem. — 2. Reg. 11 — Ibidem. — 2. Reg. 12 — Ibidem. — 2. Re. 24. — 2. Mac. 6

tidianis plagis & nouis signis ciuitates E
oēs pene p totū Christianorū imperium,
experimur affligi, multo amplius quā in
fideles & obstinatos idololatras, qbus iu-
diciū reseruat importabile, & vltio grauis
sima in extremū diē, suo tpe reuelāda. Vñ
q̄ in præcedentibus ad consolationē Iu-
daicæ gētis descripta proposuimus nra
tēpestate, Christiani nos, rectissimè ad no
strā cōmotionem & cōsolationē poteri-
mus accōmodare: ne cū nouas sp & inso-
litas punitiones de anno in annū aduer
sum nos immitti viderimus, cōtutbemur
quasi populū suū Deus in totū abiecerit. F
Donec.n. id cernimus, magis iudiciū ha-
bemus dilectionis Dei. Quādiu.n. patris
virgā sentit filius, certo colligit argumē-
Psal. 22. to, nōdū se à suo patre repudiatū. Propter
qd Psal. 22. hoc intelligēs spūalis hō, dice
Psal. 17. bar, virga tua & baculus tuus, ipsa me con
solata sunt. Et Psal. 17. Disciplina tua cor
rexit me in finē, & disciplina tua ipsa me
docebit. ¶ Ver. 43. Destruxisti eū ab emū-
datione. Clarius sm expositionē in Eluci
datione positā vertit ex Hebræo Hiero-
nymus, Quiescere fecisti mūditiā eius: ac-
cipiendo quiescere, pro cessare: queadmo G
dū alibi, Quiescere faciamus oēs dies fe-
Psal. 73. stos Dei à terra. Vertit et pōt ex Hebreo,
Retrocedere fecisti eū à mundicia vel pu
ritate, aut deleuisti mundiciā eius, vel de
struxisti splēdorē eius. Quæ oīa clarius q̄
nra lectio eandē habent sniam. ¶ Versu
46. Memorare q̄ mea substantia. Substan
tia hoc loco. vr nō accipi debere pro ip-
soqd subsistit, vel ex quo hō subsistit, vide
licet pro materia & forma, ex quibus hō
cōpositus subsistit, sed pro subsistētia po-
tius vita aut duratione. Est.n. sensus, Me-
morare q̄ sit mea vita, quæ sit mea subsistē H
tia. i. q̄ modica sit duratio vitæ meæ, qua
ego subsistā in terra. Vñ ex Hebræo ver-
tit Felix, Memor esto quāti tpis, vel q̄ bre
uis momenti sim ego. Alij vertunt. Quod
subitaneus sim ego. i. subito & cito admo
dū absumendus p mortē, qd cito præcipi-
tabor, & nondiu durabo Et sm hunc mo
Psal. 38. dum indicauimus subsistentiam accipi et
Psalmo 38. cū dr: Ecce mensurabiles po-
suisti dies meos, & substātia mea tanquā
nihilū ante te: quemadmodū videre pote
ris in Elucidatione & in vtrisque anno-

tationibus super eo loco. Poterit tñ præ-
sens locus non male intelligi de ipsa
substantia, siue materia, & compositione,
vnde corpus hoc corruptibile composi-
tum subsistit, Atq; ita sensus erit, Memen Gen. 3.
to domine, quòd de luto & de limo ter-
ræ me composuisti, propter quod neces-
se habeo quantocyus redire in pulue-
rem, iuxta quod tua vox ad primum pa-
rentem meum loquuta est dicens, Puluis
es, & in puluerē reuerteris. Sicque eadem
erit hęc querimonia, cum illa quam aper
tius proponit sanctus Iob, cum ait, Me-
mento quæso quòd sicut lutum feceris Iob. 10.
me, & in puluerem reduces me. Atq; huic
expositioni consonat manifestè Paraph.
Chald. quæ sic habet, Recordare, q crea-
tus sum de puluere. Versio tñ beati Hie-
ronymi, nec huic nec priori nostræ fauet
intelligentiæ. Sic.n. diuersa ab vtraque le-
ctionē sententia ille vertit, Memento mei
de profundo: id est, de imo miseriarum
quibus iaceo immersus ¶ Versu 49. Me-
mor esto domine opprobrij seruorum
tuorum, quod continui in sinu meo,
multarum gentium. Aliter dicitur oppro
brium seruorum Dei, aliter gentium.
Seruorum enim Dei dr opprobrium
passiue, quatenus ipsi hoc sustinent. Gen
tium aūt actiuè, quatenus ab eis infertur
populo dñi, Clarius autem hæc sententia
efferretur, si vltimus ille genitiuus pone
retur in ablatiuo ad hunc modum, Me-
mor esto opprobrij seruorum tuorum,
quod continui in sinu meo à multis gen
tibus. ¶ Versu penultimo. Quod expro-
brauerunt inimici tui dñe, quod expro
brauerunt commutationem Christi tui.
Potest q accipi coniunctionaliter, loco
qm: vt sit sensus, memor esto, &c. Quoniā
exprobrauerunt tibi domine, &c. Atque
hæc constructio difficultatem nō habet.
Verùm lectio tam Græca, quam Hebræa
magis declarat, quod relatiuè accipien-
dum. Nam & in Hebræo & in Græco re-
latiuum habetur, atque ita conuenien-
tior esset eloquutio per ablatiuum casum
iuxta quod ex Hebræo vertit beatus Hie
ronymus, & nos in Elucidatione simili-
ter explanauimus: cum & in Græco sit
ὃν casus genitiui, qui apud Latinos red-
di solet per ablatiuum.

## LXXXIX. PSALMI ARGVMENTVM.

*Humanę vitæ breuitatem & multiplicē miseriam Psalmus iste coram Deo sub orationis formæ proponit, ostendens totum hoc tempus vitæ nostræ, etiamsi mille fores annorum, non nisi vnius diei spacium computari, nec diu in eodem statu posse hominem secundum corpus perdurare, sed debere continuò transmutari, & transire ad finem mox ut exordium cæperit, donec per senectutem tādem penitus deficiat, redeatq; in puluerem, iuxta legē omnibus filijs Adā ex ira Dei constitutam. Deinde etiam aliā afflictionē commemorat uersu septimo, & deinceps quę homini est ex timore diuini furoris atq; districti indicij, qd post huius vitæ finē expectat quando seuere nostra omnia iudicabuntur, quæ nunc Deus ante oculos considerat, ut tunc ad ducat i iudicium, ad quod iudicium nostræ uita decursus quantocyus properat: cōtinuo fini accedens uicinius, quæ uita & labore afflictioneque spūs plena est (pp quod aranei comparat exercitationi frustra sese fatigātis, & exhaurientis) & nimia breuitate deficiēs ut pote q̄ nō nisi 70 aut in maximo 80. annos habet durationis in bona qualicunque valetudine, ut quicquid super fuerit ad laborem & dolorem pertineat Deo sic in mansuetudine ad præteritorum delictorū expiationem in ætate nouissima corripiente hominem, ut uenturam irāmq; de primo imminētem iudicij iram paterna correctione emendatus possit effugere, quæ tam est terribilis, ut nemo hōium satis possit illius terrorem comprehendere, pp qd postulat, paternam sibi dexteram notā fieri & ex disciplina paterna erudiri corde in sapientia. Atq; hæc ad uersū vsq; decimū quintum Vbi ad Deū orōnem dirigit, se cōsolatur in misericordia Dei, qua repleri cōfidit oībus bonis exultareq; & lætari p afflictionibus præteritis, quæ licet futura, sub tempore tamen præterito quasi iam accepta significat. Duobus aūt uersibus nouissimis perpetuam Dei directionem & illuminationem postulans, ita Psal. terminum humanę miseriæ contemplator imponit.*

## LXXXIX. PSALMI ELVCIDATIO.



*OMINE refugium factus es nobis, à generatione in generationem.* C

Domine Deus, tu exhibuisti te nobis refugium in omnibus generationibus ab initio, protectorem, defensorē, susceptorem & auxiliatorem semper te pstitisti nobis atq; patribus nostris, in omnibus generationibus quæ præcesserunt ab initio.

2 *Priusquam montes fierent, aut formaret terra & orbis à sęculo, & i sęculū tu es Deus.* Tu uerò, qui factus es nobis refugium i tēpore, absq; nobis sempiternum persistis, neq; nobiscum cępisti habere uitæ pricipium Siquidem ante oēm creaturā tu eras antequā fierent mōtes, antequam altissimæ illæ & nobilissimę angelicæ mētes crearentur, sic & priusquā crearetur orbis terrarum, cum omnibus quæ sunt i ipso ante omnia sęcula in æternitate tu uerus eras Deus, & subsistebas in temetipso perfectissimus omnium bonorum aggregatione perfectissimaq; possessione plenè beatus. Vnde cognoscimus, φ nobis ut te refugiū exhibeas, ū hoc ullius cō tui cōmodi grā, qui ante oēm creaturam cuncta in te plenissimè possederis, ut non possis à quoquam quicquam suscipere, sed nr̄i commodi & boni gratia id facis.

3 *Ne auertas hominem in humilitatem:* Hinc nos populus tuus sūpta fiducia bonitatis tuę, oramus ut non sinas humanū genus penitus auerti humilitatē, ne nos patiaris, neq; nunc declinare inuilitatē peccati, neq; post huius uitæ exitum in illam infimam & extremam uilitatē damnationis inferni, q̄ uerè ultima & extrema abiectio siue uilitas est:

* *& dixisti, conuertimini, filij hominum.* D

qm̄ tu dixisti, ita definiuisti de omnibus filiis hominum, φ reuerti debeāt fm corpus, per mortem in terram unde formati sunt, generali sn̄ia & lege uoluisti, vt oēs mortales sicut de puluere facti sunt, ita quoq; p mortē redirent in puluerē, quā sn̄iam tuā nemo poterit effugere. Qua pp pro huius humilitatis (quæ rm̄ fm corpus est) auersionene, nequaquā uolumus deprecationē facere, sed pro illa ultima & pessima q̄ ad aīam attinet, oramus ut nō i illā nos auertas, nūquā ad illā nos abiicias, sed misericorditer ab ea custodias.

4 *Quoniam mille anni ante oculos tuos, tan*
*quam dies hesterna quæ præteryt.*
Ecce enim mille anni cum iam præterie
rint, ante oculos tuos sunt quasi dies
una hesterna, quæ iam præteriit & nihil
eius superest. Idem enim erit de mille an-
norũ spatio & duratione, cũ illi iã euolu
ti siue transacti fuerint, ut nihil illius du
rationis supersit. Vnde quamuis. n. homi
nem aliquem cõtingeret mille annos vi
uere (quod omnino nemini datur) & hu
ius in uita nõ nisi tanquã diei unius repu
taretur, neque coram te æstimaretur diu
turnior mille annorũ, quàm unius diei
duratio, neque quenquam potest longa
uita ab illa tua generali sententia exci-
pere, etiam si daretur illi mille annorum
duratio.

5 *Et custodia in nocte.*
Eritq; illa mille annorum duratio nõ nisi
sicut uigilia noctis, quę cito trãsit, & suc
cedit ipsa abeunte adueniẽs altera poste-
rior quomodo & ipsa priorem alteram
abeuntem subsequuta, fuit ab eius termi
no sumendo initium,

* *quæ pro nihilo habentur eorum anni erũt.*
anni filiorũ hominum quibus super ter
ram uiuunt, sunt ex numero eorum quę
pro nihilo habẽtur, id est, quasi nihil exi-
stimant dies humanę uitæ, duratio mor-
talium pro nihilo computatur pp succes
sionem perpetuam, defectum continuũ,
siue continuam, ad finem tendentiã, &
celerrimum transitum.

6. *Mane sicut herba transeat:*
Mane transibit quasi herba in ortu sui
initio transibit hõ, & permutabitur conti
nuo per augmentationem & profectum
ad perfectionem iustam consequendam,
quemadmodũ mane exoriente sole gra-
men proficit & transit per augmentatio
nem ad perfectiorem ualetudinem, au g-
mentatumq; mole, & perficit conuenien-
tibus qualitatibus:

* *mane floreat, & transeat.*
in ętate prima florebit & uigebit secũdũ
corpus, & proficiet in augmentatione at
que perfectione corporis, donec in uiri-
le robur euaserit, quasi in meridiem & vi
tę medium, sicut herba floret & transit
continua augmentatione proficiens, do
nec perueniat ad staturam perfectam:

E * *uespere decidat, induret, & arescat.*
sed ad uesperã, cum diei finis, id est, uitæ
terminus, siue senectus ipsa aduenerit, de
ficere incipiet uictor eius, & deperibit, im
minueturq; continuo defectu à statu per
fectionis uigoris pristini, & exhaustus
uigore humoreq; naturali induresceт cõ
niscato corpore, ut solẽt indurari senum
corpora & prorsus exsiccabit, humido
naturali magna ex parte consumpto
nec ultra sufficienti ad reparationem cor
poris & sustentationem caloris uitalis,
sicque tandem redibit in puluerem.

F 7 *Quia defecimus in ira tua.*
Hanc enim defectionem, hanc mortis
necessitatẽ nõ in bona uoluntate tua ordi
nasti in nobis, sed ex ira tua in uindictã
inobediẽtię nostræ nobis imposuisti. Tu
. n. ab initio rectum feceras hoĩem, & sic
constitueras imortalem, ut potuisset si vo
luisset non mori, neque ab initio ista lex
mortis incũbebat nobis, sed propter ino
bedientiã offensus, in ira tua protulisti
aduersus nos, durãistam sententiam, ut
iam non liceat cuiquam mortis statum ef
fugere, simusq; non tua bona uoluntate
G sed nrã culpa, huic legi mortis subiecti.

* *& in furore tuo conturbati sumus.*
Et forsitan parum id uideret huic neces
sitati corporalis mortis subiacere, tolerã
da utcunque foret pęnalis illa, sed tẽpo-
ralis, afflictio. Nunc uerò (qđ miseriã no-
stram in hac uita ualde aggrauat) ex alia
parte, consideratione eorum q̃ post mor
tẽ imminent iudiciorum tuorum ualde
cõturbamur, à facie furoris tui quẽ eredi
mus aduersus oẽs impios te ostensurũ ĩ
die illa tremenda, merito cõtremiscimus
& expauescimus, ne forte post huius vitę
H miseriã temporalẽ, tuo furore illo, proii
ciamur cum reprobis in sempiternam.

8 *Posuisti iniquitates nrãs in cõspectu tuo.*
Et merito quidem conturbari debemus ĩ
hoc tuo furore, in consideratione terribi
lis iudicii tui, qm̃ credimus te omnes no
stras iniquitates, quibus nũc tuæ uolun
tati contrariamur exactissimẽ cognosce-
re & habere ante conspectum tuum, eaq;
omnia q̃ nunc agimus mala non te late
re, sed habere ante oculos:

* *seculũ nostrũ in illuminatione uultus tui.*
totũ etiam decursum uitę credimus tę
habere

habere ante oculus,atq; in lumine siue
cognitione vultus tui,ita ut oẽs nostras
operationes præteritas,p̄sentes atque fu
turas (quas p oẽm decursum sæculi no-
stri siue durationis vitæ nostrę. operati
sumus,uel operabimur sup terrā)tu ha-
beas lucidissime cognitas,- queadmodū
id qđ nos ante oculos nostros positū
in medio diei lumine clarissimè cōspici
mus,neque quicquā eorum q̄ nos hic
agimus in obscuritate positum est tibi,
quasi absconditum ab oculis tuis,ut me
rito conturbari debeamus in cōsidera-
tione uenturi illius furoris tui, ob con-
scientiā plurimorū malorum q̄ in te cō
misimus,& quotidie committimus scia-
mus,districtissimā de cunctis operibus
nostris à te exquirendam rationem.

9 *Quoniam omnes dies nostri defecerunt:*
Quid enim non timeamus uenturum
illū furoris & iudicii diem?Ecce ex snīa
iræ tuæ, quæ super nos irreuocabiliter
prolata est, defectionis & mortis nobis
incumbit necessitas,nec est uia effugien
di,non est fortitudo, non est consilium,
nō est sapientia cōtra hoc decretū tuū:
* *& in ira tua defecimus:*
transieruntq; omnes dies & anni nr̄i,
totum tp̄s uitæ nostræ continuo fluxu
ad finem proxime accedit,& necesse no
bis etsi uelimus nolimus ante tuū con
spectum exhiberi, ut referat vnusquisq;
propria corporis prout gessit,siue bonū
2.Cor.5. siue malum. Nonnę igitur stolidissimi
fuerimus,id scientes,non posse nos eua
dere,si non modo studeamus à conside
ratione furoris illius sic salubriter con-
turbari,ut pœnitentiā agentes,illius tūc
mereamur terribilē ultionem euadere?

10 *Anni nostri sicut aranea meditabantur.*
In omnibus annis & toto tempore uitę
nr̄æ,nos pleriq; mortalium meditamur
& exercemur multo labore & sollicitu
dine sicut araneus, in multo & superfluo
labore & afflictione transigimus annos
vitæ nr̄æ ad similitudinē aranei.Quēad
modū.n.araneus magna sollicitudine di
scurrit,& multa instantia laborat in texē
do telā,ad cōponendū opus suū, & ob
hoc seipsum euiscerat & exhaurit, ut ci-
tius ante tp̄s deficiat exhaustus equa ta-
men tela, modicū admodū hēt fructū,
A tenuem.s.victum ea sibi venando,neque
post oẽm laborem hēt aliud,& frequen
ter post oẽs laborem,post perfectā telā,
ipse qui texuit,fugat̃ è suo ædificio, aut
scopa circunducta per parietē abripit si-
mul in momento temporis & araneum
& telā eius,atq; in ignem coniicit;sicq;
omnis perditur labor , & qui laborat ī
vano,ita,& hoīes super terrā in annis vitæ
suæ frequenter multis exercentur inu-
tilibus laboribus,quos impēdunt rebus
B reparitis,maxima sollicitudine & seduli-
tate operantes,in illis seipsos exhauriē
tes,euiscerantes,atque miru m in modū
excruciantes,cum non possunt ex om-
nibus,nisi tenuem sibi uictū & vestitum
accipere,& nō raro post omnes labores
peractos,subito hō uita priuat̃, & cogit̃
relinquere q̄ congregauit omnia,vel ip
sum ēt opus subito destruit̃ ac perit abs-
que vtilitate aliqua. Atq; ita manifestū Eccle 1
est,totum hoc tempus vitæ nostrę,non
esse nisi laborem,dolorem & afflictio
nē spiritus,cuiusmodi ē araneorū vita:
C * *dies annorum nostrorum in ipsis septua
ginta anni.*
Est p̄terea humana vita ēt durationis p-
modicę.Dies.n.annorū hominis , dura
tio vitæ humanæ,qua pōt homo vt plu-
rimum sm consuetū naturæ cursum in
sanitate & bona valetudine viuere,sunt
anni septuaginta aut circiter, vel paulo
infra,vel paulo supra,iuxta cōplexionis
fortitudinē & bonā pportionem hoīs.

11 *Si aūt in potentatibus octoginta anni:*
Si uerò in magnis viribus,siue(ut ita di
camus)robusticitatibus, multaq; cōple-
D xionis fortitudine aliquibus det̃ octo-
ginta annos uiuere,in bona valetudine
& qualicunque robore,pfecto id q̄ pau
cissimis contingit, & optimæ robustissi-
mæq;compositionis talis esse deberet,q
ad tantum terminum in bono corpo-
ris robore posset pertingere:
* *& amplius eorum labor & dolor.*
qđ verò vltra hos terminos ē reliquū vi
tę ī afflictiōe est atq; dolore,pp defectū
cōtinuū . Residuū tp̄s uitæ humanæ qđ
in plurimis sm coēm humanę cōplexio
nis cursū ultra septuaginta annos uiuit̃
uel ī paucissimis illis & fortissima cōple
xione p̄ditis ultra octoginta ānos,id ple
num

num est dolore & afflictione, eoq; magis, quo longius vltra terminum illum transit,& fini accedit vicinius. Oibus.n. viribus destituuntur, neq; membris corporis sui vltra valent vti ꝓ libito, pp calori s naturalis & spirituum defectũ, morbisq; varijs implentur & pœnalitatibus: cum etiamsi aliud nihil mali illis contingeret, senectus ipsa per se morbus dicatur sicuti & verè morbus est.

12 *Quoniam superuenit mansuetudo,& corripiemur.*

Tunc.n. in senectute venit sup nos mãsueta disciplina tua, per quã corripimur uariis malis,& erudimur in mansuetudine tua. Afflictio.n. illa senectutis, ꝓuide sic à tua benignitate humano generi inducitur & imponitur, in expiationem errratorum viiæ pristinæ, ut ꝓ delictis iuuẽtutis (quæ donec sensus carnis in nobis viguit ꝯtraximus) deficiẽs, iãq; ad finem vergens ultima illa ætas, carne cõsumpta velut satisfaciat. puniatque illa vitæ ætas nouissima iudicio proxima qd in prioribus delictum est, antequam hinc abscedere per mortem homo cogatur, districtoq; tribunali assistere:

Superuenit quoq; nobis in senectute qdã remissio & defectus quidam vigoris atq; feruoris, corporis viribus oĩbus deficientibus,& membris flaccescentibus, p quã remissionem & deficiẽtiam corripimur, & affligimur, estq; ipsa nobis pro correptione & disciplina, pro punitione erratorũ ætatis prioris, in qua per inordinatũ carnis feruorẽ mala multa cõmisim⁹.

13 *Quis nouit potestatem iræ tuæ, & præ timore tuo iram tuam dinumerare?*

Quis ex hominibus nouit pŏtẽtem & fortitudinem iræ tuæ?& quis nouit dinumerare, mensurare, comprehendere, irã tuã præ timore tuo, sm timorem tuum, sm quod merito es timendus & formidabilis. Profectò nemo comprehendere põt, nemo ualet intelligere; quàm potens, quàm terribilis, quàm formidabilis ultio illa iræ tuæ sit futura cum sese manifestauerit, atq; ob hoc parum nobis uideri debet, imò nihil, imò gratum nobis esse debet, quicquid in hoc mũdo pro peccatorum nostrorum expiatione, in mansueta Dei correptione ex ipsius ordinatione sustinemus. Paululum.n.est oẽ quod in præsenti cruciat:& id quod in præsenti est momentaneum & leue correptionis paternæ, ab illo pondere grauissimæ iræ, quæ tunc reuelabitur, animã alleuiat. 2.Cor.4.

14 *Dexteram tuam sic notam fac:*

Ita pater sic nos affligẽdo disciplina tua, & notifica nobis paternam dexterã tuã: fac nos tuã disciplinam qua nos pcutis agnoscere, vt agnoscẽtes à te nobis has obuenire afflictiones,& patris nostri esse hæc verbera, patienter ea cum gratiarum actione sustineamus, fiantq; nobis ĩ purgationem peccatorum nostrorum,& in euasionem uenturæ illius iracundiæ, quã tunc sentient qui nunc extra disciplinã sunt, aut qui nõ cum patientia tuam correptionem suscipiunt:

* *& eruditos corde in sapientia.*

& fac nos sicut corpore exteri⁹ afflictos, ita corde interius eruditos per sanctã sapientiam tuam, ut dum exterius nos cædis virga tuæ correptionis; interius nos erudias institutione sanctę vnctionis,& vexatione dãte intellectũ, ad te penitus cõuertas, atq; in tua sapiẽtia perfectos facias: ne si foris tantã manũ sentiamus verberantem, interiori eruditione deficiente, nihil nobis tua disciplina proficiat.

15 *Conuertere domine vsque quo:*

Quoniam itaque sic se habent res humanæ, quoniam omnia nostra plena sunt afflictione & dolore, tandem aliquando Deus pijssime ad nos conuertere benigno aspectu tuo:, 2.Cor.5

* *& deprecabilis esto super seruos tuos.*

mitemq; placidum, benignum, & exorabilem te ostende erga seruos tuos, ut flectere possint ad misericordiam. Tota enim vitæ nostræ quæ quã iam exposuimus miseria, non aliud clamat, quàm medicinalem tuam misericordiam.

16 *Repleti sumus mane misericordiã tua:*

Te verò ad nos ꝯuertente benignũ aspectum tuum, te ad nos redeunte in fauore gratiæ tuæ, quasi in matutino tpe (qũ festinus sol exoriẽs lætificat orbẽ) abunde implebimur in oĩbus bonis, ex diuitijs thesauri illius affluentis misericordiæ tuæ.

* *& exultauimus & delectati sumus in omnibus diebus nostris.*

& nos in hac abundantia bonorum tuorum magno gaudio exultabimus atq; delectabimur, omnibus diebus quibus viuemus ante conspectum tuum, in perpetuis aeternitatibus.

17 *Laeti sumus pro diebus quibus nos humiliasti:*

Tunc laetabimur pro tpibus praeteritis, in vita ista corporis transactis, in quibus afflixisti nos, & disciplina tua correxisti:
Heb. 12. quando fructum illum pacatissimum recipiemus patientiç & hęreditatem regni, quod comparatur patientia:

* *annis quibus vidimus mala.*

laetabimur super diebus & tpibus qbus experti sumus & sustinuimus mala, quemmadmodum econtrario veniet aliquando tps vt tristent impij qui in bonis duxerunt dies suos, pro diebus qbus fuerũt iucundati, & pro annis qbus viderunt bona. Erit ;n in futuro retributionis tempore miranda cõmutatio, vt ii qui in hac vi-
Lucę. 16 ta corporis bona receperunt, mala tũc accipiant, vt qui verò nunc mala, tũ bona
Matth. 5 suscipiāt, vt qi n vita luxerint, tũ rideant: & q in vita riserint, tum lugeant. Quam cõmutationem dum mentis oculis attendimus, vtriq; modis omnibus parati sumus, animo patienti, grato & hilari, tuae correptionis semp disciplinā suscipere.

18 *Respice in seruos tuos, & in opera tua:*

Vt autem ad illā oīs boni abundantiam, & satietatem pertingere aliquando valeamus, oramus, vt nos seruos tuos & opera manuũ tuarum, paterno semper aspectu respicias, semper ad nos paternum oculũ sollicitudinis, curae & prouidentię dirigas, curam verè paternam de nobis gerens vt nos qui sumus serui tui & opera manuum tuarum, quae tuis manibus fecisti & plasmasti, semper in tuo seruitio stabiles permaneamus:

* *& dirige filios eorum.*

neq; verò pro nobis tm̃, sed & pro filiis ac posteris nris hoc ipsum postulamus, vt ip te eis directorem & ducē in omni bono ad consummationem vsq; saeculi, exhibeas, & quasi pastor bonus baculo tuo eos dirigas, et necessariam correptionem & disciplinam nunquā abstrahens ab eis, vt non aliquando à te aberrent.

19 *Et sit splēdor domini Dei nostri sup nos, & opera manuum nostrarum dirige super nos: & opus manuum nostrarum dirige.*

Et sit splēdor tuus, ò dn̄e Deus nr̄, super nos, iu desup refulge, & resplende in mẽtibus nostris sancta illuminatione tua, p quam dirigamur in cũctis operibus nostris, & in cunctis operibus manuum nostrarum, in oībus nostris actionibus dirigamur, gubernemur, firmemur, & cõstabiliamur, ut sanctę tuę illuminationis ductu in oībus tuā sanctissimā voluntatē adimplentes, ad perpetuae tuae beatitudinis nimis amabile ꝯsortium, foeliciter aliqñ pertingere valeamus, ac post miserae, laboriosae, atq; aerumnosae huius uitae laborem, in quietissimae tuae & beatissimę mansionis requiem introire. Amen.

## ANNOT. IN PSAL. LXXXIX.

Versu 2 Priusquā mõtes fierēt, Elucidatio mõtes interpretatur angelos quo & alias nõnũquā, ut Ps. 124. Mõtes Ps. 124.
in circuitu eius, iuxta vulgatiorem expositionē, vt significetur fuisse ab aeterno Deũ ante ꝯstitutionē oīs creaturę, tā spūalis quā temporalis. Põt tñ simpliciter intelligi de montibus corporalibus, q sunt terra: quos fecit Deus in initio conditionis rerum, tunc (ut uerisimilius creditur) quum aquis terram ex parte discooperuit. ¶ Versu 3. Ne auertas hoīem in humilitatem, Potest intelligi, in uilitatē peccati atq; dānationis, ut vides in Elucidatione, uel ad humilia ista & vilia huius mũdi visibilia bona, ut sit sensus, Nõ patiaris nos declinare, affectiuē incurua ri, ad humilia & vilia saeculi bona. Quod et seqt. Et dixisti, cõuertimini filij hominũ, recipit hoc quoq; duplicē intelligentiā. Prior ī Elucidatione posita est, de snīa dn̄i post peccatum super Adam prolata. Puluis es, & in pulerem reuerteris, ut accipiatur conuertimini pro reuertimini: posterior cõuersionē istam ꝓpriē intelligit secundum hunc sensum, Tu dixisti, ac praecepisti filiis hoīum, vt se conuerterent ab amore harum rerum humiliũ, ad amorem bonorum aeternorum & inuisibilium. Secundum utranque autem expositionem, apte haec pars cum praecedenti connectitur. Meritò .n. postulamus, non auerti

auerti in humilitatẽ rerum temporaliũ, E
eo ꝙ nobis pceperit Deus cõuerti ad æ-
terna,& ab illis auerti. Meritò ẽt postula
mus nõ auerti in humilitatem peccati &
dãnationis æternæ, eo ꝙ nobis iuxta sen
tentiã Dei sit quãtocyus ſm corpus mo-
riẽdum, nec ex utraq; parte mors nos ap-
prehendat, vt saltem spiritus saluus fiat,
dũ corpus ex statuto quod effugere non
põt, reuertet in terrã suã, & in puluerem
terræ, de qua formatum est. Coniunctio
aũt ista, & in medio versus posita, vr̃ acci
pienda ꝓ quia, vel cũ, vt sit sensus, cũ tu
dixeris, Conuertimini filij hoĩum. ¶ Ver. F
5. Et custodia in nocte, q̃ ꝓ nihilo hñt,
eorũ anni erunt. Principiũ huius uersus
ſm ſniam iungi dẽt cũ fine præcedentis,
hoc modo, Qm̃ mille anni ante oculos
tuos, sicut dies hesterna quæ præterijt, &
custodia in nocte, ac deinde, Quæ ꝓ ni-
hilo hñt eorum anni erunt, qualẽ distin-
ctionẽ hẽt lectio Hebraica. Apte aũt tps
vniuersum vitæ nostræ, imò annorũ mil
le duratio cõparatur nõ tempori noctis,
sed custodiæ siue vigiliæ nocturnæ, quæ
tribus tm̃ aut quatuor constat horulis, &
continuò vna succedit alteri, suntq; sin G
gulæ durationis minimæ. Si quidem to-
tum noctis tps, in quatuor diuidebatur
vigilias. Vigiliæ quoq; ad malitiam spe
ctant, qua ẽt rõne non male nostræ vitę
hoc tps vigiliæ comparatur, qm̃ quidem
Iob.7. militia est uita hominis super terrã. Ne-
que verò cuilibet vigiliæ cõparatur, sed
nocturnæ, qm̃ omnia hic tenebris & ob-
scuritate sunt plena. Nocturnam.n. vigi-
liam custodimus, quicunq; in hac vita,
& in sæculo isto tenebroso subsistimus.
¶ Versu 6. Mane sicut herba transeat. Fa
cilius est, ut uerba incipiantur, ſm indi- H
catiuum modum, hoc sensu, Mane sicut
herba transibit, mane florebit, & transi-
bit, vespere decidet, indurabit, & arescet.
Nisi velimus hæc subito cõmutata pso-
na, vt ex ore dñi ſniam suam pronunciã
tis accipere, uel ſm optationem Prophe-
tæ, optantis conformiter ad diuinæ volũ
tatis sententiam. Quod priori tñ loco dr̃
& simplicius & facilius est, Transitus au
tem ille qui hic geminatur, idem est, & vr̃
transitus esse ad statum perfectiorem, id
quod satis indicat adiectum uerbum flo-
reat. In principio.n. uitæ proficit homo
& perficitur, ad modum herbæ florentis.
Sed quo herba, postquã mane floruit, ad
vesperam deficit, & uigorẽ perdit, ita &
homo postquam floruerit, & perfectio-
nẽ iustam adeptus fuerit in uitæ medio,
statim ad defectionẽ tẽdit, efficiturq; ari
dus & senio contabescens vti nos docet
experientia. Transitum aũt illũ in priori
parte uersus intelligi ad perfectionem, ẽt
Paraphrasis Chaldaica indicat, sic legẽs,
Similes sunt operationes eorum herbæ
quæ de mane floret & augetur, uespere
autem decidit & siccatur propter æstum.
Nota etiam hoc, ꝙ distinctè tria hic de
hominis defectione dñr. Primo.n. loco
dr̃, decidat, secundo induret, tertio, are-
scat. Quæ tria, ordinate in hominis defe-
ctione sic ad oculum conspicimus. Pri-
mum n. collabi incipit illud robur virile
& perfectio uigoris imminui deficiẽte
calore naturali, & ad defectionem tendẽ
te corpore sentitq; homo, sensim uiribus
corporis se destitui, & membrorũ solito
usu priuari. Statim verò consequi corpo
ris induratio, dum corporis partes calo-
ris naturalis actionẽ deperditę & assum-
ptę nequeunt reparari, sicq; cõuiscantur
senũ corpora & indurantur, succo exhausto,
quo lutũ induratur ad solẽ, si non suffun-
datur humor continuus. Postremò, cum
iã ad vltimum defectionis statũ res de-
uenerit, exiccatur penitus, & arescit, redigit
que in puluerẽ. Quo aũt hęc naturaliter
in hoĩs corpore sic ꝓueniãt, qualiter hõ
ſm naturales causas a prima ętate usque
ad mediã ꝓficiat, augmentumq; sumat,
qualiter ad uesperam senectutis decidat,
qualiter induresçat & deficiat in puluerẽ,
hæc (inquã) oĩa, plenius exactiusq; tracta
uimus in libris de cõsideratione rerum
naturalium, lib 8 per plura capitula. De
conuiscatione uerò & induratione seni-
lium corporum, lib. 5. capit. 5. ¶ Versu 7.
Quia defecimus in ira tua, & in furore
tuo turbati sumus. Possent quidem duæ
istę partes ad idẽ referri, & posset nõ ma-
le posterior accipi, vt ſm sententiã ean-
dem cum priori. Nobis tñ vr̃ conuenien
tius, ut priorem de defectione corporali,
quam in pręsenti uita ex ſnia uindictæ
irę Dei experimur, intelligamus, poste-
riorem

riore de conturbatione q̃ in conscientia A nostra orit, ex consideratione venturi furoris Dei, cuius ira ista, quã nunc experimur in defectu & afflictione corporis, tm̃ indiciũ est & signum preuiũ. Nã afflictio ista quã pp primi parentis peccatũ mõ in corpore sustinemus, & defectionis necessitas, manifestè nos docet, q̃ terribilis vltio sit exercenda in reprobos, pro peccatis ipsorum proprijs, cum in furore suo iudex aduenerit. Meritò proinde, cũ ex ira Dei semel (mansuetè tñ) irascentis, talẽ in nobis defectionẽ experimur, salubriter conturbemur à facie furoris illius quẽ ventu B rum scimus: vt dum tps est ab illo declinare, illum effugere satagamus. ¶ Ver. 8. Seculum nostrum in illuminatione vultus tui. Seculum nostrum appellat, totũ decursum & totã durationẽ vniuscuiusq; viuentium. Nã & hoc vulgò appellamus nostrum seculum, tps ipsum durationis nostræ, quo sup terrã viuimus: queadmodum seculũ futurum appellamus totã illã æternitatis durationẽ, in qua sine fine viuemus. Hoc aũt nostrũ seculum Deus ponit in illuminatione siue in luce, qa totum ante suos oculos constituit, & suæ limpidissimæ cognitionis lumine percipit, vt nihil eorum q̃ nos hic agimus, C cogitamus aut dicimus, illum possit latere. Notandũ verò, q̃ non dicit tñ, seculũ nostrum tu conspicis aut vides: sed dicit, seculũ nostrum posuisti in illuminatione vultus tui. Sic.n. est diuinus intellectus in cognitione rerum oĩum, quõ si oculus humanus de seipso diffunderet lumen, per quod rẽ exterius positã sibi faceret perceptibilem. Nã vt oculus talis opus nõ haberet ad colorũ distinctionẽ qualibet alia re illuminante, neq; illius obstaret perceptioni, q̃ res in tenebris essent positę, qm̃ quidẽ ipsemet in suo lu D mine rẽ sibi faceret visibilem, nec egeret alieno lumine, nec impediret tenebris: ita & diuina mens superbenedicta, nullo indiget lumine alieno, vt nostrum seculum conspiciat, vt nos & nostra quæ hic agimus discernat: non opus habet aliqua illuminatione vel solis, vel lunę, vel lucernæ ardentis: sed ipsamet lux est limpidissima, in qua cernit oĩa, vt meritò dicatur ipsemet ponere seculum nostrũ in illuminatione vultus sui. Vñ per quẽdã Sapientem rectissime dr̃, Oculi dñi lucidiores sole. Nisi n quod prædictum est respiceret, non diceret oculos esse solẽ lucidiores, sed oculos eius diceret ad videndum clarissimos, supra vilum oĩum oculorũ. Dicens autẽ oculos sole lucidiores, significat ipsam mentẽ diuinã sua propria illuminatione oĩa cognoscere, multo melius q̃ ea q̃ corporeo visui obiecta sunt, in lumine solis discernant. Vñ & in alio loco Psalmista, Et dixi, forsitan tenebrę cõculcabunt me, & nox illuminatio mea in delitijs meis. Quia tenebræ nõ obscurabunt à te, & nox sicut dies illuminabitur: sicut tenebrę eius, ita & lumẽ eius. Cuius intellectũ difficilẽ qdẽ, sed pdictis bene cõformẽ (si libet) suo loco require. ¶ Versu. 10 Anni nostri sicut aranea meditabunt. Mirum est, q̃ dicat annos nostros meditari, siue exerceri, vt araneã. Non n. ipsi tpi vitæ nostræ conuenit meditatio vel exercitatio ista, fm̃ aranei similitudinẽ. Accipienda ergo est eloquutio illa impropriè, ut idem ualeat qd, Nos in annis nostris meditamur, exercemur, sicut araneus, pleriq; nostrum operationes similes exercent, quales exercet araneus. De hac aũt comparatione, multa satis in Elucidatione breuiter indicauimus, quæ si quis dilatare uelit, id quod unicuique uel paululum mẽtis habenti factu perfacile fuerit, inueniet, cõparatione aptissima operationi aranei uitam humanam assimilari. Quibus et pòt adiici, q̃ aranea omnem suum laborem uſ impendere ad hoc, ut animalcula innoxia prædetur & interimat. Opus enim eius cũ imperfectum fuerit, nõ aliud q̃ laqueus est, retequo muscæ, ac huiusmodi capiantur. Et cũ uenatione muscam cœperit statim accurrit, ut exugat sanguinẽ. Ita pleriq; mortalium, impij ucz & iniusti homines omnem impendunt solicitudinem & diligẽtiam, ad decipiendum seducendumq; & opprimẽdum innoxios. Videmus & hoc araneum multo minus liberum ac tutũ esse, & magis coangustatum facilius posse cõprehendi, atq; uocari, post opus tale perfectum, post domum consummatã, quã añ potuerit. Nã añ ædificatã domũ, mox ubi uel flatum lenẽ persenserit, magna celeri-

Eccle. 23 (margin, beside "ardentis")

Ps. 18 (margin, beside "co Psalmista")

celeritate lõge aufugit,& euadit periculũ. Cũ verò intra domũ ædificatã fixerit iã habitationẽ,nõ nouit nisi in cubiculũ in tectus se subducere è propatulo: in quo, dũ non conspicit,securũ se putans, plerũq; simul cũ sua aranea araneus inuoluit,atq; in terrã prostratus calcat, vt eij ciat venenosa viscera, ac pereat,q donec viueret,innoxia oppressit,interemitq; animacula. Ita & auari hoĩes, huius seculi filij,multo minus tuti sunt,liberi,& securi, post suas ędificatas telas,post sua ędificia magna & alta consummata,q̃ fuerant antequã quicquã oĩno ędificassent aut possedissent. Diligunt n.telas suas & quantumuis metus magnus ingruerit, nõ volunt relinquere telas quas ædificatũt,sed abscondunt sese in diuitijs quas cõgesserunt,& in operibus quæ extruxerunt, fiduciã habẽtes,ꝙ saluari possint in eis,donec tandẽ veniat q ipsos latitãtes,& vide ri se nõ putãtes,humiliter vsq; ad terrã,& pedibus cõculcatos, in infernũ irremẽdũ proijciat,ppetuo tot quẽdos: sicut & ipsi dũ uiuerent in telis suis,tortores fuerant simpliciũ. Verùm hæc impijs peculiaria sunt,illa aũt quæ in Elucidatione posita sunt,generaliter plerisq; mortaliũ cõueniunt,ẽt ijs qui absq; iniustitia & fraudibus viuunt. Pot ẽt meditatio ista aranei accõmodari ad solicitudiñe humanę vitæ ĩ qua viuimus. Araneos. n. experimur, præ cæteris aĩalibus maximè solicitos & timentes, Dum.n.resident in arce sui cubilis,plerunq; dimidio corpore in foramẽ cõclauis abscõditi,ita quasi excubias vident agere: vt q̃ primũ vel leuiter tela contacta fuerit, cernant ad interiorẽ suã munitionẽ sese retrahere; atq; illic sese abscondere,donec ad experiẽdum,verum ne periculum sit an nõ,iterum caput efferant. Sic in ppetua videnẽ agere solicitudine. Nec aliter se habet oĩs vita hoĩum, quæ in magna solicitudine ducit.dum ad quẽlibet leuẽ timorẽ hõ metuit frequenter vbi nullus est timor. Nec illud ꝓ simplicioribus inutile fuerit annotare,ꝙ aranea apud probatiores authores linguę Latinæ telã ipsam potius, q̃ aĩal inuenit̃ significare:animal aũt ipsum qđ telã texit, genere masculino,araneus appella: ur. In præsenti tñ loco,araneam genere fœmineo, vulgata lectio ponit pro animali texente,non pro tela quæ texitur: quo ẽt subinde apud Poetas,atq; adeò apud ethnicorum Poetarum principẽ,Virgilium aliqũ inuenit vsurpatum. ¶ Versu eodem, Dies annorum nostrorũ in ipsis septuaginta anni Facilior esset sermo,si tm̃ diceretur, In diebus annorum nostrorum septuaginta anni,aut dies annorũ nostrorũ septuaginta cõtinẽt annos,aut septuaginta annis cõstant. Cum verò præmitti dies annorũ,ac deinde replicat̃, in ipsis, ita difficilior reddit̃ oratio, nominatiuo F illo primo absq; rectore pp alterũ interpositum relicto. Verũ id non est scripturarum vsui infrequens, & alias nõ semel similia admonuimus,velut Psalmo decimo,Dñs in cœlo sedes eius. Et alibi,Dñs ipse est Deus. Quantum verò ad sñiam, Eccl. 1. nota ordinem huius partis ad præcedentem,qm̃ in parte priori fiebat mentio de afflictione & labore qui est in vita hoĩs, hic aũt de eius breuitate. Duo.n.hęc sunt. quæ præsentẽ vitã faciunt contemptibilẽ,& aliquo mõ vilẽ ac miserã: videlicet ꝙ vita sit plena laboribus, iuxta quod Sapiens ille dicebat,Oĩa quæ fiunt sub sole Sapien. 2 non esse nisi vanitatem,laborem,& afflictionem spiritus: deinde,ꝙ tantæ sit breuitatis,tantæ celeritatis, vt non nisi pro vno die,imò non nisi pro noctis vna vigilia mereatur computari. Duo hæc in libro quoq; Sapientiæ coniungunt impij ad impietatem sese exhortantes, Exiguũ, inquiunt,& cum tędio est ips vitę nostrę. Vbi dum exiguum dicunt,posterius notatur eorum quæ diximus:dum verò adijcitur,& cum tædio,prius indicatur, videlicet quæ est in vita præsenti afflictio spiritus. ¶ Versu 11. Si autem in potentatibus, &c. Ad perfectum sensum eliciendum expediret hunc versum coniungi cum precedẽti, ipsumq; hoc principium legi vt quandã parenthesim,ad hunc modum,Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni(si aũt in potentatibus, octoginta anni)& amplius eorum labor & dolor:vt sit hic sensus,Duratio vitę humanę annos cõplectit̃ septuaginta (aut fortè in validissimis & robustissimis quibusdam, octoginta) quod verò vltra hunc terminum est, reliquum vitę eorum,

rum, certè labor & dolor est. Valet. n. hoc in potentatibus, ac si dicamus, in robustitatibus, in iis qui singulariter forti & robusta sunt cõplexione præ cæteris. Debet aũt terminus iste humanæ uitæ hic assignatus sic acci pi, vt ad quẽ possint homines sani & bene valentes, cũ bono robore, absq; dolore & afflictione pertingere: sm cõem uidelicet cursum, usq; ad annos septuaginta, ex maxima aũt cõplexionis fortitudine, usq; ad octoginta. Qđ satis aperte in Paraphra. Caldai. innuitur, quæ septuaginta annos dicit fortitudinis. Dies, inquit, annorum nostrorũ se B ptuaginta anni fortitudinis. Vnde patet, periodum siue durationem humanę uitę multum esse imminutã citra tps Moysi, si hic (iuxta tituli prænotationem) dicatur Psalmi author, uel citra tps Dauid si ipse Psalmum dicatur conscripsisse. Quapropter, male ex hoc loco arguunt quidã, periodum & durationẽ humanæ uitæ iam eãdẽ & æqualẽ hre speciẽ humanã, quam tam habebat tpe Moysi, eo ꝙ etiã nunc multos uideamus uiuere vsq; ad annos septuaginta, paucos quosdã (sm cõparationẽ loquẽdo) ad annos octoginta, imò C nonnullos, sed paucissimos, ad annos nonaginta, aut centũ. Sed decipiuntur qui istud asserere conantur, nõ recte intelligẽtes quod hic de numero annorum vitæ humanæ dr. Non n. ipsa extrema duratio humanæ uitæ assignat à Moyse uel à Danide, ad quam posset humana uita pduci, etiam cum dolore & afflictione, sed illud tps, quo in vigore põt hõ pmanere & bona qualicunq; ualetudine absq; vitæ tædio, cum vsu bono sensuum & mẽbrorũ psistere. Nã Moyses cui hunc Psalmum plerią; Hebræorum ascribunt, aut D saltem, cuius tps pp inscriptionem tituli vr̃ cõsiderari debere, centum & viginti annis vixisse inuenit. Vnde post annum
Deut. 34 septuagesimum vixit annos quinquaginta.
Iosue 24 Iosue quoq; mortuus est, cẽtum & de-
A cẽ annorum. Sed & ex naturali rõne pulchre id demõstrari põt, nõ posse fieri sm naturã, ut eãdẽ nunc sit humanæ speciei periodus, quã tunc describit habuisse, ꝙ nimia tpum mora intercesserit. Nos rẽ istã totam cum declaratione loci ex Psalmo propositi, ex ipsa radice pleuissime tractauimus in libris de ꝯsideratione rerum naturalium, cap. 21. lib. 8. ubi oñdimus, qđ sit in cã, quur in diuersis mundi ætatibus periodus humanæ uitæ ꝯtinuo deficiat, deficietq; donec pstabit cursus iste tpum, tã ex authoritate scripturæ sanctæ q̃ ex demõstratione rõnis naturalis ac naturalis Philosophię principiis. ¶ Versu eodem, Et amplius eorum labor, & dolor. Verior snĩa ista esse vr̃, ꝙ superest, vel qđ est residuum ultra septuaginta annos uel in fortissimis vltra octoginta, afflictione & dolore est plenum, & uix intra uitæ terminũ meret cõputari, cum post terminum illum uita sit quasi ñ uita, estque ille quotidianus defectus corruptionis mors potius dicenda q̃ uita, & verius mortis protractio, siue expectatio, quã prolõgatio uitę. sm quã intelligẽtiã amplius C eorum, valet, amplius vltra illos annos, i. ꝙ ultra nos annos est. Quidam tñ sic intelligunt, Maior pars annorum uitæ nrę est labor & dolor, cũ maiorẽ partẽ tpis nr̃i in labore & dolore consumimus, uariis obnoxii corporis necessitatibus, in fame, siti, frigore, opprobriis, curis, molestiis, extrinsecus & intrinsecus obueniẽtibus, & aliis mille malis. Quã snĩam vr̃ habere lectio Psalterii Romani, quod loco amplius, habet plurimum, inquiẽs, eorum labor & dolor, hoc est, potior pars annorum nostrorum labor est & dolor. Gręca aũt lectio utranq; patitur expositionẽ, quemadmodum & lectio nostra uulgata Gallicani Psalterii. Nam si hãc uelis secundam intelligentiam, tantum, amplius eorum, accipe, ut ualeat, potius eorum, uel maior pars.

## XC. PSALMI ARGVMENTVM.

*Securitatem hoĩs in Deo habentis fiduciã, mira iucunditate hic psalmus depingit, ostendẽs ẽñ quin adiutorio oĩpotentis per bonã spem inhabitat & in protectione altissimi cõmemorabitur, Dñum, in protectorẽ atq; refugiũ suum eligendo, ab oĩbus insidiatorũ laqueis & mortis amaritudine in per Deum liberari, sub eius scapulis & alis, quo solent pupilli sub alis maternis tutari.*

*nutari, veritate Dei vt scuto circundari, vt nullũ debeat periculũ metuere, neq; p noctem, neq; per diem, neq; ex insidijs, neq; in aperto, neq; à quantolibet hostium numero de quibus oĩbus ex Dei munere talem in Deo speranti pmittit victoriã, ut hinc inde cadent hostes deuicti, & ipse saluus absq; oĩ nocumento euadat gloriosior adijciens ẽt hoc, quod oculis proprijs aliqñ sit puni tionem inimicorũ suorũ conspecturus. Quæ oĩa illi hinc dicit prouenire (quemadmodũ ab initio indicauerat) q diuum Deũ altissimum posuerit suum refugium, unde fit, vt nullũ malum ad ipsum possit accedere. Peculiariter etiã ex singulari angelorum auxilio, quibus Deus præceptũ dedit super electis oĩbus in se confidentibus, q eis debeãt in omnibus vitæ huius vijs alioqui uix pertransibilibus absq; summo discrimine assistere, ne ullum aliquando patiantur scandalũ, & in mortem corruant filij regni, quos ad uitã Deus prædestinauit. Insuper & hoc pollicetur versu decimotertio, omne serpentium genus, & omnem inimici rabiem atq; astutiã, nihil illi nocitura, qui erga Deum corde fuerit bene fidenti. A uersu aũt decimoquarto usq; ad finem, Deus ipse bene sperantem alloquens introducitur, quæcunq; sub Prophetæ persona iã prædicta fuerant, sui verbi indubitata assertione corroborans atq; confirmans vitæ etiam æternæ beatitudinem post liberationem ab omnibus periculis fideliter promittens.*

## XC. PSALMI ELVCIDATIO.

*VI habitat in adiutorio altissimi, in protectione Dei cœli commorabitur.*

Qui suam habitationẽ & mansionẽ elegerit in auxilio omnipotentis Dei, non cõfidens in proprijs viribus, neque spem ponens in hoĩe, aut in diuitijs, aut in piãte, aut seculi prudẽtia, aut alia qua cunque hmõi vanitate, sed totã suã spem constituit in domino, hmõi homo permanebit & commorabitur in defensione Dei altissimi, regnantis in cęlis, huic pro habitaculo firmo & secura mãsione erit benigna omnipotentis Dei protectio, à qua diuinæ protectionis securitate exclu duntur, qui alibi quàm in adiutorio altissimi eligunt suam habitationem.

2 *Dicet domino, susceptor meus es tu, & refugium meum :*

Qui hmõi fuerit, cum multa fiducia dicet domino, Tu es defensor meus, cuius pro tectioni in cunctis mihi obuenientibus malis volo inniti, tu quoq; meum es securũ refugiũ, & quasi arx ualida, quasi locus munitus, ad quem semper in omnibus periculis volo confugere, & quasi ad asylum & salutis locum :

* *Deus meus sperabo in eum.*

deniq; tu es Deus meus, & mea oĩa, & in te totam cordis mei ponam fiduciam.

3 *Quoniam ipse liberauit me de laqueo uenantium :*

Tu namq; es qui tibi fidẽ: em hactenus liberasti, & liberabis (uti non dubito) & imposterum, de laqueis & insidijs oĩum inimicorũ meorum, qui ad modum uenatorum pauperculam aĩam meam summo studio & sedulitate maxima psequũtur, ut eã interimant, ponuntq; laqueos multiplices & varias insidias, ut illaqueatã in eis aĩam meam morte afficiãt, quo G modo solent venatores maximis laboribus psequi innoxia animalcula & laqueos ponere, foueas effodere, aliasq; insidias struere, tũ ut illa possint comprehendere, & uita priuare :

* *& à verbo aspero.*

liberasti tu quoq; me hactenus, & liberabis (vti cõfido) imposterum, à verbo illo aspero, ab illa terribili suã dãnationis æternæ, q super oẽs illos aliqñ est pferẽda, quos illi venatores suis laqueis apprehenderint, qua cuncti iniquitatis operarii in ignem æternum iubebuntur absce H dere cum suis venatoribus, à quibus illa queati se pmiserint. i. cum diabolo & angelis eius, à quo se piter necessitatẽ superari pmiserunt, cũ in auxilio Dei potuissent superare oẽs illorũ laqueos. Quod sanè verbũ erit nimiũ asperum, nimiũ terribile, penetrabilibus oĩ gladio ancipiti, pertingens vsq; ad internacionẽ & perditionẽ, nõ corporis modò, verũetiã spũs & animæ. Ab hoc. n. aspero uerbo me liberasti, dum in laqueos venatorum non peruenire, aut certã in eis nõ permanere mihi dedisti.

Mat. 25.

Hebr. 4.

4 *Scapulis suis obumbrabit tibi:*

Vox prophetæ ad eũ qui habitat in adiutorio altissimi. O tu qsquis es, q sic, vt modò dictum est tali, confidentia habitas in adiutorio altissimi, quã bene tibi erit, & quã eris securus in tua ista fiducia. Ecce Deus ipse ĩ quo habes fiduciã, suæ potentiæ fortitudine tibi obumbrabit, quasi scapulas suas super te expandet, suum auxilium super te faciet apparere, ut nocumẽti nihil ad te possit pertingere: quõ cum pater scapulas suas & humeras obiicit pro filio, ut is qui paruulo nocere cupit, non possit, obstaculum præbentibus latis obumbratis patris scapulis,

* *& sub pennis eius sperabis.*

& sub expãdis alis misericordię te bonitatis eius securus ages, & confidẽdo tuus eris ab omni aduersariorum nocumento, quõ pulli gallinæ sub alis & pennis maternis agũt securi, qui cum extra alas euagantur, accipitris, aliarumq; rapaciũ auium patent unguibus, suntq; direptioni & morti expositi.

5 *Scuto circundabit te ueritas eius:*

Quasi scuto circũdabit te ueritas & fides eius, sic te eius certissima ueritas ex omni parte, securum custodiet, quomodo is qui scuto undiquaq; circundatur, nulla ex parte vulnerari potest,

* *non timebis a timore nocturno.*

non erit timor tibi, neq; periculũ, sed in securitate deges, quæcunq; tãdẽ tentatio obuenerit, & primũ qdẽ nõ timebis ab oĩ terrore q p noctẽ põt occurrere, nulla tibi tẽtatio occulta quasi per noctis tẽpus ex occulto & ex latebris ꝓueniens, poterit prænalere, ab omnibus nocturnis huiusmodi terroribus atq; periculis eris securus ut non te superent in domino confidentem. In aduersissimis quoq; casibus nullum patieris nocumentum, Deo tibi assistente in omnibus.

6 *A sagitta uolante in die.*

Neque ẽt nõ timebis à periculis quę per diẽ possint obuenire, nihil tibi nocere poterit malorũ quę p diẽ obuenerint in aperto etiamsi sagitta aduersum te iactetur nõ tibi infigetur non ea uulneraberis, si tẽtatio aliqua manifesta, sed leuis tibi aduenia?, nõ te feriet mortali uulnere: In prospero quoq; rerum statu, quãdo nihil apparebit nubilum, sed uidebunt serena tibi & pacata oĩa Dei custodia similiter tutus perstabis, qui & in ꝓsperis & in aduersis tibi adferet auxilium:

* *à negotio perambulante in tenebris.*

itẽ illęsum te seruabit ab omni malo q̃d in tenebrarum latibulis obambulat, à tẽtatione graui, molesta & diuturna quæ te multum, & diu, quasi circumeundo & circumambulãdo molestat, ut tãdem vel importunitate uincat, aut ex occulto tandẽ aliquando te opprimat, si quando te uideat minus paratum.

* *ab incursu & dæmonio meridiano.*

tandem ẽt ab omnibus insultibus apertis & manifestis oppugnationibus eris saluus, cuiusmodi sunt quæ p uim fiunt, claro tempore meridici & ab inimicis huiusmodi sic aperte per vim tentationũ oppugnantibus æque salueberis in diuino auxilio, ut ab illis negotiis tenebrarũ, hoc est, non tibi poterunt aduersarii dęmones pręualere, propter diuinam custodiam, quoscunq; tandem modos adinueniant quamcunq; tandem uiam experiãtur, siue occultè nocere cupiant, quasi in occulto tenebrarũ, absq; oppugnatione aperta, sub latibulo aliquo, siue etiam apertã persequutionem aut tentationem oĩ sibi cõcessa uirtute aduersus te exuscitent, etiamsi in omni sua virtute aduersum te conentur, & aperte te oppugnẽt nihil patiaris incommodi.

7 *Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis.*

Pugnante pro te Deo tuo ꝓtectore, prosternent in terrã, & ad nihilum redigentur oẽs aduersarii tui, qui tibi nocere q̃sierint, concidentq; superari ab vtroque latere tuo in maximo numero, ab hoc quidẽ latere, nempe sinistro, mille, & ab altero latere dextero (q̃ est pars fortior) decem milia, id est, absq; numero cadent ex omni parte, ex qua te oppugnauerint siue à dextris, si ne à sinistris, & hostiũ cuneos ita penetrabis securus, sicut eũ bellator robustus & prævalidus, dextera læuaq; multos prosternens, ictui sui gladii, hostium agmina perrumpit & pertransit illesus:

* *ad te autem non appropinquabit.*

tibi verò non poterit ad nocedũ appro-

pinquare ne unus quidem aduersariorũ tuorũ, nullus oĩo oĩbus oppugnantibus ita tibi poterit approximare, ut expugnet ut pręualeat, ut quod molitur obtineat.

8 *Veruntamẽ oculis tuis cõsiderabis, & retributionem peccatorum uidebis.*

Quod uero amplius est, etiam tuis oculis aliquãdo cernes, & uidebis dignã impiorum, qui te modo persequũtur, punitionem, uidebis hisce tuis oculis, illorũ ex Dei iudicio condemnationẽ in tempore illo ultionis, in nouissimo die, qñ sententiam mortis & damnationis ęternę uidebis aduersum illos proferri, & executionem terribilem accipere.

9 *Quoniam tu es domine spes mea.*

Omnia autem hæc iã singularia diuinæ ptectione beneficia inde tibi procedũt quoniã dominum Deum posuisti spem tuã & fiduciã habuisti in dño Deo tuo:

* *altissimum posuisti refugium tuum.*

qm̃ non in caducis & inferibus his constituisti fiduciã, sed ipsum omnipotentẽ, & omnium altissimum dñm tu elegisti in refugium tuum, ab illo postulans & sperans optimè protegi atq; tutari.

10 *Non accedet ad te malum:*

Et quoniã ipsum, qui est altissimus, dñm Deum posuisti tuum refugiũ, idcirco nõ poterit tibi ullum malum appropinquare, nullũ te malum ualebit apprehendere ut nocumenti quicqum inde sustineas:

* *& flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.*

& nullũ flagellũ, nulla pestis, nullũ uerò malũ poterit ad domũ mãsiõis tuę intrare, eris in tuo illo tabernaculo, qd ĩ altissimo tibi posuisti, ab oĩ malo, & ob omni peste malitiæ securus. Is enim, in quo refugium tuum posuisti, altissimus, te sibi fidentem, ab omni malo seruabit, & noxia omnia longe profligabit.

11 *Quoniam angelis suis mandauit de te, ut custodiant te in omnibus uijs tuis.*

Ipse enim tui solicitam curam gẽres mãdatum pręceptumq́, dedit angelicis spiritibus ministris suis, de tua diligenti & firma custodia, uidelicet ut te diligenter custodiant atq; obseruẽt in oĩbus viis tuis quocũq; perrexeris, ut in omnibus actionibus, ad quas uolueris manũ extendere, assistant tibi, teq; ita obseruent, & illa-minãdo, perficiẽdoq; dirigãt, ut in nullo à uia recta deuies, neq; ad dexterã, neq; ad sinistrã declinas, neq; ab ulla aduersariorum pãte te patiantur nocumentũ accipere, ita ve; angelicos suos ministros tibi administratorios & custodes cõstituẽs, qũo solet pr̃ filio unice dilectio assignare custodes, suisq; ministris solicitissimè mandare de filis obseruatione atque custodia. Heb.1.

12 *In manibus portabunt te:*

Atq; hi administratorii spũs accepto hoc Dei mãdato solicitissime pfectissimeque iussa cõplere satagẽt, teq; fidelissime oĩ cura & studio custodiẽt ita ut quasi ĩ manibus te portẽt p uiã quã ambulare uolueris in cũctis actionibus tuis, ita tibi suo adiutorio assistẽdo, ita manifestũ pstãdo auxiliũ, ut in ulnis te gestare videantur,

* *ne forte offendas ad lapidem pedem tuũ.*

ne quo mõ cõtingat alicubi te pedem offendere ad lapidẽ, uel aliud qdlibet uiæ offẽdiculum, ne ullũ usquã scãdalum patiaris, ne usquã qcquã accipias nocumẽti in uia quã ambulas diuinorum pcepto rum, sitq; tibi adamanti legem dñi pax multa & nullum scandalum.

13 *Super aspidẽ & basiliscum ambulabis.* Psal.18.

Deniq;, nec vniuersum serpentũ genus tibi quicquã nocere poterit, sed absq; læsionis nocumento, perãbulabis sup aspidem basiliscũ, & similiter & super aliarum specierum serpentes, cuiuscunq; tãdem malitiæ aut in fectionis fuerint, nihil tibi mali illorum uenenum inferres,

* *& conculcabis leonem & draconem.*

imo neq; leonem neq; draconem in uia timebis, sed securus & īperterritus in uia tua cõculcabis eorum capita, tñ leonum ferocissimum sit aĩal, draco astutissimũ, tu tñ & illius ferocem fortitudinem, & huius nociuã astutiã ęque uictor calcabis atq; superabis, hoc est, nulla virtus inimicorum, siue infirmorum, siue fortiorũ siue magnorũ siue paruorum, tibi nocere poterit aut pualere. Ecce. n. altissimus quẽ posuisti refugium & spem tuã, dedit tibi ptãtem calcandi super oẽs serpentes & scorpiones, sup omnem uirtutem inimici, & sicut ipse prior uicit mali gnum, iudicatũ, condemnatum, ac foras eiectum, ita & tibi dedit potestatem hunc quoque Lucæ 10 Ioan.12. & 16.

quoque vincendi malignum.

14 *Quoniam in me speravit, liberabo eum:* Vox Dñi istū cui hactenus te meum Prophetā audio loquentem, & cui te audio magna fuisse pollicitum, ego (iuxta verū verbum tuum) liberabo & saluum faciam ab omni malo, pp quod in me spē & fiduciam constituerit, fm fidem ipsius faciam illi, & non eum frustrabor, neq; cōfundam ab expectatione sua, qm non noui ego in me sperantes derelinquere:

* *protegā eum, quoniā cognouit nomē meū.* ego eum defendam oibus aduersarijs & omni malitia, eo q̄ nomen meum cognouit, eo quod in me credidit & sperauit, atq; vt patrem, dominum, protectorē & saluatorem inuocauit.

15 *Clamauit ad me, & ego audiam eum:* Ipse ad me ex corde fideli nihil hæsitans clamauit, cōfidens de exauditione, q̄ postulata esset accepturus & ego nequaquā illū frustrabor, sed qđ postulauit cōcedā, eiusq; supplicationi benignus annuam:

* *cum ipso sum in tribulatione:* adero illi in tribulationibus & angustijs, qm prope sum ijs qui tribulato sunt corde, &, oibus me in veritate inuocantibus,

* *eripiam eum, & glorificabo eum.*

Psal. 33. adero, inquā, vt fiā ei adiutor in opportunitatibus in tribulatione, vt eum de tē-
Ps 144. tatione & periculo eripiā, vt eum liberē à malo, & mea singulari protectione glo-
Psal. 4. rificabo eū, exaltabo caput eius sup oēs inimicos eius, donando illi gloriosam de cunctis hostibus victoriam.

Ereptum etiam de tentationibus omni-
Psal. 26. bus huius militiæ super terram, saluum faciam, & magnificè sublimabo in regno meo & gloria cœlesti.

16 *Longitudine dierum replebo eum.* Adimplebo illum de laboribus & periculis huius vitę translatum, dierum longitudine, perducam illum ad tpa æternitatis, quorum erit fine fine in immensum longa duratio, viuere illum faciam in perpetuis ęternitatibus,

* *& ostendam illi salutare meum:* faciāq; illū meę salutis percipiē, meā salutē illū videre gustare, experiri, & possidere faciā, & mea gloriā, meā diuinitatem (quę est salus & vita oīum beatorum) ego illi ostendam, ita vt faciē mę cōtueatur ad faciem, quō videt hō facie ad faciē amicum & proximū suum, ut qui in hoc tpe in me sperauit, quē nō uidebat, in æternitate perpetua meæ diuinitatis uisione atq; perfecta fruitione me cum lætet, per omnia sæcula sæculorum, Amen. 1. Cor. 13

## ANNOT. IN PSAL. XC.

VErsu 1. Qui habitat in adiutorio altissimi, in protectione Dei cęli cōmorabitur. Secunda pars huius versus, quātum ex ipso mō q Latinæ eloquutionis, incertū est, an simul dēat iungi cum præcedenti abſq; snīæ cōplemento, ut debeat ad cōplendum snīam adiungi proximē sequēs uersiculus, an ita separatim legatur, ut cōpleat snīam abſq; illius annexione. Iuxta priorem illum modū hęc foret sententia, qui in adiutorio altissimi habitat, & q cōmorabitur in protectione altissimi, hic dicet dño, susceptor meus es tu, &c. Iuxta posteriorem modum, hęc est sententia, Qui in adiutorio altissimi habitat, hic commorabitur, & securus deget in protectione Dei cœli. Ac deinde dimisim subditur, Hmōi dicet dño, susceptor meus es tu. Quā cōnexionē nos in Elucidatione solam expressimus, q̄ hæc sit verisimilior: id quod tam ex Hebręo, quām ex Græco est manifestum. Vtrobiq; n. ponitur nudum participiū, loco huius, qui habitat, ad hunc modum, Habitans in adiutorio altissimi, in protectione Dei cœli cōmorabitur, ubi apertē est non nisi primā sententiā posse accipi. Posito. n. participio, cessat illa suprapo sita ambiguitas. Deinde, in Hebræo verbum initio sequentis uersus positum, primæ personæ est, non tertiæ. Sic. n. legunt, Dicam Deo, &c. Propter quod, nō potest uersus præcedens, qui habet verbū personæ tertiæ, apertè coniungi sequenti habenti verborū personæ primę. ¶ Versu 3. Quoniā ipse liberauit me de laqueo venantium. Venatores istos quos poterimus cōmodius intelligere quam ipsos illos obfirmatissimos & uigilantissimos hostes nostros, malignos dæmones? Optimè. n illis uenatorum conditiones conueniunt. Nam sicut uenatores summa diligentia & assiduitate feram sectantur inter-

interdum per plures dies neq; cibũ neq; E
somnum vllum cõmode capiẽtes, frigora
& calores patienter tolerantes, insuper
currẽdo, cornu sonãdo, & canes insequẽ-
do, mirum in modum sese fatigãtes, nul
lis parcentes laboribus, non à cursu & p-
sequutione cessantes, donec vlla est feræ
adipiscendę spes reliqua; ita p oĩa nr̃i isti
aduersarij, summa diligentia & vigilãtia
nostrarum aĩarum quærunt perditionẽ,
nihil æque optantes ac perimere nostras
1.pet.5 animas, cuius ẽt gratia (ut Petrus Aposto
lus ait) tanquam leones rugientes perpe
tuò nos circumeuntes, quærentes quẽ de- F
Ephes.6. uorẽt. Neq; caro & sanguis ipsi sunt, cum
qbus est nobis colluctatio, vt ait alter ille
gentiũ Apostolus, sed spiritalia nequitiæ
in cœlestibus, mundi rectores tenebrarũ
harum, qui eo q carnẽ & sanguinem nõ
habẽt, nulla cibi necessitate, nulla somni
indigentia, à tentatione & persequutione
auelluntur, sed in sua malitia æquè semp
vigiles & alacres persistunt. Insuper uena
tores videmus non tã ipsa carne delecta-
ri ferarum quas persequuntur, neq; tam
pretium requirere, q̃ ipsam animantiũ in
terfectionẽ (neq;.n. multum solent uena- G
tores auari inueniri, neq; multũ in esu fe
rinarum carnium consueuerunt oblecta
ri) sed præcipuũ gaudiũ quod ex venatio-
ne accipiunt, tum hñt, cum hasta sua vena
toria datum fuerit bestiã ↄfodere, Ibi vi-
delicet serio triumphant, ibi voluptas est
præcipua, quam requirunt. Et cũ ferã cõ-
tigerit sua uelocitate illorum manus effu
gere, uehementissime sibi indignant, non
q pellem, aut carnem perdiderint, nõ cã
cibi aut lucri perditi, sed ob hoc tñ, q be
stiam non peremerint; quæ illis nihil
nocuit. Hac.n. causa ẽt nobiles principes H
quoties magnifice animum releuare uo-
luerint, ad syluas consueuerunt venatum
egredi (quod indubitatum est) neq; cibũ,
neq; lucrum quærentes, sed gaudiũ illud
quod ex innoxiorum animalium timida
fuga, ac deinde uiolenta interfectione cõ
cipiunt. Atque ita profecto nostri isti ho
stes peruersissimi, non aliud quærunt, q̃
nr̃am perditionẽ. Neq;.n. suũ bonũ quæ-
runt, dum nos persequuntur, sed tantum
nostrum malum: neq; vllum ipsi lucrũ ex
nostra interfectione norunt, sed nr̃a ip-
sa mors, quãquã nullum inde cõsequant
commodum, est tñ illis voluptati, & mi-
rum in modũ ad hoc anhelant, vt nos vá
leant morte perimere. Neq; id sanè mi-
rum. Cum.n. contrarij sint hi impijssimi
diaboli optimo & clemẽtissimo dño Deo
nostro, consequit, vt quõ ipse nostri est
amantissimus, & nihil æque optat ac no-
strã salutẽ & vitã, oĩno nolens mortem
peccatoris, neq; delectationẽ accipiẽs in
perditione viuorũ, ita illi nobis inimicis
simi nihil æque concupiscunt q̃ perdi-
tionẽ & mortẽ animarũ nostrarum: neq;
maior illis pôt contingere voluptas, q̃ in
morte hoĩum & perditione viuorum. De Ezec.33.
his venatoribus meminimus dixisse nos Sapien.1
quędã ẽt in Annotationibus Psalmi qua
dragesimi primi, in enarratione versus
primi, Quemadmodũ desiderat ceruus ad
fontes aquarum, ita desiderat aĩa mea ad
te Deus. ¶ Versu eodẽ, Et à verbo aspero.
Verbum hoc asperũ, in Elucidatione su-
mus interpretati, mortis atq; cõdẽnatio
nis æternæ terribilẽ sñiam: à quo verbo
per Deum liberat, quisquis à peccato ser
uatur. Pôt ẽt verbũ asperum, intelligi ma
ligna persuasio, aut vana suggestio peruer
sorum, aut praua impiorũ doctrina, quæ
bonis verè asperum, verè amarum verbũ
est, tametsi aliter peruersis videat. Ab hoc
aũt aspero verbo electos liberat Deus, cũ
eos mala suggestione aut pestifera impio
rum doctrina seduci non patitur. Pôt ẽt
verbum accipi pro re, vt sit sensus, Ab om
ni re praua & noxia. ¶ Ver.4. Scapulis
suis obumbrabit tibi. Vertit hic Propheta
sermonẽ ad ipsum qui confidit in domi
no, de quo hactenus sub persona tertia, p
tres versus loquutus fuerat, incipitq; iã
illum alloqui sub persona secunda, dicẽs,
Scapulis suis obumbrabit tibi, &c. vsque
ad versum decimumquartum, vbi domi-
nus ipse introducitur loquens & confir
mans ea quæ prius per Prophetã à Pro-
phetico spiritu fuerant prædicta. Notan-
dũ verò, q per scapulas rectè intelligi-
mus Dei fortitudinem, sub qua protegũ
tur fideles sperantes in dño. Hoĩes.n. la-
tas habentes scapulas, robustos dicimus,
vt meritò in scapulis fortitudo intelliga
tur, Vnde obumbratio ista scapularum, re
ctè accipitur protectio fidelium, Ex Dei
poten-

poteti adiutorio. Nihil .n. aliud est, Scapu A lis suis obûbrabit tibi, q̃ scapulis suis operiet te, sub scapulis suis te occultabit & ꝓteget. Sperabis aût in secunda parte, idem vr valere quod confides vel confidenter ages, id est, securus eris, vel tutus ages: vt sit sensus, Sub pennis eius ages securus.
Hier. 23. Confidenter .n. interdû valet securè, quẽadmodû cum apud Prophetã dr̃, Israel habitabit confidenter, i. securè. Pulchrè hunc versum explicat Chal. Paraphrasis, hoc pacto, Vmbra diuinitatis eius obumbrabit tibi, & sub vmbra gloriæ eius secu
Psal. 16. rus consistes. Manifestũ est aût, sumi hic B cõparationem à pullis gallinarum, qui sub matrum alis degunt securi, nec rapacitatẽ metuunt accipitrum. Secundũ quã cõparationem & in alio Psalmo dr̃, Sub vmbra alarum tuarum protege me, à facie impiorum qui me afflixerunt ¶ Versu 5. Scuto circundabit te veritas eius. Scuto circundabit, id est, admodũ scuti circundabit, tanquã scuto ex omni parte cõmuniet, facietq; securum: vt est bene securus, qui validissimo scuto est circundatus. Quę aût sequuntur de timore nocturno, sagitta volante in die, negotio in tene C bris perãbulãte, & dæmonio meridiano, à diuersis diuersimode exponunt. Simpliciter ita pñt intelligi. Veritatẽ Dei te protegente, eris ab omni nocumẽto securus, siue quod per noctẽ obuenire poterit, siue quod per diẽ, siue quod ex occulto, siue quod in manifesto. Nã his quatuor modis solent hoĩes pati periculũ Quidã .n. nocturnis insidijs vincuntur, aut fugã
Iudic. 7. tur terroribus, quemadmodũ timore nocturno Gedeon Madianitarum vicit exercitũ. Quidã clara luce, arcu, hasta, aut gladio feriuntur. In horũ .n. vsu diei lumine D est opus. Interdũ ex occulto, & quasi in tenebris ex improuiso hõ ab hoste opprimit. Interdũ violento incursu manu valida: qui modus est maximè fortiũ siue audaciũ. Quocunq; ergo te hostes tui oppugnare tentauerint, non poterunt tibi scuto optime circundato quicquã nocere. Alij timorẽ nocturnũ ad aduersitatis tp̃s referunt: sagittã in die volantẽ, ad tp̃s prosperitatis: negotium perambulans in tenebris intelligentes tẽtationẽ grauẽ & molestã, multo tp̃e velut obambulantẽ & circumeuntem hoĩem, nõ sub aperta inimicitia, sed quasi sub boni specie, vt ex abscondito capta oportunitate noceat: quẽadmodũ in alio Psalmo dr̃, Parauerunt sa- Psal. 10.
gittas suas in pharetra vt sagittent in obscuro recto corde. Et sagittẽt in occul- Psal. 36.
tis immaculatũ. De quibus negotijs in tenebris perãbulantibus, & Paulus scribit Corinthiis, dicens, Ipse Satanas trãsfigurat se in angelum lucis. 2. Cor. 11
Incursum aût & dæmonium meridianum, accipiunt tentationẽ apertam & violentã, velut cum sub meridiei tp̃s in ciuitatẽ aut arcem aliquã incursus siue insultus fit ab hostibus violẽtus. Vel p timorẽ nocturnũ intelligat tentatio occulta, & leuiter transiens, non oĩno importuna, quõ cõtingit timor nocturnus, qui ex occulto est, & non multũ durat. Nox .n. oblato lumine aufugit, aut clarescente die. Per sagittã volantẽ in die, intellige tentationẽ manifestã sed celerẽ & velociter antequã penitus pręuisa fuerit ferientẽ: quemadmodum sagitta licet manifestè veniat, tñ celeriter in carnẽ infigitur, & vulnerat hoĩem: attñ si mox extrahat, & salubre medicamentum adhibeatur, modicum est à vulnere periculũ. Hmõi sunt tentationes carnales, q̃ quasi sagittæ celeriter in aĩum hoĩs immittunt, & antequã penitus ꝓuisę fuerint, vtcunq; vulnerant. Nam aliqua in parte aĩam lædunt. Verum si mox extrahant hæ sagittæ, & non permittantur malo consensu intra affectum habitare, non erit vulnus mortiferũ. Per negotium verò perãbulãs in tenebris, accipiat tentatio importuna, quæ licet non oĩno subito hominẽ oppugnet, vel subito conturbet, tñ prolixa mora est mirabiliter homini molesta, & quã Duis repellat, non abscedit, nec semel repulsa desinit, sed obambulat quasi p circuitũ, opportunitatẽ quærens ad reditum. Per meridianum aût dæmoniũ & incursum, intelligat subita grauis oppugnatio cuiuslibet tentationis aut persequutionis, siue corporalis, siue spiritualis. Hanc aût quadruplicis tentationis distinctionẽ in venimus virum illum humana quidem literatura simplice, sed diuina scientia minime vacuum, & cum beato Paulo licet 2. Co. 11
sermone, nequaquã tñ sciẽtia imperitũ, beatum Franciscum, in egregia illa do-

minicę orõnis expositione, quã solet Ec-
clesiasticis horis pmittere, breuibus ap-
tè admodũ expressisse: cũ orans nõ indu-
ci in tentationẽ, ita diceret, Et ne nos in-
ducas in tentationẽ, occultã vel manife-
stã, subitã vel importunã. Ecce quõ singu-
lis verbis singulas expressit tentationes.
Quõ aũt oibus his tentationũ mille mo-
dis diabolus artifex vtat ad deceptionẽ
humani generis, hoĩbus spũalibus nõ est
incognitũ qui in seipsis, cõmutatis vici-
bus, nunc hanc, nunc illã experiunt. Vtũ-
tur nãq; inimici nri ñ eadẽ aduersus oẽs
tentationis specie sed aduersus quosdam
hac, aduersus alios alia, iuxta quod spe-
rant faciliorẽ, sed hoc aut illo mõ posse
parare sibi victoriã. Quosdã.n. melius ti-
moribus nocturnis cõcutiunt, & à bono
cessare faciunt, ac in pusillanimitatẽ per-
trahunt: alios, sagittis per diẽ volantibus
vulnerare satagunt: alios, obãbulant qua-
si in tenebris, vt non percipiant eorum
fraudes, & incautos habita opportunita-
te prosternant, illos maximè quos apertè
non audent inuadere. Alios ẽt apertò in-
sultu grauissimè oppugnant. Duæ aũt hę
tentationes vltimæ, validiores sunt prio-
res, minus graues vident. Alij alias adhuc
ponunt expositiones. Nobis ista impræ-
sentiarũ sufficiant, ne nimia expositio-
nũ abundantiã faciat, vt nulla placeat: id
quod fere solet euenire, vbi nimia inter-
pretationũ congeries fuerit coaceruata.
¶ Ver. 7 Cadẽt à latere tuo mille, & decẽ
milia à dextris tuis. Ex similitudine eorũ
q in pugnis viriliter agentes, vtraq; ex
parte plurimos prosternũt, tã ad sinistrã
q̃ ad dexteram, sumpta vĩ ista eloquutio.
Propter qđ, ẽt talis fit distinctio, vt à late-
re sinistro cadẽtibus mille, à dextro dicã-
tur cadere decẽ milia: qm̃ multo plures so-
lent pugnatores ex parte dextera, q̃ ex si-
nistra prosternere, eo q ictus gladij & vis
brachij magis ferat ad dexterã, & vali-
dius illic operet. Iuxta hanc verò exposi-
tionẽ, est manifestũ, fieri de cursu prostra-
torũ aduersariorũ hoc loco sermonẽ. A-
lii verò sic malunt intelligere. Aliis q in
dño non habent fiduciã hinc inde pereũ-
tibus, potissimũ quatuor prædictis specie-
bus nocendi, ita vt à sinistris tuis interse-
cti cadãt mille, & à dextris tuis decẽ mi-

E lia: tu nihilominus in Deo firmatus, spei
tuæ fiducia tutus & illæsus pmanebis, &
ab oĩ huiõi periculo securus: solusq; vel
mille milibus pereũtibus, nihil psenties
nocumẽti, ad te vnũ nullũ malum appro-
pinquabit, vt noceat. Et hæc expositio nõ
minus cõmoda est q̃ pcedẽs. Quidã duo
ista latera mystice exponunt, p dexteram
intelligẽtes prosperitatẽ, p sinistrã verò,
aduersitatẽ, dicẽtes, signãter dictũ esse, q
à sinistra cadẽtibus mille, à dextris cadãt
decẽ milia: qm̃ multo plures rebus prō-
speris, q̃ aduersis corruunt & perdunt. In
F tpali nãq; prosperitate, oĩa velut inuitant
ad malum, mundus ad se allicit in otio
prospere agente, diabolus facilius persua-
det q vult, & caro ipsa quæ concupiscit,
leuiter impetrat. In aduersis verò casibus
ipsa aduersitas velut constringit hoiem,
& auocat aĩum dolentẽ ab oĩ inordinata
voluptate. Quæ quidẽ expositio nõ oĩno
male loco psenti quadrare, si qđ dr̃ à la-
tere tuo & dextris tuis, intelligeret de si-
nistra & dextera Dei. Nã ita in Deo ut-
cunq; intelligere possumus diuersitatẽ
dispensationis, qua quibusdam prospe-
G ra, aliis aduersa in præsenti uita dispen-
sat, quẽadmodum & illã vltimæ retribu-
tionis inæqualitatem, per dextrã & sini-
strã, ipsemet dñs in Euangelio significa-
uit, cũ dixit, oues à dextris, hœdos è sini-
stris, in illo discretionis die collocãdus.
Verum qa in oĩbus his versibus sermo Matt. 25.
dirigit non ad Deum, sed ad ipsum, ob
hoc non satis conueniens vĩ illa expo-
sitio, qm̃ nusquam legimus, per dexterã
hominis significari ipsius statum psper-
rum aut per ipsius sinistram, statum ad-
uersitatis. Aduertendum etiã est, quod
H in Græco nominatiui habent singula-
res, vbi nos habemus plurales. Nã pro
mille ponit χιλιάσ, qđ sonat ac si dica-
mus, millenarius, p decẽ milibus aũt po-
nit μυριὰσ, q significat numerũ decẽ
miliũ. Propter qđ, in secũda parte uersus,
illud, Ad te aũt nõ appropinquabit põt
exponi, ablato supposito ex parte priori.
Ad te nec chilias nec myrias appropin-
quabit, i. neq; numerus mille hostiũ, ne-
que numerus decẽ miliũ, ad te poterit
appropinquare, hoc est, quãticunq; fue-
rint numero, æq nihil efficiẽs, sm quã

intelli-

intelligētiā verti potuisset, Ad te aut ē nō A appropinquabūt, videlicet nec mille, nec decē milia. In Elucidatione nos exposui mus, Ad te nō appropinquabit vllus ex eis videlicet ex tanto numero nec vnus. Scdm verò aliā expositionē suprapositā, quæ dicit cadentibus ex oī parte ijs q in Deo nō sperāt, ipsum fidelē permansurū illæsum, ita dēt intelligi, Ad te nō appropinquabit vllum malum, videlicet neque timor nocturnus, neq; sagitta in die vo lās, neq; negotiū in tenebris pambulans neq; incursus, aut dæmoniū meridianū. ¶Ver. 9. Qm̄ tu es dn̄e spes mea, altissi- B mū posuisti refugiū tuū. Prima ista pars versus vr̄ cū toto ꝯtextu versuū pcedētiū atq; sequētium malè cohærere, qm̄ tā in præcedentibus, q̄ in sequentibus verba sunt Prophetæ, alloquentis sperantē in dn̄o, Hæc aūt vox est ipsius dn̄o sperantis, sic tn̄ vt statim cōtinuetur sermo Prophetæ, ad ipsum in dn̄o sperātem. Oportet ergo hoc accipere quasi breuiter ex affectu ipsius sperantis in dn̄o interiectū vt tā magna audiens sibi polliceri, quasi exultans in spe sua, illo adhuc loquēte sermonē aliquātulum interrūpat, dicēs, C Qm̄ tu es dn̄e spes mea. Quasi dicat domino, Quicquid mihi boni pollicet spiritus, totum mihi ex recta erga te fiducia ꝑcedit. In Elucidatione verò, ob claritatem cōtinuationis huius partis prioris. Qm̄ tu es dn̄e spes mea, sētiam tanquàm ex ore Prophetæ alloquentis in dn̄o sperantē explicauimus sub persona secūda, cum textus habeat primā. Mox verò Propheta ipse siue in Propheta Propheticus spūs, sermonē prosequitur, dicens, Altissimum posuisti refugiū tuū. In quo notandum, ꝙ altissimum generis est masculini D ut sit sensus, Dominum Deū oīpotentē, qui est altissimus, tu posuisti tuum refugium Id. n. manifestè ex Græco apparet, ubi articulus additur generis masculini τὸν ὕψιστον, hoc est, ipsum altissimum, genere masculino. Vnde quod quidam exponunt sermonem ad Deū dirigentes, hoc modo, Tu Deus posuisti tuū refugiū altissimum, ac deinde, Ad te Deum non accedet malū, & tuo tabernaculo nō appropinquabit flagellū, tametsi possit tolerari, & hēat veritatē, nō vr̄ tn̄ hæc esse vera præsentis loci intelligentia, tum (vt diximus) qd̄ Græca obstet lectio, tū qd̄ in sequentia manifestū est nō ad Deū sed fidelē esse referēda, cū dr̄, Qm̄ angelis suis mandauit de te, ut custodiāt te, &c. ¶Versu 11. Qm̄ angelis suis mandauit de te. Hunc uersum vnà cū sequente, ex Euangelijs cognouimus, tentatorem diabolū Christo obiecisse, ad psuadendum illi de templi pinaculo præcipitium. Sed peruerse ille hanc scripturam citauit, & scripturę se prauum interpretē atq; applicatorē ostendit, pluribus de causis. Primū quidē, rōne prauę intentionis, qm̄ ad malū scripturæ vsum quærebat, videlicet ut ad vanam gloriam (iuxta sanctorum Theologorū sniam) Chr̄m hoīem alliceret, aut ēt Dei faceret tentatorem. Secundo, qa non sm spūalem sensum, vt debuit, scripturā accōmodauit, cum debeat hęc scriptura non sm verborum superficiem intelligi de custodia, & gestatione manuū corporali, sed potius de secura angelorū protectione atq; custodia, qua angeli electis superintendūt ex mandato Dei. Manifestissimum n. est, non debere corporaliter ista intelligi, uel ex eo quod nullæ sunt angelis corporeæ manus. Quidam ēt hinc diabolum. i. calumniatorem malum non malè calumniantur, i. iustè arguunt, ꝙ ea adduxerit q̄ pro sua parte facere uidebant, eo tacito quod aduersum se faceret. Vnde qd̄ sequitur. Sup aspidē & basiliscū ambulabis, &c (quod de diaboli prostratione & cōculcatione intelligitur) subticuit, quemadmodū hæretici hac in parte suū patrē, mendacij oīs parentē, mendaces filij insequentes, scripturas citare sunt soliti, desumentes ex eis particulas aliquas, quæ secundum aliquā apparentiam pro illorum erroribus facere videntur, dissimulantes & nolentes attendere quæ antecedunt, & quæ sequuntur, ne eliciant rectam sententiam, & ueritatem inueniant Est enim his propriū, trūcatè scripturas adducere, & ueritatē, si qn̄ citent, proponunt dimidiā. Insuper & hoc reprehendunt in citatione diaboli ꝙ ea quæ generaliter de quolibet fideli Deo sperante scripta sunt, vt peculiariter de filio Dei scripta adduxerit. Sic. n. ait. Si filius Dei es, mitte te deorsum. Scriptū est

Mat. 25

enim, Quoniã angelis suis mãdauit de E te.&c. Dum.n.præmittit, Si filius Dei es, mitte te deorsum ac deinde ad hoc pro posiitũ subiungit, scriptum est, &c. indicat ista de filio Dei singulariter dicta, quæ scripta sunt uniuersaliter de quolibet in Deo bonã habente fiduciã In oĩbus aũt his modis, inuenim' ẽt hodie plurimos sacris scripturis turpiter in suam perniciem & cõfusionem æternam abutentes, quemadmodũ & ille ex sua peruersa scripturæ citatione nihil præter confusionẽ reportauit. ¶ Versu 25. Super aspidẽ & basiliscum ambulabis. Possent hoc loco F multa de ꝓprietatibus aspidis, basilisci, leonis, & draconis addaci, & dæmonibus uariis modis suum venenum fundentibus, aut ferocem malitiam exercentibus applicari. Nos tamen simpliciter putamus (ut in Elucidatione indicauimus) his quatuor nominibus totã dæmonum cohortẽ, cum omnibus suis artibus, omnibusq; viribus intelligi, quod nihil aduersæ potestatis nocere valeat electo, in dño habenti fiduciã. Cui consonat quod in Euangelio Saluator discipulis loquitur, dicens, Ecce dedi uobis potestatẽ calcandi super serpentes & scorpiones, & super omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebunt. Lucæ 10

## XCI. PSALMI ARGVMENTVM.

*Exhortatio est Psalmus iste fidelium ad laudem Dei, bonum dicens esse laudare dominũ per diẽ ac noctem pro misericordia & veritate ipsius, in canticis & instrumentis musicis, ex consideratione mirabilium & inperuestigabilium operum eius, in quibus homines fideles quæ Dei sunt sapientes norunt oblectari, insipientes autem & peruersi ea non attendunt, quorum damnatio versu septimo octauo, & nono describitur, ac deinceps iustorum per Deũ exaltatio, mirorq; fœcunditas commemorantur.*

## XCI. PSALMI ELVCIDATIO.



*ONVM est confiteri domino, & psallere nomini tuo altissime.*

Malac.1. Bonum est, ò altissime Deus, nos humiles tuos seruulos ↄfessione laudis tuam celsitudinem concelebrare, & Ps.11.
tuo magno nomini, qđ est ab ortu solis vsq; ad occasum magnum & laudabile, iugiter laudis decantare carmina. Cũ.n. tu vnus & solus sis verè bonus, imò bonitas vniuersa, & cũ à te ut oĩs boni fonIacobi 1. tali principio cuncta nobis bona procedãt (qm̃ oẽ datũ optimum, & oẽ donum H perfectum à te luminum patre est descẽdens desuper) optimum dignissimumq; & æquissimum est, ut quantumcunq; valuerimus, dignis te celebremus laudibus.

Ps.118. 2 *Ad annunciandum mane misericordiam tuam, & ueritatem tuam per noctem.*

Psal. 31. Bonum est ita te laudare, ita tibi ↄfiteri, vt annunciemus mane primo diluculo:
Sapiẽ.11 misericordiã tuã, qua plena est oĩs terra, qua misereris omnium, quæq; sup oẽm
Eccle.18. carnẽ expãditur, & ẽt p noctẽ. Vide atque
Ps.144. ueritatẽ tuã, qua fidelis es & uerax in omG nibus uerbis tuis, per quam nec mentiri potes nec fallere, ut ita tuam misericordiam & ueritatem summa diligentia & alacritate primo mane uigiles decantemus, insuper & medijs noctibus consurgamus, aut uigiles excubemus, ad celebrãdum te cõdignis laudibus Dignus.n.es, in cuius laudibus uniuersum diei noctisque tempus expendamus. Titum.1

Vt ẽt spãliter certis horis ac statutis tẽpibus misericordiam & ueritatem tuã laudemus, cuiusmodi sunt tẽps matutinum, & tempus uespertinum, dum uel à somno alacres resurgimus, uel ad quietem corpus componimus,

.3 *In decachordo psalterio, cum cantico, in cithara.*

Laus aũt ista & ↄfessio quo sit plenior, bonũ fuerit ẽt instrũ adhibere musica, ꝑ quæ canamus cantica domini, uidelicet per psalterium tensis decem chordis cõpositum, cũ apto ad ꝑsonandum in illo cantico, & per suauiter sonantem citharam, ad melodiam domini aptissimam.

.4 *Quia delectasti me dñe in factura tua: & in operibus manuum tuarum exaltabo.*

Omni-

Omnino aũt bonum eſt & iuſtum ſic nos A laudẽ Deo pſoluere in Nõ.n nouit oblectari niſi in deſideriis aĩę ſuę,nel in cogi tibi canere qñ tu dñe lætificaſti, & gaudio refeciſti ſpũm meum in factuis figmentis,ſiue creaturis tuis,& magno me, gaudio profundis in conſideratione mirabilium operum tuorum,quæ operãtur manus tuæ,quæ tu operaris in potentia ſapientia,& bonitate tua. Summam.n.mihi adfert uoluptatem,in arũ creaturarum attenta conſideratio,& quanto pfundius preſſiusq; contemplor,tanto maiori gaudio reficitur intra me ſpũs meus,in ſingulis tuæ infinitę perfectionis agnoſcens veſtigium,ẽt in creaturula oĩum minima B & uiliſſima cõſiderãdo immenſam potẽtuam,ſapientiam,& bonitatem tuam.

5 *Quã magnificata ſunt opera tua domine:* O quã magna facta ſunt opera tua potẽtiſſime,ſapientiſſime,& pfectiſſime Deus in quanta protectione & nobilitate à te cõdita ſunt,quã magna potentia & ſapiẽtia abs te fabricatus. Nõẽ. n.nulla creatura,in qua non tu & potentiæ,& ſapiẽtiæ, & bonitatis tuę infinitatem demonſtraueris.

* *nimis pfundæ factæ ſunt cogitationes tuæ:* cogitationes tuæ & tua cõſilia nimis p C funda ſunt & imperueſtigabilia,omnẽ humani ingenii excedunt facultatem,ita ut tuum ſenſum,aut tuos conceptus,cogitatus ſiue conſilia nemo hominum poſſit cognoſcere ſiue comprehendere, nemo eſt qui ad ea poſſit pertingere,quantum uis benẽ ĩgenioſus qñtumuis in apprehendo celer, & in diiudicando extiterit acerrimus. Sunt enim iudicia incõprehẽ ſibilia & inueſtigabiles uiæ tuę, neq; cognouit aliquis ſenſum tuum,aut tibi fuit conſiliarius,ut eas poſſit cognoſcere. — Rom. 11

6 *Vir inſipiens non cognoſcet : & ſtultus nõ* D *intelliget hæc.*

Homo carnalis aut aĩalis,qui non percipit quæ Dei ſunt,neque in conſideratione tuorũ mirabilium ſe excitat,ſed uel in deſideriis carnis ſuę perficiendis, uel ad inuentionibus ingenii ſui ſm humanã ſapientiã ſiue prudentiam occupat animam,huiuſmodi,ĩquã,uere inſipiens nõ intelligit pulchritudinem & magnitudinem iſtam operum dñi,& ſtultus huiuſmodi nõ cognoſcet ea quę diximus vt ſciat in operibus dñi delectari, & p eis — 1. Cor. 2.

tationibus cordis ſui,& eſt ab aliena oĩs in Deo uoluptas,quæ tñ ſola caſta & mũda eſt,ſanctum huiuſmodi & caſtum gaudium illę omnino non nouit.

7 *Cũ exorti fuerint peccatores ſicut fœnum, & apparuerint oẽs qui operantur iniquitatẽ.* Impii homines Deum nõ habentes ante oculos,neq; reſpiciẽtes in opera eius,cũ ipſi per cogitationes cordis ſui cęperint exurgere, velut enaſci de terra ad aliquã altitudinẽ,ſiue in diuitiis,ſiue ĩ honorib. ſiue in delitiis,uel aliis hmõi temporalibus rebus,cum ita,inquã, de terra enati fuerint,quaſi gramẽ de terra q continuo augmẽ,o acquirit pulchritudinẽ uiroris donec ad ſtaturã perfectã attingat, cum ipſi operarii iniquitatis, quaſi florentes mundo ſe oſtentauerint,& quaſi magnũ aliquid facti iam apparuerint,ceperintq; eminere in temporali proſperitate cui pe nitus intenderunt oculos cordis, relicta conſideratione mirabilium Dei. — Rom 6.

8 *Vt intereant in ſeculum ſeculi:* Accipiãt ipſi exitum huius ſuæ gloriæ in ſumma miſeria, finietur flos iſte & exaltatio ĩ maxima ignominia,uoluptas modica in pœna infinita,parua atq; horaria delectatio & gloria in ĩmenſa perpetuaq; afflictione & ignominia. Morte namq; & damnatione ęterna punienẽ in ſeculum, qd in hoc mũdo Deo neglecto uanitatibus totos,ſe dederint.

* *tu autem altiſſimus in æternum domine.* tu verò dñe Deus, iſtis ĩ perditionẽ abeũtibus,pmanes altiſſimus ſup oẽs glorioſus,idẽ q eras ab initio in oĩa ſæcula,nec quę(illi)unquam uiuere deſines.

9 *Quoniam ecce inimici tui, domine, quoniã ecce inimici tui peribunt.*

Ita n.habet decretũ æternæ iuſtitiæ tuæ, vt,peccatores inimici tui q te cõtẽpſerũt, tuo cultui donec uiuerẽt,noluerũt inniẽdere,q de acceptis beneficijs ingrati contra tuã volũtatẽ,ĩ ſolã terrena defixos habuerũt mẽti oculos,negligentes & puaricãtes æquiſſima præcepta tua,vt iſti in quã,inimici ſtipendium peccati accipiãt mortem,ut in pditionẽ mittanẽ æternã:

* *& diſpergenẽ oẽs qui operãtur iniquitatẽ.* & diſpergentur diſſipabuntur,atq; ad nihilum

hilũ religentur oẽs illi operarii iniquita E
tis, qui æquissimis tuis pręceptis fuerunt
inobedientes.

10 *Exaltabitur ficut unicornis cornu meũ.*
Exaltabitur uehementer potestas ac for-
titudo & gloria mea, omniũq; q in te ha
buerũt fiduciã qui tuis semper uacarunt
laudibus ad modũ cornu monocerotis ſi
ue uicornis, cuius est præ cæteris anima-
libus cornu admodum eleuatum.

11 *& senectus mea in misericordia uberi.*
& licet multis fuerim in uita ista fatiga
tus laboribus, finietur tñ senectus mea tã
dem in copiosa misericordia finẽ bonũ
ego accipiam ex dono Dei in cõsideratio
ne abundanti grę quæ meã senectã con- F
solabitur, & faciet quasi iuuenescentẽ ac
ualidã. Et cũ uidebor ego ſm corpus se-
nio deficere, nequaquã ut illi perditionẽ
ibo sed copiosiorem tunc sniam & pin-
guiorem Dei misericordiã, q tanto mihi
erit abundantior, & pinguior, quanto ad
illã subsequuturam retributionis fœlici
tatem accedam ulcinius.

12 *Et despexit oculus meus inimicos meos.*
Veniet quoq; tempus qñ ego despiciã, &
pro nihilo æstimabo omnes inimicos
meos, quãdo mihi ultra nocere nihil po
terunt, qñ etiam oculis meis illorum pu G
nitionem uidebo.

* *& ab insurgentibus in me malignãtibus
audiet auris mea.*

& de malignẽ agentibus contra me ad-
uersariis, qui aduersum me persequutio-
nes suscitãt, audiens aures meę iustam ul-
tionis sententiã. Oculis mei considerã-
bo, & uidebo retributionem peccatorũ
& auribus meis audiam sententiam pro-
ferri in aduersarios meos.

Psal. 90. 12 *Iustus ut palma florebit.*
Iusti uerò opera dñi cõsiderantes, & diui
no cultui intendentes, nõ perdentur cũ H
impiis sed uirebũt uirore ppetuo, & flo-
res producent honestatis bonarum ui-
rtutũ operationes, ã uirendo atq; florẽdo
neq; hyeme neq; æstate cessantes, neq; in
prosperis neq; in aduersis omittẽtes be
nefacere quemadmodum palma in suo
semper uirore flere persistit.

* *sicut cedrus Libani multiplicabitur.*
neq; solũ ipsi in semetipsis uirebunt, ue-
rumẽt in fœcunditate multa (partim uer
bo salutaris doctrinæ, partim luce bonæ
cõuersationis, partim feruore assiduæ ora
tionis) plurimos ad iustitiam conuertẽt,
sui q; similes faciẽt, operante in eis & p
eos grã Dei, ad proximorum conuersio-
nẽ queadmodũ cedri q in Libano sunt,
magna fœcunditate uehemẽter multiplicã
tur Insup multiplicantur, id est, pficiũt ui-
ribus, & augmentum sumunt atque cor
roborantur in bono, quẽadmodũ cedri
in libano quotidianis proficiunt incre-
mentis usq; ad naturam permaximam.

13 *Plantati in domo domini, in atriis do
mus Dei nostri florebunt.*
Iusti isti plãtati in dño dñi insiti Chro
in Ecclesia sancta (q est domus Dei) in 1. Tim. 3
atriis & mansionibus domus Dei tri flo
rebunt ibi Christo uera uitl ut palmites Ioan. 15
insiti, flores & fructũ dabunt in tpe suo,
qñ q iu hac uite manserint, in hoc solo Psal. 1.
plãtatus psliterit, fructum multũ afferet,
quẽadmodum econtrario fructum nul- Ioan. 15
lum pot facere qui in illum non mãserit.

14 *Adhuc multiplicabuntur in senecta uberi*
Adhuc multiplicabuntur & fructificabunt
in pingui senectute, et in ultimã ætate, de
ficiente corpore, multiplicabunt in ope
ribus bonis, & augmẽtũ sumẽt profectus
ex copiosa unctione misericordiæ Dei,
senectutẽ eorum uelut pungẽte sua grã.

* *& bene patientes erunt, ut annuncient.*
& bene patiẽtes erunt, bonã multa & ma
gna patientur, multis & magnis à Deo
bonis afficientur, ut cum fuerint affecti
ab eo beneficiis, susceptã gratiam nõ dis
simulent neque sileant, sed palam annun
cient & confiteantur.

15 *Quoniam rectus dominus noster, & non
est iniquitas in eo.*
Annuncient, inquã & confiteantur, qd
rectus, æquus, iustus, & verax sit dominus
Deus noster, & nõ est i eo ulla iniquitas
aut infidelitas, q suis seruis ipsũ ex cor-
de confitentibus omnium bonorum tri
buit abundantiam, impiis autem contẽ-
ptoribus iustam infert condemnationis
sempiternæ vindictam.

## ANNOT. IN PSAL. XCI.

Versu. 2. Ad annunciãdum mane mi
sericordiã tuã, & ueritatem tuã per
noctem

noctem. Possunt ista distinctè exponi, vt
mane laudāda dicat potissimū Dei mise
ricordia, p noctē autē ueritas intelligen
do per mane, tps prosperitatis p noctem
tps aduersitatis. In prosperitate n. spiri-
tuali, & in alacritate animi cōstitui, Dei
benignam misericordiam collaudamus,
in aduersitate aūt & tristitia aut tribula
tione spūalis positi ueritatē & fidē Dei
canimus, eā inuocātes ut adueniat ad li
berādū, eāq; laudātes, q nunquā nos de-
stituerit, ut neq; nūc deserat. Nos in Elu
cidatione, absq; huiusmodi distinctione
tps utrunq;, id est, diem & noctem appli
cauimus & misericordiæ & ueritati, ut in
telligat & mane & p noctem annuncian
da misericordia, itemq; & mane & p no
ctem annunciāda ueritas. Sub altero. n. al
Ps. 35. terum intelligimus. Simile qd diximus
in Ps. 35. sup uer. 5. Dñe i cęlo misericor
dia tua, & usque ad nubes ueritas tua.
¶ Ver. 6. Vir insipiēs nō cognoscet, & stul
tus nō intelliget hæc. Duæ istæ partes se
cundum faciliorem intelligentiā ita su-
muntur, ut eādem habeāt sententiā. Si tñ
Hebræam respiciamus lectionem, ex ui
uocabuli aliqd diuersitatis inuenimus in-
ter eum q priori loco dr insipiens, & po-
steriori stultus. Vox n. baar in priore lo-
co posita, significat stupidū uel bestialem,
posita non aūt loco posteriore chesil, si-
gnificat praue stultū, uel animi prauitate
desipientem. Ex quo talem possumus su
mere distinctionē, ut priore loco signifi
centur hoīes prisus carnales & omnino sē
sui dediti, qui potius à cōcupiscentia de
uicti uel ignorātia obtenebrati peccant,
2. Cor. 12. q ex mentis peruersitate, quales illi fuerāt
de qbus Apostolus, Scitis, qm cum gen-
tes essetis ad simulachra muta prout du-
cebamini eūtes, quales fuerāt, inquā, sed
esse iā desierāt. Posteriore uero loco ut il
li significentur, qui nō ex ignorantia neq;
mera infirmitate, sed ex animi peruersi-
tate negligūt quę sunt Dei cuiusmodi
erant scribæ illi & Pharisei, qui agnitam
ueritatem peruersa mente impugnabant,
quos proinde obiurgationibus sæuerissi-
mis pius medicus Saluator noster toties
redarguit, ut stultos reduceret ad sapien-
tiam. Hoc ergo modo duas hominum
species indicat hic uersus, qui Dei ope-

A ra nō cōsiderāt. De hac aūt dānatione im
piorum q opera dñi nō student intelli-
gere, alio Psalmo ita dicit propheta. Qm Psal. 27.
nō intellexerunt opera dñi, & in opera
manuum eius destrues illos, & nō ædifi-
cabis eos. ¶ Versu 7. Cum exorti fuerint
peccatores quasi fœnum, & apparuerint
oēs q operant iniquitatem. Ex Hebræo
aliquāto clarius sic legit, Cum germina-
uerint impij quasi fœnum uel herba, &
floruerint oēs qui operātur iniquitatē.
Vnde patet, illud apparere, quod hēt no-
stra lectio accipiēdum p caput efferre si-
B ue eleuari uel exaltari, qd est florere in
hoc mundo. Quātum autē ad cōtinuatio
nē huius versus cum sequētibus, vr diffi-
cultas, qm nō apparet vlla conexio, nisi
aliquid vsquā in supplemētum adijciat.
Sciendum autē est, eādē hāc difficultatē
& in Hebræo & i Græco occurrere. Nus
quam. n. apparet bona connexio, nisi ali-
quid absq; supplemēto. Hieronymus vt
hēat cōnexionē omittit particulā cum sic
legēs, Germinauerunt impij quasi fœnū,
& floruerunt oēs qui operant iniquita-
tē, vt cōterātur vsq; in sempiternum. At-
C que hic quidē cōmoda snia est, sed parti
cula cum omittitur, q tñ manifestè in He
bræa lectione ponit. Felix in sua versio-
ne ut sententiā integrā acquirat, ita ver-
tit, Dum germinabunt siue florescent im-
pii sicut fœnum, & florescēt oēs operarij
iniqtatē, destruētur usq; in ęternum. Sed
hic iā alterā omittit particulā, videlicet
vt quæ ēt in Hebræo ponit hoc modo,
ut intereant vel conterantur. Duos ergo
modos assignabimus, quibus absq; omis
sione vllius particulæ accipi poterit bo-
na connexio. Prior est, ante illud ut inte
D reant, subaudiendo, futurum est, ad hunc
sensum. Cum exorti fuerint peccatores si
cut fœnum, & apparuerint oēs q operant
iniqtatē, tum futurum est, ut intereant in
seculum seculi, ut significetur, quāta ca-
lamitas modicā felicitatem quantocyus
sit subsequutura. Quā cōnexionē aperte
mōstrat Chald. Paraph. quæ sic legit, Qñ
germinabunt impii sicut herba, & flore-
bunt omnes operarii falsitatis, futurum
est quod destruat eos Deus vsque in æter
num. Alius modus est, coniungendo il-
lud qd sequitur, Tu autem altissimus in
æter-

æternum permanebis illis pereuntibus. E
Quæ cõnexio satis esset cõmoda, si nõ
obstaret cõiunctio, aũt, q̃ connexionem
istã nõ satis recte ferre vr̃. Et aũt dissimu
lata, aut sm Emphasim intellecta nihil
erit in connexione incõmodi. Aliq cũ
pcedentibus q̃runt cõnexionẽ, hoc mõ,
Vir insipiens non cognoscet, & stultus
non intelliget, qd' hoc videlicet, q cum
exorti fuerint peccatores, &c. futurum
sit vt intereãt in sęculum sæculi; ut sit
sensus, Homines stolidi, carnales, & ani-
males nõ hoc intelligunt, q modicã fœ
licitatem istam horariã tanta sequetur F
æterna calamitas. ¶ Versu. 9. Et dispergẽ
tur omnes qui operantur iniquitatem,
Dispergentur, potest exponi, disperdent
ad nihilum redigentur, i. in perditionẽ
æternam abiicientur, quomodo videli-
cet perire solent quæ dispersa sunt. At-
que ita nos in Elucidatione interpreta-
ti sumus. Potest etiam accipi pro separa-
buntur, ut sit sensus. Abiicientur aut se-
parabuntur à conspectu tuo, vel à con-
sortio beatorum. Vnde Chald. Paraph.
sic habet, Separabuntur à congregatio-
ne istorum omnes qui operant iniqta- G
tem. Hieronymus autem legit, dissipabũ-
tur, qd priori sniæ magis fauet. ¶ Versu.
10: Et exaltabit sicut vnicornis cornu
meum. Monoceros siue vnicornis præ
omnibus animalibus altum habet cor-
nu, & sublime pretensum. Propter, qd cõ-
mode per ipsius cornu exprimit magna
exaltatio. In secunda autem parte., Et
senectus mea in misericordia vberi, pro
misericordia in Hebræo est oleum. Vñ
Hiero. vertit, In oleo vbero. Et Felix, ó-
leo viridi. Chald. Paraph. habet oleum
recens oliuæ frondosæ. Quod oleum ac- H
cipi potest lætitia spiritualis, qua mens
Psal 44 ex Dei gratia vngitur, aut ipsamet gra-
tia Dei, per quã homo vngitur, de quo
alibi, Vnxit te Deus Deus tuus oleo læ-
Psal. 70. titiæ. Nostra autem lectio quæ pro oleo
habet misericordiam, ad eãdem senten-
tiam facile reducitur. Potest etiam per
hanc senectutem intelligi senectus spi-
ritualis, id est, quidam in bono tepor
& refrigescentia, de quali senectute dixi
mus in Psal. 70. in pertractione uersus
illius, Ne derelinquas me in tpe senectu-

tis meæ, cum defecerit virtus mea ne de-
relinquas me. Talis enim senectus, si-
quando homini aduenerit, ex propriæ Psal. 101
infirmitatis defectibilitate, expellit ue-
tustas illa per ubere Dei gratiã atq; mi
sericordiã, p quã renocat ut aquilæ no-
stra iuuentus, restituimurq; ad alacritatẽ
& fortitudinem debitã. ¶ Ver. 11. Et re- Psal. 52
spexit oculus meus inimicos meos. Sic Psã. 118
& alibi dicit, qm̃ ex omni tribulatione
eripuisti me, & sup inimicos meos de-
spexit oculus meus. Atq; iterum, Nõ cõ-
mouebit iustus, donec despiciat inimi-
cos suos. Illos. n. despecimus, quos vltra
non metuimus, neq; magnifacimus. Edi
tio aũt Romana hẽt respexit quõ ẽt in
Hebræo legit. Atq; ita est sensus, Respi-
ciet oculus meus inimicos meos, subau-
diendo in punitione debita, videlicet cũ
voluptate cõtemplãdo eorum iustã dã-
nationem. Quod illi cõsonat subsequẽ
ti particulę, Et ab insurgentibus in me
malignantibus audiet auris mea, i. de iis
qui consurgunt aduersum me (ut uertit
Hieronymus) vel super eos audiet auris
mea sniam diuinæ vltionis In, quã sen-
tentiã manifeste interpretat Para. Cald.
sic habens. Vidit oculus meus interitũ
molestantiũ me, qui insurgunt cõtra me
vt malignent, audient aures meæ vocẽ
confractionum eorum, id est, uocẽ per-
ditionis eorum vtpote quã ipsi confrin
gent, atq; redigent ad nihilum. Quidã
ad pfectius exprimendũ sniam, supplent
grata, desiderata; vel optata; hoc modo,
Videbit grata, vel optata oculus meus
de inimicis meis, & de insurgentibus in
me malignantibus grata vel optata au- 2. Co. 11.
diet auris mea. ¶ Versu 12. Iustus ut pal
ma florebit, sicut cedrus libani multi-
plicabitur. Palmæ cõparatur iustus, uel
pp perpetuum uirorem, quẽ neque hye
me neq; æstate perdit, iuxta illud Psalmi,
Et folium eius non defluet; Vel ppter Psal. 1
fructus suauitatem. Est enim fructus pal
mæ suauissimus. Forsitan etiã ob illam
nobilem conditionem, quã dicunt pal
mã habere, nempe quod oneribus im-
positis non cedat neq; demittat in ter-
rã, sed magis contranitatur, quõ uir iu-
stus tentationem pondere nequaquam
deprimit, sed magis victor euadit: quem
admodum

admodum nobis quædam palma paten- A
Rom.8. ti voce clamat, dicēs, In his oībus supera-
mus, pp eum q dilexit nos. Et in alio lo-
2.Cor.4. co, In oībus, inquit, tribulationem pati-
mur, sed nō angustiamur, aperimur, sed
nō destituimur, psecutionē patimur, sed
non derelinquimur, humiliamur, sed nō
cōfundimur, deijcimur sed non perimus.
In secunda aūt parte, multiplicatio illa
cedri pōt vel ad multitudinē & pluralita-
tē referri, quō multiplicati dr homo mul-
ta prole, & arbor dr multiplicari, cum ab
ea multæ arbores enascuntur. Vel multi-
plicatio ista intelligitur de augmento, ro- B
bore & pfectione quantitatis, vt sit mul-
tiplicabitur dictū, p magnificabitur vel
corroborabitur, aut perficietur. Vnde qui-
dam vertunt ex Hebræo, Sicut cedrus Li-
bani magnificabitur, uel crescet, aut polle-
bit viribus, i. roboris sumet augmentum.
Manifestum est autem, iustos vtroq; mo-
do in Dei gratia fœliciter multiplicari,
Robore.n. multiplicantur, quando de vir-
tute in virtutē quotidianis gressibus per-
gunt. Numero verò, dum sic lumen suum
lucere faciunt corā pximis, vt glorificent
Mat 5 patrē in cęlis, dum per Euangeliū Christo C
gignunt animas proximorum, dum san-
2.Cor.4. ctis precibus sedulo Deū p eorum salute
deprecantur, peccatores velut parturiētes
& iterum parturiētes, donec formetur in
eis Christus. Nam his tribus modis multi-
plicantur cedri nostræ, de quibus loqui-
Galat. 4. mur. ¶ Versu 13. Plantati in domo domi-
ni, in atrijs domus Dei nostri florebunt.
Per domum dñi & atria Dei, in Elucida-
tione idē intelligimus uidelicet sanctam
Ecclesiam, quæ (sm Apostolū) est domus
Dei. In sancta.n. Ecclesia plātati iusti, flo-
1.Tim. 3 rent & fructificant in ea. Altiori tamen D
contemplatione possent hæc duo distin-
gui, ita ut prius de Ecclesia militante, po-
sterius de triumphante intelligeretur, ad
hunc sensum, Iusti qui nunc plantati fue-
rint, radicesq; acceperint bene firmatas
in hac militante ecclesia, hi florebunt in
illis amplissimis atrijs dñi, ibi apparebunt
florentes & pulchri, ibi magnificati erūt
& sublimes in gloria superna: Modò.n. il-
lorū flos latet, modò vñr aridi, & iudican-
tur quasi steriles. Illic aūt apparebit flos
& decor eorum. Prior tñ expositio vr sim-

plicior, vt p domum & atria idē intelliga-
mus. Non.n. est hoc scripturis infrequēs
ita eandem rē diuersis appellare nomini-
bus, imò est hæc non minima sanctorum
eloquiorum festiuitas, eadē subinde repe-
tere, uel sub diuersis vocabulis, uel ēt sub
ijsdem. Veluti illud qd in eodem Psalmo
antecedit, Qm ecce inimici tui, dñe, qm
ecce inimici tui peribunt, quantā hēt gra-
tiā, qd ita voculas easdē replicando dicit.
¶ Versu 14. Adhuc multiplicabuntur in
senecta uberi & bene patiētes erunt, vt an-
nuncient. Quod versu 12. de hoc verbo
multiplicari diximus, idem hic quoq; di-
cendū, posse videlicet ipsum accipi vt di-
cat multiplicationem sm numerū, vel sm
virtutem & vigorem. Vtroq;.n. modo, ēt
in sua senectute, iusti multiplicantur, dū
neq; à bene faciendo unquam cessant, ne-
que ab aliorum (quantum in ipsis est) ad
virtutē institutione desistunt. Quāquam
enim grandior ætas corpus infirmū red-
dat, vt ad opera difficilia fiat homo inops
manet tñ vigor mentis, & accedit per æ-
tatem authoritas, vt tum monendo, tum
consulendo, abunde possint etiam in de-
crepita ætate proximis proficere. Hiero-
nymus verò, pro multiplicabūtur, uertit,
fructificabunt, & Felix, germinabūt: quo-
rum utrunq; utriq; prædictarum exposi-
tionum facile pōt aptari. In senecta autē
vberi, intelligi debet in senecta pingui,
i. copiosa Dei gratia & misericordia qua-
si peruncta. Nā q quidē per vberē senectu-
tem, intelligant magnā senectutem, uel
ēt æternitatem, (quæ copiosa senecta nō
male posset appellari, sicut Psalmo præce-
denti dictā est lōgitudo dierum) Græcæ Psal.90.
lectioni non respondet, quæ hēt ἐν γήρᾳ
πίονι, hoc est, in senectute pingui in ube-
ri ergo senectute intelligi debet, in sene-
ctute pingui, quō superius in misericor-
dia uberi, dictum est, pro pingui miseri-
cordia. In eo autem quod sequitur, Et be-
ne patientes erunt, notanda est nouitas il-
lius dictionis bene patiētes, nē (iuxta quo-
rundā expositionē) existimetur signifi-
care bonā patientiam, ut sit sensus, Bonā
habebunt patientiam Græci.n ἐυ παθοῦν-
τας dñt eos qui afficiuntur beneficio. Vt
enim in alios beneficia pferentes appro-
priato vocabulo ἐυεργετοῦντας, i. bene fa-
cientes,

cientes:ita eos q ab alijs accipiunt bene ficia ἀνταδοῦντας, i. bene patientes appellant. Benepatientes ergo hoc loco idem ualet, qđ affecti beneficijs, vnde i Hebræo huius loco dī, Frondentes siue frondosi aut virides aut viridi erunt. Cæterum, qđ ſm distinctionem nostræ lectionis in eo dem versu continuē sequitur, vt annunciēt, melius in versus sequentis caput separatur, hoc modo, vt annuncient, quoniam, &c. quam distinctionem habet lectio Hebræa, & nos in Elucidatione indicauimus, ad caput vltimi versus verbū precedens replicando.

## XCII. PSALMI ARGVMENTVM.

*PRophetat Psalmus iste de gloria regni Christi, quod accepit passione consummata, rediens ad patrē unde exierat, deq; ædificatione sanctæ ecclesiæ, q̄ post Christi ascensionem p Apostolorū p̄dicationē ædificata est nihil obstantibus grauissimis persequutionibus & insanis tumultibus, quos contra Apostolicam prædicationem excitauit mare mundi huius efferuescens, i. potes-*
Ps. 91.
*tes & sapient es seculi, cum sibi adhærentibus infidelibus populis, contra ueritatem pessima iracundia exardescentibus, quos Deus in altis admirabilis, testimonijs efficacissimis conuincit, ut in omnì sua uirtute & sapientia neque contradicere, neq; resistere potuerint, sicq; ex firmitate verborum & signorum quæ pro ueritate monstrata sunt, Ecclesia in semp. ternum in sua sanctificatione permansura, usq; in consummationem seculi & ultra.*

## XCII. PSALMI ELVCIDATIO.



*DOMINVS regnauit:* Christus Dominus morte deuicta, cui se sua voluntate subiecerat, iā regnum habet, & imperiū tenet in dextera patris, omnia habens subiecta sub pedibus suis omni accepta potestate in cœlo & in terra:
1. Co. 15
Matt. 28.

* *decorem indutus est:*
depositoq; habitu serui, in quo ab hominibus visus, & cum hoībus ꝯuersatus fuerat, iā gloria & honore circumamictus est, saccoq; humanæ mortalitatis cōscisso, stola gloriosæ resurrectionis & ꝑpetuæ immortalitatis est vestitus:
Psal. 8.
Psal. 19.

* *indutus est dominus fortitudinem:*
abijt iam ab eo procul omnis infirmitas, induitq; ꝓ infirmitate fortitudinē, fortē nunc Deū sese mōstrans in cœlis, q olim se hoīem infirmum exhibuerat in terris:

* *& præcinxit se.*
& quemadmodū vir pugnator sese accingit gladio, vt aduersus hostē dimicet, ita Christus rex, dux, & saluator populi sui, accinctus est gladio super fœmur suum, ita se aptauit ad salutē populi sui, ad eijciendum è mūdo suum aduersariū, principem tenebrarum, & electorum numerum de eius tyrannide per uirtutem Euāgelicæ prædicationis liberandum.
Ps. 44.

2 *Etenim firmauit orbem terræ, qui non cō mouebitur.*
Ipse. n. est qui orbē terrę stabilinit atque firmauit, q Ecclesiam suam sanctam infirmitate fidei super petrā firmissimā fundauit ut nō possit cōmoueri in seculū seculi, aduersus quā nec portæ inferi possint ꝑualere. Ipse post resurrectionem & gloriosam ascēsionē, missis in oēm terrā Apostolis, ædificauit fundauitq; in fidei firmitate Ecclesiam sanctā, velut nouum orbē terrarū, quæ vsq; in ꝯsummationem seculi nūquā deficiet, quēadmodū in initio creationis rerum materialem orbem terrarum fecit, qui perstabit in secula.
Matt. 16

3 *Parata sedes tua Deus ex tunc:*
Ex eo aūt t pe, qñ tu ò rex prȩclare, regnū accepisti morte deuicta, qñ decorem, gloriā & fortitudinem induisti, humilitate, ignobilitate, & infirmitate deposita parata tum est tibi solium gloriæ, thronus regius & iudiciarius tibi ſm humanitatis formam in cęlum redeunti cum victoria ad patris dexteram est constitutus, vt tāquam patri coæqualis sederes in ipsius dextera, extune dixit tibi Deus pater tuus sede à dexteris meis, extune fecit te con fidere ad dexteram suam, iudicem te constituens viuorum atq; mortuorum, dans tibi gentes in hæreditatem, & in possessionem terminos terræ:
Ps. 109.
Mar. 16.

à se-

** à seculo tu es.*

Actu. 10. neq; mirum sit tantã sis protectus dignitatem, qm̃ quidẽ patri tuo es secundum
Psal. 2. diuinam naturam coæternus, ab initio & ante secula cum ipso permanẽs, ante omnem creaturam.

4 *Eleuauerunt flumina domine: eleuauerunt flumina vocem suam.*

Cum aũt propositum tuũ de principis tenebrarum expulsione velles perficere, atque ad salutem per te operatam tuos electos aduocare, misisti tu dñe per vniuersum orbem terrarum sanctos Apostolos suos prædicatores veritatis: quos sic impleuisti aquis salutaris sapientiæ, & scientia Euangelicæ doctrinæ, quemadmodũ flumina aquis sunt salutaribus plena: q̃ quidem flumina in altum leuauerunt vocem suã, exaltauerunt quasi tuba vocẽ prędicationis suæ, ita vt in oẽm terrã exiret
Esa. 58. sonus prædicationis eorũ, & in fines orbis terræ perueniret sonus vocis eorum.

5 *Eleuauerunt flumina fluctus suos:*

Psal. 18. Eleuauerunt dico, hęc tua flumina alte resonantes doctrinas suas, quasi gurgites quosdam & fluctus inundantes, quibus totum orbem implerent, & velut concurrent orbem ad conuersionem fidei:

** à vocibus aquarum multarum.*

ita eleuauerunt vocẽ & fluctus suos, prę uocibus aquarum multarũ, supra & cõtra voces multorum populorũ cõtra clamãtium & repugnantiũ priorũ illorum flu-
Luc. 21. minum prædicationi. Vicit.n. illa potens vox fluminum, ita vt nõ potuerit resistere cõtradictio multorum infidelium populorum. Tale n. os & talis sapientia illis data fuit, tam efficax fuit vox sonitus eorum, vt non potuerint resistere neq; contradicere, multo verò minus præualere omnes eorum aduersarij.

6 *Mirabiles elationes maris:*

Interim dũ hæc tua flumina, flumina vtique paradisi & gratiæ, eleuarent vocem suam, mundus totus in maligno positus, hoc mare magnum, spaciosum, & plenũ insanis tumultibus, mirabiliter commotum est, mirabiliter efferbuit, seq; in altũ nimis extulit: principes, potentes, & sapiẽ
1. Ioan. 5 tes seculi huius cum sibi adhærentibus, grauissimos persequtionum tumultus suscitauerunt fidelibus prædicatoribus veritatis: & mirabiliter se aduersus tua mitia flumina extulit hoc mare superbum & semper inquietum:

** mirabilis in altis dominus.*

sed est in excelso cęlorum habitaculo mirabilis dñs, qui maris illius quantumuis mirabiles elationes sua potest virtute mitigare, compescere, atq; ẽt in totum sedare, pro suo beneplacito: qui in hoc se mirabiliter ostendit mirabilem, quòd illis talibus maris elationibus possit pro sua voluntate imperare.

7 *Testimonia tua credibilia facta sũt nimis:*

B Testimonia ipsa qbus fluminum tuorũ vocem, Apostolicã prædicationem, confirmasti, signa & prodigia admirabilia in virtute spiritus tui per sanctos tuos prędicatores exhibita, in confirmationẽ Euangelicæ doctrinæ, per quę tu illis cooperaberis prædicantibus, eorumq; sermonẽ confirmabas, facta sunt admodũ persuasibilia, valde ad persuadendum efficacia, vt quamuis ẽt inuitum (modo ratione vtentem, & mente obstinata non insanientẽ) possint inducere, imò cogere quodã modo & compellere ad credendum veritati
C mundo annunciatæ: ita vt per ea ẽt barbaræ nationes plurimæ ad fidem sint persuasæ siue inductæ, pleriq; etiam potentia & sapiẽtia in mari seculi huius admodum pollentes:

** domum tuam decet sanctitudo Domine in longitudinem dierum.*

Et qm̃ tu dñe pro tua sancta Ecclesia ędificanda, tam mirabilia operari dignatus es, domum tuam istam, quã tibi per Apostolicæ prædicationis ministerium ædificasti, decet sanctitas atq; mundities, tam interior q̃ exterior, vsq; in consummatio-
D nem sęculi & imperpetuum decens, est vt domus illa, quã tu tibi tam mirabiliter ædificasti & comparasti, non polluatur ĩ ęternũ, neq; deficiat vnquã ĩ ea sanctificatio fidei tuæ: sed iustum est, eã sic à te fundatam, in consummationem vsq; seculi semp in veritate persistere, & nullã vnq̃ malitiã prorsus illi dñari, donec sm plenitudinem gloriæ tuæ eam plenissimè inhabites in æternum Amen.

ANNOT. IN PSAL. XCII.

**V**Ersu 1. Dñs regnauit, decorem indutus est. Regnauit, nõ dẽ exponi,

rex fuit,quasi significetur regni trāsitus: E
sed regnum accepit,vt significet iā illum
accepisse sibi regnum & imperium: quo
ipse de se ad patrem redeunte,post resur
Matt. 28 rectionem,aiebat,Data est mihi oīs pote-
stas in cœlo & in terra. Qd aūt dr̄,Induit
decorē,induit fortitudinē,vel significator
natum quo se Christus ornauit decore &
fortitudine,vel assumptionē qua assūp-
.108. sit ea,vel plenitudinē designat.Ita.n. abū
dantiā & plenitudinē,sacræ literæ solent
Psal. 34. non rarò per indutionē significare. Ve-
lut cum in alio Psalmo dr̄,Induant quasi
Ps. 108. diploide confusione sua,Et iterū,Induā
Ps. 131. tur confusione & reuerentia. qui quærūt
mala mihi. Item , Et induet maledictio
Psal. 1. nē quasi vestimentū Sic & in bonā par-
tem Psal 131 Sacerdotes tui induant iu-
stitiā.Sacerdotes eius induā salutari. Et
in actis Apostolicis, Donec induamini
virtute ex alto:& in alijs plus mille locis.
Præcinctio verò illa,cuius meminit finis
versus,intelligit præparatio ad prælium
contra principē tenebrarū, Christi aduer
sarium, in salutē electorū. Atq; hæc est
Psal. 44. ista præcinctio,ad quam in alio Psalmo
Propheta dulce sponso canens epithala- G
lamiū,eundē adhortat,dicens, Accingere
gladio tuo sup fœmur tuū, potentissime:
Specie tua & pulchritudine tua,intende,
prospere procede,& regna Propter veri-
tatē & mansuetudinē & iustitiā,& dedu-
cet te mirabiliter dextera tua.Sagittę tuę
acutæ,populi sub te cadent,&c. Quod il-
lic(inquā)in spiritus desiderio postulat,
vt veniat,id iā hoc Psalmo,quasi peractū
decantat.Cōparat ergo Christus,iā in pa
tris dextera sedens,duci siue regi pugna-
tori ad pugnā se pro liberatione sui po-
puli apparantis. Posset tn̄ ista præcin H
ctio considerari fm̄ consuetudinē eorum
qui operari aliquid volunt,qui se præcin
gendo cōponunt, vt expediti possint esse
ad laborē,nec patiant impedimentū Præ
cinctos.n.esse oportet eos,q magni ope-
ris quippiā volunt agere.Atq; ita p Chri
sti hanc præcinctionē intelligeret ipsius
velut præparatio ad ædificationem Eccle
siæ,& noui orbis terrarū constitutionē.
¶ Versu 2. Etenim firmauit orbē terræ.
Nos in Elucidatione orbē terrarū spiri-
tualē exposuimus Ecclesiam sanctā,velut

nouum mundum & nouū orbē: quæ nō
cōmouebitur,fundata supra firmam pe-
trā,quemadmodū ipse in Euāgelio Sal-
uator Petro ait,Tu es Petrus,& sup hanc
Petrā ædificabo ecclesiā meam,& portæ
inferi non præualebunt aduersus eā. De
orbe aūt terrarum materiali, quo firma-
tus sit,vt non cōmoueatur,vt nō pereat,
stabilisq; persistat,est manifestū. Notan-
dum tn̄ est,cum de orbe terrarum mate-
riali exponit Psalmus,præcinctionē istā
de qua fit in pcedenti versu sermo conue
nientius: tum intelligi de præparatione
F ad opus: Cum n.ab æterno Deus decor[e]
suo & fortitudine fuisset Indutus, voluit
tn̄ in ipe ad opus se præcingere, vt orbē
terrarū tn̄ sua stabilitate perpetuò mansu
rum conderet. Atque ita quod sequi-
tur,Parata est sedes tua Deus extunc, in-
telligi debet,q à principio creationis re-
rum steterit regnum eius, & q thronus
regni eius paratus fuerit ab initio: id est,
quod ab initio oīum creaturarum rex &
dominus fuerit.Nos tn̄ omnia ad Chri-
sti glorificati regnum & thronum retu-
limus.¶ Ver. 4. Eleuauerūt flumina dn̄e,
&c Mira est sermonis festiuitas & magni
ficentia in trina ista replicatione,cum di
citur primum,Eleuauerunt flumina dn̄e,
deinde subdit,Eleuauerunt flumina vocē
suam:atq; iterum, Eleuauerunt flumina
fluctus suos.Est.n. quasi gradatio quædā
verborum, dū in posteriori semper plus
dr̄,quàm in priori,quemadmodum Psal Psal. 28.
mo.28.Afferte domino filij Dei, afferte
domino filios arietum , afferte domino Ibidem.
gloriā & honorem.Et alibi , Afferte dn̄o
patriæ gentium ,afferte dn̄o gloriam &
honorem,afferte domino gloriam nomi
ni eius.Quod aūt per flumina intelligi-
mus sanctos Apostolos,id nos rectè fe-
cisse arbitramur,quoniam sicut flumina
à fonte accipiunt in sui aluei capacitate
abundantiam aquarum,perpetuò è fonte
currentiū,ita & hi in capacitate credulo-
rum cordiū suorū aquas vitales ad abun-
dantiā capientes,implebantur ex plenitu
dine sui fontis.i. Christi domini , apud
quem(vt in alio Psalmo dr̄)est fons vitæ. Psal. 35.
quippe(iuxta Hieremiā) vena est aquarū
viuentiū. Neq; verò mirum videri debet, Hier. 2.
si ipsos prędicatores fidei nos flumi-
na

Ioan. 7. na appellauerimus, quādoquidē Domi-A nus nō eos tātum flumina appellauit q in ipsum credunt, sed flumina et dixit de eis effluere, iuxta qđ apud Ioannem in templo clamat publica uoce, dicens, Qui credit ī me sicut dicit scriptura, flumina de uētre eius fluent aquæ uiuę. Nō solū ergo flumina dicit credētes, sed fluminū uelut quosdā fontes, quatenus ex eorum uētre effluunt flumina, qua ēt considerAtione fontes appellari diximus fideles
Psal. 67. Apostolos. Ps. 67 eū dr, In Ecclesiis benedicite Deo domino de fontibus Israel.

¶ Ver. 3. Eleuauerūt flumina fluctus suos B Quidā hęc flumina intelligunt opposita & cōtraria prioribus. Illa. n. flumina Dei & agni erāt flumina paradisi & uita. Hęc uero intelligunt flumina Satanæ, flumina mortis & inferni. Quæ flumina tū intellige secularē potentiā & sapientiā quę se cōtra Apostolos erexerunt. Secundum quā sententiā; notāda est diligenter sermonis huius proprietas. Dīr. n. flumina ista posteriora eleuasse fluctus suos, cum illa priora dicantur, eleuasse uocē suā, ut significetur, aduersus uocē Apostolicā homines mundi huius eleuasse non uocem C sed fluctus suos uidelicet, qm illi efficacia uerbi pollebāt, isti persequutionis insania fęuiebant, neq; uocem uoci opponebant Non. n. poterant uoce, id est, rōnabili responsione contradicere non poterāt (qđo de beato Stephano in actis Apo-
Actu. 6. stolicis scribitur) resistere sapientiæ & spiritui qui loquebatur. Promissum. n. Saluatoris nostri irritū nō cecidit, quo suis
Lucæ 21 electis testificatus est, dicens, Ego dabo os & sapientiā, cui nō poterunt resistere oēs aduersarii uestri. Quia ergo os non potuerunt secularia flumina opponere, D quia non uocem uoce repellere ad fluctum impetum & iurgitum seuas concussiones cōfugerunt, ut quibus ratione cōtradicere non poterāt eos uiolentia persequutionū destruerent Vbi ēt hoc notādum, ꝙ flumina priora uocem dicuntur eleuati singulari numero, nō plurali, qm uidelicet quasi ex uno ore loquebantur oēs, idipsum docentes & prædicantes iuxta ꝙ ab uno magistro Christo & docto-
1. Cor. 11 re eodem spiritu sancto acceperant, q nō est magister neque Deus dissensionis, sed pacis. Flumina aūt posteriora fluctus eleuauerunt, qm multas & frequentes persequutiones excitauerunt aduersus populum fidelium. Quod aūt sequitur, A uocibus aquarum multarum, sm prædictam expositionem ita intellige, Seculi potentes & sapientes superbē excitauerunt persequutiones graues, contra Apostolicam doctrinam, à uocibus aquarum multarum, id est, ab insanis clamoribus contradictionis multorum populorum ueritati recusantium acquiescere, & suorū principum atq; sapientum infidelitati adhærentium. Seculi enim potentes & sapientes, tantum ex fiducia in multitudine populorum sibi adhærentium & subiectorū, ausi sunt obsistere fluminibus Dei suā aquā salutarem effundentibus, nō aūt ex ullo interno bonæ conscientię testimonio, aut ulla rationabili persuasione ad hoc inducti. Verum iuxta expositionem nostrā, quam in Elucidatione assignauimus, à uocibus, idem ualet quod pro uocibus: uel super uoces, id est, plusquā voces aquarum multarum. Altior. n. fuit uox prædicationis Euangelicæ omnibus uocibus aquarum multarum, id est, populorum murmurantium. Vicit. n. ueritas, & nihil obstantibus incredulorū turmis, numero plurimis, fęliciter triumphauit, ut vsq; hodie non defecerit eius regnum in Ecclesia, quemadmodum neque deficiet usq; in consummationem seculi. ¶ Versu 6. Mirabiles elationes maris mirabilis ī altis dominus. Nota pulcherrimam partium harum adinuicem correspondentiam. Non nego (inquit) elationes maris fuisse mirabiles, tales profecto ut secundum hominem spes non uidere tur posse eas supprimi. Verum hoc aduertē & sciri debet esse in cœlis admirabilem dominum, qui istas elationes maris, quantumuis mirabiles, & si mille cuplo magis mirabiles, solo potest uerbo compescere. Quod etiam de elationibus maris corporei veritatem habet. Mirabilem enim se Deus ostendit quòd mirabilius huius maris elationibus, cum plena potestate & authoritate imperat, iuxta qđ in Psal. 88.
alio Psalmo dr, Tu dominatis potestati maris, motum autem fluctuum eius tu mitigas.

## XCIII. PSALMI ARGVMENTVM.

*ADuersus impios bonorum oppressores Psalmus iste dirigitur, postulans simul & prædicens Dei aduersum illos iusta uenire iudicia, quorum impietatem pluribus uersibus describit, in oppressione maxime illorum qui humana carẽt defensione, ac deinde eorũ insipientiã, putantium Deum sua latere facinora. qua de re illos arguit & conuincit, impossibile esse ostendens, ut Deus oculorum & aurium fictor largiens omnibus uidere & audire, ipse non cognoscat quæ agunt homines, dicens, etiam cogitationes hominum singulas Deo esse cognitas, & omnem illarum uanitatem non latere Deum. Quorum impietate confutata, uersu duodecimo beatum pronunciat, quem Deus in sua lege erudit, illiq; bene futurum dicit in nouissimo, quando peccatoribus fodietur fouea, & iustitia exarcebit ultionis iudiciũ. Versu autem 16. spũ feruẽs aduersus malitiæ destructionem, optat sibi ad id perficiendũ auxiliũ, sed absq; Deo nihil fieri posse ipse in se apertus, confitet dicẽs, q nisi per Deũ fuisset adiutus, in inferno iã haberet mansionem, & diuinæ ascribit misericordiæ, qd non fuerit in infernum collapsus, à qua etiam cõsolationem abundantem iuxta afflictionis proportionem, confitetur semper percepisse vt nõ deficeret. Qua de re versu uigesimo, acri obiurgatione in illis subitaneo spũ motu inuehit qui præcepta Dei ut grauia & obseruatu impossibilia calumniãtes, sic loquunt & sic agũt acsi nõ aliter q̃ male possent uiuere, contra quorũ prauitatem & fraudem, ipse se in domino tutũ confidit habere refugium, illis suo tempore iusta condemnatione pro sua impietate puniendis.*

## XCIII. PSALMI ELVCIDATIO.

*DEVS ultionum dominus, Deus ultionum libere egit.*
Deus potentissimus, cuius est ultionem facere aduersus omnem impietatem & iniustiam, ad quem spectat ultio & retributio uindictæ, ut iudicem uerum & primum, cui
Psal 50. soli peccant homines, ipse Deus scelerũ ultor, libere & confidenter egit, semperque agit cõfidẽter & libere, in cunctis ultionibus quas secundum suã iustitiã peragit. Non.n respicit cuiusquã personã,
Matt, 22 neq; metuit uultũ potentis, neq; defert vllius dignitati aut glorie, neq; concedit prudentię aut scientię, sed libere absque omni personarũ respectu ultionẽ in oẽs exercet ĩpios, siue magnos, siue pusillos.

2 *Exaltare qui iudicas terram, redde retributionem superbis.*
Tu itaq; scelerũ ultor, q semper libere agis in impiorum punitione, tu qui terram iudicas, qui iudex es hominum, ad quẽ spectat cunctarũ humanarum actionum discussio atq; remuneratio, ostende nunc gloriam potentiæ tuæ, & superbis impiis istis qui nunc in mundo dominãtur & opprimunt bonos, redde uicissitudinem, debita sceleribus præmia.

3 *Vsquequo peccatores domine, usquequo peccatores gloriabuntur?*
Quamdiu enim tu iudex cõfidẽtissime atque liberrime, patieris homines impios, qui te nõ agnoscunt, neq; tibi seruiunt, quãdiu (inquam) patieris istos impune euadere, atq; etiam gloriari in sua malitia, degentes in multa securitate & voluptate, absq; timore iudiciorum tuorum, eo q se uideãt ita longanimiter à te tolerari, & omnino nihil sustiuere mali.

4 *Effabuntur & loquentur iniquitatem, loquentur omnes qui operantur iniustitiam?*
Quamdiu patieris impune, ut effutiãt & eloquantur quæ sunt iniqua & noxia, & cõtra te blasphemias, & contra pximos, dolos atq; iniustitiam, ut talia proponãt in cordibus, & loquantur in ore, atq; ẽt opere exerceãt operarii iniquitatis, quãdiu dissimulabis, & feres impiorũ istã malitiam impunitam? Exurge quantocyus & ostende ultionem tuam, ut bonis tuo iudicio ereptis de tẽtatione, impii illi iustam accipiãt operum suorum mercedẽ.

5 *Populum tuum domine humiliauerunt & hæreditatem tuam vexauerunt.*
Ecce enim domine afflixerunt populum tuum, humiles & pauperes tuos seruos humiliauerũt, populum humilem & simplicem, quem tu uelut tuam peculiarem hæreditatem habes & reputas, ipsi tuo timore postposito crudeliter oppresserũt, & multis modis per suã potentiam atq; astu-

astutiam veraverunt. A

6 *Viduam & advenam interfecerunt, & pupillos occiderunt.*

Hoïes pauperes & derelictos destitutosq́ue humano auxilio, cuiusmodi sunt viduæ, orphani, pupilli, & advenæ, hmôi, nõ habentes inter homines auxilium uel cõsilium, in hos crudelius suam malitiam exercuerunt impij, nõ solum bonis illos spoliantes, verumetiam vitam eis auferẽtes sine causa: uel propter bonorũ acquirendam possessionem, mortis falsas causas comminiscendo, vel bonorum iniusta ablatione & graui oppressione eorũ B vitam in dolore ad mortem deducendo, præ nimia animi amaritudine.

7 *Et dixerunt, non videbit Dominus:*

Ista autem omnia sic liberè agunt ꝑ sua mala voluntate, qm̃ persuasum habent, Deum non attendere ad res humanas, di-

Iob. 22. centes, eum perambulare circa cardines cœli, neq; nostra considerare, vt pro operibus reddat aliquando condigna præmia: dicuntq; in cordibus suis, non videbit dominus quæ nos agimus:

* *nec intelliget Deus Iacob.*

Psl. 13. & non intelliget Deus Israel, Deus cœli C non attendet, non considerabit ea q̃ nos hic in terris agimus, sic ut ea aliq̃n adducat in iudiciũ. Atq; ita hac persuasione fa-

Psl. 110. ciunt, vt nõ sit timor Dei ante oculos eorum: propter quod, absq; omni retinacu-

Eccle. 1. lo feruntur in omne malum præcipites, abiecto timore suo, per quẽ declinat ois à malo, quiq; sapientiæ est initium, & sine quo nemo potest iustificari.

8 *Intelligite insipientes in populo:*

Vos verò, ò insipiẽtes in populis, qui nõ sapitis quæ Dei sunt, sed terrena solũ, ponite istã vestrã insipientiã, quæ vos excæ- D cat, & rationis vestrę lumẽ ꝙ uobis à Deo inditum est, cõvertite ad considerandum & intelligendum id quod verum est:

* *& stulti aliquando sapite.*

& ò stulti, ac stolidi homines, q vobis huiusmodi tam stolidè persuadetis, quę nullã hñt verisimilitudinẽ, quæ et iõ naturalis monstrat esse falsa & vana, tandẽ aliquãdo sapere curate, & attente considerate quod verum est, vt non in vestra insipientia atque stultitia pereatis.

9 *Qui plantauit aurem, non audiet?*

Vos ipsi quæ dico iudicate, uestrãm ipsorũ rõnem constituo iudicem. An fieri põt, ut ille qui aures finxit, deditq́ue hominibus, à quo omnes homines auditum habent, & audiendi ad hoc aptum organũ, qui dat omnibus vt audiant, hic ipse non possit audire siue percipere nunc quę vos superba & impia loquimini?

* *aut qui finxit oculum non considerat?*

& qui mirabili artificio hominis oculos finxit, taliq; virtute formauit, ut possit per eos videre, & quæ foris sunt, obiecta apprehendere, ipse non poterit videre, non poterit considerare, atq; percipere ea quę nos pro uestra mala volũtate nũc in terris agitis? An hoc persuadere vobisipsis potestis? põt hoc vestro insidere aïo? patitur lumẽ naturale quod vobis inest, ut ita sentiatis, Deum qui dat hominibus vt audiant & videant, non audire neq; videre, & non percipere quæ dicuntur, & aguntur à vobis? Est hoc profectò omni rationi contrarium, neq; quicquam habet apparentiæ talis existimatio.

10 *Qui corripit gentes non arguet?*

Deniq; ipse qui corripit & castigat populos, qui vltionem facit de peccatis gẽtiũ, existimatis hunc non arguturum suo ipse & puniturum uestra scelera? putatis illum latere vestra dicta, aut facta, ut existimare possitis, non vos ab eo pro illis esse corrigendos?

* *qui docet hominem scientiam?*

ipse qui docet hoïem scientiã, à quo est omnis sciẽtia & oïs veritas, qui cuncta manifestat hominibus, & cognoscere facit ea qdẽ quæ ad corpus per naturale lumẽ quod signauit in nobis; ea uerò quæ ad animę salutem per internã spiritus sui instructionem, atq; etiam per dictamẽ naturalis luminis .s. iste à quo sic est oïs ueritatis cognitio, sola uestra nõ videbit opera? .s. hunc uestra dicta factaq; sola latebunt? Quàm mirandum est, uos ista tam irrationabilia, tam non cohærentia, tam dissona rationi, tam nihil apparentiæ ꝓbabilitatisve habentia posse inducere in animum, sicq; agere & uiuere, quasi hæc uera esse credatis.

11 *Dominus scit cogitationes hominum: quoniam vana sunt:*

Vt aũt planam vobis enunciẽ veritatem,

& vestra cōfundatur insipiens ista psua
sio, hoc scitote, Dominum Deū nō solum
dicta audire & facta conspicere, uerū etiā
latentes in occulto cordis cogitationes,
& proposita oīum hoīum, & hoc cognoscit,
φ hoīum cogitationes vanæ sint ac
inutiles, φ hoīes terrena sapientes (quantum
ex semetipsis) vana & inutilia cogitant,
& omnem uanitatem cogitationum
nostrarū ipse conspicit, propter qđ,
non solum à dictis, & ab operibus malis
verumetiam à malis, vanisq; cogitationibus
solicitissimè districtissimeq; abstinere
nos conuenit.

12 *Beatus homo quem tu erudieris domine.*
Et qm̄ homo, quantum ex semetipso, mē
dax ac vanus est, vt de terra natus, & de
nihilo factus, ita plerunq; de terra & de
vanitate, siue de nihilo cogitans, ideirco
illū ego iudico fęlicem quē tu dn̄e erudieris,
quem tu interna tua vnctione instruxeris,
vt sciat cogitare quæ bona sunt &
salutaria, eaq; loqui & agere:

* *& de lege tua docueris eum.*
& quē tú instruxeris in lege tua, cui tu intelligentiam
dederis præceptorum, atque
mandatorum tuorum eorum, sm̄ quæ tu
nos vitam instituere præcepisti, ut illa intimo
cordis affectu percipiat, ita vt illi sapiat
doctrina æquissimæ legis suæ, & in
ea oblectetur ac meditetur iugiter,

13 *Vt mitiges ei à diebus malis, donec fodiatur
peccatori fouea.*
Huic. n. quem tu sic erudieris & instruxeris,
tu mitigabis à diebus malis, huic facies
bene esse in tp̄e angustiæ, in diebus
in quibus male erit oībus impijs, quibus
per sententiam districti iudicii fodietur,
& aperietur fouea inferni, dum iubebuntur
discedere in ignem æternū: qn̄ his (in-
Mat. 25. quam) impijs ita male erit, qn̄ cum eis ita
terribiliter agetur, ut eū sordidis hircis:
tu mitigabis iusto, tu illi molliter & bene
esse facies, cum illo benignè ages, vt cum
tua ouicula, nimirum locaturus illum ad
dexteram tuam, atq; proloquuturus sup
illum æternæ beatitudinis vocem suauissimā.
Et cum impijs fodietur in inferno
fouea, quando in inferno sepelientur reprobi,
iusto in supernis cœlorum mansionibus
gloriosa sedes exaltabitur, in qua
cum suo domino fœliciter regnabit &
E triumphabit imperpetuum.

14 *Quia nō repellet dominus plebē suam et
hæreditatem suam non derelinquet.*
Non. n. à se abijciet dn̄s populū suū, & il
los quos ipse ut suam hæreditatem possidet,
quos ipse ut suas oues agnoscit, ī suā
possessionē cōputat, nō eos derelinquet
imperpetuum, sed custodiet ab oī malo, & Esa. 40.
faciet saluos in regnū suum cœleste: non
eos abijciet vt reprobos in sepulchra inferni, Ephes. 2
sed colliget eos in sinum suū, & cō-
sidere faciet eos secum in cœlestibus.

15 *Quoadusq; iustitia tua cōuertat ī iudiciū.*
F Futurum est n. ut iustitia Dei, quæ ad tp̄s Rom. 2.
dissimulat, differtq; vindictam, velut expectans
peccatorem ad misericordiam, &
& velut inuitans ad pęnitentiam, tandem
aliquando reueletur, & conuertatur ad vltionis
iudiciū, futurum est, ut iustitia executionem
accipiat: atq; in opus procedat,
ad reddendum unicuiq; secundū ope
ra debitam mercedem, ad faciendam in
impios uindictam de omnibus quæ sunt
operati malis:

* *& qui iuxta illā oēs qui recto sunt corde:*
& q tūc inuenientur iuxta illā, qui tunc
G adiuncti erunt iustitię Dei, omnes illi &
soli erunt, qui nunc recto sunt corde, qui
coram iustitia Dei stabunt atq; consistēt
absq; repulsa, erunt iusti, fideles, & recti
corde. Nam impij qui prauo sunt corde,
tunc nequaquam inuenientur iuxta illā
Dei iustitiā, non poterunt in cōspectu iustitiæ
illius iudicium exercentis consistere,
sed repulsam quantocyus patientur, &
longe proijcientur ab ea in profundum
inferni, & in ignē æternum, elōgati à Dei
cōspectu in æternum. Tolletur. n. impius
vt non uideat gloriam Dei:
H Erunt ēt recti corde iuxta illū Dei iustitiā
iudicantem, quando sancti omnes quasi
assessores astabunt, uel assidebūt, uel assētientur
iustitiæ iudicanti, approbabuntq;
iudicij sententiam.

16 *Quis cōsurget mihi aduersus malignātes?*
Cum verò tanta sit hominum impiorum
in hoc sęculo prauitas, ubi potero ego re
perire aliquem, qui pro me uelit ac possit
exurgere contra maligne agentes, & ma-
lum quærentes innoxiis:

* *aut quis stabit mecum aduersus operātes
iniquitatem?*

aut

aut vbi inueniam,q pro me ex mea parte A
velit ac possit stare contra operarios ini-
quitatis,ad illos expugnãdum & prohibẽ-
dum,ne sua puersa implere possint consi-
lia?O vtinam tale possem alicubi reperi-
re adiutorium,quo omnia impiorum ma-
chinamenta (quod vehementissime desi-
dero) possem dissoluere atq; dissipare, eo
rumq; pessimis conatibus obsistere.

17 *Nisi quia dominus adiuuit me, paulominus habitasset in inferno anima mea.*

Sed nõ inuenio in hominibus potentiã
hmõi,quæ mihi id possit præstare,neque
hominis hoc est opus, tam abundantem B
mundi malitiã effugere vel destruere,nisi
quẽ tua Dñe misericordia adiuuerit.Vn
de de meipso hoc expertus loquor,quod Psal.94.
nisi tu Dñe misericorditer adiuuisses me
periculum mihi fuisset maximum, ne iã
morte absorptus inhabitarem lacũ infer
ni,iã malitia nimia deuictus succubuissẽ
tentationi,nõ potuissem inuenire malo-
rum exitum,atq; idcirco quod nũc saluus
adhuc in uita cõsisto,nũ. meis nudis viri
bus,sed tuæ potissimum gratiæ debeo.

18 *Si dicebam, motus est pes meus, misericordia tua domine adiuuabat me.*

Si existimabam ego in corde meo, motus
est pes meus, si mihi videbar venisse in
lapsus periculum quotiescunq; in tale di-
scrimen me contingeret incidisse,ut mi-
hi viderer nõ diu posse consistere, iamq;
in tentationẽ induci inciperẽ,tu dñe quã
to cyius psentem te mihi exhibebas in au
1.Cor.10 xilio tuæ gratiæ,per misericordiã tuã op-
portunũ mihi mittebas adiutoriũ,nõ pa
tiens tentari me supra vires, faciensq; cũ
tentatione prouentũ,vt possem sustinere,
& inuenire exitũ,misericorditerq; me li-
berasti ab oĩ lapsus periculo, uel lapsum D
quantocyus erigendo, uel labi incipientẽ
à casu præseruando.

2.Cor.1. 19 *Secundum multitudinẽ dolorum meorũ in corde meo,cõsolationes tuæ lætificauerũt animam meam.*

Neq; solum à casu me custodiuit miseri
cordia tua,sed abũdanter insup adimple-
uit consolationibus. Secundum multi
tudinem dolorum & afflictionum; quib9
affligebatur cor meum, ex proportionis
æqualitate,tuæ suauissimæ consolationes
ex altera parte lętificauerunt animã meã,
ita facis semper cũ tentatione prouentũ,
vt quemadmodum abundant passiones,
& afflictiones,ita & abũdet per te conso
latio mea,ne sub pondere tribulationum
deficiã,uictusq; succumbã,si nõ tuis sua- 2.Cor.1
uissimis ꝯsolationibus iuxta meã surã tri
bulationũ sufficienter existã confortatus.

20 *Nunquid adhæret tibi sedes iniquitatis, qui fingis laborem in præcepto?*

Et cũ ego ipse tantam sim expertus in me
metipso Diuinæ miserationis dulcedinẽ
ẽt afflictionibus maximis nunquã me de
serentem, quare vos ô peruersi, falsas ex
cusationes quæritis,dicentes, pcepta Dei
nimium grauia esse,& obseruatu difficili
ma, non posse vos peccata derelinquere
& Deo seruire? Nunquid vobis qui sic
fingitis laborẽ,difficultatẽ,& velut impos
sibilitatem quandam in æquissimis præ-
ceptis Dei,nũquid vobis(inquã) adhęret
sedes iniquitatis, ut non possitis iniqui
tatẽ deserere?an ulla vobis est adglutina
ta peccandi malẽq; viuendi necessitas,vt
nõ possitis ex iniqtatis sede ĩ qua nũc ge
scitis exurgere, eãq; surgẽdo relinquere
Si hęc dicitis, mẽtimini, blasphematis dul
C cedinẽ miserationis Dei,quæ,ut ego cer-
tissima didici experientia, parata semper
est uobis auxiliũ ferre,ut a malitia vestra 1.Ioã.15
in qua turpiter sedetis & requiescitis,ua-
leatis resurgere,si uos tm̃ uobis ipsis nõ
defueritis. Neque uerum est, quod fingi- Mat.11.
tis in eius præceptis esse laborem, diffi-
cultatẽ,& uelut ĩpossibilitatẽ. Mãdata n.
eius grauia,nõ sũt,estq; iugũ eius suaue,
& onus leue,& amanti nihil est difficile.

21 *Captabunt in animam iusti:*

Impij isti persequutionem excitabũt, &
quasi uenationẽ instituent aduersus ani-
D mas iustorum,cupientes eos in laqueum
& perditionem inducere.

* *& sanguinem innocentem condemnabunt.*

& homines innocentes ipsi,si poterunt,
ad mortem deducent absq; tuo timore,
occasiones quærent vt innocentes pos-
sint de uita tollere.

22 *Et factus est mihi dominus in refugium, & Deus meus in adiutorium spei meæ.*

Verum aduersus oẽm impiorũ malitiã,
contra oẽm impietatẽ,dolos & machina
menta prauorũ factus est mihi dñs Deus
in se refugiũ,tanq̃ arx munita, ad quam

 sem-

ſemper ego confugiã, & in qua ab oĩbus E
malorũ periculis tutus abſcõdar:& Deus
meus factus eſt mihi in auxilium fiduciæ
meę,in adiutoriũ,ĩ quo ego ſpero oĩa ma
lorum ſuperare pericula,In ip ſius.n.refu
gio & ꝓtectione ero ab oĩ malo ſecurus.

*23 Et reddet illis iniquitatem ipſorum,et in malitia eorum diſperdet illos Dominus Deus noſter.*

Illis aũt impijs retribuet mercedem debi
tam impietatibus eorum,pp malitiã eo-
rum cõdemnabit & perdet eos dñs Deus
noſter,Deus vltionum qui ſemper agit li
berè,ipſe perditione ſempiterna condem F
nabit illos,proijcietq; & ſeparabit à facie
ſua in æternũ,ꝑ omnibus iniquitatibus,
quas ſunt operati,redditurus illis mortẽ,
peccati totum ſtipendium,à qua ſuos ele
ctos omnes,qui bonitatem ſedulo ſunt ſe
ctati,faciet ſaluos in vitam æternã. Amé.

ANNOT. IN PSAL. XCIII.

VErſu 1. Deus vltionum liberè egit.
Apud hoĩes, qui iudicum funguntur
officio,frequenter non poſſunt,vt volunt
exercere in maleficos vindictam, uel qđ G
non ſatis potentes ſint ad exequendũ ul-
tionẽ,vel q; præ timore,aut ſpe lucri, vel
alicuius accipiendi beneficij nõ audeat,
vel quia pͣtẽm habent reſtrictam,atque
limitatam,ab eo qui eſt pͣte & authori-
tate ſuperior. Atq; ita fit vt vltores & indi
ces in terris, qui loco Dei ſuper terram
ſunt vltionum domini, ad quos ex com-
miſſo officio ſpectat uindicta malorũ,fre
quenter non liberè agant,non ſecurè,nõ
confidenter,non pro voluntate,neq; pro
æquitate,dum vel ſpe,uel timore,uel ſupe
rioris authoritate,ita eorum brachiũ con H
ſtringitur,ut nõ quãtum debeant,velint,
aut certè non valeant, quantum velint.
Gene.17 Deus verò,qm̃ eſt omnipotens,cui nihil
Lucæ. 1. eſt impoſſibile, neq; difficile, qui omnia
quæcunq; vult facit,ſub cuius ditione cũ
Pſ. 113. cta ſunt poſita,vt nõ inueniatur q poſſit re
ſiſtere eius voluntati: ditiſſimus, item &
ſibi ſufficientiſſimus,vt bonorum noſtro
rũ non indigeat,neq; à quoquã quicquã
debeat expectare: ſupremus oĩum dñs,
rex magnus ſuper omnes reges, ut non
poſſit ulla ſuperiori authoritate prohibe

ri:quoniam talis (inquam) eſt Dñs Deus Heſt.15.
vltionum,idcirco libere ſemper & confi
denter agit, in executione ſuę iuſtitiæ.
¶ Ver.10.Qui corripit gentes,nõ arguet? Pſ. 15.
qui docet hominẽ ſcientiã?Ad vltimã par
tem hanc,Qui docet hoiem ſcientiã,repe
ti dẽt illud ex parte præcedenti,nõ arguet
hoc modo,Qui docet hoĩem ſcientiam,
non arguet? Quare in eundem ſenſum ſic
dici poterat abſq; repetitione,Qui corri-
pit gentes,qui docet hoĩem ſcientiã, non
arguet?Cum aũt dicitur, Qui corripit gẽ
tes,videtur reſpicere celebriores punitio-
nes factas in prioribus ſęculis ſuper to-
tas gentes,cuiuſmodi erat punitio diluuij
ſuper totum orbẽ,& ignis ſulphuris ſup
Sodomam & Gomorrham , plagarum ꝑ Pſ.94.
Moyſen ſuper terram Aegypti,aliarumq;
his ſimilium. Eſt ergo ſenſus,Is qui totas Gene.19
gentes corripit pro ſuis ſceleribus , uos
impios non arguet pro ueſtris impietati
bus? Si totæ gentes non poſſunt illius ef Exod. 7.
fugere vltionem,vos effugietis?Si nõ par & 8.
cit nec populis, vos impunè peccabitis,
quaſi ignoret Deus quæ agitis. ¶ Ver.13.
Vt mitiges ei à diebus malis,donec fodia
tur peccatori fouea. Clarius ex Hebræo
uertit Hieronymus,Vt quieſcat à diebus
afflictionis,& Felix,Vt præſtes quietem il
li à diebus malis,hoc eſt,ut illum cuſto-
dias à diebus malis,ne dies malos ſentiat
tuncq; illum facias habere requiem,quã-
do impijs erũt dies mali & dies afflictio
nis.In eo etiam quod ſequitur,Donec fo-
diatur peccatori fouea, particula donec
impropriè ſumi videtur, & facilior appa-
reret ſnĩa,ſi ita diceretur,Vt mitiges à die
bus malis,quando fodietur peccatori fo-
uea.Poteſt tñ etiam impropriè accipi hęc
particula,& talẽ efficiet ſententiam, Bea-
tus quem tu erudieris,&c. ut bene illi ef-
ſe facias,& quietem præſtes per patientiæ
tuæ doctrinam,à diebus afflictionis in q-
bus nunc agit, preſſus nimia peccatorũ
malitia,ut interim ex inſtitutione tuæ le-
gis conſoletur in aduerſis, perferatq; in
patientia & dulcedine ſpiritus impiorum
malitiam,donec tandẽ aduerſum impios
perſequutores videat fieri vltionẽ in no-
uiſſimo, quando illis fodietur fouea, Luc. 16.
id eſt, reuelabitur interius atque perdi-
tio mortis æterna, ut cum diuite illo
epulo-

epulone sepeliant in inferno. Atque ita
per dies malos, intelligunt dies afflictio
nis & tribulationis in psenti tpe, Iuxta
priorem verò sniam, intelliguntur tēpo-
ra æternitatis, quibus impii in tormētis
detinebuntur. ¶ Ver. 15. Quoadusque iu
stitia cōuertat in iudicium, Manifestum
est particulā quoadusq; non accipi ut de
notet exclusionē, quasi significetur, inte
rim non derelinquendos sanctos donec
iustitia cōuertat in iudiciū, ac tum san-
ctos derelinquendos, qn iustitia conuer-
tetur in iudicium, sed accipitur ut signifi
cet cōsequutionem eius, quod posterius
Matt. 1. futurū est, sm temporis ordinem, quem-
admodum in Euangelio de Iosep dr, qp
desponsatam sibi vxorem Mariā non co-
gnouit, donec peperit filium suum pri-
mogenitum, Et in Psalmo 109. Sede à
Ps. 109. dexteris meis, donec ponā inimicos tuos,
&c. Iustitiam aūt conuerti in iudicium
intelligunt duobus modis, videlicet uel
de iustitia Dei, uel de iustitia sanctorum.
Iuxta priorē modū in Elucidatione dixi
mus, iustitiā Dei conuertendam in iudi
cium, quia ipsa quæ nunc dissimulet &
differt punitionē impiorū, & velut otio-
sa cessare vr., tandē ad vltionis iudiciū
pcedat. Sicut n. nūc à iudicio cessare ur,
ita tum manifestè conuertetur ad iudi-
cium. Alii de iustitia sanctorum interpre
tantes, dicunt, iustitiam sanctorum, quæ
nunc contemnitur, deridetur, & psequu-
tionem sustinet, aliquando uenturam in
iudicium, quando corā oībus reuelabit,
& quanti sit precii monstrabit pro qua
gloriosam accipient stolā incorruptio-
nis. Nunc. n. quasi absq; iudicio, absq; æ-
stimatione, & velut nullius precii hr iu-
stitia, sed ueniet tps, quando in iudiciū
cōuertetur, qn præ subitatione insperа-
tæ salutis conturbari impii dicent. Ecce
quos aliqn habuimus in derisum & in
Sapien. 5 similitudinem improprii. Ecce quō cō-
putati sunt inter filios Dei, & inter san-
ctos sors illorum est. ¶ Versu eodē. Et q
iuxta illā, oēs qui recto sunt corde. Ple
riq; id legunt accentu qōnis ac subnexæ
responsionis, hoc mō, Et qui iuxta illā?
oēs qui recto sunt corde. Verū si origi-
nalē Græcā lectionem, respiciamus, uide
bimus manifestè, nequaquā hāc eē rectā

A lectionē, In Græco. n. sic legit καὶ οἱ ἐχόμενοι αὐτοῖς πάντες οἱ εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ
Vbi manifestum est, nullum poni signū
qstiuuū, pō. q; sic verti, Et existentes iuxta
illā, omnes recte corde, subaudiendo ver
bum substantiuum, sunt. Vnde patet, qui
in nostra lectione non esse signū qstiti-
uum, sed indefinitè positū, vt hunc faciet
sensus, Et omnes q recto sunt corde, sūt
illi qui sunt iuxta eā. Foretq; sermo ali-
quāto facilior si ita legeret, Et iuxta illā
oēs recti corde. Cæterum qđ ad sniam p
tinet huius lectionis, nos in Elucidatio
B ne duplicem indicauimus. Priorē de bo-
nis in die iudicii, absq; confusione asti-
tutis iustitiæ Dei, quando tollet impius,
ne uideat gloriā Dei, posteriorē de ap p-
batione diuinæ sniæ, quemadmodū asses
sores iuxta iudicis iustitiā iudicantē assi
stunt per circuitum. In lectione aūt Græ
ca, relatiuum posset referre iudiciū æq
atq; iustitiā, qm in eo idiomate vtrunq;
est generis fœminini. Vnde legi pōt, Et
qui iuxta illud, oēs recti corde. Quod ad
eundē modum pōt exponi. Sancti. n. iux
ta iudicium Dei erunt, qm ei adhærebūt,
C ipsumq; approbabunt, tanquam assesso-
res. B. Hieronymus vertit ex Hebræo. Et
sequentur illud oēs recti corde, qđ in eā-
dem sententiam rectè potest interpreta-
ri. Dicuntur. n. assessores sequi iudicium
iudicis. Ad quem modum exponi potest
ēt lectio nostra vulgata, per sequelam iu-
stitiæ, intelligendo eius approbationem.
¶ Versu 16. Quis consurget mihi aduer-
sus malignantes, aut quis stabit mecum
aduersus operantes iniquitatem? Intelli-
gitur hæc interrogatio pronunciari, uel
ex metu periculi, propter mala & pericu
D la qbus plenus est mundus, uel ex feruo-
re indignationis bonæ sm Deum, pp de
siderium dissipandi improborū malitiā.
Priori satis consonat quod mox sequit,
Nisi quia dns adiuuit me, paulominus
habitasset in inferno anima mea, Poste-
riorē tamē sententiā explicat Elucidatio,
& connexionem cum versu sequenti nō
ineptam demonstrat. ¶ Ver. 20. Nunquid
adhæret tibi sedes iniquitatis, qui fingis
laborem in præcepto? Nos in Elucidatio
ne hunc uersum sumus interpretati, qua
si interiectum ad obiurgationē impii in

## XCIIII. PSALMI ARGVMENTVM.

*INuitatio est hic Psalmus fidelium ad laudem Dei ppterea quod ipse rex & dominus sit omnium supremus qui omnia fecit, & ubique tam in terra quàm in mari plenum & perfectũ tenet imperium, qui omnium est fidelium pastor & curator benignissimus Dehinc à uersu octauo ad finem usque exhortatio ponitur fidelis populi, ad credendum & obediendum illi potentissimo domino, ad cuius laudem iam ante inuitauerat, proponens exemplum ueteris illius populi Iudaici, inobedientis & murmuratoris, ne ut illi ultione Dei in terram pomissionis, propter suã impietatem non fuerunt introducti, ita & nos continga: à terra quietis æternæ nobis promissa excidere si uoci domini fuerimus inobedientes.*

## XCIIII. PSALMI ELVCIDATIO.

ENITE *exultemus domino, iubilemus Deo salutari nostro.*

Venite pariter omnesqui timetis dominum, vt vna lætamur & exultemus in domino Deo nostro, laudesq; in iubilo alacriter cantemus Saluatori nostro, qui nos à morte saluos facit, uita donat sempiterna.

2 *Præoccupemus faciẽ eius in confessione.*

Maturemus, sustinemus, quasi præuenientes & præoccupantes ante conspectum uultus eius, laudibusq; & actionibus gratiarũ accedere eius præsentiã sustinemus uelut contendentes quis prior sit aduenturus neq; tñ appareamus ante conspectũ eius uacui, sed laudis & actionis gratiarum adferamus coram eo munera.

* *in psalmis iubilemus ei.*

& in psalmis, hymnis, atq; canticis spiritualibus iubilemus ei Saluatori nostro.

3 *Quoniam Deus magnus dominus, & rex magnus super omnes Deos.*

Apoc.19. Quoniã Deus noster est magnus dominus, & rex magnus, præ oĩbus qui dii nominantur uel existimantur in cœlo aut in terra. Ipse.n.est rex regum & dominus dominãtium, qui dominat super omnes habẽtes potestatem uel imperiũ in terris, & ipsi nemo dominatur superior. Oẽs quoque qui dii nominantur, huic sunt ut primo & soli uero Deo subiecti quomodo serui erga dominum suum,

* *quoniam non repellet dominus plebẽ suã:*

& ipse dominus nõ abiiciet in sempiternum populum suũ, nunquã derelinquet sibi seruiẽtes, & in se habentes fiduciam.

* *Quia in manus eius sunt oẽs fines terræ.*

B Est profecto Deus noster magnus dominus, & rex magnus super oẽs deos, qm̃ plenissimo imperio dominatu & imperat omnibus finibus terræ, tota latitudo terrę ab oriente usq, ad occidentem & à septentrione vsq; ad meridiem eius est ditioni plenissime subiecta, & quęcunq; tota hac terrę latitudine continetur, ipse habetq uasi in manu sua, ut de eis possit agere & cõstituere quicquid habuerit & quęcunque uoluerit facere, cum cæteri interim dñi uel dii, non nisi in aliqua terrę augusta particu la suæ habeant domina-
C tionis ĩperiũ, angustis valde terminis cõclusũ, & illo ipso ĩ loco ubi dñantur, nõ oĩa pñt agere, ac disponere p sua uolũtate neq; oĩa agere illic ualẽt, nolũt, ut merito horũ cõparatione, Deus noster magnus dñs, & rex magn' debeat nũcupari:

* *& altitudines montium ipsius sunt.*

imò & altissima montiũ, summos uertices mõtiũ ipse possidet, adeo nihil est in uniuersa terra ipsius imperio non subditũ, ut loca ẽt altissima & hominibus inacessa in sua habeat possessione.

5 *Qm̃ ipsius est mare, & ipse fecit illud.*

D Neq; uero solũ in terra suũ habet imperium, uerum æque ẽt in amplitudine maris. Ipse enim est, qui mare in principio creationis rerum de nihilo cõdidit, pp qđ iure ipsi quoq; ascribi debet ĩ dñium

* *& siccam manus eius formauerunt.*

sicuti & terrã (quę pp naturalem suam siccitatem arida siccaque merito nuncupatur) ipse formauit suis manibus, hoc est: uirtute suæ potentiæ, & sapiẽtiæ ipsius industria, quõ artifex manibus suis format op' đ luto, ita ipse sua potẽtia de nihilo.

6 *Venite adoremus, & procidamus.*

Veni-

ꝙ malũ sup malũ addẽrẽt, quodq; nec mirabilib⁹ beneficijs,nec terribilibus vltionibus possent à sua prauitate auerti)populus iste sp errat corde,ppetuo murmurant,diffidunt,nõ credunt,tentant, & me ad iracundiam prouocant:quocunq; ego cum illis agam,siue beneficia conferẽdo, siue terrores ostendendo,nihil proficio, perseuerant illi in sua malitia,nihil aliud quàm tentant & murmurant,neque beneficijs molliti, neq; terroribus compelli possunt ad obedientiam.

11 *Et isti non cognouerunt vias meas.* Et ipsi non cognouerunt vias meas,meã iustitiã,meam misericordiam, meam veritatẽ,meam fidem, quibus ego ambulo & incedo in oibus actionibus meis,non crediderunt mihi,nec in me confisi sunt, vti faciunt quibus cognatę sunt vitę meę: *vt iuraui ĩ ira mea si ĩtroibũt ĩ requiẽ meã.* pp quod ego illis iuraui in iracũdia mea pp quam infidelitatem atq; malitiam fic mistãmo decreto statui,& tanquã irreuocabilem sententiam protuli, quod non essent ingressuri in terram quietis, quam promiseram patribus eorum, & in quã eos introduxissem, si debitã mihi præstitissent obedientiã. Propter quod, omni attentione sollicitissimè cauendum est in hac die,in hoc tpe gratiæ,ne illorum culpa & inobedientia similes inueni,digni efficiamur cõsimili pęnæ:ne videlicet ob incredulitatem & inobedientiã excludamur ab illa fęlici re pmissionis terra,quã expectant & desiderãt oẽs electi, vt in ea habitent,& regnent in sæcula sæculorũ.

## ANNOT. IN PSAL. XCIIII.

VErsu 1.Venite exultemus dño. Valde iucundũ est, quod in hoc Psalmo,quoties fit inuitatio vel ad Deũ laudandũ,vel ad Deum adorandum,nõ dicit Propheta per secundã tantum personam, Venite, exultate dño, iubilate Deo salutari nřo,præoccupate faciẽ eius, &c. sed prima persona dicit,Adoremus,exultemus,procidamus,ploremus.Non.n.est hic Propheta ex illorũ numero qui alios docẽtes,& ab bonũ exhortantes, ipsi nihil agunt eorũ,ad quę adhortantur alios: q ad fortiter bellandũ cõtra hostẽ classicũ canunt,tubã suæ vocis exaltantes,ipsi A interim viuẽtes in otio,ac sub hostili tyrannide miserè seruire præeligentes.Sanè qui hmõi sunt,ita dicunt,Venite,exultate,iubilate,procidite,plorate:sed prima persona negligunt seipsos includere cũ ijs quos adhortantur. Videlicet tales erãt illi de quibus Saluator terribiliter in Euãgelio loquitur,dicens, Super cathedram Moysi sederunt scribæ & Pharisæi. Oĩa ergo quę dixerint vobis,seruate & facite: sm opera autem eorum nolite facere.Dicunt.n.& non faciunt.Alligant aũt onera grauia & importabilia in humeros hominum,digito aũt suo nolunt ea mouere.Horum verò longe dissimilis est, qui proximis dicẽs venite,statim illis se adiũgens,subijcit,exultemus,iubilemus,procidamus,ploremus, &c. Sic & apud Esaiã seinuicem adhortantes fideles populi,dicunt,Venite ascendamus ad montẽ dñi, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos vias suas,& ambulabimus in semitis eius Matt.23 Esaiæ.2.

¶ Ver.2. Pręoccupemus faciẽ eius in confessione. Præoccupemus idẽ est quod præueniamus,quemadmodũ vertit Felix,siue maturemus,aut festinemus:hoc est, tempestiuè,veniamus,dum tps est laudandi, quemadmodum alibi dr̃, Anticipauerũt vigilias oculi mei.Et rursum: Præuenerunt oculi mei ad te diluculo,vt meditarer eloquia tua. Pôt ẽt ista præoccupatio indicare quandam contentionem & vehemens studium, quo sancti Dei serui quasi contendere videntur adinuicem, pręueniendum in Dei laudibus,dum sancta quadam ęmulatione vnusquisq; suũ proximũ conatur superare:vt sit feruidus, Quasi inuicem pręoccupando siue præueniendo,festinemus venire ante cõspectũ dñi Dei nostri. Confessio aũt in qua monemur præoccupare faciẽ dñi,intelligitur confessio laudis & actionis gratiarum.Vnde Hieronymus sic vertit, Præocupemus vultum eius in actione gratiarum.Et Felix, Præueniamus faciem eius in confessione,celebratione, vel laude. Psal. 76. Pl. 118.

¶ Ver.3. Q̃m non repellet dñs plebẽ suã. Hanc particulam, quæ fm vsum Romani Psalterij in tẽplis canit, nõ hẽt lectio Hebræa,neq; aliquid eius loco. Et dicũt, Gallicanũ Psalteriũ ipsam similiter non habere,quãuis cõiter in libris habeat inserta

serta ex Psalterio Romano. Neq; habet hoc loco satis aptam connexionē, q̄ melior esset, si illo omisso ita legeret. Quoniā Deus magnus dñs, & rex megnus super oēs deos. Qui manu eius sunt oēs fines terrę, & altitudines montium ipsius sunt. Sic.n.uersus subsequens manifestē cām reddit eius qd dicit praecedens. Rō.n. magnitudinis & regni & dñii Dei nostri, recte ex hoc sumitur, qa in manu sua habet oēs fines terræ, q̄m altitudines mōtium ipsius sunt. Propter qd in Elucidatione licet particulā illā, Q̄m non repellet dñs plebem suam adieccrimus & explicauerimus, sic tñ eā posuimus quasi impertinentem, & uelut abundanti interiectum. Illud autem quod sequit, Quia in manu eius sunt omnes fines, &c. iunximus cum praecedenti illo, Q̄m Deus magnus dñs & rex magnus. Vbi notādū q̄ regnū atq; dominiū dñi nři i duobus his cōmēdatur, & ut magnum eleuat. Primum quidem in hoc q̄ latissimē expanditur, q̄m ve; nō ī una aliqua terræ parte, nō in Europa solo neq; tm̄ in Asia, neq; in Aphrica tm̄, quēadmodum qui inter hoīes dominantur, nemo prorsus inuenitur ex illis, qui uniuersale habeat totius terræ dominium, sed uel unius tm̄ plagę in terra, uel minimæ alicuius particulæ, quę comparatione facta ad totius terræ magnitudinē, non nisi punctulus venit ęstimanda. Dominus aūt Deus noster in oībus finibus terrę imperiū tenet, imō & altissima mōtiū loca hominibus inacessa, imo incognita posset. Secūdō commendatur dominium Dei nostri in perfectione imperii & perfecta subiectione, cum dñr fines terræ esse ī manu eius. Quod.n.in mana quis habet, plenissime illud suæ habet uolūtatis subiectū ut possit agere de eo qequid libuerit, quēadmodum & vulgo dicere solemus, illud nos habere in manu, quod in plena est nřa ptāte, ut agere de eo possimus pro nostro placito. Non.n.alii qui dominantur super terram, in manu habent terras quarum sunt domini neq; eos omnino in manu habent quibus dominant, neq; agere semp pñt quodcunq; uoluerint, nisi & ipsi uelint aliquando pati quodcūq; subditis placuerit. ¶ Versu 5. Q̄m ipsius est mare, & ipse fecit illud illud posterius, Et ipse fecit illud, accipi pōt, vt exprimat in eo cā dicti prioris. Rō.n. quare dñi sit mare, est, quia ipse fecit illud, Vnde Hierony; in sua uersione coniunctionē causalē pro copulatiua ponit in hunc modum. Q̄m Ipsius est mare, ipse .n. fecit illud. Quōd si quis obiiciat, artifices plæraq; ædificia facere, & domos cōstruere, quorum tñ ob hoc ipsi non sunt domini. Manifesta obiectionis huius est solutio, q̄m artifices illi tantùm in construendo ministri sunt ex aliena materia, ex precio & lucro alieno ædificantes neque sibi, sed illi qui eos conducit precio, ædificant. Deus autem cœlum, terrā, & omnia quæ condidit, non ut minister fecit conductitius, nō ex aliena materia, quā sibi alius quisquā suppeditasset, i nō ab aliquo mercede conductus, nō operans sub lucro, non etiā utens cuiuscunq; adiutorio, sed de nihilo, pp semetipsum, & per semetipsum omnia creauit, pp qd merito omnium dominus habetur, & vt talis colit atque adorat, ab oībus qui in colunt locū dominationis eius. Per siccā autē siue aridā, quā in parte posteriori dñr formasse manus dñi manifestū est intelligi terrā, q̄ sic appellat à qualitate prima in ea prædominante. Vnumquodque.n.elementum, vnā ex quatuor primis qualitatibus in se hēt excellētē, & pdominantē, vtpote ignis dominantē, hēt caliditatē, aer, humiditatem, aqua, frigiditatem, terra, siccitatem. Qua de relatius ex pposito egimus i libris de cōsiderationę rerū naturalium, li. 5. quem inscripsimus de gñatiōe & corruptiōe rerū naturaliū. A pdomināte ergo siccitate, terra in scripturis appellat arida vel sicca, quēadmodū gñsis primo dr, Cōgregent aq̄ q̄ sub cęlo sunt in locū tuū, & appareat arida. Et iterū, Et vocauit aridā terrā. Ver 7. Oues man' eius, Oues man' dñi intelligi possunt, quas creauit & fecit. Melius tñ vř, vt intelligant oues sub manu ei', vel sub cura eius, quēadmodū in Elucidatione exposuimus. Sub manu.n. pastoris dicunt oues pasci, sub cuius cura & defensione pascunt. Pascua aūt ista, cuius nos dicimur eē populus altera corporalis ē mūdi huius, ā quā pascua i alio Gene. 1

Psal. 36. Psalmo dr̄, Spera in dn̄o,& inhabita terrā,& pasceris in diuitijs eius, vel spiritualis,de qua iterū in alio Psalmo, Dn̄s regit me & nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocauit. Et ipse pastor in Euangelio, Per me si quis introierit,saluabit,& ingredietur,& egredietur,& pascua inueniet;nihil dubiū quin spūalia pascua significare volens.¶ Ver.8.ac deinceps, Hodie si vocē eius audieritis,&c Totū hunc locum vsq; ad finē Psalmi prolixe tractat Paulus Apostolus, tertio & quarto cap. Epistolæ ad Hebræos; per hodie istud, cuius fit hic mentio,intelligēdo t̄ps istud B gr̄æ & salutis,de quo in alia Epistola Corinthijs scribens,ait, Ecce nunc t̄ps acceptabile,ecce nunc dies salutis Monemur aūt exēplo veteris illius increduli populi,nō obdurare corda nostra ad vocē Dn̄i ne simili pœna pereamus, ne qūo illi in deserto prostrati non potuerunt introire in requiē,ita & nos cōtingat à requie æterna fieri alienos,ne patrū imitatores facti in culpa,similes efficiamur ēt in pœna Felix.n. quē faciunt aliena pericula cautum.¶ Versu 11. Quadraginta annis offensus fui generationi illi. Psalterium C Romanū hoc loco legit.Quadraginta annis proximus fui generationi huic, qūo ēt in Ecclesiastico recitatur officio,in horarum matutinarū inuitatorio, de cuius lectionis veritate non magna est difficultas,si intelligamus, Deū illis fuisse proximū in beneficiorum collatione & mirabili prouisione,qui & manna illos p annos quadraginta pauit, & vestimenta eorū custodiuit vt non deterent,& in oībus eos protexit atq; seruauit à nocumēto bestiarū & hostiū,semperq; præsentē se exhibuit in tabernaculo,loquēs Moysi D & Aaron.Aūt lectio Hebraica non habet,proximus fui, neq; ēt lectio Græca: sed vtraq; habet offensus fui. Vnde ex Hebræo vertit Hieronymus, Quadraginta annis displicuit mihi generatio illa. Fœlix aūt,Tæduit me generationis huius,vel fastidium perpessus sum de generatione hac,aut molestia sum affectus. Alius vertit, Iurgatus sum cum generatione hac,q̄ oīa satis cū nostra lectione conueniunt. Cum.n.offensi sumus,illius nos solet tædere,ab illo perpetimur molestiā,cum il A lo iurgamur. Posset verò ēt illa lectio Romani Psalterii ad hanc reduci sn̄iam, si intelligamus,Deum illi generationi quadraginta annis fuisse proximum ad vltionem & castigationem, quomodo præceptor se proximum semper exhibet discipulo cōmisso suæ fidei, quē perpetuò obseruat,ut mox vbi deliquerit castiget,nec impunè patiatur delinquere.¶ Versu vltimo, Vt iuraui in ira mea,si introibunt in requiem meam. Lectio Romana pro ut, habet,quibus,hoc modo, Quibus iuraui in ira mea.Et est sn̄ia aliquāto clarior, q̄ sit in lectione nr̄a vulgata. In Græco tn̄ hr̄ ὡς ὤμοσα, hoc est, vt iuraui,qūo hēt nostra lectio Gallicana, vbi,vt,vr̄ accipiē dū loco quamobrē,vt sit sensus, Quamobrem,vel pp quod,iuraui in ira mea. Ex Hebraico aut quidam vertūt,Quibus iuraui,alii,propter quod,vel quamobrē iuraui In eo aūt quod sequitur, Si introibūt in requiem meam, nota modum huius enunciationis, quæ ex consuetudine hominum in ira loquentium defectum patitur,& negotiationē firmissimam, absque tamē ullius negationis expressione,significat. Exprimit.n.dn̄s in hmōi loquutionibus modum hominum iracundia inflammatorum,qui talibus solent eclypticis siue deficientibus uti sermonibus,velut ira supprimente orationis complemētum. Quòd autem quidam dicunt, in huiusmodi orationibus, si, idē valere quod non,non videtur aptè dici Sic.n.non esset oratio deficiens,sed perfecta,si idē valeret, si,quod non. Qui enim dicit, Non introibunt in requiem meā: manifestū est,eum facere orationem completā Hoc tamen verum est,vbi sic ponitur,si coniūctio tali modo quo hic ponitur in imperfectione sermonis,per modum iuramenti, uel protestationis,illic negationem fortē & vehemētem indicari ex ipso modo loquendi,nō tamen ex vi significationis ipsius dictionis,si quæ hic non aliter quàm solet,accipitur. Et notandum, quòd cum absq; negatione, si, ponitur, tunc negatio uehemens indicatur. Quando aūt negatio apponitur,tunc per contrarium uehemēs affirmatio insinuatur. Secundū affirmationem dicitur in Psalmo, Semel iuraui in sācto meo,si Dauid mētiar, hoc est, Psal. 88.

Psal. 22.

Ioan. 10.

2.Cor. 6.

nequa-

Esai.32. nequaquã ei mẽtiar. Sic Esaiæ 32. Si di- E
mittet iniquitas hæc vobis, donec moria
mini, dicit dñs Deus exercituũ. Atq; hic
manifestũ est indicari vehementẽ nega
tionẽ, quasi dicat, Nequaquã mentiar, ne-
quaquã dimittet. Secundũ negationẽ ve-
Hier.22. rò, apud Hieremiã dñs loquit, dicens, Ga
laad tu mihi caput Libani, si nõ posuero
Esai.14. te solitudinẽ, & vrbes inhabitabiles, hoc
est, vtiq; ponã te in solitudinem, & vrbes
3.Re.21. tuas inhabitabiles. Et apud Esaiã, Iurauit
dñs exercituũ, dicens, Si non, vt putaui, ita
erit, & qũo mẽte tractaui, si eueniet: quasi
dicat oĩno vt putaui erit, & qũo mente F
tractaui eueniet, Itẽ in libris Regum, de
Achab homicida innocentis Naboth in
terfectore, Si non pro sanguine Naboth,
& pro sanguine filiorũ eius quẽ vidi he-
ri, ait dñs, reddã tibi in agro isto, dicit do
minus, hoc est, indubiè reddam In oĩbus
his manifestũ est addita negatione indi
cari affirmationẽ, absẽte aũt, negatione
indicari negationẽ. Et interdũ quidẽ in
scripturis inuenimus cõpletã hanc iura-
menti formã, interdũ cõpletã. Incomple
tã audiuimus in exemplis iã citatis. Ali-
bi tñ non rarò hanc formã iurandi vel G
promittendi completam legimus. Velu-
ti cũ Sauli interroganti de Dauid post cę
sum Goliath de qua stirpe esset. Ioab in-
1.Re.17 terrogatus, respondit. Viuit anima tua
rex, si noui. Et vbi Saul lugens super mor
2.Re.33. te Abner populo pueniẽti ad sumendũ
cibũ, respondit, Hæc mihi faciat Deus, &
hæc addat, si ante occasum solis gustaue-
ro panem, vel aliud quicquã. Sic Helias
ad Achab loquit ex ore domini, Viuit do
minus Deus Israel, in cuius conspectu
isto, si erit annis his ros vel pluuia, nisi
iuxta oris mei verba. Ita rex Israel, nimia H
3.Re.17 cõmotus inediæ miseria, aduersus Heli-
zeũ loquebant, dicens, Hęc mihi faciat
Deus, & hæc addat, si steterit caput Heli-
zei filij Saphat super ipsum hodie. Pos- 4.Reg.6.
sunt hmõi ex scripturis plura adduci, sed
quæ mõ citata sunt, abunde sufficiunt,
Est tñ & hoc aduertẽdũ, maxime illa iura
mẽta incõpleto sermone prouunciari, q̃
à dño, vel per Prophetas ex ore domini
proferuntur: quemadmodũ in exemplis
illis primis oĩbus manifestũ est videre.
Quæ aũt iam citata sunt, hoĩum erant iu
ramenta, & illa quidem completa Cuius
differentiæ causa ista vř, quia hoĩes maio
rem sui habent per quem possint iurare,
& cuius in iuramento possunt nomen
interponere, Deus aũt maiorem se non Heb. 6.
habet, per quem possit iurare: & ipsius
vel solum verbum debet pp infallibilis
veritatis certitudinem, merito sufficere
ad faciendam fidem. Et licet aliquando
inueniatur per semetipsum iurasse (vt cũ Gene.22
ad Abraham de seminis promissione lo-
queretur, dicens, Permetipsum iuraui, & c.
de quo iuramento tractat et Paulus Apo Heb. 6.
stolus in Epistola ad Hebræos, dicens,
Deum quia maiorẽ per quẽ posset iurare
nõ habuit, idcirco iurasse p semetipsum)
id tamen non passim neq; nisi in rebus
maximis facit, vt suum nomen sanctifi-
cet ipse qui nobis suum nomẽ sanctifica
re & non in vanum assumere præcepit.
Tanta.n. debet esse verbi eius authoritas
vt etiamsi non interponat eius nomen p
quẽ iurat, ipse iurandi modus sufficere
debeat, ac pro firmo iuramento reputari.
Hæc de mõ iuramenti semel prolixius di
ximus, ne sępius eadem ista opus habe-
remus cum minore fructu frustratim &
particulatim proponere. Præstat.n. rem
semel in sua plenitudine ad integrũ, quã
iterum iustum est, pertractare, q̃ per multa
loca dispergere, particulatimq; diuidere,
& nusquam pro dignitate tractari.

## XCV. PSALMI ARGVMENTVM.

*INuitantur in hoc Psalmo oẽs fines terræ, non soli Iudæi, sed vniuersæ quoque quæ procul sunt nationes, ad cantica laudes, & prædicationem gloriæ magni Dei, cuius magnitudini atque sublimati (qua omnes Deos immenso interuallo superexcedit) mouentur patria gentiũ gloriam & honorem afferre, eumq; cum historiam muneribus in atrio sancto adorare. Versu autẽ decimo prędicari iubet Christi gloriosum regnum, & orbis correctionem siue reparationem, id est, humani generis redemptionem, & ecclesiæ sanctæ ędificationem. Ad cuius tanti gaudij cõgratulationem, in ebrietate spiritus Propheta omnem creaturam superiorem pariter atq; inferiorẽ exhortat, dicens, Lætentur cœli, & exultet terra, &c. ita vt nec ligna nemorũ omittat inuitare.*

*innitare. Gaudij autem huius materia duobus ultimis uersibus apertius exprimit, uidelicet quoniā esset uenturus Dominus iudex & uindex populi qui pro orbe terrarum in sua æquitate esset facturus iudicium, & populus iuxta fidem & ueritatem suam redempturus. Nihil autem dubium uidetur, quin hunc Psalmum Propheta componens, illam tunc uenturā, iam uerò factam humani generis per Christū liberationem in spiritu præuiderit, de qua totū hoc tā iucundum, tā gaudio plenum cecinit exhortatoriam canticum. Atque non dubium, quin gentium futuram conuersionem spiritu monstrante prçcognouit, qui eisdem tā solicite totiū ueritatis mysterium prædicare satagit, & uniuersos multa uerborum replicatione ad gloriam, honorem, & hostias offerendum, atque in domini atria ingrediendum, studiosissime exhortatur.*

## XCV. PSALMI ELVCIDATIO.

*CANTATE domino canticum nouum, cantate domino omnis terra.*

Cantate domino noua cantica in alacritate cordis uestri, ex animo hilari & gaudēti depromite cantica omnes inhabitatores terræ quicunque siue oriētem siue occidentem siue meridiem siue septentrionem inhabitatis, pariter absq; exceptione uniuersi carmina laudum concinite domino.

2 *Cātate domino & benedicite nomini eius:* Cantate domino, & laudem dicite nomini eius, quod ab ortu solis vsque ad occasum est magnum in gentibus, estque ab ortu solis vsq; ad occasum laudabile:

* *annunciate de die in diem salutare eius.* de die in diem annunciate, iugiter pdicate, & proclamate incessanter salutē, q̄ ipse uenit adferre populo suo. Nequaquam.n. tanta salus premi debet silētio.

3 *Annunciate inter gentes gloriam eius.* Neque verò in Iudęa tantùm, aut in alia qualibet vnica regione, sed in omnibus gētibus atq; nationibus per uniuersum orbem terarum dispersis, prædicate magnificentiam gloriæ eius.

* *in omnibus populis mirabilia eius.*

Psal. 88. & in omnibus populis, tribubus, ac linguis, absque psonarum acceptione, siue vllius gentis exceptione, annunciate mirabilia eius, quæ cogitauit ab æterno, & in tempore suo exhibuit, ad ostensionē magnificentissimæ gloriæ suæ.

4 *Quoniam magnus dominus:* Et est quidē dignissimus ipse, cuius gloria sic prædicetur in vniuersis gentibus, quoniam dominus est verè & plenè magnus in omnibus, magnus potentia, magnus sapientia, magnus bonitate, magnus imperio, magnus duratione, magnus in iustitia, magnus in misericordia, denique perfectè magnus per omnia:

B

* *& laudabilis nimis.*

& secundum hanc suam perfectā in omnibus magnitudinē, qua excedit omnia, est etiam multum laudabilis, ut omnibus incomparabiliter maior, ita laude omnibus in immensum superior:

* *terribilis est super omnes deos:*

& est ipse terribilis, honorabilis, atq; metuendus, super omnes qui dii nominantur in cœlo vel in terra. Non enim est similis ei in diis, & non est secundum opera eius quisquam alius.

C

5 *Quoniam omnes dii gentium dæmonia:* Omnes n. dii gentium, quos idololatræ gentes pro diis colunt, omnia idola nationum quæ pro Diis adorant, quibus ut diis sacrificant, & per omnia ut diis famulantur, non sunt ueri dii, sed dęmonia, quæ in huiusmodi idolis coluntur. Quæ enim ipsi immolant, dęmoniis immolant, non Deo: & in omni suo cultu dęmoniis seruiunt, non Deo:

* *dominus autem cælos fecit.*

Dñs aūt Deus & saluator noster, ipse est verus Deus, qui creauit cœlos & terrā, 1.Co. 10

D

& omnia quæ in eis sunt, qui suam diuinitatem operibus potentissimè comprobat, quod illi facere minime possunt.

6 *Confessio & pulchritudo ī cōspectu eius:* Ante faciē eius nihil aliud est q̄ confessio & pulchritudo, nihil aliud q̄ gloria & decor, oīa in cōspectu eius sunt plena cōfessiōe & pulchritudine, oīa ante oculos maiestatis eius sunt cōfitenda, celebranda, magnificāda, decora atq; altidissima nihil coinquinatū idse patitꝰ cūspectu psentiæ suæ, nihil fœdū, nihil sordidū, nihil turpe, nihil idecēs aut idecorū potest

poteſt eſſe ante oculos eius. Ab his enim E ipſe auertit oculos:

* *ſanctimonia & magnificentia in ſanctificatione eius.*

in ſanctificatione vel ſanctuario eius, in téplo quod ipſe ſibi ad inhabitationē ſanctificauit, nihil eſſe pōt niſi ſanctimonia & magnificentia, debent illic oīa eſſe ſancta, munda, nitida, pretioſa, & magnifica. Nihil.n. illic immundum, pollutum, aut ſordidum poteſt ineſſe: ſed debent oīa pro dignitate tāti regis eſſe ſancta, magnifice ornata, polita, atq; fulgida, ita vt præ decore illic cuncta reſplendeant. F

7 *Afferte domino patriæ gentium, afferte domino gloriam & honorem, afferte domino gloriam nomini eius.*

Huic proinde tā magnifico dño, cunctæ patriæ & familiæ gentium, oēs tribus nationum adferte & offerte quaſi pro munere & ſacrificio, nō dico vitulos & hircos, oues & boues, aut alia hmōi, ſed gloriam & honorem: adferte, inquā, & offerte dño & nomini eius gloriam in laude & debita actione gratiarum. Hoc eſt n. ſacrificium quod ſuper oīa poſtulat dñs Deus noſter, videlicet immolari ſibi ſacrificiū laudis, qd oībus corporalibus oblationibus habet gratius. G Psal.15. Nō.n ipſe noſtrorum bonorum indiget, vt expectare à nobis quicquam debeat: attamen quia dominus & pater noſter eſt, paternum honorem à filiis requirit, noſq; ſeruos & creaturas æquiſſimum eſt domino & creatori noſtro dare gloriam.

8 *Tollite hoſtias, & introite in atria eius:*

Accipite hoſtias, quas illū noſtis habere acceptiſſimas, hoſtias videlicet laudis & gratiarū actionis: & cū hoſtijs iſtis cōfidēter ingredimini et vos gentiū nationes H in atriū eius. Exo.23 & 34. Ne appareatis ante ꝯſpectū dñi Dei veſtri vacui, aſſumite vobis hoſtias laudis, ſicq; ꝯfidenter introite in aulam eius, in ſanctā Eccleſiam, in qua tanquam in aula reſidet atq; inhabitat:

* *adorate dominum in atrio ſancto eius.*

Ephes.2. non vos alienos putate, ò patriæ & fami- Ioan.4. liæ gentiū, tametſi olim longe fuiſtis à dño Deo, ſed accedite nunc confidenter, & adorate illum in ſpiritu & veritate: qui non Iudæorum eſt Deus tantum, ſed etiam gentium, atque adeò vniuerſæ terræ, & omnium finium eius.

9 *Cōmoueatur à facie eius vniuerſa terra:*

A facie eius cōmoueatur vniuerſa terra, Rom.3. ipſo aduenientē à cōſpectu eius ſalubriter cōmoueantur oēs inhabitatores vniuerſæ terræ, ſalubriterq; commoueantur & conturbentur ad pœnitentiam veteris idololatriæ & paternæ malitiæ:

* *dicite in gētibus quia dominus regnauit.*

& hoc in oībus gentibus prædicetur atq; Ioan.12. & 16. proclametur, ꝙ Dominus verus mundi huius inquo principe cōdemnato ac foras eiecto, regnum iam ſibi accepit, & imperat in oībus populis: ꝙ morte deuicta regnum mundi huius de principis tenebrarum tyrannide per filium ſuū vindicauit, atq; in ſe, ipſumq; ſuum filium ſuo iure tranſtulit, omnibus ſubiectis ſub pedibus eius, omniq; illi poteſtate tradita in cœlo & in terra.

10 *Etenim correxit orbem terræ; qui non commouebitur:*

Etenim ipſe rectificauit, ad rectitudinem 1.Co.15. reſtituit, reparauit & velut innouauit orbē terrarū, q in æternū iā ab illa reſtauratione Matt.28. & innouatione nō mutabit, aduerſus quē vltra nec portæ inferi ꝑualebunt Matt.16 per filij mortē & Euangelicā prædicationē mundum perditum reparauit, Eccleſiamq; ſanctam fundauit, quæ in æternū non commouebitur, neq; deficiet:

* *iudicabit populos in æquitate.*

& ipſe dñs faciet iudicium pro populis in æquitate iuſtitiæ ſuæ, iudicabit pro gētibus contra principem tenebrarum, hūc condemnando, illos ſaluando & eripiendo de illius tyrannide.

11 *Lætentur cæli & exultet terra, commoueatur mare & plenitudo eius:*

Et qm̄ tam immenſa eſt hæc lætitia, quia iam magnum eſt huius ſalutis beneficium, ad congratulationem ſuper tantis bonis debet inuitari vniuerſus creaturarū ſuperiorū ſimul atq; inferiorum ordo. Cœli proinde lætentur, & terra exultet ad congratulationem: mare quoque velut plaudendo, ſuis fluctibus commoueatur, ad oſtendendum exultationis ſignum & omne quod in ipſo eſt, ſimul plaudat & commoueatur:

* *gaudebunt campi & oīa quæ in eis ſunt.*

camporum quoq, planities & omnia q̄ ſunt

sunt in eis, agri & oẽs segetes fructusq; crescentes in eis lætentur & exultent, vnà cum creaturis cæteris.

12 *Tunc exultabunt omnia ligna syluarũ:*
Neq; erũt nemora expertia exultationis huius, sed debebunt ẽt ipsa exultando cõgratulari, vnà cum arboribus, qua nascũtur in ipsis. Dignum est enim, vt omnis omnino creatura hominis reparationi congratuletur & congaudeat, propter quem facta sunt omnia:

*à facie domini, quia venit, quoniam venit iudicare terram.*
exultatio aũt ista & cõgratulatio, ad quã oẽm modò inuitauimus creaturã, erit à
Matt. 16 conspectu dñi, propter præsentiam aduẽtus domini: videlicet quoniam venit facere
Lucæ 2. iudicium pro terra & habitatoribus eius, iudicare contra principem tenebrarum pro orbe terrarum: ad saluum faciẽdum populum suum, eumq; de potestate tenebrarum eripiendum, & transferendũ in regnum lucis suæ.

13 *Iudicabit orbem terræ in æquitate:*
Coloss. 1 Ipse iudicabit pro orbe terrarum in æquitate, iustè condemnato impio tyranno, & liberato humano genere.

*& populos in veritate sua.*
Ephes. 2. & populos vniuersos, q oẽs detinebãtur sub morte, & erant natura filij iræ, ipse vt
Lucæ 1. iudex ac vindex liberauit in veritate & fide sua, q̃n visitauit & fecit redemptionẽ plebis suæ, sicut loquutus fuerat ad patres nostros, & per os sanctorũ Propheta
Matt. 26. rũ suorũ à sæculo. Olim ẽt in cõsummatione sæculi adueniet in iudicis forma, in gloria pr̃is sui, cũ angelis suis, & tũc red-
2. Cor. 5. det vnicuiq; s̃m opera sua, iudicabitq̃, viuos & mortuos in æquitate & veritate.

## ANNOTAT. IN PSAL. XCV.

VErsu 5. Qm̃ omnes dij gentium dæmonia. Quo hic dicuntur oẽs dij gentium esse dæmonia, cum sint dij gentium simulacra, vel sculptilia, vel fusilia, artificis manu facta? quemadmodum in
Ps. 113. alio Psalmo dr̃, Simulacra gentium, argẽtum & aurum, opera manuum hominũ. Hæc aũt dæmonia non sunt, quę nulla artificis manu, non ex vlla præiacente materia facta sunt, sed de nihilo, sola diuinę potentiæ virtute creata ab initio. Sed ad

A uertendum est, q gentiles idololatræ in simulacris illis suis manufactis & arte fabricatis, adorabant spiritus illusores, qui illudentes miseris, simulabant aliquid numinis inesse lignis illis & lapidibus, & diuinitatẽ illis inesse fingebãt, dãtes respõsa, & signa quędã edentes pmissione Dei veri, per quæ seducebant populum, vt corã illis sua uota & sacrificia offerrẽt sicq; debitum Deo summo honorẽ sibi vsurparent serui profugi & infidelissimi. Vñ manifestum est, in idolis gentes non coluisse ligna & lapides, sed magis ipsa illa
B dæmonia, quæ in illis venerabãtur, quasi numina Deitatis, cum non essent nisi figmenta vanitatis & effictores illusionis. In Hebræo aũt hoc loco non hr̃, dæmonia, sed sculptilia, vt vertit Hieronymus: aut vanitates, & nihil quõ ad marginẽ ponit Felix, vt iuxta Hebraicam veritatem sic legatur, Oẽs dij gentium sunt sculptilia, aut sunt vanitates, & nihilum. ¶ Versu 6. Cõfessio & pulchritudo in ꝯspectu eius. Accipiendum hoc est secundum eum modum, quo dr̃ in Psalmo 110. Cõfessio & Ps. 110.
magnificentia opus eius, hoc est, omne
C opus eius est confessione vel laude dignũ & plenum magnificẽtia: omne opus eius est laudabile & magnificum. Ita propositi sermonis hic sensus est, Quicquid in conspectu Dei est, confessione dignum est, & plenum pulchritudine, summe laudandum est, & maxime decorum. Atq; ita & in eo quod proxime sequitur, Sanctimonia & magnificentia in sanctificatione eius, dicendum. Vbi sanctificatio accipienda vr̃ pro sanctuario, quemadmodũ ex Hebræo vertunt Hierony. Felix, & cæteri ex Hebræo interpretes. Nam & alias
D sanctificatio inuenitur posita in scripturis pro sanctuario, vt apud Hieremiã, Ve Hier. 51
nerunt alieni super sanctificationem domus dñi. Et primo Machabęorum, de An 1. Mac. 1
tiocho dr̃, q intrauit in sanctificationẽ
cum superbia magna. Ac rursum quarto 1. Mac. 4
capite, Iudas debellato hoste cum suis ad templum ascendens, dicitur sanctificationem vidisse desertam, hoc est, desertum templum & sanctuarium. Psalmo autem
77. sanctuarium, quod hic dicitur sanctificatio, etiam sanctificium inuenitur appellatum, cum iuxta nostram le- Psal. 77

ctionem dr̃. Et ædificauit sicut vnicornis E sanctificiũ suũ in terra quã fundauit in sęcula. Per hanc aũt sanctificationem siue hoc sanctuariũ, in Elucidatione intelligimus sanctã Ecclesiã, quã et postmodũ ꝑ atrium siue aulam dñi accipimus. Potest tñ similiter & ad vniuscuiusq; fidelis mũdum & sanctificatum cor intelligentia accommodari, quatenus oẽs sanctificatio, & sanctum tẽplum Dei sumus, quicunq; spiritũ Christi habemus inhabitantẽ in nobis, quemadmodum sanctus ait Apo-
1.Cor.3. stolus, Templum Dei sanctum est, quod
2.Cor.6. estis vos Et iterum, Vos estis tẽplum Dei. F In hoc aũt templo cordia nostri oportet sanctimoniã esse & magnificentiã, oportet oĩa sancta esse, ornata, nitida, siue ma-
1.Cor.3. gnifica, & velut splẽdore quodã refulgentia. Hinc idẽ Apostolus ait, Nescitis quia tẽplũ Dei estis, & spiritus Dei habitat in
1.Cor.6. vobis: Si quis aũt tẽplũ Dei violauerit disperdet illũ Deus. Et rursum, An nescitis quia membra vestra templum sunt spiritus sancti, qui in vobis est, quẽ habetis à Deo, & non estis vestri? videlicet vt nõ liceat vobis contaminare vosipsos pro vestro libito, sed sanctimoniæ intendere de G beatis pp honorẽ eius, qui vos sibi in sanctifica tionẽ & templum elegit. Et iterũ,
2.Cor.6. Quis consensus tẽplo Dei cũ idolis? Vos .n. estis templũ Dei viui, sicut dicit dñs,
Leu. 26. Qm̃ inhabitabo in illis, & inambulabo inter eos, & ero illorũ Deus, & ipsi erunt
Esai. 52. mihi populus. Propter quod, exite de medio eorum, & separamini, dicit dñs. In his oĩbus manifestè cernimus, quò nos Apostolus moneat & iubeat sanctimoniã & magnificentiã spiritualem sectari, ex eo ꝙ corda nostra sunt sanctificatio Dei. Oĩno.n. iustum est, vt ille qui est san H ctus sanctorum, magnificus super oẽs, habeat ẽt sanctum & magnificum habita-
Leuit. 19 culum. Non.n. conuenit, sanctum dñm, pollutum inhabitare tabernaculum, neq;
Luce. 6. magnificum regem vile habere habitaculum. Propter quod, ipsa ẽt voce dñi non semel admonemur, Sancti estote, qm̃ ego sanctus sum. Et in Euangelio, Estote mise-
Matt. 5. ricordes, sicut & pater vester cœlestis misericors est, Estote vos perfecti, sicut pater vester cœlestis perfectus est. Versu 7. Afferte dño patriæ gentium. In Hebræo est familiæ gentium, vel populorum Atque ita ẽt vox Græca sonat, πατριὰ Significat ẽt familiam vel cognationem. Et verisimile est, quod nos modò patriã, totos alicuius regionis incolas appellamus: ab illa significatione prima sic denominari, quod in numero populorum sint quasi vna πατριὰ siue familia vna, ortũ trahens, vim, genusq; deducens ab eodẽ patre. Neq; sm̃ vim significationis aliud esse vr̃ patria vna, quã familia, siue stirps vna, aut vnum genus: tota videlicet aliqua collectio magna ab eodem patre originẽ longã trahentium. In postrema aũt parte, cum dr̃, Afferte domino gloriam nomini eius: nota præter consuetudinem duos datiuos absque coniunctione eidẽ verbo, ex abundantia spiritus, appositos, videlicet dño & nomini. Cuius effugiendi incommodi gratia, quidam subintelligunt dignũ, hoc modo, Afferte Dño gloriam, dignam nomini eius. Verum id nõ, admodum videtur probandum. ¶ Versu 8. Tollite hostias, & introite in atria eius: adorate dominum in atrio sancto eius. Tollite hostias, id est, accipite hostias, vel (vt ex Hebræo vertit Hieronymus) leuate munera. Atria autem dixit pluraliter, pro atrio. ¶ Versu 9. Commoueatur à facie eius vniuersa terra. Commotio ista non mala, sed bona intelligatur, videlicet qua quis per timorẽ iustum salubriter cõmouetur. Idẽ.n. est cum eo, quod in alio
Psalmo dr̃, Metuant eum oẽs fines terræ. Psal. 66.
Et alibi, Timeat dominũ oĩs terra, ab eo Psal. 32.
autem commoueantur omnes inhabitantes orbem. Vnde ex Hebræo hoc loco vertit Hieronymus, Paueat à facie eius omnis terra: hoc est, timeat dominũ omnis terra. Quod exponit Paraph. Chald. dicens, Contremiscite vel expauescite à conspectu eius omnes inhabitatores terræ. ¶ Versu eodem, Dicite in gentibus, quia dominus regnauit. In Psalterio Romano, ad finem huius versus additur, à ligno, Sic.n. habet, Dicite in nationibus, quia dominus regnauit à ligno. Atq; ita per tps illud ꝙ inter octauam Paschæ & Pentecosten interiacet, in commemoratione victoriæ crucis Christi, pro versiculo cantatur, sm̃ ordinem Ecclesiæ Romanæ, in matutinis atque vespertinis horis.

horis. Quam etiam lectionem sequutus est, qui crucis triumphalem hymnum cō posui, cuius est initium, Vexilla regis prodeunt. Nā uersu tertio ita canitur, Impleta sunt quæ cecinit. Dauid fideli carmine, dicēs, in rationibus regnabit a ligno Deus. Neq; difficile est itelligere, quō dicatur dominus regnasse à ligno uidelicet quia per lignum crucis de diabolo triumphauit, mundumq; de pōtestate illius exemit, & sibi in regnum comparauit, maximo utiq; sui sanguinis pretio. A ligno ergo regnauit, quia per lignū sic sibi regnum istud comparauit, in illo persoluēs pretium redemptionis nr̄æ, id est, sacratissimum sanguinem fundens, p̄ salute mundi. Veruntamen additamentum istud à ligno, neq; in Hebraicis, neq; in Græcis codicibus inuenit̄, neque in Psalterio Gallicano. De correctione autem siue confirmatione orbis terræ, cuius fit mētio uersu sequenti, & quomodo non

Psal 92. commouebitur, dictū fuit et̄ Psalmo 92. in uersu secundo, Etenim firmauit orbē terræ, qui non commouebitur. Potest n. uel de prima rerum creatione, uel potius de ipsa mundi restitutione exponi quemadmodū illud iudicium, de quo subsequēter fit sermo, pōt uel nouissimum qd̄ expectatur, uel primū qd̄ iam perfectū creditur intelligi. ¶ Versu 11. Lætentur cœli, & exultet terra, &c. Quidam ista omnia uidelicet cœlos terram, mare, campos, & syluarū ligna exponunt mystice, Nobis uidebatur s̄m modum propheticum cō uenientius, ut absq; mystico sensu itelligamus s̄m literam, inuitari hic omnē creaturam ad laudē Dei, quō solent facere p̄phetæ, qñ singulari aliqua illuminatione sup uēturis mirabilibus humanæ redemptionis mysteriis uisitabuntur, ut inuitarent mōtes & colles cœlos & terram mare & aridam, & cāpos & syluas, & oīa quæ in eis sunt. Tam pleni enim sunt gaudio, ut ferre ī seipsis ioiū nō possint quin effundant, quin & alias oēs creaturas faciāt participes. Si tñ per cœlos intelligamus angelos, & per terram homines inhabitantes eam, nihil erit insolitē. Vnde & Chald. Paraph. sic exponit, Lætent̄ exercitus cęlorū, & exultent iusti terræ. Maris autem cōmotionem quæ subiungitur, quidam intelligunt seculi huius ad prædicationem Euangelicā maliciosam commotionem siue persequutionem & item quę sequuntur de camporū gaudio, & lignorum syluestrium exultationem mysticis exponunt sensibus, sed magis (ut dixi) Propheticæ exultationi vī conuenientius, ut s̄m literam intelligat̄, tali inanimatarū creaturarū alloquutione uniuersitas creaturarum ad congratulationem inuitari. Atq; ita cōmotio maris intelligit̄ fluctuum concussio, siue fluctuum eius resonatio. In quem sensū uertit Hieronymus, Tonat mare & plenitudo eius. ¶ Versu. 12. & 13. Quoniam uenit iudicare terrā, Iusticabit orbem terræ in æquitate & populos in ueritate sua. Possunt hęc intelligi uel de iudicio, quo in primo aduentu dominus, iudicauit mundū, id est, pro mundo, aduersus principem tenebrarum, uel de iudicio nouissimo, qd̄ expectatur futurum in aduentu secundo, quando orbem iudicabit id est, Ioan.16

habitatores orbis quando de ipsis ipsorumq; operibus faciet iustum iudicium Ioan.12.

Vtrūq; autem hoc iudicium in æquitate & iustitia est, qm̄ in illo priori iuste princeps mundi condemnatus est, & è regno mundi foras eiect us in hoc autem posteriori iustè iudicabitur de singulis orbis habitatoribus, quando recipiet unusquisque prout gessit in corpore, siue bonum siue malum: quando unusquisq; me:et q̄ in corpore seminauit. Vtranque autem 2.Cor.5.

prędictarum intelligētiarum nos in Elucidatione inclinauimus. Iuxta priorem, Gal.6.

iudicare terram, iudicium facere terræ siue pro terra: iuxta posteriorem, est facere siue exercere iudicium de terra, id est, de habitantibus in ea. Super hæc uerò, iudicare terram accipi potest ut ualeat, agere iudicem terræ, uel regnare aut imperare super terram, quemadmodum dicitur in libris Iudicum & Regum, quod hic iudex aut ille iudicabat populum, id est, iudicem populi agebat, & quodammodo principem agebat. Ita & uenit in hunc mundum dominus iudicem agere, & regnare in terra, mundoque imperare, illo iniquitatis iudice principe tenebrarum deuicto forasque expulso.

## XCVI. PSALMI ARGVMENTVM.

*Psalmus iste de Christi regno & gloria canit, orbemq; terrarum vocat ad letitiã, enarrãs dñi magnificentiam & ex adverso idolorum vanitatem atq; confusionem, usq; aduersum octauum, ubi angelos hortatur adorare dominum, & sanctam Ecclesiam dicit in eo oblectatã pp nimiam ipsius super omnes deos exaltationem. Versu aũt undecimo, monet seruos dñi ini quitatem habere odio qd iustitiæ studentes, & odientes, & iniquitatẽ ipse custodias luce, quoq; sua illustres, & recreet cordis letitia, in exhortatiõe ad Dei laudẽ cãtic ũ finiẽs ut cœpit ĩ letitia*

## XCVI. PSALMI ELVCIDATIO.

*DOMINVS regnauit:* Christus dominus morte deuicta regnum accepit, & imperium tenet, se F dens ad dexteram patris potestatem habens omnium quæ in cœlo & quæ in terra, constitutus iudex uiuorum atq; mortuorum. — Mar. 16, Matt. 28, Actu. 10

* *exultet terra, letentur insulæ multæ.* propter quod, lætari atq; exultare debẽt omnes habitatores terræ, simul & illi qui in insulis pcul habitant, et in nouissimis maris, oẽs de Christi dñi hoc imperio, hacq; sublimatione, gaudere debebunt.

2 *Nubes & caligo in circuitu eius:* Nube & caligine circũdatus est, in nube & caligine habitat, quem secundum diuiG nitatem nemo hominum uidit, cuius maiestatem nemo perscrutari sufficit. — Ioan. 1.

Nube quoq; & caligine terribiliter circundatus ueniet ad iudicium, quando ueniet cum nubibus in gloria patris sui, & sicut à nube ex hoc mundo ad patrem ascendens fuit assumptus in cœlum, quæ eum ascendentẽ accepit: & abscondit ab oculis spectantium, ita ut nube ueniet, & in nube reuelabitur mundo, cum ad iudicandum aduenerit. — Apoca 1, Actu 1.

* *& iustitia & iudicium correctio sedis eius.* iustitia & iudicium sunt ppparatio firma-H tio, & rectificatio sedis eius, thronus ipsius in æquitate & iudicio situs, præparatus, firmatus est, atq; rectè dispositus, imperat & iudicati iustitia & iudicio, ut nõ possit apud eũ inueniri iniquitas aut iudicium iniustitię.

3 *Ignis ante ipsum præcedet:* Cum uerò aduenerit rex iste ad exercendum iudiciũ, ultrix flamma coram facie eius pibit, uel ignis ille conflagrationis, qui aduentum præcedet iudicii, uel ignis ille æternus, q quodammodo ante faciẽ domini pręcedet quasi ultionis minister, quatenus à iudice prolata sententia, ignis hic statim condemnatos uorabit.

* *& Inflammabit in circuitu inimicos eius.* & exuret atq; consumet hostes ipsius per circuitum, inuoluet ignis ille & comburet omnes iniquitatis operarios, qui dũ uiuerent, inobedientes se atq; rebelles exhibuerunt mandatis iudicis.

Præcessit quoque iãdiu ignis ille quem uenit ipse homo factus mittere in terrã, & quem noluit ardere ac uehementer incendi, id est, ignitum eloquium Euangelicæ prædicationis, & uorans flamma spiritus sancti, quo duplici igne, hostes dñi sunt inflammati atque consumpti, hi q-dem salubriter, zelo bono per pœnitentiam illi uerò in suum malum, per iracũdiam & contradictionem. — Lucæ. 12

4 *Alluxerunt fulgura eius orbi terræ:* Terribilia fulgura eius illucescent & apparebunt toti orbi terrarum, anrequã ad ueniet ad iudicium, demonstrabunt terrores mirabiles, & erunt signa in sole & luna terribilia. — Lucę. 21

* *vidit, & commota est terra.* quibus uisis, uniuersi habitatores terræ conturbantur timore horribili, ita ut arescant & dissoluantur prę expectatione eorũ quæ superuenient uniuerso orbi, & præ terrore nimio prodigiorum terribilium: Iã quoq; fulgura diuinorũ eloquiorum micãtium ad modum coruscationis de super uenientis, orbi apparuerunt, iam agnouit omnis terra & salubriter cõmota est, quantum ad fideles, sicut quantum ad incredulos malitiosè conturbata. — Ibidem.

9 *Montes sicut cera fluxerunt à facie Dñi.* Mõtes liquescent, defluent, & resoluentur, ad modum liquescẽtis & defluentis cerę, ante cõspectum domini, cum ita in terrore suo aduenerit, uidebuntur ardere

montes

montes,& difluere per ignis vorantis im A
petum,ad eum modũ quo cera liquescit
igni admota vel iniecta;

*à facie Domini omnis terra.*
à præsentia Dñi sic terribiliter aduenien
tis liquescet & commouebitur oĩs terra,
cum omnibus suis inhabitatoribus. Iam
quoq; in tpe isto Christi præcedente iu-
dicium, per Euangelicæ prædicationis &
spiritus sancti gratiam altissimi montes
sęculi huius,sublimes potentia, ac sapien
tia gloriosi, emolliti, & humiliati sunt à
facie domini, per ignem quem uenit mit
tere in terram,& omnis terra uim persen B
sit ignis huius conflagrantis.

6 *Annunciauerunt cœli iustitiam eius.*
Lucæ.12. Annunciabunt & manifestabunt cœli de
super aduenientem in terrore iustitiam iu
dicis cœli illum gloriosum demittent,&
demonstrabunt venientẽ mundo in glo
tia patris sui, itẽ & angeli cęlorum habi-
tatores prædicabunt iustitiam uenientis
Mat.24. iudicis,qui mittentur ante filium hoĩs,cũ
tuba & uoce magna,ut prædicent iudiciũ
Ibidem. venturum,& congregent omnes electos
à quatuor uentis terræ:

*& viderunt omnes populi gloriam eius.* C
& oẽs populi,tribus ac linguæ, uidebunt
eum uenientem in gloria sua,& patris,&
sanctorum angelorum, & uidebit eũ om
nis oculus etiam qui eum pupugerunt,
vt uideant in quem confixerunt.
Mat.25. Iam quoq; tpe isto annunciauerunt Apo
Apoc.1. stoli regnum Dei & iustitiam eius,iustitiã
veram quæ ex fide est,& cognouerũt om-
Zach.12 nes populi gloriam domini illorũ præ-
dicatione edocti.

7 *Confundantur omnes qui adorant sculpti
bilia, & qui gloriantur in simulacris suis.*
Confundentur in illo terribili vltionis D
tpe oẽs qui adorant idola, sculptilia,siue
fusilia,siue quocunq; aliter artificis ma-
nu facta,& omnes qui gloriantur, spem-
que & fiduciam ponunt in idolis suis, q̃
non sunt dii ueri,sed uanitas sunt & men
dacium,quemadmodum & confundi cœ
perunt ad prædicationem Euangelicam,
quando passim homines,abiuratis & con
fractis idolis,se conuertebant ad seruien
dum Deo uiuenti, & gloriandum atque
sperandum in Deo viuo & vero.

Ps.93. 8 *Adorate eum omnes angeli eius.*
Hic dñs est,quẽ adorare debet ẽt vniuer-
sitas angelorum. Non sunt adoranda ido Ps.115.
la gentium,quæ non nisi dæmonia sunt,
siue argentum & aurum,opera manuum
hoĩum.sed iste noster dominus, q mun-
dum saluauit,regnum accepit,& vt iudex
suo tpe cum terrore reuelabitur, ipse est
ab omnibus adorandus,etiam ab angeli-
cis exercitibus,id est,ab ijs qui sunt inter
omnes creatura præcellentissimi & nobi
lissimi:quanto magis à nobis hominibus
adorari debet, qui illis multo sumus se-
cundum naturæ dignitatem inferiores &
ignobiliores?

*audiuit,& lætata est Sion.*
audiuit hoc Sion, audiuit sancta Ecclesia
hanc Christi prædicationẽ,hanc annun-
ciationẽ,ꝙ Christi dñs sit adorandus so-
lus, vtpote solus verus Deus & dñs,& cõ
temnenda esse idola gentium, nimirum
vana,hæcq; audiens,& corde fideli susci-
piens, lætata est in Christo salutari suo,
lætata est super Christi gloria & eiectio-
ne idolorum atq; dæmonum. Audiens
etiam sancta Ecclesia de ipsius aduentu
ad iustum iudicium,gauisa est in spe bo
næ retributionis.

9 *Et exultauerunt filiæ Iudæ, propter iu-
dicia tua domine.*
Et exultauerunt oẽs aĩæ fideles,omnes fi-
lii fidei & confessionis, magna sunt affe-
cti lætitia,pp tua æquissima iudicia,qui-
bus tu iustissime dñe decreuisti agere
cum humano genere tam pp iudicia iu
sta,quibus in nouissimo die redditurus
es vnicuiq; secundum opera suã, quàm
pp iudicia,quibus iam pro mundo iudi-
casti aduersus tyrannum diabolum.

10 *Quoniam tu dominus altissimus super
omnes terram:*
Et meritò sanè te adorent angeli,merito
in tuis iudiciis exultare debent hoĩes fi-
deles,qm̃ tu es dñs excelsus & altissimus
super oẽm terram,tu es eleuatus & subli-
mis super omnes habitatores terrę.

*nimis exaltatus es super omnes deos.*
valde tu exaltatus es super oẽs qui vel so
la hominum imaginatione & appellatio
ne dii æstimantur,vel ẽt qui sm partici-
pationem verè dii nuncupantur hos om
nes tu immenso interuallo superas, nec
est diis similis tui domine.

11 *Qui diligitis dominum, odite malum:*
Vos proinde quicunq; verè in dominiũ
Psal. 81 creditis, eumq; verè diligitis, q solus est
bonus & infinitè bonus, odio habete ma
litiã, & omnem execramini impietatem,
Cum enim ipse perfectè bonus existẽs,
imò ipsa infinita bonitas, ex diametro
pugnet cum malitia, oportet, si illum ue-
litis diligere, odio habere iniquitatem.
Non enim potestatis simul & ipsum
amare, & mala diligere:

* *custodit dominus animas sanctorum suo-
rum de manu peccatoris liberabit eos.*

eorum. n. qui sic malum odiũt & fugiũt F
ipse misericorditer & fideliter custodit,
animas piorum atq; sanctorum ipse sal-
uat à malo, & custodiet in vitã æternã, &
de p̃ate omnium impiorũ eos liberabit,
non sinet eos uenire in manus pec-
catorũ qui ipsis ĩsunt malũ, sed ab oĩ
malo saluos faciet in suũ regnũ cęleste.

12 *Lux orta est iusto:*

Iustis quoq; peculiariter lux orit̃, singu-
lari illuminatione Dei donantur, & uisi
Prou. 15 tant̃ qui student iustitiæ, diligentes domi
num, & odientes iniquitatem:

* *& rectis corde lætitia.*

& rectis ac mundis corde, quibus est af- G
fectus synceirus corporeum ab omni ma
litia, oritur lætitia, ex testimonio bonæ
conscientiæ & securæ mentis, quæ est
quasi iuge conuiuium, & super omnia ex
continua Dei præsentia & inhabitatio-
ne. Beati enim mundi & recti corde, qm̃
ipsi Deum uidebunt. Non possunt autẽ
non plurimum lætari, qui sic mundo
corde Deum iugiter conspiciunt.

13 *Lætamini iusti in domino:*

Exultate ꝓinde & lætamini in dño Deo
Phili. 4 vestro, quicunq; diligitis iustitiã, & odio H
habetis iniquitatem, gaudete in domi-
no semper, iterum dico gaudete:

* *& cõfitemini memoriæ sãctificatiõis eius.*

& date confessionem ac laudem memo
riæ sanctificationis vel sanctitatis eius,
cõfitemini illi, rememorantes sanctitatẽ
eius, qua ipse solus est sanctus in semet-
ipso, super omnes deos atque ẽt sanctifi-
cationem, qua suos electos sanctificauit
& sanctificat. Est enim in vtroq; ualde
laudabilis, & quia ipse in se sanctus
est, & quia sanctificator est fidelium.

EANNOTA. IN PSAL. XCVI.

VErsu 2. Iustitia & iudiciũ correctio sedis eius. Si correctionẽ acciperemus, qũo uulgo solet apud Latinos accipi, vel pro reductione ad rectitudinẽ, posset p̃ns locus sic intelligi, Oĩs correctio q̃ à sede eius procedit, iustitia est & iudiciũ, i. ſm iustitiã & in iudicio. Sed ex Hebræo cognoscimus, correctionem isto in loco idem ualere qd p̃parationem uel fundationẽ, aut stabilitionẽ aut ædificationem, siue in rectitudine fundationẽ aut rectã cõstitutionẽ. Vnde correctio sedis eius hic intelligenda est, Ipsa fundatio aut recta situatio siue constitutio regalis solii, ut quod hic dr̃ correctione sedis eius eẽ iustitiã & iudiciũ, idẽ sit cũ eo quod in alio Psalmo dr̃, Parauit in iudicio thronũ suum, & ipse iudicabit orbẽ terræ in æquitate. Iuxta q̃ sñiam, ex Hebræo uertit Hier. Iustitia & iudicium firmamentũ solij eius. Felix, Iustitia & iudicium, habitatio sedis eius, vel bases sedis eius. Quod autẽ nos de sede domini iudiciaria exposuimus Elucidatione, posset ẽt ad eũ, quam in se habet q̃libet fidelis anima, sedem Dei referri. Iustitia. n. iudicio præparatur in hoĩe locus & sedes Dei. Nõ. n. intrabit Deus neque spiritus eius in maleuolã animã, in qua non est iustitia & iudicium, sed requiescit super mitẽ & trementem sermones suos, i. super eum in quo est iustitia & iudicium. Sed illa expositio quæ in Elucidatione est posita, magis ur̃ facere ad propositum. ¶ Vers. 3. Ignis ante ipsum ꝓcedet. Hic versus cum aliquot sequentibus, æque cõmode possent exponi, uel de terrore eorum q̃ futura sunt ante aduentum, siue in aduentu iudicis, uel de iucunditate eorum quæ facta sunt post Christi resurrectionẽ, vbi ascendisset ad patris dexterã accipere sibi regnum & imperium sup orbem. Atq; ob hoc, ĩ Elucidatione per plures uersus geminã cõstituimus intelligentiã, cõsueto duplicis intelligentiæ signo adiecto. Quòd si tertius hic versus de igne intelligat̃ terribili aduentus secundi, iterum ostendimus duplicẽ intelligẽtiã. Prior est de igne cõflagrationis, per quẽ sancti Theologi in

Psal. 9
Sapien. 1
Esa. 65.

aduen-

aduentu iudicis mundũ dñi purgãdũ: quẽ A admodum Petrus Apostolus in posteriori sua Epistola indicat, dicẽs, Adueniet autẽ dies dñi vt fur, in quo cœli magno impetu trãsiẽt, elemẽta verò calore soluenẽ, terra aũt, & quæ in ipsa sunt opera, exurẽtur. De quo igne etiã in alio Psalmo dr̃, ignis in conspectu eius exardescet, & in circuitu eius tẽpestas valida. Hic aũt non vr̃ esse ille ignis æternus, de quo subinde loquitur Saluator in Euangelio. Nõ.n. ille ad purgationem cœlis aut elementis, sed ad punitionem & cruciatus diabolo & angelis eius præparatus est, queãdmo- B dum in snĩa domini dr̃, Discedite à me maledicti in ignẽ æternũ, qui paratus est diabolo & angelis eius. De hoc ergo igne cõflagrationis & purgationis prior est intelligentia. Posterior verò est de igne illo condemnationis æterno, qui (vt etiam diximus) diabolo & angelis ei⁹ paratus est, qui ante faciẽ iudicis præcedere dr̃, non quod prius tpe realiter debeat præcedere aduentum iudicis in mundũ, sed qñ minister vel instrumentũ exequẽdæ iustitiæ præcedere dr̃ ante iudicẽ, qũo gladius solet iudicem præcedere, ut ministeriale in- C strumentum exequutionis iustitiæ. Quia enim ignis ille infernalis mox ad pronũciationẽ iudicialis snĩa corripiet impios, & in eos ipso momento desæuiet, idcirco rectè quasi cum iudice vel ante iudicẽ aduenisse dici potest, Et iuxta hunc modum vr̃ ẽt intelligendũ, quod in Epistola posteriore ad Thessalonicenses scribit Apostolus Paulus, in hunc modum: Si tamen iustum apud Deum retribuere retributionem ijs qui vos tribulant, & vobis qui tribulamini, requiẽ nobiscum, in reuelatione dñi Iesu de cœlo, cum angelis D virtutis eius, & in flamma ignis dãtis vindictã ijs qui non nouerunt Deum, & qui non obediunt Euangelio. Nam si participium illud dantis iungatur cũ genitiuo proximẽ præcedenti igni: (quę cognexio prima facie apparet commodior) vr̃ per ignẽ istũ dantem vindictã intelligi ignis infernalis p quẽ propriẽ vltio condigna exercebitur in reprobos. Nam ignis conflagrationis, etiam si corpora impiorum possit breui momento interimere, aĩam tamẽ impiam non potest æterna punitione (quæ illã decet) affligere. Quare p ignẽ dantẽ vindictam, intelligendus vr̃ in citato iã Pauli loco ignis æternus, ut dicat Paulus, reuelandũ dominum Iesum cum angelis virtutis eius, & cum flãma ignis ęterni vindicis. ¶ Versu 8. Adorate eũ oẽs angeli eius. Hunc locum Paulus Apostolus allegat, cap. 1. Epistolæ ad Hebræos, ad probandum Christum filium Dei esse angelis maiorẽ, ex eo ꝙ illum iubeantur adorare, Non adorat.n. nisi minor maiorem. Adducens antẽ Paulus hunc locum, sic ait, Et cum iterum introducit (videlicet pater) primogenitum in orbem terræ, dicit, Et adorent eum omnes angeli eius. Ex qua citatione difficultas est, quid sibi uelit qđ ait, Et cum iterum introducit pater primogenitum in orbem terræ. Dicẽdum est, ꝙ idcirco hoc dicitur, qm̃ in illo Psalmo mentio fit de regno Christi quod ei datũ est à patre, morte deuicta, Vnde & initiũ Psalmi sic habet, Dominus regnauit, exultet terra. Quòd si prædicta in versibus prioribus exponantur de terribili aduentu domini ad iudicium, rectè dicitur iterum introduci à patre in orbẽ terrarum ad ipsum iudicandum, qm̃ venturus est in gloria patris sui iudiciũ exequuturus, per potestatem à patre sibi datã. quemadmodum apud Ioannem dr̃, Pater diligit filium, & oĩa dedit in manu eius, & ptãtem dedit ei iudiciũ facere, qa filius hominis est. Si verò prædicta intelligantur tm̃ de conuersione populorum per Euangelicam prædicationem, dr̃ introduci filius à patre in orbem terrarũ, quatenus ita Christus regnum recuperauit in populis ubi prius idola colebant, & ipse ignorabatur. Quid aũt per Sion & per filias Iudæ intelligatur, ex Elucidatione patet & plenius diximus in Psalmo 47. circa versum illum, Lætetur mons Sion & exultent filiæ Iudæ, propter iudicia tua dñe, ubi ẽt prolixius ostendimus, quare gaudendum sit monti Sion & filijs Iudæ propter hæc dominĩ iudicia. ¶ Ver. 12. Lux orta est iusto, & rectis corde lætitia, Nos in Elucidatione lucẽ illã, quæ intra mentes iustorum oritur, indicauimus accipiendã, ꝯsimilemq; in posteriori parte lætitiam. Posset uerò & de futura illa plenitudine lucis ac gaudij exponi,

2. Pet. 3. Ps. 49. Mat. 25. 2. Thes. 1 Hebr. 1. Ioan. 5. Ibidem.

præteritum accipiendo pro futuro, ut sit sensus, Lux æterna lucebit, & orietur iusto & rectis corde oriet sempiterna & inæstimabilis lætitia, quemadmodū in alio loco dr̄, Lux perpetua lucebit sanctis tuis dn̄e Et iterū, Lætitia sempiterna sup capita eorū, gaudiū & exultationē obtinebūt. Ad quē sensum rectè quadraret, qđ ex Hebræo vertit Felix, & alij, qđā, Lux sata vel seminata est iusto, & rectis corde lætitia. Nunc.n. iusto lux illa serit, nunc seminatur, quia nōdum iustus eam metit, nondū ea perfruitur, sed ad eam aliquando suscipiendam ac acquirendam præparatur, & modo quodā nunc illi seritur, & seminatur vt suo tpe metatur tā lux plena, quā perfecta lætitia. Quemadmodum.n. quod seminatum est, in occulto latet, & nondū apparet quid futurum sit, postmodum ve

Esa. 35. & 51.

E rò in tpe suo caput effert, seq; manifestat: ita nunc lux & lætitia beatorum seminatur & occultatur, vt aliquando lucis plenæ & perfectæ lætitiæ fructus inde metatur. De qua re, pulchrè dilectus discipulus ita loquitur discipulis, Charissimi nūc filij Dei sumus, & nondum apparuit quid erimus, scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, qñ videbimus eū sicuti est Quasi dicat, Mira quidē gloria vobis iā seminata est, sed nōdū enata est, nōdū apparuit, Neq; male cōsonat huic expositioni' quod in Chald. Paraph. dicitur, F Lux quiescit, & reposita est iustis, quomodo beatus Petrus hæreditatem illam incorruptibilem, incontaminatam, & immarcessibilem, dicit conseruatam in cœlis, & salutem ait paratam reuelari tempore nouissimo.

1. Ioan. 3

1. Pet. 1.

## XCVII. PSALMI ARGVMENTVM.

*Habet Psalmus iste argumentum idē cū pcedentibus. Est nanq; inuitatio ad laudem Dei pro mirabilibus per eū patratis mundoq; exhibitis, inter quæ, præcipua est salus illa quā Deus per suæ diuinitatis dexteram voluit operari, & in conspectu oīum gentium manifestari, pp misericordiam & veritatem suam. Post q̄ paucis enarrata, à versu sexto usq; ad finem, nihil aliud q̄ inuitatio ad laudem, ad iubilationem ad cantica ponitur, non hoīum tantum, verū etiam maris, & oīum quæ in eo sunt, terræ & omnium quæ in ea, fluminum & montium, propterea quòd ipse uenit iudicare terram.*

## XCVII. PSALMI ELVCIDATIO.

ANTATE *domino canticum nouum:*

Cātate domino in alacritate cordis carmen nouū nouæ laudis, & insoliti gaudij cāticum illi depromite de plenitudine interni gaudij.

* *quia mirabilia fecit.*

fecit.n. miranda, & quæ nouis peculiaribusq; canticis decantentur dignissima.

2 *Saluauit sibi dextera eius et brachium sanctum eius.*

Et licet multa admodū sint Dei opera miranda, q̄ ipse patrauit ab initio sæculi in rerum oīum creatione, & sapientissima administratione siue gubernatione, peculiariter ēt in admirabili generis humani directione ab initio sæculi, illud tñ oīa superat, & quasi obscurat qđ in nouissimis diebus in tpis plenitudine operari digna tus est in redemptione humani generis, qñ omnipotēs dextera eius, p sua voluntate salutē est operata, & sanctū brachiū eius facit salutem magnam in populo & pro populo suo, quando p suā potentiā genus humanum de captiuitate & seruitute durissima redemit.

H 3 *Notum fecit dominus salutare suum:*

Hāc aūt salutē sic sua dextera perfectam, Dn̄s voluit reuelare, & notā facere, ac prędicare in omnibus populis, ipsum quoq; salutare, ipsum Saluatorem Christum filium suum, per quem tantam fecit salutē, mundo voluit notum facere:

* *in conspectu gentiū reuelauit iustitiā suā.*

iustitiā suā pdicari fecit, & notificari in cōspectu oīum populorum, iustitiā suā, iustitiam quæ est ex fide, & per fidē in Christo filio eius, sanctos Apostolos suos prædicare fecit, & notificari in oīb' populis.

No-

Notum ēt fecit salutare suum & auxiliū A Rom. 3. suū,in exhibitione salutis quā cōtulit mū do:& in hoc apertè monstrauit suā iusti tiā,p quā genus humanū redemit de ma nu & tyrannide iniustè ipsū opprimētis.

4 *Recordatus est misericordiæ suæ,& veri tatis suæ domui Israel.*

Recordatus est dñs misericordię & fidei siue veritatis suæ:ipse q per multa ante acta sæcula oblitus videbaẗ misericordię, obfirmatā habens iram suā aduersus ge nus humanum & qui suam fidē videbaẗ negligere aut violare,nō exhibēdo quō dam promissa patribus Abraham, Isaac, B & Iacob,ipse tandem in tpis plenitudine curauit suæ misericordiæ satisfacere, & suam fidem liberare,seq; veracem & fide lem in promissis,operis exhibitione de monstrare:sicq; velut recordatus est mi sericordiæ & veritatis suæ erga domum Israel,super populum fidelem, verum ex fide semen Patriarcharum,quibus fuerat facta repromissio.

5 *Viderūt oēs termini terræ salutare Dei nři*

Neq; verò hęc salus intra Iudeę angustos limites delituit,neque intra tam angusta spatia fuit occultata,licet in Iudæa fuerit C orta & perfecta:sed nota facta est & diuul gata per Apostolorum prædicationē,hęc salus simul,& ipse saluator qui eā opera tus est, in vniuersos terminos terræ, ab oriente vsq; ad occidentē,& à septentrio ne vsq; ad meridiem. Siquidē oēm terrā exiuit salutis huius prædicatio & vbique terrarum salus hæc agnita fuit.

6 *Iubilate Deo omnis terra:*

Proinde omnes qui inhabitatis terram, Deo(qui tam miranda pro vobis in tpis plenitudine operari dignatus est) in cor- D dis vestri lætitia iubilate.

* *cantate,& exultate & psallite.*

cordis quoq; lætitiā vocalibus canticis declarate,exultātes insup gestibus ēt cor poris lætitiā exhibete & psalmos illis de mirabilibus editis facinoribus cōpo nite & canite.Oīum.n.est hoc commune gaudium,vniuersalis est omnium hæc lę titia & exultatio, quoniam omnibus sa lus ista facta & annunciata est.

7 *Psallite domino in cithara:*

Imperfectum verò gaudij testimoniū ēt musica adhibere vestris laudibus instru menta concinite illi in citharis, nablis,& alijs ad eā rē aptis musicis instrumentis.

* *in cithara & voce psalmi.*

in citharis simul adiūcta voce cantici, sic vt manu contingēte musicū instrumentū lingua non cesset à laudibus, sed modula tionem aptam simul decantet, quæ sono instrumenti suaui melodia respondeat.

* *in tubis ductilibus & voce tubæ corneæ.* Apoc. 19

in tubis quoq; ductilibus, ad cōcinendū in vocis fortitudine, & in clangore con crepantis buccinæ siue tubæ corneę, cu ius est sonus fortis ac prævalidus.

8 *Iubilate in conspectu regis domini:*

Iubilate in conspectu regis nostri dñi, q videlicet rex noster & dñs est, rex regū & dñs dominantium:iubilate coram eo, & laudes concinite,vt dignum est tanto ac tali domino iubilari à nobis, qui eius sumus plusquam seruissimi serui:

* *moueatur mare & plenitudo eius, orbis terrarum,& qui habitant in eo:*

& qm̄ non est vniuersa terrarum habita tio,neque tota rationalis creatura suffi ciens ad dignæ laudis persolutionem,at que iterum,quia oīs creatura vnà cū ho mine meritò debet collætari & congau dere,idcirco & cæteras creaturas oēs iu stū est,p suo modulo laudare dnm.Itaq; mare suorū collisione siue collisione flu ctuum sonitū edat,& tonet,p suo mō sic collaudās dñm,simul & oīa quæ in ipso sunt,vniuersus quoq; orbis terrarum cū oībus suis inhabitatoribus, cum omni bus quæ in eo sunt,pro suo vnumquod que modo laudem canat domino.

9 *Flumina plaudent manu, simul montes exultabunt à conspectu domini:*

Flumina quoq; exultabunt,& quasi plau dent manibus in dulci allusione fluctuū, simul ēt montes quasi exilient & exulta bunt à pręsentia domini, deniq; cœlū & Ioan. 12. terra & omnia quæ in eis sunt, oīa præ gaudio gestient,à præsentia aduenientis domini.

* *quoniam venit iudicare terram.*

qm̄ ad hoc veniet in temporis plenitu- Luc. 1. dine,vt iudicet terram, vt faciat iudiciū mundi,vt principe mūdi diabolo eiecto, ipse regnet in domo Iacob in populo suo inæternum,eosq; regat,pascat,& iudicet imperpetuum.

Iudi-

10 *Iudicabit orbem terrarum in iustitia, & populos in aequitate.* E

Iudicabit pro orbe terrarum, & reget eũ in iustitia, & populos oẽs in aequitate.

Ephes. 6. Non n. regnabit in tyrannide & iniustitia, vt ille pater mẽdacij, mundi rector tenebrarum harum, sed in omnimoda aequitate regnabit super populum suum:

In iustitia quoq; faciet pro orbe terrarũ iudicium, aduersus iniquum mundi principem, & liberabit populos in aequitate sua de oppressione iniqua.

Denique & in nouissimo die, in iustitia iudicabit totum orbem terrarum, redditurus vnicuiq; pro operibus condignam retributionem. F

## ANNOT. IN PSAL. XCVII.

VErsu 2. Saluauit sibi dextera ei⁹. Datiuus ille sibi, facit difficultatẽ ĩ oratione. Nos in Elucidatione indicauimus sibi positũ esse, acsi diceretur, iuxta suum placitũ, vel iuxta qđ voluit: saluauit aũt, pro salutẽ fecit, vel salutem operatus est, vt sit sensus. Dextera eius iuxta suũ bene placitũ, salutem est operata. Alij verò putant, vulgatã lectionem male habere ea G sum datiuum: pro datiuo aũt constituendum accusatiuũm, ad hunc modũ, Saluauit eũ dextera eius, quo m̃o hẽt Romanũ Psalteriũ, sicut in Graeco legiť ἔσωσεν αυτὸν ἡ δεξιὰ αὐτοῦ, hoc est, Saluauit ipsum dextera eius. Cuius lectionis sẽsus est, Dextera Chrĩ, id est, diuinitas Christi, saluauit ipsum, hoc est, à morte fecit saluum, & ad vitã resurgere, & brachium sanctũ eius saluauit ipsum. Beatus tñ Hieronymus ita vertit, vt habet nostra lectio Gallicana, De hoc quoq; nonnihil dicemus in annotationib⁹ ex Hebreo. ¶ Ver. H 3. In ꝯspectu gentiũ reuelauit iustitiam suã. Pôt intelligi iustitia, qua ipse Deus in se iustus est: quã in conspectu gentiũ reuelauit, qñ principẽ tenebrarũ iuste cõdẽnauit, & sibi regnum resumpsit orbis terrarũ. Iterũ, suã iustitiã, qua in se iustus est, reuelauit in cõspectu gentiũ, qñ per Apostolicã praedicationem oibus hoibus per vniuersum orbẽ eã fecit notã. Pôt aliter intelligi iustitia Dei, nõ illa in se ipse iustus, sed illa qua hõ coram Deo iustus est, de qua Paulus ait, Nunc aũt iustitia Dei manifestata est, testificata à lege & Prophetis Et iterũ, Iustitia Dei p fidem Iesu Chrĩ, in oẽs, & super oẽs, qui credũt in eũ. Atq; hanc iustitiã adueniens dñs p Apostolicã praedicationẽ reuelauit in cõspectu oĩum gentiũ, qñ Apostolos suos fecit pdicare ac dicere, Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. ¶ Ver. 4. Recordatus est misericordiae suae, & veritatis suae domui Israel. Quòd dñs dr̃ recordari, manifestũ est hoc ita dici sm̃ similitudinẽ humanae recordationis, sicut per oppositũ interdũ dr̃ obliuisci, qñ admodũ obliuiscentis se habet. Cùm. n. promissa dissimulat, multumq; tardat persoluere, iustitiae & fidei suae vr̃ oblitus: & cũ misericordiã nõ exhibet, vr̃ oblitus misericordiae. At verò vbi misereri coeperit, & promissis facere satis, dicimus eũ recordari misericordiae & veritatis, quo ẽt in cãtico virginis matris dr̃, Suscepit Israel puerum suum, recordatus misericordiae suae, vbi & recordatio veritatis innuiť, eũ subsequenter adiungitur, Sicut locutus est ad patres nostros, Abraham & semini eius in saecula. Et in suo cantico Zacharias, Deũ patamẽ in filio suo salutẽ mũdo, hoc agere dicit, ad faciendã misericordiã cũ patribus nr̃is & ad memorandũ testamẽti sui sancti, qđ iurauit ad Abraham patrẽ nr̃um daturũ se nobis. Ita ergo recordatus est dñs in hac hora nouissima mĩae & veritatis suae. Ille aũt datiuus domui Israel, sm̃ cõmodiorẽ ꝯstructionẽ iũgať cũ verbo recordatus est, ad hunc sensum, Recordatus est misericordiae suae & veritatis suę erga domũ Israel, siue (vt vertit Felix) p domo Israel. i. ad faciendã misericordiã & veritatẽ cũ domo Israel Posset ẽt intelligi promissam domui Israel: sed absque aliqua subauditione, sensus prior apparet melior. ¶ Ver. 9. Flumina plaudẽt manu, simul mõtes exultabũt. Ad uerbũ simul ab aliquibus iungiť cũ pcedẽtibus, hoc m̃o, Flumina plaudẽt manu simul: ac deinde, mõtes exultabũt. Nos in Elucidatione iũximus eũ sequẽtibus, hoc m̃o distinguẽtes, Flumina plaudẽt manu, simul mõtes exultabũt. Quã distinctionẽ ẽt sequiť versio Felicis, Flumina plaudẽt palma, sicut montes exultẽt. Hebraica lectio ad vtrãq; cõnexionẽ est indifferens.

Rom. 3 · Mar. 16. · Lucae. 1. · Ibidem.

XCVIII.

## XCVIII. PSALMI ARGVMENTVM.

*IN hoc etiam Psalmo, ut in praecedentibus exhortatio ponitur ad reuerentiam Dei sedentis super Cherubim & laudē magni nominis eius, cuius honor diligit iudicium, qui parat directione populo suo, cuius ēt scabelum pedum ut sanctificatum ab eo qui illud calcat, dī adorandum Versu. aūt sexto, patrum quorundam exēplaproponit, nominatim mentionem faciens Moysi, Aaron, & Samuel qui quoniam dominum fideliter inuocabant eius q. praecepta diligēter obseruabant, iccirco familiari Dei etiam alloquutione digni sunt habiti, fueruntque exauditi in precibus suis, & eam potuerunt Dei aduersus populum suum irati mitigare, ut leni disciplina paterna peccatis populi tantū puniti, non penitus reprobarent, quemadmodū aliis solet gētibus cōtingere, qui in suis adinuentionibus impune permanere & pergere sinunt iusto, De iudicio, usq; in diē extremae ultionis. Vltimo aūt uersu iterum laudis replicat exhortationem.*

## XCVIII. PSALMI ELVCIDATIO.

*DOMINVS regnauit irascantur populi:* Dominus Deus noster regnum & imperium tenet, irascantur, indigent, & commoueantur ut uoluerint incredulae, natiōes, uelint nolint ferre debent eius imperium, & regem debent eum usque dominum agnoscere, quantumuis reluctentur & contradicere uideantur:

* *qui sedes super Cherubim, moueat terra.* qui sedes super Cherubim, qui praesides C angelicis exercitibus, & cęlestes illos spiritus habes uelut sedem, super quam requiescit gloriae tuę maiestas, qui etiā in ueteri illa arca tabernaculi, super propitiatorium inter duo Cherubim locū uisibilē tibi olim delegisti, ad signum eius sedis quam habes gloriosam inter cęlestes exercitus in cęlis à facie tua commoueatur oīs terra, aequū est ut te omnes reuereant & timeāt qui terram inhabitāt.

2 *Dominus in Sion magnus, & excelsus super omnes populos.*

Dominus qui est in Sion, in populo fide D li, ipsum agnoscite, qui in Ecclesia sācta inhabitat, ipse per omnia magnus est & excelsus sup oēs populos, ita ut in omnibus gentibus nemo sit q illi possit cōparari, estq; excelsior & sublimior oībus, sicut rex omnibus est celsior ī regno suo.

3 *Confiteantur nomini tuo magno, quoniam terribile & sanctum est.*

Qua propter tuo magno nomini, ò rex altissime, confiteri habēt oēs populi tuo subiecti imperio, quoniam nomē tuum sanctum est, atq; modis omnibus uenera B bile, nomē est super omne nomē, in quo flecti debet omne genu, coelestiū, terrestrium & infernorum, quodq; ab omni creatura debet immēsis efferri pręconiis utpote ab ortu solis usq; ad occasum laudabile & benedictum in saecula. Philip. 2.

* *& honor regis iudicium diligit.*

& honor regis nostri, regia dignitas, & Ps. 112. imperatoria maiestas eius, qua praeminet oībus, diligit iudiciū, exposcit, & exigit hoc à nobis, ut iudicio & iustitia illi seruiam', qūo aequū est. Vult.n. ītatus iex iusta & munda seruitia exhiberi sibi, & seruos iustos requirit, qūo ipse iustus est, & omnia quae facit in uero facit iudicio,

4 *Tu parasti directiones:*

Et qa diligis tu dn̄e iudiciū idcirco parasti populo tuo directiones, dedisti seruis tuis pręcepta atq; mandata qua quibus in iudicio atque tristitia dirigantur:

* *iudicium & iustitiam in Iacob tu fecisti.* tu fecisti in Iacob, in populo tuo, iudiciū & iustitiam, tu ipse cum eis iuste in omnibus egesti ī iudicio & iustitia, & ut similiter agerent ipsi tam erga te quàm erga proximos, uoluisti, atque mandasti

5 *Exaltate dominū Deū nostrum & adorate scabellū pedum eius quoniam sanctum est.*

Exaltate, ò populi oēs, & magnificate dominū Deū nr̄um, & pcidite ante thronū grāe eius, humiliātes uos corā scabelū pedū eius, quasi pstrati ante pedes eius, qm̄ sanctū & honorādū est qcquid ad ipsum attinet, ēt si īfimū fuerit, quēdmodū est pedū scabellū. Tā.n sāctus est dn̄s ut qcquid ad ipsū spectat, sanctū sit adorādūque & uenerandū ēt qd infimum reputatum fuerit: quemadmodū regis magnifici

ei non solũ corona, quã in capite gestat, honoratur, non solum palliũ quo est eir eumamictus, uerumetiam calciaméta pedum eius, imò scabellum throni eius.

6 *Moyses & Aaron, in sacerdotibus eius:* Moyses & Aaron erant de numero sacerdorum eius, qui colebant eum, erant specialiter Deo sacri, ille quidem à Deo specialiter consecratus, uel legislator fieret, & ordinator atq; minister legalis sacerdotii, hic uerò unctus à fratre suo Moyse, ex ore domini etiam uisibiliter, & sacerdotalibus adornatus uestibus:

* *& Samuel inter eos q inuocãt nomẽ eius.* F

1. Reg. 3. & Samuel propheta domini, erat de numero fidelium seruorũ, qui cognoscũt per fidem & inuocant ex fide & cõsciẽtia bona nomen domini, Samuel fidelis minister fuit coram domino.

7 *Inuocabãt dominũ, & ipse audiebat eos:* isti patres nostri, egregia uirtutum exempla, inuocabãt dñm, orãtes iã ꝓ se quàm pro commisso sibi populo, & dñs benignum se illis exhibuit, exaudiens orationes eorum & postulata concedens:

* *& in columna nubis loquebatur ad eos.*

Exod. 33 imo etiã familiarẽ suã societatẽ ad illos
Num. 12 ostẽdit, loquẽs ad illos (Moysen & Aarõ) de columna nubis q̃ apparebat sup tabernaculũ, sic illos suo speciali colloquio singulariter honorãs, corã populo suo.

8 *Custodiebant testimonia eius, & preceptũ quod dedit illis.*

Ratio aũt quare sic ipsi exaudiebant orãtes, & quare sic diuino honorarentur colloquio, hæc erat, quia obedientes fuerũt præceptis dominicis. Custodiebãt enim testimonia eius quibus contestatus fuerat populum, id est, legem & omnia pręcepta quę illis obseruanda tradidit. H

9 *Domine Deus noster tu exaudiebas eos:*

Psal. 17. Et qm̃ sic obedientes & fideles fuerũt in adimpletione suæ uoluntatis, idcirco vi-
Psal. 44. cissim te illis benignum exhibuisti dñm, qui cũ sancto sanctus es, & cum innocẽte innocens, & cum electo electus, q uoluntatem facis te timentium. Ideirco, inquã, tu domine Deus nr̃ illos benignè exaudiebas in oĩbus quæ à te postulabãt siue pro suo, siue pro populi sui salute:

* *Deus tu propitius fuisti eis.*

ostendisti quoq; te illis benignũ & ꝓpitium, dimittens propter illorũ precẽ peccata populi, si qñ te offendisset populus, illis ꝓ eo orãtibus, tu flexus fuisti ad misericordiã, demisisti illis peccatũ, queadmodũ orante Moyse populus quẽ delere uoluisti saluat⁹ fuit, & Aarõ offerẽte thus in thuribulo plaga incendii cessauit. Exo. 32. Num. 16

* *& ulciscens in omnes adinuentiones eorũ.* & in singulare beneficiũ, hoc eis cõtulisti quod populum eorũ pro quo supplicabant, nõ permittebas diu impune agere in peccatis, ut iãdem in die iudicii super eos adduceres condemnationis sententiã, qũo cum reprobis gentibus agis quæ te ignorant. sed in oĩa opera eorum mala, quæ ipsi secundum malitiam cordis sui adinuenerunt, ut te offenderent, te exhibuisti seuerum ultorem & uindicẽ, ut cogerentur ultionis ruę pręsentia quantocyus ab excogitatis uel cęptis resistere

10 *Exultate dominum Deum nostrum, & adorate in monte sancto eius:*

Exaltate & magnificate dominũ Deum nostrum, & adorate eum in monte sãcto eius in quo habitat, in Ecclesia, siue hac militante, per fidem excelsa, & per spem G atq; charitatem firma & immobili, siue illa triumphanti, per apertam Dei uisionem & perfectam fruitionem altissimè sublimata, & immobiliter firmata:

* *Quoniam sanctus dominus Deus noster.*

qm̃ dominus Deus nr̃ sanctus est, & super omnes solus sãctus ac summè metuẽdus pp, quod, omni laudis & honoris exaltatione semper est dignissimus, neq; pro dignitate satis unquam potest exaltari.

## ANNOT. IN PSAL. XCVIII.

VErsu 1 Qui sedes super Cherubim, moueat terra? Qũo dicat Deus sedere Cherubim, diximus in Psal. 79 in Psal. 79.
uersu illo. Qui sedes super Cherubim manifestare corã Ephraim, Beniamin & Manasse. Quidã autem hoc loco pro secunda persona, ponunt tertiã legentes, q sedet coniungentes istud, qui sedet, ad principium uersus, hoc modo, Dominus qui sedet sup Cherubim, regnauit, irascãt populi, moueat terra. Alij repetunt verbũ regnauit, hoc mõ, Dñs regnauit, irascãtur populi, q sedet super Cherubim regnauit, moueatur terra. Nos sub secunda persona

persona absq; repetitione ista coniunximus, ad hunc modũ, Qui sedes sup Cherubim, ô magne Deus, a facie tua moueaẽ terra. In Hebræo, similiter & in Græco, participiũ est acsi dicaẽ: iuxta Hebræum, sessor Cherubim, vel insidẽs Cherubim: aut iuxta Græcũ, sedẽs sup vel in Cherubim. ¶ Versu 2. Dñs in Sion magnus, & excelsus sup oẽs populos. Duplici distinctione hoc legi põt. Primò, ad hunc sensum, Dñs qui est vel habitat, vel colit in Sion, à populo suo fideli, ipse est magnus & excelsus sup oẽs populos. hoc est, Deus Israel, est rex magnus super oẽm terrã. Secundò ita distingui põt, Dñs est in Sion magnus, & excelsus est super oẽs populos, vt dominus Deus dicatur magnus esse & laudabilis valde in suo populo, & nihilominus sup oẽs populos excelsus. In Sion enim magnus est, dum se gloriose in suo populo magnificat, in mirabilibus quæ pro eo potenter & magnifice operaẽ. Excelsus verò est ẽt super oẽs populos, qm in manu eius sunt oẽs fines terræ, & ipse pleno imperio dominatur oĩum. ¶ Versu 3. Et honor regis iudiciũ diligit. Istud iudicium quod diligit Deus, intelligere possumus in nobisipsis, vel in Deo. Honor regis diligit in nobis iudiciũ, quia dignitas & maiestas Dei nostri exigit à nobis & in nobis seruis suis iudicium, videlicet vt in iudicio illi seruiamus. Iustũ.n.est, vt tã magnifici dñi & tã summi regis ministri, in iustitia & iudicio satagant perficere suum ministeriũ. Vnde illud toties ueteri illi populo in legislatione replicatũ, Ego dñs. Sancti estote, qm ego sanctus sum. Et in lege grẽ, nouo populo nouus preceptor Christus dominus, Estote (inquit) misericordes sicut & pater vester celestis misericors est. Estote vos pfecti, sicut & pater vester cœlestis perfectus est. Iterum verò sm hanc intelligentiã, iudicium accipi põt pro æquitate & rectitudine iustitiæ, vt iã expositũ est: vel ẽt pro iudicio quod discretionem solemus appellare. Exigit enim honor magnificẽtissimi & regis nostri, vt illi cum magno iudicio, cũ magna discretione & attentione seruiamus, non qũo vili alicui aut plebeio domino seruiri solet, sed cũ magno timore & tremore, cũ magna alacritate, diligentia, solicitudine, & reuerentia, tanquã illi qui est oĩum rex supremus, & quo est nemo celsior, vt ob hoc meritò summo cum honore illi dẽat seruiri. In quem ferè sensum scribens Corinthijs Paulus, vult sanctissima mysteria corporis & sanguinis dñi sumentes, cum iudicio manducare, dũ ait, Quicunq; mãducauerit panẽ, vel biberit calicẽ dñi indignẽ, reus erit corporis & sanguinis dñi, non dijudicans corpus dñi: quia.s. nõ cũ iudicio debito accedit ad sumenda tã sacrosancta mysteria tam sacrũ panẽ, tã sanctum vinum, panẽ nõ panem, sed corpus filij Dei, vinum nõ vinũ, sed sanguinem vnigeniti patris. Idcirco.n. non dijudicat sufficienter qui indignè accedit, quia absque debito iudicio, nõ discernẽs hunc panẽ tã sanctũ à pane cibario & crasso, quẽ in publicis cõuiuijs vulgo mãducãt hoĩes nec illum sanctissimũ sanguinẽ aliter sumit, q̃ vinum quod ẽ penu depromitur. Atq; ita sane per quam plurimi inueniũtur, qui seruiunt quidẽ Deo, quãtum exterius videri põt, sed absq; debito iudicio, absq; necessaria discretione. Non.n. qua oportet reuerentia, non qua oportet alacritate & promptitudine bonæ voluntatis, non qua oportet integritate bonæ intentionis, non qua oportet sedulitate bonę operationis, sed cũ pigritia, torpore, fastidio, simulatione, tanquã si alicui spali dño ad mercedem paucnlam inseruirẽt, imo (quod nullis vnquam lachrymis satis defleri potest) multo ẽt minori fidelitate & sedulitate, quàm hmõi mercenarijs dñis, à quibus vili tãtum sunt mercede cõducti, nullo aũt vinculo alio obligati. Veros aũt Dei seruos oportet cũ magno iudicio, suæ seruitutis obsequia præstare, vigilantissimẽ, s. discernentes, & dijudicãtes attentissimẽ, quanto hic dominus oibus tẽporalibus dominis supereminẽat, quanto hic rex oĩbus sit regibus terræ excelsior, quanto hic Deus super omnes deos sit in immensum eleuatus, quanto sit oĩbus potentibus potentior, quanto omnibus terribilibus potestatibus terribilior, quanto denique amabilibus omnibus ipse in immensum amabilior, ne satis putent, ut plebeio alicui terreno, corruptibili uel spali domino, ita huic cœlesti, immortali

Margin notes: 2. Reg. 6. Num. 4. — Psal. 34. — Leuit. 11 & 19. — Lucæ 6. — Matt. 5. — 1. Cor. 11

mortali & æterno seruire. Oino. n. hoc iudicium requirit à nobis Dei honor & magnificētia, quo & sanctus homo Dei Moyses sibi commissum populum adhortabatur, dicens, Nō est alia natio tā grandis, q̄ habeat deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest nobis, sic videlicet ex honore regis, illos exhortando ad iudicium. Potest verò (ut ab initio annotationis cœpimus dicere) iudicium istud intelligi in ipsomet Deo, ad hunc sensum Honor regis amat iudiciū, maiestas Dei amat iustitiā, & oia vult agere in iudicio, amplexat iudiciū gaudet iustitia, nihil potest agere absq; iudicio, siue cōtra iustitiā. ¶ Versu 4 Tu parasti directiones. Psalterium Romanū habet pro directionibus, æquitatem, Tu parasti æquitatem. Idē aūt per vtrunq; intelligitur, videlicet mandata dñi, quæ æquitas dñi, qm̄ in æquitate, & iustitia fundantur, & quia non nisi qd æquum & iustū est præscribunt. Propter quod. Psal. 118 dicitur, Oia mandata tua æquitas, Et rursum, Aequitas testimonia tua in æternum. Directiones verò appellantur, quia hoiem ad Deum dirigunt, & in agendis ducatum præstāt, quēadmodū Psalmo supra citato dr, Lucerna pedibus meis verbum tuū, & lumen semitis meis. Pro eodem ēt accipi potest iudiciū & iustitia, in parte sequenti, cum dicitur, Iudicium & iustitiam in Iacob tu fecisti. Vel sic intellige, Præcepisti fieri iudicium & iustitiam in Iacob Vel sic, Tu ipse fecisti in populo tuo iudicium & iustitiā. Sed priora vñr magis conuenientia, & melius cū præcedentibus cohærent. Qd. n. honor regis diligat iudicium, inde manifeste apparet, quod ipse fundauerit æquitates, q legē dederit suo populo, & q præceperit fieri iudicium & iustitiā in populo suo. Nisi. n honor regis diligeret iudiciū, nō præcepisset iudicium & iustitiam fieri, nec quę legem tulisset, quæ monstrat qd iustū atque iustum. ¶ Versu 5. Et adorate scabellum pedum eius. Præter expositionē in Elucidatione propositam, per scabellum pedum domini intelligi etiam pōt arca fœderis, Quia. n. sup propitiatoriū, quod erat operculū arcæ inter duo Cherubim, sedem habere & habitare dicebatur dominus, rectè proculdubio dici pōt arca, scabellum pedum eius. Erat. n. quasi sub sede Dei. Atq; hæc arca sancta erat, ni mirum à Deo specialiter sanctificata, & adeò sancta, vt eā tangens Oza morte fuerit percussus, & qui eā nudam conspexissent, morte punirentur subitanea. Attamen cū ipsi adorari iubetur, non debet intelligi propriè dicta adoratio, quæ non nisi Deo debet attribui, vt poteri primo & supremo dño: sed adoratio impropriè dēt accipi pro specialis honoris exhibitione, quō frequenter in sacris historijs inuenimus hoies adorare leinuicē, quod nō nisi cuiusdam reuerentiæ magnæ significat exhibitionem. Quidā verò, adorate scabellum, accipiunt loco huius, adorare ad scabellum, vel ante scabellū, vel corā scabello eius, vt intelligat adoratio propriè dicta ipsius Dei, non arcæ tñ adoratio, sed Dei super arcam sedentis: quemadmodum nos Christiani, Deū sub admirabili sacramento latentem adoramus, & ad locū uel ante locū, vel uersus locū illū in quo sanctissima illa mysteria cōseruant, adorationis exhibemus reuerentiā: non ipsum tñ locū adorātes, id est, ligna, & lapides, aut claustra, sed ipsum quē illo loco pro sua altissima bonitate credimus seruari Secundum hanc uerò intelligentiā, mystice per arcam accipere nobis licebit Ecclesiam sanctam militantem, quæ est velut scabellū pedū dñi: ut cœlestis illa Ecclesia triūphans, hac rōne eius sedes pōt appellari, q huic illa sit subiecta, quasi inferior superiori, quemadmodū scabellum subiectum est sedi. Vel intelligi pōt ipsa Christi humanitas, q̄ est scabellū pedum inhabitantis diuinitatis, in qua videlicet inhabitat & requiescit diuinitas. Nos in Elucidatione nullū horum sequimur, sed sm cōsiderationē similitudinis, dicimus significari maximā reuerentiā, ut summo domino exhibendam, cū præcipitur ēt scabellum pedum eius esse adorandum & honorandū, quemadmodum satis dilucidè illic ostendimus. ¶ Ver. penultimo, Deus tu propitius fuisti eis, & ulciscēs in oēs adinuentiones eorū. Nos in Elucidatione ista ad populum retulimus, cui illi præerant sacerdotes, de qbus prius factus est sermo, quemadmodum & Chaldæa indicat Paraph. cū ait, Deus, tu propi-

Deut. 4. | Ps. 118. | 2. Reg. 6. | Num. 4.

propitius fuisti populo.pp eos. Atq; ita A sos excitatas, quemadmodum Chore, Da-
istud, Propitius fuisti eis, valet, Propitius than, & Abyron seditiosi cõtra Moysen,
fuisti populo pp illos. Nã de Moyse, ma- & Aaron, misere perditi sunt, cũ tabetna Num.16
nifestũ est, quo frequenter irã à populo culis suis, uiui absorpti à terra. Deinde du
auerterit suis precibus, neq; semel percitũ centi & quinquagintaquinq; offerẽtes in
sit multitudini ipso deprecante pro illa. censum, igne cõsumpti. Dehinc & illa 14.
Num.16 De Aaron aũt Num. 16. legitur, φ plagã milia, quę cõtra Moysen & Aaron, pp prę
incendij, incẽsi oblatione & precibus ces- dictorum mortẽ, seditionẽ excitauerant.
sare fecerit. De Samuele uerò, φ ad Dei Atq; ita adinuentiones eorũ intelligũtur Ibidem.
placandã irã multũ potens fuerit, vel il- adinuentiones contra illos, i. mala consi
Hier.15. lud indicat, quod apud Hieremiã ex ore lia excogitata cõtra sanctos dñi. Sicut.n.
Dñi dr̃, Si steterint corã me Moyses, & Sa fuit dñs populo propitius propter ora-
muel, non erit anima mea ad populũ istũ tiones sanctorum, ita & ira commouebat
Quod aũt sequitur, Et vlciscens in oẽs ad B aduersum illum, qñ contra sanctos ipsius
inuentiones eorum, similiter ad populũ seditionibus atq; murmurationibus in-
referimus, idq; sm̃ duplicem intelligen- surgebant. Quidam tñ ista intelligunt de
tiã. Quarum prior in Elucidarione expri propitiatione & punitione propriorum
mitur, φ in magnum beneficiũ Deus po peccatorũ ipsius Moysi, Aaron, & Samue
puli peccãtis peccata ad preces Sanctorũ lis. Moyses n. peccauit ad aquas contradi-
tm̃ disciplina paterna puniuit, vt cauerẽt ctionis, nõ sanctificando dñum coram fi
imposterum, & non impuniti peccarent lijs Israel. Aaron præter hoc, ẽt in conflã-
licentius, ne ita in totum eos abijceret. Al do vitulum. Samuelẽ verò dicunt peccas-
tera verò est, sm̃ quam per adinuẽtiones se in hoc, φ non sufficienter filios peccã
istas populi intelligimus opera mala, q̃ tes corripuerit. Atq; ita Dei significatur
cõtra sanctos à Deo sibi præfectos, Moy districtum iudicium, quo etiã sanctis suis
sen, Aaron, & Samuel, excogitauerunt, vi- ab vltione nõ pepercit, si quando aduer-
delicet rebelliones & seditiones cõtra ip C sus ipsum deliquissent.

## XCIX. PSALMI ARGVMENTVM.

*Exhortatio est Psalmus iste, vniuersos terræ habitatores conuocans ad lætandum & exultandum in confessione domini, qui est omnium creator vnus & conditor, cuius misericordia nunquam deficiet, neque ueritas vsque in consummationem sæculi.*

## XCIX. PSALMI ELVCIDATIO.

IVBILATE *Deo oẽs terra seruite domino in lætitia.* Cum iubilo cordis lauda te dñum vniuersi habitatores terræ, & seruite illi in cordis lætitia. Nõ exigit à seruis suis ut in tristitia aut seruili terrore sibi seruiatur, sed populum amat qui nouit iubilationem, qui scit exultare semper in nomine eius, & alacrem de hilari corde præstare seruitutem.

2 *Introite in conspectu eius in exultatione:* Venite, accedite ad eum in cordis deuotione, & introgrediamini ante conspectũ eius; non quasi ante morosum & difficilẽ dominum, trepidi & anxij & serui in tristitia & seruili solicitudine, sed cũ exultatione liberæ conscientiæ, tãquam filii ante patrẽ pijssimum, pastoremq; benignissimum.

3 *Scitote, quoniam dominus ipse est Deus* Illud enim vobis sciendum est, & etiã atque etiam profundam ente recogitandum, quòd dominus, ad cuius cõfessionem nunc uos exhortor, ipse est solus uerus Deus, & præter eum non est alius: ipse est, quo nihil est maius, nihil prius, nihil dignius potest excogitari:

* *ipse fecit nos, & non ipsi nos.* ipse nos fecit de nihilo, vt essemus aliqd & totum hoc esse quod in nobis est, & tã nobile esse, quo cæteris omnibus supere-

mine-

minemus corporeis creaturis, ipse dona E uit nobis: & nequaquā nosmetipsos fecimus, neq; à nobisipsis habemus quicquā sed ab illo vno omnia, pp quod iustissimum est, vt illi à quo ita nos cuncta accepisse cognouimus, corde lætissimo iubilemus & seruiamus, quantum valuerimus.

4 *Populus eius, & oues pascuæ eius introite portas eius in confessione:*

Spāliter verò, ò vos oēs qui estis de populo eius, qui de numero estis electorū eius, qui estis quasi oues pascuæ eius, quos ipse quasi pastor bonus, tam sm corpus in hoc corporeo mundo, quàm sm aīam, in F sancta Ecclesia pascit, & ab omni malo defendit, vos (inquam) peculiari exhortatione admoneo, vt portas eius ingrediamini, vt introeatis ante faciē eius in confessione laudis & gratiarum actionis.

* *atria eius in hymnis:*

vt atria eius ingrediamini cum hymnis, psalmis, & laudibus, domū cultus eius, uel sanctam Ecclesiam, uel materiale templū, sic introite cum hymnis & laudibus:

* *confitemini illi.*

vos (inquam) date confessionem illi.

5 *Laudate nomē eius, qm̄ suauis est dominus*, G

Et laudem dicite benedicto in secula nomini eius, qm̄ ipse dominus erga seruos suos non est crudelis, non morosus, nō difficilis, sed mitis, benignus, mansuetus, bonus, facilis, dulcis, & pius.

* *in æternum misericordia eius:*

misericordia eius in sempiternum nō deficiet, semper erit exposita petentibus eam vsque in consummationem seculi:

* *& vsque in generatione & generationem veritas eius.*

item & veritas siue fides eius atq; iustitia, in oēs generationes perdurabit, non poterit vnquam mentiri neq; fallere, sed quæcunque pollicitus est, seruabit electis suis, donec perstabit seculum.

## ANNOT. IN PSAL. XCIX.

VErsu 4. Introite portas eius in confessione, atria eius in hymnis, confitemini illi. Debet versus iste ita distingui vt in confessione iungatur cum præcedēti verbo, hoc modo, Introite portas eius in confessione: deinde repetatur introite ad regendum accusatiuum atria adiūcto eo quod sequitur, in hymnis, hoc modo, Introite atria eius in hymnis, uo dei ade diuisim sequatur, Confitemini illi, quod rectius in principium versus sequentis referretur, iuxta quod in Hebræo legitur. Sic n. clarius vertit Hieronymus, Ingredimini portas eius in gratiarum actione, atria eius in laude. Confitemini ei, bene dicite nomini eius, qa bonus dominus. Eandem etiam distinctionem habet lectio Græca.

## C. PSALMI ARGVMENTVM.

*PSalmus iste cētesimus formā videtur describere, & officium designare hominis iusti, maximè aūt principis, quem licet quidam interpretentur singulariter de Christo domino, q vix alius inueniatur, cui oīa hic posita perfectè conueniant, melius tamē apparet ipsum in persona Dauid pronunciari de se vīa illa non ad iactantiam, sed ad laudem et gratiarum actionē recitā, tis, quod videlicet in innocentia ambulauerit in medio domus suæ, quod malū non proposuit ante oculos, quòd odio habuerit impios, eorumq; fiderit consortia auersatus, fideles aūt & iustos sibi adiunxerit & exaltauerit, superbis humiliatis, & peccatoribus punitione debita peremptis. Hæc n. sunt officia regis, neque regis sol um, verumetiam cuiuslibet patrisfamilias in sua domo, aut cuiuslibet præsidentis in ea communitate cui præsidet.*

## C. PSALMI ELVCIDATIO.

*ISERICORDIAM & indicium cātabo tibi domine.* De misericordia simul & iudicio atq; iustitia cātabo tibi dñe, videlicet qđ misericors simul & iustus sis tu domine in cūctis operibus tuis; ita semper misericors, vt nihilominus iustus ac rursum ita iustus, vt nihilominus misericors: ita super his duobus semper & vbique coniunctis tibi cantabo.

2 *Psallā & intelligam in via immaculata:*

Super

Super his tibi psalmo dicam & canam,
cantásq; & psallens tibi, ego studiar in
uia innocentiæ, discam, intelligam, & in-
structus à te sciam ambulare uiam imma
culatam mandatorum tuorum. Qui.n.
in uiis immunditiæ psallunt, horum nõ
est speciosa laus in conspectu tuo.

** quando venies ad me?*

ô utinã tu mihi cito aduenias, ô si iã nũc
ad me uenias ut ignorãtem instruas & il
lumines in uia mandatorum tuorũ, ut ti
bi queã digne psallere, Hoc.n. totũ est quod
cupio, uidelicet meis canticis inuitare,
te ad me aduocare, nihil est quod æque
atque tuum aduentum desiderem.

3 *Perambulabam in innocentia cordis mei, in medio domus meæ.*

Volo aũt qđ ex tuo munere in me est bo
ni propositi, tibi ad gloriam, & proximis
subditisq; ad exemplum, hoc cantico ꝓ-
ponere, ex bonę conscientiæ testimonio,
ut exprimam qualis esse debeã, si in uia
immaculata psallere uoluero. Ecce ego
ex munere grę tuæ studebam conuersari
in medio familiæ meæ, cum innocentia
iustitia, & simplicitate, quasi pater in me
dio filiorũ, quasi dominus in medio ser-
uorum, quasi pastor in medio ouium, sin
gulos attendens & considerans, singulis
prospiciens domesticis meis, singulisq;
superintẽdens, quãtum opus erat, ut sua
quisq; administratione iustè fungeretur,
neq; malũ ullum notabile paterer in do
mo ac familia mea, pro quo non emen-
dando gererem solicitudinem.

4 *Nõ ꝓponebã ante oculos meos rem iniustã.*

Caui mihi sedulo, ne rem iniustã siue ul
lam iniustitiã menti meæ proponerem,
ad eã perficiẽdã opere, ne de ulla cogita-
tẽ pficiẽda (siue aduersus Deũ, siue aduer
sus hominẽ) iniquitate aut iniustitia:

** facientes præuaricationes odiui.*

neq; solũ ipse non uolui mala facere, ue
rumetiam in aliis odiebam peccatũ, &
transgressores legis Dei mei odio habui
nõ qđẽ ipsam illorũ personã, sed præua
ricantium uitia, ita ut quantum in me es
set, illis obsisterẽ mala agẽtibus, & impe
dirẽ mala eorũ ꝓposita, ne possent ea p-
ficere, ꝑ mea aũt uirili ad bonũ iducerẽ.

5 *Non adhæsit mihi cor prauum:*

Et qm̃ ita me iniquitatis aduersarium ꝓ-
A stiti, elongati sunt à me oẽs, qui prauo sũt
corde: nõ adhæserunt, non associati sunt,
nõ se cõiunxerũt mihi q malæ sunt uolũ
tatis & prauo corde, amatores iniustitiæ:

** declinantẽ à me malignũ non cognoscebã.*

malignos à me abscendentes, meã uel so-
cietatẽ, uel seruitutẽ deserentes, ꝑ mali-
tiã, qđ viderent se nõ posse apud me suã
impietatẽ iuxta desiderium perficere, qui
ob hoc à me declinabã, recedebant, siue
meã amicitiã atq; societatẽ, siue meam
seruitutem derelinquẽtes, hos ego nihil
feci, quasi nunquã cognouissem eos, sic
B illis me alienaui, quantumuis alioqui il
lorum amicitia grata aut seruitus cõmo
da fuisset qui ꝑ iustitię amorẽ odiũq;
bonitatis, ita me deserebant, illos pror-
sus contempsi, & permisi separari à me
ꝑ suo placito, longe malens illos à me
abscendere, quicunq; tandẽ aut quãticũq;
que fuissent, quàm ut à me in sua impie-
tate fouerentur aut tolerarentur.

6 *Detrahentem secreto proximo suo, hunc persequebar.*

Si quem videbã ad detractiones pronũ,
qui promptus esset ad detrahendum se-
C cretò ꝓximo suo, ad male loquendum
in occulto de fratre, ad auferendum uel
imminuendũ bonum nomen proximi,
hunc ego redarguebã acriter, & seuere
corripiebã, hunc ego toruo aspectu, atq;
etiã increpatoriis uerbis cum authorita-
te cõpescui, nõ arridebã detrahenti, non
dissimulabã, nõ fouebã illum in detra-
ctionis malo, sed contradicendo resiste-
bã, & seuere increpando compescebam.

7 *Superbo oculo & insatiabili corde, cum hoc non edebam.*

Quos ego aduertebã esse superba & ela-
D tamente, mõstrante sese foris ꝑ oculos,
mẽtis interiori elatiõe, & quos cõperie-
bã esse corde insatiabili, siue diuitiis per
auaritiã, siue honoribus per ambitionẽ,
ab huiusmodi me abstraxisti, cum his nõ
duxi familiarem uitã, hos nolui habere
familiares siue domesticos, aut ut ẽt cũ his
nulla uolui familiari iũgi societate siue
amicitia, ut uel cum illis iuitatus familia
riter conuiuarer, uel ipsi mecũ à me iuitati.

8 *Oculi mei ad fideles terræ, ut sedeãt mecũ:*

Sed si quem in terra, ubicunq; tandẽ lo-
corũ aut quocunq; tandẽ genere natum,

uiderem fidelẽ,iustũ & bonũ,bene, iuste, E
simpliciter, & fideliter & corde sincero
cõmissa sibi peragentẽ officia,in hoc fuit
mihi beneplacitum,ad cuiusmodi homi
nes oculum & respectũ habebã, ut tales
exaltarem,& mecũ considere facerẽ,me-
cumq; demorari, ad mensam meam ut
domesticos & amicos accubere:

** ambulans in uia immaculata,hic mihi mi
nistrabat.*

quos comperiebã benè,iustè, & fideliter
conuersari,huiusmodi elegi ad ministe-
rium meum, hmõi ego exaltaui ad offi-
cia regni, & domus meç talibus mini- F
stris cõmittebã quæ uel in regno uel do
mo mea erãt agenda talibus credebã re
rũ oĩum agendarum administrationem.

9 *Non habitabit in medio domus meæ qui
facit superbiam.*

Qui aũt ĩ factis suis superbiam uliã aut
dolum ostendunt,per superbiã alios in-
iuste calumniari,molestare aut opprime
re uolentes,eiusmodi nõ habitabunt co
rã me in tota domo mea quos tales esse
cognouero,nequaquã illos intra domũ
meam recipiã,ut mihi in ullo seruiãt mi
nisterio,atq; etsi intra domum meã habi G
tauerint,ubi tales deprehẽdero, expellã
atq; eiiciã eos,neq; patiar tales impieta-
tis amatores permanere añ oculos meos.

** qui loquitur iniqua,non direxit in conspe
ctu oculorum meorum.*

qui loquunt̃ iniqua, non prosperantur,
nõ ꝓspere agunt apud me nunquã illis
bene erit,nunquam inuenient gratiã in
oculis meis,ut eos eueham, foueam aut
ꝓmouea, nõ erit ad tales animus meus,
sed aduersabor illi,& durũ me illis osten
dam donec ab impietate hmõi desinant.

10 *In matutino interficiebã omnes peccato-* H
*res terræ:*

In primo mane,admodum matuiè, quã
tum in me erat, ego omnes malefacto-
res in terra mihi subiecta puniebã & au
ferrebam de medio,mox ubi persensissẽ
malum cõtagiosum alicubi exurgere,cu
raui,ut quantocyus malum illud suppri-
meret̃ uel auferretur, ipsos mali autho-
res rigidè puniendo,aut etiam si malitia
id exigeret,morte mulctando.

** ut disperderem de ciuitate domini omnes
operantes iniquitatem.*

ut sic disperderẽ de populo dñi,de Eccle
sia fideliũ oẽs iniquitatis operario',quã
tum mihi foret possibile,ne si impunitũ
aliquãdiu malum ꝑmisissem,in peius ex
crescerer, sicq; abundãtia malitię infice-
ret̃ terra & ciuitas Dñi,ipsius cultui de-
putata & sãctificata.Malũ.n. nisi quãto
cyus rigida punitiõe extinguat̃ celeriter
increscit, & serpit latissime ab uno ĩ plu
rimos.ꝑp quod,cum qui populo dñi pręs
idet,si Deo placere uelit,huic rei uigilã
tissimè necesse est intendere:

## ¶ ANNOTA. IN PSAL. C.

CVM Psalmũ istum iuxta modum ĩ
Elucidatiõe expositum,ipsi Dauidi
applicamus, in seipso iusti uiri & boni
principis exẽplũ describẽti,nõ sic ista ac
cipienda sunt quasi oĩa pfectè Dauidi cõ
ueniãt,quasi semp innocẽtia perambula
uerit in medio dom' suæ, quasi nunquã
añ oculos ꝓposuerit rẽ malã,quasi semp
oculi eius fuerint ad fideles terræ,Profe
cto nõ ambulauit in medio domus suæ
in innocẽtia;qñ de fenestra uidẽs Bethsa 2.Reg.11
bee lauãtem concupiuit alienam in cor
de suo,& ad malam cõcupiscentiam im-
plendam nuncios misit,opereq; imple-
uit qđ male concupierat,ꝑfecto nõ erat
hoc in innocentia cordis ambulare in
medio domus suæ Et neq; hoc erat, nõ
ꝓponere ante oculos rem iniustam, Et
cũ ad iiciẽs malũ malo, Vriã fidelissimũ
cõprobatum fecit dolo & fraude,tradito
illi ꝓditoriis literis,occumbere,nunqd
tum erãt oculi eius ad fideles terræ, ut se
deret cum eo,aut habitaret cum eo, &
nõ magis cõtra fidelissimum seruũ,ut in-
nocentem impie sine cã auferret de me-
dio,Nõ ergo ista sic accipiẽda sunt quasi
per oẽm uitã Dauid ea obseruauerit, qua
si nunquã fuerit trasgressor,sed accipien
da sunt,ut ab eo ꝓnunciata, cum in bo
no esset ꝓposito & bona cõscientia quã
do nullius sibi erat facinori cõscius,Aut
sic accipit̃ totus Psalmus, ut potius qua
lis esse debeat, seipsũ Dauid admoneat,
quã qualis sit,alijs ꝑdicet.¶ Ver.1. Mise
ricordiã & iudicium cantabo tibi domi
ne.Cantare debemus Deo nõ misericor
diam solam,nõ iudicium solum,quoniã
neque

neq; misericors solum est, neq; solum iu A stus dñs nr̃,sed misericordiã simul & iudicium,qa simul misericors & iustus est. Iustum est.n.sic illum cãtari, ut est in semetipso,pp quod, misericordiã simul & iudiciũ (vt simul misericors & iustus est) cãtare illi debemus. Nã si solã cantemus misericordiã, periculum est, ne nimiũ remisse,nimiumq; securè agamus, absq; timore & debita solicitudine, Solius.n. misericordię recordatio ad remissionem in uitat,& minus cautum ac timoratum red dit. Qui verò solũ recogitant & cantant iudicium, his est ex altera parte graue pe- B riculũ,ne vel deijciant aĩo,vel timore po tius q̃ amore agant,dum in misericordiã blandientẽ,nunquã leuantes oculos, solius intuent iudicij terrorẽ. Bene aũt psal lunt,& bene sibi cõsulunt,qui neq; misericordiã obliuiscunt,neq; iudiciũ, sed ad inuicem ista sapienter cõiungunt. Qui.n. sic psallant,in uia immaculata reddunt intelligentes,& instruuntur in uia iustitię,vt hẽt versus proximè sequens. ¶ Ver. 2. Qñ venies ad me. Côuenientius est ut accipiatur hoc sm modum optandi,ut sit sensus, O quando venies ad me,ò utinam C quantocyus aduenias ut in Elucidatione explicauimus Posset tamen quando acci pi tpaliter,intelligam in via immaculata, tunc quando tu uenies ad me. ¶ vt me in via immaculata & in lege tua instruas, quando ad me quasi doctor ad discipulũ aduenies. ¶ Versu 3 Perambulabam in in nocentia cordis mei, in medio domus meę. Diligenter notandum, qđ dr̃, In medio domus meę, Oportet nanque eum q̃ pręsidet,siue regno,siue cõmunitati, siue domui,aut cuilibet tandem congregatio ni,non in angulo aliquo domus desidere D non in abdito cubilis semper latere con clusum,nõ in molli strato otiosum stertere,nõ ad opiparam mensam in cœnaculo amœno accumbẽtem delitiari, ventemque sic in delitijs curare, sed in medio sibi creditę domus perambulare, tanquam qui sit rationem redditurus de omnibus quæ in domo illa sibi credita aguntur.
Rom. 12 Propter qđ ab Apostolo dictũ est, eum q̃ pręest,pręesse debere in solicitudine, & aptissimo vocabulo Ecclesiastici patres, eos, qui dominico gregi preficiuntur, Episcopos dixerũt nominãdos, videlicet vt ex ipsa sui nominis appellatione incũbens sibi solicitudinis onus agnoscerent, eiusq; sedulo admonerent. Siquidẽ ἐπίσκοπος Grecè, Latinis significat supintẽdẽtẽ,vel sup cõtẽplantẽ, aut super cõsiderantẽ,quod eius sit intendere,& inuigila re gregi cõmisso,& diligenter considerare ne quid ipsorũ eu ipsa alicubi depereat, quõ pastoris est officium, seruare ouiculas ne pereant. Intendere aũt debent tan to solicitius, quanto non corporum, sed aĩarum positi sunt custodes. Vnde per eũdem Apostolũ subiectis ouibus dr̃, Obedite pręposit is vestris,& subiacete eis. Ipsi n. peruigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri. Admodum autẽ pulchrè dr̃, Perambulabam in medio domus meæ. Eum qui præest in medio domus oportet perambulare. Oĩum.n. gerat curam necesse est,& diligenter peruidendũ est illi,ne vlla vsquam ouis, vel ex hac parte,vel ex illa parte depereat. Propter quod, in medio illum oportet ambulare, vt æque propinquus æque expositus sit omnibus,vt ex æquo oĩbus absq; personarum acceptione inuigilet, nõ solos curet diuites, non solũ intendat ijs qui sunt in Ecclesia siue familia pcipui, sed infimis ẽt atq; vilissimis. Aeq; enim pauperis & diuitijs, nobilis & ignobilis aĩa requiretur ab eo,eum in iudicium ad uenerit iudex iustus,qui ęquali potentia, sapientia,& bonitate singulorum animas condidit,cui oẽs æque sunt magni precij. vtpote qui finxit sigillatim corda filiorũ hoĩum. Notãdũ ẽt hoc,q̃ pastor ĩ medio domus perambulare dr̃, aduersarius autem per domus circuitum, quemadmo dum Petrus Apostolus ait, Aduersarius vester diabolus,tanquam leo rugiens circuit, quærens quẽ deuoret. Et alibi, In circuitu impij ambulant. Diabolus ergo, & qui ex parte eius sunt,in circuitu gregis ctreũ ambulabant, vt noceant: bonus aũt pastor,in medio gregis & domus perambulat,vt ex oĩ parte circumeuntes aduersarios repellat,& nullibi illis, quantum quidẽ in ipso fuerit, nocẽdi cõcedat aditũ. Atque vtinam hac nostra tempestate, istud tam pręclarum Prophetę exemplũ imitarẽtur principes populorũ, maxime

Heb. 13.
Psal. 32.
1. Pet 5.
Psal. 11.

aũt Ecclesiarũ prælati. Vtinã magis assue E
scerent ad perãbulandũ in medio domus
suæ, vtinã à perequitãdis cãpis & syluis
percurrendis prorsus abstinerent, vtinã
non in angulis, in cubilibus ociosi deside
rent, magis aũt indebita solitudine me-
diũ domus suæ imò Dei (queãdmodũ ex
officio illis incumbit) perãbularent. Pro
culdubio nõ ita multæ passim aïæ mise-
rè deperirent, quot nunc cernimus ante
oculos maximo pdi numero: dũ ex om-
ni parte circuiens hostis, ad nocendũ sp
vigilat, bona aũt pars eorum, quorum
erat lupis obsistere, somnum grauem in F
cubilium penetralibus dormiunt, nihil
minus q̃ de commissa sibi domo soliciti.
¶ Versu 4. Non proponebã ante oculos
meos rem iniustã, facientes præuaricatio
nes odiui. Expostulat hoc perfecta iusti-
tia, primum vt ante oculos tuos nõ pro-
ponas impiũ aut iniustũ aliquid, vt nul
lã tibi impietatẽ proponas in aïo ad im-
plendum eã. Est enim in hoc proponere
ante oculos, rei intendere ad assequendũ
eã. Deinde, vt sicut iniquitatem in teipso
odis, atq; ideo ante oculos tuos non pro
ponis: ita & in proximis habeas exosam G
& operarios impietatis, vt hmõi sunt, per
sequaris, ad illos humiliandos, atq; illo-
rũ conatus malos infringendos. Hinc in
alio Psalmo noster Propheta loquit, di-
ps. 138. cens, Nonne qui oderunt te dñe oderã,
& super inimicos tuos tabescebã? Perfe-
cto odio oderã illos, inimici facti sunt mi
hi. Alibi verò ẽi fleuisse se dicit, & vehemẽ
ter admodum fuisse conturbatum, pp im
Ps. 118. piorũ trangressiones. Sic.n. Psalmo 118.
ait: Exitus aquarũ deduxerunt oculi mei,
Ibidem. quia non custodierunt legem tuam. Mei
oculi (inquit) exitus aquarum deduxerũt H
Psal. 14. quia illi impij non custodierunt legem
tuam. Et iterum, Defectio tenuit me, pro
peccatoribus derelinquentibus legẽ tuã,
Secundum eandem considerationem ite
rum in alio Psalmo describens quisnã
sit inhabitaturus tabernaculum dñi, aut
in monte sancto accepturus requiem,
prius dicit, Qui ingreditur sine macula,
& operatur iustitiam qui loquitur verita
tem in corde suo, qui non egit dolum in
lingua sua, ac deinde subiungit, Ad nihi-
lũ deductus est in conspectu eius mali-
gnus, hoc est, qui pro nihilo reputat, qui
penitus contemnit, & pessimè odit mali-
gnos, conaturq; illos, quãtũ in se fuerit,
humiliare, & conatibus eorũ improbis
obsistere. ¶ Ver. 5. Non adhæsit mihi cor
prauum, declinantẽ à me malignũ nõ co
gnoscebã. Ea est vis probitatis, vt fuget
atq; elonget à se oẽm malignum. Qũo
.n. luminis fulgentem claritatem tenebrę
non ferunt, & ante illam hæ aufugiunt,
itẽ & cum tenebris oẽs tenebrarum ama
tores, ita à facie virtutis siue probitatis
oĩs fugit improbitas: atq; hinc fit vt im-
probi vehementer exhorreant bonorũ
consortia, quemadmodum econtrario so
cietatem cum sui similibus vehementer
exquirunt. Ita cũ is q regno aut familiæ
præsidet, bonus ac iustus fuerit, adiungũ-
tur illi veri, boni, & recti corde: qui autem
prauo sunt corde, fugiunt ab illius probi
tate, & declinant ab eo. Hinc in præsenti
loco cum dixisset, Non proponebã ante
oculos meos rem iniustã, facientes præ-
uaricatiões odiui: mox subiungit, Nõ ad-
hæsit mihi cor prauum, Quasi dicat, Qm̃
virtutẽ sectatus sum, & odiui impietatẽ,
tam in memetipso quã in alijs, pximis &
subditis meis, idcirco nõ adhęserũt mihi
hoĩes prauo corde, non se adiunxerunt
mihi, sed magis se elongauerunt à me. Iu
stus verò cum viderit ita à se elongari &
declinari impios, nunquid dolet, nunqd
illos ad se conatur allicere: nunquid blã
dimentis ad se inuitat declinantes? Ne-
quaquã. Sic n ait Propheta, Declinantẽ
à me malignum non cognoscebã. Nam
iustorum societatem sicut semper iustus
optat, iuxta illud qđ in alio Psalmo dr, Ps. 118.
Cõuertantur mihi timentes te, & qui no
uerũt testimonia tua: ita peccatorũ cõsor
tium vel amicitiã omnino nihili pendit,
& à se propter impietatis amorẽ declinã
tes adeò reputat erraneos, vt nolit vel
agnoscere. ¶ Versu vltimo, In matutino
interficiebam oẽs peccatores terræ, vt di
sperderem de ciuitate Domini oẽs ope-
rantes iniquitatem. Secundum mysticam
intelligentiam exponitur hoc aliquãdo
de terra cordis nři, cuius terrę peccato-
res in matutino interficimus, quando in
tranquillitate mẽtis positi (quod maxime
est tpe matutino) omnes cogitationes &
affectio-

affectiones malas, quas inuenerimus in corde, studemus permanere, & prorsus eijcere, ut mundemus animas nostras (quæ sunt ciuitates Domini) ab omnibus huiusmodi operatus iniquitatis, id est, ab huiusmodi impietatibus, uel certè peccatorum initiis quibus ad consummatam iniquitatem perducimur si consenserimus, & non quantocius interfecerimus, allidē tes eas ad petram. Vel in matutino intelligitur mane & maturè quam primum senserimus cogitationes tales aut affectiones in nobis exurgere, Maturè enim antequam increscant, mox debēt supprimi & interfici. Quod autem in Elucidatione expositum est, magis ad propositū Psalmi facit de peccatoribus puniendis sicque supprimenda malitia.

## CI. PSALMI ARGVMENTVM.

*Psalmus iste secundum Ecclesiasticam consuetudinem inter pœnitentiales Psalmos quinto loco ponitur, qui cum aliis eiusdem nominationis in hoc optime conuenit, quòd à luctu & fletu magno initium sumit ex propriæ miseriæ consideratione, finitur autem in multo gaudio & consolatione, ex contemplatione Diuinæ magnitudinis, bonitatis & æternitatis. Primum itaque in afflictione & angustia multa constitutus postulat à Deo suā orationem exaudiri proponens sub similitudine fumi euanescentis, arefacti cremii, & fœni solis æstu percussi, uitæ huius corporalis uanitatem se uerò, ob afflictionem & desolationem suam, comparat pelicano solitudinis, nycticoraci in domicilio, & solitario passeri his cōparationibus significare intendens, quomodo præ dolore societatem omnem cæterorum hominum fugerit, propter quod etiam exprobationes & conspirationes ab aduersariis, quos fugiebat perpetitur: iterumque uersu decimo, sui doloris magnitudinem repetit, ob quem ipsum quoque cibum & potum sibi dicit fuisse insipidum propter uehementem humiliationem & collisionem qua se à Deo cognoscit percussum. Versu aūt 13 tristitia sua relinquens de sui doloris pondere transit ad lætam considerationem diuinitatis cuius primò stabilē æternitatem sibi proponit ob oculos, deinde compatientem misericordiā qua in tempore grāē salutem est operatus generis humani, nouamque fidelium Ecclesiam per sermoē super Apostolos ædificauit, precibus supplicum inflexus, & eorum, qui sub captiuitate grauissima tenebantur longo gemitu tandem exoratus, propter laudem sui nominis. De quibus omnibus partim sub tempore præterito partim sub tempore futuro, promiscuè canit, quod ad horum temporū Prophetia spūs non attendat differentiam. Versibus aūt. 24 & 25. desiderium & orō fidelium & conuersorū pro dierū suorū plenitudine orantium interponit, ut non ante tp̄s suæ pfectionis auferat de medio. Atq, hinc iterum uersu 26 totus in considerationem Diuinæ stabilitatis transiens, cælos (qui tñ uidentur inter res creatas magis stabiles) comparatione facta ad Deum prorsus immutabilem ostendens admodum esse mutabiles, utpote qui sunt immutandi aliqñ & innouandi, cum Deus semper idem, idem ipse permaneat, semen tamen fideliū id est, electos uersu ultimo semp dicit corā Deo habitaturos, & in conspectu ipsius dirigēdos.*

## C I. PSALMI ELVCIDATIO.

DOMINE *exaudi orationem meam.*

Domine Deus meus cuius misericordiam semper miseris & afflictis est refugium, quæso ut orationem meam istam qua nunc oro ante cōspectum tuum in amaritudine afflicti & cōtribulati spiritus dignanter exaudias;

* *Et clamor ad te ueniat.*

atq; meus iste clamor quo ex cordis magno affectu ad te in oratione clamo, ingrediatur usq; ad sacrarium exauditionis tuæ, ne frustrà illum ego emiserim, sed quę postulo impetrata referat.

2 *Non auertas faciem tuam à me.*

Noli auertere à me afflicto benignum aspectum tuum, noli abscōdere à me placidum uultum tuum, ut nolis ad orationem meam attendere:

* *in quacunque die tribulor, inclina ad me aurem tuam:*

magis autē in quacunque die tribulationē passus fuero, ac de tribulatione ad te clamauero, prōptum te exhibeas ad orōnē meā, & aures pias auditūq; benignum

accommodemus meis precibus.

3 *In quacunque die inuocauero te, uelociter exaudi me:*

Quacunq;(inquã)die, quocunque tẽpore, quacunq; hora, contigerit me afflictũ & orantem ex cordis bono affectu te inuocare, q̃so ne moreris respicere, ne differas exaudire, sed quantocyus orantem respice, & subueni postulantis desiderio. Tam.n. sum ex memetipso miser, ut longam moram nõ patiatur mea (quę fere ad extremum usque gradum aduenit) miseria ut sit uel in morula modica nõ modicum mihi periculum.

4 *Quia defecerunt sicut fumus dies mei:*

Ecce enim dies, anni & tempora mea cõsumpta sunt, p̃terierunt, transierunt, & euanuerunt admodũ fumi qui subito euanescit atq; resoluitur, nec ullam habet cõsistentiæ firmitatem, ita ut postquam euanuerint, nihil uideantur illius superesse. Ita planè transierunt cuncti dies uitæ meę, & iam nihil illorum superest, efficiorq; ego consumptis illis, termino uitæ huius in dies propinquior:

* *& ossa mea sicut cremium aruerunt.*

& ossa mea continuo aresiunt, exiccãtur suoq; robore destituunt, & oĩ exhauriuntur uigore, ad modum eximij quod in sartagine per subiecti ignis actionem torretur uehementissimè, ut eliquetur ex eo omnis pinguedo. Ossa quidem corporis ita arescunt ob nimiã afflictionẽ tristitię, quoniam spiritus tristis exiccat ossa. Ossa quoque aĩæ meæ, id est, uirtutes omnes atq; potentiæ quæ in ea sunt aruerũt, languerunt, & penitus defecerunt prę inopia, uelut facta impotentia atque inualida ad omne bonum, & ad quęcunque aduersa sufferendum imbecillia, dũ in tam longa afflictione absque nlla cõsolatione permaneo, dumque ipse ille uehemens ignis praui sensualis effectus, uelut depascit, consumit, & in bono lãguere facit omnem animæ uirtutem.

5 *Percussus sum ut fœnum:*

Quõ gramen uirens ab æstu solis, pcutitur, lęditur, cogiturq; arescere, uirore dep dito, ita ego percussum me sẽtio, siue ab æstu indignationis & irę tuæ, quã sentio desuper siue ab ęstu malę cõcupiscẽtię, q̃ ab infra crudeliter sæuientem experior:

E * *& aruit cor meum:*

& arefactũ est cor meũ, spiritus meus omni uirore atq; uigore destituitur, ut nihil ultra uideantur in me superesse uigoris siue uirtutis, ad bene agendum.

* *quia oblitus sum comedere panem meum.* Pſ. 103.

quæ quidem debilitatio, & cordis arefactio, inde mihi etiam proueniebat, quòd prę nimio cordis dolore neglexi sumere cibum, per quẽ ex tua institutione debet confirmari cor hominis. Dum enim prę nimio dolore & tristitia, immoderato ieiunio me exaurio, propter cibi defectum

F membris contabescentibus, poterit corporis uigor, ob continuam actionẽ naturalis coloris; qui corpori insitus est, perpetuoq; edit siue absumit aliquid, ut si nõ cõtinuo p cibũ fiat deperditi reparatio, necessariũ sit corporis uigorẽ deficere. Cibum uerò spũs obliuiscor comedere, panẽ uerbi Dei (qđ est spũs & uita, in quo melius, q̃ in corporali pane uiuit hõ) dũ neglexi comedere, deglutire, ruminare, ac q̃ intra spũs intimum traijcere, merito infirmatus est, merito exaruit intra me spũs meus, uidelicet necessario destitutus pa- Ioan. 6.

G bulo. Siquidẽ ut corporis uigor corporali pane sustentat atq; fouet, ita uigor spiritus pane indiget spirituali, neq; sine co põt aĩa in suo robore firma consistere.

6 *A uoce gemitus mei adhesit os meum carni meæ.*

Propter uocem gemitus mei, pp dolorẽ nimium, quem suspirijs, gemitibus, & fletibus testabar, ita exiccata sunt ossa mea, ut oĩ carne consumpta adhęserint ossa cuti; quẽadmodũ illi q multo tẽpore cibum nõ sumpserunt, sola ossa habere uidentur, cute & pelle obiecta.

H 7 *Similis factus sum pelicano solitudinis:*

assimulatus sum pelicano, solitudinariæ aui, q̃ sicut diligit solitudinẽ, & moratur in solitudine siue ĩ deserto, ita & ego ꝓpter nimiũ aĩ męrorẽ quo pœnitens angor, hoĩum fugio cõsortia, publicum fugio, & loca secreta q̃rito, amica męrorib.

* *factus sum sicut nycticorax in domicilio.*

factus sũ quasi coruus nocturnus, quasi noctua, aut bubo habitãs in secreto & tenebroso aliquo angulo domicilij, q lucẽ fugit atq; cõspectũ hoĩum, noctib' aũt uigilat, & grauiter cãtat uelut cãticũ lugubre.

bre. Sic.n.& ego lucem & conspectum A hominum fugiens, per noctem vaco fletibus, & lugubres edo gemitus.

8 *Vigilaui, & factus sum sicut passer solitarius in tecto.*

Psal. 54. Ita vigilaui, in prolixã vsq; noctẽ seruãs vigilias, ablato ꝑ nimio dolore somno
Thren. 3 ab oculis meis & assimilatus sum passeri
Esai. 38. solitario, habitãti in tecto ædificij, q alioꝶ fugiẽs cõsortiũ, continuo clamore, & eo, quidẽ vnico atq; inuariato clamat fortiter, sed tñ absq; oĩ modulationis dulcedine. Ita.n.& ego elongaui fugiẽs, & mãsi in solitudine, expectans eum qui saluum B me faceret: ita ego sedens solitarius, & leuans me supra me, vel conuertens me ad me, recogitaui oẽs annos meos in amaritudine aĩæ meæ, fortiq; & continuo clamore asperũ pœnitentiæ cantũ inclamaui corã te, nihil aliud clamans, quàm peccaui, peccaui, iniustẽ egi, iniquitatẽ feci, Deus ꝓpicius esto mihi peccatori: Miserere mei Deus, miserere mei: Parce dñe, parce, dimitte, dimitte: respice, respice, atque his similia aspera cantica.

9 *Tota die exprobrabãt mihi inimici mei:* Super hæc aũt mala q̃ ego abiutus grauis C sima pertuli, accesserunt ẽr ea q̃ extrinsecus ab aduersarijs meis suscepi. Cũ.n. sic in afflictione & luctu pœnitentiæ ꝑsisterẽ aduersarij mei ita me lugẽtẽ cõspiciẽtes, iugiter probra & cõuicia iactabãt in me, & verbis in me scõmata iacentes, & factis vt poterant turpiter mihi illudentes:

* *& qui laudabãt me aduersum me iurabãt.* & q prius, donec essem eis in peccato socius, me laudabant, mihi adulabant, mihi applaudebant, hi postquã ab ipsorum coinquinatione & uiis malis me subduxissem, iã ꝯiurauerũt aduersũ me, vt oĩb' D modis quibus possent, mihi illuderent mihiq; in ꝓposito pœnitẽtiæ obsisterẽt: illi ẽt qui mihi blandiebantur, amicitiã verbis simulabant, & confictis adulationibus exterius applaudere, ac amicitiam ostendere videbant, aduersum me coniurabant, in meũ malum definito consilio conueniebant, vt sub specie amicitiæ incautum in mortem traherent.

10 *Quia cinerẽ tanquã panẽ manducabam:* Ego aũt in nimio dolore positus, panem & cibum (quem ad vitæ sustentationẽ acA cepi) comedi quasi cinerẽ, ac si cinis fuisset absq; oĩ delectatione & refectione: ita insipidus fuit mihi, ꝓ animi dolorẽ, oĩs cibus corporis, nec erat mihi inter panẽ & cinerem differentia: neq; delectationis multo amplius ex panis esu accepi, quàm si pro pane sumpsissem cinerem:

Aut cinerẽ manducabã tanquam panẽ, cinerẽ ac si panis fuisset comedi, panẽ simul comedi cũ cinere qui adhæserat, nõ curans quid ederem ꝑ dolore, vt solent homines plurimum afflicti non curiose perspicere quid edãt, aut quàm sit mun- B dum quod comedunt:

* *& poculum meum cum fletu miscebam.* sed neq; potius ipse vllã mihi attulit delectationẽ aut voluptatẽ, qm̃ bibendo à lachrymis, non abstinui, sed tã eas abundanter effudi, vt simul cũ potu q erat in poculo, cõmixtæ fuerint. In summa, tãtus fuit mœror animi, tanta spũs angustia, vt ne vlla quidem, quæ summam hoĩbus solent adferre volupratem, vllam mihi potuerint adferre consolationem.

11 *A facie iræ indignationis tuæ:* Oẽm aũt hanc afflictionem ego accepi, à C conspectu iræ indignationis tuę, eo ꝙ indignationẽ tuã aduersum me ostenderis, te mihi demonstrare volueris offensum,

* *quia eleuans allisisti me.* qm̃ tu vehementer me humiliasti & afflixisti, quasi collisione valida me allidens ad terrã, quemadmodum solent hoĩes, cũ fortiter quippiam voluerint collidere in terrã, illud prius in altũ eleuare, ac deinde toto conatu & pleno impetu ad terram proiicere, vt tanto sit casus & collisio grauior, quanto est magis in altum facta eius quod proiicitur eleuatio.

12 *Dies mei sicut vmbra declinauerunt:* D Dies mei abscesserunt & transierunt ad modum vmbræ, quæ nullam habet soliditatem subsistentiæ, & continuò imminuti sunt, breuioresq; facti quanto longius in viuendo progredior, quemadmodum vmbra continuò minor apparet, quanto magis ad ipsum corpus luminosum vnde venit vmbra, acceditur:

* *& ego sicut fœnum arui.* & ego continuò defectu sic ad mortẽ tendens, ad modũ herbæ exarui, virore consumpto, & exhausto vigore deficiens.

13 *Tu autem domine in æternū permanes:*
Tu verò dñe, nequaquam nostri similis, nullum defectum pateris, vigore & fortitudine nō imminueris, nec; ad terminū durationis tuæ appropinquas: sed in perpetua æternitate stabilis & immutabilis perseueras, idem ipse nunc existens qui eras ante mundi principium, & ante omne tempus, atq; idem permansurus in omnia post ventura sæcula.

* *& memoriale tuum in generatione & generationem.*
& tui memoria tecū pmanet æterna, in oēs gñationes post venturas celebris futura, vt fuit in prioribus generationibus. Indeficienti.n. fortitudine tua & bonitate in-
Matt.1. exhausta ostēdis in oībus gñationibus tā admiranda opera, vt nūquā possit tui
Esa. 46. memoria deficere de hoīum cordibus.

14 *Tu exurgens domine misereberis Sion:*
2.Cor.6. Tu dñe q in prioribus generationibus visus es hoībus dormire, quasi de somno exurgens, respiciens tandem aliquando ad Sion: & populi tui misereberis, veniesq; in tempore constituto, vt saluum facias populum tuum à peccatis eorum, & in libertatem restituas:

* *quia tempus miserendi eius:*
veniet.n. tps gratiæ & miserationis ab æterno definitū & prædordinatū, quo decreuisti cum illo facere misericordiam, tps illud gratiæ & reconciliationis, tēpus illud acceptabile & dies salutis adueniet.

* *quia venit tempus.*
illud (inquam) tempus adueniet, neq; in perpetuum durabit hoc tempus iræ, sub quo fuerunt patres nostri in præteritis generationibus.

15 *Qm placuerunt seruis tuis lapides eius:*
Qm seruis tuis, quos mittes in tpe illo ad ædificandum Sion, sanctam suam Ecclesiam, cōplacebunt lapides eius, Apostoli atq; Apostolici viri, fideles artifices & sapientes architecti operis tui, diligent homines fidem suscipientes, tanquam lapi-
Ephes.2. des viuos: & quemadmodum artifex complacentiā & gratiā habet in lapidibus ad ædificium quod intendit cōuenientibus, ita illi per quos tu Sion ædificare volueris, gratiam & complacentiā magnam habebunt in fidelibus hoībus, qui per fidē apti erunt, vt tanquam lapides viui co-
E ædificentur in habitaculum Dei, vt superædificentur summo angulari lapidi.

* *& terræ eius miserebuntur,*
& misericordia cōmouebuntur super terram, cinerem, & puluerem ipsius Siō, id est, ēi super infimos & vilissimos peccatōrum existentium vt puluis terræ qui crediderint prædicationi eorum: facietq; illos ex puluere mortuo fieri lapides viuos ex peccatoribus iustos, ex infidelibus fideles, vt apti fiant ad ædificium Ecclesiæ domus Dei, & corporis Christi.

16 *Et timebunt gentes nomen tuū domine:*
F Et in tpe illo, cum tibi ita placuerit, per abundantem tuā misericordiam ædificare Ecclesiā, populi, tribus, & linguæ ac nationes alienigenæ, quæ prius te ignorauerāt, agnoscent te & reuerebuntur, atq; adorabunt inclytum nomen tuum.

* *& omnes reges terræ gloriam tuam.*
& per vniuersum orbem plurimi reges terrarum agnoscentes magnificentiam gloriæ tuæ, venerabuntur te, & colent vt supremum dominum agnoscentes te regem esse regum, & dominantium cunctorum dominum.

G 17 *Quia ædificauit dominus Sion;*
Quia dñs ipse in tpe placiti ædificabit sibi Ecclesiam suam ex lapidibus viuis, ex multitudine populorum fidelium.

* *& videbitur in gloria sua.*
& in ea ipse apparebit in gloria sua, manifestabitur palam omnibus in filio suo, quem mittet in carne factum visibilem. In gloria quoq; signorū & prodigiorum admirabilium, quæ illo tpe per ædificatores Sion gloriose operabitur, agnoscetur ipse & manifestabitur mundo, ostendetq; suam fidelibus præsentiam.

H 18 *Respexit in orationem humilium:*
Idcirco aūt ædificabit Sion, & manifestabit gloriam suam in ea, qm misericordia commouebitur dominus, & ad miserendum inflectetur precibus humilium miserorum & afflictorum, qui ad ipsum de sua miseria pro salute iugiter exclamant.

* *& non spreuit precem eorum,*
nequaquā abijciet aut repellet orationes eorū qui ad ipsum de tribulatione & afflictione clamauerint, in humilitate supplicantes. Videns.n. videbit afflictionem populi sui clamātis ad te de angustiis, venietq;

dicitque vt saluet & liberet eum ab inimicorum tyrannide.

19 *Scribantur hæc in generatione altera:*
Scribenda sunt hæc, & digna vtique quę scribantur in generationibus posteriori bus, vt oīs generatio quæ post ventura est vsq; ad consummationem sæculi, misericordiam istam maximam non ignoret, neque obliuiscatur imperpetuum:
Maxime ēt hæc signanda & scribenda sunt pro generatione illa vētura, pro populo qui nascetur in plenitudine tēporis pro nouo illo populo, qui spirituali natiuitate ex aqua & spiritu sancto generabitur domino, in Ecclesia noua,

B ** & populus qui creabitur; laudabit dn̄m*

Ioan. 3. Et populus ille qui creabitur hęc legens & cognoscens collaudabit dn̄m, generationes pōst venturæ, quæ in posterioribus sæculis nascituræ sunt, agnoscentes hanc olim in tpis plenitudine exhibitam sibi misericordiam, cum gratiarum actione in cordis lætitia collaudabunt dn̄m, pro accepto verè summo beneficio:
Item & populus iste nouus, qui in noua Ecclesia generabitur dn̄o, qui hāc (de qua nunc vt futura loquitur) misericordiam suscipiet in medio templi sui, ea suscepta, quam maxime laudabit dominum cum viderit impleſſe omnia Deum quę olim promiserat.

20 *Quia prospexit de excelso sancto suo.*

Psal. 47. Videlicet hæc scribantur & signentur in generatione altera, q͂ in temporis plenitudine Deus pater omnipotens de altissimo tabernaculo & sancto templo ac throno suo, quod inhabitat glorioſus, benigno aspectu desuper respexit,

** dominus de cælo in terram aspexit.*

D q͂ dn̄s (inquā) ipse summus de summo cęlorum, vbi residet, in magnificentia gloriæ suæ oculos suæ misericordiæ, benignumq; aspectū suum dignatus sit inflectere ad hæc infima nostra, ad eos qui in terra ista habitāt mortales & ignobiles.

21 *Vt audiret gemitus compeditorum:*
Neq; verò ad hoc aspexit in hæc infima nostra, vt veniret, & iudicaret, ac perderet mundum pro iniquitatibus, per suæ rigorem iustitiæ, sed ad misercndum potius miseris & afflictis, qui hic super terrā iacebāt in captiuitate durissima, sub princi-

A pe tenebrarum, violentissimo & crudelissimo tyranno, vinculis peccatorū & mortis irretiti, qui vt gemere potuissent, certè liberare se nō potuerunt, vt horum gemitum exaudiret, & gementes de tam dura captiuitate, sua misericordia faceret saluos, disruptis vinculis & tyrāno deuicto:

** vt solueret filios interemptorum.*
atq; vt filios hoīum, qui oēs per illum impium ab initio homicidam interfecti fuerant, & morte damnati, à mortis iugo absolueret, & morti destinatos à morte faceret saluos.

22 *Vt annuncient in Sion nomen domini:*
Vt ipsi à vinculis peccati ac mortis & diaboli seruitute liberati, in sancta Ecclesia prędicarent cum gratiarū actione, & decantarent cum laude nomen dn̄i, annunciarēt ēt & pdicarent alijs qui adhuc capti ui detinerentur oblatam salutis gratiam. Ioan. 8.

** & laudem eius in Hierusalem.*
vtique laudem eius annunciarent & proclamarent, in Hierusalem ciuitate sancta, in Ecclesia, quę est verę pacis locus & habitatio. Propter nanq; suam gloriam & sui nominis laudem, ipse hanc fecit misericordiam cum genere hominum.

C 23 *In conuenendo populos in unum & reges vt seruiant domino.*
Vt annunciarent (inquā) laudē domini in Sion, tunc cum in vnum cōuenturi eſſēt populi simul & reges, ut seruirent domino in tempore, s. gratię & dic salutis, quādo plurimi populi simul conuersi, & in unitatem fidei congregati, unam constituent componentq; Ecclesiam, simul & reges ac duces populorum cum ipsis, ut in vnitate & concordia uno cultu oēs vni famulentur domino.

24 *Respondit ei in uia uirtutis suæ:*
Et ipse populus, fidelis, populus Sion & Hierusalem, rn̄dit liberatori ac saluatori domino in via fortitudinis suæ, viā fidei ac mandatorum eius fortiter perambulās & percurrens alacriter, sic (inquam) respōdit, & sic illi loquutus est, dicens:

** paucitatem dierum meorū nuncia mihi.*
Nūcia mihi, indica mihi breuitatem tpis mei, fac me cognoscere quàm sit breuis & modica uitæ meæ duratio, ut tāto diligentius atque feruentius, dum tempus est, semper ad te festinem, neq; cessem à cursu

cursu,donec ad te perueniam.

25 *Ne reuoces me in dimidio dierũ m eorũ:*
Ne tamẽ me ex hac vita reuoces,ne me auferas à uita in dimidio tpis mei antequã constituta dies adueniat,sine implere me numerũ dierum quos constituisti mihi ut non ante tempus in ira tua subito me succidas,sine me ad iustam peruenire ętatem,i.ad debitam uirtutum perfectionem attingere, & in virum perfectum excrescere,fieriq; consummatum in bono, ut dignè valeam tibi occurrere, & non donec puer adhuc sum,nec adhuc in imperfectione uiuo,ante tps maturitatis,me succidas,sed faciẽs pro tua voluntate in virtutibus consummatum,plenos habere dies, antequam hinc me auferas, aut migrare iubeas.

* *in generatione & generationẽ anni tui.*
& meritò quidem ego perfectionem durationis meę postulo,tua.n.duratio oĩmodis integra & perfecta est absq; omni defectu,in oẽs generationes & priores & posteriores sese extendens, imò omnes generationes in immensum excedens, ut initium nullum habens ita nec finem.

26 *Initio tu domine terram fundasti:*
Et tu quidem domine,in principio temporis creasti terram, eamq; in sua firmitate fundasti & constituisti solidam:

* *& opera manuum tuarum sunt cœli.*
& amplissimi illi cęlorum orbes sunt opera manuũ tuarum,opera potentiæ,sapientiæ atq; virtutis tuę,quę tu potenter solo verbo creasti de nihilo.

27 *Ipsi peribunt,tu autem permanes:*
Ipsi quidem à suo statu in quo nunc sunt recedent, neq; in ea semper dispositione in qua nunc cernuntur remanebunt, sed tu in ęternum permanes idem ipse,omnino inuariatus & prorsus immutabilis,vtpote qui nec acquirere aliquid possit in te ipso,quod non habeas,aut eorum quę habueris,quicquam deperdere.

* *& omnes sicut uestimentum ueterascent.*
& oẽs illi veterascent, siue antiquabũtur ad modum vestimenti,quod cum per uetustatem ad extremum deuenerit statum suę durationis, innouari debet. Sic.n. cœli cum ad finem usque status huius deuenerint,in quo nunc sunt,immutabũtur ad nouitatem maioris glorię.

28 *Et sicut opertorium mutabis eos,& mutabuntur,*
Et sicut mutari solet opprimentũ aut indumentũ,assumendo nouum pro veteri, ita mutabis illos & innouabis mutatione gloriosa,& ipsi immutabunt, sic innouati,cum liberabuntur à seruitute & vanitate,cui nunc pp hominem sunt subiecti.

* *tu aũt idẽ ipse es,& anni tui nõ deficiẽt.*
at tu dñe prorsus idẽ ipse semper inuariatus & immutabilis persistis, nullã omnino vel acquirendo vel dependendo, mutationẽ in teipso admittens,nec est apud te vlla trãsmutatio,aut vicissitudinis obũbratio, & tua duratio (quæ est æternitas) nunquã finem accipiet. Est enim ęternitas duratio infinita,neque initiantem neque finientem habens terminum.

29 *Filij seruorum tuorum habitabunt:*
Et licet tibi soli hęc æternitatis duratio à temetipso conueniat,facies tñ ex bonitate tua ẽt electos tuos huius tuæ durationis sm partem aliquam participes. Nam filios seruorum tuorum, quos tibi per Euangelium genuerint sancti Apostoli tui & doctores,facies habitare atq; permanere coram te in sempiternum: Iacobi.1

* *& semen eorum in sæculum dirigetur.*
& semen eorũ,quod post se reliquerint, posteritas eorum filii quos spũali generationi in te per Euangeliũ genuerint,in sempiternum coram te dirigentur,vt nõ deficiant à conspectu tuo imperpetuum. Nã & in hac militante Ecclesia nunquã fidelibus aberis, vsq; in consummationẽ sæculi,& in vẽtura illa triumphãte societate beatorũ, ppetuò inhabitabis in medio eorum,eruntq; ipsi ante conspectum tuum in sæcula sæculorum. Amen.

## ANNOTAT. IN PSAL. CI.

VErsu 1. Dñe exaudi orationẽ meã. Hũc Psalmũ,tametsi vnus quilibet fideliũ in pœnitẽtia sua dolens,& in Dei misericordia respirans,ac seipsum consolans,in dono gratiæ eius aptè possit proferre; videtur tñ non minus congruum futurum,si in persona totius humani generis, ut in ea miseria positi qua ante Chri erat aduentũ,in illa tãta captiuitate & ariditate pronuncietur. Secundum quem modum,nõnulli ad populum illũ veteris

veteris Synagogę accōmadare nitūtur deprecationē, quæ in Psalmi principio ponitur, quod aūt circa medium dr̄, de exhibita misericordia benigno respectu Dei, ædificatione Sion, & alia quæ sequuntur, ad tpalem illam liberationem de Babylonica captiuitate, quæ ex Dei misericordia post exactū septuaginta annorū spatium afflicto populo, & de afflictione humiliter clamanti fuit concessa. Vnde illud, qđ dr̄, Venit tp̄s miserēdi eius, quia venit tp̄s de illo definito tpe septuaginta annorum qđ fuerat per Hieremiam prædictum, exponunt. Quæ expositio, nr̄æ nihil præiu- B dicat, cū illa tpalis liberatio de Babylonica captiuitate, signum & typus fuerit ueræ liberationis per Christū, in tpe gratiæ perfectæ, de qua Psalmum nos sumus interpretati. Siue aūt vnum aliquem accipiamus in hoc Psalmo orantem, siue populum vniuersum gementem pro liberatione, rectè quadrat applicationi titulus, qui sic hēt, Oratio pauperis, cum anxiatus fuerit, & coram dn̄o effuderit precem suam. Nā sub huius pauperis nomine, indifferēter vel vnius quilibet spiritu tribulato & cōtrito corde, vel similiter affectus totus C popul⁹ fidelis pōt intelligi. ¶ Ver. 4. Quia defecerunt sicut fumus dies mei. Gn̄aliter id quidē de oībus hac vita corporis viuētibus veritatē hēt, oīum huiusmodi qui uiuūt super terrā in hoc mortali corpore dies, velut fumū deficere siue euanescere, quatenus vnuscuiusque vita celerrime aufugit, & quantocyus pertransit, vt postquam transacti fuerint anni multi, sic videatur tota illa duratio præterijsse, ac si nihil fuerit. Vnde Psalmo 89. mille anni dn̄i esse sicut dies hesterna quæ præterijt, & anni humanæ duratio̅nis, inibi cōputantur in- D ter ea quæ pro nihilo hn̄r. Diligenter autem notandum, ꝙ non dicit, dies suos defecisse velut lignum quod igne consumitur, aut velut stipulam quæ subito ardore multo corripitur, sed fumo suæ uitæ durationem facit similem. Nam cum lignū aut stipula comburitur, aliquid vr̄ coram oculis relinqui, nempe cineres aut carbones. Similiter & cum aliud quippiam solidum corrumpitur, remanere aliquid cernimus ante oculos, quod post corruptionē rei illius superest. Verū fumus no

A bis ,prsus vr̄ euanescere, ac penitus in nihilum diffluere, quantū ad iudicium pertinet oculorum, nisi ꝙ rō nos docet, non posse in nihilum quicquā sm naturā resolui. Ac sm hoc totalis illa nostræ durationis deficientia, per comparationem fumi multo aptius, quàm p aliud quidlibet exprimit. Quod aūt iā dictum est, diebus malorum atq; bonorum æque conuenit. Oīum. n. dies, quasi fumus deficiunt & ptranseunt, & ad mortem æque sapiens & insipiens, iustus & impius, continuò tendunt. Spāli tamē modo de peccatorū diebus dicere possumus, ꝙ ipsorum dies qua si fumus deficiant, qūo non deficiūt dies iustorū, videlicet quatenus impij tp̄s istud sibi à Deo benignissimo donatum ad bene operandum, male expendunt, seruientes vanitati in desiderijs & malis concupiscentijs suis, neq; donec lucri & negociationis tp̄s est, in Dei præceptis student se exercitare. Propter qđ cum nihil in diebus uitæ suæ lucrati fuerint, nisi perditionem & mortem, neq; vllum fructum fecerint, rectè speciali modo dn̄r illorū dies uelut fumus defecisse, non solum quia ipsum illud tp̄s huius vitæ sm suam substātiam & suum esse pertransijt, verumetiam quia ex tpe illo nihil boni fructus impiis remansit. Iustorum autē dies, licet & ipsi sm durationem transeant, tamen quodāmodo in æternum permanent, nimirum secundum fructum æternum, quē in uita labili bonis actionibus studuerunt apud Dei misericordiā promereri. Qūo. n. omnino tp̄s illud perisse dicemus, quod abscedens, tempus sine tempore. i. æternitatem uitæ relinquit? Cum. n. vitæ huius ascendentis terminus, initium præbeat alterius vitæ nūquam finiendæ, nequaquā licere nobis licebit, qđ sicut fumus dies illi omnino deficiant. Secundum quam cōsiderationem, etiam vulgo ipa illa, aut dies illos nō dicimus perisse, quæ in bonis operationibus vtiliter & cum fructu expendimus. Quæ autem sine bono fructu, perisset nobis (& id quidem iustissimè) fatemur. Non. n. perditur tempus, nō euanescit ut fumus quod tam solida vitæ beatæ æternitate commutatur. Oīuo aūt periit tēpus, quod cum euanuerit, terminumq; ceperit, nihil ultra uitę relinquit nisi

nisi pditioné & mortē æternam. Hinc & E
Ps. 36. in alio Psalmo dr, Nouit dñs dies immaculatorū. Quæ aūt nouit Deus, & quæ ipse ponit ante oculos suos, profectò non oīno euanuerūt vt fumus, cuius nulla est memoria cum disparuerit. Manifestū est itaq;, locum propositum de dierum huius vitæ defectu, posse duobus modis intelligi, siue gñaliter ad omnes bonos atq; malos, siue specialiter ad malos, quō rectè accipi pōt, cum à pœnitente Psalmus pronūciatur, qui confitetur in vanitate se cōsumpsisse dies suos. ¶ Versu eodem, Ossa mea sicut cremium aruerunt. Pro cremio F in Græco ponit φρύγιον pro aruerunt verò, συνεφρύγησαν. Significat aūt phrygion aliquid quod frigitur, Vnde ad verbū verti posset, Ossa mea quasi frixum aliquid cōfrixa sunt. Secundum quē fere modum hēt Psalteriū Romanū, Ossa mea sicut in frixorio (.i. in patella frixoria) cōfrixa sūt. Nostra aut lectio pulchrè apteq; eandem exprimit sniam, pro eo quod frigitur, ponens cremium. Nihil.n. est quod sic igne solet frigi, vt cremium. Tam diu.n. in frixorio torreri permittitur, donec vel minimū aliquid pinguedinis in eo fuerit re G liquum. Quin & ferreo instrumento solet ad patellæ latera igne velut candentia fortiter cōprimi, vt omnis ex eo per vim ignis extorqueatur pinguedo. Pulchrè quoq; eandē sniam expressit Hierony. dicens, Ossa mea quasi frixa conatabuerūt. Ossa autē ista in Elucidatione indicauimus intelligi posse, vel corporis ossa, vel spūs. & hanc contrixionē siue arefactionē posse item de corporali uel spirituali defectu intelligi. Qui.n. in multo dolore est positus, spiritu tristi, (iuxtà verbum sapientis) exiccante ossa medullis consum- H ptis, vehemēter deficit, solitoq; priuatur
Prou. 17 corporis robore. Frequenter ēt animæ ossa, i. vires & potentiæ exhauriuntur, flaccescunt, deficiunt, ac velut eneruantur, fiunt que omnia torpida, & ad bonum pigra, cum nimia fuerit & nimium prolixa tribulatio. Tristitia n per se uires animę dissoluit, & torpidas facit, vt nihilo boni agere libeat. Spālīter ēt confrisātur & exhauriūtur ossa animæ, quasi cremium, per feruentem malæ concupiscentiæ ignem, qui ignis vbi sæuire permittitur, mirū in mo

dum cūctas exhaurit & eneruat aīę vires; vt ad omne bonum fiant impotentes. Vnde cum pœnitens hunc Psalmū pronunciat, rectè de tali arefactione poterit partem istā intelligere. ¶ Versu 5. Percussus sum ut fœnum, & aruit cor meum. Sol dicitur percutere herbā, uel gramē, vel aliud quippiam, cum suo vehenti ardoris æstu flagrans, nocumentum infert uirori illius ut flaccescere, arescere, languere, vel exiccari ipsum faciat, eo quod sui ardoris vehementia super ipsum ceciderit. Aestus aūt iste uel ex dolore afflictionis, intelligitur, qua Dei promissione affligi homo sinitur, uel ex feruore (quem iā diximus) malæ cōcupiscentiæ. Ab vtroq; enim ęstu cōtingit percuti hoīem ut arescat. In parte aūt secunda, quod dr de pane quē oblitus est comedere, id similiter vt priora, vel de corporali, uel de spirituali pane, potest exponi, quemadmodum in Elucidatione indicauimus. Quomodo autem pa Deut. 8.
nis aliquis sit spiritualis, Saluator monstrat in euangelio, cum tentatori respondens ait, Non in solo pane viuit homo, Matt. 4.
sed in oī verbo qd procedit de ore Dei. Et iterum ad discipulos, Meus cibus est, Lucæ. 4.
& faciā voluntatem eius qui misit me. Hunc aūt obliuiscuntur manducare, qui Ioan. 4.
mandata & verba Dei negligunt meditari, atq; intra cordis intima traijcere, ut inde pascantur, qm spiritus & uita sunt. Cu Ioan. 6.
iusmodi neglectores impossibile est non continuò in spiritu deficere. Vt n in corpore est calor corporalis, qui continua sua actione aliquid depdit humoris siue uigoris corporalis, nisi per alimentū prospiciatur, vt continua fiat deperditi reparatio, sic est in homine ignis concupiscētiæ carnalis, qui semper ad malum solicitans atq; ab omni bono auocans, sic continuò velut hauriat aīam suo vigore, quātum ad bonum virtutis, eāq; in bono debilem & infirmā reddit, nisi per cōtinuā meditationē diuinorū eloquiorū & jugē ruminationē diuinæ legis, animæ prospiciatur aduersus illius mali æstus prauam actionem. Ac de pane isto spūali manifestè exponit Paraph. Chald. quæ hoc loco hēt. Oblitus sum legem doctrinę meæ, i. legem quam sum edoctus, quam didici à Deo. ¶ Versu sexto, Adhæsit os meum

carni

carni meæ. Caro vt pro cute posita. Vt A
Thre. 4 Threnorum 4. vbi translatio nostra hęc, Adhæsit cutis eorum ossibus, aruit & facta est quasi lignum, in Hebręo habetur vocabulum significãs carnẽ, sed ꝓ cute ponit. E cõtrario verò interdum cutis ꝓ carne ponit. Sunt.n. hæc sibi inuicem ꝓxima, ut facile accipi possit alterũ pro altero. ¶ Vers. 7. Similis factus sum pelicano solitudinis. Per cõparationẽ harum auium quæ hic exprimunt, præcipue suã quærit exprimere desolationẽ. Pelicanus solitudinis siue deserti dr̃, q̃ solitudinẽ siuẽ desertum quærat, publicum fugiens, B ut solent homines amaro & afflicto animo, quibus est grauis atq; molestus omnis tumultus multitudinis. Nicty corax aũt in domicilio, autem significat lucifugã & quærentem tenebras, quæ cõparatio tectẽ et animo cõtribulato cõpetit, quærenti tenebrarũ latibula. Est autẽ nycticorax Græca uox ex suũ cõpositionẽ significans nocturnũ coruum. Siqdẽ Græcis νὺξ significat noctẽ κόραξ vero coruuũ. Vnde νυκτικόραξ, noctis cornuũ vel noctornũ cornuum valet. Et putãt quidẽ significari uespertilionem, q̃ noctu volitat, sed melius noctuã intelligimus siue bubonẽ. Nã beatus Hieron. pro nycticorace in domicilio, vertit, bubonẽ solitudinũ Felix, nocticoracem vel bobonem deuastationum, vertit, i. habitãtem in loco deuastato, derelicto, & solitario. Pro publicano autẽ priore loco quidã vertunt onocrotalum vel monedulã Hiero. autem nobiscum vertit pelicanum. Perperum autem refert, qd legatur: qm̃ nõ tã auium proprietates vllę specia les quærunt, q̃ ipsa solitudinis desolatio. Et ipsi quoq; Hebræi non cõsentiũt D in hmõi auium cęterarumq; specierum animalium nominatiõibus, plurimumq; abinuicem in his dissentiunt. ¶ Versu 9. Qui laudabant me, aduersum me iurabãt. Laudãtes istos in Elucidatione exposuimus eos qui olim ante cõuersionem nos laudabãt, cum essemus ipsi peccatorum socij, q postmodum pęnitentiæ ꝓpositum sectati volentes ꝓsequunt, ad pristinã vitã mala sua vexatione pertrahere molientes. Cui consonat qd In tertio pęnitẽtiali Psalmo pluribus versibus dr̃,

Amici mei & ꝓximi mei aduersum me appropinquauerunt & steterunt. Et qui Psal. 37 iuxta me erant, de longe steterunt, & uĩ faciebãt qui q̃rebãt animã meã. Secundã quoq; interpretatione indicaũtur significari eos, qui verbis simulatorijs & fictis adulant, vt sub specie amicitiæ siue boni facilius noceant. Possumus tñ his tertiã adijcere intelligentiã, vt laudãtes accipiamus ꝑ contrarium ꝓ deridentibus siue deludẽtibus, Solemus. n. effictis laudibus deludere. Atq; ita sensus erit, Deludentes vel deridentes me aduersum me iurabãt. Pro quo facit quod vertit Felix, Deludentes me, vel dicentes me stultum vel deridẽtes me, in me iurauerunt. Nec dissonat qd hẽt Cald. Para. Blasphemantes siue cõuiciã tes verbis, iurãtesq; in vanum. Ad quem ẽt sensum reduci põt qd vertit Hiero. Exultãtes per me iurabant. Exultãt enim in illusione, qui derident. ¶ Vers. 10. Qui cinerem tanquã panem manducabã. Põt hæc oratio accipi secundum trãspositionẽ verborum, ac hũc sensum, Panem sicut cinerem comedi, secun dum quem ferẽ modum apud Poetã dr̃, Perflauit fistula buccas, loco huius, Perflarunt buccæ fistulã. Atque ita significat dolens, panem sibi nõ magis quã cinerem fuisse sapidum, & absque omni delectatiõne se cibum manducasse, æquẽ ac si manducasset cinerem, in cuius esu manifestum est non esset voluptatem. Secundo accipit hæc oratio sm proprium situm partium, vt sit sensus, Comedi cinerem loco panis. Perinde mihi fuit, siue panem siue cinerem manducarem. Iuxta quã snĩam quidã ex Hebræo vertunt, Cinerem loco panis comedi, vel comedi cinerem simul cũ pane, quasi nõ discernẽs inter panem & cinerem, nec curãs à pane abstergere adhærentem, vel abscindere coctio ne ad glutinarum cinerem. Atquẽ ita vertit Felix, Quia cinerem vnã cum pane comedi. ¶ Versu 11. Quia eleuãs allisisti me. Hoc sermone significare videtur grauem collisionem, & vehementem contritionem, Quę. n. in altum eleuata in terram proijcimus, fortius alliduntur, & uehementius conteruntur. Iuxta quem modum, in Elucidatione nos sumus interpretati. Potest tamen

tū ēt aliter intelligi, ſm quod in alio Pſal E
Pſal. 87. mo dr̄, Exaltatus aūt, humiliatus ſum, & cōturbatus. Quoſdā.n Deus poſt magnā exaltationem humiliat, quorum tanto eſt caſus grauior, quanto erat gradus altior, ad quem fuerant ſublimati. Qd̄ de toto genere humano facile eſt intelligere. In ſublimi ſiquidē nobilitatis gradu Deus hoīem conſtituerat ab initio: vnde illū in lapſum miſerandum permiſit corruere. Specialiter ēt ſingularibus hoībus id frequenter accidit, vt poſt magnā exaltationem in graues tentationes permittā tur ex Dei diſpēſatione incidere. De qua F re, præſentem verſum nō incongrue licebit accipere. ¶ Verſu 14 Quia tp̄s miſerendi eius, quia venit tp̄s. Tempus miſerendi eius, valet, vt, vel quo miſerearis eius. Vñ Hieronymus ex Hebræo ſic vertit, Quia tp̄s eſt, vt miſerearis eius. Secundo aūt loco, cum iterum dr̄, quia venit tp̄s, in Hebræo alia dictio eſt, quā in loco priore. Hic.n. ſimpliciter tp̄s ponitur. Dictio aūt quæ ſecundo loco hr̄, non ſignificat ſimpliciter tp̄s, ſed quaſi tp̄s definitum, ſiue ex pacto atq; condicto conſtitutum Propter quod explicandum bea-G tus Hieronymus in ſua verſione & tp̄s & pactum cōſtituit, hoc mō, Qm̄ venit tp̄s, qm̄ venit pactum: quod vno ſermone dicere potuiſſet, Tp̄s pacti vel tp̄s condicti ſiue tp̄s condictum & conſtitutum, videlicet ad miſerendum: quod aliqui (vt iā ante diximus) exponunt de impletione 70. annorū, nos verò de tp̄is plenitudine, de tpe accepiabili, & dte ſalutis, cuius meminit ex Eſaia Propheta Paulus Apoſtolus
Eſa. 49.
c. 6. Epiſtolæ poſterioris ad Corinthios.
2. Cor. 6. ¶ Ver. 15 Qm̄ placuerunt ſeruis tuis lapides eius. Qūo lapides, ex quibus Sion ędi H ficata eſt, cōplacuerint ſeruis Dei architectis illis & ædificatoribus ſanctis Apoſtolis, per quorum miniſteriū ædificata eſt, ex ipſorū ſcriptis, geſtis & paſſionibus euidentiſſime cognoſcimus. Quid.n. aliud
1. Cor. 4. oīa Apoſtolorum ſcripta teſtantur, q̄ im
1. Co. 12 menſum quendam ſummæ charitatis affectum, quo fideles ſuos, lapides Sion, diligebant; quos vt filios chariſſimos, affectu pluſquam paterno ſiue materno cōplexabantur, vt cuperent & ſua oīa impendere, & ſeipſos ſuper impendere pro animabus illorum? Quid aliud ſibi volūt tanti illi labores, quos cauſa horum lapidum in vnum hoc ædificium pariter colligendorū, ſubierunt? Quid aliud deniq; inſignes illi martyriorum agones, quibus tam viriliter pro noſtræ ſalutaris fidei confirmatione decertarunt? Verè ergo placuerunt ſeruis tuis lapides Sion, id eſt, dixerunt eos, & beneplacentes habuerunt Terram aūt in ſecunda parte verſus accipe pro puluere. Nam ita ſonat dictio Græca χοῦν, hoc loco poſita. Vertit ēt ita Hierony. & cæteri ex Hebræo interpretes, Pulueri eius miſerebunt, Per pulverem aūt conuenienter intelligimus viliſſimos filiorum hoīnm, qui erant velut conculcatio pedum, quibus ēt Deus in tpe gratiæ miſericordiam contulit Non .n. tm̄ ad lapides vſq;, non ſolum vſq; ad eos, qui aliquid eſſe videbantur, verumēt ad infimum vſq; puluerem ſaluandum ſe humiliauit, qui noſtrum puluerem in ſeſe aſſumere eſt dignatus Ieſus Chriſtus dñs noſter in ſęcula benedictus, Amen. ¶ Verſu 19. Scribantur hæc in generatione altera, &cæt. Intelligi poteſt, in generationibus alijs poſterioribus, vel ſpecialiter de generatione noua quæ erat ventura in tempore gratiæ, de qua dr̄ Pſal. 21. Pſal. 21.
Annunciabitur dño generatio ventura. Pro quo ēt facit, quod in Hebræo habetur, generatio nouiſſima, quemadmodū legit Hieronymus ac cæteri ex Hebræo interpretes. Quāuis & hoc conuenienter ſic poſſet intelligi, Scribentur hæc ēt in generatione vel pro generatione nouiſſima id eſt, ita vt ēt vltima generatio cognoſcat & intelligat: vt ſignificet, in ęternum miſericordiæ Dei nō futuram obliuionem Propoſitio autem in, cum dr̄, In generatione altera, vī poſita loco pro, vel ad, vt ſit ſenſus, Scribentur hęc pro generatione altera, vel ad generationem alteram, vel per datiuum, tpſ generationi alteri. ¶ Verſu 21. Vt ſolueret filios interemptorum. Facilius eſt quod in Hebræo ponitur, vt ſolueret filios, hoc eſt, morti deuotos, deſtinatos ſiue addictos cuiuſmodi erant omnes filij hominum. Iuxta q̄ ſententiam habet Chald. Parap. Vt ſolueret eos qui morti traditi ſiue addicti ſunt. Et Felix, Appropinquantes morti, vel

ti,vel iudicatos ad mortẽ interpretatur. In quã fere sñiam et nr̃a lectio reduci po test,vt in Elucidatione mõstrauim⁹. ¶ Ver su.23.In cõueniẽdo populos in vnũ & reges,ut seruiant dño.Clarius hoc ita legit Hieronymus,Cum ꝯgregati fuerint populi simul & regna,vt seruiãt dño. Cum aũt loco regnum ponit regna,hoc ipso Indicat,sub regibus debere populos simul q̃bus p̃sunt cõprehẽdi. ¶ Ver.24.Rñdit ei in via virtutis suæ Per virtutem, hoc loco non accipias bonitatẽ.Significat.n.virtus hic nõ aliud,q̃ robur aut fortitudinẽ, id qđ tã ex Hebræo, q̃ ex Græco est euidẽs.Vnde nõ ad intẽtionẽ Psalmi loquũtur,q viã virtutis suæ exponunt, viã bonitatis & æquitatis Dei, sed via fortitudinis dẽt intelligi. Sciendum tñ ꝙ hunc locum diuersimode exponunt. Alij n.pro supposito verbi rñdit,ꝯstituunt Deum,& eũdem pro antecedente relatiui suæ assignant,ad hũc sensum,Rñdit dñs populo suo in via fortitudinis suæ. Cuius lectionis põt hic accipi sensus,Cum congregarentur populi in unum,& reges vt seruiant,dño,non defuit suo populo Deus, sed ipse beneficio gratię suæ illis respondit, illis satisfecit (vt ita loquamur) illorũ bonã voluntatem & pium desiderium sua gratia adimplens: sic,inquam,eis respõdit in via suæ fortitudinis.i.iuxta viam suæ fortitudinis,iuxta quod potens est in auxiliando,& fortis vt auxilium præbeat populo suo,Quod autẽ deinde subsequitur, Paucitatẽ dierum meorum nuncia mihi, &c. Vox est populi alloquẽtis adiutorem dominum,In Elucidatione verò pro supposito verbi respõdit, accepimus populum, itemq; pro antecedente relatiui suæ, ad hunc sensum, Populus domini. Sion & Hierusalẽ,rñdet ei suo domino in via suæ fortitudinis,i. alloquutus est dominũ in via, per quã in fortitudine currebat post ipsum, dicens, Paucitatem dierum meorum,&c.Quam interpretationẽ in Elucidatione semel positam non replicamus. Hebraica tamẽ lectio cũ neutra iã dictarũ expositionũ consentit, de quo uidere poteris in annotationibus ex Hebræo. ¶ Ver.25.Ne reuoces me in dimidio dierum meorũ. Inuenimus in scripturis dierum plenitudinẽ,inuenimus & dimidiũ. Atq; hæc non fm tpis mensuram simpliciter accipiunt, sed potius fm pfectionẽ virtutum. Vnde de annorum plenitudine apud Sapientẽ ita legimus,Cõsummatus in breui,expleuit tpa multa Et iterum, Senectus venerabilis est,nõ diuturna, neq; annorũ numero cõputata.Cani.n.sensus hominis,& ætas senectutis vita immaculata.Et hæc est illa ętatis pfectio, de qua Paulus apud Ephesios loquitur, dicens, Donec occurramus omnes in virum perfectum, in mensurã ætatis plenitudinis Christi.Nam in consummatione fidei atque uirtutũ,vult fideles fieri perfectos viros,& iustã quantitatẽ siue mensuram ętatis accipere,ut digni sint Christo, & in illo pleni inueniatur. Per oppositum verò,dimidium dierum tm̃ hẽnt, q nõdum in Christo iustã & sufficientẽ perfectionẽ hẽnt,qui cõsummari nondũ in Deo sunt minus habẽtes q̃ hr̃e oporteat,siue q̃ requirat Deus. Hinc ẽt pueros centũ annorũ nouit scriptura q nondũ ad dimidiũ dierum peruenerunt,annum agentes centesimum,cum adhuc pueri nuncupantur. Et puer centũ annorũ(inquit Esaias)maledictus erit Et in alio Psalmo scribitur, Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos,quod conuenienter ad propositam sñiam põt exponi. Et frequenter Paulus Apostolus pueros uocat,quamuis fm ætatem viros,eos q nondum in fide & virtutibus perfecti sunt.Meritò ergo oram⁹, non auferri in dimidio dierũ, sed magis petim⁹ plenitudinẽ dierũ donari nobis,i. cõsũmati fieri in fide,uirtutibus atq; operibus bonis,anteq̃ hinc auferamur,videlicet metuentes,ne illud audire nos cõtingat, quod in Apocalypsi cum increpatione dicitur Non inuenio opera tua plena corã Deo,& ne cũ fatuis virginibus in dimidio dierum subitò præoccupari, tm̃ lãpades inueniamur manibus tenere,desti tutas oleo.Quidam vero dimidium istud dierum accipiunt fm literã,de medio tpe ætatis humanę. Vr̃ n.ips hoc, quo hõ viuit in medio vitę,esse minus ad mortem cõmodum:qm̃ tunc solent ut plurimum homines esse minus boni.Optima verò mors est,quę in optimo statu hoiem inuenit. Vnde ad oculũ cernimus, quosdã eorum qui in ætate puerili, atque etiam in

Sap. 4
Ephe. 4.
Esa.65.
Psal.54.
Apoc 3.

in adoleſcẽtia, qualemcunq; vitam duxe-
E
rũt, fueruntq; ſtudioſi vtcunq; virtutũ &
bonatũ actionum, ubi ad ætatem virilem
peruenerint ad vitæ ſuæ dimidium, Deũ
derelinquere, & penitus ſe vel impudici-
tiæ tradere, vel auaritiæ mãcipare, aut am
bitioni inſeruire, atq; ita prorſus Deũ ne
gligere, vt multo hmõi melius fuiſſet in
ætate minori tolli de medio, q̃ in vitæ ſuę
dimidio; In ſenectute verò (q̃ eſt dierũ ho
minis vltimum) nõ raro fit, vt, appropin-
quante fine, & deficiẽte corporis robore,
pleriq; agãt pœnitẽtiã vitæ prioris, paſſio-
nibus q̃ vigebãt in ætate priori in vitæ
F
dimidio, iã vel in totũ ceſſantibus, vel ut
minimũ aliqua ex parte ſedatis. Et caſtiga
tur tũ ipſi de manu dñi, varijs morbis, &
miſerijs, qbus ætatis prioris delicta pur-
gant, cum vt de manu dñi, cũ patientia &
gratitudine fuerunt ſuſcepta. Vnde multo
eſt ſalubrior mors iſtorũ, in dierũ vltimo
quàm fuiſſet in dierũ dimidio. Adde, q in
pueritia ſiue i adoleſcẽtia, priuſquã rebus
huius mundi impliciti ſunt homines, &
malitiã ſæculi experti, parum ſibi metuẽ-
tes, pp qualẽcunq; innocentiam, & nõ ita
multũ vitæ huius rebus impliciti, facilè ſe
G
ad mortẽ dño vocãte reſignant, & liben-
ter pulſanti dño aperiunt oſtiũ. Needũ.n.
penitus illis viget mundus, neq; curis v-
xorum filiorum, familiæ, aut aliarum ſi-
miliũ rerũ ſunt impliciti, neq; hñt q̃ il-
los multum remorent. Senes quoq; cor
pore penitus deficiente, morte iam mul-
to ante expectata, & ipſi plerunq; facilius
ſe dedunt in manus dñi, & venienti occu
rere ſolẽt, ſi eſt in illis qequã veræ ſapiẽ-
tiæ. In medio aũt dierũ, qñ maximè homi
ni floret mundus, qñ iã diuitias honores
gloriam incipit poſſidere, lætari in vxore
& liberis, in familia, pdijs, alijsq; hmõi, ò
q̃ es amara mors eiuſmodi hoibus quam
reluctãtes tu hmõi pſternis, ſi quãdo in
illos venenato tuo telo deſæuire te cõti-
gerit. Solent.n. hmõi ægerrime reddere
aiam, & uix induci poſſunt, vt ad mortem
ſe dignam Deo præparent, non credẽtes
in medio ſuo robore, ita ſe poſſe morbo
ſuperari, & tam ardens eſt adhuc affectus
erga eã in qua demorentur ſubſtãtiã, vt
nõ niſi maxima difficultate ab ea poſſint
auelli. Propter quod, p Sapientẽ rectè dr,
O mors, quã amara ẽ memoria tua homi Eccl. 41.
ni hñti pacẽ in ſubſtãtijs ſuis, viro qeto
& cuius uiæ directæ ſunt, in oĩbus, & ad-
huc valenti accipere cibũ. Hac ergo con
ſideratione, ſecundum formã præſentis
verſiculi, quidã ſic meritò exiſtimãt oran
dum, ut nõ reuocet Deus in dierum no-
ſtrorũ dimidio. Altera aũt ſnia illa prior
magis eſt ſpiritualis, & ſpiritualiter oran
ti magis congruit. Non eſt.n. hominis,
Deo præſcribere tempus, quando auferri
velit de medio. Hoc tñ oret, ut mortẽ
bona conſequatur, cęterum, quando, ubi
aut quomodo, in Dei manu relinquat, q
pro noſtra vtilitate nouit cuncta ſapien-
ter adminiſtrare.

## CII. PSALMI ARGVMENTVM.

*PSalmus iſte exhortationem continet ad laudem Dei, pro immenſis & innumeris eius beneficijs, quæ miſericorditer pſtitit humano generi: peccata dimittens pœnitentibus, infirmitates ſanans, à morte redimens, in miſericordia coronans, deſiderium adimplens bonis, iuuentutẽ renouans, miſericordiam & iudicium faciens oppreßis, legem directricem ferens populo, pp nimiam miſericordiam non iraſcens imperpetuum neq; ſeuere agens cum ſuis, ẽt peccantes electos non pro exigentia & condignitate demeriti puniens, ſed paterna diſciplina ad emendationem potiùs corripiens: pp miſericordiam ſuper oẽs electos confirmatam, quæ ẽt longiſſime à pœnitentibus abijcit peccata, affectu pluſquam paterno erga nos affectus, cognoſcens quale ſimus figmentum, quodq; nõ aliud q̃ puluis & terra ſimus, & durationis permodicæ, ad modum graminis virentis, & floris exorientis, quorum eſt viror & pulchritudo nimium inſtabilis. Atque hæc omnia uſque ad uerſum decimumſextum. Vbi deinde, Dei miſericordiam ſimul & iuſtitiã, ſiue ueritatem prædicat erga omnes fideles ſeruos, qui ſoliciti ſunt obſeruare mandata domini. Verſu autem decimonono, eius glorioſæ in cœlis ſede & imperio vniuerſali prædicatis, ſequentibus deinde uerſibus, angelicos exercitus ad collaudandum inuitat, ſimul & uniuerſa opera altiſſimi, ut omnis creatura in laude uerſetur creatoris.*

## CII. PSALMI ELVCIDAT. A

*ENEDIC anima mea domino.*

O mea anima creatura nobilis, & dignitare nimium excelsa, te hortor ad laudem dñi Dei, qui in sua natura cõdidit, omnia ac te peculiariter rationalem esse fecit, ut illum posses agnoscere, agnitum laudare: insup & imaginem suam in te impressit siue inspirauit, suiq; fecit capacem, ut eo tu in æternum perfruaris.

** & oĩa q̃ intra me sunt, nomini sãcto eius.*
quæcunque intra me sunt, etiam intima mihi omnia membra, omnes uires, siue ex parte corporis, siue ex parte aiæ mihi inexistentes, omnia hæc interiora mea, quos ego inuito & exhortor ad dandam laudem & cõfessionẽ sancto nomini eius quod est benedictum in omnia sæcula.

2 *Benedic anima mea domino.*
Ps 112. Iterum tibi dico, ò mea anima, rursum te exhortor creatura nobilis & excelsa dominũ Deũ creatorẽ tuum celebra, laude qua poteris, tam pro temetipsa, quàm p uniuersis mirabilibus operibus eius, C

** & noli obliuisci omnes retributiones eius.*
& caue diligentissimè, ne ingrata inuentaris beneficẽtissimo creatori tuo caue negligas, uel obliuiscaris beneficia Dei tui, tanta & tam multa, quæ tibi præstitit, de nihilo creãdo, sua imagine atq; similitudine te insiguẽdo, cæteris omnibus secũdum nobilitatem auferendo, & ad uentura inæstimabilia bona præparando, cauendum utique tibi est, ne post tanta accepta beneficia, ò anima mea, taceas à laude talis benefactoris tui, quasi uel nõ acceperis, uel non attendas beneficia eius. D

3 *Qui propitia omnibus iniquitatibus tuis:*
Vt enim illa taceam maxima, quæ ad naturalem dignitatem & sublimitatem attinent, & illa quę gratię sunt commemorẽ ecce ipse est, q solus dimittit tibi peccata qui solus te potest, qui saluam facere ab omnibus tuis iniquitatibus, quantumcũque magnis, quantumlibet multis, quocunq; tandem modo siue cogitatione, siue loquutione, siue opere patris, qui tam potens est, vt possit à te peccatis emundare, & tam bonus atq; misericors vt velit, quotiescunq; ex vero corde iniquitatis tuæ egeris pœnitentiam:

** qui sanat omnes infirmitates tuas.*
ipse solus tuus est medicus, qui te põt & vult curare ab omnibus vulneribus, sanare ab oĩbus infirmitatibus, id est, ab omnibus defectibus atq; miseriis facere liberam, & in bona spiritus valetudine confirmare: quomodo medicus corporalis corporalia sanat vulnera.

4 *Qui redemit de interitu vitam tuam.*
Ipse est qui tuã vitam redemit à morte, Psal. 9
B qui te à morte custodit vel liberat, qui ẽt in grauissimis periculis te præseruat ne 1.Co.10.
absorbearis à morte, sicq; à portis mortis te exaltat, faciens cum tentatione prouentum, vt sustinere possis, atq; ẽt in mortẽ te contigerit incidisse, ipse est qui te potest de faucibus mortis eripere, mortis condemnationem auferre, & in specie vitæ æternæ restituere: sicq; de venire inferni reducere, quõ genus humanum sub morte conclusum, saluauit à perditione interius, & ad spem vitæ reparauit,

** qui coronas te in misericordia & miserationibus:*
ipse est q̃ te coronat & circumcingit misericordia sua inexhausta, qua plena est Psal. 32.
terra, & indeficientibus miserationibus, Ps. 118.
quæ sunt super omnia opera eius, qui ex omni parte abundãtissimè tibi prouidet, Ps. 144.
& cumulatissimè te adornat, ne quicquam tibi desit in vlla gratia, donec tandem 1.Cor.1.
omnis boni accumulatione perfecte te fœlicem reddat.

5 *Qui implet in bonis desiderium tuum:*
Ipse est q tuũ desideriũ adimplet in omnibus verè bonis, q solus potens est hu- Iacob. 1.
manũ adimplere desideriũ, qui tibi dat Lucæ, 1.
petitiones cordis tui, qui tibi omnia quæ petieris, abundãter tribuit, & non improperat, esurientemque adimplet bonis,

** renouabitur vt aquila iuuentus tua.*
per quẽ iuuentus tua renouat ad modũ reiuuenescentis aquilæ, q te à corpore & defectu malæ senectutis spiritualis põt ad vigorẽ debitum & fortitudinẽ bonã restaurare, sicq; velut à senectute ad iuuentutẽ reparare, etiamsi ad maximã vsque senectutem deuenisses, cuiusmodi est aquilarũ senectus. Et cũ te à senectute ad

iuuentutem reparauerit, erit ista tua iuuẽ E
tus quasi iuuentus aquilæ, uiuacissima. &
& ad excelsa petendum cœlestiaque con
templandum validissima, quomodo aq
la in iuuentute sua uiuacissima est, & ad
volandum in excelsum præualida, insu
per & ad contuendum Solis rotam ir
reuerberatis oculis sufficiens.

6 *Faciens misericordias dominus & iudicium omnibus iniuriam patientibus.*

Ipse est qui misericordiam & iudicium
facit cum oĩbus patientibus iniuriam, p
misericordiam illis subueniendo, vel de
tentatione & oppressione eripiat patiẽ F
tes, vel in tentatione confirmet sua gra
tia, per iudicium verò oppressos liberan
do, & opprimẽtes iusta vltiõe puniẽdo.

7 *Notas fecit uias suas Moysi:*

Ipse notas fecit Moysi patri nostro vias
suas, pcepta, mandata, & iustificationes,
in quibus ambulare & viuere voluit po
pulum suum, Moysi ipse oĩa reuelauit:

* *filij Israel voluntates suas.*

ac per hunc deinde omnes filios Israel
cognoscere fecit voluntatem suã, cũcta
videlicet quæ ab illis voluisset obserua
ri. Per hunc.n. Dominus legem dedit po G
pulo suo, qua significatur & exprimit vo
luntas legem danus, qđ indubiè magnũ
est beneficium, sic lege cœlitus data est in
densissimis huius mundi tenebris Dei
voluntatem reuelari, tanquã si per tene
brosam viã in multo periculo ambulan
tibus subito quis claritatem lucis attule
rit. Neq; taliter omni nationi facit Dñs,
neq; iudicia sua oĩbus sic manifestauit:

8 *Miserator & misericors dominus:*

Psa. 147 Ipse est cui proprium est misereri & par
cere, semper misereri solus omnibus mi
sericordiam postulantibus, vt est natura H
clemẽs atque misericors, imò ipsa mĩa:

1* *Longanimis:*

est lõganimis & patiẽs, nõ statim uindi
ctã inferẽs peccãtibus, nõ statim ĩ pec
catorẽ cõdẽnationis suam pnunciãs,
sed lõganimitate sua & patiẽtia inuitans
peccatorẽ ad pœnitentiã, ita ut quodam
modo stet expectãs, donec misereat nr̃i:

* *& multum misericors.*

Rom. 2 & est in omnibus supra modum miseri
cors, p omnibus q̃ in eo pdicant, efful
Esa. 30 get & eminet misericordia, qua plena ẽ
terra, q̃ est super omnem carnẽ, quæ su
per exaltat iudicium, quæ est à progenie
in progenies omnibus timentibus eum.

9 *Non imperpetuum irascetur.*

Et quia sic clemens est, & multum mise
ricors, fieri nõ poterit, vt nihil nisi ira Psal. 31
scat, & in finẽ penitus irascat aduersus
genus humanũ, ita vt nunquã se placa Psa. 118
ri pmittat, sed postquam aliquandiu ira
tũ se monstrauerit pp iustitiã, superuin Iacob. 5
cet misericordia, & ea flectetur ad mise
rendũ atque parcẽdum infirmo generi:

* *neque in æternum comminabitur.* Lucæ 1

& licet aliquandiu videat cõminari, vi
deat dura loq minas intentare, ostenta
re terrores, vel in verbis increpatorijs
p ora pphetarũ aut scripturæ sanctæ, vel
ẽt in plagis & afflictionibus tpalibus,
non id tñ ppetuo durabit, sed opportu
no tpe recordabitur misericordiæ suæ,
& vultum benignum demonstrabit pœ
nitenti populo, & blandius cum eo aget
cõuerso, cũ quo durius ante agerat vt ad
pœnitentiam adduceret delinquentes.

10 *Non sm peccata nostra fecit nobis, neque secundũ iniquitates nostras retribuit nobis.*

G Et licet subinde ad correptionem delin
quentiũ, terribiles plagas immittat in po
pulũ, suũ sp tñ superuincit misericordia, ĩ
eo qđ longe infra condignitatem sce
leris punit peccatum, neq; sm pportio
nem ad paratã malitiã sufficiẽter dignã
infert peccantibus pœnam, non satis p
demerito puniendo delicta, si rigorẽ spe
ctemus iustitiæ ac iusti iudicii eius. Nos
.n. quotidie offendimus in multis, & gra
uiter nimium subinde offendimus, ip
se tñ non statim, neque semper adhibet
vltionem. Et cum subinde ad uindictã
H extendit manũ suam, non iuxta condi Iacob. 3
gnitatem demeriti extremo rigore punit
seruos delinquentes, sed paterna corre
ptione siue disciplinã viriliter corripit,
non vt damnet, sed vt saluet electos, & ut
non in æternum pereant, si impuniti p
maneat in impietatibus suis.

11 *Quoniam secundum altitudinem cœli à terra corroborauit misericordiam suam super timentes se.*

Nã sm altitudinẽ cœli à terra, quantum
altius est cœlũ à terra, ita dominus cor
roborauit, confortauit, pualere fecit, &
super-

superexaltauit suam misericordiã super A
oẽs qui timent eum. longe superat misericordia eius oẽm nostram malitiam, neq; fieri potest vt aliquã exhauriatur vel destruatur Dei misericordia, nostra quantacunq; & quamlibet multiplicata malitia: non potest esse tanta nostra iniquitas, cui non possit propitiari illius misericordia, si in vero corde egerimus pœnitentiam. Heb. 1.

12 *Quantum distat ortus ab occidente, longe fecit à nobis iniquitates nostras.*

Ipse est q à nobis pœnitentibus longissimè profligauit & elongauit iniquitates nostras fm maximã distantiã, cuius modi B est distãtia orientis ab occidente, hoc est, purissimos nos fecit à peccatis nostris, & plenissimè abstulit, amouit, & separauit à nobis pœnitentibus peccata nr̃a, tanquã si nunquam fuissent in nobis, nec facile possint ipsa ad nos aut nos ad ea redire: queadmodũ id qd in occidente est lõgissime abest ab eo qd in oriẽte est sitũ, nec possunt ista facile adinuicem accidere.

13 *Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est dominus timentibus se.*

Neq; mirũ, si tã benigne nobis Deus nostri misereat, & iniquitates auferat. Est n. C affectu verè paterno, imò plusquã paterno, erga oẽs metuẽtes eum: & sic miseretur nostri, siquando contingat nos offendere, vt non statim proijciat in mortem, qũo pater miseretur filij errantis, non statim illum à se repellens, ac penitus abijciens, vbi in aliquo offenderit sed potius corripiens verbo ac verbere, vt ad bonam viam reducat errantem, omniq; solicitudine laborans emẽdare illũ, vt nõ pereat: pœnitenti verò libentissimè indulgens, & condonans oĩa scelera, super perditi filij reditu festum & gaudium magnũ D faciens, quoniam perierat ille, & inuentus est, mortuus fuerat & reuixit.

* *quoniam ipse cognouit figmentum nostrũ.*

Luc. 15. Quare aũt ad miserendum humano generi sit Dei misericordia ita prõpta lemperq; parata, rõ est, qm ipse cognouit cõditionẽ figmenti nostri, ipse optime nouit, q̃ vile figmentum, quàm paupercula creaturæ nos simus, qui de limo terræ sumus formati & carne constamus, atq; sanguine, in quibus ex vitiata natura corruptio praua pronitasq; ad oẽ malũ inhabi-
Gene. 6. & 18.

tat, ita vt sensus hoĩs & cuncta cogitatio humani cordis intẽta sint ad malũ omni tẽpe, ab adolescentia sua: cuius nostræ infirmitatis cõsideratio commouet illum ad sic miseris miserendum, qũo solent & homines illis facilius cõdonare, quos vidẽt naturali inclinatione vehementissime ad mala solicitari, & fortissimè velut impelli ab inhabitante prauo fomite.

14 *Recordatus est quoniam puluis sumus:*

Attendit & considerat dñs, q̃ puluis & terra simus, facti atq; plasmati de luto & limo terræ, sicut de terra figulus fingit vas fictile, atq; in terram & cinerem iterum redituri communi lege & necessitate omnium filiorum Adam:

* *homo sicut fœnum dies eius:*

hõ dies suos habet ad modũ fœni, hoĩes duratio admodum graminis est, homo in diebus suis & in duratione vitæ suæ gramini assimilatur, quod hodie floret & cras in clibanum mittitur: quod mane pulchre viret, & vespere decidit exiccatum: Gene 3.

* *tanquam flos agri sic efflorebit.*

hõ ipse sic floret & viret, qũo flos agri, q ad modicũ tp̃s admodũ speciosus, lætus & festiuus apparet, sed nimiũ cito exiccatus arescit, ac decidit, oĩ spoliatus ornatu. Matt. 6. Luc. 12.

15 *Quoniam spiritus pertransibit in illo, & nõ subsistet. & nõ cognoscet amplius locũ suũ.*

Nã statim vt flatus venti super illum fortiter vtcunq; vel paruo impetu flauerit, abripitur flato venti, & non habet firmã consistentiam, nõ põt resistere aduersus venti flantis impetum, sed ab eo prosternitur & deficit & non amplius potest cognosci, inueniri, aut demonstrari locus eius, sic est ac si nunquam fuisset, nusquã apparet illius vestigium: Ps. 145.

Spiritus quoq; humanus & rõnalis aĩa pertransit in hoĩe, quatenus ad modicam durationẽ in corpore inhabitat, ipsumq; viuificat, & nõ hẽt vllã firmã in eo subsistentiã siue durationẽ, cogiturq; nimiũ cito emigrare, quãtocius exit à corpore spũs, & reuertit hõ ĩ terrã suã, & post modicũ nullũ remanet defuncti vestigiũ, corpore addito in terram, & aĩa in occultũ locum sub Dei manu recepta: efficiturq; ita alienus à loco habitationis suæ, ac si nunquam ibi habuisset mansionem: prorsus auferetur de terra viuentium, eritq;

mundo ipse incognitus, & ipsi vicissim erit incognitus mundus.

16 *Misericordia autem domini ab æterno & vsq; in æternum super timentes eum.*

At verò dñi misericordia nunquã arescit nunquã deficit, sed in æternum stabilis permanet in oïa secula, nullo vnquã tpe absumenda aut exhaurienda, quã in perpetuis æternitatibus super plenissimè sentient electi eius, oẽs qui nunc timent, adorant, & colunt dominum, quibus tã in vita ista corporis, q̃ in vita illa æternitatis, misericordia eius nunquam deficiet.

17 *Et iustitia illius in filios filiorum, his qui seruant testamentum eius.*

Et iustitiã, fidẽ, atq; veritatẽ suã ipse seruabit atq; implebit erga filios filiorũ, erga vniuersum semẽ electorũ suorũ, erga oẽs quicunq; patrũ fideliũ fideles se præstiterint imitatores, ijs videlicet qui obseruãt & diligenter custodiunt præcepta eius.

18 *Et memores sunt mandatorum ipsius ad faciendum ea.*

Quiq; non obliuiscuntur, nõ negligunt, nõ transgrediunt præcepta dñi, sed ea iugiter habẽt ante mentis oculos, cũ bona volũtate adimplendi ea, q in lege dñi habent voluntatẽ, & in lege eius meditant die ac nocte, vt ambulent in ea, pficiãtq; diligenter quæcunq; illa facienda præceperit, & solicitè caueant ac fugiant quæcunq; vt fugienda prohibuerit.

19 *Dominus in cælo parauit sedem suam:*

Ipse aũt hic dominus noster qui nobis misero pulueri hic in terris degenti sic miseretur, ipse sibi magnificer thronum regium præparauit, sedem maiestatis & gloriosam habitationem sibi in excelso cœlo constituit, vbi cum angelorum milibus regnat in maiestate.

* *& regnum ipsius omnibus dominabitur.*

& ipsius regnũ latissime patet, ipsius imperium se spargit ac fundit longe ac latè in omnes angulos orbis terrarum, & in omnes partes mundi: omnia subijciunt eius ditioni, potestati atq; imperio, vt nihil vsquam locorũ sit quod nõ habeat ipse sibi subditum.

20 *Benedicite domino omnes angeli eius:*

Vos verò, ò angelicæ mẽtes, nobilissimi spiritus, in quorum medio habitat excelsus noster dñs, vos maximè decet voce in-

E cessabili semper laudare dominum, cui semper ministratis & assistitis:

* *potentes virtute:*

vos qui estis virtute & fortitudine prę- Heb. 1.
ualidi, quorũ est virtus nostræ imbecillati incomparabilis, qui robore ac virtute humanũ genus immenso superatis interuallo, nimirum spiritus immateriales & incorporei, infirmũ limũ & fragile lutum:

* *facientes verbum illius, ad audiendam vocem sermonum eius:*

vos qui estis executores voluntatis eius administratorij spiritus, ministrãtes ei in
F mille milibus, promptissimè pergẽtes ad omnia ad quæ ille vos suo præcepto destinauerit, & oïa potentissimè adimplentes, quæ implenda commiserit: sic vt in omnibus obedientes vos præsteris voci sermonum eius, iussioni & imperio eius per omnia absq; dilatione, tædio, fastidio contramurmuratione, parentes & satisfacientes.

21 *Benedicite domino omnes virtutes eius, ministri eius, qui facitis voluntatem eius.*

Benedicite dño omnes cœlestes exercitus, immensæ virtutis & fortitudinis, qui
G illi ministratis singuli in ordinibus vestris, & in oïbus eius adimpletis voluntatem, per omnia eius paretis imperio, summaq; cum alacritate & ineffabili gaudio eius iussa perficere satagitis.

22 *Benedicite Domino omnia opera eius, in omni loco dominationis eius:*

Benedicite & collaudate Dñm simul oïa opera eius, in omni loco dominationis & imperij eius, opera omnia eius, vbicunque tandem consistant, quorumcunq; in loco dominationis eius maneant, laudẽ confiteantur creatori, conseruatori, & gu-
H bernatori suo. Nihil enim est operũ eius quantumcunq; hominibus æstimetur minimum, vbicunq; tandem locorum delitescat, in quo non infinita reluceat eius potentia, sapientia, bonitas, atque omnimoda perfectio, & habet omnis creatura, siue in cœlo, siue in terra, siue in mari existens, laudem copiosam, qua possit celebrare omnipotentem omnium conditorem Deum:

* *benedic anima mea domino.*

proinde ẽt nunc, ò mea anima, te adhortor (quo in huius hymni faciebam initio) ad de-

ad debitas domino laudes psoluendas: A non desino monere te,& exhortari, ut a creatoris omniũ laude nunquam cesses, sed quãtũ potes, quantũ vales, illum exaltes,& magnifices in sæcula sæculorũ.

## ANNOTA. IN PSAL. CII.

VErsu 3. Qui propiciatur oĩbus iniquitatibus tuis, qui sanat oẽs infirmitates tuas. Duæ istæ partes in eãdem possunt accipi sñiam, ut idem sit infirmitates sanare, quod propiciari iniquitatibus. Siquidem iniquitas, uerè morbus est, lãguor est, infirmitas est animi, vide- B licet animum pessimè disponens,& snoxia inordinatione constituens, qũo morbus siue infirmitas corporalis corpus male disponit, iustum temperamentum (in quo cõsistit sanitas) dissoluẽs. Sed & alibi ĩ scripturis peccata infirmitates appellanť, siue languores, ut in illo est Esa
Esa. 53 de Chro vaticinantis, Verè lãguores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse
Matth. 8 portauit. Qđ licet ad beneficium corporalis sanationis populis exhibitũ, Euangelista alicubi adducat: principali tñ intentione de spiritualiũ languorũ obla- C tione vř intelligendũ. Possumus tñ aliter per infirmitates, accipere malas inclinationes & pronitates ad quælibet uitia. Tot.n. morbis, tot languoribus, tot infirmitatibus laborat anima, quot est malis subdita inclinationibus, quot pronitatibus ad mala uitia uersus interitum tẽdit. Nulla autem tanta est hmõi infirmitas, nullus adeò magnus talis languor, quẽ non sanet sua medicinali gratia dñs, o-
Psal. 6 ptimus medicus, si humiliter & instanter (vt decet) ab ægrotantibus fuerit postulatus, queadmodũ in alio Psa. audiui- D mus clamantẽ, Miserere mei dñe, qm̃ infirmus sum, sana me dñe qm̃ cõturbata sunt ossa mea,& anima mea turbata est valde. ¶ Ver. 4. Qui coronat te in misericordia & miserationibus. Coronare accipimus pro, ex omni parte circundare, vel vndiq; cumulare, vt nõ aliud sit coronari in misericordia & miserationibus, quã Dei miserationibus oĩ ex parte circundari & cumulari copiosissimeque
Psal. 5. impleri. Secundũ quẽ fere modum & in alio Psalmo dř, Domine, ut scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos, hoc est, benigna voluntate tua ex oĩ parte circundas,& circũcingis nos, quaſi scuto. Si tñ coronare his accipiať, vt significet retributionẽ vitæ æternæ donare, p bonis operibus, nõ erit incõmoda sñia. Quæcunque n. coronã illã beatæ retributionis suscipient de manu dñi, nihil dubium ẽ, qn à misericordia & miserationibus dñi illã cõsequenť. Misericordiæ.n. dñi qa non sumus consumpti,& miserationis altissimi est quicquid boni agimus. Thre. 3.
Nã sine illo misericorditer adiuuãte, nihil possumus. Deus erga suos electos & nunc coronat in miserationibus, dum in eis suarum gratiarum dona accumular,& in sęculo vẽturo coronabit in ornatu glorię. ¶ Ver. 5. Qui replet in bonis desideriũ tuũ. Scilicet hoc est, qđ in suo Ioan. 15
cãtico Maria canit, esurientes à Deo impleri bonis. Nã esuries ista, desideriũ est. Et qđ aliquãto aptius apud Iacobũ dř, Qui dat oĩbus affluenter,& nõ improperat: intelligens de esuriẽtibus, atq; desiderãtibus, i. de recte fideliterq; postulantibus. Luce. 1
Et notandũ q nõ simpliciter dř, Qui re- Iacob. 1
plet in bonis vacuitatẽ tuã. Non.n. oẽs vacui implenť bonis sunt. n. vacui: qui se plenos putãt:& qa vacuitatẽ suã ignorant, non desiderant, & hi iusto Dei iudicio relinquuntur inanes. De cuiusmodi in Apocalypsi ex ore domini dř, Apoc. 3.
Dicis, qa diues sum,& nullius egeo, cum sis pauper, cæcus, nudus, miser & miserabilis. Audis verè vacuum, sed nõ desiderãtẽ,& ideo inanẽ ac vacuum pmanentẽ, nõ impleri bonis. Subdit aũt ex eiusdẽ ore sanum consilium, vt bonis vacuus iste possit impleri. Suadeo tibi (inqt dñs) à me emere aurũ ignitũ, probatũ vt locuples fias. Quid aũt est hoc emere nisi p Ibidem
desiderium quærere? Sic.n emiť à dño, quicquid emitur, absq; argento & auro & omni cõmutatione, quemadmodũ p Esaiam ex ore domini dř, Omnes sitientes, uenite ad aquas: & qui non habetis Esa. 55
argentum, properate, emite, & comedite. Venite, emite absque argento, & absque cõmutatione, vinum & lac id est: optima quæq;,& maxime uitæ spirituali necessaria, tantum desiderantes & postulantes accipite. Rectè ergo dicitur Deus

non quālibet implete vacuitatem, sed de
siderium tm̄. Nā vbi vacuitas est absq; de-
siderio, aut ēt cum fastidio & contemptu
deficientis boni, ibiq; est, permanet vacui-
tas, quemadmodum ait Maria diuites di-
mitti à Deo inanes. ¶ Versu eodem, Reno
uabitur vt aquilæ iuuentus tua. De hac re
nouatione iuuētæ aquilarū, diuersi diuer
sa tradunt. Quidam dicūt aquilā vbi sen-
uerit pennis grauari, & oculorum aciem
fieri obtusam, vt neq; alta volatu petere
queat, vt assolet, neq; solare lumen ita ex
directo aspicere. Quod vbi psenserit, in illis
in quibus maximè solet præualere, se iā
deficere, fontē quærit, in quem trina im-
mersione se immergens pristino dr̄ vigo
ri restitui, vt superuacaneis excidentibus
plumis residuæ erigantur, & in iustā leui
tatē reparentur, redeatq; oculis suis ad cō
spiciendum vigor, sicq; iuuentutem recu
peret. Quidā scribunt, aquilā quolibet de
cennio, donec ad centum annos perueniat,
ignē petere elemētarem, & hinc se in ma
re mergere, indeq; nouas plumas illi suc-
crescere, ac ita reiuuenescere. Sed horum
neutrum multam habet probabilitatē. Ve
risimilius aūt est, & tam authoritati ma-
gis consonum, q̄ proposito magis accom
modum, qd̄ scribit beatus pater Augusti-
nus, aquilā, cum ad senectā deuenerit, ro-
strum acquirere adūcatū, superiori labio
superexcrescente inferiori, ita ut hic un-
cus quo incuruatur rostrum superius su-
per inferius, non patiatur aquilam sume-
re cibum, sicq; viribus necessario deficere
quæ vbi id persenserit, se videlicet pp adun
cati rostri impedimentū non posse cibū
sumere, cibiq; defectu, forti adhuc perma
nente interno vigore, destitui viribus, &
defectionē tendere, ad petrā aduolat, alli-
densq; & atterens rostrum aduncum ad
petrā, aufert impedimentū cibi sumendi;
impedimentoq; sublato cibū sumit, & vi-
ribus reparatur, ac modo quodam reiuue
nescit, ubi verò rostrū illud nequiuerit
conterere, necessario deficit, nō ex inter-
no defectu sed subtractione cibi. Atq; huic
dicto satis consentit qd̄ Aristoteles & Pli
nius, hac certè in re fide digni authores,
scribunt, aquilā esse admodū longæ uitæ,
ipsamq; nō senio contabescere, aut ægri-
tudine cōsumi, sed magis fame mori, cum
E pp adūcatū rostrū nō vltra valuerit cibū
sumere. Illud tn̄ de rostri ad petram attri
tione, ex illorū nō hr̄ authoritate. Verum
id verisimile est beatū Augustinum ex a-
lijs hēc dignis fide authoribus, quorū for
sitā nobis ignoti sunt libri. Et satis, hoc est
rōni consonū, & astipulatur natura, quæ
oī solicitudine curat uitæ impedimenta
amouere, vitæq; terminū protelare. Neq;
multū id mirandū vr̄, si auis illa rostrum
aduncum quo se aduertit impediri, dicatur
ad petrā allidere & cōterere, quandoqui-
dem aīalia ægrotantia maiori miraculo
F videmus ad certæ speciei herbas, meden-
di sibi gratia, natura docente confugere.
Hanc itaq; narrationem, vt magis autho
ritate confirmatā, magisq; rationi conso
nā, insequentes, ostendamus, in quo sit fa
cienda præsens cōparatio, quēadmodum
videlicet reparatio hoīs per gratiā fiat,
admodū reiuuenescentis aquilæ. Sanè ho
mo per spiritum rōnalē qui in ipso est
(rōne intellectus & volūtatis) aīal est oī-
bus animalibus ex suæ naturæ cōditione
viuacius, nimirū inter cætera omnia ani-
maliū genera solum immortale & incor
G ruptibile, sm̄ iā dictā suę cōpositionis par
tē, & ad vitam æternam ab initio creatus
est, nō ad mortē. Attamē qui ex se immor
talis est, & ad perpetuō viuendum condi
tus, à rostro aduncato patitur periculum
mortis. Est aūt hoc aduncatum rostrum,
rō siue voluntas ad prauam sensualitatē Rom.7.
inclinata, fomiti prauo (qui inferne habi
tat) condescendens & peccato illi qd̄ (iux-
ta Apostolū) in carne habitat cōsentiens.
Ab hoc.n. aduncato rostro impeditur ho
mo, ne cibum animæ sumat, ad vitā verā Ioan.4.
necessariū, de quo cibo per Saluatorē dr̄,
H Meus cibus est, vt faciam voluntatē eius Matt.4.
qui misit me. Et iterum, Operamini non
cibum qui perit, sed qui permanet in vitā Deut. 8.
æternam. Ac rursum, Non in solo pane
viuit homo, sed oī verbo quod procedit Ioan.6.
de ore Dei. Et alibi, Verba q̄ ego loquor
vobis, spiritus & vita sunt. Hunc panem
non potest sumere, qui rostrū hēt sic (vt
dictum est) aduncatū & incuruatum, atq;
ita continuo defectu in seipso cōtabescēs,
necessario ad interitum tendit, quemad-
modum pęnitentem in Psalmo hunc p-
ximè precedēti conquerentē audiuimus,
his

his verbis, Percussus sum vt fœnũ, & aruit A
Ps. 101. cor meũ, quia oblitus sum comedere panẽ meũ. Sed qui sic male adũcatum fortè semel acquisierit rostrum, an nõ hẽt ubi illud cõterat? Habet certe petram, de qua fm mysticam intelligẽtiam scriptum est,
Ps. 136. Beatus qui tenebit & allidet paruulos suos (id est, Babylonis) ad petram. Quæ verò hæc sit petra, breui verbo nos docet
1. Cor. 10 Apostolus, dicens, Bibebant aũt de spũali cõsequente eos petra, petra aũt erat Christus. Ad hunc ergo aduolare nos oportet, si de male incuruato rostro curari volueritmus, ad hunc allidere, ad hunc atte- B
Ps. 50. rere, nr̃m. n. contritum ipse hẽt pro sacrificio, quẽadmodum in Psal. 50. dr̃, Sacrificium Deo, spiritus contribulatus: cor cõtritum, & humiliatũ Deus non despicies. Hoc. n. est rostrum allisum ad petram & contritum, quod cor contritum & humiliatum, siue contribulatus spiritus: quandoquidem contritio ista per pœnitentiã est. Vbi autem sic rostrum incuruatum ad petram allisum confregerimus, tum panẽ nostrum quem obliti fueramus resumemus, iterũ gratia Dei & verbo eius pasce-
Ibidem. mur, exultabunt ossa humiliata, reparabi- C tur in nobis virtus spũs, cor mũdũ in nobis creabitur, spiritus rectus innouabitur in visceribus nostris, & redibit ad nos lętitia salutaris Dei. Ad hunc ergo modũ sumi põt ista comparatio. B. Augustinus similitudinem accõmodat ad resurrectionẽ futurã iustorum. Aduertendũ tñ est, p̃sentem locum cõmode posse exponi absque prædicta illa cõparatione, ut dicam' non hic indicari, quòd sit iuuenta hoĩs renouanda ad eum modum quo renouatur iuuenta aquilæ: sed hoc tm̃, ꝙ iuuenta hominis sit renouanda, vt talis fiat, qualis est D iuuenta aquilæ. Atq; ita sensus erit, Iuuẽtus tua per Deũ renouabitur, ut fiat quasi iuuentus aquilæ, ita reiuuenescens ꝑ Deũ pristino redditus vigori, vt videatur iuuẽtus tua magis esse aquilæ iuuentus quàm hominis, videlicet vt sicut aquila in iuuentute sua nondum senio prægrauata, altissima petit volando, & irreuerberatis oculis absque nocumento solis rotam cõtuẽdo. sic & tu in Dei grã vigoratus & confirmatus, possis in altissima vsq; cęli conscendere tabernacula, ac in verũ iustitiæ solẽ in Dei claritatẽ, mentis aciẽ iugiter tenere defixã. Secundum quẽ fere modũ Esa. 40.
in alio scripturæ loco dr̃, Qui sperant in dño, mutabunt fortitudinẽ, assument pennas vt aquilæ, volabunt, & non deficient. Non. n. vr̃ hoc sermone indicari, ꝙ sperantes in dño assument pennas, sicut aquila in senectute pennas renouat, aut pennas nouas sibi assumit: sed hoc tm̃ indicatur, ꝙ fortitudinẽ nouã à Deo induẽt, & nouo confirmabuntur robore, quodq; pennæ illis dabuntur similes penis aquilarum, vt quõ aquilæ suis validissimis subnixæ pennis, ẽt altissima loca petunt absque fatigatione, quæ aliorum generum volucribus forent inaccessibilia, sic & ipsi in dño sperantes, ad altissimum possint perfectionis gradum cõscendere, & Deo proximi fieri per cordis puritatem, mentis contemplationem, & vitæ integritatẽ, quò nequaquã peruenire possunt qui in semetipsis, inque proprijs suis viribus habent fiduciam. Hoc. n. indicat quod sequitur, Volabunt, & non deficient. ¶ Versu 9. Neq; inæternum comminabitur. Comminabitur positum est, pro irascetur, vel indignabitur. Vnde Psalterium Romanũ habet, Non in finem irascetur, neq; inæternum indignabitur. Et Hieronymus ex Hebræo pro comminabitur, vertit, irascetur. Felix, Non inæternũ seruabit odiũ, Oĩa verò eandem habent sententiam. ¶ Versu 11. Qm̃ fm altitudinem cœli à terra corroborauit misericordiam suam super timentes se. Aliquanto clarius ex Hebræo sic vertit Hieronymus. Quantũ. n. excelsius est cœlum terra, tantum confirmata est misericordia eius super timentes eum. ¶ Versu 13. Qm̃ ipse cognouit figmentum nostrum. Recordatus est, qm̃ puluis sumus, &c. Idcirco dicit nostri Deum misertum, quia cognouit figmentum nostrum siue plasmationẽ nostram, vt vertit Hieronymus, hoc est, qđ simus, & vnde formati, q̃ viles. & modicę substantiæ, fm corporis plasmationem. Nemo enim melius nouit operis figmentũ siue plasmationem (videlicet vnde factũ sit opus, & quàm vile sit vel nobile, quantiq; momenti, pretij, vel durationis) quã figulus ipse qui finxit opus. Habet aũt se erga Deũ vniuersũ genus humanũ, sicut

Ps. 118. opus ad figulum & factorem suum, quem admodum in Psalmo dr, Manus tuę fecerunt me, & plasmauerunt me. Et in eandē snīam Iob sanctus, manus tuę, inquit, fecerunt me, & plasmauerūt me totum in circuitu. Ac deinde, Memēto (quæso) q̄ sicut lutum feceris me, & in puluerem reduces me. Nonne sicut lac mulsisti me, & sicut caseum me coagulasti? Pelle & carne vestisti me, ossibus & neruis compegisti me. Tale videlicet est figmentum nostrū, hæc nostra est plasmatio, quā attendens Deus nostri miseretur. Est n. insita & ingenita magnificis animis erga miseros quædā naturalis cōmiseratio, quēadmodū erga supbos quædā detestatio. Vnde & illud Poetę, Parcere subiectis, & debellare supbos. Deus ergo cū sit sup oēs magnus dns & magnificētissimus, summeq; (vt ita dicam) magnanimus, tanto magis erga nos mouetur affectu misericordiæ, quanto magis viles nos attēdit, magisq; ꝓspicit humiles, modò tales apud nosmet ipsos nos cōprobet in corde, quales esse videt in corpore. Non tn̄ solum intelligēdum est istud qd̄ hic dr, Deum cognoscere figmentum nostrum, de vilitate materiæ ex qua conditi sumus, sed magis etiā de prauitate fomitis, q est ī corrupta hac carne nr̄a, & ī miserabili isto puluere inhabitat, quēadmodū in Elucidatione aptius explicauimus. Nam id maximè Dei commouet erga nos misericordiā, q̄ nos videt sic esse corruptos ac miseros, talem in nobis habētes ab origine vitiosam corruptionē, quā ex ipsa natiuitatis atq; conceptionis origine à parētibus per traducē accipimus. Propter quod, lapsus aliqū in turpia facinora, ille cui incerta & occulta sapiētiæ suæ reuelauerat Deus, cum pœnitentiā agens, suæ impietatis postularet à Deo remissionē, sui figmēti cōditionē signāter Deo ponit ob oculos, dicēs, Ecce n. in iniquitatibus cōceptus sum, & in peccatis cōcepit me mater mea: hac rōne facilius se putans Deum posse ad misericordiā flectere, si vitiatæ naturæ corruptionē (ex qua ad oē malū est hō facilis) illius cōsiderationi obijceret. Atque huic intelligentiæ de prauo fomite, manifestissime cōsentit Chaldaica Paraph. quæ pulchrè hoc loco sic hēt, Q̄m ipse nouit fomitem prauū, qui peccatum suggerit, in memoriam venit coram eo q̄ ex puluere sumus nos. Nec desunt, qui pro figmēto ex Hebræo vertunt fomitem.

Iob. 10.

Ps. 50.

Ibidem.

¶ Versu 14. Homo sicut fœnum dies eius, tanquā flos agri sic efflorebit. Diuersimodè hic versus distinguit. Quod. n in medio ponit, dies, ad priora referri pōt, ad hunc modū: Hō sicut fœnū dies eius: ac deīde, tāquā flos agri sic efflorebit, quā distinctionē hēt elucidatio. Estq; hæc loquutio penitus similis illi, qua dr in Psalmo 10. Dominus in cœlo sedes eius: ubi sicut nomina tiuus, dñs, ponitur ab q; rectore, sic & in proposito nominatiuus homo rectore caret, propter superuenientem alium, nempe dies, qui se supponit verbo in oratione apposito, sicq; priori nominatiuo suo aduentu quasi surripit verbum regens. Scdm rectā aūt Grāmaticæ formā, aptius diceretur, Dies hoīs sunt sicut fœnum, vel hō hēt dies suos quasi fœnum, ad modū fœni. Alij tn̄ iungunt cū sequenti, ad hūc modum: Dies eius tanquam flos agri, sic efflorebit. Verū hæc distinctio nō est conueniens, qm̄ ex Græca lectione manifestè cognouimus nominatiuum dies esse numeri pluralis, nō singularis. Sic. n Græca habet lectio: ἄνθρωπος ὡσεὶ χόρτος αἱ ἡμέραι αὐτοῦ. ὡσεὶ ἄνθος τοῦ ἀγροῦ οὕτως ἐξανθήσει. ¶ Versu 15 Qm̄ spūs pertransibit in illo, & non subsistet. Quēadmodū ex Elucidatione liquet, indifferenter hoc pōt intelligi, uel de flore, vel de hoīe. Conuenientius tn̄ vr̄ de flore accipiendū, in quē flando pertransit vētus, flatuq; deijcitur, ut nō appareat locus eius. Nā sm hunc modū & apud Esaiā dr, Oīs caro fœnū, & oīs gloria eius quasi flos agri. Exaruit fœnum, & cecidit flos, quia spiritus dñi sufflauit in illud. i vētus vrēs (qui à dño egreditur atq; emittitur) in utrunq; .i. in fœnum atq; florem sufflat, ut illud arescat, hic decidat. Cui expositioni fauet quod habet Chaldaica Paraphrasis. Quia flatus siue uentus spirauit in eū, & non subsistit amplius. Nec male cōsonat q̄ vertit Hieronymus, Quoniam spiritus pertransibit eum, & non subsistet. Si verò de hoīe intelligatur, spiritus iste intelligi poterit aīa hominis, q̄ in corpore ꝑtrāsit nō habens hic manentē ciuitatē,

Ps. 10.

Esai. 40.

sed

Heb.13. sed futurã inquireus,& in corpore quasi A ultra illi quicquã cõmercii, cum iis quæ
peregre agens: donec in eo est fm hanc reliquit iu mundo,relinquet oĩa aliis, &
2.Cor.5 mortalitatis conditiouem Mox aũt ubi nihil ipse posthac coguoscet quid aga-
pertransierit anima, & abscesserit à cor- tur de habitarioui bus & oĩ gloria eius.
pore,nequit ultra hõ subsistere, qm̃ ani- ¶ Versu 19.regnum ipsius oĩbus domina
mã pdidit,totius uitæ, & oĩs uitalis ope- bitur, Põt,oĩbus,accipi substantiue, ut sit
rationis principium. Vel proprius ad flo sensus,regnum ipsius dominat,aut super
ris similitudinẽ, intelligi potest spiritus oĩa,uel oĩa subiecta sũt eius regno,ditio-
aut flatus indiguationis Dei. Nã exarde ni & imperio. Vel adiectiue, intelligẽdo
scens,furor Dei,non incouuenieut er p omnibus regnis,ut significetur ipsius re Psal 94.
spiritum flatum,aut uentum urentem si- guũ esse superius atq; excelsius oĩbus re
gnificatur. Atque ita aperta est hominis guis,qm̃ ipse est rex magnus super oẽs,
cum flore cõparatio. Sicut enim flos ubi deos, rex regum & dominus dominan
perflauerit,ipsum urens uentus,eousum B tiam. Eandem ambiguitatem habet vtra-
ptus deficit,ita homo cum In ipsum p- que originalis lectio,& Græca,& Hebræa Apo.19.
transit flatus iræ atq; uindictæ Dei, mor item & Chaldaica.¶ Versu ultimo, Bene
te absumptus, uon subsistit amplius. Hoc dicite dño omnia opera eius,in omni lo
uerò non de illorum tantum morte itel- co dominationis eius, benedic aĩa mea
ligendum uenit,qui subita aliqua & inso domino. Qđ hic in medio ponit, in om
lita punitione propter enormia facino- ni loco dominatiouis eius, ambiguæ est
ra auferentur de medio, sed generaliter constructionis. Vel enim cum præceden
de omnibus hominibus. Oẽs enim ex sẽ ti iungitur, hoc modo, Benedicite dño
tentia iræ Dei absumimur p legẽ mor- oĩa opera eius,iu omni loco dominatio
tis,pp inobedientiam primi parentis,se- nis eius,ut deinde diuisim p Psalmi con
mel in ira Dei aduersum omnes filios clusione cõstituatur illud a quo sumpsit
Adam prolatam,atque etiamnum super exordiũ,Benedic anima mea dño, Quã
Psal.89. genus nostrũ uniuersum permanentem C distinctionem nos in Elucidatione seq-
irreuocabilem,quemadmodũ Psal.89.ex mur. Vel cũ sequenti iungi potest,ad hũc
persona totius humani generis dr̃, Quia modum,In omni loco dominationis e-
defecimus iu ira tua,& in furore tuo cõ- ius benedic anima mea domino, vt mo-
turbati sumus. Et iterum, Quia oẽs dies neatur anima laudare dominum in om-
nr̃i defecerunt,& iu ira tua defecimus. In ni loco,quõ ipse in omui loco est do-
eo aũt qđ sequitur, Et nõ coguoscet am minus Decens enim est,ut in omni loco
plius locum suum,accipi potest pro sup- benedicat anima nostra Deo,qui domi-
posito in definitum aliquid,ad hũc mo natur in omni loco,quẽadmodũ iu om-
dũ, Et non cognoscet quis amplius locũ, ni tẽpore laudari idem ipse debet, quod
i.nemo amplius cognoscet locum eius, sit omnium temporum dominus. Vel lau
hoc est,non ultra cognoscetur locus e- dare monetur anima dominum in om-
ius,nou uidebitur ullum uitæ eius vesti ni loco dominationis eius, quoniam in
gium,non erit eius ulla memoria,tãquã D oĩbus creaturis,quæcunq;,ubicunq;,tan-
si nunquã fuisset,quemadmodũ in alio dem locorum reperiantur, siue iu cœlo
Psalmo dicitur, Transiui,& non erat pec sursum,siue in terra deorsum,siue in lati
cator,quæsiui eũ,& non est inuentus lo tudine & profunditate maris,debet cele
cus eius Vel intellige, Nõ coguoscet ho- brare dominum,solum in omnibus uerẽ
mo ipse amplius locum suum, non erit magnum & admirabilem.

## CIII. PSALMI ARGVMENTVM.

*PVlcherrima in sequenti Psalmo ponitur considderatio. Diuinæ prudẽtię & sapientię ex cõtẽplatione ordinationis & dispositionis mũdi simę,qua mirabiliter cũa à Deo sũt cõdita, atq; disposita ab initio,atq; etiãnũ similiter gubernant. Et primũ quidẽ Dei ĩ semetipso magni tudinẽ proponit,lucẽ eũ dicens habitare inaccessibilem deinde ad creaturam transit, ostendens*

*quomodo*

*quomodo cæli amplitudinem distenderis ad gloriam suam, quomodo nubibus & uentis utatur quasi pro uehiculo, quomodo nobilissimos spiritus habeat pro ministris, quomodo terram fundaueris immobilem, quam à principio aquis operuit quasi uestimento, post uerò aliqua ex parte nudam fecit, cuius etiam partes quasdā eleuationes in montes posuit, quasdam demissiores in ualles, sic tamen & montium altitudini, & maris amplitudini terminos ponens, ut terram in totum non obruant, quomodo in conuallibus ex radice mōtium fontes oriantur, è quibus decurrentia flumina potant bestias agrorum atque syluarum, supernè uolucribus cæli dulciter cantillantibus, quō desuper Deus pluuiam donat, qua ēt montes possint irrigari quomodo Deus terram satiat, & abundantissime replet uarijs terræ nascentibus, quæ omnia ipse nasci facit, uidelicet herbam producens pro cibo pecorum, panem, uinum & oleum pro necessitate & exhilaratione hominis ēt arbores syluarum atque camporum non negligens, quas pabulo conuenienti sustentat quō in arboribus ex Dei ordinatione aues sibi nidos struunt, quædam altius, quædam humilius item diuersa loca quærunt diuersa animalia, ut cerui altitudines montium, herinacij angustias & cauernas petrarum, quō lunam in sua mutabilitate posuit Deus in distinctionem temporum, sol quoque sui occasus habet tempus determinatum, unde nox super terrā uenit, in qua fere omnes quæ uenatione uiuunt, ad uenationem discurrunt, sicuti rugientes leones, quæ sole redeunte terris ad sua redeunt latibula, ut securè possit homo foris in agris ac syluis in operibus necessarijs diuersari. In mari quoq; uasto & continentiæ amplissimæ miranda omnis generis animalia considerant, quædam maiora, quædā minora, quædā maxima, in quo ēt dignum spectatur cernitur miraculum nauigationis humanæ. Oīa aūt hæc, siue quæ in aere siue quæ in terris, siue quæ in mari uiuunt, ab uno Deo omnium benignissimo prouisore necesse est ali & educari, q ubi cibum præbet manducant & uiuunt ista, ubi autem ille manum subtrahit, coguntur ista deficere: qui pro uiuentium sustentamento quotannis terram perfluat sua bonitate, & creantur terræ nascentia, innouaturque facies terræ. Post quorum omnium profundam considerationem, signo terroris Diuini in terræ tremore, & montiū fumatione interposito, Psalmista iactat, perpetuis laudibus se uelle tam magnificū semper dominū celebrare.*

## CIII. PSALMI ELVCIDATIO.

ENEDIC *anima mea domino, domine Deus meus magnificatus es uehemēter.* Lauda dominum ò anima mea, in tota uirtute qua potueris, utiq; enim tu domine omni es laude & benedictione dignus qui magnificaris & gloriose exaltaris mirum in modū, super magna & excelsa omnia qui ut es in temetipso per omnia gloriosus, ita te magnum ualde demonstras in potenti rerum omnium creatione, earundemque sapientissima simul & benignissima dispositione & gubernatione, & prouisione.

2 *Confessionem & decorem induisti:* Cōfessio & decor sunt indumētū tuum, laus, & pulchritudo sunt tibi quasi ꝓ uestimento, cōfessio & pulchritudo sunt in conspectu tuo, his ex omni parte circundaris quō circūamicitur homo uestimēto suo, quęcunque apud te sunt digna cōfessione, decora sunt, pulcra sunt, magnifica sunt, totus es laudabilis in pręcellentissimo decore tuo,

* *amictus lumine sicut uestimento.* amictus lumine quasi uestimento, lucem habitans innaccessibilē, in claritate in ęstimabili fulgēs in medio angelorum tuorum ita ut de tuæ lucis claritate, totā illam innumerabilium angelorum multitudinem illumines & lætifices. 1.Tim.6

3 *Extendens calum sicut pellem:* Qui totam cœlestem machinam ita extēdisti in amplissima latitudine absq; ulla ruga, in summa utiq; planitie & æqualitate, ad eum modum quo extendit homo, pellem, tanta facilitate tam minimo negotio, totam illā machinam cœlestiū orbium sic in sua amplitudine distēdēs, extendis quoq; eam uelut cortinam aut operculum quoddam super uniuersum orbem, quomodo artifex domum tecto cooperit.

* *qui tegis aquis superiora eius.* & ī superioribus partibus cęlestis machinę aquas cōstituis, supra firmamentū posuisti cœlum aqueū siue christallinū, ꝙ est quodāmodo aquæ naturę. Cęlū n. firmamenti aqueo cœlo aperitur ac tegit, ut

sphæar

sphæra inferior superiori.& has aquas su-
pernas, firmamentum ab aquis quæ
infernè sunt diuidit.

4 *Qui ponis nubem ascensum tuum.*

Gene. 1. Qui nubibus veteris pro vehiculo, cõscē-
dis super nubes quasi sup equos aut cur-
rus, videris nubibus vti pro curru siue ꝓ
equis, dum appares in frangorē nubium,
adueniens cõtra inimicos tuos, quemad-
modum aduenire solent reges huius mū-
di in equis & curribus.

* *qui ambulas super pennas ventorum:*

tanta aūt velocitate tu aduenis, vt videa-
ris nō equis vehi aut curribus, sed magis
pennis siue alis ventorum aduolare: tāta
pernicitate, tanta celeritate aduenis vbi
volueris, vt vento puteris vehi magis, quā
curru vel equis, & soles plerunq; in ma-
gna tempestate venti apparere, vt ob hoc
quasi adue&#1;ctus vento puteris.

5 *Qui facis angelos tuos spiritus:*

Qui spiritus facis angelos tuos, nuncios
tuos facis esse nobilissimos illos spiritus
nō corporeos habes aut tardos nūcios,
cuiusmodi sunt hoīes: sed nobilissimas il-
las creaturas spūalis naturæ, nobilitate
hoīes multo sublimiores, facis esse ange-
los & nuncios tuos, q sunt potētes virtu-
te ad celerrimè perficiendū verbū tuum,
ad perficiendum quæcunq; tu iusseris.

* *& ministros tuos ignem vrentem.*

& nobilissimos ēt cœlestis spūs eos, qui
sunt quasi flāma & globus ignis, semper
ardentes perfecto charitatis amore, tu fa-
cis esse tuos ministros: q tāquā ministri
Danie. 7 corā dño assistunt tibi omni tpe, cū omni
laude & reuerentia, Milia milium facis ti-
bi ministrare, & decies centena milia tibi
assistere, in quorum omnium medio tu
gloriosissimus resides, quasi rex & trium-
phator gloriosus in maiestate tua.

6 *Qui fundasti terram super stabilitatem suam, non inclinabitur in sæculum sæculi.*

Qui fundasti atq; firmasti, id est, firmiter
& immobiliter collocasti globū terræ in
sua ppetua stabilitate, sic vt nō possit im-
perpetuū mutare, moueri vel inclinari, vt
se vertat de parte vna in alterā, neq; de
loco possit in locum moueri, qūo cætera
oīa elementa, aqua, aer, & ignis mouent
continuò, qui sic admirabili potentia &
sapientia in medio totius mundialis ma-

A chinæ constituisti super aquas tm̄ pon-
dus terræ, quasi cētrū immobile, ita vt ia-
cens sup aquas elementum maximè flui-
dū & instabile, nunquā tñ subsidat, neque
immergatur in aquas, neq; se vertat ali-
quando de parte vna in alterā, qūo aqua
hac illacq; fluit & refluit, idq; sic prouī-
dissime disposuisti, vt esset terra apta habi-
tationi hominum, cæterorumque aīaliū.

7 *Abyssus sicut vestimentum amictus eius*

Elementum aquæ maximæ quantitatis &
profunditatis, ad modum abyssi; est ami-
ctus terræ, sicut vestimentum terra co-
B operitur abysso aquarū, sicut homo ope-
ritur vestimento: à principio quidem crea-
tionis, omnino per circuitum aquis cir-
cuncincta, postmodum verò iussione Dei
in partibus aliquot discooperta, qūo etiā
vestimentum non totum operit corpus,
sed partes aliquot relinquit nudas,

* *super montes stabunt aquæ.*

& est quidem aquarum, quæ sunt in abys-
so elementa, tanta copia, tanta abundan-
tia, vt nisi diuina cohiberentur volunta-
te, facile oīum mōtū superarent cacumi-
na, facileq; altissima terræ occuparēt, quo
C modo olim in diluuio illo celeberrimo
tempore Noe, super omnium montium
altitudinem aquæ fuerunt voluntate Dei Gene. 7.
eleuatæ neq; etiam nunc vniuersa mon-
tium altitudo posset impedire, quin ter-
ra tota aquis esset ex omni parte operta
nisi esset voluntas tua, quæ illas intra
suos limites concluderet.

8 *Ab increpatione tua fugient:*

Verum ab increpatione tua fugiūt aquæ,
te seriò iubente & percipiente aquis, vt
congregarentur in locum vnum, appare- Gene. 1.
retq; arida, statim dicto audiens creatura
D creatori obediuit, & congregatæ sunt ver-
bo Dei aquæ, quæ sub cœlo erant, in locū
vnum quæ aquarum congregationes ap-
pellatæ sunt maria, quo in statu etiā nunc
aquæ permanent:

* *à voce tonitrui sui formidabunt.*

à voce seueræ & potentis iussionis tuæ,
quæ est quasi vox tonitrui, vox fortis, ꝑce
prū validū (quod non pōt nō audiri, ēt ab
omni creatura, quemadmodum non pōt
tonitruū ab hoīe non audiri) aquæ quasi
fortitudinē & timorē ostenderunt, dū sta-
tim ad vocis illius prolationē naturalem
situm

situm relinquentes, in vnum locum segre E
gatę terram apparere fecerunt.

9 *Ascendunt montes & descendunt campi:* Spectabili quoq; miraculo hoc ordinasti, vt terræ quædam partes eleuarentur in altũ, fm humanum iudicium vsq; ad nubes & sydera: aliæ verò partes locum acciperent demissiorem, vt quædam partes eminerent, quædam essent dimissiores, videlicet vt sic conuenientius produ cerentur oĩa quæcunq; ad hominum vitam sunt opportuna vel necessaria, dum quædã fœlicius in mõtibus, alia commo
dius nascuntur in vallibus: illis solare lu F
mẽ directius requirentibus his reflexo lumine & moderatori melius habẽtibus.

** in locum quem fundasti eis.*
factæ sunt aũt montiũ istę eleuationes, & camporũ planities ex imperio voluntatis tuæ, iuxta ordinationẽ sapientiæ tuæ, secundum loca, quę definiuisti eis.

10 *Terminũ posuisti quem nõ transgrediat:* Posuisti terminum vtriusq;, & abysso videlicet aquarum & altitudini montium, quem non possint transgredi certis illa limitibus conclusisti, per hoc quod ea co
hibes & contines: G

** neque conuertentur operire terram.*
vt non possint reuerti & immittere se super terrã, sicq; eam cum inhabitantibus oĩbus opprimere. Nisi n. tua diuina potentia & sapiẽtia maria & montes contineres, impossibile esset ab impetu fluctuum intumescentis maris, & ab altitudine montiũ vsq; ad sydera tendentium, non opprimi & operiri vniuersam terram.

11 *Qui emittis fontes in conuallibus:* Tu es qui in locis humilioribus ad mõtiũ radices mirabiliter facis scaturire fon
tes, qui suas venas habent ex montibus, H
meatusq; mirabiles in locis subterraneis per quos perpetuò defluentes & concur rentes aquę guttulę in vnum confluunt & fluxum indeficientem efficiunt, vt nõ cessent neq; ęstate neq; hyeme.

** inter medium montiũ pertrãsibunt aquæ.* atque ex his fontibus congregatæ aquę fluunt inter montes, è quibus ortum trahunt, exoriunturq; flumina maiora siue minora, iuxta proportionẽ suæ originis, ad commoditatem hominum in ciuitatibus secundum ciuilem congregationẽ viuentium.

12 *Potabunt omnes bestiæ agri:* Ex his aquis refocillantur, potumque accipiunt omnes bestię agri & fere deserti, ad has aquas naturę ductu conueniunt sitientes bestię causa sumendi potus.

** expectabunt onagri in siti sua.*
syluestres asini in siti sua anhelabunt & festinabunt ad eiusmodi aquas, vt extinguant sitim qua cruciantur plurimum, cũ magna expectatione & anhelatione properabunt sitiẽtes onagri, vt sitim sedent, seq; refrigerent.

13 *Super ea volucres cœli habitabunt:* Super ista aũt, nempe super fontes & fluuios istos, in arboribus iuxta positis, nidificant volucres cœli, habitationes suas illic constituunt iuxta aquarum fluenta, & in altitudine montium, atq; etiam super bestias agri & onagros & alia iumenta, quę inferne locum habent in terra, cũ aues superne in arboribus & rupibus considerant.

** de medio petrarum dabunt voces.*
de medio rupium atq; frondium in quibus vel habitant vel resident, dulciter cantillant, voces edunt suauis melodię iuxta conditionẽ suę naturę, vnaquęque suam cantilenam fortiter canens, ad magnificã sui creatoris laudem vt inferne dulci susurro currentibus vndis limpidissimis, superne verò concentu suaui varijs generis auiculis resonantibus, iucũdissimũ ꝑtranseuntibus exhibeat̃ naturę spectaculum, quod in amorem tam sapientissimi gubernatoris meritò quemlibet debeat animaduertentem commonere.

14 *Rigans montes de superioribus suis:* Qui sicut valles humectas fontibus, ex mõtibus originẽ trahentibus, ita montes (vbi desunt fontes) rigas de superioribus tuis, id est, de locis nubiũ quę sunt mõtibus superiores, aquis videlicet pluuialibus, quę descẽdunt de nubibus vt primũ montes irrigent, ac deinde in valles defluẽtes eas adimpleãt copiosius, augmententq; ex montibus effluentia flumina.

** de fructu operum tuorũ satiabitur terra.* vniuersa quoq; terra satiatur, & abunde implet̃ atq; adornatur de fructu operũ tuorũ, de fructibus oĩs generis quos tu facis de terra exurgere atque enasci.

Pro-

15 *Producens fœnum iumentis, & herbam seruituti hominum.*
Qui producis iumentis fœnum, q facis terrã producere & gramina uirentia, ad esũ iumentorum, & herbam uirentem serui tuti hominum, i. iumentis quę sunt subie cta seruituti hominum, ut iumenta quę ad inseruiendum à Deo subiecta sunt homini, inde pascantur, uiuant atque corro borentur, ut sufficiant homini suum exhibere ministerium.

16. *Vt educas panem de terra:*
Ita (in quã) satiabitur terra de fructu operũ tuorũ, ut quõo iumẽtis è terra prębes B herbam graminis, sic hominibus de terra facias nasci frumentum & triticum, ex q bus panis conficitur & coquitur, optimũ hominis sustentamentum,

* *& uinum lætificet cor homini.*
& uinum facias de terra nasci in uitibus cuius sobrio ac moderato usu exhilarentur corda hominũ, & perfundatur hone sta lętitia, aduersus deprimentẽ tristitiã, aut socordiã grauantem, augentemve timorem, dum eius singulari uirtute reparantur uitales spiritus, membrisq; innouatur uigor, & occulta quadã efficacia C omnia in homine reddantur uiuaciora.

17 *Exhilaret faciem in oleo:*
Super hæc quę ad uictum & potũ faciũt, etiam oleum præbes, quo exhilaret homo faciẽ suã, oleũ præbes unde unguento cõficiatur, qbus inuncti homines sm mediocrem vsum, ad membrorũ lassorũ defatigationem, & contra sudorum aliarumque exaltationum fœtorem, exhilarantur uultu, & recreantur corpore toto, ut non solum de iis quæ ad uitæ sustẽtationẽ, uerumetiam de iis q ad castam faciunt uoluptatẽ, honestamque delectatio D nem, abunde sit prouisum homini,

* *& panis cor hominis confirmet.*
omniũ tamen hoc est potissimũ, & maxime spectãdum beneficium, q frumentũ ac triticum de terra nasci facis, vñ panis cõficitur, quo sustentatur uita hominis, quo uigor corporis totius conseruat, ut nõ depereat, quo cor cõfirmat & alitur, vt sufficiat ad uiuificationẽ corporis, quẽ admodum illius defectu penitus collabitur uigor cordis, neq; ultra uitam sufficit in membra cætera influere.

A 18 *Saturabuntur ligna campi*
Neq; uerò solum ad bruta usq; enutriẽda, neq; ad solos enutriẽdos homines se extendit tua prouidentia, sed etiã vsq; ad uegetabiles plantas tuo pabulo enutriẽdas. Nã & arbores q in cãpis & syluis de sertæ crescunt, à te abunde enutriunt e copioso è terra pluuia pbito pabulo, quas arbores manifestũ est sic à te nutriri, cũ nemo illuc cõspiciat hoĩum ad eas enutriẽdas accedere, aut uel manũ apponere.

* *& Cedri Libani quas plantauit,*
atq; illæ ẽt altissimę cedri, cuiusmodi sũt quæ crescũt in Libano, nisi à te saturant, & abundè pascunt, ut possint in tã altam excrescere staturã, quas sicut tu solus abs que hoĩs manu plãtasti, absq; auxilio humano illic faciens per uirtutem gñratiuã pullulare nouas è veterib⁹, ita & solus eas nũtris ac pascis tua latissima ꝓuidentia,

* *illic passeres nidificabunt.*
atq; illic in lignis cãporum atque cedris aues nidos suos construunt, aliæ quidẽ in altioribus arboribus, aliæ in humilioribus, iuxta quod unicuique natura indidit, & naturæ author instituit.

19 *Erodij domus dux est eorum,*
Præ cęteris autem, nidus erodii dux est, ac uelut princeps aliarum auium, eo q amplior & altior sit nidus ei⁹, nidis aũiũ cæterarum, quoniam prę cęteris altius ędificat erodius siue ardea, in magna altitudine simul & in magna amplitudine, supra multas auium species, ponit nidũ suum, ut merito nidus eius dicatur præcellere uel anteire cęteras aues, nimirũ amplior & excelsior.

* *montes excelsi ceruis, petra refugium herinacijs:*
ordinata quoq; sunt à Deo diuersis aĩalium speciebus diuersa confugia, in qbus saluẽtur à periculis, dum alia tua celeritate alta petendo se saluant à persequentibus, quemadmodum cerui cum persequutione sentiunt, celeri cursu ad montes cõ fugiunt, alia intra loca arcta & inaccessibilia suam tuant salutẽ, uitamq; custodiũt, quemadmodum herinacii siue hericii in angustis petrarũ latibulis se occultant, quoties periculum metuunt, q fuga celeri sibi non possit consulere.

20 *Fecit lunam in tempora,*
Lunam

Lunã insuper fecit Deus & posuit in cœlo, ut sua mutabilitate & uarietate tẽpora distingueret per menses, nouilunia atq; plenilunia, ac festiuitatũ celebrandarum tẽpora, ex eius uicissitudine aduerteret.

*sol cognouit occasum suum.*

Sol uerò adeo determinate, adeò definite suũ semper cursum retinet, mane oriens & ad uesperũ occidens, vt quasi per intellectum cognoscere uideatur tempus occasus sui, nunc citius, nunc serius oriens & occidens mundo, iuxta certissimam definitionem & legem siue præstitutã, quã nunquam transgreditur.

21 *Posuisti tenebras & facta est nox:*

Occidente autem sole, tu fatis esse tenebras, quę sunt luminis super terram priuatio, ablato à terris sole, qui est luminis author, idẽ nox uenit terris (quando omnia in tenebris & in silentio degunt) ad quietem à te ordinata, ut per diem fatigata corpora per noctis tẽpus requiem accipiant, & ad opera sublequuturę diei reddantur alacriora:

*in ipsa pertransibunt omnes bestiæ syluæ.*

in ipsa nocte pertransibunt oẽs bestię syluæ, ferę bestiæ tum perambulant syluas & agros, ad quærendum sibi uictũ. Est.n. tempus noctis ad rapinam commodius, dum à longe nequeat raptor uideri.

22 *Catuli leonum rugientes, ut rapiant:*

Ac tunc quidem leones ut nocti cõmodissimum tempus ad uenationem, procedunt ut prædam agant de animalibus rugitum emittentes, quo perterrefaciãt in uicino existentia animalcula, quo sic facilius ea rapiant timore obstupefacta, ne possint effugere:

*& quærant à Deo escam sibi.*

ut sic quærant sibi escam à Deo, ut sit iuxta Dei ordinationem de esca commoda suæ naturæ sibi prouideant per uenationẽ. Quũ n. Deus iumentis naturã dedit, ut pasci debeãt herbis, sic leonibus naturam dedit ut enutriantur non graminibus aut pane, sed animalium cæterorum carnib*, Propter qd, ut illa priora, herbã à Deo requirunt in cibum, sic ista per uenatione carnes aliorum animalium.

23 *Ortus est sol, & congregati sunt, & in cubilis suis collabuntur.*

Sole uerò oriente, cum iam terris cœperit dies restitui, rapacia illa animalia, quę per noctem prædas agebant, congregantur in antra sua & recipiunt in sua latibula, ut accubent atq; quiescant, uenatione & cursu nocturno fatigata, prædãque condant & diuidant.

24 *Exibit homo ad opus suum & ad operationem suam usque ad uesperam.*

Et proinde id quidẽ Deus ita disposuit, ut animalia huiusmodi rapacia, ex uenatione uiuẽtia, per noctem discurrent grã quæritandi pabuli, ut possit absq; timore homo per diem in agro operari, iuxta institutionem Dei, pro uitæ necessariis, ut possit homo securè exire in agrũ aut syluam causa operis necessarii, & ad exercẽdam operationem suã, uidelicet ad agrũ arandum seminandum, metendum, ad cędenda ligna in syluis, aut alia huiusmodi, idq; à mane ad vesperã. Sic.n. uoluit Deus hominem in sudore uultus pane suo uesci, in operando terram. Qua in re impediretur plurimum, si per diẽ ferę huiusmodi discursarent ad uenationem.

25 *Quàm magnificata sunt opera tua dñe:*

O magne Deus, q̃ magna sunt, q̃ eximia oĩa opera tua, ò vtinam pro dignitate ea contemplari aut enarrare sufficerem:

*omnia in sapientia fecisti:*

omnia fecisti in maxima sapiẽtia in omnibus, etiam in iis quæ uulgo non animaduertunt homines, & quæ quasi quotidiana non attendunt neque considerãt, relucet illa tua incomprehẽsibilis sapiẽtia qua cuncta ab initio condidisti & instituisti atque etiamnum in eadem institutione custodis atq; gubernas,

*impleta est terra possessione tua.*

uniuersus orbis terrarum impletus est diuitiis tuis, ubique locorum inueniuntur creaturæ quas tu creasti & possides, quicquid ubiq; locorum est, tuum est, quoniã tu creasti & possides omnia.

26 *Hoc mare magnũ & spatiosũ manibus:*

Neq; uerò terra sola plena est bonis tuis uerumẽ mare istud maximum & latissimum manibus, id est, spacio continẽtia atque comprehensione amplissimum:

*illic reptilia quorum non est numerus.*

in illo enim sũt natatilia absq; numero innumeræ in eo inueniuntur animaliũ species, absq; cõparatione multo plures & ma-

& magis admirabiles, quàm super terrã. A

27 *Animalia pusilla cum magnis:*

Illic sunt animalia quædam maiora, quædam minora, quædam admodum modicæ quantitatis, quædam mediocris, quædam permaximæ, quantæ non inuenitur vllum animal in terra:

* *illic naues pertransibunt.*

Illic nouũ vt̃ miraculũ de trãsferatione ꝑ nauium vsum, qđ sanè admodum mirabile est, hoĩes per fragilis ligni opus talẽ abyssum audere ingredi, & posse per eius medium, tantis vndarum tumultibus nihil obstantibus, cum salute transuehi. B

28 *Draco iste quẽ formasti ad illudendũ ei:*

Illic ẽt dracones illi insignes sunt & cete grandia, supra q̃ credi possit molis immensæ, quos formasti ad ludendũ in eo, vt in illo amplissimo mari sese natando voluant atq; reuoluant, velut ludẽdo, qũo videntur in minoribus fluminibus parui pisciculi iucundo motu atque discursu ludere:

* *omnia à te expectant, vt des illis escam in tempore.*

vt ẽt in eo ludant & iucundentur, faciendo qcquid eis libitum fuerit, cum sint to C tius maris & oĩum aliorum piscium dñi, & pp nimiã fortitudinem nulla alia piscium species illis possit resistere, quin de eis agant vt voluerint, planè in mari regnãtes, & quæcunq; voluerint agẽtes, ob præcellentem suam fortitudinem: Sic omnia, tã quæ in aere volitant, quàm ea quę super terrã gradiuntur, quàm ẽt quæ in aquis natant, à te expectant vt des illis cibum, iuxta naturæ suæ conuenientiam, in opportuno tpe, cũ esurierint, oĩa à te quæ runt cibum, omnia ex tua prouidentia pendẽt & nutriuntur, tu es qui omnibus D cibum debes præbere, & nemo alius.

29 *Dante te illis, colligent:*

Cum tu illis dederis cibum, ipsa colligẽt, accipientq; vt manducent: te producente de terra herbam, carpunt eã iumenta atq; manducant, te offerente prædam, leones rapiunt eam & comedunt, te educente de terra frumentum, triticum, & vinum accipiunt ea homines, & cibũ potumq; hinc sibi colligunt, neq; potest vllum aialium sibijpsi de terra cibum educere, sed tantũ à te eductum colligere:

* *aperiente te manum tuam, omnia implebũtur bonitate.*

cum tu aperueris manum tuam, cum liberalem manum tuam volueris extendere atq; aperire, ad dandum liberaliter, tũ vñr omnia bonitate adimpleri, tum quæ bona sunt & commoda siue salutaria accipiunt, nulliusq; necessariæ rei patiuntur defectum.

30 *Auertente aũt te faciem, turbabuntur:*

At verò ubi tu auerteris faciem tuam, vbi tu manum subtraxeris, vbi tu desieris illis dare, turbabuntur miserè, non habentes quò cõfugiant pabuli cõquirẽdi gratia, cum non nisi à te possint illud expectare, & necesse erit deficiente pabulo ea infirmari atque deficere:

* *auferes spiritum eorum & deficient, & in puluerem suum reuertentur.*

& præ defectu cibi viribus omnibus destituta cogentur exhalare animam, nõ poterit anima diutius seruari in corpore, quod continua per cibum eget reparatione, sicq; in terram cogẽtur redire, de qua formata fuerant, cum possibile non sit vllum animalium absq; conuenientis cibi sumptione vitam hanc viuere. Ita tibi ꝑ nihilo fuerit, vniuersum genus super terram viuentium, sola cibi subtractione interimere.

31 *Emitte spiritum tuum & creabuntur:*

Cum verò tibi placuerit super terram emittere spiritum bonæ iussionis tuæ, cũ bona voluntate tua terram fœcundare & vegetare volueris, tum creabuntur in ea quæcunque erunt necessaria vel commoda:

* *& renouabis faciem terræ.*

& innouabitur nouitate terræ nascentiũ tota superficies terræ, quemadmodum ꝑ tempus veris conspicimus, ex virtute operationis Diuinæ omnia reuirere, & terram quasi nouam faciem iuuentutis induere.

32 *Sit gloria Domini in seculum:*

Sit stabilis, ac firma pſistat in æternũ inæstimabilis ista gloria Domini, quæ relucet in omnibus operibus eius, benedicta sit gloria eius in æternum & vltra.

* *lætabitur dominus in operibus suis.*

lætabitur dñs ipse in omnibus operibus Gen. 1. suis, complacet sibi in ijs quæ fecit bona, bon

bona valde. Videt omnia quæ fecit, quõ E
bona sunt valde, & oblectatur in operi-
bus manuum suarum, quemadmodum &
omnis qui ex Deo est, in factura Dei de-
bet oblectari.

33 *Qui respicit terrã, & facit eã tremere:*
Psal.46. & 95. Qui tã est terribilis ac metuendus tãque
summe potens & prævalidus, vt solo suo
aspectu toti terræ possit tremorem incute
re, qui si toruo tm̃ vultu in indignatione
terram aspiciat, commouebitur & contre
miscet ab iracundo aspectu eius, quõ pa-
terfamilias aliquis magnæ authoritatis
in domo sua, aut rex terribilis in regno F
suo, solo aspectu toruo vultuq; iracundo
totam perterre facit familiam, facitq; pa-
uere omnes & contremiscere:

*qui tangit montes, & fugiant,*
qui in ostensionem terroris sui cõtingẽs
montes præsentia sua, incendit eos, facit-
que ardere & flammas vomere, fumũque
grandem in fornacis modum exhalare
terribili specie, vt suæ potentiæ mortali-
bus ostentet terrorem:

34 *Cantabo domino in vita mea, psallam Deo meo quam diu sum.*
Pro omnibus his tam admirabilibus, p G
omni potentia, sapientia, & bonitate, quę
in cunctis eius operibus conspicio, tenta
re volo laudem domino Deo meo, donec
viuam, canam illi psalmos & laudum cã-
tica, donec ero, & hic super terram in
sæculo isto præsenti, pro mea virili, &
in sæculo venturo gutture pleno exulta-
tionibus Dei, & laude indeficienti, in om
nia sæcula.

35 *Iocundum sit ei eloquium meum:*
Ps. 148. Opto & oro, dñe, vt sit tibi eloquium lau-
dationis meæ iucundum, quæ o vt acce-
pta fiat coram te laudatio mea, cãtica lau H
dis quæ ego tibi cano, desidero placita fie
ri ante conspectum tuum.

*ego verò delectabor in domino.*
ego, certe in te oblectabor perpetuò, mihi
absit gloriari, gaudere, iucũdari, nisi in te,
in quo tam copiosissimam inuenio oble
ctationis gaudijque purissimi & solidissi
mi materiam.

36 *Deficiant peccatores à terra, & iniqui ita vt non sint.*
Ps.72. Peccatores è terra deficient, ita vt nõ sint
qui elongent se a te, teq; relicto ad hæ-
rent & inhærent vanitatibus, peribunt, de
terra auferentur, & in ignem coniicietur Mat. 25.
æternum, qui te abijciunt, erunt ignobiles
& miseri, eruntq; quasi non sint, mittendi 1.Reg.2.
scilicet in perditionem mortis æternæ:

*benedic anima mea domino.*
tu verò ô anima mea cui incerta & occul
ta sapientiæ Dei sunt reuelata, nequaquã
horum efficiaris similis, sed in tota virtu-
te tua, semper laudem da illi in cunctis
operibus suis, per oẽs creaturas tu discur-
sa sollicitè, cunctaq; regerens in gloriã
factoris, ita te ipsum in eius nunc laude
confirma, vt in venturo sęculo (quando
impij in perditione vlulabunt) tu cũ bea-
tis in voce exultationis & confessionis vi
uas, & iucunderis coram eo in sæcula sæ
culorum. Amen.

ANNOTA. IN PSAL. CIII.

VErsu 3. Extendens cœlum sicut pel-
lem. Quæcunque in hoc Psalmo di
cuntur, nos in Elucidatione nõn nisi ad
literam sm̃ naturalem considerationem
explicauimus. Patrum tamen diligentia,
hæc omnia naturalia secundũ mysticos
sensus pie fideliterq; interpretatur, quo-
rum interpretationem quanquam nõ po
nimus, nequaquam tamen damnamus.
Nimiam prolixitatem pertimescimus, ma
ximè quod mystica eiusmodi, si cũ breui-
tate perstringantur, nullam vel perpaucã
habeant gratiam. Quare potius nobis vi-
sum fuit in totum ea omittere, & ad alio-
rum Cõmentarios remittere eos qui talia
requisierint, quàm vel obiter transcurren
do negotio non satisfacere, vel commen
tationes longas super singulis texendo,
nimia prolixitate lectori fastidium inge-
rere. ¶ Versu 4. Qui ponis nubem ascen-
sum tuum, qui ambulas super pennas vẽ-
torum, Ascensum intellige vehiculum si-
ue currũ, quomodo habetur in Hebræo.
Vtitur enim Deus quasi pro curru nubi-
bus, quando aduenit ad pugnandum con
tra impios, siue ad se manifestandum po-
pulo suo, quemadmodum in nube appa-
ruit coram filijs Israel, quando interfecit
Aegyptios, ex qua nube eiaculabãtur qua Exod.14
si ex arce quadam fulmina, & toni- Exod.19
trua, Iterum; in nube ignis apparuit in
monte

Exod.33 Sinai. Sic & alibi nubes apparuit super ta A
bernaculũ, & caligo impleuit templũ dñi,
3.Reg.8. Salomone orãte in eo, Sic & in alio Psal
mo dr, Posuit tenebras laribulum suum,
Ps.17. in circuitu eius tabernaculum eius, tene-
brosa aqua in nubibus aeris. Alij tñ istum
ascensum super nubem ad literã intelli-
gunt, de nube in qua ad cœlum Christus
assumptus est. ¶ Ver. 5. Qui facit angelos
tuos spiritus, & ministros tuos ignẽ vrẽ-
tem. Istud nos ordine conuerso explana-
uimus, ad hunc sensum, Qui facis spũs an
gelos tuos, & ignẽ vrentẽ ministros tuos
ad quem modum ẽt in Elucidatione Apo B
stolicarũ Epistolarum, hoc ipsum sumus
interpretati, in capite primo Epistolę ad
Hebræos, vbi locum præsentem citat Pau
lus, ad mõstrãdum Christi super angelos
præcellentiam. Atq; ita loquutio similis
erit illi, qua antè dictum est, Virga dire-
ctionis, virga regni tui: hoc est, virga re-
gni tui, est virga directionis. Et in alio
Ps.44. Psalmo, Cinerẽ tanquã panẽ mãducabã,
loco huius, Mãducabã panẽ tanquã ciue-
Ps. 101. rem. Põt tamen intelligi fm proprium or
dinem & situm partium, hoc modo, Qui
facis vt tui angeli sint spũs, qui hoc fecisti C
atq; curasti, vt pro angelis tuis haberes
non carnẽ & sanguinem sed spũales crea-
turas, & vt ministros tuos habeas flãmã
vrentem, i. non frigidos, non tepidos in
seruitute, sed perpetui amoris viuacissimo
igne flagrantes: vel ignem vrentem, i. for-
tissimos & validissimos ad perficiendum
vitionẽ Dei, vt nemo possit resistere: quẽ-
4.Re.19 admodum est ignis maximè in agẽdo vio
lentus. Sic. n. ignis vrens fuit ille angelus
qui in castris Sennacherib interfecit no-
cte vna centum octogintaquinque milia
hoium, corpora oĩa in ciuerẽ redigens. D
Quidam verò, spiritus hic intelligunt vẽ
tos & turbines, quibus Deus quasi nũcijs
vti vr, quum ante se eiusmodi præmittit
ad prænunciandum aduentum suum: &
flammam ignis siue ignem vrentem, in-
telligunt ignem materialem, punientem
Gen.19. malos, cuius subinde Deus legitur vsus
ministerio, velut cum de cœlo ignem &
4.Reg.1. sulphur pluit, ad deletionem Sodomæ, &
Gomorrhæ, itẽ super quinquagenarios
venientes ad adducẽdum Heliã. Sed Pau
li authoritas in capite 1. Epistolæ ad He-

bræos, manifestissimè ostendit, de angeli-
cis spiritibus istud intelligendũ, cum ex Heb.1.
hoc loco ostendere conetur, quanto sit
differentius nomen qđ hæredi tauit Chri
stus, præ noĩe angelicorũ spũum. Quòd si
locus iste de flatibus ventorum intellige
ret, & de igne consumente, quorsum illi
proposito conduceret? ¶ Versu 7. Sup mõ
tes stabunt aquæ. Alii hoc intelligunt de
aquis pluuialibus, quæ cum pendeant in
nubibus, super mõtes quodãmodo consi
stunt. Sed mihi vr, qđ sequitur de fuga ad
increpationem domini, nõ satis cõueni-
re cum illa expositione, Nos ad magnitu
dinẽ elementi aquæ istud retulimus, qđ
tñ est, vt possit vniuersos ẽt montes ope-
rire, nisi Diuina iussione & increpatione
fugientes aquæ cõpulsæ fuissent terram
aliqua ex parte nudã relinquere, pro ter
ræ fructificatione & animantium inhabi
tatione. Rectè aũt increpatio dr fuisse prę
ceptum illud, quo coactæ sunt relinquere
situm naturalem, fm quem totã ambibãt
terrã, & in vnum locum se cõgregare, vbi
& continentur sola iussione Dei, ne se pe
nitus super terrã effundant, eamq; oppri
mant, Videtur. n. aquarum increpatio es-
se, quando cum imperio sic iubentur quæ
obtinẽt relinquere, & ab oppressione ter-
ræ recedere. De hac autem terræ discoop-
tione, quõ facta sit voce Dei, & quõ vsq;
nunc conseruetur, à proposito plenissime
tractauimus in libris de consideratione
rerum naturalium, libro septimo, qui in-
scribitur de cœlo & mundo, capite tertio.
Propter quod, pluribus de eadem re hoc
in loco agere non curamus. Similiter &
de montium altitudine, valliumq; humi-
litate in terra, ad quam vtilitatem à Deo
facta sit, eodem in libro ex intentione tra
ctauimus, capite 6. ¶ Versu 12. Expecta-
bũt onagri in siti sua. Quidam fm faciẽ
istud accipientes, huius dicti causã putãt
onagros esse sitis admodum patientes, at-
que ob hoc non statim vbi sitiunt pgere
ad potũ, quõ cętera aĩalia, & hoc esse qđ
hic dr Expectabũt onagros in siti sua. Alii
dicunt, onagros vehementer esse sitibun-
dos, sed tamen non libenter in aquam,
uel pedes, vel os intingere. Quæ si ita se
habent, facile in lectione Latina intelli-
gitur singularis natura onagrorum, qui

sitientes nō statim festinent ad potū, cū alia aīalia contrarium faciant, statim ad potum recurrentes, vbi sitierint. Hmōi tñ incerta non est necesse cōmentari, pro expositione loci præsentis, maximè si originalem consulamus Hebræam lectionē ex qua Hieronymus sic vertit, Refici et onager sitim suam, & Felix, Extinguūt vel frāgent onagri sitim suā. Quibus aptā lo nostræ lectionis intelligentiam, dicimus onagros expectare ī siti sua.i.cū sitierint, festinare vel vehemēter anhelare, & expectatione cruciari, donec illuc perueniāt, vt sitim sedent. ¶ Ver. 14. Rigans montes de superioribus suis. De superioribus suis intellige, non de superioribus montiū, sed de superioribus ipsius rigantis Dei: hoc est, de excelsis, vel de sublimib' Dei, i. de nubibus. Vnde Felix vertit, Irrigās mōtes de excelsis, vel de nubibus suis, vel de æthere suo. Hieronymus per secundā personam, Qui irrigas montes de cœnaculis tuis, & Paraphrasis Chaldaica, Qui irrigas montes de domo thesauri excelsi eius. ¶ Versu 28. Hoc mare magnū & spaciosum manibus. Manus positæ sunt pro continentia & amplitudine, qua mare veluti amplexatur & continet quæcunq; in ipso sunt. Vnde Chaldaica translatio habet, spaciosum terminis. Intra nanq; terminorum suorum amplitudinem, omnia illa continet. Alij vertunt, latum spacijs. ¶ Versu 28. Draco iste quem formasti ad illudendum ei. Deberet sm̄ snīam pars ista coniungi cum præcedētibus, hoc modo, Illic reptilia, quorum non est numer⁹. Animalia, pusilla cum magnis, Draco iste quem formasti ad illudendum ei: ac deinde separatim est legēdum, Oīa à te expectant, vt des illis escam in tpe, &c. Dracones aūt isti vr̄ esse cete grandia, de quibus fit sermo in c.1. Genesis. Nam singulare positum vr̄ pro plurali. Circa illud aūt qđ dr̄, Quē formasti ad illudendum ei, nota, dictum esse illudendum ei, pro ludere in eo; quō dicimus insidere equo; p sedere in equo instare operi, p stare siue persistere cum diligētia in opere: relatiuū aūt ei non refert draconem, sed mare. Est enim sensus Vt illuderet mari, siue vt luderet in mari. Quam sententiam nos in Elucidatione prolixius explicauimus. Atque huic expositioni manifestè consonat quod vertit Felix, Leuiatham quē formasti, vt rideat ī ipso, videlicet mari, i. vt gaudeat in mari, qm̄ (vt aiunt) dominus est aliorum piscium. Et in eandem sententiā alius quidā sic vertit. Et certe illa quæ finxisti, vt ibi luderent. Hieronymus verò sic vertit, Leuiathā istū plasmasti, ut illuderet ei. Quod vr̄ in eandem snīam intelligendum. Cum.n.dicit, vt illuderet ei, non vr̄ posse hoc cōmode aliter intelligi, quàm vt ipse Leuiathan illuderet mari, hoc est, luderet in mari. Et in Hebræo expresse hr̄, in eo. Vulgo tamen ita solet hic sermo accipi, vt illudere significet deludere vel decipere: ei verò putāt referre ipsum draconē, huncq; sensum accipiunt, Draco iste quem formasti vt illudatur ei, vel vt illudant ei videlicet pisces minores alij. Quod intelligunt, ratione magnæ molis ipsius Cum.n. sibi gratia pisces alios vorare voluerit, aufugiunt ab eo, & versus litus natitant, vbi viderint esse arenam & pfunditatem minorem: quo cum ille cibi auidus cum impetu aquā secum adducens, fugientes fuerit insequutus desluente quamotyus aqua, ille ob corporis molē destitutus aquæ sufficientia, nequit se mouere, sicq; sua venatione deludi ur & interdum in captiuitatē nautis venit. Atque ita dicunt factum esse hunc draconē, vt sic illudatur ei, non quidem particula, vt, significante finalem causam, sed consequutionem tm̄. Ex eo nanq; quod tanta mole ipsum Deus cōdidit, huic quodāmodo illusioni eundē subiecit, eo q corporis nimia moles huic illusioni det occasionē: quō hoīes nimia longitudine frequenter alij fiunt in derisum, dum sua capita raro alidunt, vbi absq; nocumento cęteri mediocris staturę pertranseunt. Hoc modo exponunt, qui (sicut dictum est) illusionem intelligunt deceptionem vel delusionem. Quanquā aūt prior expositio magis vera videatur, magisq; psona literę Hebraicę, attamen hæc secūda rectè etiā poterit ex Hebræo accipi. In Hebręo.n. ad verbum sic hr̄, Ad ridendum in ipso, q sic intelligatur, Vt rideant de ipso, uel in ipso dracone, siue propter ipsum draconem, idem est sensus, ac si dicatur, ad eludendum eum, vel deridēdum eum, siue ad

Genes. 1.

ad illudendũ ei, vt illusio significet derisionẽ vel delusionẽ. ¶ Ver. penultimo, Iucundũ sit ei eloquiũ in eũ. Hieronymus,
A Placeat ei eloquiũ meũ: Felix, Dulcescat, vel suaue sit ei eloquiũ meũ. Psalterium Romanum, Suauis sit ei laudatio mea.

## CIIII. PSALMI ARGVMENTVM.

*PSalmus iste, quemadmodum & sequentes duo, exhortatio est populi Dei ad laudem eius, & commemoratio beneficiorum olim exhibitorum patribus, tam Patriarchis illis primis Abraham, Isaac, & Iacob, quàm posteris eorum in Aegypto oppressis: pro quibus Aegyptus plagis terribilibus percussa fuit, ipsi verò in manu valida liberati fuerunt, & introducti in terram patribus eorum repromissam. Psalmus totus satis est facilis, & ex historia Genesis atq; Exodi eius cognoscitur sententia.*

## CIIII. PSALMI ELVCIDATIO.

*ONFITEMINI domino, & inuocate nomen eius.*
Confessione laudis celebrate dñm, & ex corde bono cũ fiducia inuocate nomen eius. Sic .n. maxime honorari putat, cũ à fidelibus suis sine hęsitatione inuocatur in die tribulationis.
* *annunciate inter gentes opera eius.*
opera eius, mirabilia & magna quæ fecit
Psal. 49. vobiscum & cũ patribus vestris, narrate
& prædicate omnibus populis, proclamate ea in aures omnium nationum.

2 *Cantate ei, & psallite, ei narrate omnia mirabilia eius.*
Cantate illi laudẽ, & canticis psalmorum laudate eũ, narrantes in psalmis laudatorijs & gratulatorijs cãticis vniuersa mirabilia eius, quorum ad vos peruenit memoria, quæ & cum patribus vestris fecit in sæculis præteritis, atque etiamnum erga vos non cessat operari.

3 *Laudamini in nomine sancto eius.*
Exultate laudando, & magnificè lætamini, lætandoq; gloriamini in nomine sancto eius, sancto gaudio & exultatione gloriamini in eo. Est.n. eius in sæcula benedictũ nomẽ, iustissima gaudij atq; gloriationis materia, omnibus qui ipsum cognoscunt & credunt in illud.
* *lætetur cor quærentium dominum.*
lætentur spiritus, & affectus boni omniũ eorum qui requirunt Dñm, agant in gaudio corda omnium credentium in dominum, illiq; fideliter seruientium.

4 *Quærite dominum, & confirmamini:*
Galat. 6. Quærite dominũ ex toto corde vestro,
omni studio contendite placere illi, gra-
B tamq; præstare seruitutẽ, & confortentur Psal. 26.
corda vestra in eo; bonum facientes ne deficite, ne flaccessite, sed viriliter agite, & confortentur corda vestra, in fiducia omnipotentis Dei:
* *quærite faciem eius semper.*
quærite sp faciem ejus, nunquam ab eo auertite oculos, sed coram eo semper ambulate, ei semper spiritu pręsentes vos exhibere contendite, tametsi corpore absentes, vt placeatis in oculis eius: quicquid agitis, semper in nomine eius facite, tan-
C quam ipso inspectore, teste, & iudice.

5 *Mementote mirabilium eius quæ fecit prodigia eius, & iudicia oris eius.*
Ad memoriã reuocate, memoriq; mente 2. Cor. 6.
& animo grato reuoluite mirabilia illa
opera quæ fecit in pristinis generationi- 1. Cor. 6.
bus, corã patribus vestris, illa stupenda
atq; inaudita prodigia, & iudicia illa ter- Coloss. 3
ribilia qui per sententiam oris sui ex ius-
sione præcepti sui exercuit pro populo Hier. 29
suo aduersum inimicos.

6 *Semen Abraham serui eius, filij Iacob electi eius.*
D Vos (inquã) horũ mementote, qui estis ve- Malac. 1
rum semen Abraham fidelis serui domi-
ni, vos ista ad laudem commemorate, qu Rom. 9.
sm fidei imitationem potius quam sm carnis originem illius estis vera progenies, quiq; estis veri sm spiritum & repromissionem filij Iacob electi eius, quẽ singulari electione dominus dilexit & elegit, fratrem primogenitum Esau odio habens & reprobans.

7 *Ipse dominus noster.*
Ipse est dñs Deus noster viuus & verus, Deus patrũ nostrorũ, Abraham, Isaac, &

Iacob,& præter eũ non est alius: opera E eius mirabilia & terribilia quæ fecit contra aduersarios populi sui,pro his iudicãdo,palam toti mundo sunt exhibita:tam gloriosa fuerunt, vt eorum fama vniuersum pertransierit habitabilem orbem:

** in vniuersa terra iudicia eius.*

Est quoq; iudex & iudicia exercens super vniuersam terrã, non solũ in Iudæa, neq; solum in finibus eius habens imperium, sed longè ac latè per vniuersum orbem terrarum.

8 *Memor fuit in sæculum testamenti sui, verbi quod mandauit in mille generationes.* F

Non est oblitus pacti sui in æternũ facti, quod fecit: vt in æternũ perduret,& nunquã fiat irritũ:recordatus est(inquã) verbi illius,promissi,testamẽti, siue pacti, qđ firmauit nõ solũ pro patriarchis illis primis patribus nostris, neq; pro proximis generationibus p aliquot sæcula de ipsis nascituris,sed prorsus pro oibus generationibus vsq; ad consummationem sæculi,quod pactum sm veritatem voluit firmum habere robur,vsque dum hic mundus perstabit in omnes generationes.

9 *Quod disposuit ad Abraham:* G

Quod testamentum disposuit primũ omnium ipsi Abraham seruo suo, expressa pollicitatione sua promittẽs illi sui seminis multiplicationem, & in terram promissionis introductionem:

** & iuramenti sui ad Isaac.*

memor fuit promissionis iuramento firmatæ,quam sicut fecerat primum Abrahæ,ita fecit & filio Isaac.

10 *Et statuit illud Iacob in præceptum:*

Et statuit illud, firmiterq; constituit ipsi Iacob pro æterno præcepto, tam ipsi Iacob Patriarchæ,quam toti populo, volẽs H firmissime credi promissioni suæ:

** & Israel in testamentum æternum.*

& eidẽ ipsi alio nomine dicto Israel firmauit promissionẽ illã in pactũ æternũ tã ipsi patriarchæ,q̃ omni semini eius: vt impleretur quidem illa promissio in semine corporali corporaliter: in spirituali autem semine spiritualiter.

11 *Dicens, Tibi dabo terram Chanaan, funiculum hæreditatis vestræ.*

Dicens ad patres nostros,Abrahã, Isaac, & Iacob,Tibi & semini tuo post te,dabo terram Chanaan in sortẽ,diuisionem, & portionem hæreditatis vestræ,terrã Chanaan pinguissimã & optimã,lacte & melle manantẽ,vobis & semini vestro dabo in hæreditariã possessionem, semini quidem corporali suo in tpe crassam,& corpoream hæreditatem:vero aũt semini secundum spiritum, hæreditatẽ illam preciosam,& omnibus verè bonis fœcundissimam,terram viuentium.

12 *Cum essent numero breui:paucissimi & incolæ eius.*

Et quanquã in longum distulit dñs implere promissum suum,semper tñ ex quo elegit patres nostros;& testm illis disposuit,singularem gessit illorum curam, & peculiari eos respectu fouit. Nam & in principio, cum essent adhuc in modico numero, cum angusta esset adhuc eorũ familia,cum essent paucissimi numero,& tantum vt aduenæ incolerent terrã promissionis, tanquã peregrini & aduenæ in tabernaculis demorantes in ea.

13 *Et pertransierunt de gente in gentem, & de regno ad populum alterum.*

Et cum famis inedia cõpulsi, cũ omni familia sua & gregibus transirent de gẽte vna ad aliã,& de populo siue regno altero ad alterũ,vt peregrinarent illuc vbi audirent annonã esse copiosiorem, veluti nunc peregrè discedentes in Aegyptũ in regnum Pharaonis,nunc in Palestinam in regnum Abimelech. Heb.11.

14 *Non reliquit hominem nocere eis:*

Cum ita vt aduenæ & peregrini transirẽt de loco ad locum,sẽp illis sua singulari protectione & custodia adfuit Deus, vt non permiserit illos ab vllo vnquã vim pati,aut nocumentum accipere, sed protector illorum & custos fuit in omnibus quocunq; pergebant: Gen 49. Gen.12.

** & corripuit pro eis reges.*

quin & reges magnos p eis corripuit,& tã verbo increpationis q̃ pœna vltionis arguit,ppea q ipsis fecissent iniuriã. Quẽadmodũ Pharao rex Aegypti, vbi Saram sustulisset in domum suam,flagellatus est à Deo plagis maximis cum omni domo sua,donec restituisset illi vxorem suam. Atque iterum Abimelech rex Geraræ, cum tulisset Saram, apparuit ei dominus per somnium nocte,mortemq; est ei com- Gen.20. Gen.20.

comminatus, nisi restituisset, quam tule- A
rat viro suo.

15 *Nolite tangere Christos meos:*
Nolite (inquiebat dñs effectu huiusmodi correptionū) contingere sanctos & electos, quos ego mihi specialiter elegi, & vnctione mea sanctificaui, ac sanctificatione vnxi, nolite eos, aut eorum quicquam contingere, vt noceatis eis:

* *& in Prophetis meis nolite malignari.*
& ɔtra sanctos meos, contra prophetas istos meos, qbus ego manifesto meipsū, qbuscū familiariter ego loquor & versor nolite mali quicquā attentare Alioqui B
morte moriemini, & ego pugnabo ꝓ eis si vel in minimo qcquā eorū cōtigeritis.

16 *Et vocauit famem super terram.*
Et post tps aliquantū iussit dñs famem magnā venire super terrā Chanaan, & super oēm terram, sterilitatem magnam annorum septē induxit, ita vt vbiq; locorū maxima esset frumentorum inopia.

* *& omne firmamentum panis contriuit.*
Ps. 103. & deficere fecit omne firmamentum panis, omne frumentum ex quo conficit̃ panis, confirmans cor hominis, absumptū
Gen. 41. & 42. est, neq; vsquam potuit inueniri frumen C
ti copia vel sufficientia, nisi tātum in terrā Aegypti, vbi per singularem Dei prouidentiam abundantia frumentorum fuerat conseruata.

17 *Misit ante eos virum:*
Et hic, ne paterentur defectum Iacob & domus eius, mirabili dispositione à Deo prouisum est, dū ex eius dispositione, antequam tps hoc famis veniret, Ioseph filius Iacob in Aegyptum ductus est, qui postmodum & Iacob patrem eum familia & totā terrā cibaret sua prouidentia.

* *in seruum venundatus est Ioseph.* D
Gen. 37. Ioseph filius minor & vnice dilectus patri Iacob, & fratribus suis, ꝓ odiū & inuidiam venditus est in seruum Ismaelitis,
Gen. 39. ac deinde ab his Putiphari Aegyptio.

18 *Humiliauerunt in cōpedibus pedes eius:*
Hic ab vxore dñi sui iniuste accusatus pp iustitiam, quasi qui voluisset heram opprimere, à dño suo in carcerem remissus est, vinctusq; & afflictus compedibus, vt solent vincti malefactores:

* *ferrum pertransiit animam eius:*
ferreæ illæ compedes dolore afflixerunt, & cruciauerūt animam eius, in dolore & afflictione vixit positus in captiuitate, innocens inter noxios.

* *donec veniret verbum eius.*
vsquedū veniret verbum eius, & enarratio somnij, qua prædixerat duobus concaptiuis quæ ipsis essent ventura, donec illa enarratio compleretur in opere, hacq; occasione tandem fuisset eductus de iniusta captiuitate carceris.

19 *Eloquium domini inflammauit eum:*
Eloquiū dñi in eo viguit, spiritus Prophetiæ ipsi à Deo datus fuit, per quem sapientissime potuit conijcere somnia, & futura occultaq; cognoscere:

* *misit rex, & soluit eum:* Gen. 41.
Pharao rex Aegypti audita à pincerna suo sapiētia eius, & diuinandi peritia, misit q eū à captiuitate liberarent, & adornatum decenti habitu corā se adducerent, ad conijciendū & enarrādū somnia, q̃ viderat, & diuinorū nemo poterat exponere:

* *principes populorum, & dimisit eum.*
misit (inquam) princeps iste magnus multorum populorum, Pharao gloriosus, atque è captiuitate eduxit Ioseph, libertateque donauit.

20 *Constituit eum dominum domus suæ:*
Comprobata in eo sapiētia Dei, ꝙ prudētissime simul & vtilissimè exposuisset sōnia, constituit eum Pharao dispensatorē & procuratorē domus regiæ, illum sibi faciens dignitate proximum, ita vt vno tantum regni solio illum antecederet:

* *& principem omnis possessionis suæ.*
& principē illū fecit super oēm possessionem suā, dans illi potestatem super oēm terrā Aegypti, ita vt absq; eius imperio nō moueret̃ manus in vniuersa terra Aegypti, & ad eius nutum agerentur oīa.

21 *Vt erudiret principes eius sicut semetipsum, & senes eius prudentiam doceret.* Ibidem.
Vt per abundantem sapientiam Dei quę in ipso erat principes & nobiles Pharaonis erudiret, sicut & ipse à Deo eruditus fuerat, & vt presbyteros, illos ēt qui propter senium & sapientiam magnæ authoritatis & exhistimationis erant in populo Aegypti, doceret prudentiam, vt ipse totum regnum in sapientia institueret, & ex eius coram toto populo ingressu atq; gubernatione discernent prudentiam.

22 *Et intrauit Israel in Aegyptum: & Iacob accola fuit in terra Cham.*
Gene.45 Et factū est, vbi nunciantibus filijs audisset Iacob viuere adhuc filiū suum, quem iā diu mortuum, & à bestia voratum existimauerat, ipsūq; præesse toti terræ Aegypti & peculiariter distributioni frumētorū, quorū erat in terra vniuersa maxima penuria, venit ad Ioseph filiū suum in Aegyptū, vt ibi ab eo pasceretur ipse & oīs domus eius, fuitq; ibi accola & inhabitator cum filijs suis, in terra Aegypti.

23 *Et auxit populum suum vehementer*
Gen. 46. Fecitq; ibi crescere populū electū suū & multiplicari semē Iacob vehemētissime, vt qui in aīabus septuaginta ingressi fuerant Aegyptū, non post ita multum ipsis in maximā multitudinem excreuissent.

* *& firmauit eum super inimicos eius:*
fecitq; cū multiplicatione nimia ita fortē ac validum, vt sibi metuere inciperent Aegyptii, odientes eos pp odium atque inuidiā, vt iam hostibus suis inciperent fieri fortiores atq; etiam formidabiles.

24 *Cōuertit cor eorū vt odirent populū eius:*
Et permisit dñs corda Aegyptiorum conuerti in odium contra populum Israeliticum:
Exod. 1. post mortē Ioseph surrexit rex nouus & populus nouus, qui non cognouerunt Ioseph, & quę dominus per eum Aegypto fecerat, qui odio moti sunt contra filios Israel, inuidētes & dolentes de multiplicatione eorum:

* *& dolum facerent in seruos eius:*
Ibidem. egeruntq; aduersum seruos Dei malicio se & nequiter cōpellentes illos proiicere
Ibidem. in flumen filios suos, grauissimaq; seruitute opprimentes, ita vt ad amaritudinē perducerent vitā eorum, in seruitute grauissima luti & lateris, & in flagellis qbus affligebantur ab exactoribus regis.

25 *Misit Moysen seruum suum Aaron quē elegit ipsum:*
Vidensq; tādem afflictionem populi sui Deus, & misereri volēs iuxta promissum iam nimium fatigati populi, misit ad filios Israel & Pharaonem & seruos eius, Moysen famulū suum, de stirpe Israelitica, adiungens ei & fratrem suum Aaron
Exod. 4. ipsum quē elegit, vt esset os & Propheta fratris sui Moysi, vt loqueretur coram
Exod. 7. Pharaone, vsque postmodum sacerdotio fungeretur ipse & omnis posteritas eius.

26 *Posuit in eis verba signorum suorum, & prodigiorum in terra Cham.*
Posuit in eis verba signorum suorum dedit eis mandata de operandis supernaturali virtute mirabilibus signis, quæ corā Exod. 10
Pharaone & seruis eius ostenderent, & pdigiorum stupendorum, qualia nunquā ab initio fuerant visa, vt ea exhiberent in terra Mezraim filii Cham in terra Aegyptiorum.

27 *Misit tenebras & obscurauit:*
Percussit Aegyptū horribili plaga tenebrarum densissimarū, quæ factæ fuerunt per vniuersam terrā Aegypti, ita vt tribus diebus & noctibus nemo posset videre proximū suū, neq; quisquā è loco se moueret, cū apud filios Israel esset lux clara:

* *non exacerbauit sermones suos.*
& nō irritauit, nō irritos fecit dñs sermones suos, sicut pdixerat cōminando Pharaoni, p Moysen & Aarō, ita factum fuit. Pharao ēt videns tm̄ miraculū non exacerbauit verba sua, non amara, neq; blasphema loquutus est, sed veniā q̄siuit, & accersito Moyse, à plaga petiit liberari.

28 *Conuertit aquas eorum in sanguinem, & occidit pisces eorum.*
Aquas eorū, virga percutiente Moyse, cōuertit in sanguinē, oēs videlicet fluuios, Exod. 7.
paludes, riuos & lacus aquarum commutando in sanguinem, ita vt non possent bibere Aegyptii aquā fluminis, quę computruerat in sanguinē, & mortui sunt pisces qui erāt in flumine pp aquæ putrefactionem, quam ferre non potuerunt.

29 *Et dedit terra eorum ranas, in penetralibus regum ipsorum.*
Ebulliuit insuper terra eorū ranas, Moyse extendente manum super aquas Aegypti, ascēderunt ranæ in maxima abundā Exod. 8.
tia, & operuerunt oēm terram Aegypti, ingrediētes ēt domum Pharaonis & principum eius & in cubiculum lecti, & in domos & in furnos, & in reliquias ciborū, nec quicquam erat ab harum ranarum vexatione liberum, vt nec penitissima eubilia sua, rex atq; principes eius potuerint seruare immunia, vt non omnia ranis implerentur.

30 *Dixit & venit cænomya & cynifes omnibus finibus eorum.*

Iterum

Ibidem. Iterum iussit uenire muscam omnis ge- A
neris, muscam grauissimã, omne genus
muscarũ, ita vt implerentur muscis vene
natis oẽs Aegyptiorũ domus, percussoq́;
terræ puluere facti sunt cynifes tã in ho-
minibus, quàm in iumentis, in uniuersis
terminis Aegypti, ut omnis puluis terræ
Aegypti uersus uideretur in cynifes.

31 *Posuit pluuias eorum grandinem, ignem comburentem in terra ipsorum.*

Super hæc, Pharaone indurante cor suũ
nec uolente acquiescere uerbis Moysi &
Aaron, & addidit dominus plagã aliam
grandinis permaximã, quã sicut pluuiã B
copiosissimam misit super uniuersũ Ae-
gyptum, super homines & super iumẽta,
& super omnem herbam agri, mittens si
mul ignem comburentem & discurren-
tia fulgura, ut grando & ignis pariter mi
xta ferrentur super uniuersam terram eo
rum.

32 *Et percussit uineas eorum, & ficulneas eorum, & contriuit lignum finium eorum.*

Exod. 9. Et per grandinem hanc maximam, quan
ta nunquã ante fuerat, percussę sunt oẽs
uineę & fines eorũ, omnesq́; arbores q̃
erant in uniuersa terra Aegypti. Percus-C
sit.n. cuncta quæ fuerunt in agris, ab ho
mine vsque ad iumentum, cũctãq́; herbã
agri percussit grando, & omne lignũ re-
gionis confregit.

33 *Dixit, & uenit locusta & brucus, cuius non erat numerus.*

Ibidem. Cumq́; nec sic Pharao dimitteret popu-
lum, sed augeret peccatum, & obduraret
magis cor suum, pręcepit dominus uẽto
urẽti, ut flaret tota die illa & nocte, qui
mane facto leuauit & adduxit locustas
commixtas cum brucis, quæ ascẽderunt su
per uniuersã terrã Aegypti, in multitudiD
ne innumerabili, & operuerunt uniuer-
sam superficiem terræ vastantes omnia.

34 *Et comedit omne fœnum in terra eorum, comedit omnem fructum terræ eorum:*

Exod 10 Per quas locustas & brucos innumerabi
les comestũ atq́; consumptum est omne
gramen & omne uiride in terra Ægyptio
rum, & quicquid fructuũ erat in arbori
bus residuum à grãdine, per locustas de
uastatum est. Deuorata namq́; est ab eis
herba terrę, quicquid pomorũ in arbo-
ribus fuit, q̃ grãdo dimiserat. Nihil quo
que uirens relictũ est in lignis & herbis
terrę, in cuncta Ægypto.

35 *Et percussit omne primogenitum in terra eorum, primitias omnis laboris eorum.*

Nouissime uerò omniũ plaga grauissi- Exod. 12.
ma dominus percussit Aegyptum, inter-
ficiẽs in terra eorum oẽ primogenitum,
& primitias omnis doloris siue partus
eorum à primogenito Pharaonis q in Ibidem.
solio eius sedebat usq; ad primogẽitu ca
ptiuæ quę erant in carcere, & omne pri-
mogenitum iumentorum, ut non esset
domus in qua non iaceret mortuus.

36 *Et eduxit eos cum argento & auro:*

Et post hęc omnia ostenta atq́; prodigia Ibidem.
in Pharaonẽ & seruos eius exhibita, edu
xit dominus populum suum in manu va
lida & brachio extẽto, ditatos multis ua-
sis aureis & argenteis & preciosis uesti-
mẽtis q̃ ex dñi pcepto, cõmodato acce-
perant ab Aegyptiis, ut spoliarent eos:

* *& non erat in tribubus eorum infirmus.*

nõ erat in omnibus tribubus eorũ in-
firmus, omnes fortes ac robusti erant, at-
que gaudentes pro liberatione sua, domi
no eos confirmante in bona sospitate, vt
ad unum vsque omnes educeret.

37 *Lętata est Aegyptus in profectione eorũ.*

Et factum est mirabiliter, ut Aegyptij qui
prius nequaquam uolueranot populũ di-
mittere, iam etiam compellerent & roga
rent eos ut egrederentur, & læti sunt,
cum filios Israel uiderent egredientes:

* *quia incubuit timor eorum super eos.*

conspecta.n. tam horrenda interfectione
primogenitorum suorum, timuerunt, ne
& ipsi morte absumerentur, timebant-
que ultra apud se detinere populum dñi,
imo urgebant eos de terra sua exire uelo
citer dicentes, Omnes moriemur.

38 *Expandit nubem in protectione eorũ. & ignem ut luceret eis per noctem.*

Cum autem proficiscerentur filii Israel, Exod. 13
expãdit dominus nubẽ super eos in pro
tectionẽ, ipse eis comes & dux uiæ fuit,
p columnã nubis in die, & per noctẽ in
colũna ignis. Dñs. n. pręcedebat eos ad
ostendendam uiã, per diẽ in colũna nu-
bis, & per noctem in columna ignis, ut
dux esset itineris utroq; tpe. In protectio
nẽ quoq; specialiter nubes ista populo
fuit, qñ plequentibus Aegyptiis angelus

dñi,qui eos præcedebat,abiit post eos,si-
mul & cum eo columna nubis priora
dimittens,post tergũ steiit inter castra
Aegyptiorum & filios Israel,ut non pos-
sent Aegyptii ad filios Israel per totam
noctem accedere facta uerò uigilia ma-
tutina,respiciens dominus super castra
Aegyptiorũ,per columnam ignis & nu-
bis interfecit exercitum eorum.

39 *Petierunt,& uenit coturnix:*

Exod.16 Filiis autem israel in deserto iam agen-
tibus,cum petiissent carnes à domino,
data est eis coturnicum maxima abun-
dantia ut iuxta desiderium suum carnes
manducarent,uel usque ad nauseam.

* *& pane cœli saturauit eos.*

pane nõ humana arte aut naturali uirtu
te de terra formato,sed supnaturali dono
de sup dato,pauit eos annos multos ĩ de
serto,absq; suo labore oĩ & solicitudine.

40 *Dirupit petram & fluxerunt aquæ:*

Et cum sitirent in deserto, aperuit domi
nus rupem pro eis, ut aquæ fluerent in
abundantia quas biberet populus & om
nia iumenta eorum,

* *& abierunt in sicco flumina.*

eruperunt ex petra ad iussionẽ dominiq;
tãtæ aquarum inundationes,ut ĩ loco de
serto,sicco,& arido facerẽt uelut flumina,
illic ubi antea non fuerant aquæ.

41 *Quoniam memor fuit uerbi sancti sui,
quod habuit ad Abraham puerum suum.*

Ita magnificè,ita mirabiliter, & gloriose
semper & in omnibus egit dominus cũ
populo suo propter testamentum quod
pepigerat cum patribus eorum, Abrahã,
Isaac,& Iacob, quoniam secundum ele-
Rom.11 ctionem erant dilecti & charissimi, ꝓ-
pter patres eorum,quoniãm memor fuit
promissi firmi sui , quod pollicitus fue-
rat Abraham seruo suo,cui promisso, ut
satisfaceret ita magnifice omnia hęc pro
populo electo uoluit agere,

42 *Et eduxit populum suum in exultatione
& electos suos in lætitia.*

Hieri.1 Et gloriosè eduxit populũ suũ de domo
seruitutis,de fornace ferrea Aegypti,ĩ ma
gna exultatione,suos electos eduxit ĩ ma
gna lætitia, quorũ erat tãto ex liberatio
ne maior lætitia & exultatio,quãto fue-
rat sub seruitutis põdere grauior afflictio

43 *Et dedit illis regiones gentium.*

E Eductosq; de terra captiuitatis filios Isra
el introduxit in terrã promissionis,in re
giones alienigenarum gentium,expellẽs
ac delens pro eis gentes quæ inhabitaue
rant terram Chanaan,Amorrhæos, Cha-
nanęos Ethæos,Iebusæos, & Gergezeos,
& Pherezæos,ut filiis Israel traderet pos-
sidendas terras eorum,

* *& labores populum possederunt:*

& possederunt filii Israel ex dñi mãdato
labores populorũ illorũ,agros quos illi
coluerãt,& uineas quas illi plantauerãt,
urbesq;,& ciuitates quas illi ędificauerãt.

F 44 *Vt custodiant iustificationes eius,& le
gem eius requirant*

Fecit autem hæc omnia Deus, ob gloriã
sui magni nominis , ut tantis beneficiis
populum sibi deuinceret,suæq; obstringe
ret seruituti,ut tantis affecti à Deo bene
ficiis completis promissionibus eorum
patribus factis,ipsi filii custodirent præ- Num.16
cepta atq; cæremonias eius,& legem quã
eis dedit in toto corde suo studerent ꝑ-
ficere,sicq; in obedientia legis & præce-
ptorum cum gratitudine famularentur
domino Deo suo.

G ANNOTA. IN PSAL. CIIII'

PSalmo huic ꝓmittitur tituli uice,ni
hil aliud quã Halleluia,quod signifi-
cat,laudate dominũ, uidelicet quoniam 1.Pet.5.
totus Psalmus ad confessionem & laudẽ
exhortatur,& quęcunq; ꝓponit, ueterũ
illorum facinorũ olim per Deum ꝓ ele-
ctis suis patratorum,ob hoc cõmemorat
ut laudatur in eis Deus, qui semper tam
prouidam curã & benignam custodiam
suis impendit electis.¶ Versu 3.Lauda-
mini in nomine sancto eius. De uerbo
laudari,quo significet interdum gloria- Psal.33.
H ri,uel lætari quasi cum laude,diximus in
Ps.33. circa uersum illũ,In dño laudabi
tur aĩa mea.Vñ hoc loco uertit Hierony
mus,Exultate in nomine sancto eius.Fe
lix laudamini uel laudate.Intelligi ẽt põt
Cõplacere uobisipsis in noĩe sãcto eius
gaudiũ habete in uobis super noĩe sãcto
eius,ĩ eo gloriemini,uidelicet ꝙ ipsius ia
lis actãti Dei serui sitis,& ipsius populus
Apostol' nãq; ait,Qui gloriat,ĩ dño glo 2.Co.10.
riet.Merito.n ĩ hoc gloriari possumus, Deut.4.
qm(ut ait sãct' Moyses)nõ est alia natio Psal.85
tã grãdis, ꝙ habeat deos apꝓpinquãtes
sibi,

sibi, sicut Deus noster adest nobis: neq; est Deo nostro similis in omnibus dijs, neq; est alius sm opera eius. ¶ Ver. 5. Prodigia & iudicia oris eius. Nos idē per prodigia & iudicia intelleximus, appellantes illa mirabilia signa prodigia oris Dei, eo q; ex iussione & praecepto Dei sic facta fuerint; iudicia verò, quatenus contra reprobos edita ex sñia oris dñi. Possemus tamē haec non incōmodè distinguere, vt exhortatio fiat ad recordanda Dei prodigia, simul & praecepta quae per os suū dedit, i. legem quam tulit & dedit Solent.n. nō raro ista Dei praecepta appellari iudicia Melior tamen vr prior expositio, qm in versu septimo eum dr, In vniuersa terra iudicia eius: iterum de illis prodigiis vr sermo fieri, non aūt de praeceptis legis, quae peculiaris fuit populo Israelitico. ¶ Versu

Gen. 41. 18. Donec veniret verbū eius. Nos in Elucidatione istud exposuimus de verbo Ioseph, eiusq; coniecturę impletione post quam opportuno tpe recordatus pincerna sui coniecturis, curauit apud Pharaonem de iniusto carcere illum educi. Alij intelligunt, non verbum Ioseph, sed verbū domini, ad hūc sensum, Tādiu Ioseph in carcere māsit cōclusus, donec veniret verbum domini, donec tps veniret quod constitutū & definitum fuit à Deo, vt exaltaret Ioseph humiliatus. Illud quoq; qd sequitur, Eloquium domini inflammauit eū, qd nos exposuimus de verbo sapientiae Dei, quo illum Deus induit & donauit, vt sapienter posset futura praeuidere. Alii sic intelligunt, Verbum domini velut igne examinauit & probauit eum, voluntas domini quae erat, vt sic Ioseph humiliaretur, per patientiam, quasi igne examinauit eum, probauit eū, exercitauit & quasi repurgauit eum, vt ex bono fieret probatior, dignusq; fieret fidelis & probatus inuentus, ampliori ꝓphetiae munere: ut significetur illa captiuitas à Deo permissa, ad ipsius Ioseph probationem, ut (iuxta beati Pauli sententiā) tribulatio patientiā operaretur, patiētia probationē ¶ Ver.

Rom. 5. 21. Vt erudiret principes eius, sicut semetipsum. Illa oratio sicut semetipsum, facit nonnullam difficultatem. Nos in Elucidatione sumus interpretati, sicut ipsemet edoctus fuit à Deo, quamuis sm eum

A sensum non admodum propriā sit p accusatiuum eloquutio, nisi sic intelligeretur; Sicut semet ipsum cognouit à Deo eruditū. Poster verò et aliter intelligi, vt erudiret principes Pharaonis: eosq; regeret, gubernaret, moderaretur, & instituerei, legibusq; vinciret pro sua voluntate, quomodocunq; voluisset: tanta vtriq; erga illos libertate potens vti, quanta erga semetipsum. Cui satis cōsonat qd ex Hebraeo uertit Hieronymus, vt erudiret principes ei' sm voluntatē suam. Loco illius nāq;, qd nos habemus, sicut semetipsum in Hebraeo est, in aīa sua, vel sm aīam suā, hoc est, iuxta suā voluntatē, aut suū desideriū.

B ¶ Versu 26. Et prodigiorū suorum in terra Cham. Quare Aegyptus terra Cham vocetur, diximus in Psalmum 77. ¶ Ver. 27. Et nō exacerbauit sermones suos. Lectio vulgata nostri Gallicani Psalterii hoc loco, neque cum Graeco, neq; cum Hebraeo consonat, neq; cum Psalterio Romano. Sic.n. in Graeco legitur. ὅτι παρεπίκρανεν τοὺς λόγου αὐτοῦ Atq; ita habet lectio, Romana, Qm exacerbauerunt sermones eius: hoc est, quia verbo dñi restiterunt &

C cōtradixerūt, nec fuerunt obedientes iis, quę per Moysen & Aaron dñs illis dixerat de populi dimissione. In Hebraeo aūt sic legitur, Hieronymo interprete, Et nō fuerunt incredul verbis eius. Quod intelligi pōt de populo ipso Israelitico, qui pro se tanta signa fieri uidens, solosque Aegyptios talib' plagis grauari, se aūt immunes viuere cōfisi sunt de uerbis domini', qbus tū ob amaritudinē animi prius ęgre voluerant acquiescere, dicentes Moysi, Fecisti foetere odorē nostrū corā Pharaone & seruis eius, & alia hmōi. Vel de Exod. 5.

D Pharaone & Aegyptiis, q manifestè comprobantes diuinā virtutē nō malè loquuti sunt, neq; blasphemauerunt, sed agnoscentes peccatum suū, Moyse & Aaron vocatis, petierunt à se illorum precibus reuelari manum domini Nostra tamen lectio vulgata, neq; cū hac lectione Hebraica, neque cum Graeca videtur consentire, hēt tamen & ipsa commodam intelligentiam, quemadmodum duplici interpretatione in elucidatione ostendimus. ¶ Versu 29. Et dedit terra eorum ranas. Quod vulgo legitur in nostris codicibus, Et Exod. 9.

dedit,

dedit, legendum vř vno verbo, edidit. Neque.n.in Hebręo, neq; in Græco pręponitur coniunctio, sed à verbo tali incipitur oratio, q̃ significat edidit, vel emisit, vel produxit Vnde ex Hebræo Hieronymus vertit, ebulliuit pro edidit: Felix produxit. Quod aũt quidam libri habent terrã in accusatiuo, Et dedit terram eorum ranas, est etiam hoc deprauatum. Per nomina- E tiuum.n. legendum est, qũo Græca habẽt & correctiores latini codices, qũo etiam ex Hebræo concorditer vertunt interpretes. De cynomya autem in versu sequenti, an legendum sit. cœnomya per œ diphthongum, vt significet muscam omnis generis, an cynomya per y, diximus in annotationibus psalmi 77. vbi eadem dictio ponitur.

## CV. PSALMI ARGVMENTVM.

*IN hoc Psalmo, vt in pcedenti, cõmemoratio ponitur mirabilium Dei ueteri olim populo exhibitorũ, atq; hinc ad laudẽ exhortatio. Est tamen in his Psalmis duobus notãda diuersitas, q̃ pracedens non meminit malorũ q̃ filij Israel egerunt contra dominũ: sed tñ illa preponit stupẽda prodigia & ad miranda beneficia, q̃ pro illis maximè contra inimicos & hostes eorũ fecisset dominus. In hoc aũt Psalmo cõmemorantur potissimum mala filiorum Israel, quibus impie egerũt cõtra dominũ & eorũ punitiones quibus ob suas impietates à domino fuerunt afflicti, q̃tã men ob hoc commemorantur, vt manifestior fiat Dei erga populum suum inæstimabilis, & inexhausta misericordia, qui toties grauissime delinquentibus semper misertus fuit, quotiescunq; egisset pœnitentiam, recordatus misericordia sua & veritatis, quam promiserat patribus eorum. Tanto n spectabilior, & maiori digna laude relucet misericordia domini & veritas eius, quanto frequentissimè lapsis atque relapsis nunquam viscera claudit, neque promissiones implere desinit factas patribus.*

## CV. PSALMI ELVCIDATIO.



*ONFITEMINI domino quoniam bonus:*

Cõfessione laudis celebrate dominum omnes serui eius, qm̃ vnus & solus ipse est verè bonus: & sicut solus per se verè bonus, ita solus verè laude dignus:

* *quoniam in sæculum misericordia eius.*

qm̃ misericordiã eius perdurat in sęculũ, in æternum non deficiet, persentientque eam omnes generationes venturæ vsque in consummationem sæculi, quemadmodum & persenserunt quæcunque præces- H serunt ab initio.

2 *Quis loquetur potentias domini?*

Et qs eloq ad plenũ valeret oĩa illa opera admirãdæ potentiæ atq; fortitudinis dñitqs ea pro dignitate posset explicare?

* *auditas facies omnes laudes eius?*

quis p dignitate pdicare poterit oẽs laudes eius? qs illum sicuti dignus est laudare sufficiet? Est.n ipse magnus valde, nimiumq; laudabilis: opera verò illa potentiæ eius, & nimiũ multa sunt vt nemo ea oĩa possit enumerare, & nimium magna, G vt nec vnum pro dignitate quisquam hominum sufficiat explicare.

3 *Beati qui custodiunt iudicium, & faciunt iustitiam in omni tempore.*

Illi beati sunt, illi sibi bene cõsulũt, atq; pspiciunt saluti suæ, illos Deus gratos hẽt, Psal. 94.
qui custodiunt iudicium i qui faciunt iustitiã in oĩ tpe: q ea quæ recta & iusta sũt, operant oĩ tpe, qui nunq̃ quicquam iniustum aut impium agunt, cõtra Deum vel proximos suos. Qui.n.hmõi fuerint, misericordiam Dei persentient.

4 *Memento nostri domine in beneplacito populi tui.*

Memento nr̃i in bonũ dñe, in beneplacito erga populũ tuũ, in bona volũtate qua afficeris erga populũ, fm benignitatẽ quã exhibes & ostendes seruis tuis nomẽ tuũ timentibus.

* *visita nos in salutari nostro:*

visita nos in salute tua, adfer nobis salutẽ quã optamus de inimicis nostris, & de manu omnium qui nos oderunt, visita nos nõ qũo iratus iudex reos visitat i tormẽtis & dãnatione, sed vt pius pr̃ filios benigna tua visitatione, libertatẽ adferẽdo ca-

ptiuis

ptiuis ægris medicinam vitam mortuis. A

*5 Ad uidendum in bonitate electorum tuorum, ad letandum in letitia gentis tuæ:*

Luc. 1 Vt videamus in bonitate electorũ tuorũ, vt expectemur bona dilectorũ seruorum tuorum, bona illa æterna q̃ promisisti & præparasti diligentibus te, quæ nõ vidit oculus, non audiuit auris, & q̃ non ascenderunt in cor hominis, ut pariter lætemur in lætitia gentis tuæ, ut participes efficiamur lætitiæ populi tui, gaudii quod præparasti electis tuis.

** vt lauderis cum hæreditate tua.*

vt lauderis à nobis pariter cũ hæredita- B

Esa. 64 te tua, vt à nobis simul cũ populo electorũ tuorũ, quẽ tibi in hæreditatẽ redemisti lauderis, & glorificeris imperpetuũ, cum nos bonorum illorũ, quæ præparasti te

1. Cor. 2 diligentibus, effeceris participes.

*6 Peccauimus cum patribus nostris iniuste egimus, iniquitatem fecimus.*

Et merito nos quidem tuã debemus implorare misericordiam. Nos enim parentum præuaricatorum præuaricatores filii effecti, peccauimus, iniustè egimus, & iniqtatẽ comisimus aduersum te, sicut & patres nostri in generationibus suis pec C cauerunt in omnem iustitiam tuam.

*7 Patres nostri in Aegypto non intellexerunt mirabilia tua:*

Iam inde ab initio, quando cœpisti liberare populum tuum de manu opprimẽtium, patres nostri in Aegypto agentes, non cognouerũt recta fidei scientia mirabilia opera tua, non ea considerauerunt, non æstimauerunt, pro dignitate:

** non fuerunt memores multitudinis misericordiæ tuæ:*

non fuerunt memores multarũ miserationũ, quas tu dñe exhibueras patribus D eorũ electis tuis, Abraham, Isaac, Iacob & Ioseph quos semp misericorditer custodisti & protexisti mirabiliter, neque fuerũt memores multæ & magnæ misericordiæ, quã fueras tu dñe pollicitus facere cum uniuerso semine illorũ, ut sic ex fide discerent in te habere fiduciam.

*8 Et irritauerũt ascẽdẽtes ĩ mari, mari rubro.*

Imo iã corã eorũ oculis, insignibus prodigijs super vniuersã terrã Aegypti editis, nõ sunt educti ad credẽdũ & sperãdũ in dño. Post nanq; multa gloriosa ostẽta in Pharaonem & seruos eius exhibita, cũ eduxisset eos dñs in manu ualida & brachio extento ascendentes de Aegypto, eamq; egressi, vsq; ad locũ maris rubri, illic posui cũ vidissent venientes ad se persequendũ Aegyptios, non habuerunt fiduciã in auxilio dñi, cuius potentiã tot tamq; euidentissimis argumẽtis iã conspexerant, sed quasi diffidentes & desperantes murmurauerunt: cõtra Moysen, & dominum ad iracundiam prouocauerũt, in murmuratiõe & diffidẽtia sua.

*9 Et saluauit eos propter nomen suum, ut notam faceret potentiam suam.*

Attamen murmurantibus parcẽs, de manu persequẽtiũ Ægyptiorum saluos eos fecit, non illorũ aspiciens demerita, sed ob nominis sui gloriam, ut in Ægyptiorũ submersione glorificarent potẽtiam suã. Nã si illorũ respiciamus diffidẽtiã, merebantur ipsi magis diuino auxilio destitui, imo seuera vltione puniri, uerũ propter suam virtutem manifestãdã, dissimulans Deus illorum peccata, indignis salutem immeritam contulit.

*10 Et increpauit mare rubrum, & exiccatum est:*

Et increpauit dominus mare rubrum, & ad increpationẽ eius exiccatũ est suo præcepto, cõtra naturæ institutũ alueum maris rubri exiccauit, aquas stare faciẽs ab vtraque parte quasi murum:

** & deduxit eos in abyssis, sicut ĩ deserto.*

sicque spectando miraculo transitum fecit filijs Israel per locum profundi maris, per alueum profundissimum quẽ replere solet copia aquarum multarum, ut absque nocumento & periculo sic transire possent per medium maris rubri, sicut per uiam deserti siccissimi.

*11 Et saluauit eos de manu odientium, & redemit eos de manu inimici.*

Atque ita inaudito prodigio saluos eos fecit de potestate Aegypriorum, qui eos oderant, eosque ad interfectionẽ requirebant, & de manibus inimicorum nouo prodigio ita liberauit eos. Solus. n. ipse pugnabat pro populo suo contra Aegyptios, filii autem Israel tantum stabant & videbant perdi hostes suos.

*12 Et operuit aqua tribulantes eos, unus ex eis non remansit.*

Et posteaquã transissent filii Israel,volẽ
Exo. 14. tes eos sequi Aegyptij,ad persequendum
& comprehendendũ,iussu Dei redierunt
aquæ in locũ suum , iterumq; conclusæ
sunt,vt ante fuerant,sicq; totus exercitus
Aegyptiorum persequentium filios Is-
rael,aquis rursum se coueniẽtibus obru
tus & oppressus est,ita vt ex infinita mul
titudine non effugeret nec vnus , qui re-
nunciare potuissent quod contigerat.

13 *Et crediderunt verbis eius,& laudauerunt laudem eius.*

Tunc verò ad horã,cum ante oculos vi-
derent pro se tm̃ à Deo fieri prodigium,
tamq; nouo modo sibi præstitã salutem
& inimicos perditos,crediderunt verbis
dñi,& bene fideles atq; bene fidentes se
tum demonstrauerunt,id quod ostende-
runt in eo quod cecinerunt pro gratiarũ
actione laudis canticũ,dicẽtes,Cantemus
Exo. 15. dño,gloriose enim honorificatus est , e-
quum & ascensorem proiecit in mare.

14 *Cito fecerunt,obliti sunt operum eius:*

Sed non ad multum tp̃s hæc fideli illorũ
perstitit deuotio . Nam citò fecerunt,id
est, accelerauerunt & properauerunt ad
obliuiscendũ opera dñi,non diu memo-
res fuerunt illorum quæ viderunt nimiũ
cito , nimium properè obliti sunt operũ
illorum quæ pro se facta viderant:

* *& non sustinuerunt consilium eius.*

vbi aduenit vllum discrimen, nõ expecta
uerunt cum fiducia consilium dñi , non
sustinuerunt cum patiẽtia voluntatẽ Dei:
sed mox vbi non pro voto omnia succe-
derent , impatientes facti murmurabant
& clamabant contra Moysen & Aaron,
tentantes dominum.

15 *Et concupierunt concupiscentiam in deserto,& tentauerunt Deum in inaquoso.*

Num. 16 Id satis ostenderunt, qñ contra dominũ
murmurauerunt in deserto , in concupi
scentia carnium,quando recordati cibo-
rum Aegypti murmurabant propter defe
ctum carnium,cum alioqui magnificè à
Deo cœlesti pane pascerentur,& absque
omni necessitate tentauerunt Deum in
solitudine,petentes dari sibi carnes , vbi
pabuli cœlestis abunde multum accipe-
rent,quantum manducare poterant.

16 *Et dedit eis petitionem ipsorum,& misit saturitatem in animas eorum.*

E Et hic dominus iram differens,fecit eis
iuxta quod petierant, mittens eis carnes
in abundantia,vt colligerent & manduca
rent quantum voluissent, vsque ad nau-
seam:& dedit illis,vt satiari possent carni
bus quas concupierant

17 *Et irritauerunt Moysen in Castris Aarõ sanctum domini .*

Iterũ alia murmuratione ɔtra Moysen in
castris male loquuti sunt,& contra Aarõ,
quem sibi per Moysen dñs iã in sacerdo-
tem unxerat,atq; sanctificauerat in suum
ministerium,seditionẽ suscitauerunt con
F tra Moysen & Aaron,quasi ipsi sibi vsur-
parent dominium in populum domini .

18 *Aperta est terra,& deglutiuit Dathan,& operuit super congregationem Abyron .*

In vltionem aũt huius transgressionis,ter
ra nouo miraculo aperta est,absorbuitq;
Dathan,huius seditionis pręcipuũ autho
rem,ita & Abyron cõplicem cum omni-
bus sibi adhærentibus absorbuit:& super
istos sic absorptos clausit os suum.Diru
pta namq; fuit terra sub pedibus eorum,
& aperiens os suũ deuorauit eos cũ taber
naculis suis,& vniuersa substãtia sua De-
G scẽderũtq; viui in infernũ operti humo.

19 *Et exarsit ignis in Synagoga eorum,flamma combussit peccatores .*

Insuper & ignis à domino egressus exar
sit in synagoga impiorũ,in cõgregatione
murmurantiũ,pcussitq; ac vorauit flãma
eius peccatores: primum videlicet ducen Ibidem.
tos illos & quinquaginta viros proceres
Synagogæ tenentes thuribula,& offerẽtes Ibidem.
incensum,consentientes seditioni priorũ
quos terra absorbuerat: deinde alia qua
tuordecim millia & septingẽtos è vulgo
murmurantes ob interfectionem priorũ,
H percussit Deus plaga incendij .

20 *Et fecerunt vitulum in Oreb :*

Post hæc,malum malo accumulantes,iux
ta montem Oreb,qui est Sinai,facti impa
tientes moræ,quã Moyses faciebat in mõ
te apud dominum accipiens legẽ,extor-
serunt ab Aaron , vt sibi faceret vitulum Exod. 32
quẽ pro Deo colerent,petentes sibi deos
fieri qui eos præcederent , perinde quasi
Deum in se nondum sensissent,quem iã
multis,tamq; euidentissimis iudicijs iam
tu se inhabitare compererant:

* *& adorauerunt sculptile .*

facto-

factoq; & conflato uitulo aureo, ado ra- A uerunt illum, festum & gaudium magnũ fecerũt, choreasq; duxerunt coram illo, dicentes, Isti sunt dij tui Israel, qui te eduxerunt de terra Aegypti.

21 *Et mutauerunt gloriam suam, in similitudinem uituli comedentis fœnum.*

Atque ita suam gloriã, Deum uerum, q erat illorum honor & gloria, commutauerunt in similitudinem uituli, quod animal est irrationale, maducãs herbã terræ, cultum soli Deo debitum exhibuerũt imagini bruti animalis, in quo non est intellectus, talem uidelicet vilem creaturam dixerunt esse Deum suum.

22 *Obliti sunt Deum qui saluauit eos, qui fecit magnalia in Aegypto, mirabilia in terra Chan, terribilia in mari rubro.*

Obliti sunt illius rã potẽtissimi Dei, qui tanta eis ostẽderat sua magnalia, qui eos in stupendis signis atq; prodigiis saluauerat de manu Aegyptiorum, qui tam mirabilia atq; omnibus seculis inaudita ꝓ ipsis egerat in terra Aegypti, antequam inde eos educeret, ac deinde horribilia in mari rubro, qñ ipsis astantibus & uidentibus, oẽm persequutorum exercitum C ad ultimum usq; uirum aquis oppressit.

23 *Et dixit ut disperderet eos:*

Et dixit Dñs ad Moysen, tãta exacerbatus ingratitudine, se deleturũ populũ illũ, & penitus disperditurũ, Moysen verò facturum in gentẽ alteram maiorem & potentiorem, quàm erat populus ille.

* *si non Moyses electus eius stetisset in cõfractione in conspectu eius.*

uerum Moyses famulus Dñi pro cõmisso sibi populo paterno affectu solicitus, orõne sua se opposuit furori dñi, ut irã eius cõfringeret atq; placaret orãs ꝓ po D pulo, ac dicens, Dimitte eis hanc noxam aut dele me de libro quem scripsisti.

24 *Vt auerteret irã eius, ne disperderet eos:*

Exo.23. Ita Moyses Deum sua oratione placauit, ut auerteret à populo indignationem domini, ne disperderentur subito, & pœnitus delerentur.

* *& pro nihilo habuerũt terrã desiderabilẽ.*

sed neq; hic finẽ accepit malitia, Rursũ enim post missos exploratores ad terrã promissionis, eorumq; à terra illa reditũ despexerunt, cõtempserunt, & pro nihilo habuerunt terrã illã promissionis lacte & melle manantẽ, sic pro nihilo habuerunt, ut oblatam & promissam sibi ex verbo Domini, nequaquam uellent ingredi (cũ iuxta pollicitationem domni) absq; suo periculo & labore potuissent eã accipere, qđ certe est pro nihilo habere, nihilq; æstimare, nolle uidelicet rem sic absque labore ad possidendũ oblatã suscipere, nolle ad possidendum accedere.

25 *Non crediderunt uerbo eius, & murmurauerunt in tabernaculis suis:*

Non crediderunt uerbo domini, quo il B lis promiserat & patribus eorũ, ꝓmissionis terrã accipere, non sunt confisi de domino, ꝙ terrã illã esset sibi daturus, facti que increduli & diffidentes murmurauerũt in tabernaculis suis, moti uoce exploratorum, qui dixerunt, terrã esse plenam fortissimis inhabitatoribus, nec posse expugnari, ꝓp quod, diffidens de auxilio & promisso Dñi populus incredulus, murmurauit cõtra Dñm, insurrexitque aduersum Moysen & Aaron, item & cõtra Iosue atq; Caleb terrã commendantes, ita ut eos uellent opprimere lapidibus, Num.14

* *non exaudierunt uocem domini.*

& in omnibus his nõ exaudierunt uocẽ domini, non crediderũt uerbo Dei, quo illis promiserat suo adiutorio in terrã introducere lacte & melle manantẽ, pluris æstimauerunt uerba exploratorũ terræ detrahẽtium, quàm uerbum domini pollicentis eam.

26 *Et leuauit manum suam super os, ut prosterneret eos in deserto.*

Et eleuauit dominus ad ultionẽ brachiũ suum, potentiã uirtutis suæ eleuauit super illos murmuratores in ultionem, ut cadauera omniũ eorum q huic murmurationi consenserant, in deserto prosterneret, in ultionem huius murmurationis. ꝑ quadraginta annos dñs populum circũ duxit per desertum, donec oĩs illa generatio murmurantium defecisset, essetque consumpta, iudicio dñi, Iosue tñ & Caleb exceptis, q eo ꝙ bene loquuti fuissẽt de terra, ad quã cum reliquis explorandã missi fuerant, digni habiti sunt promissionis terrã ingredi & possidere.

27 *Et ut deijceret semen eorum in nationibus, & disperderet eos in regionibus:*

Neque

Neque solum ipsi patres murmurãtes in E sua meruerunt persona puniri, uerumẽt in posteris, quos Deus, propter ultionem sceleris, pmisit deiici, & humiliari in gẽtibus, quos pmisit subinde uinci ab alienigenis, atq; sub eis interdum seruire, quos Deus ad unũ oẽs à facie eorum cõtriuisset atq; subiugasset pfecta uictoria, si non aliud promeruisset murmuratoria semper eorum incredulitas.

28 *Et initiati sunt Beelphegor:*

Et post hæc initiati sunt, consecrati sunt addicti sunt idolo Moabitarum, nomine Beelphegor, adiunxerunt se illi, ut ipsum pro Deo gentili ritu colerent, illique sacrificarent, ĩuitati à filiabus Moab, adornatis iuxta consilium maligni Balaam,

* *& comederunt sacrifitia mortuorum.*

Num.25 & inuitati ab istis, comederunt sacrificiis idolorum, in quibus non est uita, & proinde neq; uerum Diuinitatis nomen manducauerunt de idolothytis, quod illis Diuina fuerat lege prohibitum.

29 *Et irritauerũt eũ in adinuẽtionibus suis:*

Num.25 Et irritauerũt dñm in adinuentionibus suis, ĩ excogitatis nequissimis cõsiliis praui cordis sui, qbus egerunt contra dñm.

* *& multiplicata est in eis ruina.*

& facta est in eis grauis ultio cæsis de populo. 24. milibus, & principibus populi suspendi iussis contra solem in patibulis.

30 *Et stetit Phinees.*

Et stetit Phinees, filius Eleazari, filii Aaron, stetit uiriliter, uirum se pstitit in ultione huius impietatis, qui cernens vnũ de principibus filiorũ Israel uidentibus

Ibidem. fratribus suis, intrantẽ ad scortum Madianitidem, sequutus illum pugione perfodit ambos simul in locis genitalibus,

* *& placuit, & cessauit quassatio:*

hocq; facto ex zelo magno honoris Dei placauit ille furorem dñi, & cessauit plaga in populo, neq; ultra plures uoluit pcuti dñs, cæsis 24. milibus, adeo gratum fuit dño, quod ille in zelo Dei, ad ultionem impietatis, sic audacter peregerat.

31 *Et reputatum est ei ad iustitiam, in generatione & generationem, usq; in sẽpiternũ.*

Et reputatum est hoc ipsi Phinei ad iustitiã, placuit domino opus hoc tanti feruoris, adeoq; factum illud uitio nõ dedit authori, vt etiam ad iustitiam ei asscripserit, plurimũq; inde commendarit, imo & pactũ æterni sacerdotii illi statuerit in omnes generatio nes, usq; in sempiternũ, iuxta uerbũ domini dicẽtis ad Moisen. Ecce do ei pacem fœderis mei, tam ipsi quã semini eius, pactum sacerdotii sempiternum, quia zelatus est pro Deo suo, & expiauit scelus filiorum Israel, auertit iram meam à filiis Israel, quia zelo meo commotus est contra eos, ut non ipse eos delerem in zelo meo. Ibidem.

32 *Et irritauerũt eũ ad aquas ɔtradictionis*

Rursum eum uenissent filii Israel in desertum, Sin, & aquæ paterentur penuriã in loco qui post ab euentu miraculoso, in nomen accepit aquarum contradictionis, ibi ad iracundiam (ut ante frequẽter) iterum prouocauerunt dominum: Num.20

* *& vexatus est Moyses propter eos, quia exacerbauerunt spiritum eius.*

& uexatus, plurimũq; afflictus fuit Moyses propter eos, quoniam ipsi sua murmuratione toties repetita & impatiẽtia assidua, ad amaritudinem prouocauerũt spiritum eius. Siquidem egestatem aquæ patiẽtes cõuenerunt pariter, & in seditionẽ uersi sunt cõtra Moysen & Aarõ, multaq; illi probra dixerunt, & blasphemias cõtra dominum, quibus grauissime fuit cõturbatus spũs Moysi, ita ut dimissa multitudine, ad tabernaculũ fœderis confugiens, pronus ibi in terram corrueret, prostratusque iacens oraret dominum.

33 *Et distinxit in labiis suis:*

pp hæc omnia toties repetita infidelitatis ac diffidentiæ murmura, propter oẽs istas irritationes, quibus prouocauerunt dominũ, ipse loquutus est per labia sua, protulit in hoc ultricem sententiam, Num.16

* *non disperdiderunt gentes quas dixit dominus illis.*

ꝙ nõ essent disperdituri penitus, funditusq; deleturi gentes illas, de quibus eis Dominus loquutus fuerat, quasq; ãn peccatũ penitus de terra delere promiserat, & penitus utiq, deleuisset, ita ut nullã vnquã ex eis Israelitæ sensissent molestiã, si nõ eorũ id culpa prohibuisset. Quia.n. toties cõtra Deũ insurrexerunt adhuc in solitudine, uoluit nõ statim ad introitũ eorũ delere penitus omnes habitatores terræ illius, sed relinq uoluit ex eis multos, ad

ad exercitium illorum, vt in eis probaret Israelem, atque etiam erudiret & castigaret, siquando offenderent.

34 *Et commixti sunt inter gentes:*

Deut. 7. Et cōmixti sunt ipsi simul cū gentibus, pacta & amicitiam cum illis ineuntes, imò & matrimonia adinuicē celebrātes, contra dn̄i præceptum, qui illos nolebat cum gentibus inire coniugia aut fœdera:

* *& didicerunt opera eorum, & seruierunt sculptilibus eorum:*

& ex hac commixtione didicerunt opera gentilium, assimilati sunt gentibus in cultu & sacrificijs, vt adorarent idola fusilia atque sculptilia gentium illarū, quibus erant commixti:

* *& factum est illis in scandalum.*

& facta est illis commixtio hæc in scādalum & occasionē ruinæ, ista contra dn̄i præceptū cōiunctio cum alienigenis, occasio illis facta est idololatrandi, & recedendi à cultu dn̄i. Nā & ob hoc illis præceperat dn̄s non inire huiusmodi coniūctiones, ne animi filiorū Israel per alienigenas vxores auerterentur ab eo, & inclinarentur ad cultum idolorum, quo per mulieres Moabitidas illis antè euenerat.

35 *Et immolauerunt filios suos & filias suas dæmonijs.*

Ibidem. Ac post, eo ēt deuenerunt, vt prorsus abominandos imitarentur ritus gentilium, ita vt crudelissimo sacrificio filios suos & filias suas immolarent idolis, & dæmonijs quæ colebantur in idolis eo dementiæ processerunt, vt filios & filias domino sacratos, vt domino viuerent, ipsi interficerent dæmonibus.

36 *Et effuderunt sanguinē innocentē, sanguinem filiorū suorum & filiarum suarū, quas sacrificauerunt sculptilibus Chanaan.*

Et hoc pacto effuderunt impij isti homicidæ sanguinē innoxiū, interfectores cōtra naturā crudeles facti filiorū suorū & filiarū suarū, quos immolauerunt idolis terræ Chanaan, idolis gentiū relictarū in terra promissionis: sicq; eadē illa, ob quæ dn̄s deleuerat populū, teterrimè abominanda facinora cōmiserunt, contra præceptū & voluntatem dn̄i, multo grauius in eis offendentes dn̄m, post susceptā ab eo legem talia admittentes, q̄ illi vnquam offenderant absq; scripta lege peccantes.

A 37 *Et infecta est terra in sanguinibus, & contaminata est in operibus eorum:*

Sicq; factum est, vt terra illa p̄missionis, pp quā sanctificādam voluerat dominus interficere oēs inhabitatores eius, rursum amplius pollueretur & contaminaretur in effusione sanguinis innoxij, inq; hmōi operibus impijssimis, quæ gentili ritu perficiebant: ita factum est, vt terra ista, p̄ cuius expiatione & sanctificatione dominus idololatrum inhabitātium noxium sanguinem voluit effundi, semel mundata, iterum turpius coinquinaretur, effusione sanguinis innoxij.

B * *& fornicati sunt in adinuentionibus suis.*

fornicati sunt à Deo suo, in peruersis studijs suis, recesserunt à cultu domini Dei sui, cui se astrinxerant per legis susceptionem & adiunxerūt se dijs alienis, vt illos adorarent & colerent.

38 *Et iratus est furore dominus in populū suum, & abominatus est hæreditatem suam.*

Propter hæc iratus est dominus cōtra populū suum ira graui, & quasi abominari visus est populū illum, quē ante vt hæreditatem suā sibi elegerat, & in peculiū ex

C omnibus gentibus: indignatione grauissima fuit commotus & conturbatus cōtra populū suū, ita fœdus idololatriæ ritibus contra tam districtissima præcepta se coinquinantem.

39 *Et tradidit eos in manus gentium:*

Hanc quoq; iram magnā ostendit opere dominus, tradens eos in p̄tātem nationū idololatrarum quæ erant p circuitum faciens nationes illas potestatem acquirere super filios Israel, & hos permittens illis venire in subiectionem:

* *& dominati sunt eorum qui oderunt eos:*

D & nationes per circuitum, quę crudeli sē per odio oderāt filios Israel, ab initio ex quo interfectis habitatoribus ingressi sūt terram promissionis, acquisierunt dominationem in eos, seruitute graui eos opprimentes.

40 *Et tribulauerunt eos inimici eorum:*

Et tribulationibus afflictionibusq; grauibus afflixerunt eos inimici eorum tyrannidem magnam exercentes in eos.

* *humiliati sunt sub manibus eorum,*

& humiliati afflictiq; sunt sub p̄tāte & dominatione illorū, Deo hoc permittente & dispo-

disponente, ad iustam punitionem pecca B torum, simul vt vexatione date intellectũ agnoscerent suũ scelus, & quã impie suũ reliquissent dominum, cui si obedientes permansissent, subditi in seruitutem non venissent hostibus, sed ipsi magis domina ti fuissent eorum:

** & sæpe liberauit eos.*

non sic tamen iratus fuit illis, vt in totũ à se repelleret, & penitus obliuisceretur eorum, sed per multas uices misericordia motus liberauit eos de manu opprimentium, quotiescunque videlicet sua impietatis agentes pœnitentiam, exclamassent F ad dominum.

41 *Ipsi autem exacerbauerunt eum in consilio suo.*

Ipsi verò, post liberationis acceptũ beneficium, rursum ad ingenium redibant, iterũ ad pristina mala reuersi sunt: sicut canis reuertitur ad vomitũ, & sus lota ad volutabrũ luti redit, ita ipsi nõ diu memores accepti beneficii, rursum se dederũt idololatriæ, aliisque malis pristinis, ob quæ ante tradidi fuerant in captiuitatem:

** & humiliati sunt in iniquitatibus suis.*

& cũ ipsi post liberationẽ iterarẽt priora G mala, mox illis aduenit vitio Dei, qui eos iterum tradidit in captiuitatem & seruitutem hostibus per circuitum, vt ab illis opprimerentur & affligerẽtur propter peccata sua.

42 *Et vidit cum tribularentur, & audiuit orationem eorum.*

Cumq; tribularent & affligerentur sub oppressione inimicorum, afflictiq; agnoscerent peccatum suum, & agerent pœnitentiã de malo suo, aspexit dominus oculo misericordiæ suæ ad afflictionẽ eorum & exaudiuit clamorẽ orationis, qua de tri H bulatione clamabant ad ipsum, confitentes peccata sua, Deiq; misericordiam in spiritu contribulato & cõtrito corde supplicitet inuocantes.

43 *Et memor fuit testamenti sui:*

Et licet eorum iã toties repetita infidelitas, secundum iustitiæ rigorem hoc promeruisset, ut non vltra eorum misereret dominus, vt meritò nõ exaudiret inuocãtes de afflictionibus, attamen voluit ipse magis aspicere ad testamentum & pactũ quod pepigerat cum patribus eorum, ad promissionem factam patribus: vt propter suam veritatem glorificandam, faceret cum illis misericordiam:

** & pœnituit eum secundum multitudinem misericordiæ suæ.*

& pp multitudinem misericordiæ suæ pœnituit eum mali quod super illos induxerat, pp inexhaustam suam misericordiam cogitauit de malo quod induxerat auferendo, deque illis liberandis è manu hostium: quemadmodum homo pœnitẽs de dicto aut facto aliquo, super illius cõmutatione solet cogitare, & ad reuocationem commutationemq; eius quod dixit aut fecit adhibere operam, vt siquidẽ nõdum factum fuerit, prohibeat vt infectũ maneat: si autem iam perfectum fuerit, ut in statum pristinum, quantum fieri possit rem restituat

44 *Et dedit eos in misericordias, in conspectu omnium qui ceperant eos.*

Agensq; pœnitentiam Deus de malo qd induxerat super populũ suũ, fecit eos inuenite misericordiã corã illis, q eos sibi subiugauerant, vel vt penitus ab eorũ liberaret seruitute, vel certè vt mitius ab illis tractarent efficiendo: interdum quidẽ penitus eos liberauit de hostium manu, & vicissim constituit hostium dominos, vt prius illis ipsi fuerant subiecti: interdum verò tm̃ hostium repressit tyrannidem, & seruitutem effecit tolerabiliorem, etiamsi non penitus eam auferret.

45 *Saluos fac nos domine Deus noster:*

Et nunc Dñe Deus noster, sm̃ magnam misericordiam tuam, & sm̃ multitudinẽ miserationum tuarum, nos ad te de tribulatione & afflictione hostili ex corde humiliato clamantes, saluos fac ab omnibus inimicis nostris:

** & congrega nos de nationibus.*

& congrega nos ex oĩbus nationibus, in quas dispersus est populus tuus: vt quos tu peccãtes dedisti in captiuitatẽ atq; dispersionem, nunc pœnitentes restituas in libertatem, & in vnitatem colligas.

46 *Vt confiteamur nomini sancto tuo:*

Vt in pace & securitate, ab omni malo liberi, cõfiteamur sancto nomini tuo, vt salutem consequuti ab inimicis nostris, in sanctitate & iustitia seruiamus tibi, oĩbus diebus nostris, deq; magnis periculis à Lucæ 1.

te liberati,magnificè gratias agamus tibi:
*& gloriemur in laude tua.*
2.Mac.1 & vt gloriemur atq; exultemus in confessionibus laudis tuæ.

47 *Benedictus dominus Deus Israel à saeculo & vsq; in saeculum:*
Sis tu dne benedictus,sis laudatus,sis honoratus & gloriosus, dñe Deus Israel, Deus populi tui:laus tua in æternum perduret, & imperpetuum non deficiat.
*& dicet omnis populus fiat fiat.*
& oĩs populus tuus,consideratione tantorum tuorũ mirabiliũ incitatus, in laude contentiat,tuisq; laudibus faueat, dicens:fiat fiat, sit semper in oĩbus benedictus Deus in omnia sæcula,Amen.

## ANNOTAT. IN PSAL. CV.

PRiori Psalmo vnicũ tm̃ Halleluia præmittit, huic verò præmittit duplicat iuxta cõem distinctionẽ Latinorũ exemplariũ:fortsitan ob hoc, q̃ in priori Psalmo tm̃ fiebat cõmemoratio beneficiorũ Dei,& ob hoc simplex laudatio. Hic verò & beneficiorũ Dei fit cõmendatio,& prçterea propriæ malitiæ aperta confessio: sicq; velut geminata ponit Dei laudatio. Alij tñ duo ista Halleluia abinuicẽ separant,prius referentes in finẽ Psalmi præcedentis vt sit eius conclusio in exhortatione diuinæ laudis,quale fuerat & principiũ.¶ Ver. 10. Et increpuit mare rubrũ & exiccatũ est. Increpatio dr̃ iussio Dei,illa qua præcepit aquis,quod contra ipsarũ erat naturam.Increpando.n. solemus prohibere hoĩes ab ijs,ad quæ ex se proni sunt ac faciles. Simili mõ in Ps. 103.
Ps. 103. de aquis dr̃,Super montes stabũt aquæ.
Psal. 76. Ab increpatione tua fugient,à voce tonitrui tui formidabunt. Secundũ quã ferè metaphorã in alio Psalmo dr̃, Viderunt te aquæ Deus, viderunt te aquæ,& timuerunt,& turbatæ sunt abyssi,Timore enim maximè constringit & cõpescitur hõ,ab eo ad quod ex se est propensus. ¶ Versu 14. Cito fecerunt,obliti sunt operum eius in Græco loco illius cito fecerunt,vnicũ est verbum ἐτάχυναν quod verti posset,accelauerunt, aut festinauerunt, vel properauerunt: in quem sensum vr̃ accipiendum,quod habet lectio vulgata,cito fecerunt, quemadmodũ in Elucidatione explicauimus. Esset aũt sermo facilior, & non incompletior sñia si tm̃ aduerbium poneret omisso verbo fecerunt, in hunc modũ,Cito obliti sunt operum eius, quõ vertunt ex Hebræo Hieronymus & Felix. Cũ festinatione obliti sunt, vel accelauerunt,obliti sunt,&c. Et habet vulgata lectio eandẽ hanc sñiam,si exponat ad hũc modũ.Cito fecerunt,vt obliuiscerent opera dñi,id est,festinauerũt obliuisci, quod est,non diu recordati sunt. Posset tñ illud cito fecerunt vel accelauerunt, referri ad subitaneã illã lætitiã & concentũ quẽ fecerunt in submersione Aegyptiorũ, pro sua liberatione. Oĩa n. sua faciebãt Iudçi quadã velocitate & quodã impetu, non maturè perpẽdentes rei pondus:quemadmodũ cum illis Moyses loqueret,tũ clamabant subitò,se velle obseruare omnia, & obedientiã voci ferabant magnis clamoribus: sed nihil eorũ quæ loquebant ex stabili radice proueniebat,neq; grauiter satis ista agebant bona,quæ aliqñ videbant subita aliqua passione commoti agere. Huiusmodi aũt quç sic subito fiũt, cum impetu magis q̃ cum iudicio, et si sm speciem bona sint, nullam tñ habent firmitatem. Ad tempus enim credunt, & in tpe tentationis statim recedunt. Potest etiam aliter ista acceleratio in vitium referri, intelligendo accelerationem illam quæ apud Esaiam prohibetur,Qui crediderit,inquit,non festinet. Oportet enim Esa. 28.
eum qui credit, sustinere cum patientia, & expectare consilium domini quemadmodum Abraham post acceptam promissionem non festinauit, non accelerauit,non(vt iuxta modum nostræ lectio Rom. 4.
Dnis loquar)cito fecit, sed longanimiter expectauit ẽi contra spem,credens. Interdũ aũt nolunt expectare consilium dñi, nolunt sustinere,donec pro suo placito ipse agat quæ sibi bona videnl, sed mox impleri volunt sua desideria, aut si non quantotius satisfiat,murmurant. Cui sententiæ consonat quod dr̃ in vltima parte versus,Et non sustinuerunt consilium eius. ¶ Versu 26. Et leuauit manum suã super eos,vt prosterneret eos. Manus leuationem, In Elucidatione exposuimus extensionẽ potentiæ Dei ad vindictã,sum

pta metaphora ex consuetudine eorum qui graui verbere cædere volunt. Hi.n. manũ eleuãt, vt fortiter feriant. Ita Deus super populũ manũ suã leuauit, qñ eam extendit ad feriendũ valide, ad vniuersos illos murmuratores prosternendos in solitudine, vt nec vnus quidẽ ex eis ingrederet terrã promissionis. Et sm hãc signi-
Psal. 137. ficationẽ in alio Psalmo populus afflictus dñm precat, vltionẽ facere de aduersariis, dicens Leua manus tuas in superbias eorũ in finẽ, quanta malignatus est inimicus in sancto. Potest tñ & aliter ista manus leuatio accipi, vt significet formã F iurandi. Solent.n. qui iuramentũ faciunt
Deut. 31. in altũ leuare manum iurantes. Vnde in Cantico Moysi Dñs loquitur, dicens, Leuabo ad cœlũ manum meã, & dicã, Viuo in æternum. Si acuero vt fulgur gladium meũ, & arripuerit iudiciũ manus mea reddã vltionẽ hostibus meis, &c. Vbi manifestum est, manus eleuationem ad formam
Gene. 14 iurandi pertinere. Et Genesis 14. rogatus Abraham à rege Sodomorum, accipere oĩa præter aĩas respondit, Leuo manum meam ad dominũ Deum excelsum, possessorem cœli & terræ, &c. Secundũ hanc G

Ergo metaphorã, rectè intelligimus dñm leuasse manum suã, vt eos prosterneret, id est, iuramento firmasse, quasi irreuocabilẽ sñiam & irreuocabile promissum, q̃ eos oẽs esset prostraturus in deserto. Atque huic sententiæ manifeste subscribit Paraph. Chald. quæ sic habet, Et leuauit manum suam, & iurauit in illos, quod daret eos internitioni in deserto. ¶ Versu 37. Et infecta est terra in sanguinibus. Hoc loco quædã exemplaria Latina habent interfecta est, cui certe Græca lectio consentit, habens ἐφονοκτονήθη quod significat interfecta est. Siquidem φόνος à quo verbũ illud descendit, significat homicidium vel interfectionẽ. Significat aũt hæc lectio, multos è terra innocentes esse interfectos in sanguinibus, id est in effusionibus sanguinis, vel in sceleribus & impietatibus. Omnino tñ simplicior & verior vr̃ esse litera quæ habet infecta est, quam ẽt lectionem antiqua & correctiora habent exẽplaria. Cui & Hebraica lectio manifestè consentit. Hieronymus enim vertit, Polluta est terra sanguinibus. Felix similiter, Polluta est, vel infecta.

## CVI. PSALMI ARGVMENTVM.

*PSalmus iste totus in confessione est misericordiæ Dei, non quidem specialiter de beneficijs exhibitis populo Iudaico, quales erant Psalmi præcedentes, sed de ijs quæ in totum contulit genus humanum. In quo frequenter admodum replicatur exhortatio ad confessionem laudis, multiplexque describitur humani generis miseria, vt post morbum, congruo ordine, euestigio subiungatur ratio medicinæ, & deinde medici sanantis laudatio. Ex morbi enim qualitate & quantitate, sanantis medici est commendatio. Ponitur autem in hoc Psalmo totus pene processus, quo cum genere humano egit Deus ab initio conditionis & lapsus sui, vsque ad consummationem sæculi. Nam in ipso statim initio, redemptos fideles exhortans ad laudem, humanæ miseriæ calamitatem, qua ante Christi aduentum premebatur, commemorat, eamq; multis versibus describit, subinde laudis exhortationem replicans, & auxilium atq; liberationẽ Dei, donec tandem versu vigesimo apertam faciat mentionem missi verbi, per quod instaurata sunt omnia. Post quod deinde, statum Ecclesiæ sub Apostolorum prædicatione depingit, quæ in grauium persequutionum fuit tumultu, donec placuit Deo quietem restituere Ecclesiæ, magna exultatione fidelium. Deinde, à versu trigesimotertio, mirabilem exprimit commutationem quę facta est in populo Iudæorum & gentium, priore illo reprobato, posteriore electo ad constitutionem Ecclesiæ nouę; in qua gentes mirum in modum Dei gratia fœcunditate fructificant, tam merito q̃ numero proficientes. Pestis tamen in populo Ecclesiæ nouæ frequenter grassatur & multorum perditio bonorum copiam vehementer imminuens, quę à magistris errorum hęreticis ortum trahit, qui studio contentionis ipsi primum aberrantes, post sua figmenta, alios deinde simpliciores post se trahunt in deuia & praua perditionis itinera: attamen pauperes & simplices electos suos semper Deus adiuuat, & custodit ab impiorum seductione: in quorum consideratione, solidum est pijs & sapientibus gaudium, quę versibus canuntur nouissimis.*

CVI. PSAL. ELVCIDATIO. A

*ONFITEMINI Domino quoniam bonus, quoniā in seculū misericordia eius.* Confessione laudis, ut dignum est celebrate dominum omnes serui eius, quoniam ipse bonus est, atque ob hoc laude & celebratione dignus, quoniam in sempiternum perdurat misericordia eius.

2 *Dicant nunc qui redempti sunt à Domino:* Illi loquantur, illi dicant laudem & cōfi B teātur domino, qui ab eo se redēptos cognoscunt qui experti sunt beneficium redemptionis eius, ad eos maximè spectat non tacere laudes sui redemptoris:

* *quos redemit de manu inimici, de regionibus congregauit eos.*

illi quos de potestate liberauit inimicorū, a quibus opprimebātur seruitute graui, quosq; de dispersione qua dispersi erāt in regionibus mortis, sub uitiis atq; peccatis uariis degentes: lōginqui à Deo sua bonitate congregare dignatus est, & in unum fecit habitare. C

3 *A solis ortu & occasu, ab aquilone & mari*

Ps. 67 Quos uocauit ex omnibus mundi partibus ab oriente, occidēte, aquilone, & me

1. Tim. 3 ridie, ex oībus gentibus, tribubus, popu-

Psal. 132 lis & linguis: quos undecunq; collectos in unā congregauit Ecclesiam, tā diuersarum nationum, diuersorumq; locorū hoīes faciēs habitare unanimes in domo sua, q̄ est Ecclesia, & cum magna iucunditate quasi fratres habitare in vnū.

4 *Errauerunt in solitudine in inaquoso:*

Prius enim q̄ dignaret Deus ad humanum genus misericordiæ oculo respicere, post lapsum primi parentis, & ex eo ī- D ductam mundo corruptionem, hoīes absque lege scripta uiuentes in hoc mundo errabant, naturę corruptæ praua insequētes desideria, sicq; mirū in modum erroribus & peccatis inuoluebant in hoc mūdo, qui erat quasi desertū & locus īuius, absq; ullius uię indicio, dū lex oīs scripta defuit, & lex naturæ ab initio hominū insculpta mentibus, nimium erat ex corruptione naturę obducta spinis & uepribus, id est, corruptis passionibus & prauis inclinationibus, eratq; etiam locus inaquosus, ubi erant omnia arida & siticulosa, non erant sacramenta uiuificātia non erant fontes doctrinæ ueritatis, quibus potuissent irrigari,

* *uiam ciuitatis habitaculi non inuenerūt:* atque in solicitudine positi, non inuenerunt uiam qua potuissent & debuissent recta pergere ad ciuitatem habitaculi, ad ciuitatem habitationis beatorum, quam beati inhabitant, & ad quam inhabitandam omnes creati sumus, in deserto isto positi, sequentes deuia uitiorum, quæ caro monstrat, aberrauerunt à uia uirtutis per quam uiam perueniri debet ad illā manentem ciuitatem, quam futuram debemus inquirere, quoniam ad eam inhabitandam sumus conditi.

5 *Esurientes & sitientes, anima eorum in ipsis defecit.* Hebr. 13

Positi uerò sic in huius mundi deserto homines, in corruptione illa & miseria absq; adiutorio, pessimè habebant, egestatemq; patiebantur omnis boni, fame & siti grauissima periclitabantur, ut ita deficeret in eis anima & uita, nō utique fame aut siti corporali panis aut potus huius corporei, sed fame uerbi Dei, & siti gratiæ eius, ī quibus uiuit homo uerius quàm in pane aut aqua corporea.

6 *Et clamauerunt ad dnm cū tribularetur.*

Ita tanta autem egestate, & tam manife- Psal. 4.
sto discrimine positi, nescientes quo cōfugerent pro auxilio, ducatu luminis naturalis (quod super hominem signatum est) simul adiuti per illuminationē gr̄æ Dei conuertunt se ad dominum in tribulatione sua, ut ab illo postularent auxilium, confidentes quod is qui figmētū fecerat, posset iam deficienti quoque necesitet succurrere, lapsumq; instaurare:

* *& de necessitatibus eorum eripuit eos.*

& de necessitatibus eorū, de omnibus miseriis, de periculis, de angustiis in quibus uersabantur, ipse suo benigno respectu liberauit eos, ipse etiā tū ad se clamātes nō despexit, sed supplicātibus sibi adfuit.

7 *Et deduxit eos in uiam rectam:*

Et quanquā mundus totus uersaretur tū in ignorātię tenebris, essetq; passim incognita uia uirtutis, hominibus per carnis desideria ad malum (quo proni ferunt ab Gene. 6

Rr 2 infantia

infantia sua omni tempore)tendẽtibus, E
illis tñ qui ipsum inuocabant doctorem
& ductorẽ se exhibuit, interius illos sua
gratia illuminans,nonnullos etiam exterius docens uiam uirtutis.

*vt irent in ciuitatem habitationis.*

ut per eã rectã pergerent ad illã manentem ciuitatem, ad quam possidendam & inhabitãdam sumus conditi, ad ciuitatẽ & patriã supernam,quæ sola homini immortali debet esse ciuitas & patria, cum sint oẽs huius mũdi habitationes corruptibiles,incorruptibili hoĩ nõ aliud quã
tuguriola & casulæ pegrinationis absq; F
fundamentis & firmitate habitationis.

8 *Confiteantur Domino misericordię eius.*

Ps.135. Cõfiteãtur proinde domino miserationes eius,quæ sũt multæ & magnæ nimis ipsæ deni cõfessionem domino, & celebretur dominus in eis, narrẽturq; ipsæ, prędicentur,& celebrent ad gloriã eius.

* *& mirabilia eius filijs hominum.*

& mirabilia eiusq̃ exhibuit filiis hominum,confiteant domino, celebrentur & commemorẽtur ad gloriam domini,qui
facit solus mirabilia. G

9 *Quia satiauit animam inanem, & animam esurientem satiauit bonis,*

Ipse enim animas hominum inanes & uacuas,oĩ bono copiose adimpleuit, & animas esurientes copiose bonis repleuit.Homines.n.sm animam prorsus uacuos,originali iustitia priuatos,& omnis boni ex se egestate laborantes,omni uirtutum ornatu destitutos,& ueritatis salutari doctrina carentes,omnibus ad salutem necessariis copiose donauit,modò suam egestatem uoluissent agnoscere,ipsiusque auxilium tantùm inuocare.

10 *Sedentes in tenebris & umbra mortis:*

Satiauit dico illos qui sedebat in horridis tenebris, nõ utiq; tenebris oculorũ, sed tenebris mẽtium,lumine gratiæ priuati, obscuratũ cor habentes,& sub umbra mortis,positi sub dãnatione mortis:

* *vinctos in mendicitate & ferro.*

qui erãt uincti,& iam in captiuitatẽ conclusi,libertate perdita,in magna egestate & in durissimis cõpedibus captiuitate molestissima summe afflictua & ualidissima,vt difficillimũ foret captiuitatẽ illã tã tolerare quã effugere,quẽadmodum ij qui in egestate uincti sunt difficilẽ habẽt captiuitatẽ,ut difficile sit eã tolerare:quoniam captiuitas cum egestate,duplex est miseria,& qui in ferro uincti sunt,firmã habẽt diuturnamq; captiuitatem, ut non possint facile effugere.

11 *Quia exacerbauerunt eloquia Dei,& cõsilium altissimi irritauerunt.*

Omnis autẽ hæc miseria super hoĩes ex obedientia uenit, quoniam prąuaricati sunt præceptum Dei,& uoluntatem altissimi trãsgressi sunt:qm̃,in uno oẽs peccauerunt,in cuius lumbis erant, qui
dum præceptum Dei trangressus est,omnem hanc miseriã suæ toti posteritati super induxit,supernẽsq; consilium Dei(in quo si permansisset,mortem omnẽ miseriã nõ uidisset)in omnia hæc mala nepotes uniuersos cõiecit, in has tenebras in hanc umbram mortis,in hanc mendicitatem in hanc captiuitatem ferream. Rom.5.

12 *Et humiliatum est in laboribus cor eorũ & infirmati sunt.*

Et in peccati pœnam & ex Dei sentẽtia, humiliata atq; afflicta sunt corda hominũ in laboribus multis & magnis,tã externis,quam internis, tam corporalibus quã spũalibus,dicẽte domino,In sudore uultus tui uesceris pane tuo,donec reuertaris in terrã de qua sumptus es,& infirmati,humiliati atq; depressi sunt ualde in laboribus hmõi grauiter sudauerũt & debilitati sũt in incũbẽtibus laboribus. Gen.3.

* *nec fuit qui adiuuaret:*

nec potuerũt in suis istis miseriis quenquã inuenire qui ferret auxilium,qui humanũ genus ab ista miseria absoluerẽt.
Oẽs enim totius humani generis,consi-
H mili erãt subiecti miseriæ, neq; propriã suã hominum potuit depellere miseriã, quãto minus auxiliũ aliis ferre uoluisset?

13 *Et clamauerunt ad dominum cum tribularentur:*

Positi uerò in hac tribulatione, leuauerũt oculos ad dominum adiutorem fortissimum,supplicibus uocibus ab eo postulantes auxilium:

* *& de necessitatibus eorum liberauit eos.*

de omnibus periculis, angustiis atq; miseriis saluos fecit eos.

14 *Et eduxit eos de tenebris & umbra mortis:*

Eduxitq; eos de tenebris ignorãtię & malorum

lorũ errorũ, quibus erant obuoluti atque A obtenebrati, & de vmbra mortis quę super illos incumbebat, salutari sua doctrina & gratia illuminans eos atq; viuificans, sicq; luminis & vitæ beneficio à tenebris & morte eos liberans.

** & vincula eorum dirupit.*

& vincula illa infidelitatis, errorũ atq; vitiorũ, qbus in carcere malę conscientiæ sub expectatione certæ dãnationis seruabant ẽclusi, cõminuit, cõfregit, atq; dissoluit, ex captiuis filijs iræ (quales natura erant) faciens liberos filios Dei p gratiã.

Ephe. 2. 15 *Confiteantur domino misericordiæ eius* B Narrent dño ad laudẽ & pfessionẽ miserationes eius multæ & magnæ, ex ipsis Dei miserationibus detur ei laudis cõfessio.

** & mirabilia eius filij hominum.*

& mirabilia eius quæ ostẽdit erga filios hoĩum, confiteantur dño, recenseantur & commemorentur ad laudem Dei qui solus facit huiusmodi mirabilia.

16 *Quia contriuit portas æreas, & vectes ferreos confregit.*

Ipse.n. populũ suum de captiuitate pessima liberauit, vnde impossibile fuisset hominẽ sua virtute euadere è carcere for-C tissimo, velut habẽte portas ferreas siue æneas, eatq; cõfirmatas ferreis vectibus, populũ suum eduxit, portis illis contritis & vectibus confractis. Quẽadmodum .n. captiuus carcere portas æreas & ferreos vectes habẽte cõclusus, seipsum nõ pôt è tali captiuitate liberare, neq; spẽ habet eiusmodi per se effugiendi ex hoc carcere: ita erat genus humanum absq; Deo in captiuitate fortissima, quã per se nunquã potuisset effugere. Et quemadmodũ si quis prępotens, tali munitissimo carcere cõclusum sua virtute liberaret, contri-D ta ferrea porta & vectibus ferreis, liberatori tali sic liberatus, maximam haberet gratiã, eiusq; fortitudinẽ plurimum collandaret: ita æquum est, vt genus humanum, portis æreis contritis, & comminutis ferreis vectibus suo liberatori (q hęc in magnifica virtute operatus est) per maximas agat gratias.

17 *Suscepit eos de via iniquitatis eorum:* Suscepit populũ suum de iniquitatibus eorũ, per pœnitentiã redeuntes ab impietatibus, recipit in gratiam, non eos muo dos inuenit, cũ eos susciperet in gratiam sed cum adhuc peccatores essemus, & inimici, misertus est nostri Deus, vt recordatus misericordiæ suæ, susciperet Israel puerum suum.

** pp iniustitias enim suas humiliati sunt,* nã pp iniustitiam suam, pp transgressiones suas, & illã primam inobedientiam primi præuaricatoris, & alias insuper iniquitates, quas sibi quisq; per propriã maliciã superiecit, humiliati fuerant, & in talẽ durã captiuitatẽ, in tam obfirmatũ carcerem conlecti. Siquidẽ sola trangressio, in captiuitatem istam pessimam humanum genus induxerat. Rom. 5. Luce 1.

18 *Oẽm escam abominata est anima eorũ:* Ego miseriæ tandẽ deuenerunt hoĩes, vt oĩs doctrina virtutis & veritatis, qua potuisset cor hoĩs cofirmari aut in vita sustentari, abominationi fieret, vt oĩs cibus veritatis esset mortalibus insipidus, cum omnia plena essent doctrinis mendacij & doctrinis dæmoniorum.

** & appropinquauerũt vsq; ad portas mortis* atq; ita præ nimio defectu veri cibi in mundo totum ferè humanum genus proximum videbatur internitioni, nihil nisi mors videbatur imminere, filii mortis erant vniuersi, & filii damnationis, nisi adueniisset Deus auxiliator.

19 *Et clamauerũt ad dñm, cũ tribularent.* Positi verò in tanta miseria leuauerunt oculos ad dominum Deum patrum suorum, eumq; supplicibus precibus inuocauerunt de tribulationibus suis.

** & de necessitatibus eorum liberauit eos.* & de angustiis, miseriis, atq; necessitatib' oĩbus p eũ sunt modo mirabili saluati.

20 *Misit verbum suum, & sanauit eos & eripuit eos de interitionibus eorum.*

Videns namq; Deus in tanta egestate atq; miseria positũ genus humanum, sicque oĩa morti esse proxima, misericordia motus, vbi venit plenitudo tpis, misit Deus pater filium sibi coæternum & coæqualẽ verbum suum quod erat in principio apud patrem, vt per ipsum sanaret genus humanum, atque restitueret, qũo per ipsum à principio omnia facta fuerãt. Per hoc verbum suum, Deus pater mundum iã nimiũ ægrotantẽ, nimiaq; ęgritudine ad mortem vsque deductum sanauit; quo Galat. 4. Ioan. 1. Math. 1 Math. 8 Esa. 55

niā quidē populū suū saluū fecit à peccatis eorū, languores eorū ipse tulit, & dolores portauit, sicq; vulnera curās, & medicinali sua gratia, vnctione q; olei sui saluberrima (id est, sancti spiritus dono) bonū valetudinē confirmās, eripuit eos ab oībus malis, ab oībus mortibus & mortalibus periculis, vt nihil iā dānationis sit ijs q sunt in verbo Dei in Christo Iesu.

21 *Confiteantur Domino misericordię eius, & mirabilia eius filijs hominum.*

Rom. 8. Meritò proinde ad confessionē diuinæ laudis narrari debent misericordiæ dñi, & mirabilia eius pro filijs hominum exhibita, meritò ad confessionem laudis narrentur domino.

22 *Et sacrificent sacrificium laudis:*

Psal. 49. Et pro gratiarū actione liberati fideles, offerant dño sacrificium quod illi nouerint acceptissimū esse, id est, sacrificium laudis, in quo ipse potissimum honorificatur, magis quàm immolatione hircorum aut vitulorum:

* *& annunciens opera eius in exultatione.*

& opera eius mirabilia, tantæ potentiæ, tantæ benignitatis, tantæ miserationis, nequaquam sileant homines ea experti, sed cum gaudio cordis & mentis tripudio, ea narrent ac recitent omnibus ad gloriam liberatoris.

23 *Qui descendunt mare in nauibus faciētes operationem in aquis multis.*

Specialiter verò illi q post salutē sic per

Ps. 118. filium Dei oībus in cōe operatam, electi sunt ad prædicandā mundo salutē & gra

Apoc. 17 tiā istam, quibus iniunctum est à dño, mare istud magnū & spaciosum pernauiga

Matt. 28. re, id est mundum vniuersum perambulare in oēm terrā, & in fines orbis terræ, prædicadæ salutis gratia exire, qui missi sunt facere operatiouē in oībus populis (qui sunt aquæ multæ) docere scilicet oēs gentes, prædicare eis & testificari de salute & præceptis Dei, eosq; baptizare in nomine patris & filij & spiritus sancti, docentes eos seruare omnia quæcunque præcepisse. medicus ille, qui à Deo patre venerat mundo,

24 *Ipsi viderunt opera domini:*

Qui sic, inquā, in mare istud pernauigandū missi à Deo descenderunt, & quibus cōmissum fuit sic operari operationes in aquis multis & populis, ipsi viderunt & experti sunt mirabilia opera Dñi, q potētissimè cū eis egit, & p eos exercuit, in variis signis, prodigiis atq; ostensis virtutis Dei, quibus Deus cooperabatur, ipsis operantibus in aquis multis.

* *& mirabilia eius in profundo.*

ipsi viderunt mirabilia q Deus fecit cū eis, & per eos, in profundo, id est, in mari quod pernauigabant, missi à Deo. Marc. 16

25 *Dixit, & stetit spiritus procellæ:*

Voluntate dispositione, ac permissione Dei factū est, cū sancti Apostoli atq; discipuli dñi in mare inciperent descendere, ad faciendā operationem in aquis multis, vt mox spiritus tēpestatis staret, exurgeret ventus turbinis, persequutio & commotio tumultuosissima exoriretur, cōtra illos mare ingressos, & operationem suā operantes, id est, populis Euangelium salutis annunciantes.

* *& exaltati sunt fluctus eius.*

& tumultus huius cōmotionis mirū i modū continuò auctus est, tumultuosa tēpestas sæuę psequutionis facta est pualida.

26 *Ascendunt vsq; ad cœlos, & descendunt vsque ad abyssos:*

In tanta aūt cōmotione, ipsi q descendeūt in mare ad faciēdas ibi operationes in aquis multis, mirabiliter iactati sunt terra atq; pbati, vt nūc viderent vsq; ad cœlū eleuari nunc vsq; in profundū demergi: quēadmodū ad oculū cernimus, naues in mari dū vehemens est tēpestas, nunc velut ad sydera iactari, nunc subitò quasi in infernum collabi: ita illi in mari operantes, in mundo Euangelium salutis prædicantes, persequutione exorta, mirum in modum iactati sunt: 2. Cor. 1.

* *anima eorum in malis tabescebat:*

in tātis malis agebant, adeò hac psequutione grauissima subinde defatigabant, vt videretur consumi vita eorū, vt viderētur morti proximi, vt eos nonnunquam tæderet viuere, aut vt de vita penitus desperarent, in tantis periculis, imò tantis mortibus continuò agentes.

27 *Turbati sunt, & moti sunt sicut ebrius:*

Præ nimia immanitate persequutionis, videbantur veluti hoīes consternati animo & cōturbari, tanquam homines sine mente apparebant, ad modum hominis ebrii,

ebrij, qui non est compos mentis, neq; apud se hēt consiliū: ita quantū et se videbantur penitus mēte & cōsilio carere, vt nō viderēt quid agerēt in tātis malis;

* *& omnis sapientia eorum deuorata est.*

& omnis eorū sapientia nihil potuit aduersus tanta mala, quasi consumpta à nimijs malis, ita vt per suam prudentiā aut per suū consilium non possent inuenire quid agerent.

28 *Et clamauerūt ad dñm cū tribularentur:*

Qui verò ex semetipsis non habebant cōsilium, neq; ad suas faciēdas operationes in tanta tēpestate peritiā atq; sapientiā in tribulatione positi, in tantis periculis, clamauerunt ad Dominū, vt ipse pro suo beneplacito opus dirigeret, ad quod miserat illos, vtque fluctus tempestatis ꝑ sua bona voluntatē mitigaret.

* *& de necessitatibus eorum eduxit eos.*

& ipse laborantibus nō abfuit, subuenit periclitantibus, deficientibus ex sese tulit suppetias, liberabitq; eos de omnibus eorum angustijs, de tantis periculis eos liberās, faciēdo cū tēpestate tentationis prouentum, vt possent nauigantes, & operātes in mari sustinere: & sm mēsuram passionū, multiplicādo in eis consolationes, denicq; patientiā in aduersis donādo, & in agendis omnibus spiritus sui prudētiā.

29 *Et statuit procellam eius in auram:*
1.Co.10 Quando aūt voluit Deus, tempestatem illā oēm & persequutionē (quā in primor-
2.Cor.1, dijs Ecclesiæ initio euangelicæ prędicationis ꝑmiserat exurgere) ipse sedauit, & procellam siue tempestatem conuertit in trāquillam & quietem auram.

* *Et siluerunt fluctus eius.*

& fluctus maris siluerunt, persequutiones & commotiones cessauerunt, mala quæ contra prædicatores Euangelij sese extulerant mitigata fuerunt atque sedata.

30 *Et lætati sunt, quia siluerunt:*

Ps.75. Et uidentes Ecclesiæ, earumq; pręlati redditam sibi pacem & quietē à persequutionibus, gauisi sunt in domino, propterea ꝙ in suo beneplacito cessare fecisset Deꝰ tumultus illos & fluctus sæuarum persequutionum.

* *& deduxit eos in portum voluntatis eorū.*

& in portū optatum deduxit illos, in tequiē diu optatā, multisq; precibus postulatā, tandē illos perduxit, desiderabilem, & beneplacentem requiem tādem eis largitus est, non permittens fluctus maris sęuire imperpetuum.

31 *Confiteantur Domino misericordiæ eius: & mirabilia eius filijs hominum.*

Meritò ꝑinde cōfiteantur dño, & ad laudē cōmemorentur, miserationes eius, & mirabilia illa quæ exhibuit filijs hoīum.

32 *Et exaltent eum in Ecclesia plebis:*

Et exaltēt eū in cōgregatione sancta fidelis populi populus oīs fidelis bñficio ipsius liberatus à morte, & in pace iā cōfirmatus, in Ecclesia sancta dignis suū liberatorē & pacis largitorē efferat pręconijs.

* *& in cathedra seniorum laudent eum.*

Et in cathedris seniorum laudetur: nō solum à vulgo & humili populo datus est, non tantū vulgares in celebrando dñm decet esse intentos, verumetiam q in cathedris pꝛbyterorum resident maiores in Ecclesia, qui pręsunt dominico gregi, q super cæteros eminent, in suo venerādo cōsessu debent exaltare dominum, cuius vicem gerunt, & cuius locum tenent in terris præfecti super populum Domini.

33 *Posuit flumina in desertū, et exitus aquarum in sitim.*

Quam verò admirabilē cōmutationē fecit Deus in tēpis plenitudine, post Euangelicæ statim prædicationis initium. Ad pdicationē nanq; Apostolorum, talem fecit Deus omnipotens in terris commutationē, vt flumina fierent quasi desertum, vt locus ille q antè fuerat plenus aquarū abundantia, fieret quasi desertū aridū & inaquosum: & illic ubi prius exibāt aquę in abundātia, defectus aquæ veniret, & magna valde ariditas, hoc est, ut terra Iudeæ, q̄ prius lege Dei, itemq; eius scientia & cultu sola videbatur aquis irrigata, in qua sola notus erat Deus, in quā fontes oīs boni emanabant ex beneficijs Dei, vt hæc Iudæa facta sit quasi solitudo, & quasi desertum absq; aqua: dum repellentes Euangelicæ gratiæ prædicationem, eique contradicentes, & ea se indignos faciētes, iusto Dei iudicio bonis omnibus sunt priuati, vt viuant nunc in maxima ariditate absq; vera sciētia Dei, & legis, i. absq; humore omnis gratiæ, vt summa iam siti veri potus priuentur.

34 *Terram fructiferam in salsuginem:*
Terrā istā, quæ olim admodum erat fructifera, quæ olim in cultu Dei vberes fructus afferebat, in qua sola agnoscebat, & colebat Deus, conuertit in terrā sterilem, & infœcundam: in terram salluginosam, quasi esset sale vel sanguine perfusa, vt amplius fructum non posset producere,
* *à malitia inhabitantium in ea.*
Rom. 11 idq; nō pp Dei mutabilitatē, quasi is absque horum demerito pro sua im̄mutabilitate sic voluisset eos relinquere (sine pœnitētia n. sunt dona Dei atq; vocatio ei*) sed pp demeritum & malitiā eorum q habitabant in terra illa, pp Iudæorum nimiā impietatem atq; consummatā tandē malitiā: qui sicut à principio eductionis de Aegypto semp fuerunt rebelles & murmuratores, ac post ēt Prophetarum interfectores, ita tādē in tpis plenitudine Prophetarū dominū interfecerunt, plerosque seruorum eius, vt adimpleteni mensurā patrum suorū: & veritati Euangelicę, quā
Matt. 23. Deus voluit mundo prædicari, pertinacissimè restiterunt, vt meritò super eos veni
Lucę 11. ret oīs sanguis interfectorum, & vltio de eis perfecta sumeretur, in eorum reprobatione & totali abiectione.
35 *Posuit desertum in stagna aquaru m, et terram sine aqua in exitus aquarum.*
Ecōtrario verò, loca deserta & inaquosa, in quibus ante nulla fuerat aqua, cōmutauit Deus in stagna aquarū, maximā illic copiam prębuit aquarum, vbi prius nullę fuerāt, & terrā q prius fuerat sine aqua, cōmutauit in fontes aquarū, dedit ibi scaturigines, vnde copiosæ effluerent aquæ, hoc est, gētilitatē siue populū gentium (q prius quasi non gens & non populus æ-
Deut. 32 stimatus, totus erat aridus & oi humore
Rom. 10 bono destitutus, nō habens scientiā Dei, neq; legis, neq; Prophetarum, in summa viuens ariditate) per Apostolicā prædicationem Deus abundè rigauit, scientia fidei donauit spiritu sancto suo fœcundauit, & omnibus bonis copiose adimpleuit, ita vt nihil desit illis in vlla gratia.
36 *Et collocauit illic esurientes.*
1. Cor. 1. Et collocauit illic Deus in populo gētiū pauperes & famelicos, quos oēs ibi collocauit & congregauit, tanquā in ouili suo vt illic esurientes pasceret & impleret bonis, diuitibus illis & fastidiosis Iudæis in vacuitate sua relictis:
* *& constituerunt ciuitatem habitationis.*
& cōgregati gentium populi in vna fide, Lucæ. 1.
in vna spe vocationis suæ, in vna doctrina veritatis, in vno baptismo, in vno dn̄o Ephes. 4.
in uno spiritu, cōstituerunt ciuitatē Dei, quæ est sancta Ecclesia, vt inhabitarent in ea, tanquam in domo domini Dei sui quō olim populus ille Iudaicus Synagogam cōstituerat, ita hac abiecta, succedēs in electione & vero cultu Dei gentiū populus, nouā cōposuit Ecclesiā, q supra firmā petrā fundata, & per architectos peritissimos cōstructa voluntate Dei nō deficiet vsque in consummationem sæculi.
37 *Et seminauerunt agros et plantauerunt vineas.*
Et qui hanc ciuitatem inhabitāt, q prio Matt. 16.
res in eā fuerant ingressi, soliciti atq; dili Matt. 28.
gentes fuerunt de proximorū salute, in opere Dei se fideles ac strenuos exhibuerunt, nequaquā otiosi defecerunt, sed viriliter & fortiter egerunt, soliciti in vicinis locis & regionibus seminare verbū Dei, aliasque particulares Ecclesias fundare, quasi vineas dn̄i sabaoth electas: alius seminabat, alius plantabat, alius rigabat, alius quasi sapiens architectus fundabat:
* *& fecerunt fructum natiuitatis:*
neq; frustrati sunt labore suo, nō fuit abs 1. Cor. 3.
que fructu & vtilitate labor eorū Deo. n. incremētum dante, & interius efficaciter illis cooperante fructum bonum protulerunt agri & vineæ, in quibus colendis laborem insumpserāt, & fecerunt fructum natiuitatis, fructum bonum & naturalē; Ipsi quoq; singuli fideles inhabitātes Ecclesiam, corda sua cum magno studio pparātes, tales agros seminabāt, & tales vineas plātabant, sēmē verbi Dei in illa studiosę recōdentes, vt mortuum faceret fructum plurimum, virtutumq; germina solicite inserentes, vt inde cresceret vinum salutis. & fecerunt ipsi fructum bonū, pro uētus amplissimos, operum bonorū multam abundantiā in fructum vitæ æternæ.
38 *Et benedixit eis, et multiplicati sūt nimis.*
Ad fuit illis desup benedictio Dei, & beneuolētia grāe eius, per quā abundanter multiplicati sunt fideles & excreuerūt in magnum numerum multorum milium

qui ante pauculi erãt,& in numero admo dum modico.

* *& iumenta eorum non minorauit.*

& iumenta inhabitantium Ecclesiã non minorauit,i.fideles simplices,qui tanquã iumenta in sua simplicitate sub obedien tia maiorum viuunt, non paucos esse fecit,sed plurimos valde,in abundãtia maxima.Copiosa,n.Dei benedictio Ecclesiã adimpleuit fidelibus: qui licet simplices sint,& non multum alta eruditione,in recta tamen fide & bona obedientia Ecclesiæ subditi, sicut iumẽta suis dñis dirigũtur à præpositis in uia salutis.

39 *Et pauci facti sunt.*

Veruntamẽ in posterioribus tẽporibus, & maximè circa tpa nouissima,magna illa simplicium fidelium atq; etiam fidelium præpositorum multitudo ad paucitatem redacta est:

* *& vexati sunt.*

insuper & à tranquillitate illa pacis, in qua viuunt hoĩes, donec in simplicitate sua permanent,turbati sunt & in vexationem conscientiarum inducti:

* *à tribulatione malorum & dolore:*

2.Tim 3 idque à tribulatione,angustia,& dolore malorum multorum,exurgẽtium tpis ꝓcessu in Ecclesia,In nouissimis nãq; tpi-
2. Pet.2. bus,uenientibus illusoribus & falsis ma
1.Ioan.1. gistris plurimis,& Antichristis multis vnum nouissimum præcurrentibus,per di uersa tpa multi seducti sunt, in maximo subinde numero; dum iumẽta illa absq; debita discretione magistros mendacij insequentia, abduci se permiserunt in uanos errores & prauas vanitates,multisq; vicibus ex hmõi hæreticorum tumultibus atq; schismatibus mira uexatio & ꝑsequutio: interdum ẽt exterior in corpore & corporalibus bonis, semper aũt interior in conscientia,exorta est; & mala plurimis ex horum nequitia, simplicibus in Ecclesia processerunt, quæ ẽt plenius implebuntur in nouissima Antichristi ꝑsequutione quando in errorem inducerẽtur (si fieri potest)etiam electi.

40 *Effusa est contentio super principes:*

Matt.24. Cõtẽtio se effudit sup principes, studium contentionis inuasit plerosq; ex ijs q in Ecclesia,non ut iumẽta,sed tanquã principes habebantur, ingenio, scientia, eloAquẽtia ꝓcellentes:inuasit istorũ plerosq; ex ambitiosa & superba mente procedes cõtentio,pro defensandis suis sententiis, cũ animi elatione & pertinacia:confidentes in ingeniis suis, aut eruditiõe eloquẽtia ve sæculi,ausi sunt cõtentiones suscitare,schismata erigere,hæreses ꝯfrĩgere, atque in his suis placitis defendendis omne studium omnemq; conatũ adhibere.

* *& errare fecit eos inuios,& non in via:*

& hoc cõtentionis studiũ quod oẽs possidet hæreticos, errare facit plerosq; maiorum in inuio falsitatis & mendacii,& nõ
B in via veritatis,videlicet vt recta regia via catholicæ veritatis relicta, sequanẽ deuia & falsa,sectantes suorũ ingeniorũ adinuẽtiones & somnia,q̃ ipsi nec de fidei regula,nec de scripturarũ authoritate sumpserunt,neq; ipsi solũ authores hæresiarchæ abducti sunt in deuia,sed (q̃d magis dolendũ est)secũ inueniorũ illorum simplicium plurimã multitudinem abduxerunt & abducunt in perditionis itinera.

41 *Et adiuuit pauperem de inopia:*

Deus tñ(qui seruorum semper pauperũ & humilium curã gerit) auxiliũ præbet,
C & per gratiã suã assistit humilibus & pauperibus spiritu,q non sibi videntur sapiẽtes,nõ sunt prudentes apud semetipsos, q in simplicitate sua fundatæ catholicæ fidei inhærent,& rectã fidei regulã ab il- Rom.12
lis primis operariis(qui ꝓrimum operationẽ fecerũt in aquis multis,id est, a sanctis Apostolis Apostolicisq; viris) traditam cũ humilitate tenent,nec sequuntur noua hoĩum vanorum cõmenta, quãtũuis loqui videantur placentia: hos sanè 1.Ioan.4
paupe:es & simplices adiuuat Deus & custodit,ne seducanẽ à magistris errorũ
D hos illuminat,vt lupos discernant à pastoribus:hos probare docet spiritus,vtrũ ex Deo sint:hos sibi seruat & custodit,vt non seducantur: quomodo etiam in illa nouissima & grauissima persequutione vltimi Antichristi,semper aliquot sibi est seruaturus electos:

* *& posuit sicut oues familias.*

& posuit familias horum pauperũ, sicut oues, sicu gregem suum faciet simplices istos:ita eos fundabit & custodiet, quomodo pastor gregẽ suum custodit, ita se erga gñationes pauperũ habebit & ge-

ret, quomodo pastor erga oues suas.

41 *Videbunt recti & lætabuntur:*

Videbunt ista qui sunt recto corde con
2.Tim 2 siderabunt istā Dei erga suos electos fir-
maiā bonitatem (qua semper cognoscit
qui sunt eius, & facit ut ab iniquitate di
scedant) & lætabuntur in hac Dei in-
æstimabili bonitate & electorū salute:

* *& omnis iniquitas oppilabit os suum:*

& omnis impietas cōfundetur aduersus electos & sancto Dei nihil poterit omnis impietas, nō poterūt aduersus bonos p̄ualere portæ inferi oēs hæreses, omnes impietates cōprimentur, conticent & confundentur & erunt quasi obturato ore, ut non possint persuadere malum electis Dei, & confundent̄ oēs errorum magistri, inuentores mendacii, oēs ī nouissimo redarguent̄, inuenient̄q; cōfusi.

43 *Quis sapiens & custodiet hæc, & intelliget misericordias domini?*

Matth 6 Hæc aūt quæ iā diximus, quisquis sapiēs est, diligenter custodiet, sollicitéque obseruabit, & oīs uerè sapiens in istis meditabit̄, tota mētis attētiōe p̄siderabit misericordias dñi, quas iā multa verborū replicatione cecinimus; neq; tñ p̄ digni tate gequā diximus. Abyssus nāq; iethau sta est p̄funditas misericordiæ Dei, neq; ab hoie, quātumuis eā cōsiderer diligenter aut cōtēpletur, peruestigari potest.

## ANNOTA. IN PSAL. CVI.

PSalmum istū quidā conant̄ literali intelligentia exponere de varijs casibus q obuenerunt olim veteri populo, quēadmodū Chal. Paraph. multa in hoc Psalmo de Sedechia & principibus eius loquitur, de Ezechia ægrotāte & sanato, de Iona misso in mare & tempestate sedata, & de caristia tpe Iobel, aliaq; huiusmodi. Alii de ijs intelligunt Psalmū quæ generaliter fm corpus soleat eueni re mortalibus. Nā principiū Psalmi, in quo mētio fit erroris & reductionis ab errore, expoūt de iis quos cōtingit à recti itineris tramite deuiare ī loca deserta & inuia, vbi periculis maximis, rū pp defectū cibi & potus, tū pp metū ferarū syluestriū & viā incognitā, expositi clamant ad dñm, hunc vnicū reputātes suū fidelē refugium, à quo & exaudiunt̄, cū E soleat ipse in rebus desperatis libenter īuocatus succurrere, & reducunt̄ duce ad uiā rectā, ad loca habitata & frequētata hominibus. Qd deinde sequitur de esurientibus & siti deficientibus, uinctisq; in mendicitate & ferro, exponunt de uinctis corporaliter, q graui fame & siti in duro carcere, affligūt̄, q licet ob suas impietates plerique sic puniant̄, si tñ fideli corde dñm inuocauerint, non rarò sentiunt liberationē, ut de tetro & tenebroso carcere educant̄ ad exoptatā lucē. Quę ēr de mare ingredientibus dicunt̄, exponunt de periculis eorū q naufragiū patiunt̄, q in rebus desperatis inuocantes cū fiducia dñm, nō rarò sentiūt Dei sibi adesse auxiliū. Qđ deinde à versu 33. dr̄ de commutatione deserti in stagna aquarum, & econtrario, exponunt de potenti commutatione qua Deus loca commutat pro suo placito, ut ubi nunc nulla est aqua, post annos aliquot aquarum fluat abundātia, & econtrario, ubi nunc est aquarum copia, ibi post ariditas maxima inueniatur. Ast hunc, inquam, modum alii fm literalem quandā & historialē intelligentiā, p̄sentem Psalmum totū tentant exponere. Nobis tñ magis uidebat̄ conuenire, ut ad spiritum omnia illa referrentur. Et profecto vnicuique attentius consideranti, facilè liquebit, Psal. istum spiritualē intellectum magis quā historialem præferre. Pro quo etiam facit (meo quidē iudicio) q̄ toties replicat̄ exhortatio laudis, toties Dei inculcant̄ mirabilia, versu eiusmodi, Cōfiteātur domino misericordiæ eius, & mirabilia eius filij hominum. Proinde nos in expositione, de errore spirituali, captiuitate, spiritualia egestate, fame & siti spiritualibus, mari spirituali, tēpestate spirituali, trāquillitate, cōmutatione spirituali, benedictione & fructificatione spirituali, totū Psalmi p̄cessum (quantū potuimus) rōnabiliter & lucidè conati sumus interpretari. Nos tñ absq; p̄iudicio ita nr̄a attulimus, ut neminē diuersa ponētē p nos velimus repudiari. ¶ Versu 8. Cōfiteant̄ dño misericordiæ eius & mirabilia eius filijs hoīum. Cōfiteantur vr̄ accipi improprie, fm significationem passiuam, ut tantundem valeat, quantum confessio

confessione commemorentur, uel laudã do commemorentur. B. Hierony. ex Hebræo uertens, uerbum confiteantur, accipit in significatione actiua, sed accusatiuum adiungit, nõ nominatiuũ, ad hunc modu, Cõfiteant dño misericordiã eius, & mirabilia eius in filios hominum Sic & Felix, manifestent uel celebrent domino misericordiam eius, & mirabilia eius filiis hominum. Atque ita sensus idẽ est huius lectionis, accepto uerbo in significatione actiua, qui est lectionis uulgatæ accepto uerbo in significatione passiua, Siue enim dicas, cõfiteantur homines misericordias domini, & mirabilia eius, siue ita dicas, Confessione laudis celebrentur ab hominibus misericordię domini, & mirabilia eius, eadẽ proculdubio sententia est In eo quoq; qđ sequitur, Et mirabilia eius filiis hominũ, filiis hoĩum, casus est datiui, sub audiendo participiũ facta uel exhibita, ut sit sensus, Mirabilia exhibita uel facta filiis hominum. Cui consonat quod ut iã auditum est uertit Hieronymus, Mirabilia eius in filios hominum ¶ Ver. 26. Ascendunt usq; ad cœlos, & descendunt usq; ad abyssos. Intelligi possunt pro supposito, ipsi qui descendunt mare in nauibus, facientes operationem in aquis multis, uel etiam fluctus maris. Et eadem fere est sententia, si ue intelligas fluctus maris ascendere & descendere, siue ipsos nauigantes. Nã fluctibus maris iactantur sursum ac deorsũ qui nauigant. Nauem enim fluctus propellunt, & inflati ipsi nauem eleuant in aera, concidentes uerò nauem quoq; faciunt in ima concidere. Quomodo autẽ secundum mysticam intelligentiam Apostolis Dei operatoribus illud conueniat, Anima eorum in malis tabescebat, item & qđ sequitur, Turbati sunt, & moti sũt sicut ebrius, & omnis sapiẽtia eorũ deuorata est, facile ex illo discimus uerbo apostoli Pauli (qui unus fuit ex ipsis facientibus operationẽ in aqs multis, imo plus omnibus in aquis istis laborauit) qđ in secunda Epistola suis scribit Corinthiis Nolo, inquit, uos ignorare fratres, de tribulatione nostra, quæ facta est in Asia, 2. Cor. 1.
qm̃ supra modum grauati sumus supra uirtutem, ita ut tæderet nos etiam uiuere uel (ut ex Grȩco ẽt uerti põt) ut desperaremus de uita Sed ipsi in nobismetipsis responsũ mortis habuimus, vt nõ simus fidentes in nobis, sed in Deo qui suscitat mortuos, qui de tantis periculis nos eripuit. Vers. 29. Et statuit procellã eius in auram. Clarius in eandem sententiã Hieronymus, Statuet turbinem in tranquilitatem. Itẽ pro eo qđ sequitur. Et deduxit eos in portum uoluntatis eorum sic habet, Et deducet eos ad portum quẽ uoluerunt. Et loco eius ꝙ uersu trigesimonono habemus. Cõstituerunt illic ciuitatem habitationis. Hieronymus clarius dixit, Formabunt urbem ad habitandum. Vrbs autem ista, nihil dubiũ quin Psal. 47.
illa sit ciuitas regis magni, ciuitas Dei nr̃i, quam alio in loco idem Psalmista cecinit, dicens, Magnus dominus & laudabilis nimis in ciuitate Dei nostri in mõte sancto eius, Fundatur exultatione uniuersæ terrę, mons Sion altera Aquilonis ciuitas regis magni. Et in Psalmo alio Gloriosa dicta sunt de te, ciuitas Dei.

## CVII. PSALMI ARGVMENTVM.

*PSalmus iste contexitur ex Psalmo quinquagesimosexto & quinquagesimonono Nã quinque priores uersus huius Psalmi, usq; ad locũ illum, Vt liberentur dilecti tui, habes finis Psalmi quinquagesimi sexti, nix in ullo facta mutatione, nisi quòd illic gloria mea iungitur, cũ sequenti, dicendo, Exurge gloria mea, exurge Psalterium & cithara cum hic iungat præcedenti, hoc modo, Cantabo & Psallã tibi in gloria mea, ac deinde diuisim legat, Exurge Psalteriũ, &c. Et in uersu quarto, cum hic dr̃, Magna est super cœlos, illic dicebatur, usq; ad cœlos. Versus aũt reliqui, post quintũ ad finem usq;, oẽs inueniuntur in Psalmo quinquagesimo nono Quę oĩa quia semel exposita sunt, non iterum hic prolixius à nobis explicabuntur. Argumentum (qđ est gratiarum actionis, pro uictoriis habitis) require ante Psalmum quinquagesimum nonum. Annotationes quoq; suis locis si libet, requirere Elucidationem tñ non grauabimur, quæ prius dicta sunt, etiam hinc reuocantes, eo quòd Prophetam non piguit diuersis locis eadem canere.*

CVII. PSALMI ELVCIDAT.

*ARATVM cor meum Deus paratum cor meum*
Pro tuis erga me innumeris & inestimabilibus
beneficiis ò potentissime Deus, paratum est cor-
meum,& modis omnibus iterum iterum
que paratum, idest, quã paratissimum, ad
te laudandum, te glorificandum, tibique
ut dignum est per omnia & spiritu & cor
pore famulandum:
* *cantabo & psallam in gloria mea.*
cantabo coram te,& psalmos dictabo at-
que cantabo tibi, in omni gloria mea, ita
ut quicquid in me gloriæ fuerit, quicqd
uirtutis, quicquid rigoris, quicquid for-
titudinis ingenii, memoriæ, affectus, cæ-
terarumq; uirium, oĩs meus decor & glo
ria, siue quæ in corpore, siue quæ in ani-
ma mihi inexistit, totum uelim in tuã
laudem impendere, ut in tota gloria &
uirtute pro mea uirili dignè tibi psal-
lam, tam magnificentissimo domino.
2 *Exurge gloria mea, exurge psalterium & citharã:*
Et quo sit laus plenior, etiam instrumen
tis decantata musicis, accedite huc in ma
nus meas psalteriũ & cithara, uenite, ut ĩ
uobis psalmum canã altissimo domino.
* *exurgam diluculo,*
& ego primo mane, admodum diluculo
exurgã de strato quietis meæ, ut in tpe il-
lo quietissimo, simul & amœnissimo, diui
nas laudes cũ alacritate ualeã decantare.
3 *confitebor tibi in populis domine, & psal-lam tibi in nationibus.*
Celebro te, laudemq; tibi dicam ingenii
bus, dñe, & in omnibus per uniuersum
orbẽ terrarum diffusis nationibus popu
lorum, te laudabo in psalmis & canticis.
4 *Quia magna est super cœlos misericordia tua, & usque ad nubes ueritas tua.*
Iustũ uerò, ac rationabile est, ut tibi psal
lam in omnibus gẽtibus, & nationibus
qm̃ misericordia tua magnificata, glorifi-
cata, & exaltata est usq; ad cœlos, imo &
super cœlorum altitudinem, & ueritas tua
usque ad nubes magnificata hoc est, ueri-
que adeo sublimis, & excelsa est, ut à no-
bis comprehendi non ualeat. Nemo.n.
E sufficit comprehendere numerum & mẽ
suram magnitudinis misericordiæ & ue
ritatis tuæ.
5 *Exaltare super cœlos Deus:*
Fac, ò potentissime Deus, ut super cœlos
cognoscatur maiestas tua, fac per osten-
sionem potentiæ tuæ cognoscere homi-
nes altitudinem gloriæ & sublimitatẽ al
tissimæ maiestatis tuæ, quæ cœlis est al-
tior, & nec cœlorum amplitudine, siue al
titudine comprehenditur, sed in immen
sum superexcedit altius,
* *& super omnem terram gloria tua.*
F & super omnem terrã fac cognosci celsi
tudinem gloriæ tuæ, ut in omnibus fini
bus orbis terrarum cognoscaris, & ha-
bearis is qui uerè es, potentissimus Deus
ac dominus uniuersæ creaturæ,
* *ut liberentur dilecti tui,*
ita (inquam) tu Deus potentissime exalte
ris, & glorificeris, ut electi tui quos ad ui
tã ab æterno pdestinasti liberent, fiãtq;
salui ab oĩ malo In illorum namq; libe
ratione & saluatione, tã simul misericor
diã & ueritatem singulariter glorificas,
6 *Saluum fac dextera tua, & exaudi me:*
G Et qm̃ hoĩs opus non est liberare & sal
uare, tua ad id peragendum opus est dex
tera, ut per tuam præualidã oĩpotentiam
salutem consequantur electi, tui, quã à sei
psis, uel ab hominibus quibuscunq; ha-
bere nõ possunt, & hac in re exaudi me;
ut dextera tua salues electos, populumq;
tuum de hostium manu liberes,
* *Deus loquutus est in sancto suo.*
sic enim tu Deus loquutus es in sanctua
rio tuo, ita definiuisti apud te in sancto
& secreto habitaculo tuo.
7 *Exultabo & diuidam Sichemam:*
H Videlicet q̃ ego Dauid, ut rex & prĩceps
electi populi tui, lætabor in triumphis ui
ctoriæ, ex uirtute dexteræ tuæ contra ad-
uersarios populi tui, & diuidam terrã Si
chem, tãquã bello portam populo meo:
* *& conuallẽ tabernaculorũ ego dimetiar.*
& uallẽ illam, quæ Socchor dicitur, id est,
tabernaculorum, ego dimetiar tanquam
meo dominio & iuri subiectam.
8 *Meus est Galaad, & meus est Manasses, & Ephraim susceptio capitis mei.*
Populus Galaadites mihi subiectus est, si
militer & Manasse, populus autẽ Ephraĩ,
præci-

præcipua & uelut capitanea est fortitu-
do mea,& quasi robur ac uirtus capitis,
id est,principatus mei,utpote aliis tribu
bus potêtior, bellicosior,& numerosior.

*9 Iuda rex meus:*

Tribus Iudæ mihi regnum præstat, in
qua & principium fuit regni mei,

* *Moab lebes spei meæ.*

Populus Moabitarum est mihi uelut ol-
la & lebes oblectationis, unde haurire
possem delicias,& oblectationem, eisq;
libere uti iuxta desiderium.

B

*10 In idumeā extēdam calciamentū meū:*

Super filios Edom extendam calciamen
tū meū,super illos calcabo,tanquā perfe
cta subiectiōe plenissima subiectos mihi:

* *mihi alienigenę amici facti sunt.*

Philistiim,Amalechitæ, & alienigenæ p
circuitum,facti sunt mihi tributarii, &
subiecti ditioni meæ.

*11 Quis deducet me in ciuitatem munitā:*

Et quis est,qui me produxit usq; in ciui-
tates munitas, ut loca etiam munitissi-
C
ma obtinerem?

* *quis deducet me usq; in indumeam:*

quis me deduxit in ciuitates Idumæorū
admodū robustas & populosas, ut eas
cogerem sub imperium regni Dei?

*12 Nonne tu Deus qui repulisti nos,& nō exhibis Deus in virtutibus nostris*

Quis alius præter te domine,qui olim ui
debaris abiecisse nos,ac uelut prorsus de
seruisse absq; auxilio,& non uolebas cū
exercitibus nostris ad pugnā egredi,no-
A
lebas pugnare cum exercitibus nostris,
nolebas tua præsentia defendere populū
tuū pugnantē,sed quasi à prælio absens
permisisti uinci exercitus nostros ab ad-
uersariis.Profectò tu qui olim ita repuli
sti populum tuum,& cum eis nolebas e-
gredi ad pugnam,idem ipse nunc respe-
xisti nos,& egressus nobiscum dedisti no
bis præclaras uictorias.

*13 Da nobis auxilium de tribulatione.*

Tu itaq; Domine semper præsta nobis
de tribulatione auxiliū, si insurrexerint
aduersum nos aduersarii.& tribulatores
populi tui succures tu nobis auxilio tuo:

* *quia uana salus hominis.*

uerè,n.uana est salus, quæ expectatur ab
homine,& prorsus uanissimum est auxi
lium & salutē expectare ab humana po-
tētia,cum tu illam habeas in manu tua.

*14 In Deo faciemus uirtutem:*

Ex nobis quidē prorsus imbecilles & im
potentes sumus magnum aliquid efficē
re,sed ī tuæ uirtutis fiducia & auxilio for
titer agere poterim⁹ magnæ uirtutis opa,
agemusq; tua uirtute cōfortati uiriliter,

* *& ipse ad nihilū deducet inimicos nr̄os.*

tu quoq; facillimè destrues, & absq; oī
labore siue molestia ad nihilū deduces,
omnipotēti fortitudine tua,aduersarios,
nostros,quanticunq; tandem siue nume
ro,siue fortitudine extiterint, ꝓpter qđ,
in te semper fiducialiter perstare uolu-
mus,et tuo sācto cultui semper inhærere,
neque abscedere ab te imperpetuum.

## CVIII. PSALMI ARGVMENTVM.

*PSalmus iste uideatur maledictiones cōtinere aduersum hostes prolatas. Persona autē Chri sti applicari eum contra suos hostes & interfectores Iudæos.& singulariter etiam cōtra Iudam proditorem qui illorum unus erat,uel ex hoc fit manifestum, Petrus Apostolus in pri mo cap. Actuum Apostolicorum,de Iuda proditore uerba faciens,partem huius Psalmi in eo dicit fuisse impletam,illud uidelicet quod habet uersus septimus, Episcopatum eius accipiat al ter. Quamuis ergo secundum substratum literæ sensum,possit accipi ut à Dauide contra suos hostes. Doeg Idumæum,& alios huius similes prolatus,qui ipsi innocenti apud Saulem detra hebant,& alioqui satis ad malum Dauidis propensum magis exasperabant,secundum tamen ueritatem & intellectum præcipuum,ipsius Christi est oratio,in qua patrem alloquens, & in- uocās iudicē,hostium suorum proposita malitia,& sua è regione innocentia dignam deinde ul tionem peruersorum describit, tam in personis proprijs q̄ in relictis liberis uxoribus & bonis oībus. Idq; facit multis uersibus in quibus ea quæ impijs ueritatis cōtradictoribus uentura erant ex Dei iuditio,ut præuidebat,ita exprimit,& sm diuinæ iustitiæ conformitatem eadem ēē precari vr̄. A uersu autem uigesimo ad finem usq; suam paupertatem & afflictionem expo- nens,à Deo salutare postulat auxiliū in conclusione tandē liberatori promittens laudis cantica*

CVIII.

CVIII. PSALMI ELVCIDA-.

*DEVS laudem meam ne taceris, quia os peccatoris, & os dolosi super me apertum est.*

Hebr. 4. Dñe Deus pater meus cuius oculis nuda & apta sunt omnia, qui omnia nosti ut in ueritate se habent, tu ne tacueris laudē: qm̄ ecce ora peccaorum, & hominum nequam cōtra me aperta sunt, ad blasphemiam atque conuicia, ut dum illi contra me blasphemātes impia falso loquunt, tu econtrario meam laudem prędices & prædicari facias meamq́ue innocentiā manifestam facias, tuum mihi impendēdo auxilium, dum illi improperia, conuicia, & blasphemias aduersum me effundunt, ut econtrario me apud tuos prædices, meum nomen mundo clarifices, sicut ego te mundo clarificaui, qua etiā causa potissimum isti impii nunc aduersum me impudentia ora sua aperierūt.

2 *Locuti sunt aduersum me lingua dolosa & sermonibus odii circundederunt me:*

Loquuti sunt aduersum me linguis mēdacibus atque fraudulentis mihi detrahentes meq; calumniantes absq; eā propter suam peruersam nequitiam, & sermonibus odii ex omni parte me circundederunt, odiosis verbis omni ex parte me egressi sunt uerbis duris & grauibus aut ēt verbis detractoriis & diffamatoriis, qbus me conati sunt omnibus reddere odiosum, appellantes me seductorem populi, uini potorem, voratorē, publicanorum amicum, subbathi violatorē, Dei blasphematorem, aduersum prīcipes seditiosum, cum dæmonibus pacta habentem, aliaque huiusmodi:

Ioan. 6. Matt. 11 Ioan. 9. Lucæ. 5. Lucæ. 11.

* *& expugnauerunt me gratis.*

absque omni rōnabili cā impugnauerūt me, oī qua valuerint virtute, mihi machinantes mala, cōcilium facieutes, nūc qūo mihi os obstruerent, & cōfusum me redderent, imposito silentio, qūo aliqd ex ore meo raperent in calumniā, nunc qūo me perderent, aut dolo tenerent, & interficerent, atque hęc omnia absque vlla cā, absque ullo meo merito, cum nihil aduersus illos egerim, ob qd iustè ta-

Lucæ. 20 Ibidem. Matt. 29

E lia aduersū me debuerint aut potuerint machinari.

3 *Pro eo ut me diligerēt, detrahebāt mihi.:*

Imò vero loco eius qd eius me diligere debebant, pro dilectione quā mihi debebant, ut benefactori, ipsi malum reddiderunt, & detraxeruut mihi, cū diligere me pro acceptis beneficiis debuissent, non solum non dilexeruut, uerumetiam hostiliter meeū egerunt, contra me mala loquentes mihiq; vbicunque poterāt, tā in nomine, quam in uita aduersantes. ego verò non sum commotus ad impa-

F tientiā, patienter tuli illorum improbitatē, non reddidi malum pro malo, non maledicebā maledientibus, sed orabā ad te dñe commendans tibi causam animę meæ, ad te oratione leuaui spiritum meum, ut tibi vindictam committerem, & ipse non offenderem in te p̄ impatiētiā:

* *ego autem orabam.*

Orabā ēt pro illis mihi detrahentibus & aduersautibus, vt ignosceres eis, & parceres, donec viderent nescire quid facerēt donec nō ex obstinatione eorū peruersitas ceruet procedere, donec spes ap-

G parebat vlla conuersionis eorum.

4 *Et posuerunt aduersum me mala p̄ bonis.*

Et ipsi oīs beneficii immemores, p̄rsusq́ue ingrati in omnibus, mea mansuetudine nihil emolliti, mea poteniia nihil emendati, apponebant beneficiis maleficia, pro bonis rependebant mala:

* *& odium pro dilectione mea,*

& pro dilectione mea, qua ego illos dilexi, inē & p̄ dilectione mea, qua me ipsi debuissent merito diligere, reddiderunt mihi odiū, cū ego illos amarē, neq; solū lingua diligerē, sed opere & ueritate di-

H lectione abunde ostenderem, eorū lāguidos, curādo eosq; in ueritatis Euangelicæ doctrina pascendo, insuper & peccata tollēdo, lāguores auferēdo, & dolores portādo, ac p̄inde merito me prius amātē & benefacietē saltē redamare debuissēt ipsi nō solū nō amorē repēderūt, sed insup odiū crudele, qd & opere testati sunt grauissimā aduersū me cōtradictionē suscitantes, usq; ad ignominiæ opprobriū. Matt. 8. Heb. 12.

5 *Constitue super eum peccatorem:*

Er qm̄ tanta est, tamq; peruersa & obstinata illorū impietas, iuste tu sācte pater iudex

iudex aïæ,& defensor causæ meæ,cui cau sam meã commendaui sm tuã iustitiã, rigidum & seuerum in illos exercebis iudicium,quod sicut tu ex ordinatione tuæ iustitiæ illis superinducere decreuisti,ita ego meã voluntatẽ tuæ cõformãs: præcor illis euenire,ad tuæ iustitiæ glorificationẽ,& iustã tantæ impietatis vltionẽ.Itaq; tu constitues super eũ peccatorẽ super populũ illum impium,& oẽs illos iniquos aduersarios meos,tu Iudex iuste dominari facies impium:primum quidẽ, tradendo illũ in manus crudelis illius ty
Iob.41. ranni & exactoris diaboli,qui est rex sup
Ioan.8. oẽs filios superbiæ,primus impietatis au thor,& pr̄ mendacij, ex cuius parte sunt oẽs q imitanť illũ: deinde ẽt hoĩbus impijs,& crudelibus tyrannis eos subijciendo,vt ab illis digna afflictione puniti,suę perfidiæ debitas pœnas luant:

* *& diabolus stet à dextris eius.*

& diabolus ille malignus stabit à dextris illorũ,q̇ illis aderit,& velut obseruabit, tanq̃ captiuos eos tenẽs laqueis suis,vt ad oẽ malũ instiget suæ traditos potestati,ac post in dãnationẽ secũ abducat æternã.

2.Tim.2 6 *Cum iudicatur,exeat condemnatus:*

Cũ iudiciũ fiet de eis,nõ inuenieť excusatio,non absolueňť liberi, sed cõdemnati exibunt, referent sñiam cõdemnationis, quia mortis damnatione sunt digni:

* *& oratio eius fiat in peccatum.*

imò & oratio eorũ reputabitur immunda & sordida,quasi peccatum:ẽt cum ore videbunť clamare,& in hypochrisi sua se orare simulauerint,labijs tantũ orantes, quasi sordida oratio eorũ repelletur, nõ erit exaudibilis:quia cor lõgè est à Dño, quod impietate plenum estimò erit oratio illa execrabilis,quoniam cum irreuerentia & hypocrisi orantes quodammodo tentare Deum videntur.

7 *Fiant dies eius pauci:*

Dies illorũ pauci fiẽt & modici,abbreuiabiť duratio vitæ eorũ, morte p̄matura & intempestiua morienť,sicut & ipsi innocenti mortem iniustam sunt meditati:

* *& episcopatum eius accipiat alter.*

& eorũ episcopatũ,eorum munus, quo à Deo honorati sunt atq; sublimati,alii accipient,quemadmodum pontificũ,& scribarum synagogæ dignitas,ad Apostolos,
A eorumq; successores translata est: & impius ille traditor Iudas,dux oĩum ĩterfectorũ innocentis dñi sui, apostolatus munere priuatus est,laqueo sibi aĩam ante tp̃s extorquens, & in locũ eius suffectus est atq; substitutus alius Imò & to- Matt.27.
tus ille Iudæorũ populus,qui prius oĩbus Act.1.
populus speciali sua sanctificatione præeminebat,existens gẽs sancta,populus peculiaris ex oĩbus gentibus,& regnũ sacer Exod.19
dotale siue sacerdotium regale, perdidit oẽm hanc præeminentiã, & successit illi populus alter ex gentibus, qui iã genus
B electum appellatur,gens sancta,populus peculiaris,& regale sacerdotium.

8 *Fiat filij eius orphani,& vxor eius vidua.*

Fient filij eorũ orphani,& vxores eorum 1.Petr.2.
fient viduæ.Ipsis.n.hostium manu cadentibus,relinquentur eorum liberi absque patre,& erunt orphani,vxor aũt viro destituta erit vidua: quod certe nõ modica est morťẽti afflictio,videlicet præter omnem dolorem vulneris,relinquere matrẽ pauperẽ superstitem,multis onustã prolibus,& proles multas in paupertate superstites,vt non habeant vltra qui ipsis de vi
C tæ necessariis prospiciat.

9 *Nutãtes trã ferant filij eius,& mẽdicẽt:*

Filij eorũ mutantes & instabiles,de loco ad locũ (iuxta morẽ nutãtiũ) se trãsferẽt, vel ab hostibus transferenť de loco ad locũ:& in tanta egestate atq; penuria expulsi patriis sedibus viuent, vt mendicatim sibi victum cogantur quęritare:

* *& ejciantur de habitationibus suis.*

& eiicienť de patriis sedibus, de habitationibus quas inhabitauerãt patres eorũ non permittentur inhabitare terrã quã patribus eorũ Deus singulari miraculo
D donauerat,sed disqergenť, & captiui ducentur in oẽs gentes,& erunt exules per Luc.21.
orbẽ vniuersum,seruientes sub tributis, in seruitute & despectione maxima.

10 *Scrutetur fœnerator oẽm substãtiã eius:*

Serutabuntur fœneratores oẽm substãtiã eorũ,exactores quibus officiũ cõmissum fuerit spoliãdi deuictas & bello captas ciuitates,penitus nihil relinquẽt, quin oĩa p̄denť & auferãt:vt de patriis bonis, illis fugiẽtibus,aut in captiuitatẽ vel dispersionẽ abeuntibus, nihil liceat secũ auferre.

* *& diripiant alieni labores eius.*

& alie-

& alieni, id est, hostes prorsus extranei, imò aduersarij, diripient labores eorum: quęcunq; illi collegerant & thesaurizauerant in vsus suorum filiorum atq; hæredum, non ad filios aut hęredes legitimos peruenient, sed rapientur ab hostibus, etiã vsque ad occultissima, & minima quæq; omnia prædaturis.

11 *Non sit illi adiutor:*
Non erit qui illis in tanta oppressione positis possit vllo, vel consilio vel auxilio, ferre suppetias:

* *nec sit qui misereatur pupillis eius.*
neq; solũ ipsis non erit auxiliũ, sed neq; filijs eorũ, quos orphanos relinquent, vllus continget miserator, neq; cum pupillis eorum quisquam aget misericorditer. Nam absq; misericordia plerique cadent interfecti hostium gladii, alii patriis eiicientur habitationibus, & bonis omnibus spoliabuntur, quæ sibi thesaurizauerant patres eorum, ducenturq; sic nudi & miseri in omnes gentes captiui, in afflictione nimia.

12 *Fiant nati eius interitum:*
Imò & in perditionẽ dabunt filii eorum, plurimorum filii simul cum parentibus, imò in oculis parentum interficientur ad maiorem parentum afflictionem:

* *in generatione vna deleatur nomen eius.*
neq; pauci erunt, quorum progenies hostium gladio maximè infirmata ac pene extincta, licet ad modicum post mortem parentum subsistet, mox tñ vnica absumpta generatione deficiet. Nam quod pene extinctum est, si non reparetur, cito prorsus deficiet.

13 *In memoriam redeat iniquitas patrum eius in conspectu domini:*
Ante oculos dñi redibit ad consideratio nem iniquitas parentum eorum, vt adducat super eos vltio grauissima, quasi pro oĩum parentũ suorum delictis, vt inquiratur ab istis homicidiis, qui adimpleuerunt mensurã patrũ suorum, sanguis omnium iustorum & Prophetarum, qui effusum est ab origine mundi, ita scilicet, vt grauissima de eis sumatur vltio: Matt. 23

* *& peccatum matris eius non deleatur.*
& peccatũ matris eorum non erit in obliuione, quantũ ad punitionẽ eorum, vt etiam pro illo adducat super illos vltio: hoc est, vltione tam graui, tã manifesta, tam horribili videbuntur puniri, vt appareat Deũ, quicquid vnquã peccati admiserunt parentes, super hos eorum posteros imposuisse, & ad horum punitionem, grauiorem reuocasse ad memoriam. Rom. 11.

14 *Fiant contra dominum semper:*
derelicti quoq; & reprobati à Deo, ita efficientur obstinati in sua malitia, vt sint perpetuò contra Dominum, nunquam redeant in gratiam, donec venerit consummatio sęculi, quando eorum reliquię saluæ fient:

* *& dispereat de terra memoria eorum:*
& prorsus de terra viuentium, de sancta Ecclesia & militante & triumphante, peribit eorũ memoria, erunt quasi incogniti & extranei à veris Ecclesiæ fidelibus, & erit execrabilis ac detestabilis eorum memoria, vsq; dum venerit tempus constitutum conuersionis eorum, quo conuersi recipiantur in gratiam:

* *pro eo quod non est recordatus facere misericordiam.*
propterea q̄ nõ cogitauerunt facere misericordiam, propterea q̄ crudeliter nimium semper egit ista generatio, non solum cum seruis Dei & prophetis, quos percusserunt & interfecerunt, verumetiã cum Prophetarum domino, quem crucifixerunt. Propter quod meritò iudicium illis fiet sine misericordia, qui non fecerunt misericordiam. Iacob. 2.

15 *Et persecutus est hominem inopem, & mendicum, & compunctum corde mortificare.*
Et persequuti sunt filium hoĩs, pauperẽ, humilẽ, mansuetum & egenum, qui erat virorũ nouissimus, imò vermis & nõ hõ, hoiem dolentem corde, virum dolorum & scientem infirmitates, qui totam vitã in multa austeritate transegit atque doloribus multis: vt hunc (inquam) filium hominis sic pauperem & afflictum morti traderent. Non. n. satis illis erat videre fidelium hominis miseris modis tractatũ, flagellatum, spinis coronatum, veste regia & arundine illusum; non (inquam) satis illis erat videre innocẽtem filium hominis, quasi leprosum, & quasi nouissimũ virorum, absque decore & specie, vt meritò debuissent intima illorum commoueri viscera super tanta innocentis miseria: Esa. 53. Psal. 21. Esa. 53. Matt. 27

ria: verum insuper ad mortem illum po- A
scerunt, vocibus fortissimis inclamantes,
Ioan.19 Tolle, tolle, crucifige eum. Propter quod, non mirum si iusta Dei vltio non vna aliqua modica pœna cōtenta quiescat, sed punitione multiplici penitus eos velit disperdere. Iustum est.n. vt pœna culpæ respondeat.

16 *Et dilexit maledictionem, & ueniet ei, et noluit benedictionem, & elongabitur.*

Dilexerunt maledictionem, quę fierunt q; eā in praua sua nequitia, & inuenient eā: benedictionem verò odio habuerūt, atq;
Rom.6. à se abegerunt, & non veniet eis. Non est B
quod conquerantur impij isti, malè & iniquè secū agi in his punitionibus. Accipiunt.n. quod semper quæsierunt & dilexerunt. & eo priuantur quod semper fugerūt. Omnibus nāq; cogitationibus cordis, sermonibus oris, & operibus, manuū suarū impietate plenis, nihil aliud uisi sunt q̄rere, quàm maledictionē mortis & pditionis æternæ: benedictionē autē & salutē visi sunt q̄ maximè fugere, dum nihil ea dignum voluerunt operari? & qūo quęsierunt pditionē, sic eueniet eis. (Accipiēt.n. mortē peccati stipendium) vt benedictio- C
nem à qua semper abhorrere visi sunt, à qua semper se elongauerunt, studio prauæ voluntatis, nequaquam percipient filij maledictionis atq; perditionis æternę, quomodo econtrario, iustis ac timētibus benedictio, quam semper quæsierunt, ueniet. & maledictio quam oderunt, elongabitur ab eis.

17 *Et induit maledictionem sicut uestimētū:* Induent impij isti maledictione sicut uestimēto, ex oī parte illos circundabit maledictio, operietq; perditio, qūo vestimentum ex oī parte circundabit hominem; D

* *& intrauit sicut aqua in interiora eius, & sicut oleum in ossibus eius.*

imò in ipsos intrabit, quomodo aqua quę bibitur intrat in interiora hois, imò vsq; ad penitissima eorum penetrabit, ad modum olei, cuius virtus etiam vsq; ad ossa penetrat, & inter ossa se porrigit. Est.n. sicut oleum maximè penetratiuum, ita & impiorum maledictio.

18 *Fiat ei sicut uestimentum quo operitur, et sicut zona qua semper præcingitur.*

Fiet (inquam) illis maledictio quasi uestimentum, quo operiuntur hoīes, vt sic penitus maledictione circundent, & ad modum zonæ, qua hō per mediū sui per totum corpus cingitur, vt qūo totum corpus zona cingit, & semper cingit, ita maledictio impios illos penitus circundet: hoc est maledictio & pditio totos ipsos peruadat tam secundum corpus quàm secundum animam, semelq; correptos & peruasos imperpetuum affligat.

19 *Hoc opus eorum qui detrahunt mihi apud dominum:*

Hoc erit eorū q detrahunt mihi opus apud dñm, hæc punitio illis q mihi aduersant eueniet à Dño: sic illis fiet, talis vltio exercebit ex iusto iudicio Dei aduersum illos qui me gratis persequuti sunt:

* *& qui loquūtur mala aduersus aīām meā.* & talis manet vltio eos qui mala loquuntur aduersus animam meā, qui insidiant vitæ meæ, qui aduersum me concilium faciunt, & dolosis adinuentionibus cogitant quomodo me interficiant, & veritatem Euangelij opprimant.

20 *Et tu domine domine fac mecum propter nomen tuum:*

Et tu pater, dñe sancte, age mecum benignè pro tua misericordia: pp gloriam nominis tui, misericorditer fac mecum, & cum omnibus meis fidelibus qui futuri sunt vsq; in consummationem sæculi in bona voluntate tua:

* *quoniam suauis est misericordia tua.* tua nanq; misericordia suauis, & dulcis & benigna, ita exposcit tua misericordia vt cum me miserè agas, nō vt illi impij crudeliter, sed tanto magis misericorditer, quanto illi magis crudeliter.

21 *Libera me: qa egenus & paup ego sum.* Libera me dñe, qm ego pauper & egenus sum, humilis & despectus, vir dolorū multis tribulationibus degens, opprobrium hominum, & abiectio plebis:

* *& cor meum conturbatum est intra me.* & præ nimia afflictionum miseria, cor Psal. 21.
meum conturbatur intra me.

22 *Sicut vmbra cum declinat, ablatus sum.* Ad nihilū deuenit vita mea, abstulerunt me ď vita isti impij, & finē meū appropinquare fecerūt, adcū modū quo vmbra cōtinuò ad nihilū tendit, postquā declinat, quando iam est sol occasui proximus.

** & excussus sicut locustę.*

& quēadmodū locusta nusquā habet fixā sedē,sed vbicunq; reperit,abigit,loco pel lit,& velut excutitur: ita de hoc mundo ego sum excussus, nimię psequutionis tu multu siue impetu,nec permittunt inimi ci in hac vita me habere requiē: Itē quo locustę tanquā noxię,corrodentes terrę nascentia,abiguntur & excutiuntur, vbi earum fuerit copia,& sic & ego ab inimi cis meis,tanquam noxius & pestifer homo,tanquam seductor & corruptor hominum,tollor de medio.

23 *Genua mea infirmata sunt à ieiunio:* F
Vixi inter eos in magna sobrietate & tenuitate, continuò ferè ieiunans: & frequenter inediam patiens,tam erā occupatus in ijs quę erant patris mei, in illis docendis atq; erudiendis,vt ita non nunquam prę virium defectu nutarent & vacillarent genua mea, nec valerem supra pedes firmus consistere:

** & caro mea immutata est propter oleum.*
& caro mea immutata est,facta velut marcida atq; exustione cōsumpta,pp defectū olei,qm multo tpe absque vnctione fui, quicquid ad corporis curā attinebat neG gligens,pp orationis & prędicationis studium,ita vt pp cibi neglectū, viribus destitueret interius,& ob neglectam vnctionem (qua pro carnis reparatione,aduersum nimium calorem & exhalationum fœtorem homines vti solent) visa fuerit caro mea velut arefacta, & mirum modū immutata.

24 *Et ego factus sum opprobrium illis, viderunt me,& mouerunt capita sua.*
Et ego in oībus quę agebā, factus sum illis in derisum atq; in opprobriū,& quasi ludum & iocum me sibi fecerunt: cōsideH rauerunt me,& in derisionis signum mouerunt super me capita sua.

25 *Adiuua me domine Deus meus*
Verū contra horum prauā malitiā,prębe tu mihi auxilium ô Dñe Deus meus, illis me irridentibus atq; subsannantibus, tu me adiuua misericorditer:

** saluū me fac secundum misericordiā tuā.*
de manu illorū persequutorū meorum salua me pp tuam misericordiam, cuius est semper miseris misereri, afflictis que in opportunitate adferre auxilium.

E 26 *Et scient quia manus tua hęc:*
Et fac illos experiri, q hæc vltio tua sit, Heb.10.
q punitio ista quā i u se persentient, tua sit,q à te procedat; talem sentiant vindictam ab vltrice manu tua,vt cognoscant diuinum sibi supuenisse iudicium, vt cognoscant in manus tuas se incidisse, in quas est horrendum incidere:

** & tu domine fecisti eam.*
& q tu Dñe istā oēm punitionem, & oīa mala ista in tua prævalida potentia feceris,induxerisq; sup eos: ipsos vltionis pō dere cognoscant,nō humanum, sed diuinum esse iudicium, quo obteruntur.

27 *Maledicent illi,& tu benedices:*
Maledicent qdē illi mihi seruo tuo, sed maledictio eorū apud te conuertetur in benedictionem:illi blasphemabunt,mala imprecabuntur,mala loquentur ɔtra seruum tuum,cogitabunt afflictionē & pditionem:& tu econtrario cogitabis super seruo tuo cogitationes pacis & nō afflictionis,salutis non perditionis: loqueris pacem erga seruum tuum, & bene itē facies illi in bona voluntate tua:

** qui insurgunt in me,confundantur,seruus autem tuus lętabitur.*
qui cōtra me hostiliter insurgunt, vt aduersentur mihi,vt me oppugnēt,mihi noceant,tua benedictione mihi ptæbēte auxiliū,cōfundentur, cū non potuerint sui cordis impia pficere desideria,& ego seruus tuus cū mihi adhærentibus,in te lætabimur adiutore & saluatore nostro. Hier.25. Psal.84.

28 *Induantur qui detrahunt mihi pudore, & operiantur sicut diploide confusione sua,*
Qui detrahunt mihi, qui contra me loquuntur mala, ipsi induūtur confusione & pudore,& operientur cōfusione sua sicut indumento:sic eis adhæreat confusio sic eos totos operiat,sic penitus circūuestiat,sic eam vbique circumferāt, quomodo diplois siue vestimentum adhęret corpori,& ipsum operit.

29 *Confitebor domino nimis in ore meo:*
Ego verò illis datis in ɔfusionē & opprobrium sempiternū,collaudabo dñm vehementer,& q̄ magnificētissimē potero,per os meum & labia mea,canendo illi cātica laudis & actionis gratiarum:

** & in medio multorum laudabo eum.*
& in medio multorū,coram multis fidelibus,

libus, in medio Ecclesiæ sāctę, palam omnibus laudes canam tibi ego, & quicūq; mihi adæserint fideles mei.

30 *Qui astitit à dextris pauperis:*

Ioan. 8. Quoniam dominus Deus pater meus astitit mihi pauperi, cum in afflictione essem, à dextris, tanq̃ paratus fere afflictio auxilium, tanquam intendens mihi, atq; saluti meæ ꝓspiciēs, nō me reliquit solum, sed mecū adfuit in tribulatione: * *ut saluā faceret à ꝑsequētibus aīam meā.* ad hoc (inquā) mihi à dextris sic astitit, ut non fineret animam meā nec ite hosti bus in perditionem, ut non eā permitte ret in mortem æternam dari, aut in infer no permanere, sed de manibus ꝑsequē tiū eā faceret saluam in uitam æternam. queadmodum & omnes qui ex mea parte sunt ab omni malo saluos faciet in regnum suum cœleste & uitam æternam.

ANNOTA. IN PSAL. CVIII

Vers. 5. Pro eo ut me diligerent, detrahēnt mihi. In Græco est ἀντὶ τοῦ ἀγαπᾶν με. qđ ad uerbū sonat, Pro diligere me, qđ Latini interpretes recte exprefserunt circumloquēdo, Pro eo, ut me diligerent, hoc est, loco, eius qđ me diligere C debuerāt, ut sit sensus, Cum me debuissēt diligere, detrahebant mihi. Verumtamen, Græca illa lectio, Pro diligere mē, posset ēt aliter intelligi, ad hunc sensum, Pro eo qđ ego dilexi eos, detrahebant mihi, hoc est, pro dilectione qua ego illos dilexi, uel propterea ꝙ ego illos dilexi, & propterea opera dilectionis quæ illis ostēdi, ipsi mihi reddiderunt mala, detrahentes mihi. Cui sñia consonat qđ uertit Hieronymus, Pro eo ꝙ diligebam, aduersabātur mihi. Alii ex Hebræo uertūt, Pro directione mea, qđ utramq; sñiam patit Pōt D enim hoc uel actiuē uel passiuē exponi, pro dilectione mea, uidelicet qua ego diligo illos, in ꝓ dilectione qua ego diligi debetē ab illis, quemadmodum in uersu quarto, cū dr, Odium pro dilectione mea

¶ Versu eodem, Ego autem orabam Exēplum hic accipe, quomodo nō statim ad blasphemias conuerti debeas, ubi hominū in quo beneficia collocasti, senseris

Matt. 5 ingratitudinem, quomodo nō statim fuere & exclamare debeas, ubi malum acceperis pro bono, quemadmodum plerisq; A faciunt, non recte instituti in patientia & longanimitate Dei, qui solem suum sē ꝑ oriri facit sup bonos & malos, gratos & ingratos, magis uero ad Deum nos debemus conuertere, ubi hominum persenserimus ingratitudinem. Idque duplici ratione. Primum quidem, ut nosipsos cōsolemur in dño, in impatientiam corruentes, meritū perdamus operis boni, quod proximo, licet ingrato impedimus. Cogitare. n. debemus, ꝙ ad dñi gloriam, ex bono corde & syncera uoluntate, hoc aut illud fecimus, tametsi ille cui factū est nō B eo aīo id acceperit, tametsi pro bono malum reddat, atq; ita, eum ab homine ullā uiderimus redire gratiam, ad Deum tātò affectuosius cōuersi, ipsum orabimus nostra quæ ingratis impendibus aspicere, acceptaq; & grata habere, ut pro factis ipse nobis retribuat, ob cuius honorem ea fecimus. Secūdo ꝓ illis ingratis ad Deū orabimus, ut beneficiū beneficio cumulemus, quemadmodū in cruce Saluator faciebat, & Stephanus optimi magistri bonus discipulus, inter uolitātes lapides.

¶ Versu 7. Et episcopatum eius accipiat alter. B. Petrus Apostolus, in primo capite actuum Apostolorum uerba faciens coram fratribus, hanc partem peculiariter ad Iudam proditorem refert, cum ita ait, Viri fratres, oportēt impleri scripturā quām ꝓdixit spūs sanctus per os Dauid de Iuda, q fuit dux eorum q cōprehenderunt Iesum, qui connumeratus erat nobis, & sortitus erat sortē ministerii huius Et post pauca. Scriptum est, n. in lib. Psalmorum, Fiat cōmemoratio eorū deserta, & nō sit qui inhabitet in ea, Et episcopatum eius accipiat alter. Et quidē de Iuda, qūo ꝑsens locus sit impletus notissimū est, Aduertendū tñ, qđ non omnino singulariter Psalmus intelligat de Iuda proditore & duce eorum qui cōprehenderūt dñm, uerumetiam de omnibus quorum cōsilio & auxilio ille suam proditionem, exercuit, & quorum consensu Christus interfectus fuit. In hoc aūt numero fuerunt primi, Scribæ, Pharisæi, & seniores, & populi, deinde & populus uniuersus, q corā Pilato clamauit, dicēs, Sanguis eius sup nos, & sup filios nr̃os. Propter qđ, nos in Elucidatione ostēdimus, qūo etiam

Luc. 23
Actu. 7.
Actu. 1.
Ibidem.
Psal. 108
Matt. 27

ĕt de his præsens particula intelligitur, quõ uidelicet Scribarum & Pharisæorũ episcopatũ alii acceperũt, similiter & episcopatũ totius Iudaici populi populus alter. Cæterum, ꝙ ante hunc uersum septimum in Psalterio Romano ponitᷣ uersus alius, q non est in Hebræo neq; in Græco, neq; in Psalterio Gallicano, videlicet iste, Fiat habitatio eius deserta, & nõ sit q inhabitet in ea, vr̃ hoc factũ esse ex eo qđ B. Petrus hos duos uersus ĩ supracitato loco pariter iunctos adducit, ut uideri possit, ex Psalmo uno duos illos uersus fuisse à Petro citatos. Verum nõ ita res habet. Nã uersus ille, Fiat habitatio, &c. ex psalmo 68. adducitur qui sicut & iste malas increpationes uidetur continere. ¶ Vers 9. Nutantes transferantur filii eius Clarius ex Hebræo legunt Hieronymus & Felix, instabiles uagenᷣ filii eius Nutãtes enim, ualet, instabiles. Qui enim nutãt firmi non sunt, neq; bene stabiles dũ huc & illuc mouenᷣ. ¶ Ver. 10. Scrutetᷣ fœneratore oẽm substantiã eius. Potest istud dupliciter intelligi Primo sm uiolentiam, accipiendo fœneratorem ꝓ exactore, quomodo fieri solet in ciuitatibus bello captis, & hostibus superatis, ut ab iis qui rei illi pęfecti sunt, diligenter ꝑquirantur omnia & abripiantur, auchanturq; ab hostibus, quã sententiã nos in Elucidatione expressimus Neq; male cõsonat qđ uertit Hieronymus, Scrutetur exactor uniuersa quæ habet similiter Felix, perdat uel illaqueat exactor uniuersa quæ habet, & Chal. Parap. Colligat fiscus omnia quæ ipsius sunt Consonat quod mox subditur, Et diripiant alieni labores eius. Põt ẽt intelligi, ratione nimię indigẽtiæ & inopię, ut significetᷣ summa inopia, ita ut pꝛæ nimio defectu oĩa quęcunque habuerint, ueniant in manus & potestatem fœneratoris, accipiendo fęneratorem proprie pro usurario, uel pro eo q dat mutuum. Ita enim frequenter cõtingit, hoĩes tãtis obstringi debitis, ut soluẽdo nõ sint, ac tũc fęnerator siue creditor uniuersa illorum bona (ut dicere solent) confiscat & obstringit, ut ex illis possit solutionẽ accipere debitorũ. Atq; ita, summæ egestatis & extremę inopiæ est hæc imprecatio. ¶ Ver. 13. In memoriã redeat iniquitas patrũ in cõspectu dñi. Qđ hic dr̃ de rememorandis parentum iniquitatibus, in punitione filiorũ, in eãdẽ sniam vr̃ accipiendũ esse, qua in Euangelio Saluator impiorum Iudęorum prædicẽs pœnam, dicit sanguinem oĩum Prophetarũ ab Abel usque ad Zachariam requirẽdũ esse ab illa generatione, Ita (inquit) dico uobis, requiretur à generatione hac Cuius uerbi sententia talis esse vr̃, Tam grauis ultio, & tam diuturna punitio Dei iudicio uentura est sup hanc generationẽ (quæ patrum mensuram impleuit, Prophetarum dominum Dei filium persequẽdo & interficiendo, cum patres nõ nisi seruos Prophetas persequuti fuerunt) ut uideatur ultio fieri super istos pꝛæ effusione sanguinis omnium prophetarum, qui fuerũt à principio interfecti, tã ipsi grauiter & seuerè puniẽtur, acsi pro omnibus illis patrũ suorũ peccatis puniretᷣ. Atq; in hunc modũ cõuenientius vr̃, pręsentem passum intelligi Quamuis possit aliter exponi dicendo, Quod filij tẽpora liter puniuntur pro peccatis parentum Sed quia peccatum eorum q interfecerunt dñm, ut Iudę proditoris. Scribarũ & Pharisęorum, ꝑ se nimium graue fuit, & tam enorme, ut illius cõparatione peccata patrum uideri possint admodũ modica, & ipsum eorum ꝓprium peccatum oẽm hãc punitionẽ abundè fuit ꝓmeritum, atq; ẽt longe maiora, iccirco nobis vr̃ cõuenientius, iuxta priorem expositionem præsentem locum enarrari, & non de punitione eorum pp peccata parẽtum quasi ꝓprium eorum peccatum nõ satis dignum fuerit tãte ultione, nisi adiungãtur & aliena. ¶ Ver. 16. Et dilexit maledictionẽ, & ueniet ei, & noluit bñdictionẽ, & elõgabitur ab eo. Quo uerum hoc est impios diligere maledictionẽ & nolle bñdictionẽ, cum uideamus ẽt pessimos hoĩes, si interrogentur, bñdictionẽ malint an maledictionẽ, respõdere, utiq; benedictionẽ, nõ maledictionem. Sciẽdum ergo, ꝙ nõ ipsam maledictionem secundum propriam rõnem, uel sm cõsiderationem maledictionis, diligunt Impii neq; amanᷣ, neq; uolunt neq; quęrunt, ob hoc tamen dñr maledictionem diligere, qm̃ ea diligunt & concupiscunt, illis

Matt. 23

illis intēdunt,& illa agunt,ad quæ per se A cōsequitur ex decreto iustitiæ Dei æterna maledictio, & ecōtrario benedictionem nolunt,auersant,& fugiunt, quatenus illa fugiunt,& auersantur,ex quibus fm decretū Dei,cōsequerent benedictionē ęternę hæreditatis,id est,quatenus virtutes auersantur,& sequuntur uitia.Secūdū quē modū,de iis qui faciles sunt ad pcutiendum gladio, siue ad dimicandū cū sociis,cū forte quempiam interfecerint, uel ipsi ab alio fuerint īterfecti,dicere solent hoīes,inuenisse eos tandem qd multo tempore quæsierāt,& eum qui multū B tempus uixit prodigē,cum tandē ad paupertatē deuenerit,dicunt uulgo homines inuenisse quod quæsiuit. Versu.29. Hoc opus eorum qui detrahūt mihi apud dominum, Particula apud dominum,longē da est,non cum uerbo detrahūnt,ut sit sēsus,Qui detrahunt mihi ad dominū,sed cum prioribus,ad hūc sensum,Hoc erit apud dūm,opus eorū qui mihi detrahūt. Nomē aūt hic dicitur,opus eorum,pro punitione,retributione,uel mercede eorū. Non enim est sensus qui prima facie se offert,Hoc est,uel erit opus,qd operant C illi qui mihi detrahunt,sed opus eorum passiue exponi debet pro opere qd eis fiet,ut sit sensus.Ita apud dūm,uel à domino eū eis augetur,sic à domino fiet illis,sic tractabuntur,sic punientur à dño, qui mihi detrahunt.Quam sententiā clarius exprimit Hierony.his uerbis. Hæc est retributio iis qui aduersantur mihi, à dño.¶ Versu.23.Et caro mea immutata est propter oleum. Quidā hoc intelligunt propter vsum olei esse immutatam carnē.Verum id non vr originali lectioni Hebraicę bene consonare,neq; ēt roni.Hieronymus enim uertit,Caro mea immutata est absq; oleo,hoc est propter defectum olei.In quem sensum nos ī Elucidatione sumus interpretati uulgatā lectionem, propter oleum exponētes propter defectum olei.Quod licet impprie dictum uideat,tamen ad sententiam magis quadrat,q̄ si exponamus,pp usū olei. Nam olei usu non immutatur caro in peius,sed magis in melius, sicut in alio Psal. dr,Vt exhilaret faciē in oleo.Et Saluator in Euangelio, uolens ieiunantes docere exteriorē lętitiā,uult caput inungi oleo,& lauari faciem.Vnde sicut apud nos,illota manere facie ad tristitiam spectat, sic apud ueteres in terra promissionis,non ungi oleo vel unguento, ad tristitiā & luctū pertinebat, quemadmodū ex multis ueteris scripturę locis est manifestū.¶ Versu ultimo, Qui astitit à dextris pauperis,ut saluā faceret à persequētibus animā meā Esse à dextris,uel stare, siue stare à dextris,aliquando in bonam partē sumitur,ueluti Ps.15.Prouidebā dominum in conspectu meo semper,qm̄ à dextris est mihi,ne commouear. A dextris enim,est Deus illi,cui semper in auxiliū est paratus, in quē fere sēsum & illud vr accipiēdum,qd dr in Psalmo.Dn̄s protectio tua super manum dexterā tuā. Aliqū aūt stare à dextris accipitur in malā partem,uelut in hoc ipso Psalmo,qui iam est in manibus,cum dr, Cōstitue super eum peccatorem, & diabolus stet à dextris eius. Sic autem ad dexterā stare in malum,est assistere ad tribulandū ad uexandum, & quasi captiuū in potestate tenere, ac trahere,& agere quo uoluerit ille q sic ad dexteram astat, quemadmodum ex Elucidatione est manifestum.

Psal.103 Matt. 6. Psal.15. Psal.102

## CIX. PSALMI ARGVMENTVM.

*Peculiari quadam illuminatione illustratus Psalmista sequentem cecinit Psalmum, Christi hominis exaltationem potissimum describens in patris dextera, ac super inimicos perfectam uictoriam cum pleno dominio,quod per resurrectionem quidem & ascēsionem inceptū est,perfectiusq; implebitur in consummatione sæculi,iuxta quod Apostolus Paulus capite decimoquinto prioris epistolę ad Corinthios declarat.Christi quoq; ortum, temporalem ex Iudæis secundum humanitatem, ex patris autem substantia processionem æternam consequenter describit,& sempiternum à patre sibi datum sacerdotium,Ac deinde specialius atque distinctius victoriæ prius in generalitate prædictæ modum,& ipsius exaltationis causam manifestans ita terminat Psalmum,uerbis quidem paucum,sed mysteriorum plenitudine copiosissimum.*

CIX. PSALMI ELVCIDAT.

*IXIT dominus dño meo, sede à dextris meis.*

Deus pater omnipotens, omniũ dominator, Christo filio suo, totiusq; humani generis saluatori iussit, morte deuicta & opere laboriosissimo redẽptionis humanæ, ad qđ exierat, consummato, in dextera sua considere, atque in æqualitatem paternę glorię cõsēdere dans illi potestatẽ super omnia quę in cœlo & quę in terra, iudicemq; eũ cõstituens uiuorum & mortuorum.

2 *Donec ponam inimicos tuos:*

Matt. 28 Quin & futurum est, ut suo tempore pater filio subiiciat oẽs aduersarios eius, &

Act. 10. inuisibiles malignos spiritus, & homines infideles siue inobedientes, subiectione adeò plena atq; perfecta:

* *scabellum pedum tuorum.*

quomodo scabello sub pedibus est eius cui supponitur, quod humillimè utique & uilissime constat sub alio prostratum atq; subiectum esse, & in plena esse calcãtis uoluntate, ut pro suo libito illud uoluere possit atq; reuoluere. Et huiusmodi profecto erit post iudicium dæmonũ atque malorum hominum sub Christo miseria, uilis, & plenissima subiectio, necessitatis, dico, non bonæ uoluntatis.

3 *Virgã uirtutis tuæ emittet dñs ex Siõ.*

Omnipotens pater ex Iudæorum populo suscitabit, surgereq; faciet & nasci baculum, in quo tu Christe fili Dei; saluator mundi, demonstraturus es & perfecturus fortitudinem tuam, hoc est, carnem te assumere faciet, atq; humanitatem accipere, per quam uelut instrumentum potentissimæ diuinitatis tuæ, fortissimũ humanæ redemptionis opus perficies,

* *dominare in medio inimicorum tuorum.*

atq; ita comparabis tibi dominium, & principatum super omnes inimicos & aduersarios tuos per circuitũ, & plenius atque perfectius eas accepturus in nouissimo uenturo examine.

4 *Tecum principium:*

Neq; uerò mirum id uideri debet, ꝙ tantam per infimũ corpus humanũ assumptum feceris uictoriam qm̃ secundũ diuinitatẽ tuã coæternus es tuo principio id est, tuo patri, à quo æterno coæternus procedis, & ipse semper est tecum, & tu semper cum illo & apud illum es.

* *in die uirtutis tuæ:*

In die æternitatis tuæ, duratione sempiterna, quæ nunquam defluit, nunquã labitur, nunquam deficit.

* *in splendoribus sanctorum:*

In hac (inquam) die tecũ est pater tuus, & es tu cum patre tuo, non quemadmodũ inter hoĩes ad tp̃s apparuisti in infirmitate & utilitate, sed in splẽdore &

F claritate paternæ gloriæ, qua splẽdent oẽs sancti, patri tuo ut ĩ duratione coæternus ita in gloria coæqualis existens:

* *ex utero ante luciferum genui te.*

Neq; id mirũ, quandoquidẽ ipsemet pater de te testificat, ꝙ ab æterno ante omnẽ creaturã tã inuisibilem q̃ uisibilem te genuerit, & gignat semp, ex utero, id est, sua naturali fœcunditate, de propria substantia atq; essentia, sibiq; consubstãtialem ac proinde per omnia æqualem.

5 *Iurauit dominus, & non pænitebit eũ, tu es sacerdos in æternum:*

G Omnipotens pater quasi iuramento cõfirmatum firmissime statuit & ordinauit, neque unquam retractabit, te fore sacerdotem sacerdotio sempiterno, ꝙ nunquam mutabitur, siue per alterius supernenientis sacerdotii, innouationem, siue per alterius sacerdotis hæreditariam, uel aliam quamlibet successionem, quemadmodum de ueteris legis Aaronico sacerdotio factum constat:

* *secundum ordinem Melchisedech.*

sacerdotio (inquã) fm similitudinẽ Melchisedech, q tui sempiterni sacerdotii typum gessit, panem offerens, & uinũ, sine patre in scripturarũ narratione inuẽtus ac sine matre, & prorsus absq; genealogia, sinẽ dierũ ac principium non habẽs, fm nomen rex pacis atq; iustitiæ, nõ aũt fm similitudinẽ Aarõ, q corporales hostias legit immolasse, cuiusq; sacerdotii initiũ in scriptura apertè describitur, atque item hęreditaria filiorum successio. Hebr. 7.

H Psal. 15.

6 *Dominus à dextris tuis cõfregit in die iræ suæ reges.*

En Deus pater omnipotens, totaq; adeò diuinitas, quę tibi Christo homini semp à dex- Ioan. 8.

à dextris præsens astat in auxilium, quę solum te nunquam relinquit, ipsa per instrumentum tuæ humanitatis in ipo visionis qñ iram suã aduersus oppressores & iniustos possessores generis humani voluit ostendere, quã vsq; tunc videbatur ꝓpter patientiam & dissimulationem continuisse. In die (inquam) suæ huius iræ, eos qui per tyrannidem regnum huius mundi occupabant, ipse confregit, humiliauit, atq; eorum virtutem imminuit: quãdo huius mundi princips & mundi rectores tenebrarum harum, Per Christi mortem iudicati sunt, atque foras eiecti.

7 *Iudicabit in nationibus, implebit ruinas*:

Tunc vtiq; iudiciũ fecit pro miseris misere oppressis gentiũ populis, eos de manu oppressorum per te Christũ liberãdo: eorum quoq; ruinas & casus miserãdos impleuit, quos olim ab angelorum bonorum consortio proiecit, nunc etiam à suo regno & principatu foras eijciens, quos tandem quoque omnes est in abyssi profundum demersurus:

* *conquassabit capita in terra multorum*.

Sed & plurimorũ super terrã cõmorãtiũ infideliũ atq; peruersorum hoĩum, q mẽbra sunt & filij diaboli, cõminuet capita, eosq; morte feriet sempiterna, Siquidem cum peruerso diabolo condemnabũtur, qui ex parte illius sunt, infideles atque peruersi homines, qui nunc assistunt contra dominum & Christum eius.

8 *De torrente in via bibet*:

Quòd si quis forte requirat, unde Christo hoc tanta prouenerit gloria in patris dextera? Certè in via mortalitatis huius, inq; hac peregrinatione, turbidissimas atque amarissimas gustauit, & abunde bibit Philip. 2 sæculi huius passiones atque miserias; quoniam vsque ad mortem crucis humiliauit semetipsum:

* *propterea exaltabit caput*.

Atque ob hoc exaltatum est caput eius super omnia quæ sunt in cœlo & in terris, hoc est, exaltatus est & sublimatus erga Ibidem. tuis omnibus altius, in dextera Dei, in gloria patris sui, quando datum est illi nomen à patre, quod est super omne nomẽ, ita vt in eius nomine omne flectatur genu, eiq; omnis lingua confiteatur q̃ sit in gloria Dei patris, Amen.

A ANNOTAT. IN PSAL. CIX.

PRæsentẽ Psalmum de Christo intelligendũ, ipsemet in Euangelio testat̃ Matt. 22 cum scribas atq; Pharisæos tentãs interrogat de Christo, cuius filius sit: vbi adducens hãc Psalmi authoritatẽ Dauidẽ ita scribentẽ, Dixit dñs dño meo, sede a dextris meis, ait Christũ appellare suum dñm. Quõ (inquit) eũ Dauid appellat dominũ, si filius eius est; Ipsi quoq; Scribæ & Pharisæi interrogati, dũ silent. neque Ibidem. propositã quæstionẽ valent dissoluere, B ostendunt similiter de Christo, se hunc Psalmũ intelligere. Alioqui statim fuisset illis in promptu qd respõderent dicẽdo, non loqui illic Dauidẽ de Christo, sed de alio aliquo. Insup Paulus Apostolus primo capite epistolæ ad Hebræos, cõparatione Christi faciẽs ad angelos, sm super Hebr. 1. excellentiã præsentẽ locũ adducit, vt de Christo dictũ. Ad quẽ (inquit) angelorum aliqñ dictũ est, Sede à dextris meis, quoad vsq; ponã inimicos tuos scabellũ pedum tuorũ? Quasi dicat, Ad Christum legimus hoc dictũ apud Psalmistã ad angelos, aut C angelorũ aliquẽ non legimus. Quapropter manifestè vani sunt, qui post tã euidentia testimonia subterfugere volentes, Psalmũ hunc conant̃ interpretari de Dauide, quasi Dauid eũ de se cõposuerit, vt de sui regni præcellentia, & spirituali sacerdotio, ac perfecta sup inimicos victoria, proferẽdũ & decantandũ à suo populo Horum (inquam) conatus manifestè vanus ostendit̃, dũ & Christi & Apostoli testimonio, de Christo dño comprobatur Psalmum esse intelligendũ. ¶ Ver. 1. Sede à dextris meis. Non fecit pater considere D filium à sinistris, ne significetur patre minor, qui est vnum cum patre, nõ rursum fecit illũ sedere super caput, ne significet̃ superioritas filij: sed à dextris vt sederet dixit, ad significandũ æqualitatẽ regni & imperij. Sed hic fortè obijcias, Si ad dexterã sedet filius, pater ergo ad sinistram residet, & significatur filio inferior. Dicẽdũ, q̃ in diuinis, cũ more humano loquimur, ad significandũ cõceptã veritatem, quã nõ aliter nisi humano more eloqui sufficimus, oportet imperfectiones secludere, & tñ id qd perfectũ est intelligere.

Vnde licet in rebus humanis,qui aliũ ad E dexterã collocat,ipse sedeat ad sinistrã illius q ei est ad dexterã:in diuina tñ sessione,dextera absq; sinistra debet intelligi. Nõ.n.ibi sinistra intelligit̃,vbi nõ est inæqualitas Nec iõ pater ad sinistrã sedet filij,quia filiũ habet sibi ad dexterã residẽtẽ:sicut non est filio minor pater,qa coæqualẽ sibi habet filiũ. ¶ Versu 2. Donec ponã inimicos tuos scabellũ pedum tuorũ.Operæ preciũ est aduertere vim & significationem particulæ donec,quam in vsu habet scriptura.Plerisq;.n. in locis expositionẽ & exclusionem non designat F quemadmodũ ex vulgari vsu solet accipi,sed consequutionem & quasi expectationẽ alicuius quod futurum est. Vnde in proposito loco non volebat per exclusionẽ Propheta asserere, Christum sessurum in patris dextera,vsquedum ponant̃ inimici sub pedibus eius,quasi tunc à patris dextera,illi foret emigrandum,vbi illud eẽt impletum quod prædicit futurũ: interim verò donec illud impleat̃ inibi resideat,sed tñ significatur, Christo iam rebdente ad patris dexterã, hoc insuper expectari,hoc restare & superesse,implen G dumq; adhuc & sequuturũ, vt ita subigãt̃ illi oẽs inimici,qũo scabellum subijcit̃ pedibus.Ita cum in Psalmo mox sequen-

Ps. 111. ti 111.de iusto dr̃ quod non sit commouendus donec dispiciat inimicos suos; non ita sm̃ exclusionẽ intelligit Propheta,quasi tunc sit iustus conturbandus,cũ eo peruenerit vt inimicos despiciat,interim verò sine cõturbatione existat(est n. id prorsus absurdissimum) sed hoc tñ significare volebat,iustum nunquam cõmouendũ,imò sequuturum adhuc & implendum aliqñ,vt non solum non cõtur H bet̃ ab inimicis,sed ẽt pro nihilo eos de-

Matt. 1. spiciat.Item cum Matthæi primo dr̃, Ioseph Mariam non cognouisse,donec ipsa peperit filium suum primogenitũ,sensus non est per exclusionem accipiẽdus, quasi vsq; ad ips partus Ioseph à Maria abstinuerit,post verò eam cognouerit(est .n. hoc sanæ fidei repugnans)sed mera significatur consequutio,acsi dicatur, Nõ cognouit eã Ioseph,& factum est, sequutum est deinde, & suo tẽpore impletum est,vt pareret filiũ suũ. Huius particulæ

ira semel latius explicatæ declaratio sufficiat & ꝓ cæteris locis,vbi fortè eandẽ in cõsimili acceptione poni ɔtigerit. ¶ Ver. Rom. 8.
eodẽ.Donec ponã inimicos tuos scabellũ pedũ tuorũ.Nota differentẽ subiectionẽ inimicorũ Christi,à subiectione amicorũ & electorum eius.Erunt.n.& amici siue electi Christi subiecti,& summẽ subiecti,subiectione perpetua: sed qũo filij subiecti sunt patri,dulci,voluntaria & nobili subiectione,qũo filij regis regi subiecti sunt, & qũo primogenito in multis fratribus fratres cæteri non primogeniti, qũo primo hæredi facti cohæredes, sicut naturali filio adoptione tm̃ facti filij.Nequaquam aũt de his amicis Christi dr̃,ꝙ ponent̃ quasi scabellũ sub pedibus eius.
Nã longẽ aliter ipse de eis Christus loquitur,dũ in sacra Apocalypsi sic ait,Qui Apoc. 2.
vicerit dabo illi sedere mecum in throno Ibidem.
meo,sicut & ego vici,& sedi cũ patre meo
in throno eius Et iterum,Qui vicerit & Psal. 2.
custodierit vsq; in finẽ opera mea,dabo illi potestatẽ super gentes, & reget eas in virga ferrea,& tanquã vas figuli confringent̃,sicut & ego accepi à patre meo, &
dabo illi stellã matutinã Et in Euãgelio Lucæ.22
suis fidelibus amicis magna disponit,dicẽs,Vos estis q permansistis mecum in tẽtationibus meis. Et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus,regnum, vt edatis & bibatis sup mẽsam meã in regno patris mei.Ista quæ amicis Chri ꝓmittunt̃ quã longe absunt ab eo ꝙ nunc de inimicis dr̃,ꝙ sint ponendi quasi scabellũ pedum eius:vt significet̃ horum extrema futura despectio,qũo illorum erit summa exaltatio ¶ Ver.3.Virgã virtutis tuæ emittet Dñs ex Sion.Per virgã virtutis in Elucidatione intelligimus corpus Christi,siue humanitatẽ assumptam, quæ fuit ei quasi baculus fortitudinis,in qua fortiter egit,& fortitudinem suã demonstrauit.Ita.n in generis humani saluatione & inimici contritione se habuit Christi humanitas,sicut se habet virga,ꝟ baculus aut gladius,quo qs ad percutiendum vtit̃. Quẽadmodum.n.virga, & baculus, aut gladius p se non inimicum interficeret,neq; innocentẽ liberaret, nisi ipsum dextera fortis viri dirigat & impellat,nisi eo vt instrumento percutiens aut pugnans

gnās vtatᶜ,sic corpus Christi assumptum, A
assumptaq; humanitas,ꝑ se nunquā generis humani inimicū contriuisset,nunquā liberasset humanū genus, si nō adiūcta fuisset virtus diuinitatis, q̄ per assumptā humanitatē,ut p instrumentū conueniens potenter fuisset opata. Quō autē Christi humanitatis in opere humanæ redēptionis fuerit quasi instrumentū ipsa aūt virtus diuinitatis principale efficiens,apud sacros Theologos tertio sententiarū Theologicarū libro plenius tractatᶜ Pōt īn nō minus cōmode, p uirgā uirtutis intelligi verbū fidei & pdica B
tionis Euangelicæ,qđ ideo Deus emisisse dr̄ ex Siō qa ex Iudæa,in qua p seipsum Christus prædicauit,in oēs deinde fines orbis terrarū per Apostolorū pdicationem,ipsum Deus fecit diuulgari iuxta illud Esaiæ Prophetæ vaticinium, De Siō exibit lex,& uerbū dn̄i de Hierusalē.Hoc aūt verbū Euangelicæ pdicationis vtique virga uirtutis & fortitudinis est magnæ, qua percussi sunt principes tenebrarū,& infideles gentiū populi salubriter sunt conuersi. De qua virga illud ēt pōt intelligi qđ de Christo apud C
Esaiā legitᶜ,Percutiet terrā virga oris sui: atq; ēt illud qđ in Psal.secundo dr̄, Reges eos in virga ferrea quēadmodum in annotatione huius versus latius & plenius declarauimus. Iterum per hanc virgā virtutis accipere possumus ipsū Christi imperiū siue regnum,quēadmodū dr̄ in alio Psal.Virga directionis, virga regni tui,hoc est sceptrum regni tui ē sceptrū rectitudinis i.regnum & imperium tuū, est in iustitia & rectitudine. Atq; hæc ēt virga virtutis,hoc sceptrum uirtutis: hoc regnū Christi forte & prævalidum emis- D
sum est ex Siō,qa in Iudæa cœpit Christiana fides & regnum Ecclesiæ, atq; à Iudæa in gentē sese dilatauit ¶ Cæterū, dn̄ium illud īmedio inimicorū (cuius ī secunda parte fit mētio) intelligi pōt in bonā partē vel in malā,i. vel de dominatione qua gentibus factis p Apostolicā pdicationē fidelibus nunc dominatᶜ p totā Ecclesiā, qui prius fuerant incredu li & inimici dei: ut qui prius ab ipso fuerant alieni & sine Deo,nunc in illorum medio habitet Deus & inambulet inter illos,sicq; illorū Deus, & ipsi populus eius. Vel de dominatione,qua oībus generaliter dominatᶜ, ēt ijs q sanctū nomen eius blasphemāt,impugnant, & oppugnāt.In medio aūt inimicorū dominatio, significat dominationē.oīum q sunt in circuitu,ab oī parte ubicunq; locorum cōsistāt,nullis exceptis. Quod .n.in medio est,oibus extremis æq̄ est ꝓximum. Si priori mō intelligas,inimicos accipe fm̄ præteritum tp̄s, videlicet q aliqñ inimici fuerunt. Si posteriori; fm̄ tp̄s p̄sens,qui adhuc inimici existunt. Nā & ijs qui puersa adhuc voluntate Chr̄o sunt inimici,nihilominus velint nolint eius ditioni esse subiecti, nec est effugere eius dn̄ium, in cuius ditione cuncta sunt posita,& cuius pedibus à patre subiecta sunt omnia. ¶ Ver. 4. Tecum principium in die uirtutis tuæ,in splendoribus sanctorum. Loco principij in Græco nomen ἀρχὴ qđ indifferenter significat principium vel principatum. Vnde quidā putāt ex Græco vertendum fuisse,Tecum principatus in die virtutis tuæ, hāc assignātes intelligentiā,Tecum est principatus regnum & imperium in hoc tēpore virtutis & gloriæ,in quo nunc post resurrectionē à mortuis regnas in splēdoribus sanctorum,in gloriā beatorum. tanquā primogenitus,post transactum ī hoc mundo diē infirmitatis, tp̄s passionis & miseriæ cui ad tp̄s voluisti te subdere cā salutis humanæ Et hæc quidem lectio nō incōmodā hēt sententiā,Veruntamen, utraque translatio Psalterij, tā Romana quā Gallicana,non principatum hēt,sed principium, quomodo nos in Elucidatione sumus interpretati, per principium intelligentes patrem,qui est principium filij, i. a quo semper gignitur,semperq; procedit filijs, quēadmodum pater & filius indifferens sunt principium spiritus sancti. Hoc autem principium,cum Chr̄o fuit & est in die virtutis,per quā nos intelligimus durationē æternitatis,diē videlicet illā q indicatur Psalmo secundo,cū ex ore patris dicitᶜ, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Christus enim homo simul & Deus existens, non solum diem habuit infirmitatis durationem uitæ huius temporalis

Marginalia: Esa. 2; Esa. 11; Psal. 2; Psal. 44; Esa. 52; 2.Cor. 6; Psa. 8; 1.Co. 15; Psa. 2

poralis, verumētdiē æternitatis, quæ est E
dies virtutis, non infirmitatis: illā quidē
ſm humanitatem adhuc mortalē, hanc ve
ro ſm diuinitatem immortalem. Est autē
in hac die virtutis cum filio principium
eius, id est, pater in ſanctorum ſplendori
bus, quia in æternitate ſimul viuunt in
magnifico ſplendore & immenſa gloria,
vnde ſanctis oībus tam angelis q̃ homi
nibus ſua procedit gloria. Omnis.n.glo-
ria ſanctorum, quædam est refulgentia &
imago, quædam illius immenſæ claritatis
& gloriæ, qua in æternitate pater & filius
1.Co.13 gloriantur atq; refulgent. Aut diē iſtā vir F
tutis itelligere poſſumus tps illud, in quo
post paſſionē & reſurrectionē iā regnat
glorioſus. Nā hoc tps rectè dies virtutis
Act. 10. dr, q2 (iuxta Apoſtolū) & ſi olim ſemel paſ
ſus ſit ex infirmitate, nunc tn̄ viuit & re-
Marc 19 gnat ex virtute Dei, iudex cōstitutus viuo
rū & mortuorū, ſedensq; ad dexterā Dei.
In hoc aūt die, qūo cum ipſo ſit princi-
pium ſplendoribus ſanctorum, p ſe quiſ-
Ioan. 1. que ex prædictis intelligit. Veruntn̄ præ-
ter prædictas expoſitiones, pōt ēt aliter,
Psal. 73. & pene econtrario modo dies iſta virtu
tis intelligi, ipſum tps paſſionis & mor- G
tis, quo agnus Dei tulit peccata mundi,
quo moriens Christus operatus est ſalu
tem in medio terrę. Quę ſanè dies, tamet-
ſi infirmitatis videretur & miſeriæ, quan
tum ad humanum iudicium, ratione paſ-
ſionis & mortis, quam ſm humanitatem
ille pro nobis ferebat, tāquam agnus im-
molatitius: verè tn̄ dies erat virtutis & for
titudinis, qn̄ virtutem magnā fecit agnus
opus redemptionis humanæ, qd̄ nō niſi
maximæ virtutis atq; potentiæ erat: qn̄ vi
Apoc. 5. cit leo de tribu Iuda, radix Dauid: quādo
agnus qui occiſus est redemit nos Deo H
Apoc. 1. & 5. in ſanguine ſuo, ex omni tribu & lingua
& populo & natione, & fecit nos Deo re
gnum & ſacerdotes. Quis enim dubitet,
diem hanc appellare diē virtutis, in qua
tantæ fortitudinis opus peractum est? In
hac autem die non abfuit Christo prin
cipium ſuum, id est, pater, neque illum re
liquit ſolum. Non enim humanitas di-
uinitate erat destituta, ſed fuit cum illo &
in illo principium, pater, vt per filium
ſuum opus perficeret redemptionis hu-
manæ. Non enim potuit coæternum ſibi

& coæqualem filium, quē gignit ex vtero
ante Luciferum, in paſſionis tpe derelin Ioan. 8.
quere, qui pauperibus est adiutor in op-
portunitatibus in tribulatione. Erat ergo
cum Christum ſuum principium in die Psal. 9.
virtutis, & erat cum eo in ſplendoribus
ſanctorum: hoc est, vt ſanctis ſuus compa
raretur ſplendor, vt electi ſuam acciperēt
gloriam, ad quam ab æterno fuerant præ
destinati. Ita enim oportuit Christum pa
ti: & ſic intraire in gloriam patris, ſicque
& electis ſuam gloriam communicare, &
(vt Apoſtolus ait) authorem ſalutis ſancto Luc. 24.
rum per paſſionem cōſummari decebat.
¶ Verſu eodem, Ex vtero ante luciferum Hebr. 2.
genui te. Hæc particula, vt ex ore patris
ad filium pronunciata debet accipi: po-
teſtque vel de generatione Christi æter-
na, ſm diuinitatem, vel de temporali ſe-
cundum humanitatem exponi. Verùm
in vtraq; expoſitione, nōnihil prima frō-
te apparet difficultatis. Sic enim de æter-
na generatione exponas, quomodo ex
vtero pater filium ſic genuit, qui non ha
bet vterum, neque vllam habet coæternā
coniugem, ex qua more generationis hu
manæ æternum filium æternaliter gigne
ret? Secundum generationem nanq; æter
nam, Christus matrem neſcit: qūo ſecun-
dum temporalem natiuitatem patrem tē
poralem non habet. Quomodo ergo di-
cere potest pater, q̄ ex vtero ante Lucife
rum gignat filium, cum nec ex vtero pro
prio nec ex vtero alieno? Si verò de nati-
uitate tpali exponas, quomodo hac gene
ratione filium pater genuit ante Lucife-
rum? Nonne (iuxta Apoſtolum) quando Galat. 4.
venit plenitudo tpis, tum miſit ſuū filiū
Deus in mundum natum ex muliere, fa-
ctum ſub lege, & cætera? Quòd ſi in tpis
plenitudine ex vtero mulieris illum ge-
nuit, qūo ante luciferum id fecit? Osten-
dendum est ergo, qūo vtrumque hoc in-
commodum debeat diſſolui. Et quidem
quod ad priorem expoſitionem attinet,
oē incommodum euadis, ſi metaphorice
generationem ex vtero intelligas.
Qūo enim in ſcripturis Deo, manus ca-
put, pedes, aures, oculos, legimus attribui
cum ipſe horum membrorum nullum
ſecundum veritatem habeat, ſic & vterum
in illo poſſumus deſignare, rōne natura-
lis

lis suæ perfectissimæ fœcunditatis, qua tã A est fecundus, tamq; efficaceis in generãdo virtutis, vt absq; cõiuge, de sua ipsius substãtia, possit gignere filiũ, nõ solũ sibi sm speciem similem, verumetiã sibi consubstantialẽ, vnius eiusdemq; substãtiæ, vt sint pater & filius vna substantia & essentia vna. Nulla aũt creatura, quãtumuis præcellẽs, quãtumuis nobilis, sm genus suũ, ꝓprie dici põt genita ex vtero Dei. Omnia namque creata fecit Deus quasi artifex, creator & cõditor, sm beneplacitum voluntatis suæ, & iuxta ideas siue formas quæ sũt in mente diuina; non quasi pater genuit, naturali fœcunditate, de sua substãtia, Quã B tum verò ad secundã expositionẽ, effugit incommodum, sm prædestinationẽ æternã sermonẽ intelligẽdo, vt sit sẽsus, Ante oẽm creaturam, ante mundi constitutionem, ego proposui, præordinaui, prædefiniui, per solius spiritussancti fœcundationem, te ex vtero virgineo immaculato immaculatum gignere, in temporis plenitudine, ad perficiendum opus redẽptionis humanæ; Quemadmodũ cũ Ecclesia, illa

Eccl. 24. quæ apud Sapientem dicuntur de æterna sapientia, Ab initio & ante sæcula creata sum. Ante omnes mõtes & colles ego par C turiebar, & similia secundum piam deuotionem accommodat Deiparæ Mariæ, manifestum est ea debere accipi secundum prædestinationem & præuisionem Dei. Et illud quoq; intelligendum, ꝙ per Luciferum æque intelligi possit siue spũalis siue corporalis creatura. Angelica n. natura rectè dr̃ Lucifer, quatenus limpiditate naturalium donorum relucens, ex sua naturali conditione, absq; omni commixtione est tenebrarum & corporeæ obscuritatis, & absq; omni malitiæ caligine. Vn

Esa. 14. de & cõiter sacri doctores illud Esaiæ, D quomodo cecidisti de cœlo Lucifer, qui mane oriebaris: quod de rege Babylonis secundum literam dicitur, exponunt de illo angelorum primo, qui se contra Deũ erexit per superbiam. Quòd si Lucifer materialis stella accipiatur, debet sub particulari stella tota multitudo stellarum intelligi; vt sit sensus, Ante omnium stellarum conditionem antequam stellæ essent creatæ. i. antequam quicquam esset corporale creatum. ¶ Versu 5. Tu es sacerdos in æternum secundũ ordinem Melchisedech.

Hunc locum tractans Paulus Apostolus Hebr. 7 septimo capite Epistolę ad Hebræos, multis rõnibus ostendit Melchisedech sacerdotem typum fuisse & figuram summi sacerdotis Christi. Et primum quidem nominis interpretationẽ applicat Christo, qm̃ Melchisedech secundum vim Hebrę idiomatis significat regem iustitię. Appellatio quoque loci, in quo regnabat ille, Christo conuenit, qm̃ rex erat salem. i. rex pacis. Insup & hoc notat Apostolus, ꝙ ἀπάτωρ καὶ ἀμήτωρ, i. sine patre & sine matre fuerit, & oĩno sine genealogia; quod non ita est intelligendum, quasi ipse nullum habuerit patrem, aut nullã matrem, aut quasi nullam habuerit genealogiam: sed quia in scripturis, neq; patrem, aut nullã matrem, aut quasi nullã habuerit genealogiam: sed quia in scripturis, neque qui secundum generationem diuinã æternitatis est ἀμήτωρ, i. sine matre, secundum tpalem verò natiuitatem, ἀπάτωρ. i. sine patre, qm̃ ex immaculata virgine Maria, sine virili cooperatione, in terris fuit conceptus & natus. Genealogia Esai. 53. quoque Christi secundum diuinitatẽ nulla extitit, quoniam generationem eius qs enarrabit? neque etiam genealogiam secũdum humanam natiuitatem habet, talem qualem habent cęteri puri hoĩes, ex vtroque parente. Ad hæc ꝙ neque initium vitæ, neque finis dierum Melchisedech in scripturis legitur, significat Christi æternitatem, qui erat in principio apud Deũ Ioan. 1. patrem. Decimas insuper accepit Melchi Gen. 14. sedech ab Abraham, qui oĩum extitit pater Israelitarum ipsius ẽt Leui & Aaron: qui tum adhuc in lumbis patris erãt, & benedixit Abrahæ Melchisedech, tanquã maior minori. In quo significatur, Christi sacerdotium vere præstantius esse Aaronico; qñdẽ Melchisedech, vt typus Christi benedixit Abrahæ oĩum sacerdotum veteris legis progenitori, atq; ab eo decimas accepit. Neq; de Melchisedech legit ꝙ eo mortuo successerit alius in locum eius, vt significetur sempiternũ fore Christi sacerdotium, quod nullo alio vnquã commutabitur. Hic n. sacerdos, eo ꝙ maneat in æternum, sempiternum, habet sacerdotium. Hęc oĩa Paulus Apostolus

loco

loco supra citato diligenter cōmemorat, declaratus rectè in proposito Psalmo appellatū esse Christū sacerdotē, sm ordinē Melchisedech. Superaddunt posteriores & aliam cōuenientiā, quasi præcipuā, prædictis q; omnibus maiorem, de oblatione panis & vini, dicentes, in hoc vel maximè Melchisedech typū gessisse Christi domini, q̄ panē & vinum obtulit, in signum eius oblationis quam instituturus erat Christus, nempe corporis sui & sanguinis, sub spē panis & vini, quā similitudinē respexisse vr̄ celebris ecclesię doctor Thomas Aquinas, in ecclesiastico illo officio, quod in honorem sanctissimi eucharistiæ sacramenti (iubente Vrbano Papa) cōposuit, cum in prima priorū vesperarum antiphona, ita canit: Sacerdos in æternum Christus dn̄s sm ordinē Melchisedech, panem & vinum obtulit. Verū hoc loco nouelli quidam nostræ tempestatis hæresum authores, siue fautores, admodum acriter insurgunt aduersus piam prædictorum patrum sniam, dicentes nusquam in scriptura inueniri, q̄ Melchisedech Deo obtulerit panem & vinū, sed hoc tantum, q̄ Abrahæ & socijs redeuntibus de cæde regum & fatigatis, protulerit panem & vinum, eisq; benedixerit. Qua ēt rōne, sacrum ecclesiasticum canonem, quo in missarum celebratione Ecclesia sacerdotes vti sanciuit, multis sęculis in sūma reuerentia habitum, impudenter quidam audent mordere, q̄ in oratione post calicis eleuationē, sacrificij Melchisedech cum sacrificio Abel & Abrahæ faciat mē-

Gen. 4. Gen. 12. Gen. 22. tionem, in quo vr̄ ad corporalem oblationē panis & vini respicere, sicut sacrificiū corporale fuit q̄ obtulit Abel, & quod obtulit Abraham, qui frequenter legit̃ ædificato altari obtulisse holocaustum domino, paratus etiam immolare vnigenitum. Cū.n. de oblatione Melchisedech prorsus nihil legatur in scriptura, putant illos qui canonem hunc composuerunt ecclesiasticos patres, ad hoc sacrificium panis & vini respexisse, istamque intendisse oblationem cum dicunt, Sacrificium quod tibi obtulit, summus sacerdos tuus Melchisedech. Hæretici ergo qui dolent missam sacrificium appellari, & contra ecclesiasticam determinationem

E contrarium astruere contendunt, ignorantiæ & inaduertentiæ prædictos arguunt, quod Melchisedech dicant obtulisse Deo panem & vinum, cum nihil aliud legatur de eo, nisi quòd (vt dictum est) Abrahæ redeunti illa protulerit. Horum autem quæstioni, quod quidem ad canonem attinet, duplici ratione nos satisfecimus in tractatu quem edidimus de expositione sacri canonis circiter finē distinctionis tertiæ. Quod autem ad piam prædictorum patrum in præsenti loco interpretationem pertiF net, dicimus, nihil contra pietatem illos dicere, neq; contra sacram scripturam, q̄ Melchisedech obtulisse dicunt Deo panē & vinum. Nam licet in scriptura non expresse dicatur, nisi q̄ panē & vinum protulit Abrahæ, piè tn̄ creditur & absq; omni impietate sentit̃, ipsum Melchisedech vt sacerdotem Dei excelsi, primum ea obtulisse domino, quæ protulit voluitq; proponere populo domini: quemadmodum & sacerdotes veteris legis prius hostiam offerebant domino, quàm de ea manducarent ipsi, aut manducandam darent poG pulo. & nunc in Christi fidelium Ecclesia sanctissima mysteria dominici corporis & sanguinis, prius à sacerdote offeruntur domino, quàm populo præbeantur sumēda: licet diuersum morem sequentes sui cordis adinuentiones obseruent. Sinagogæ Satanæ, quæ se dicunt Christi esse, & non sunt, quoniam vnitatem Christianæ fidei dirumpunt. Quorum irrationabiles contra patrum orthodoxorum pietatem latratus, qm̄ à viris grauissimis editis iustis libris, egregiè confutati sunt, nihil opus est nos pro ea te prolixius agere, vt H neque patitur ipsa rei magnitudo annotationum breuitate, sed pro dignitate tractari. Illud certè negare non possunt, qn̄ ex authoritate sacræ scripturæ hāc admittant comparationē, Melchisedech in hoc typū gessisse Christi, quòd sicut ille Abrahæ redeunti à cæde tyrannorum protulit panem & vinum, addens benedictionem ita hic omnibus in fide & in Ecclesia militantibus, ac cōtra tyrannum principē tenebrarum dimicantibus, quicunque in fide vicerunt mundum & malignum, profert p̄betq; sui corporis & sanguinis sub spe-

Apoc. 1.

specie panis & vini sacratissima mysteria, quibus cōfirmentur corda pugnantiū, vt non deficiant: quibus lassi reficiuntur & cōfirmātur in via spiritus, vt nō succumbant. Hāc profectò cōparationem, velint nolint, coguntur illi admittere. ¶ Ver. penultimo, Implebit ruinas, Nos in Elucidatione intelligimus hanc impletionē in malā partem, vt impletio ruinarū significet, ruinas futuras pleniores & perfectiores. Ruina.n. grauis fuit dæmonū, qñ corruerunt de summo cœlorum, vel in tartara, vel in caliginosum hunc aerem. Ruina plenior fuit, qñ per euāgelicā prædicationem post mortem Christi, ēt è sede regni, quo dominabantur super gentes, ptoiesti sunt, iudicatiq; principes mundi, & foras eiecti, quibus verbis ad Ioannem Christus vtitur. Et quidem grauis ad modum fuit hæc ruina superbis dæmonibus qui ægerrimè tulerunt sibi auferri summ principatum, quo dominabantur mūdo fortes armati, custodiētes atriū suū, grauiter acceperūt à superueniēte fortiori vinci se atq; ligari, & oīa sua spolia diripi. Perfectissimè autem implebit Deus illorum ruinā, qñ in extremo iudicio, ad pnūciationē terribilis sīæ, eius oēs in Baratri profundū perpetuò illic pmansuri proijcientur, absq; spe redeundi in auras superas. Pōt tamen ista ruinarū impletio, ēt in bonum accipi. Christo.n. iudicante in nationibus, restituta sunt & erecta quæ fuerant collapsa, quæ periere restaurata sūt. In secunda aūt parte versus, cum dī, Conquassabit capita in terra multorum, conquassatio capitis intelligitur grauissima pcussio diuinæ sententiæ, q̃ super impios cadens desuper, à seueritate diuinæ iustitiæ, morte æterna eos afficiet, ad eum modum, quo lapis granis deorsum cadēs sup caput transeuntis, confracto & comminuto capite ipsum morte opprimit. Vnde patet, idē nunc p capitis cōquassationem intelligi, quod supra Psalmo tertio p cōfractionē dentium, & iuxta Hebręam literam per maxillæ percussionem, significabať, dicente Propheta, Tu percussisti oēs aduersantes mihi sine causa, dentes peccatorum contriuisti, & iuxta Hebraicā veritatem, Tu pcussisti oīum inimicorū meorum maxillam, dētes peccatorum confregisti. ¶ Versu vltimo, De torrēte in via bibit. Nota duplicē torrētem in scripturis. Est.n. quidam torrens voluptatis, de quo in alio psalmo dī, Inebriabuntur ab vbertate domus Dei, & torrente voluptatis tuę potabis eos. Longè verò diuersus est hic torrens, quem bibiturus nunc prædicatur Christus dominus. Est.n. torrens iste, nō voluptatis, sed amaritudinis, nequaquam limpidus, sed totus turbulentus Cuiusmodi torrens in alio psalmo innuitur, cum à fidelibus dī, Torrentem pertransiuit aīa nostra, forsitan pertransisset aīa nostra aquam intolerabilem. Sic & duplex calix in scriptura legitur, quidam voluptatis, de quo in psalmo 22. Et calix meus inebrians, quam præclarus est: alius amaritudinis, de quo Saluator discipulos ambientes primatum interrogat, potestis bibere calicem quē ego bibiturus sum? Nota insuper, q̧ particula, in via, iungi potest cū verbo bibit, vt sit sensus, In uia huius vitæ bibit Christus dominus de torrente. Atque hæc connexio conuenientior est, quā & solam in Elucidatione sequimur. Posset tamen subtiliori cōsideratione etiā coniungi cum nomine torrentis, vt cōiūctim legatur, Bibet dominus de torrente in via, i. de torrente turbulento, pleno luto & sordibus, cuiusmodi sunt torrentes illi q impetu currunt in vijs publicis, vbi plerūq; plus est immunditiarum ¶ Ver. eodē, Propterea exaltabit caput. Intelligi pōt, Deus pater exaltabit caput Christi, vel ipse Christus exaltabit caput suū: ipse ut Deus, seipsum glorificabit vt hoīem, Vel quasi absolutē accipi pōt, exaltabit caput, id est, caput ipsius exaltabitur. Per exaltationē aūt capitis, in scripturis intelligiť exaltatio & glorificatio post humiliationē. Vnde in Psal. 3. ad patrē filius loquiť, dicēs, Tu aūt domine susceptor meus es, gloria mea, & exaltās caput meū, i. me glorificās & sublimans. Et iterū in alio psal mo, In eptra exaltauit me, & tunc exaltauit caput meum super inimicos meos. Sic & in Ecclesiastico scribitur, Sapientia humiliati exaltabit caput illius, & in medio magnatum cōsidere illum faciet. Et in capitulo vltimo quarti libri Regum, de Euil merodach rege Babylonis legimus, quòd in initio regni sui subleuauit caput Ioachim

Marginalia: Ioan. 12. & 16. — Lucæ 11 — Ps. 35. — Ps. 123. — Ps. 22. — Mat. 20. — Mat. 10. — ps. 3. — Ps. 26. — Eccl. 11. — 4. Re. 25

chim regis Iuda de carcere: quando ei benignè loquutus est, & thronũ eius posuit super thronos regum, qui cum eo erãt in

Babylone. Idẽ alibi per exaltationẽ cornu vel cornuum intelligitur, vt psalmo 74. Exaltabuntur cornua iusti. Pf.74.

## CX. PSALMI ARGVMENTVM.

*Psalmus iste qui sequitur, quẽadmodum & pracedens, de beneficijs & admirandis operibus noua legis tractat. In quo ꝓpheta ex aĩo confitetur domino, super magnis ipsius et celestis operibus, & sempiterna iustitia diuersa deinde noua legis beneficia per Christum fidelibus praestita enarrans, nẽpe sanctissima eucharistie institutionem, noui testamenti nunquã cõmutandi cõstabilitionẽ, & apostolicã de opere redemptionis humanae ꝑdicationem, aeterna haereditatis donationem mandatorũ q̃ seruis suis iniunxit fidelẽ dispositionem infirmitate, aequitate & veritate, salutis ꝑ Christũ factꝫ à Deo missionẽ. Post q̃ oĩa, uersibus duobus nouissimis, sanctum domini timorẽ cõmendat, & bonũ intellectum laudat eius qui facit opere quod intelligit. Peculiariter vero aduertendũ est, Psalmũ hunc vnà cũ eo qui ordine subsequitur, in Hebraeo singulari quadã ratione esse dictatũ iuxta alphabeticas literas, ita ut per singula hemistychia, id versus dimidios suo ordine ꝑponantur singulae literae alphabeti Hebraici ita ut prior particula primi versus hẽat Aleph, posterior Beth, secũdi versus prior Gimel, posterior Daleth, atq; ita in cõsequẽtibus vsq; in finẽ, ita ut ultima psalmi clausula. Laudatio eius manet in sęculũ sęculi, à Tau sumat initiũ. Similiter & in sequẽti psalmo erit cõsiderãdũ. Verũ ista distinctio in trãslatione, neq; apud Graecos, neq; apud Latinos inuenitur, eo ꝙ commodè seruari non possit.*

## CX. PSALMI ELVCIDATIO.

*ONFITEBOR tibi domine in toto corde meo: in concilio iustorum & congregatione.*

Tibi domine volo laudis & gratiarum actionis date cõfessionẽ, ex plena deuotione affectus mei, exq; omnibus viribus aĩae meae: neq; in occulto solũ, quasi erubescens de tua cõfessione, sed palã etiam in Ecclesia sancta, inq; concilio & congregatione iustorum, ad aliorum ędificationem, & in tuũ amorem prouocationem.

2 *Magna opera domini:*

Et es tu sanè confessione dignus, qm̃ magna sunt, stupenda & admiranda, quaecũque tu operaris, potentissime Deus: siue creationem rerum atq; gubernationẽ generaliter attendamus, siue humani generis peculiariter regenerationem:

Pf.113. * *exquisita in omnes voluntates eius:*

singularia vtiq; eximia, praeclara, electa, &

Danie.4 exquisita sunt, iuxta omnes volũtates: qm̃ omnia quaecunq; voluisti, tu fecisti, in cę-

Gen.1. lo & in terra: & sicut voluisti, ita fecisti, & ꝓpter tuam voluntatem, & secundum tuam voluntatem, facta sunt omnia bona valde.

3 *Confessio & magnificentia opus eius:*

Tuum opus oẽ quod operaris, celebre est siue confitendum, & magnificum siue magnificandum; quodcunque tu facis, tale facis, vt confessione dignum inueniatur, & magnificentia plenum:

* *& iustitia eius manet in sęculum saeculi.*

tua quoq; iustitia, tua sanctitas tua perfectio, tua veritas & fidelitas nunquã deficiet, sed permanebit tecum sempiterna.

4 *Memoriam fecit mirabilium suorum, misericors & miserator dominus.*

Multa quidem sunt & stupenda beneficia tua, quae olim exhibuisti, tã in rerũ creatione & gubernatione, quàm in mirabili Israelitici populi deductione: verùm oĩa priora superat, quod sequitur, Tu n Dñe qui natura misericors es siue benignus, & misereri semper solitus, omnium mirabilium tuorum velut memoriale nobis veniens in carne dedisti.

* *escam dedit timentibus se.*

qñ fidelibus tuis tuum ipsius corpus in escã & cibum spũalẽ atq; sacramentalẽ, itemq; sanguinem in potum instituisti. Siquidem hanc escam reliquisti fidelibus in memoriam passionis, & caeterorum omnium mirabilium, quae in tua humanitate

nitate nobis exhibuisti:& in hoc cibo dñ præsentem te corporaliter habent fideles, per dignam confessionem rememorantur vniuersa mirabilia tua.

5 *Memor erit in sæculum testamenti sui.* Testamenti quoq; tui noui, quod nouæ Ecclesiæ abscedēs disposuisti,& in tuo sāguine moriens cōfirmasti, memor eris in sempiternum nunquam ipsum aboliturus, nunquam antiquaturus, sed ratum semper ac gratum habiturus:

* *virtutē operū suorū annūciabit populo suo.* vim ēt & efficaciā mirabiliū operū suorū q̄ pro generis humani redēptione visum B tibi fuit opari, fecisti annūciari atq; prædicari fidelibus tuis, quos in Ecclesiam congregare voluisti, vt credentes fructū possent ex eis consequi salutis æternæ.

Gen. 15. 6 *Vt det illis hæreditatem gentium.*

Ad hoc, inquā, annunciari fecisti, vt illis

Galat. 3. credentibus dares cœlestis regni hæreditatē, oībus gentibus in Christo, iuxta promissiones Abrahæ factas, repromissam.

* *opera manuum eius veritas & iudicium.* Et sunt profectò oīa quæ tu in potentia, sapientia ac bonitate tua, veluti per manus tuas operaris, ī veritate & iudicio di-C posita, suntq; vera & iusta, nihil habētia vanitatis, nihil mendacij, nihilq; iniquitatis prorsus aut iniustitiæ, quibus plena sunt opera filiorum hominum.

7 *Fidelia omnia mandata eius, & confirmata in sæculum sæculi:*

Mandata insuper & præcepta q̄ nobis in testō tuo nouo obseruanda tradidisti, oīa sunt fidelia valde, id est, firma atque stabilia, æqua, & obseruatu dignissima.

* *facta in veritate & æquitate.* vtpote q̄ sint confirmata in sempiternū nunquā in consummationem vsq; sæculi D cōmutanda: quemadmodum veteris testamenti erant multa suo tpe antiquanda: disposita quoq; & ordinata in omnimoda veritate & æquitate, nihil vanū, nihil iniquū pcipientia aut suadētia, quod nō ratō faciunt hoīum siue stulta, siue impia

Rom. 13 mandata. Oīa siquidē mandata tua ad dilectionem reducuntur, & est ipsa chari-

1. Tim. 1. tas omnium præceptorū eius radix: quā nihil æquius, nihil iustius, imò nihil rectitudini & veritati æque consonum.

8 *Redemptionem misit dominus populo suo:*

A Saluationē, ac liberationē dedisti Deus atq; operatus es per mirabilia opera tua, humano generi fidelibus tuis:

* *mandauit in æternum testamentum suū.* mandasti quoq; in sempiternū vsq; in cōsummationē sæculi, ab eis obseruari testamentū tuū nouum, quod disposuisti eis.

9 *Sanctum & terribile nomen eius.*

Nomē tuū gloriosum sanctū est, & omni reuerentia venerandū, hoc est, tu ipse iuxta nomen tuum (qm̄ Deus, dominus ac redemptor verè nominaris, & es) omni honore es dignus:

* *initium sapientiæ timor domini.* ac proinde timor tuus ò dñe, principiū quoddā est veræ sapientiæ, quæ sm̄ Deū est, hoc est, spūalis, cœlestis, atq; diuinæ: adeò vt qui nondū timere te nouit, nec dum initium habeat veræ sapientiæ, quātumuis hominibus sapere videatur.

10 *Intellectus bonus oībus facientibus eū.* Bene aūt intelligit, & sapit vtiliter atq; salubriter, quicunq; opere adimplet, & factō demōstrat quod sapit atq; intelligit.

* *laudatio eius manet in sæculum sæculi.* & talis viri laus solida permanebit apud dominum ac sempiterna, quemadmodū econtrario male intelligit, minimeq; vtiliter ac salubriter sapit, qui ea quorum accepit intelligentiam opere nō demonstrat. Seruus enim intelligens voluntatem domini sui, & non faciens, plagis vapulabit multis. Qui autem intelligit vo- Luc. 12

luntatem domini, & fecerit eam, hic laudem habet ante illum.

## ANNOTAT. IN PSAL. CX.

VErsu 1. In cōcilio iustorū & cōgregatione. Quidā per l, legunt, In cōsilio iustorū, hoc est, in secreto & cogitatione sanctorum. Sententiæ tn̄ magis cōuenit concilium per c, pro cœtu & societate iustorum, quō nos in Elucidatione interpretati sumus. ¶ Versu 2. Exquisita in omnes voluntates eius, hoc est, eximia & singularia valde, electaque & exquisita, ad, siue iuxta omnes voluntates eius. Eadem est sententia, cum eo qđ post in Psal- 11 Ps. 3

mo 113. dicitur, Deus autē noster in cælo, omnia quæcunque voluit fecit. Nihil Gene. 18

enim quantumuis magnum, est apud Deum difficile vel impossibile. Luc. 1

¶ Versu

¶ Versu 3. Cõfessio & magnificẽtia opus eius Nouus est loquendi modus, tantundẽ valẽs, ac si dicas, Opus Dei est celebre & magnificum, vel confessione dignũ & magnificentia plenum. Secundum eundem modum, Versu 6 dr, Opera manuũ eius & veritas & iudicium, hoc est, opera eius sunt vera & iusta, facta scilicet in veritate & iustitia, qa non agit Deus iniquè neq; mendaciter. Ita in Psalmo 118. dñr oĩa mandata Dei esse veritas, id est, vera, & in veritate disposita. Ad eundem modum Sapiens asserit, quæcunq; fiunt sub sole non esse nisi laborem & afflictionẽ spiritus, id est, laboriosa & affligentia spiritum, aut labore & afflictione spiritus plena. ¶ Versu 4 Memoriam fecit mirabilium suorum misericors & miserator dñs, escam dedit timentibus se. Ex traditione patrum consueuerunt religiosi viri, post cœnam aut prandium peracta, in gratiarum actionem pro perceptis donis hunc proferre versiculum. Neq; id quidẽ male. Quamuis.n. paruulum valde videatur hoc beneficium corporalis pastus, si conferatur cum spiritualibus beneficijs maximis quibus nos Deus donauit, tale tñ est, quo meritò debeat hõ excitari ad commemorationem oĩum Dei mirabiliũ. Sic.n. solet gratus animus, quum beneficio aliquo paruulo actuali exhibitione afficitur, ab eo à quo aliàs plura & maiora se cognoscit accepisse, in paruuli illius beneficij actuali susceptione non solum præsens agnoscere beneficium, verumetiam priorum illorum multo maiorum & plurium recordari. Nam gratus & fidelis animus, facile vel minimo beneficio ad susceptorum antè beneficiorum rememorationem excitatur. Atq; ita viri spirituales, soliciti semper qũo grati esse valeant suo sibi beneficentissimo dño, cum se corporali pastu iam frugaliter ex Dei munere refectos attendunt, corporeisq; viribus se sentiunt confortatos, transeunt in commemorationem oĩum beneficiorum Dei, quæ ab illo susceperũt tã in semetipsis, quàm in toto humano genere. Veruntamen non est ista de corporali cibo, præcipua huius loci intelligentia, sed principaliter de illa spirituali esca, quæ in sacratissimo Eucharistiæ sacramento, ex institutione Dei sumitr à fidelibus, à timentibus dñm. Ab his.n. solis, dignè, & vtiliter sumitur. Nã qui manducat panem dñi, vel calicem eius biberit indignè, iudicium vtriq; sibi mãducat & bibit, non dijudicans corpus dñi. Quĩ aũt dignè manducauerit ex hoc pane, viuet in æternũ. Hæc.n. esca illa est, de qua ipsemet dñs in Euangelio ait, Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus, qui manducat meam carnem, & bibit meam sanguinem, in me manet, & ego in eo, & alia huiusmodi multa. In huius aũt escæ spiritualis perceptione, satis manifestum est, qũo omnium mirabilium suorum misericors & miserator dñs memoriam fecerit, id est, quasi mnemosynõ & memoriale reliquerit, & in quo oĩa ipsius mirabilia pro humani generis salute exhibita, reuocarentur ad memoriam à fidelibus, vsq; in consummationem sæculi. Est.n. hoc dominici corporis & sanguinis sacramentum, à Christo in memoriam passionis & mortis eius institutũ, queadmodum ipse dñs ait, Hoc facite in meam cõmemorationem. Et apud Paulũ Apostolum: hoc facite quotiescunq; bibetis, in meã commemorationem, Specialiter verò in memoriã passionis & mortis Chri, quemadmodum subsequenter Apostolus ait, Quotiescunq; n. manducabitis panem hunc, & calicẽ bibetis, mortẽ dñi annunciabitis donec veniat. In commemoratione aũt mortis Christi, & natiuitas, & conuersatio, & gloriosa resurrectio, ac cæterorum omnium mirabilium quæ fecit ipse nobiscum & docuit, fit rememoratio. Quam rem nos à proposito plenius tractauimus, & dilucidius ex ipsa radice explanauimus, in præfatione præmissa tractatui, quem ferè ante triennium de mysteriorum missæ ac sacri canonis expositione edidimus. Versu eodẽ, Memoriã fecit mirabilium suorum misericors & miserator dñs. Cum in scripturis hæc duo iunguntur, misericors & miserator, id quod frequentissimum conspicimus, licebit harum duarum vocum significationem ita distinguere, vt prior ad naturam referatur & essentiam, altera ad miserationum propensionem siue effectu. Est.n Deus natura secundum suam essentiam

Marginalia: Ps. 118. — Eccle. 1. & 2. — 1. Cor. 11 — Ioan. 6. — Ibidem. — Lucæ. 22. — 1. Cor. 11

tiam misericors, cui proprium est misereri semper & parcere. Quanto.n.quisque magis est vere magnanimus, & magis bonus, eo ad miseris miserēdū est pronior: iuxta illud, Parcere subiectis, & debellare superbos. Vnde cum Deus natura sua, & secundum substantiam atq; essentiā suā sit summe bonus, & verissimè magnanimus: consequitur item summe ipsum esse misericordē. Miserator verò est, quia sē per misereri solitus, & quia consueuit sē per agnoscentibus miseriam & petētibus misericordiā, eius effectum præstare. Vnde David Psalmo 50. secundum multitudinē miserationum orat deleri iniquitatem suam. Hæc aūt miserationū antiquarum & præsentiū multitudo facit, vt Deū miseratorem appellemus: vt pote qui misereri sciat ac soleat, & (ut humanum aliquid loquamur) habitum habeat, atque scientiam miserendi, post tot miserationum actus exhibitos. Solent enim apud Latinos nomina terminationis ꝯsimilis in or, habitum significare, siue consuetudinem, siue scientiam, quemadmodū ędificator, pistor, pastor, atque in alijs huiusmodi. ¶ Versu 6. Vt de illis hæreditatem gentium. Possemus hoc loco per gentes (quod despectum solet esse vocabulum) intelligere dęmonum peruersas nationes quemadmodum aliquando eosdem etiā hominis uel viri nomine in scriptura accipimus. Ac tunc quidem erit sententia, Deum voluisse dare suo populo hæreditatem cœlestis regni, quæ illorum fuerat, hoc est, ad quam ipsi ab initio fuerant creati, & cuius futuri fuerant possessores æterni, si non per superbiam ea sese indignos pręstitissent. ¶ Versu 8. Mandauit in æternum testamentum suum. Aduerte, quemadmodum olim in veteri testamento erant promissa, præcepta, & sacramenta; ita sūt, & in nouo, de quo hic Psalmus canit. Et de quolibet horū uerū est quod dicitur, Deum mandasse in æternum testamentum suum. Nam quantum ad promissiones, quas habet testamentum nouum, mandauit eas expectari, & desiderari à fidelibus suis, quantum ad præcepta quæ continet, mandauit ea obseruari, ne obseruantes statuta præcepta, perdant proposita promissa, quantum ad sacramenta quę in ipso ordinata sunt, in consummationem vsq; sæculi ea frequentari mandauit negligentes medicinam non consequantur sanitatem. ¶ Versu 9. Initium sapientiæ timor domini. Nota est distinctio duplicis timoris, nempē seruilis & filialis. Horū uterq; initium est sapientiæ, verum diuersa consideratione. Nam seruilis timor est initium extrinsecum, modo quodam ad veram sapientiam disponens, & præparans, cum ea tamen simul non potens existere, quoniam ut perfecta charitas, ita vera etiam sapientia, timorem huiusmodi pellit foras. Filialis verò timor initium est intrinsecum, eiusq; velut particula quędam, eo quòd filialem reuerentiam cœlestis sapientia non expellat, imò eam suadeat, efficiat, & conseruet. Nō potest enim esse in eo sapientia vera, in quo non est sanctus timor domini.

Ps. 50. (left margin, beside "de David Psalmo 50.")

1 Ioan. 4 (right margin, beside "Versu 9. Initium sapientiæ")

CXI. PSALMI ARGVMENTVM.

*IN Psalmo sequenti, vir beatus describitur, qui dominum timet, eius q; mandata diligit: cuius semen spirituale, & beata generatio commendantur gloria item & diuitiæ internæ, perfectaque iustitia, quæ omnia, ab exortu sunt luminis diuini in anima iusti. Atq; hæc primis quatuor versibus. Opera deinde viri iusti enarrantur misereri, commodare, & in iudicio cuncta dispone re, quæ latam atq; dulcem pariunt conscientiam, & ab omni reddunt perturbatione atque timore securam, propter cordis in Deo stabilitatem, & eam quam habet in domo ex bonæ consciētiæ testimonio, confidentiam. Gloriosus denique viri iusti finis proponitur, fructusq; iustitiæ, ab inimicorum metu atque insultibus securitas, pro misericordiæ operibus sempiterna eius apud Deum memoria, & gloriosa exaltatio fœlicitatis æternæ. Quibus exaduerso opponitur impiorum finalis miseria, ira & inuidia contra iustorum gloriam, desiderijq; ue illorum frustratio, perpetuo deploranda.*

## CXI. PSALMI ELVCIDAT.

*EATVS vir qui timet dominum :*
Vere beatus est vir ille, nunc qdē certa spe & expectatione, postmodum verò reali atque secura possessione, qui donec hoc agit in corpore, reuertetur, amatque dominum Deum suum :

* *in mandatis eius volet nimis .*
qui totum suum desiderium, omnemque voluntatem applicat mandatis illius, semper solicitus ad obseruandum ea .

2 *Potens in terra erit semen eius :*
Esa.53. Talis siquidē viri semen atq; posteritas, vehementer multiplicabitur, ēt sup terrā: qm̄ partim verbis ædificatoriis, partim exēplis bonis, partim humilibus precib⁹, plurimos sibi filios apud Deū cōparabit, Christo sic eos gignens atq; parturiens, etiamsi iuxta carnem videatur sterilis :

* *generatio rectorum benedicetur .*
ne quis hmōi generationem pro nihilo pendat, sciendum est, hāc spūalem generationē, qua sancti de Deo filios in spū generant, multò amplius q̄ carnalē, Deo esse placitā, & à Deo accipere benedictionem ampliorem, nempe æternæ retributionis mercedē: quemadmodū ecōtrario, eorū qui in luxuria filios procreant secū dum carnem, maledictionē accipere æternæ condemnationis.

3 *Gloria & diuitiæ in domo eius :*
In hmōi viri domo interna, quā inhabitat, hoc est, in eius spiritu & conscientia, vera est gloria, magnus ornat⁹, & spūaliū affluentia bonorū: quemadmodum in eorū domibus materialibus, qui sęculo diuites sunt, externus plerunq; relucet ornatus, & temporales abundant diuitiæ :

* *iustitia eius manet in sęculum sęculi:*
Iustitia quoq; eius & sanctitas, omnimoda uitæ perfectio, ipsumq; iustitiæ eius meritum in sempiternum permanebit ante dominum, & ante cōspectum eius semper gloriosum faciet illum.

4 *Exortum est in tenebris lumen rectis, misericors & miserator & iustus .*
Luc.1. Si requiras timenti dn̄m, vnde tanta gloria, en præclarum illud lumen, sol iustitię

E qd est dominus ipse, natura misericors existens, & misereri solitus, ac nihilominus iustus, exoritur ijs qui recto sunt corde in mētibus eorū, ex sese alioqui tenebrosis: atque ex huius luminis eximio atque præclaro splendore, in conscientiis illorum tantus fulget glorię interioris ornatus, tantæq; affluunt diuitiæ .

5 *Iucūdus homo qui miseretur & cōmodat :*
Benignus verò, suauis, & amabilis est, tā apud Deum, q̄ apud pximos, hō ille, qui misericordiæ vacat operibus: primū quidē suipsius misertus, deinde & aliorū, q-

F que paratus est indigentibus commodare sua, atq; ēt largiri, vbi congruū viderit, vel necessariū, de iis quæ accepit à dn̄o paratus proximorum subleuare inopiam :

* *disponit sermones in iudicio:*
q deinde sermones suos vniuersos, atque operationes oēs ita gubernat, ita dispēsat, ita dirigit in iustitia & æquitate, sine ad examē atq; iudicium, vt nō loquatur, aut agat, nisi quæ iusta & æqua sunt atq; utilia, & de quibus se putet coram iusto iudice posse bonam reddere rationem ,

* *quia in æternum non commouebitur .*
G talis profectò in sempiternum non cōturbabitur à sententia æternæ damnationis aut pœnis inferni, neque etiam in pręsenti sæculo conturbatione deijcietur .

6 *In memoria æterna erit iustus:*
Vir ille iustus, de quo supra diximus, in obliuionem non ueniet apud Dominum, sed in ęterna erit domini præsentia ,

* *ab auditione mala non timebit:*
neq; conturbabitur ab auditu siue rumore malo, quemadmodum impii mox conturbantur & angustiantur animo, vbi aduersum aliquid , siue rumorē quemlibet

H malum audierint, utpote de peste, de hostium aduentu , deq; aliis imminentibus aduersitatibus corporalibus .

7 *Paratum cor eius sperare in domino confirmatum est cor eius non commouebitur :*
Idcirco aūt cōmoueri & cōturbari nescit, qm̄ animum habet exercitatum in domini cōfidentia: & in spe bona constabilitū atq; corroboratum, ut conturbari nō possit desperatione aut timore deiiciente, neque in præsenti neque in futuro :

* *donec despiciat inimicos suos .*
qn & hoc futurum est, ut eos quos nunc obser-

obseruare habet iustus,& à qbus sibi nūc cauēdū debet, pspicere, tandem omnino despiciat, contēnat, prorsusq; nihilipendat quando nocere ultra non poterunt. Veniēs.n. post huius peregrinationis cursū quando nō erit ultra iustus formidanda siue astutia, siue malitia malignorū, quā nunc solicitè timere, & cautè declinare debemus, si in iustitia pseuerare uolum⁹.

*8 Dispersit, dedit pauperibus.*

Viri iustus nō thesaurizat sibi thesauros ī terris, sed ea quę accepit à domino, misericordiæ operibus impendes, distrahit in subuentionem miserorum, eisque sua B liberaliter elargitur.

** *iustitia eius manet in saeculum saeculi.*

atq; huius iustitiæ uirtutisq́ue meritum permanebit ne in sempiternū ante dominum. Tametsi enim contingat dispergendo,& elargiendo cessare nonnunquā exterius miserendi opus, utpote cum facultates non ultra suppetunt, meritum tamen uirtutis,& operationum præcedentium semper iusto manet, dum pro eis æternā accipit à Deo bonam remunerationem, quęadmodum ecōtrario impiorum in iustitia semper apud dnm manet C de stationis punitionis sempiternę etiamsi actiones ipsæ in sese transierint,

** *cornu eius exaltabitur in gloria*

sublimit quoq; potestas,& fortitudo uiri iusti in magnifica gloria, qn ad dignitatem euectus fuerit gloriæ filiorum Dei.

*9 Peccator uidebit & irascetur, dentibus suis fremet & tabescet.*

Impii uero & inuidi, tam dæmones quā homines, iustorum hanc exaltationem uidentes, ira & inuidia cruciabuntur sup fœlicitate aliena qua seipsos fecerunt indignos, adeo ut dentibus præ iracundia D frendeant, atque in sese propter inuidiā uelut consummētur, liquefiant, arescant, atque tabescant,

** *desiderium peccatorum peribit.*

Impiorum tamen desiderium nequaquā implebit, neq; quoad seipsos, neq; quoad iustos. Nā quantum ad se, optauerunt sē per in peccatis suis uiuere, in quibus oblectabant. Iustos uerò, tam suasionibus q̄ exemplis pestiferis, ab æternis gaudiis desiderant auocare, sed uidebunt ī nouissimo, horū utroq; misere se frustratos.

AANNOTAT. IN PSAL. CXI.

VErs. 1. Beatus uir qui timet dñm, in mandatis eius uolet nimis. Nō dicit beatū qui abundat auro argento, prętiosis lapidibus, qui præcellit īgēnio eruditione, arte scientia, qui præeminet potestate, authoritate, qui dignitate excellit sed illū asserit beatus propheta beatū, q timet dominū, haud dubiū quin filiali & amicabilis timore, quiq; sic timet dominum, ut in mandatis eius uelit, capiatque nimis, hoc est, ut ea uehementer amet,& cupidissime exquirat, totus illis implēdis intentat, ut summum sit illi studium quę Deus præcepit perficere, quæ prohibuit uitare, ī oībus cogitatiōibus dictis ac factis semper canens, ne qn iniquū aliqd aut cogitet, aut concupiscat, aut dicat, aut faciat. Deniq, idē est q̄ hic nūc dr, In mādatis eius uolet nimis, cū eo qd Psalmo primo aliis uerbis dr. In lege domini uo- Psal.1.
luntas eius,& in lege eius meditabit die ac nocte. ¶ Versu. 2. Potens in terra erit semen eius generatio rectorum benedicet. Quidā istud ad literam interpretant de posteritate carnali, sic quod in sequēti uersu dicit, Gloria & diuitiæ in domo eius, de gloria & diuitiis temporalibus exponunt, Ita enim quosdam patrū ueteris testamenti (cuismodi erant Abraham, Isaac,& Iacob) legibus in sacris historiis speciali priuilegio fuisse donatos copioso & benedicto semine, gloria quoq; & diuitiis tēporalibus adornatos. Verū quia perpaucis iustis ista cōueniūt, maxime in tpe hoc nouæ legis,& qm̄ frequēter admodū bonos parentes legimus nō bonos habuisse liberos, imò īsigniter malos, q̄ et hodie uidimus ī nō paucis, qm̄ et ī lege ueteri multi iusti in magna fuerūt egestate, atq; penuria rerū temporaliū, in noua autem lege, omnes sanctitate præcipi sm seculum pauperes fuerūt atq; contēpti, ita ut ille insignis Christi 1.Cor 4.
præco Paulus Apostolus, se, suiq; similes mundi purgamenta,& oīum peripsema appellaret, nouissimosq; omniū tanquā morti destinatos, ad hæc qm̄ beati diui- Matt.5
na uoce nunc prædicant pauperes, lugentes, esurientes, quoniā euāgelico consilio Lucæ 10
suadetur nunc hominibus, tēporalia dere

dere, & distribuere in usus pauperẽ, atq; E
in nuditate sequi Christũ, ob horum sci
licet cõsiderationẽ nobis uidebat̃ cõmo
dius ac magis cõueniẽs, ista de seminis
potẽtia & bñdictione, itẽq; de gloria &
diuitiis interpretari spũaliter, quẽadmo-
dũ legis in Elucidatione, ut ꝑ semẽ iusti,
intelligamus ipsos quos uel uerbo sanæ
doctrinæ uel bonæ cõuersationis exẽplo
uel sanctæ orõnis feruore, Deo genuerit
de quali semine loquebat̃ Apostolus, cũ
2.Cor.4 diceret Corinthiis, in Chr̃o Iesu, ꝑ Euan
Gala.4. geliũ ego uos genui. Et Galatis, q. iã mor
tui perierãt, Filioli mei, iquit, quos ite- F
rũ parturio, donec formet̃ Chr̃us in no-
bis. Posset tñ & aliter semen istud intel
ligi operationes bonæ, quę duplici otõ-
nem potẽtis semen dici pñt. Primò, quia
semẽ ualde multiplicatũ. Qui.n. timorẽ
dñi habet, & in lege eius uult nimis, io-
tus intentus est pficiendę legi Dei, hic
bonarũ operationũ cumulos proferet a-
Gal.6. bundanter Dum tps n. habet (iuxta Apo
stoli monitionẽ) bonũ operabit̃ erga oẽs
& bonũ faciens non deficiet, sciens qđ
suo tpe metet nõ deficiens. Secundò, po-
tens est semen iusti rõne ualidæ fructifi- G
cationis, qm̃ semen operationis bonę, ex
Dei grã, fructum mirabilem & pretiosũ
nimis profert in tpe suo uitæ æternæ. Vn
Psa.125 de Ps.125. de iustis dr̃, Euntes ibant, &
flebant, mittentes semina sua. Venientes
aũt ueniet cũ exultatione, portantes ma-
nipulos suos qđ de operibus bonis ma-
nifestum est debere intelligi Per recto-
rum autem generationẽ sm̃ hunc intelle
ctum accipiet̃ fructificatio bonorum ope
rum. Opera.n. Deo placita quæ operat̃ iu
stus ex gratia Dei, sunt eius semen, filii &
facta generatio, quã ex bona uoluntate, H
& Dei timore producit. Hęc autẽ rectorũ
generatio benedicitur, uel quãdo ꝑ fru-
ctificatione bonorum operum Deus in
pręsenti sæculo addit grãm grę, uel quã-
do in uenturo sęculo operibus bonis bo
nã retribuit mercedẽ. ¶ Ver.4. Exortũ est
in tenebris lumẽ rectis misericors & mi
serator & iustus. Lumẽ istud est lux illa ue
ra, de qua Ioãnes scribit, q̃ illuminet om
nem hominem uenientem in hunc mũ
Ioan.1. dum. Hoc lumen exorit̃ rectis, in tene-
bris, uel quia in hoc mundo (ubi oĩa abs

que beneficio diuinę illuminationis sũt
plena tenebris ignorãtiæ & cæcitate spi-
rituali, ubi deest cognitio ueritatis, & a-
bundat nescientia boni) uiuificatione sua,
iustitię studentes illumina, ut ipsi uideãt
q̃ sint credẽda, quæ speranda, & quę agen
da. Vel qa in cordibus hominum iusto-
rũ, ex sese nõ nisi ignorãtia & cęcitate ple
nis, radiis illis suæ beatę lucis irradiat,
quẽadmodum Paulus Apostolus ait, De⁹ 2.Cor.4.
q dixit de tenebris lumen splendescere,
ipse illuxit in cordibus nostris, ad illumi
nationem sciẽtię claritatis Dei, in facie
Christi Iesu. Oẽs.n. ex nobisipsis aliud q̃
cæci sumus quantumuis nobis uidentes
uideamur, quẽadmodum in sacra Apoca
lypsi spiritus quibusdam impropetat, di-
cens, Dicis qa diues sum, & locupletatus Apoca.3
& nullius egeo, & nescis qa tu es miser,
& miserabilis, & pauper, & cęcus, & nu-
dus. ¶ Ver.5. Iucundus homo, qui misere
tur & cõmodat. Iucundus hic non pro-
prie lætum significat, quo solet accipi Nã
in Hebræo est nomen tob, significãt bo
num, & ĩ Græco χρηςος, qđ significat be
nignum dulcẽ uel suauẽ, queadmodum
alibi uertitur, Suauis dominus uniuersis,
& miserationes eius sup oĩa opera eius.
Et rursum, Quia tu domine suauis & mi Psal.44.
tis. Iucundus ergo hõ hic ponit̃ pro ho
mine suaui, benigno, amabili, quo nos in
Elucidatione expressimus. Verbũ aũt co-
modare, non hic significat cõmodum ꝑ- Psal.85.
stare, quẽadmodum illi dicimur, commo
dare, cui ullum pstamus commodũ, sed
accipitur pro cõmodato, siue mutuare, qđ
aliquando dicimus fœnerari, quãdo usu
rę prauitatẽ à uerbo secludimus. Id ma-
nifestẽ patet tam ex Hebræo quã ex Grę
co, Nam ex Hebræo uertit Hieronymus
Bonus uir & (clemens supple) & fęnerãs,
Fenerari autem in bonam partem sonat,
commodato dare uel mutare, quemad-
modũ Lucæ sexto capitulo, Peccatores Lucæ 6.
peccatoribus fœnerantur, id est, mutuo
dãt. Et iterũ, Duo debitores erãt cuidam
fęneratori, ubi fœnerator pro creditore Lucę.7.
ponitur. In Gręco uerò est participium
κιχρῶν, qđ significat cõmodato dãtem,
qđ uocabulum apud Septuaginta in ea-
dẽ significatione ponit̃, 1.ca. primi libri
Regum, ubi, de Samuele loquens mater
eius,

eius, coram Heli, sic ait: κἀγὼ κιχρῶ A
αὐτὸν τῷ κυρίῳ πάσας τὰς ἡμέρας hoc
est, Et ego cõmodo vel cõmodato do eũ
dño oĩbus diebus. In hoc aũt quod dicit
iustum cõmodato dare vel mutuare, in-
telligit ẽt dare & distribuere pro loco &
tpe, vbi necessitas sed vel occasio obtule-
rit, & facultas adfuerit. ¶ Versu eodẽ, Di-
sponet sermones suos in iudicio. Notum
est, sermones non solũ verba, sed ẽt opera
in scripturis significare. Vñ sensus est, Di
sponet res suas & sua oĩa opa in iudicio.
Quanquã põt & peculiariter de verbis q̃
pet os hõ loquitur, intelligi. Nam qui nõ B
offendit in lingua, hic perfectus est vir, vt
Iacobi 3. Iacobus sanctus ait: & qui custodit os suũ
(iuxta Sapientis verbum) custodit aĩam
Prou. 12 suam. Dispositio aũt hæc in iudicio in-
telligitur dupliciter. Primò, disponere, fm
iudicium & æquitatem, secundum re-
gulam præceptorum Dei, & dictamen
rectæ rationis. Secundò, disponere ad iu-
dicium, id est, sic agere, & sic moderari, tã-
quam qui sis de singulis redditurus ratio
Eccle. 12 nẽ. Cum enim (iuxta Sapientis verbum)
oĩa quæcunq; faciunt hoĩes, Deus sit ad-
Matt. 12. ducturus in iudiciũ: & cũ (iuxta dñi indu C
bitatum sermonem) de omni verbo otio
so quodcunq; loquuti fuerint hoĩes, red-
dent rationem in nouissimo die, procul-
dubio sapientis hoĩs & timentis Deum
est, ẽt nunc dispon ere sua oĩa ad iudiciũ,
oĩa sic agere, qũo apud iustum iudicem
Eccle. 7. confidit se posse reddere rationem. Hic
iterum per sapientem dr̃, in oĩbus oper-
bus tuis memorare nouissima tua, & in
æternum nõ peccabis. Sunt aũt hęc quasi
adinuicem subordinata. Nã qui oĩa sua
nunc disponit in æquitate, & curat om-
nia fm regulam præceptorum Dei, rectę- D
que ratio nis dictamen peragere, conse-
quens est, hunc disponere omnia ad ven
turum dñi iudicium, quo iudicabitur in
æquitate. Quàm verò pulchrè de huius-
modi homine, miserente, commodante,
ac sermones suos in iudicio disponente
subiungitur, ꝙ ipse in æternum non sit
commouendus, ꝙ in memoria æterna sit
futurus, ꝙ ab auditu vel rumore malo nõ
commouebitur, ꝙ paratũ si cor eius spe-
rare in dño, ꝙ confirmatum est cor eius,
ꝙ non commouebitur, imò despiciet om

nes inimicos suos. O quãta sunt hæc hoĩs
iusti & misericordis cõmoda, q̃ sunt hæc
magna præconia, q̃ pretiosa nimiũ bona
nũquam commoueri, in æterna fore me
moria, non timere ab auditione mala, pa
ratum habere cor ad sperandum in dño,
confirmatũ esse corde in dño, nõ unquã
cõmoueri, imò inimicos despicere. Qũo
aũt (quæso te) posset conturbari hõ mise-
ricors? quandoquidem Diuinæ promissio Matt. 5.
nis oraculo certus est, miseri cordia con-
sequututos eos qui faciunt misericordiã
Qũo is qui oĩa disponit in iudicio, pos-
set conturbari? cum nihil habeat pro quo Psal. 7.
debeat conturbari, sciens iustum se habe-
re iudicem, qui in iudicio & æquitate iu-
dicat. Qũo non in æterna erit memoria
iustus, cum eius iustitia sit permansura in 2. Cor. 1.
sæculũ sæculi? Nunqd poterit iustitia æter
na pmanere, & perire memoria iusti, cuius Prou. 15
ipsa est iustitia? Qũo ab auditione mala
posset timere, qui in bonæ conscientiæ Rom. 13
testimonio gloriatur, cuius mens secura
quasi iuge conuiuium exhilaret eum qui
sibi nullius mali est conscius, ob quod
debeat metuere. Nam si principes terre-
ni (iuxta Pauli vocem) non sunt timori
boni operis, sed mali, & si nõ nisi pp vin
dictã malorũ portant ipsi gladium: mul-
to magis ille, qui est primus oĩum prin-
ceps & iudex, non est metuendus, nisi ijs
qui sibi malè conscij sunt, neq; ad bono-
rũ punitionẽ gladiũ portat. Qũo insuper
nõ paratũ erit cor eius sperare in dño, & Tob. 4.
confirmatum erit in illo cor eius, cum di-
cat Thobias, eleemosynam esse fiduciam
magnam apud altissimum oĩbus facienti
bus eã, quæ ẽt ab omni peccato, & à mor
te liberat, & non patietur aĩam ire in te-
nebras? Qũo ergo commoueri poterit?
qũo nõ despiciet omnes inimicos suos?
At verò contra, ij qui non miserentur
neq; commodant, qui proximis miseri-
cordiam non exhibuerunt dum possent,
meritò hi conturbabuntur timore horri
bili: quoniã quidem (Iacobo teste) iudi- Iacob. 2.
cium sine misericordia fiet illis qui non
fecerunt misericordiam. Hi in memoria Psal. 87.
æterna non erunt, quoniam proijcien-
tur in terram obliuionis, & in generatio Ps. 108.
ne vna delebitur nomen eorum, pro eo
quod non sunt recordati facere miseri-

cordiũ:hi meritò ab auditione mala time E bunt,cum rumor malus siue pestilentiæ, siue prælij,siue alterius mali insonuerit, statim hi timore graui corripiunt & con turbant tum quia perdere timẽt,quę hic cũ amore possident tpalia bona, tum qa inuenire formidant quæ oduint & quæ cõmeruerunt mala æterna.Quare aũt sic ab auditione mala timent; quia non est paratum cor eorũ sperare in dño,neque est illo confirmatum cor eorum.Qũo.n. in illo sperarent quem ignorant,quem contemnunt atq; repellunt? Inimicos aũt suos ipsi nunquã despicient,sed ma- F gis suscipient: qñ (iuxta Sapientis testimonium)dicent intra se,pœnitentiã agẽtes,Hi sunt quos aliqñ habuimus in derisum, & similitudinem improperij. Nos insensati vitã illorũ æstimabam⁹ insaniã, & finẽ illorum sine honore Ecce qũo cõputati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorũ est. Hi certè non inimicos suos despiciunt impii,verùm seipsos despicientes,suscipiunt eos quos in vita habuerant inimicos.Vides hac comparatione, quã sit diuersa sors immisericordium à misericordibus, iustorum ab im G piis.Cæterum,de particula donec,quę est

Sapien.5

in Versu 7. suprà iam dictum est. in versum fm Psal.109.¶ Versu 8.Cornu eius exaltabit in gloria.Per exaltare cornu in scripturis significat exaltatio & glorificatio Vñ in alio loco Psalmista monet,ini quos non exaltare,neq; in altum tollere cornu,i.non seipsos superbè magnificare aut exaltare contra Deũ: iustorum aũt cornua dicit exaltanda Exaltabuntur, inquit,cornua iusti. Et Anna Samuelis mater cum iã esset,fœcunditate sibi data cęlitus,super æmulã suã magnificata,& prole glorificata,canebat, exaltatum esse cor nu suum in Deo salutari suo Qũo.n.vulgata loquendi consuetudine dicere solent hoĩes,superbis deteri aut abradi aut confringi cornua,cũ per cõfusionis ignominiã aut aduersitatẽ quãlibet grauẽ diderint humiliari(fm quẽ modũ in Psalmo iã suprà citato dñr cõfrigenda à Deo cornua peccatorũ)sic per cõtrariũ in bonum cornua iustorũ bene dicuntur exaltari, qñ à Deo ad Magnificam gloriam ab humilitate sublimabuntur. De hac re nonnihil diximus in Psal.74 Ferè autẽ idem videtur esse hæc exaltatio cornu,q̃ exaltatio capitis illa, de quo in vltimo versu Psal.109.fit mentio.

Psal.74.
Ibidem.
1.Reg.2.

## CXII. PSALMI ARGVMENTVM.

*SEruos ac pueros Dei,ad laudem sui domini monet hic Psalmus,cuius benedictum nomẽ semper est & vbiq; laudandum,eo q̃ oĩbus sit ipse sublimior,& nulla ei valeat creatura, neq; terrena neque cœlestis præ sublimitate sua gloria comparari. Attamen humilitatem semper diligit in omnibus,pauperes spiritu & humiles,tametsi viles carne ac sordidos,in sublimitatem suæ gloriæ dignanter exaltans qui de sua sterilitate dolentes & afflictos, donata eis fœcunditate,facit lætantes,& peculiariter eam,quæ olim sterilis erat gentium nationem,in tempore gratiæ,fœcundam Ecclesiam pro suo placito constituit.*

## CXII. PSALMI ELVCIDATIO.

*AVDATE pueri domi num laudate nomen domini.* Serui dñi, laudem & confessionem date omnipotẽ i,laudem, inquam, date ancto nomini eius,quod est super omne nomen. Hoc siquidem est tributum hoc debitum, quòd à suis seruis exposcit dominus, nempe laudis & gratiarum actionis sacrificium, quod nos illi iustum est, si fideles esse volumus, persoluere, potius quàm aurum, vel argentum, vel corporales quaslibet victimas.

Philip 2

2 *Sit nomen domini benedictum,ex hoc nũc & vsq; in sæculum.*

Laudetur sanctum illud & tremendũ domini nomen,sitq; iuxta suum nomen dominus ipse benedictus,à modo & vsque in sempiternum: quoniam laudis eius non est finis, neq; dignè satis laudari poterit vnquam. Ps. 144.

*A solis*

3 *A solis ortu usque ad occasum, laudabile nomen domini.*
Et dignum utiq; est sanctissimũ illud atq; gloriosissimum nomen dñi, vt per vniuersum orbem terrarum, ab oriente usq; in occidentem, ab aquilone vsq; ad septentrionem, laudetur & glorificetur pura fidei confessione, ab omnibus nationibus & populis, vbicunque terrarum habitantibus, siue in mari:
Et dignũ est, item, vt à mane, quo sol exoritur, vsq; ad vesperum quo sol occidit, confessio detur nomini superbenedicto: imo vt nullo vnquã tempore ab eius laude & benedictione cesset ur.

4 *Excelsus super omnes gentes dominus & super cœlos gloria eius.*
Est.n. dominus natura sua & gloria magnus, eleuatus, gloriosus & excelsus, sup omnes gẽtes, & super oĩa quæ ipse creauit: ita ut ẽt cœlorum atq; angelorum uincat gloriam, infinito interuallo post se relinquens oĩa, potentia & bonitate atque omnimoda perfectione, in immensum superans vniuersa, adeò vt nulla sit creatura tam excelsa, quæ creatori omnium dignè valeat conferri.

5 *Quis sicut dominus Deus noster:*
Neq;.n. alicubi siue in cœlo siue in terra reperiri poterit qui ex æquo cum domino Deo nostro possit conferri, ac velut ei coæqualis comparari.

* *qui in altis habitat & humilia respicit, in cælo & in terra?*
qui cum mansionẽ suã & habitationẽ regiam in altissimis habeat cœlorum, lõge cœlis omnibus altior, & super omnẽ in infinitum transcendens creaturam, dignatur nihilominus ipse in tam sublimi residens dimittere sese ad ea quæ infernè geruntur, sua nihilominus prouidentia ad inferiora dignatur attendere, quæ agũtur siue in cęlis siue in terris. Omnia.n. eius subijciuntur prouidentiæ, quantuis in immensum omnibus emineat superior.

6 *Suscitans à terra inopem:*
Ipse humiles spiritu & sibijpsis præ humilitate diffidentes, neq; nisi in Deo auxiliũ habentes erigit, suæ gratiæ auxilio, de puluere terrenarum rerum:

* *& de stercore erigens pauperem.*
& spiritu pauperes eleuat atq; extrahit de stercoribus mũdanarũ cupiditatũ quę velut stercora fœtent ante oculos domini: & de vili isto atque stercoreo sqididæ carnis habitaculo, educendo exaltat.

7 *Vt collocet eum cum principibus, cũ principibus populi sui.*
Subleuat, inquam, & erigit pauperes dominus, non vt eos uiles iterum seruos faciat, aut laboribus subdat, sed ad magnificam nimis gloriam, nempe vt eis sedẽ & locũ tribuat in mensa sua, inter gloriosissimos illos cęlestes principes, ciues angelicos, atq; inter principes populi sui, patres præcellentes atq; Patriarchas, Abrahã, Isaac, Iacob, Samuel, David, sanctosq; Apostolos, & cæteros tã veteris q̃ nouæ legis patres, q sunt ante dñm, nimirũ ut cũ his in regno Dei in una mẽsa pariter accumbant, eandemq; fruantur gloria.

8 *Qui habitare facit sterilem in domo, matrem filiorum lætantem.*
Ipse cũ vult, eã quę prius vt sterilis & infœcunda erat despecta fœcundam facit, & in domo in medio filiorũ multorũ, quasi familiæ matrem, facit habitare cũ gaudio: lætantem videlicet super filijs diu cõcupitis, ac tandem Dei dono assequutis, quemadmodum antè in sterilitate sua, solitaria ac desolata vixerat: Esa. 49.
Qui ẽt in temporis plenitudine gentilitatem, quæ sterilis quondã fuerat, Deo nõ pariẽs liberos, iã fecit inhabitare sanctã Ecclesiã (quæ est domus eius) in magna fœcunditate, multorum filiorum matrem quos Deo progignit.

## ANNOTAT. IN PSAL. CXII.

VErsu 1. Laudate pueri dñm, Pueri ponitur pro seruis, quomodo seruũ in Luc. 11.
Euangelio appellat Centurio puerum. Vnde Hieronymus & Felix vertunt, Laudate serui Dominũ. In secundo autem versu, cũ dicitur, Ex hoc nunc & vsque in sæculũ: ex hoc nũc, valet à mõ vel ex nunc. Nã quod hoc interijcitur, fieri puto ad exprimendum articulum Græcum, vel Græcè enim habetur ἀπὸ τοῦ νῦν, hoc est, ab ipso nunc, uel ab hoc modò, accipiẽdo modò aduerbialiter; vel ẽt causa explicandæ emphasis, quæ latet in articulo. ¶ Versu 3. A solis ortu vsq; ad occasum laudabile

nomē domini. In Elucidatione indicauiE mus duplicem intelligentiā priorē, de loco, ut significetur nomē dñi esse laudandum in omnibus partibus orbis terrarū quemadmodū apud Prophetā alium dicitur. Ab ortu solis usq; ad occasum, magnum est nomen meū in gētibus. Posterior intelligentia est de tempore, ut significetur, à mane usq; ad uesperā esse laudādus Deus. Prior tamē intelligentia uidetur magis conueniens, qm̄ de omni tempore sermo factus est in uersu statim præcedenti cum dr̄, Sit nomen dñi benedictum, ex hoc nunc & usq; in sæculum, ꝓpter quod, conuenientius erit hoc uersu loci generalitatem significari. ¶ Vers. 5. Quis sicut dñs Deus noster, qui in altis habitat, & humilia respicit in cœlo & in terra. Quidā olim antiquorū, Dei nimis excelsam habitationem considerātes, senserunt Deum non ea quę aguntur in terris attendere. Ex quorum persona, in Libro Iob dr̄, Circa Cardines cœli perābulat, nec nostra considerat. Veritas autem per fidē simul & per rōnem monstrat cōtrariū, uidelicet ob exaltatam habitationē & sedē Dei nihil ipsum minus q̄ inferG nè aguntur attendere. Qd̄ hic nunc significari uī, cum dr̄, Humilia respicit. Humilia. n. appellantur inferiora, quæ inferno aguntur circa creaturas. Et cum additur, Humilia in cœlo & in terra, significatur ēt quæ in cœlo sunt humilia esse diuino prospectui, quandoquidem sedes altitudinis eius in infinitū trāscendit, oībus cęlestibus altior, licet ſm̄ piam dignationē suā, in illis suā sedem beatis angelis atque hominibus demōstret. Atq; ita hoc in loco exprimitur uniuersalitas prouidentiæ Dei, ad oīa sese extendētis, & quæ in terra. Potest tamen hic passus aliter exponi, ad hunc modū. Quanquā sic in sublimi sede gloriæ suæ super oīa eleuatus Deus residet, semper tamen ad humilia attendit, id est, humiles respicit, & vbicunq; humilem aliquē cōspicit aut pauperē spiritu, super eum ponit boni sui fauoris oculos, uidelicet ut eū ī tpe visitationis (iuxta apostoli Petri uerbum) exaltet, & in tpe tribulationis adiuuet. Hic enim est Dei erga humiles respectus in bonum. Atq; ita eadē ferè huius loci erit

Mala. 1.

Iob. 22.

1. Pet. 5.

F sententia, cum eo qd̄ in Ps. 10. scribitur, Dominus in templo sancto suo, dn̄s in cœlo sedes eius. Oculi eius in pauperē respiciunt quasi dicat, Quanquā in templo sancto suo in cœlo habeat sedem, in pauperes tamen in spiritu semper benigno aspectu intendit, paternam illorum gerens curā. Atq; huic expositioni satis consonat quæ subsequuntur, de exaltatione pauperū & inopum & glorificatiōe, deq; sterilis fęcundatione. Consonat ēt qd̄ in alio Psalmo similibus ferè uerbis dr̄ Excelsus dominus & humilia respicit & alta à longe cognoscit, ubi per ultimę huius particulæ additionē, manifeste indicatur, priorem de humilibus corde intelligendā. Sed vī clamare, qd̄ dr̄: Humilia in cęlo & in terra. Nā in cœlo qōo peculiariter humilia respicit, ubi nihil nisi summa humilitas est, & summa erga Deum mentis, & cordis subiecto tā in angelis, q̄ in beatis hoībus? Huic autem dupliciter respondere potest, Vel. n. ad angelos hoc dictum referri potest, qui ab initio per humilitatē ab inuicē discreti fuerūt. Nam in principio cōdītiōis angelicę naturę eos qui per humilitatē gloriā dabant suo conditori, Deus ipse peculiariter respexit, ut eos cōfirmaret in gratia & gloria, faceretq; sibi ministros & conuiuas ꝑpetuos, in beatitudine æterna, ecōtratio autē illos superbos, qui per elationē intumuerunt ꝯtra ac supra creatorem despexit & reprobatos abiecit, rudentibusq; inferni de cœlo detractos (vt sanctus Petrus ait) tradidit in tartarū cruciandos, ac reseruandos in nouissimū iudicij magni diē. Deinde, etiā nunc in cœlis, eo quisq; hominum glorificatorū plenius Dei gloria satiatī, eo maior ē uniuscuiusque fœlicitas, eo magis à Deo respicitur, diuinoque fauore repletur abundātius, quo magis, dum uiueret in terris, se humilem erga Deū exhibuit, vel hac potissimum rōne sāctorum patrum snīa, Dei parā uirginem Mariam, omnibus cælestibus ciuibus uniuersisq; angelorū ordinibus asserat celsiorē, & Dei filio proximam, qd̄ ꝑ omnibus, dum in terris eēt infimè sese humiliasset. Deniq; in æternitate in cœlesti beatitudine, ita ꝑpetuò beatorum status habet, ut quāto Deo proximus

Psal. 10

Psal. 137

2. Pet. 2.

ximus quisq; fuerit, & in regno illo subli A mior, tanto uerò cordis humilitas in eo dē abundantior effulgeat. Hoc.n.ueridica rōne psuasum meritò sentimus, uirginem benedictam Mariā, ut iuxta sanctorum patrum sentētiā oībus & angelis & hoībus in gloria pemineat, ac Deo accedit proxime, ita ut humilitate altissima, nūc, & in perpetuum, infra oēs angelos ex corde profundissimo, esse & fore diuinitati maximè subiectā. Cum.n.uera humilitas oriat ex cognitione Dei & suiipsius, duo autem hæc optimè præstet illuminatio diuina, consequitur, eam quę à B diuino radio super oēs illuminatur, sicut omnibus clarius Deum cognoscit & semetipsam, ita omnibus præstantiorem & profundiorem habere humilitatē, quæ sic in perpetuum perdurabit, qūo nūquā desinet, neq; Dei celsitudinem, neq; sui ipsius in sese contueri utilitatem. ¶ Vers. 6. Suscitans à terra inopem, & de stercore erigens pauperem, ut collocet eum cū principibus, &c. Nonnunquam istud uidemus Dei ordinatione ad literam ēt tēporaliter impleri, ut humiles & despecti euehantur ad sublimia, quemadmodū po C pulus Israeliticus qui erat numero modicus & incognitus, postmodū factus est ī cūctis populis gloriosus, & Saul cum esset paruus in oculis suis, de tribu & familia nō maxima caput in Israel factus est.
1.Re.15. Dauid itē de gregibus ouium, & de post fœtantes (ut in alio Psalmo dr̄) ad regnū
Psal.77. assumptus est Israeliticum. Sic & postmodum frequenter contigit, ad dignitates magnas & præfecturas, ob uirtutem atque probitatem exaltati humiles. Ita quoque in spiritualibus, sancti Apostoli
Psal.44. & eorū successores pleriq; homines hu- D
Psal.46. miles ex infima plebe, ad Ecclesiarum gubernacula Diuina electione, sunt assūpti, principesq; constituti super omnem terram & quasi dii fortes terrę uehementer exaltati. Puto tñ prīcipaliter hic psalmistam loqui, de humilium exaltatione ad gloriam, qūo in Elucidatione indicauimus. Ac iuxta hanc expositionem, licebit partes ambas accipere in eandem sententiam, ut idem sit suscitare de terra uel puluere, qđ de stercore erigere, i. de humilitate exaltare. Vt distinctè interpretari possumus, ut de terra uel puluere sonet humilitatē naturæ siue materiæ, Nam (iuxta uerbū dñi) puluis & cinis est homo, Gene.3.
& in puluerem reuertetur, quod sequitur aūt de stercore, sonat uilitatem & sordes uitiorum. Terra.n.& puluis, licet uilis & despectus sit, non tamen fœtet neq; sordet. Stercus aūt præter infimam uilitatē abominandū, quoq; habet fœtorē. Atq; ita homo rōne suę materię ex qua factus est, licet uilis sit & humilis, eo quod puluis & cinis, tñ non est hac rōne sordidus neque fœtidus in naribus domini Sabbaoth, ratione autem uitii, nō tantū amplius uilescit, uerumetiam maxime sordet, fœtet efficiturq; execrabilis. Deus autem, sua immensa bonitate & inæstimabili misericordia, nonsolum de terra suscitabit, uel exaltabit inopem, non solum nos qui puluis & cinis sumus, exaltabit ad gloriam & immortalitatem, sed ad eādem sublimitatem euehet ēt fœdissimis inquinatos sordibus uitiorum, si modo ī humilitate spiritu contribulato & corde contrito agant pœnitentiam. Quod autē sequitur, Vt collocet eum cum principibus, cū principibus populi sui, illic respōdet quod in Euangelio ait dominus, Dico uobis qđ multi uenient ab oriente & ab occidente, & recūbent cū Abraham, Isaac, & Iacob, in regno cœlorum. ¶ Ver. ultimo. Qui habitare facit sterilem in domo, Qđ dr̄ de sterili fœcundata, ut sit ma- 1.Reg.1.
ter filiorū in gaudio, uidemus ad oculatem experientiā frequenter humilibus Lucæ 1.
accidere, quēadmodū Annæ Samuelis, & Elizabeth præcursoris matri. Secundum mysticā uerò sublimiorē intelligentiam, gentiū cōperit Ecclesiæ quę prius sterilis erat Deo liberatos nō gignens, sed idolis ac dæmonibus, postmodum tamen ex Dei gratia fęcundata plurimis filiis, quasi magnæ familiæ mater, Christi domū nunc ihabitāt, imò est ipsa domus Dei, quemadmodum multo ante prophetauit Esaias, cum in spū alloquens Ecclesiam gentium, dicebat, Lauda sterilis quæ non paris decanta laudem, & hinni quæ non pariebas, qa multi filii desertę magis, quā eius quæ habebat uirū, dicit Dominus, id est, multo plures erunt filii Ecclesię gentiū quā Synagogę Iudæorum. Esa.54.

## CXIII. PSALMI ARGVMENTVM.

*PSalmus iste, cum exultatione ueteris Israelitici populi beneficia, dignanter illi à domino exhibita, recenset. Et primum quidē liberatio eius de seruitute Aegyptiaca proponitur, in qua mare rubrū duce Moyse diuisum constat, deinde introductio in promissionis terrā in qua Iordanis legitur fuisse siccatus, aquis sese in modum montium agglomerantibus, & modo quodā per incrementū continuū subsilientibus. Insuper quod aquam de petra dedit sitientibus, sub quibus particulatim enumeratis, cætera ueniunt in generalitate intelligenda. In quibus oībus, non suā populus domini gloriam quærit, sed domini Dei sui, quo sic ueritas & misericordia eius fiāt manifestæ, & blasphemantium idololatrarum ora obstruantur. Vbi, occasione accepta, idolorum graphicè depingit vilitatem: in quibus neq; uita, neq; sensus, neq; motus ullus eum, quemadmodum iuxta ueritatē, neq; in illis qui ea colunt. Ex aduerso aūt, Dei ueri cultorū describitur supernum auxilium protectio atque benedictio, sine personarum acceptione, indifferenter oīum. Nouissimè verò super populum domini ponitur bona precatio: & reiectis à Deo laude mortuis atque damnatis, uiuentium atque saluandorum perpetua asseritur esse laudatio.*

## CXIII. PSALMI ELVCIDATIO.



*IN exitu Israel de Aegypto, domus Iacob de populo Barbaro.*
Cum exiret populus Israeliticus de terra Aegypti, cum egrederentur filij Israel, familia Iacob, de populo illo Aegyptiaco, populo linguæ peregrinæ, populo G item scelerato & idololatra, crudeli atque immani, suos aduenas sæuè nimis atque barbarè, & prorsus inhumaniter tractāte.
2 *Facta est Iudæa sanctificatio eius:*
Tunc factus est populus Iudæ siue Israel sanctificatio domini Dei sui:
** Israel potestas eius.*
tunc factus est populus Israeliticus peculiare dominium, peculiaris hæreditas, peculiaris populus, & singularis possessio domini, prę cæteris gentibus.
3 *Mare vidit & fugit:*
Mare rubrum in exitu filiorum Israel de H Aegypto, perinde quasi vidisset aut cognouisset domini volūtatem, & Israelitici populi per ipsum transituri aduentum, diuisum est in diuisiones & solitum fluxum neglexit, steteruntq; aquæ hinc & inde ꝑ muro, vt transitum præberent fugienti Israeli:
Exod.14 ** Iordanis conuersus est retrorsum:*
similiter & Iordanis fluuius, cū post multos annos transituri essent de deserto in terrā ꝑmissionis, duce Iosue, post mortē Moysi, siccatus est, iubente Domino, redeuntibus aquis ad locum originis suæ, neque solito fluxu fluentibus.
4 *Montes exultauerunt vt arietes.*
Intumuerunt fluere prohibitæ aquę, & accumulatæ sunt in molem unam, ita vt ꝑcul in montium morē apparerent: visiq; sunt mōtes isti, per continuum aquarum aduentum increscentes & intumescētes, velut subsilire atq; exultare, ad eum modū quo saltare solent ludentes arietes:
** & colles sicut agni ouium.*
& minores eleuationes suo etiam modo subsilierunt, intumuerūtq; quasi agni gregis, saltum arietum duorum ducum imitantes atque insequentes.
5 *Quid est tibi mare quod fugisti?*
Sed dic, quæso te, ò mare quid tibi causæ erat, aut hoc tibi vnde proueniebat, vt prę ter naturā siccum relinqueres, pedibusq; pertransibilem tuum alueum?
** & tu Iordanis quia cōuersus es retrorsum?*
& tu dic, Iordanis, vnde hoc tibi, ut fluxū tuum solitum non prosequeris transeunte Israelitico populo?
6 *Montes exultastis sicut arietes:*
Vos quoq; ex ītumescentibus aqs agglomerati montes dicite, cur in altum subsilijstis, velut exultātes in morem arietum saltantiū: & nō magis planè iuxta vrę naturæ ꝑditionē, & morē solitū decurristis:
** & colles sicut agni ouium?*
& minores aquarū eleuationes, quare itē subsilijstis in modum angelorum gregis? Procul dio, nō ex natura hoc erat, neq; tibi, ò mare rubrum, neq; tibi, ò Iordanis,

neque

neque ex humana ulla uirtute, sed plane A supernaturali ordine atque diuina uirtute, ut ita fieret electo & sanctificato populo domini ad gloriã nominis eius.

7 *A facie domini mota est terra:*

Et quidẽ Deo nihil est uel impossibile, uel difficile à cuius facie, uolũtate, & iussione cõmouet ẽt terra, & contremiscit.

* *à facie Dei Iacob.*

Gene. 1, à conspecta, inquam, præsentia, & uoluntate domini Dei Israel.

Luce 1. 8 *Qui conuertit petram in stagna aquarũ:* ipse enim est, qui de petra, in deserto, sitienti populo dedit aquas copiosissimas, B ita ut in magnas congregationes staret aqua, biberetq; populus & iumẽta eorũ,

* *& rupem in fontes aquarum.*

Num. 20 & de silice durissimo, percutiente Moyse uirga, effluere feci aquarum uelut copiosissimos fontes ac fluuios.

9 *Non nobis domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam.*

Et quidem in omnibus his magnalibus, quæ tu pro nobis exhibuisti, nobis sufficiat misericordia ac gratia tua, tibi autẽ & glorioso nomini tuo sit honor & gloria, in omnibus populis, qui te ista audieC rint pro tuis electis patrasse mirabilia, absit uerò ut nobis pro his demus gloriam, qui sumus uel minimo tuo beneficio ex nobis prorsus indigni.

10 *Super misericordia tua & ueritate tua.*

Tui, inquam, nominis gloriam sic manifestã facias, pro declaranda misericordia tua erga seruos tuos, & ueritate, in fideli adimpletione promissionum tuarũ, quas fecisti patribus nostris & semini eorum:

* *nequãdo dicant gentes, ubi est Deus eorũ.*

vt nõ ualeant iusta causa nobis abiicere gẽtes idololatriæ, per exprobationem, dicẽtes, Quis est Deus Israel, aut ubi est, autD quid operat in eis, ut habeamus quæ respõdeamus idololatris istis exprobrãtibus nobis, adducendo mirabilia q̃ tu operatus es pro nobis, ĩ terra atq; in mari.

11 *Deus autem noster in cęlo:*

Si ita requiritis idololatræ gentes, ubinã sit Deus noster qui facit hæc mirabilia, ecce Deus noster in cœlorum sublimi velut in palatio gloriæ inter angelicos cives in habitat.

* *& omnia quæcunque uoluit fecit.*

tam uirtute potens, ut quęcunq; uolueris sine contradictione possit opere perficere, siue in cœlo, siue in terra.

12 *Simulacra gentium argentũ & aurũ,*

Gentium aũt idola quæ colunt, quod ad materiam attinet, uel argentea sunt, uel aurea, uel ænea, uel alterius cuiuslibet crassę materiæ.

* *opera manuum hominum*

artificum manibus siue sculpta, siue fusa & eo sane utiliora, qđ non naturę sunt opera, sed mera artis figmenta, ad naturalium rerum similitudinem sm externã apparentiam efficta, iuxta naturæ autem ueritatem nequaquam assimilata.

13 *Os habent & non loquentur:*

Oris quidẽ habent figuram quandam & similitudinem, ad modum oris exterius depictam & sculpiã, & quandam labiorũ habẽt apparẽtiam, uerum per illud apparens os suum nullam possunt uocẽ edere, simulacra muta sunt, nihil interrogãtibus loqui per os suum ualentia:

* *oculos habent & non uidebunt.*

sic & oculos quosdam uidentur habere, per quos tamen uidere nihil possunt, neque colorem ullum decernere, aut lumen cęli contueri.

14 *Aures habent & non odorabunt.*

Sic aurium habẽt sibi per artis industriã effictam similitudinem, artificialibus instrumentis sic accuratè elaboratam, uerũ nõ est auribus illis uirtus audiendi quippiam neq; uoces exaudire possunt, aut sonos decernere:

* *nares habent, & non odorabunt.*

insuper & narium habent effictam similitudinẽ, quibus tamen odorari nil ualẽt, quibus odorem nullum pñi sentire, neque gratum, neq; ingratũ. Atq; ita manifestum est omni sensu illos secũdum ueritatẽ carere, ac proinde minus quã bruta esse, brutisq; longe inferiora, quæ his sensitiuis organis ad conuenientes sibi naturales operationes uti pñt, cùm hæc idola, illis, quæ uidẽtur habere organis sensuum prorsus ad nullũ sentiẽdi actũ uti possint, nõ amplius quàm trunci rudes, ĩ quibus talia nulla apparẽt organa.

15 *Manus habent, & non palpabunt:*

Insuper & manus habẽt similitudinarias ad similitudinem hoĩum digitalibus, & articula-

articularibus distinctionibus subtiliter E
formatas, uerum his suis manibus palpa
re nihil possunt cōtrectare aut tāgere, ut
tangendo palpandoue discernant:
* *pedes habent, & non ambulabunt:*
pedes item simili artificio formatos ha-
bent, & instrumenta ad ambulandum ap
ta uidentur habere, non tamen pedibus
illis fictis ualēt uel ad passum unum am
bulare aut ullo modo de loco se ad locū
mouere, suntq; ut rudes & informes, trū-
ci æque immobiles.
* *non clamabunt in gutture suo.*
neq; per fictum guttur suum, quod habe F
re uidentur, uocem clamoris possunt ede
re, quicquid tandem illis contigerit, etiā
si exurantur, et si omnibus pretiosis mo
nilibus spolientur, non ualēt exclamādo
incensorem aut prædatorem prodere.
16 *Similes illis fiant qui faciunt ea, & om
nes qui confidunt in eis.*
Qui idola sibi faciūt ad colēdū ea, similes
efficiēt illis, & uniuersi idolorū culto-
res, qui spē suā ponūt in eis quasi in ueris
diis. Quēadmodū. n. supradictū est, ido-
lis tametsi organa uideātur sensum habe
re, nullā tamē inesse uitę sensus, aut mo G
tus operationem, ita qui idola colūt, uita
prima (quę Deus est) carentes, secundum
ueritatē neque uident mentis oculis, ne-
que quæ Dei sunt audiunt, neq; gustant
bonum Dei uerbum, neq; palpant de ver
bo uitæ, neq; Dei bonum odorem olfa-
ciunt, neq; operationem aliquā uitę in
terioris demōstrare possunt, sed prorsus
existunt mortui & insensibiles, ut non
aliud uideantur quàm ligna & lapides
qui ligna & lapides adorant.
17 *Domus Israel sperauit in domino:*
Ioan.14 At uero Israelitica familia repudiās idolo H
rum uanitatem, dominum elegit Deum
suum, & spem suam in eo cōstituit,
* *adiutor eorum, & protector eorum est.*
& ipse uicissim factus est eis adiutor at-
que ꝓtector in oībus necessitatibus eorū.
18 *Domus Aaron sperauit in domino:*
Peculiariter quoq; Aaronica sacerdota-
lis familia, spem suā fixit domino, ꝓ eo
ꝙ eam singulari sacerdotii sui honore
decorauit, ut tanto illi adhærent fixius,
quanto eos sibi iunxisset uicinius:
* *adiutor eorum, & protector eorum est.*

Ipse uerò peculiaris adiutor atq; prote-
ctor factus est eis.
19 *Qui timēt dominum sperauerūt in dño:*
In uniuersum deniq; omnes, quotquot
ex corde diligunt, ac reuerētur dominū,
spem suā habent repositam atq; defi-
xam in eo:
* *adiutor eorum, & protector eorum est.*
& ipse neminem repellens, omnibus ꝓ-
bet gratiæ suæ, ac declinanda peccata, vir
tutesq; sectandas, auxilium, & aduersū
hostium insultus protectionis suę impē
dit beneficium, ita neminem sua desti-
tuens gratia.
20 *Dominus memor fuit nostri:*
Non est oblitus dominus nostri, neque
obliuisci potuit, sed memor fuit seruorū
suorū in bonum, cogitauit de nobis ad
utilitatem nostram:
* *& benedixit nobis.*
& sicut sperauimus, ita benedictionē san
ctam suā nobis largitus est, & benefecit
nobis, Omnibus nos nobis sua benigni
tate adimplens
21 *Benedixit domui Israel, benedixit domui
Aaron.*
Benedixit benedictione sua sancta in cę
lestibus donis populo Israelitico, quē
sanctificauit sibi, peculiariter quoq; Aa-
ronicæ familiæ, quā fecit sacerdotalem.
22 *Benedixit omnibus qui timent dominum,
pusillis cum maioribus.*
Neq; his tamen solis, uerum in uniuer- Coloss.3
sum omnibus qui eum reuerentur & co
lunt, sine personarum acceptione, paruis Ephe.6
æquè atq; magnis, pauperibus atq; diui-
tibus. In ueritate enim personarum acce Actu.10
ptio non est apud Deum, neq; uidet ipse
ea quæ foris patēt, sed intuetur cor, & qui- Rō.2.6.
cunque eū honorificauerit, glorificabit 1.Reg.1
illum, siue pusillus fuerit, siue magnus, di
ues aut pauper.
23 *Adijciat dominus super uos, super uos
& super filios uestros.*
Adaugeat populum suū dominus, multi-
plicetque, & crescere faciat, tam numero
quā profectu uirtutum, eos dico qui nūc
sunt, & qui post nos uenturi sunt, poste-
ros uestros.
24 *Benedicti uos à domino, qui fecit cœlum
& terram*
Sitis benedicti à domino, & ipse uobis be
nefaciat

ne faciat, qui creauit cęlum & terrã, & oĩa quæ in eis sunt, ac proinde potens est quibus velit bene dicere siue benefacere.

16 *cœlum cœli domino:*

Supremum cęlorũ, i. præclarum illud empyreum cęlum, domino est deputatum in aulam regiam, & in palatium gloriæ suæ, vbi cum ministris suis secundum plenitudinem gloriæ suæ inhabitet:

* *terram autem dedit filijs hominum.*

terram verò dedit ipse inhabitandam hominibus in statu mortalitatis perdurantibus, donec post labores tempus adueniat translationis eorum.

16 *Non mortui laudabunt te domine:*

Eia dulcis Dñe, qui in peccatis mortui iacent desperati; atq; à te in sempiternum proiecti, non ipsi laudem dabunt tibi:

* *neque omnes qui descendunt in infernũ.*

neq; quinq; in infernum sunt demersi laudem dabunt tibi, sed blasphemabunt magis sanctũ nomen tuũ. Atq; ob hoc, in vita ista corporis, donec tibi erit placitũ, & potissimum animæ, custodi nos, vt vel à nobis viuentibus laus detur tuo nomini, quod blasphematur ab impijs coram te mortuis.

27 *Sed nos qui viuimus benedicimus domino, ex hoc nunc & vsque in sæculum.*

Nos.n qui in salutari tua gratia viuimus laudem placitam damus tibi, quam vt modò ĩ gratia canimus, ita speramus in sempiternum nos cantaturos ante conspectũ gloriæ tuæ sempiternæ, in quam, iuxta pollicitationẽ, introduces populum tuũ, quem redemisti propter gloriam magnifici nominis tui, quod est benedictum in sæcula, Amen.

ANNOT. IN SPAL. CXIII.

VErsu 1. In exitu Israel de Aegypto. domus Iacob de populo barbaro, Israel & domus casu datiuo debẽt accipi: queadmodum Græca lectio monstrat, & sensus, tñ exposcit. Populum aũt barbarũ intellige, ratione linguæ peregrinæ. Ille enim mihi est barbarus, qui in loquendo tali vtitur idiomate, quod ego non intelligo, quodq; mihi est incognitum: queadmodum ait Paulus Apostolus capitulo decimoquarto epistolæ prioris ad

A Corinthios, Si nesciero virtutem vocis, ero ei cui loquar barbarus, & q loquitur mihi, barbarus. Aegyptiorũ aũt idioma diuersum erat ab idiomate Israelitarũ, Vnde in alio Psalmo dr̃ de Ioseph, vel gente Israelitarũ: Linguã quam non nouerat audiuit. Quòd si quis interroget, qũo filijs Israel tunc cum exirent de terra Aegypti potuerint ipsi Aegyptij esse populus barbarus, cum verisimile sit, in tanto tpe, quo in terra habitauerant, didicisse Israelitas linguam Aegyptiorum? Respondemus, fieri potuisse, cum in terra Gessen 2.Co.14. Psal. 83.

B habitauerint filij Israel, separati ab Aegyptijs, vt vulgus Israelitarum linguã Aegyptiorum nunquam addidicerit, quod per parum haberent, aut oĩno nihil cum Aegyptiis negocii. Aut si huc non libet recurrere, ideo dicas barbarũ populum dici, qui à principio cum intraret Israel in Aegyptum, incognita & oĩno peregrina erat illi lingua Aegyptiaca, ẽt si post facta fuisset illi familiarior. Vel populum barbarum, intellige populum inhumanum & crudelem, non se erga populum dñi ciuiliter, vt eiusdem terræ incollas decebat,

C & præstita eis per Ioseph beneficia exposcebant, gerentem, sed quasi erga aduersarios hostes, oẽm. crudelitatem (naturali quæ his debetur commiseratione se posita) in aduenas & peregrinos exercentem: quemadmodum nimis manifestè per plura capita monstrat principium Exodi. ¶ Versu 2. Facta est Iudæa sanctificatio eius, Israel potestas eius: Iudæam in fœmineo genere, præter consuetudinem ponit hic pro tribu, sub vna tñ tribu præcipua intelligendo populum vniuersum, quemadmodum alibi sub nomine Ephraim to

D tum intelligit populum, vt psalmo septuagesimo septimo, Filii Ephrem, siue Ephraim, intendentes, & mittentes arcum, conuersi sunt in die belli. Intelligitur aũt Iudæa, vel populus Iudaicus factus sanctificatio domini, quia tunc in eo fuit dominus sanctificatus, magnificatus, & glorificatus, in magnis videlicet prodigiis & ostentis vsq; tunc inauditis, quæ pro populo illo tum exhibebat palã toto mundo. Vel quia tunc populum istum sanctificauit, quia tunc sanctum esse sibi, & (ratione promissionis factæ patribus) electũ, in Psal. 77.

oculis

oculis oĩum demonstraui, vtpote cuius gratia iā stupenda ederet potētia, vt etiā maris pro illorū transitu siccaret alueū. Factus est populus ille sanctificatio dñi, quia ostēsus est populus sanctus esse dñi. Vel ideo factus est dñi sanctificatio, quia sanctificatus tunc quasi denuo, siue de nouo fuit Dño Deo suo. Vsq; tunc enim cōmixtus fuerat inter idololatras Aegyptios, & quasi gens non sancta, quasi populus non electus habebatur, cum pro eo nihil
2 Cor.6 ageret Deus, imò in oppressione multa relinqueret. Verùm in illa mirabili eductione, quasi peculiariter sanctum & electum populū segregauit sibi, vt ei benefaceret eximiè, & speciali ratione habitaret in medio eius, quasi pater in medio familiæ suæ, quasi rex in medio regni sui. In secunda aūt parte cum dr: Israel potestas eius, po estas accipitur pro dñio vel imperio, estq; sensus Israel factus est populus in quo peculiariter Imperaret, dominaretur, & regnaret dñs: vt potestas Dei accipiatur, pro eo in quo potestatem ipse exercet & principatum tenet: quemadmodum regnum aliquando appellat vniuersus ipse populus terræ, quibus rex imperat. Vnde paraphrasticè sic verti poterat: Israel factus est in quo Deus principem ageret, aut teneret imperium. Quantum iā ad priorem partē: Facta est Iudæa sanctificatio eius; quidam Hebręorum dicūt, viros tribus Iuda primos fuisse ausos in fiducia verbi Domini descendere in maris alueum, atq; ita specialiter illā tribum dicunt hac in re factā esse sanctificationem domini, qm̄ sanctificauerunt dñm, sic fideliter agentes, & fratres suos tribus reliquas ad fiduciā suo exemplo inuitantes. Nec n. melius sanctificat à nobis Deus, quàm obedientia verbi, & fiducia promissi eius. Verum id quia certum non est, neq; authoritatē sufficienti firmatum, præcedentia vt magis certa pferenda videntur; vt non de tribu vna, sed de toto populo accipiatur intellectus.

¶ Versu 3 Mare vidit, & fugit, Iordanis conuersus est retrorsum. Hic prosopoeia est. Fit enim sermo de inanimatis atque insensibilibus quasi si sensum haberent, cùm dr mare videre & fugere. Secundum quē modū & alibi dicitur, Viderunt te aquæ, Deus viderunt te aquæ, & timuerūt, & turbatæ sunt abyssi. Cū verò dr mare vidisse, subaudi Deum, quēadmodū illo in loco dr, Viderūt te aquæ Deus, & timuerunt, vel populum dñi, angelo ipsius & duce Moyse comitatum. Ps. 76.

¶ Versu 4. Montes exultauerunt vt arietes, & colles sicut agni ouiū. Diuersimodè hūc versum diuersi interpretantur. Quidam exponunt de descensu Dñi sup monte Sinai, qñ mons ille adueniente domino ↄtremiscēs quasi subsilire videbatur, quemadmodum cum fit terræ motus, vr ad modum arietum & agnorum terra subsilire, ita vt simul cum ea ei cuncta subsiliant, quæ sup eam continētur, et hoīes cubantes in lectulis suis, & vtēsilia quæcunq; sunt in domibus cōmoueantur pariter. Et huic expositioni rectè consonat quod mox subiungitur, A facie dñi mota est terra, à facie Dei Iacob. Verùm hoc ex aduerso vr obsistere, quod plurali numero dr, Mōtes exultauerunt, & de collibus numero itē plurali adiungit. Mons aūt Sinai, supra quem descēdit dominus legem prolaturus, mons vnicus est. Verū huic obiectioni facilè potest satisfieri, dicendo totum illum montē plures in se montes partiales cōtinere & colles diuersos, vt ferè solent magni mōtes esse diuisi in montes plures partiales, & multas habere colliū eleuationes, q oīa simul adueniēte dño cōmota fuere. Vel intelligantur cū Sinai, montes circū iacentes simul fuisse moti, & omnia mōtana in circuitu subsiliisse in aduentum domini. Alij exponunt de scopulis torrentis Arnon, q (vt aiunt) quasi exul antes, & saliē tes demiserunt se in torrentem, vt transiret Israel. Qd eliciunt ex eo quod Numeri vigesimoprimo citat ex libro bellorū dñi in hæc verba, Sicut fecit in mari rubro, sic faciet in torrentibus Arnon. Scopuli torrentiū inclinati sunt requiescerēt in Arnon, & recumberent in finibus Moabitarū. Num. 21 Alij de scopulis fluminis, q trāsibant filii Israel, i. eleuationibus quæ erant Iordane exponūt, qui scopuli, deficiente aqua ex parte inferiori, apparere incipiebāt, & cōtinuò magis magisq; sese ostētātes, velut subsilire videbantur. Alii fm excessum quēdā dictum accipiūt, propter miraculi iucunditatē. Tum enim

erat

erat stupendũ miraculũ illa Iordanis exsiccatio, & maris similiter rubri, vt mõtes oẽs in circuitu id prospicientes (vt ita per ꝓsopopœiã loquamur) meritò exultarẽt, & tripudiarent, partim ob iã noui miraculi iucunditatẽ, partim ob cõgratulatioñe populi dñi Alij mysticè intelligunt, ꝑ montes, sublimiores in Iudaico populo: per colles, inferiores, qui oẽs pariter cõspecto miraculo exaltauerunt, chorosq; eduxerunt. Nos in Elucidatione nihil horũ posuimus, sed mõtes interpretati sumus aquarũ sese agglomerantiũ cumulos, in modũ montiũ eleuatos. Sic.n. Iosue tertio capite legimus, transeunte populo Dñi ꝑ Iordanẽ, aquas superiores q̃ descẽdebãt, stetisse in loco vno, & instar montis intumescentes apparuisse procul ab vrbe q̃ vocat Edom, vsq; ad locũ Sarthan. Hos aũt montes exultare dicimus, rõne continui augmenti, aduenientibus ex loco originis continuo aquis nouis maiorẽ eleuationẽ facientibus. Res aũt quæ continuò eleuat in altũ, quasi subsilire iudicat. Ex oĩbus his propositis eligat sibi lector quodcunq; maluerit. ¶ Ver. 6. Montes exultastis sicut arietes. Debent hæc intra q̃onem includi, & cum signo quæsitiuo in versu priori posito legi, ad hunc modũ, Montes quare exultastis? Vel, quid est vobis montes, ꝙ exultastis sicut arietes, &c. Versus aũt sequẽs, A facie dñi, mota est terra, accipit quasi in responsionẽ, aut certè taciti responsi confirmationẽ. Interrogatio nãq; petit, vnde mari sua fuga, Iordani sua reuersio, montibus sua exaltatio procederet. Hic autẽ tacitã responsionẽ habet, horum oium effectorẽ fuisse illum, cui nihil est difficile, qui ẽt cum voluerit, terrã facit commiscere, quod certè non nisi maximæ & diuinæ est potentiæ, cum sit illa fundata super stabilitatẽ suã, vt non inclinetur in seculum seculi: Propter quod ẽt aliorum subauditur miraculum eductionis aquarum de petra, vt sic ostendatur, ab eo fuisse illa præcedentia, cuius sunt hæc subsequentia. Põt tñ illud de terræ motione à facie Dei, peculiariter intelligi de aduentu dñi super montẽ Sinai, q̃n mons ille mouebat. ¶ Ver. 8. Qui conuertit petrã in stagna aquarum, Conuersio illa petræ

Iosuæ. 3.

Ps. 103.

in stagna vel paludes aquarũ, non sic est accipienda, vt significet ipsam petræ substantiã versam esse in substantiã aquę, sed impropriè hoc dictũ est, eo ꝙ diuina operatione ex petra & rupe durissima effluxerunt aquæ, vt stagnæ & paludes ex effluentis aquæ abundantia implerent In secunda tñ parte conuersio propriè põt accipi: Rupes.n. conuersa fuit in fontem aquarum, quia diuina virtute, rupes quæ prius aquã non habuerat, nec dederat, iã aquarũ fundebat abundantiã ¶ Versu 10. Neq̃ dicant gentes, vbi est Deus eorum? Dolet hoc maximè sanctis, ꝙ Deum vident blasphemari ab infidelibus, & spiritualibus viris multò magis graue est sustinere infideliũ in Deum blasphemias, quàm proprias miserias. Vnde & Moysen legimus irato dño hac ratione occurrere solitũ, vt cum ꝑ peccatum vituli, populum vellet vniuersum delere. Sic.n. ille talia proponenti dño respondebat: Ne quæso dicant Aegyptij, callide eduxit eos: vt interficeret eos in montibus, & deleret è terra, quiescat ira tua, & esto placabilis super nequitia populi tui. ¶ Versu 13. & deinceps, Os habent, & non loquẽtur. Cum idola dñr habere os, nares, oculos, manus, pedes, guttur, & huiusmodi, nõ sunt hæc propriè accipienda, quo imago hoĩs non propriè homo dr, sed cum diminuente particula pictus homo, vel quidam homo, id est, hominis viui similitudo. Nam propriè os, nares, oculi &c. nõ sunt nisi membra illa, in quibus actu inest aĩa sensitiua, certaq; dispositio qualitatiua in talibus membris requisita. Vnde in cadauere, vbi anima abscesserit, quõ iam vltra homo non est ita neq; oculus, neq; auris, neq; manus nisi (vt dictum est) impropriè sumat appellatio huiusmodi membrorum. Causa aũt quare idola per huiusmodi similitudinaria membra non sentiant, manifesta est, quia videlicet non sunt informata anima sensitiua: quæ (vt Aristoteles ait) principium est, sicut viuendi, ita & sentiendi. Neque etiam in organis illis similitudinariis sunt potentiæ illæ naturales, mediantibus quibus anima operatur aĩali conuenientes operationes, vt in oculis non est potẽtia visiua, in auribus nulla est potentia auditiua in pe-

Exo. 32.

in pedibus non est vis ambulatiua, atq; ita in cæteris. Ad hoc aūt vt mébra exerceāt suas operationes, oportet in eis esse cōuenientes potētias naturales, mediantibus quibus, vt causis secundariis, anima operari habet aīales operationes. Qua de re plene & à proposito tractauimus in libris de consideratione rerū naturalium, lib. 8. ¶ Versu 25. Cœlum cœli dño. Quidam ita distinguunt: Cœlum, domino cœE li, vt genitiuus regatur à dño, nō à nominatiuo cœlū: vt significetur, cœlū esse deputatum illi, ad gloriosam inhabitationē qui est cœli dñs. Nos in Elucidatione exponimus cœlum cœli, quasi per excellentiam dictum, pro summo cęlorum, quem admodum in alio Psalmo dr, Psallite domino qui accendit super cœlum cœli, ad orientem, id est, super summum cœlorū, ad patris dexteram. Psal. 67.

## CXIIII. PSALMI ARGVMENTVM.

*Psalmus iste forma est, qua se vir iustus atq; fidelis in Dei amore exercitat: ex beneficijs diuinæ exauditionis sibi in maximis periculis, & rebus alioqui disperditis, frequenter exhibitis, seipsum excitando ad fidē atque dilectionem conuertendam in dominum, qui & custos est humilium & requies est hac benefactor eorum, qui se conuertunt in illum ad quem proinde noster debet conatus dirigi, vt illi placeamus.*

## CXIIII. PSALMI ELVCIDATIO.

*ILEXI quoniam exaudiet dñs, vocem orationis meæ.* Dilexi Dñm eiq; præ omnibus per amorem inhærere elegi, quoniā ipse est qui me exaudire poterit, & volet, quoties ad eum de quacunq; necessitate in oratione clamauero.

2 *Quia inclinauit aurem suam mihi:* quoniam quidem benignum auditum suum clementer ad audiendum orationē meam demisit, id est, me licet audiritione indignum, dignatur tamen exaudiuit:

* *& in diebus meis inuocabo.* & idcirco omnibus diebus vitæ meæ, iā potentissimum ac benignissimum exauditorem volo semper inuocare, ad auxilium atq; protectionem meam, neque ad aliud humanum volo respicere vanum auxilium.

3 *Circundederunt me dolores mortis:* Cum me circundarent vndequaque tentationes validissimæ, vsque ad mortem affligentes pauperculum spiritum meum, & velut vsque ad mortem terrentes & conturbantes:

* *& pericula inferni inuenerunt me.* & cum me apprehendissent tanta tentationum atq; persequutionum pericula, quæ iam nunc videbantur in infernum, ac mortem deductura animam meam

4 *Tribulationem & dolorem inueni.* Denique quoties afflictio quælibet & anxietas, siue corporalis, siue spiritualis, ab inimicis mihi exorta fuisset:

* *& nomen domini inuocaui* ego in omnibus re potentissimum atque clementissimū exauditorem meū suumq; G sanctum nomē semper inuocaui, loquēs, & clamans in hunc modum.

5 *O domine libera animam meam:* O Dñe, esto liberator pauperculæ animę meæ eam de doloribus mortis, de periculis inferni, deq; omni tribulatione & angustia, per tuam misericordiam, saluans in regnum tuum cœleste:

* *misericors dominus, & iustus, & Deus noster miseretur.* meritò verò ad te semper clamabimus, quia misericors tu es Domine simul & iustus, atque idcirco tu, Deus noH ster semper misereris, neque potes non misereri omnium te ex puro corde inuocantium. Facit enim misericordia tua, vt miserijs nostris flecti debeas: & veritas facit atq; iustitia, vt quod toties nobis à te misericorditer promissum est, nemini omnino negare valeas.

6 *Custodiens paruulos dominus:* Tu domine humilium, simplicium, atq; pauperum spiritu es custos, protector, curator, pastor, superbos despiciens ac reprobans:

* *humiliatus sum, & liberauit me.*

quam ob rem & ego despiciens superbiã sub potenti manu tua humiliaui animã meam, corde humili tuum nomen adorans & inuocans, & factus es etiam custos & liberator animæ meæ.

7 *Conuertere anima mea in requiem tuam:* Amodo ergo, ò anima mea, ò spiritus mi, noli auerti à Domino Deo tuo, neq; post huius seculi uanitates ultra abeas (eris.n. inqeta, donec ista sectaris) sed abdicatis sæcularibus omnibus cupiditatib⁹, & carnalibus affectibus, totam conuertere teipsam mente pariter atq; affectu, in Dñm Deum tuum, in quo solo erit tibi, cũ ad ipsum perueneris, uera requies:

** quia dominus benefecit tibi.*

& meritò sane ad eũ tum cognoscendũ, tum amãdum, debes conuerti, qm̃ ipse est qui maxima iuxta ueritatem tibi contulit beneficia, iam in creatiõe, q̃ in regeneratione, imò à quo omne bonũ est tibi, & à quo expectas adhuc maxima.

*Quia eripuit animam meam de morte.* Ipse (inquam) est, ò anima mea, qui te eripuit de interitu sempiterno, liberans te à peccatis, per quæ illuc fueras alio qui deducenda:

** oculos meos à lachrymis:*

oculos meos seruauit à fletibus sépiternis, & lachrymis gehẽnę ĩcõsolabilibus;

** pedes meos à lapsu.*

gressus quoq; præseruauit ne in foueam caderent infernalem, id est, conuersationem uitæ meæ ita direxit, ut per eã non fuerim deductus in infernum.

9 *Placebo domino in regione uiuorum.* Volo ergo ex toto affectu cordis mei ad hoc conari, & studere sedulò, per adiutoriũ gratiæ tuæ, ut tibi ualeam placere, & hic in terra uiuentium, in numero fideliũ seruorũ tuorũ, & in futura patria sine termino Ita.n. iustũ est & æquissimũ, ut tibi tam optimo tamq; beneficentissimo dño, oĩ conatu placere studeamus, q uiuis & regnas in secula benedictus. Amẽ.

## ANNOTAT. IN PSAL. CXIIII

VEr. 1. Dilexi, qm̃ exaudiet dominus uocẽ orõnis meæ. Nouo modo poni hic in principio uidetu erbum dilexi absq; accusatiuo significante ipsũ in quo fert dilectio. Nos in Elucidatione subaudimus dominum, ipsum qui mox in casu nominatiuo exprimitur, ad hũc sensum, Dilexi dñm. quoniam ipse exaudiet orationem meam. Vbi nota, ꝙ dilexi accipi debet, ut ualeat, affectum dilectionis & amoris dedi, uel collocaui, I hũc sensum, ut dicat fidelis, Affectũ amoris mei iã dedi dño, iam in illũ collocaui, siue defixi amorem meũ, qm̃ ipse est q exaudiet uocẽ orationis meæ. Q̃uo si dicat uirgo de electo spõso suo. Dilexi hunc spõsum, id est, amorem meũ in hũc collocaui, qm̃ ipse abundanter mihi pręstabit quæcunq; postulauero. Atque hãc sententiam ordine sermonis. Hebraici aliquantulum immutato ex Hebræo quidam sic legi, Diligo dñm qm̃ exaudiet uocem deprecationũ mearũ. Alii uerò nihil supplẽt, & totum hoc, qm̃ exaudiet dominus loco accusatiui accipiunt, dilexi aũt accipiunt, pro desideraui, uel concupiui, ad hunc sensum, Dilexi concupiui, desideraui, uel gratum habui, qđ dominus exaudiet uocẽ orõnis meę. Quasi dicat, Hoc mihi ualde placet, hoc mihi ualde optatũ, desideratũ, & gratũ est, ꝙ exaudiet dominus orationem meam. Si uerò exaudiet pro exaudiat acciperet, hæc haberetur sententia, Concupiui ꝙ dominus exaudiat orationem meam, quomodo ad marginem uertit Felix, Desideraui uel concupiui, qđ exaudiat dñs. ¶ Vers. 3. Circũdederũt me dolores mortis, &c. Nõ vř cõpleta esse sententia, nisi in fine uersus sequentis, cum dicitur, Et nomen domini inuocaui, & quasi cõditionalis aut temporalis fm sentẽtiam vř esse enũciatio, ad hunc sensum, Cum circundedissent me dolores mortis, & pericula inferni me inuenissent, cũ tribulatione & dolorem inuenissem, ego nomẽ tuũ inuocaui ac deinde ponitur inuocandi modus conueniens, cũ subdit uer. 5. O dñe, libera animã meã. ¶ Ver. 5. O domine libera aĩam meã misericors dñs, & iustus & Deus noster miseretur. Aptior uideretur esse connexio, si principium huius uersus cũ fine præcedentis iungeretur, ad hunc modum, Et nomẽ domini inuocaui ò domine libera aĩam meã, ac deĩde diuisim, Misericors dñs & iustus, & Deus noster

misereretur, cuiusmodi distinctionē Felix E tiunntur intellectū. ¶ Ver. 8. Quia eripuit
in sua uersione sequitur, eadēq, & in Hebræo, & in Chaldæo inuenitur. ¶ Versu 6. Humiliatus sum, & liberauit me, Humiliatus in Elucidatione interpretamur de humilitate cordis. Nā eā hic conuenit facere sermonē, qm̄ statim antecessit, Custodiens paruulos dn̄s. Alii, Humiliatus sū, exponūt, Afflictus sum, uel tribulatus sū. Qđ tn̄: si intelligatur non sola afflictio exterior, sed simul ēt afflictio spiritus, videlicet spiritus contribulatus, corq; con-
Psal. 33. tritum & humiliatum, penè in idē recidit Prope.n.est dn̄s iis q tribulato sunt corde, & homines spiritus saluabit Hieronymus uertit, Attenuatus sum. Felix, adijcit uel pauper factus sum. Quæ utrunq; pa- F

animam meam de morte, &c Mutatur persona de secunda in tertiā. In priore nanque uersu aīam alloquebantur, dicēs, Cōuertere aīa mea in requiem tuā, quia Dominus benefecit tibi, atq; in consequēter dicēdū uideret, Quia eripuit te de morte, oculos à lachrymis, pedes à lapsu. Triplex autē hic enumerat magnum beneficium, quemadmodum etia opposita pessima sunt. Nam aīæ nihil iam aduersum quàm mors, oculis nihil molestius fletu, & pedib' offensio siue lapsus nocet. Qđ aūt ī seq. ult uerſ. dr̄. Placebo dn̄o, intelligi debet, conabor placere, studebo ut placeā, cui rn̄det qđ in Hebræo dr̄, Ambulabo corā dn̄o in terris uiuentium.

## CXV PSALMI ARGVMENTVM.

*Psalmus iste apud Hebræos cum præcedenti connectitur: unumque duo hi psalmum efficiunt Quā ob rem, Psalmi præsentis sententia recte cum præcedentis materia potest connecti. Vir itaque iustus qui ex consideratione diuinorum beneficiorum paulo ante seipsum conuertere studebat ad Dei amorem, spem, atq; confidentiam, beneficio suo domino modis omnibus placere desiderans, atq; hoc ipsum pponens, nunc in processu exercitationis suæ pergens, eo usq; deuenit, ut propter rectæ fidei confessionem mortis quoq; & persequutionem calicē gaudens uelit animo, in qualemcunque gratiarum actionem suscipere, ore quoque & opere, nō in occulto modo uerum etiam palam iuxta pia cordis uota, fideliter ille deseruire, quē & suum dominum secundum creationem agnoscit, & à mortis uinculis liberatorem. Hic itaque uir iustus, qui iam Deo suo uelle placere propositis, sciens, quoniam sine fide impossibile est placere Deo, neque tamen cordis fidem sufficere, sed oris etiam confessionem esse necessariam simul & ad maiora animi promptitudinem, ita loquitur in exercitatione sua.* Heb. 11. Rom. 10

## CXV. PSALMI ELVCIDATIO.

REDIDI, *propter quod locutus sum:*
Propter fidem rectā qua in te credo, domine Deus constanter quæ sunt ueritatis, loqui non erubui, ne- H que formidaui ad tui nominis glorificationem, fidei sanctæ confirmationem, & proximorum ędificationem, atque corroborationem, audacter confessus, quod corde credidi Siquidem ut corde creditur ad iustitiam, ita ore fit cōfessio ad salutem:

* *ego autem humiliatus sum nimis.*

ego autē quę sunt ueritatis fidei constanter profitens, persecutionē & afflictionē grauem inueni, atq; sustinui ab aduersariis ueritatis, siue uisibilibus, siue inuisibilibus, queēdmodum semper qui piè viuere uolunt, & pro ueritate zelant, persecutiones sustinent.

2 *Ego dixi in excessu meo, oīs homo mēdax.*
Ego autem in quodam stupore & cōsternatione positus in tantis malis, hoc sensi & protuli apud me talem sententiam, qđ non sit ueritas in hominibus, sed quantū ex sese uani sunt omnes filii hominum atq; mendaces, non est qui ex se diligat ueritatem, & pro ea zelet, non est usq; ad unum, nisi à te desuper fuerit edoctus. Atq; idcirco consolabor memetipsum; etiamsi uideam bonam partem hominū ueritati aduersari, neq; post plurimorū abire uolo sententias, sed tuæ magis fideli unctioni, atq; doctrinæ tuæ illuminationi inhærere.

Quid

3 *Quid retribuam domino, pro omnibus quę retribuit mihi?* A
Dic verò mihi, ô aĩa mea, si quid habes quod dño Deo tuo possis offerre, ad qualemcunq; retributionem, siue gratiarum actionẽ, pro vniuersis maximis illis corporalibus atq; spiritualibus beneficiis, q̃ prior ipse mihi donauit immerito.

4 *Calicem salutaris accipiam:*
Sane dignã retributionẽ, aut plenã compensationem minime inuenio, veruntñ ad qualẽcunq; gratiarũ actionem ecce calicẽ amaritudinum atq; passionum, quẽ prior bibisti. Dñe, pro tuo amore accepta B re atq; bibere paratus sum: pp veritatis confessionem, etiam mortis amaritudinem libenti animo suscepturus:

* *& nomen domini inuocabo.*
idq; faciã cũ aperta confessione & inuocatione noĩs tui: cuius gratia & saluberrimum est, & oĩno gloriosissimum, passiones atq; etiam mortem tolerare.

5 *Vota mea dño reddã, corã oĩ populo eius:*
Cordis mei deuotionẽ ac pium propositũ, & sancta pro tuo amore concepta frequenter desideria, ego persoluã, oreq; & opere demonstrabo atq; perficiam vbi- C cunq; se obtulerit opportunitas: non in occulto solũ, quasi de tuis erubescẽs operibus, sed palã in conspectu fidelium tuorum ad tui nominis gloriam, & proximorum meorum ædificationem:

* *preciosa in conspectu domini, mors sanctorum eius.*
neq; mihi formidandum est, mori, p tuo noĩe: qm̃ gloriosa mors est & magni precij, optimæq; remunerationis, ante oculos patris tui, eorũ q pro tuo noĩe & amore occumbunt: quemadmodum econtrario, mors peccatorum pessima est.

6 *O domine, quia ego seruus tuus:*
Psal. 33. Eia obsecro, mi amabilis dñe, quidni pro te moriar, quidni te ego & ore & opere confitear, cum sis tu meus verus ac solus, sm corpus & animam, dominus, & ego tuum mancipium seruissimum:

* *ego seruus tuus, & filius ancillæ tuæ.*
neq; solum ego, sed & mater quæ me genuit, serua item est tibi, atq; item pater, & auus, & progenitores mei vniuersi, serui tui erant, & tu es omnium dominus.

7 *Dirupisti vincula mea:*
Insuper vincula & obligationes mortis atq; dãnationis æternæ, seruitutis diabolicæ, & tyrannidis peccati, tu per tuam misericordiam potenter dissoluisti, atq; tulisti ab anima mea,

* *tibi sacrificabo hostiam laudis, & nomen domini inuocabo*
atq; ob hoc, pro sacrificio tibi offerre volo, quod tibi noui sup oĩa placitissimũ, nempe laudem & gratiarũ actionẽ pro acceptis beneficijs, simul ex corde fideli, tui noĩs quoq; implorando auxilium, in omnibus periculis meis atq; necessitatibus. Huiusmodi enim sacrificio à nobis tu vis honorari magis, quàm hircorum aut vitulorum sanguine.

8 *Vota mea domino reddam in conspectu omnis populi eius:* Psal. 48.
Insuper pia affectus mei frequenter cõcepta desiderta vbicunq; occasionẽ nactus fuero, tam ore quàm opere palã curabo exhibere coram seruis tuis.

*in atrijs domus, dñi, in medio tui Hierusalẽ.*
nunc qdẽ in latitudine ista, atq; in propatulo militãtis huius eccl'iæ, ac deinde plene perfecteq; in medio beatissimæ illius ciuitatis triũphantis Hierusalẽ, in medio sanctorũ tuorũ, qui te sine fine & termino laudant in sæcula sæculorum. Amen.

## ANNOTAT. IN PSAL. CXV.

Versu 1. Credidi, pp quod loquutus sum. Hic credidi, ita exponẽdum est, qũo in principio psalmi præcedentis dixi, vt sit sensus, Fidẽ habeo firmatam, & fide certus factus sum, de bonitate. s. & veritate Dei. Citat autem hunc locum Paulus Apost. in epistola 2. ad Corint. Cũ ita ait, Habentes autem eundem spiritum fi- 2. Cor. 4.
D dei, sicut scriptum est, Credidi propter quod loquutus sum, & nos credimus, propter quod & loquimur. Huic etiam consonat quod ad Rom scribit cap. 10. Corde creditur ad iustitiam, ore aũt con- Rom. 10.
fessio fit ad salutem. In eo aũt quod sequitur, Ego autem humiliatus sum nimis, humiliatus vr̃ accipiendum pro afflictus, vt significet persequutionum afflictio, quæ solet fidelibus accidere. Maximè aũt hic psalmus conuenit exercitationi martyrum eorum qui se ad passiones, aut etiã mortis martyrium pro veritate aut iu-

 stitia.

ftitia,ex fide & deuotione erga Deũ voluerint exercitare:pp quod ẽtex institutione ecclesiastica hic psalmus in martyrũ festis peculiariter canitur,itemq; in festis Apostolorũ, qñquidẽ ipsi vel primi sunt inter martyres. ¶ Ver. 2. Ego dixi in excessu meo. Excessus iste põt accipi pro quodã stupore,& pauore,quo subito corripitur hõ,ex oĩ parte sibi videns imminere persequutionẽ. Vnde fit,vt in quandã admirationem magnã adducatur, & velut in quendã stuporẽ, præ admiratione Cui fauet qđ Hieronymus vertit, Ego aũt dixi in stupore meo, oĩs hõ mendacium. Et Felix, In præcipitatione mea,vel in festinatione mea. Quidã Hebræi intelligunt,cum præceps fugerem,vel fugiendo festinarem,interpretantes de persona Dauid,ꝙ cum festinanter fugeret à facie Saulis,proditus ab ijs,à quibus non sperabat,dixerit hãc sniam, Oĩs hõ mendax, volens nemini tutò fidendum, nusquam esse(quod dici solet)tuã fidem in hoĩbus. Põt tñ excessus iste,siue ista ecstasis accipi pro raptu mentis,vt significetur,tanta afflictione pro veritate humiliatum,in mẽtis eleuatione positũ, ac diuinæ illuminationis radio peculiariter illustratũ, hoc considerasse,ꝙ sit oĩs hõ ex sese vanus ac mendax:in quam ecstasim, & singularem mentis eleuationẽ solet Deus suos electos ĩ grauibus malis positos adducere, vt eos consoletur,atq; confirmet in aduersitatibus. Quod aũt hic dr̃, Oĩs hõ mẽdax, non peculiariter intelligendum vr̃ de mendacio falsitatis,quod ab ore egreditur,verum generalius de mendacio vanitatis,quod est in omni vita & cõuersatione hoĩs. Est.n. hõ fiuet ad oẽm falsitatẽ, ita ad omnem prauitatem ex vitiatæ naturæ miseria pronus,ab adolescentia: ex qua ẽt radice procedit, vt certæ veritati paucissimi adhæreant:contra verò hæresibus,erroribus,& impietatibus, q̃ plurimi,vitutem itẽ,& quæ virtutis sunt, per quam paucissimi sectentur, malitiam pene omnes. ¶ Ver. 3. Quid retribuam dño pro omnibus quæ retribuit mihi? Retribuere nõ eodem modo, priore loco atq; posteriori accipitur. Nã priori loco propriè accipitur,pro reddere, qũo ratione cõpositionis verbum illud sonat, quasi iterũ dare,siue reddere,hoc est,pro prius dato dare. In posteriori vero impropriè accipit̃ retribuere,nõ pro reddere, sed vt valeat,simpliciter dare. Retribuere namque propriè sumptũ, præsupponit donationẽ priorem eius cui fit retributio, ac proinde Deus nihil hoĩ retribuit, qm̃ prior illi hõ donare non põt, quemadmodum apud Paulum dr̃, Quis prior dedit illi,& retribuetur ei? Resumit aũt in hoc versu aĩum fidelis,qui in priore versu se dixit in quendã stuporem fuisse adductum,vt iam se confortans aduersum oĩa mala, sibi suadeat nihil metuere, sed magis in suis passionibus aliquam Deo retributionem & gratiarum actionẽ, pro beneficijs acceptis,inquirere, debetq; interrogatio ista dirigi,vel ad semetipsum, vel ad suã ipsius animã Sonat autẽ, quid retribuã,ac si dicas, Quidnam possim retribuere;estne aliquid in quo possim qualemcunq; facere retributionem dño, &c. Matt. 20.
¶ Ver. 4. Calicem salutaris accipiam Calicẽ illum intelligimus, de quo Saluator ipse ait in Euãgelio, Potestis bibere calicẽ quem ego bibiturus sum? Et iterum, Si fieri põt,transeat à me calix iste Ac rursum, Calicem quẽ dedit mihi pater, non vis vt bibã illum? Hunc calicẽ prior accepit,& prior bibit,imo ad fæces vsq; exhausit,nostri causa,noster dñs,qñ pro nobis factus est obediens patri vsq; ad mortẽ, mortem aũt crucis. Et nos eundem hunc calicem accipimus, qñ tali nos obedientia Deo subijcimus,& sic in medullatum holocaustum Deo offerimus, vt de eius manu parati simus suscipere, quicquid tandẽ illi placitum fuerit nos immittere, pro eius amore quælibet sustinere aduersa,ferre ẽt quantumuis grauia, ẽt vsq; ad mortis discrimina,atq; adeò ipsam etiam mortem,quantumuis probrosam, quantumuis humano iudicio miseram. Nec est in quo magis congruè Deo nostro benefico centissimo possimus referre gratiam, si tamen vel hoc referre gratiam dici potest, & non magis persoluere debitum. Est autem differentia inter calicem accipere & calicem bibere. Omnes enim fideles Dei seruos, iustũ est hunc calicẽ accipere,siue leuare:hoc est, dignum est vt quilibet Christianus talẽ animũ offerat domi-

Margin notes: Matt 26. Ioan. 18. Phil. 2. Gene. 6. & 8. Rom. 11

domino suo, prius sui causa passo, qui sit ad quælibet pro ipsius nomine perferenda paratus. Non o͞ibus aũt datur martyrii gloria coronari, sed quibus hoc ita cõceditur ex Dei munere. Nam complures sanctorũ patrum legimus uehementer sitiuisse, ut hunc aliq̃n calicem biberent, & sumebant quidem illum quotidie in manibus, ut biberent, dũ p quotidianas orationes suum spiritũ Domino ad omnia offerebant paratissimum, quibus tñ non est concessum aliquò, ut eum biberent, nõ martyrii gloriã consequi non potuerunt sed in pace dormierunt, sic uolẽte domino. Et licet penè o͞ibus fidelibus calix iste gustari permittatur, nõ sic tamẽ omnibus cõceditur illum ebibere. Vix enim repetiuntur, qui piè uolunt uiuere in Christo quin aliquã sustineant persecutionem. Non omnibus tamen usque ad sanguinem datur resistere, quemadmodum suis Hebræis iam bonorum direptionem passis ait Apostolus, Nondum usq; ad sanguinẽ restitistis. Nouit enim Deus infirmos esse quosdam: q licet sint robusti satis ut gustent, nõ tamen sufficiẽtes sunt ut ebibant illũ amarum calicẽ, q tam est amarus carni, ut secundum eam partẽ ipse etiam Saluator, omnium atletarũ robustissimus, ab eo abhorreret, cũ in illa grauissima lucta p atri diceret, Pater, si fieri potest, trãseat à me calix iste. Atq; idcirco consulens Deus plurimorũ infirmitati, nõ omnibus præcipit calicẽ ebibere Omnes tamen uult illũ accipere, dum ad turbas uniuersas exclamans, ait, Si quis uenit ad me, & nõ odit patrẽ suũ, & matrẽ, & uxorẽ, & filios, & fratres & sorores, adhuc aũt & animam suã, nõ potest meus esse discipulus. Et qui nõ baiulat crucem suam, & uenit post me, non põt meus esse discipulus. Calix aũt iste, calix salutaris, uel salutis, uel saluationis appellat. Christo quidem quoniam (ut ipsemet post resurrectionem hæsitãtibus ait discipulis) sic, oportebat Christum pati, & ita intrare in gloriam patris. Nobis uerò quoniam (ut ipsius ait Apostolus) per uarias tribulationes nos oportet introire in regnum Dei. Quòd aũt in sancto Missæ sacrificio accipientes sacerdotes bibendum sacrum calicẽ, hoc uersus proferant, dicentes Quid retribuã domino, pro omnibus quæ retribuit mihi; ac deinde, Calicem salutaris accipiã, & nomen domini inuocabo, hoc non cogit de sacro isto calice nos intelligere præsentem Psalmum. Nam id Ecclesiastico usui frequens est uerbis illis quæ in scripturis inueniunt, pro deuotione fidelium in sẽsum aliquẽ piũ uti qui tamen non est ex præcipua intentione loci unde uerba illa sunt desumpta. ¶. Ver. 5. Pretiosa in cõspectu Dñi mors sãctorũ ei⁹. Quidã intelligunt mortem sanctrũ esse pretiosã in conspectu Dñi eo ꝙ non facile Deus suos permittit uenire in mortem, secundum desideria impiorum, sed multa diligentia eos protegit, & in uita sua, pretio ne custodit, donec ipsi fuerit placitum Nos. uerò ideo preciosã dicimus, qa magni ualde precii est apud Deum, ut pro ea sanctis reddat magnificam retributionem uitæ æternæ. Omnino enim preciosa sit ĩ oculis Domini mors illa necesse ẽ quã ipse tanta retributione coronat. Cõtra uero in Psalmo. 33. de reproborum morte scribitur, Mors peccatorum pessima In sequenti autem uersu, pro ò domine, in Hebræo est anach, quod sonat obsecro. Est enim sermo blandientis. Obsecro Domine, quia ego seruus tuus, &c. De eo autem quod hic dicitur, Ego seruus tuus, & filius ancillæ tuæ, diximus in annotationibus Psalmi 85. in uersum illum, Saluum fac filium ancillæ tuæ.

[Marginal references: 1. Tim. 3; Hebr. 11; Matt. 26; Lucæ 14; Lucæ 24; Act. 14; Psal. 33; Psal. 85.]

## CXVI. PSALMI ARGVMENTVM.

*ILluminatus spiritu Propheta, de gentium ad fidem uocatione, deque misericordie patribus Iudæorũ promissa in gẽtes dilatatione & cõmunicatione cordẽ in spiritu alacriter exhortatur ad laudem domini qui misericordiæ huius facere ipsos dignatus est participes per gratiã suam, & ueritatem promissionum suarum ipsis æque atque Iudæis dignanter constituit. Atque in hunc sensum beatissimus Apostolus Paulus, capite 14. Epistolę ad Romanos, priorẽ psalmi huius uersum adducit.*

CXVI. PSALMI ELVCIDAT. E

*AVDATE dominũ omnes gentes.*

O Vos omnes gentiũ nationes, quæ olim longe eratis à Deo, idolis atq; dæmonis ſeruientes, Deũ que uero ignorantes nunc laudem date & gloriam Deo domino, in quem apoſtolica edocti prędicatione credidiſti.

* *laudate eum omnes populi.*

Neq; ſolus de cætero Iudæorum populus Deum laudet uerum, abſque diſcretione omnes populorum nationes, ubiuis terrarum conſtitutę, pariter collaudate dominum Deum. F

2 *Quoniam confirmata eſt ſupra nos miſericordia eius.*

Iam enim in tpe iſto gratiæ, nobis omnibus credẽtibus impleta eſt, & opere exhibita miſericordia patribus olim promiſſa hoc eſt, generis humani per Chriſtum redemptio, eſtq; miſericordia domini (à Epeſ.1.
qua olim longe eramus, qñ eramus natura filii iræ) iam ſuper nos credentes corroborata atq; ſtabilita, illa ut nunquã auferri poſſit à nobis credentibus in eum:

* *& ueritas Domini manet in æternum.*

& ueritas promiſſionum eius bona non fallet nos in ſempiternũ, ſed quę promiſſit in fallibili ueritate cuſtodiet credẽtibus, q̃ ſane duplex ratio, maximi gaudii cunctis credentibus debet eſſe materia.

## CXVII. PSALMI ARGVMENTVM.

*PSalmus hic magna exultatione totus pene tripudiat, liberationem diuinam à maximis fortium aduerſariorum periculis, cum liberatoris laude & gratiarum actione proponens. Poteſtq; cõmodius accipi, ut uox ſit totius Eccleſię, ſua pericula & exaduerſo miraculoſam liberationem enarrantis, aut ẽt uiri cuiuſlibet iuſti, qui primum ſibi peculiariter exhibita enarrat beneficia, deinde ad cõem per Chriſtum factam ſalutem tranſit, cum de angulari lapide canit reprobato, ſed facto in anguli caput. Ab eo enim loco manifeſtum ẽſt, ad cõem ſalutẽ & cõia Eccleſiæ impenſa beneficia, debere omnia referri. Eſt aũt in hoc Pſalmo peculiariter aduertendũ fieri aliquoties loquẽtis pſonæ mutationẽ. Cũ.n ab initio loq̃ cæperit, ſiue Eccleſiæ ſiue iuſtus q̃libet, ſuã liberationẽ proponẽs, uerſu tñ 19. Aperite mihi portas iuſtitiæ, uidet̃ ſermo eſſe popularium atque inferiorum, ſibi portas ad Deum per eos qui clauem habent aperiri poſcentium, & qui eſt in ordine 25. Benediximus uobis de domo Domini, peculiariter maioribus uidetur, & in Eccleſia præpoſitis, competere: quorum eſt ijs quibus præpoſiti ſunt ſpiritualiter benedicere. Quemadmodum in ſequenti Pſalmi huius Elucidatione euadet manifeſtum.*

## CXVII. PSALMI ELVCIDATIO.

*ONFITEMINI domino quoniam bonus:*

Date confeſſionem & laudem dño quicunque per- H
cepiſtis beneficia eius, ſerui fideles, eaque in uobis experti eſtis confitentes, & ſuper omnia immenſam bonitatem eius,

* *quoniam in ſæculum miſericordia eius.*

quodque miſericordia eius erga nos ſit permanſura in ſempiternum, neque unquam deficiet.

2 *Dicat nunc Iſrael, quoniam bonus quoniã in ſæculum miſericordia eius.*

Narret iſta, cõfiteatur & prædicet omnis populus Iſraeliticus, quod bonus ſit ipſe & quod ſit in ſempiternum permanſura ſuper nos miſericordia eius.

3 *Dicat nunc domus Aaron quoniam in ſæculum miſericordia eius.*

Peculiariter uerò id confiteatur & prædicet familia Aaronica, quę ſacerdotii priuilegio ſingulariter domino eſt ſanctificata, ut diuinis iugiter uacet laudibus atque ſacrificiis.

4 *Dicant nunc qui timent dominum, quoniã in ſæculum miſericordia eius.*

Denique, ſiue exceptione oẽs ſerui domini, qui colitis atque diligitis dominũ, cõfiteamini atq, narrate q̃d ipſe ſit ſolus uere eſſentialiter atq; pfecte bonus, imo ipſe infinita pfectaq; bonitas, ꝙ in ſempiter-

piternum sit permansura, neq; finē alqñ habitura misericordia eius. Qui enim nunc domino Deo seruiunt, eius in se misericordiam ac bonitatem experientur in æternum.

5 *De tribulatione inuocaui dominum:*
Loquar ego sane, ad gloriā illius, quæ in memetipso expertus persensi. Cōstitutus i grani afflictione, siue corporis siue spiritus, ex corde syncero clamaui ad dominū.

* *& exaudiuit me in latitudine dominus:*
ipse clamantem me exaudiuit, deque angustia & tribulatione liberatum saluauit, & in libertatem cordisque latitudinem eduxit.

6 *Dominus mihi auditor: non timebo quid faciat mihi homo.*
Ecce dñm ego elegi meum protectorem, adiutorem, atq; defensorē, cuius auxilio fisus, nullam humanam potentiam, imò nullā oīno creatā virtutem atq; potestatem pertimesco: cuius etiam auxilio fisus, pro nihilo pendo aduersariorum meorum omnium tam visibilium, quàm inuisibilium potentiam siue insultum.

7 *Dominus mihi adiutor: & ego despiciam omnes inimicos meos.*
Dñm Deum meū habeo fortissimū fidelissimūq; auxiliatorē, cuius fiduciæ innixus, nihil faciam oēm potentiam ferociā atq; insaniam inimicorum meorum, ita vt pp impetum persequutionis eorum nequaquā vltra velim anxiè conturbari, aut deiici timore, quemadmodum ii faciunt, qui Dominum non ponunt adiutorē suum, quos leuis quilibet rumusculus grauiter statim conturbat.

8 *Bonum est confidere in domino: quàm confidere in homine.*
Præstantius longe est & vtilius, atq; cō sultius, spem omnem atque confidentiā in domino Deo constituere, quàm in vllo hominum, quantumuis potente, sapiēte, aut glorioso.

9 *Bonum est sperare in domino, quàm sperare in principibus.*
Melius itē est, spem ponere in dño, quàm in sæculi principibus, id est, viris eximiis, & quomodo libet iuxta sæculum præcellentibus, siue potentia siue sapientia siue authoritate, aliisve similibus modis. Siquidem non est alius æque atq; Deus ad sal A uandū potens, neq; alius est æque verax cui sic tuto fidei posset: neq; est alius æq̄ bonus, & ad exaudiitionē sp paratus. Dæmones. n. nunquā nihil nisi fallere intēdunt & perdere. Hoīes vero saluare nō sufficiunt, neq; etiam in iis ad quæ sufficiunt, parati semper poscentibus existūt; nonnunquam ēt quod promiserunt, p p infidelitatem, negligentes, quæ omnia à Deo quàm longissimè absunt.

10 *Omnes gentes circuierunt me:*
Ex omni parte me circuierunt peruersi atque maligni, & dæmones, & hoīes infide B les, variis me oppugnationibus laborantes opprimere, & iustitiā mihi auferre diuersis modis atque consiliis me aggressi, nunc hac via, nunc alia:

* *& in nomine dñi, quia vultus sum in eos.*
sed benedictus sit dūs adiutor meus: qm̄ triumphare me fecit super eos, & contra eos ex diuina protectione præualui, eos q̄ ita deiici & superaui.

11 *Circumdantes circumdederunt me:*
Circundantes in magna multitudine, & temporis longitudine obsederunt me, si quomodo vel numero vincerent, vel tæ C dio pugnæ fatigarent:

* *& in nomine dñi, quia vltus sum in eos.*
& benedictū sit nomen dñi, ad cuius inuocationem superaui malitiā inimicorum meorum, neque præualuerunt mihi.

12 *Circundederunt me sicut apes:*
Cum fremitu magno & stridore, præ iracundia, velut stridentes apes volitauerūt circum animam meam:

* *& exarserunt sicut ignis in spinis:*
& ita atq; furore exarserunt, cum magno stridore atq; crepitu, quomodo solet stridere ignis spinas adurens:

D * *& in nomine dñi quia vltus sum in eos,*
sed benedictū sit atq; laudatum nomē excelsum Dñi; ad cuius inuocationē non præualuerunt mihi. Imo queadmodū nō perdurat ignis ille in spinis crepitās; ita horū furor exardescentiū; Diuina protectione; facile & cito extinctus est; neque circumuolitantes illas: licet furibundas apes diuina protectione permisit aculeis peccatorum lędere animam meam: sed visitatione spiritus sui; quasi flagello: quantocyus abegit eas.

13 *Impulsus euersus sum, vt caderem:*

Si quando animũ vehementia aut diu- E
turnitas,aut multitudo tentationum atq;
persequutionum impellere videbatur, &
quodãmodo à stabilitate euertere ad ca-
sum,ita vt aliquo modo acquiescere inci
peret voluntas prauis impulsibus,

* *& dominus suscepit me.*

mox aderat dñs,supponens manum suã,
Psal. 3. atq; ita me collapsurum , alioqui susten-
tans,ne laberet,protexitq; me, ne nocu-
mentum paterer ab hostibus.

14 *Fortitudo mea,& laus mea dominus.*

Ob hoc cõfitent,ꝙ dñs ipse sit fortitudo
Ioan. 5. & virtus mea, in quo possum quicquid F
possum,& sine quo nec minimũ aliqd va
leo: & ipse est laus mea. i.quem laudare
atq; prædicare volo semper & debeo,

* *& factus est mihi in salutem,*

Ipse.n.se mihi exhibuit,præstititq; salua-
torem animæ meæ.

15 *Vox exultationis & salutis, in taberna-
culis iustorum.*

Pro cõi verò & vniuersali generis huma
ni liberatione,resonet,audiatur que vox
gaudii,vox cantici & tripudii , de salute
per Dei filiũ cõiter oĩbus pfecta & obla
ta,in domibus & Ecclesiis fideliũ,vt qui- G
bus vna est salus,eademq; salutis vtilitas
communis sit etiam exultationis lætitia.

16 *Dextera domini fecit virtutem:*

Gaudii verò nostri iusta hæc est rõ , qm̃
diuina potentia per Christum brachium
suum potenter admodũ atq; valde egit,
magnæq; potentiæ & virtutis opera exhi
buit,pro nostra operanda salute.

* *dextera domini exaltauit me:*

omnipotens brachium Domini,à portis
mortis nos exaltauit in vitam à damna
tione ad salutem,

* *dextera domini fecit virtutem.*

brachium(inquam)omnipotentis domi-
ni,non infirma manus nostra,pro nostra
salute fortiter egit.

17 *Non moriar,sed viuam:*

Redempti verò semel ita de morte, per
Christi potentiam,absit, vt iterum cada-
mus in mortis captiuitatem, qui in Chri
stum credimus;sed vita fidei viuemus,in-
que ea perstare volumus,

* *& narrabo opera domini.*

confitentes semper atq; prædicantes mi-
rabilia opera Domini,q̃ nostri gratia di-
gnanter exhibuit.

18 *Castigans castigauit me dominus:*

Atq; etiamsi permittat nonnunquã dñs
ad tp̃s nos tentationibus vexari, aut per-
sequutionibus siue corporalibus siue spi
ritualibus affligi,hoc agit,vt nos quasi p
disciplinam erudiat atq; castiget,

* *& morti non tradidit me.*

non aũt vt morti nos tradat iterũ, à qua
semel nos sua morte ipse liberauit.

19 *Aperite mihi portas iustitiæ:*

Vox minorũ in Ecclesia , Aperite nobis,
populo dñi,ò sancti Apostoli atq; docto-
res,qui clauẽ à Deo accepistis scientiæ sa- Rom. 5.
lutaris, aperite nobis portas iustitiæ, id
est,fidei rectitudinẽ nobis prædicate , &
Euangelicã veritatẽ nobis facite manife-
stam,vt per eã ad iustitiæ fidei (quę coram
Deo iustitia vera est) introire,ac verè iusti
ficari ante Deum valeamus.

* *ingressus in eas confitebor domino:*

& cũ in has portas introducti fuerimus,
inq; fidei rectitudine bene instructi, tunc
confessionem veritatis persoluemus Do-
mino illi de corde fideli gratas laudes per
sonabimus,

G * *hæc porta domini, iusti intrabunt in eam.*

Siquidem fidei rectitudo , ipsa est porta
initium atq; introitus, per quẽ accessum,
habemus ad Deum,& quotquot verè an-
te Deum iusti sunt,per hanc debent ad il-
lum introire.

20 *Confitebor tibi quoniam exaudisti me
& factus es mihi in salutem.*

Confiteri volumus tibi nos fideles tui,q
tuæ saluationis beneficia persensimus,ꝙ
exaudieris nos inuocantes,sisq; nobis fa
ctus redemptor atq; saluator.

21 *Lapidem quem reprobauerunt ædifican-
H tes,hic factus est in caput anguli.*

Christus Dei filius in carne veniens à Sy
nagogæ principibus,scribis atq; seniori
bus q Synagogã ædificare debuerãt,quasi
peccator homo populiq; subuersor & se- Lucæ 23.
ductor reputatus, condemnatus atq; in- Mat. 27.
terfectus , Diuina tamen ordinatione &
patris sui operatione factus est in ędifica- Ioan. 7.
tione nouæ Ecclesię lapis summãgularis
summitatẽ anguli continens, id est,duos
parietes ad hoc ædificium simul cõcurrẽ
tes,nempe populum Iudaicum & popu
lum gentium,simul coaptãs,pariter con-
tinens

tinens,in vno ædificio.

22 *A domino factum est istud:*
Est aũt opus istud cōis vtriusq; populi saluationis,ex diuinæ bonitatis dispensatione atq; ordinatione perfectum, vt Iudæorum principibus Christum reprobātibus,gentium populus ad fidei vocationem , & Ecclesiæ nouæ ædificationem congregaretur:sicq; non Iudæis solis,sed & gentibus salus fieret:

* *& est mirabile in oculis nostris.*
& est opus istud diuinæ dispensationis verè mirandum in consideratione mentis omni vtique attentione & consideratione dignissimum.

23 *Hæc est dies quam fecit dominus: exultemus & lętemur in ea.*
In hoc igitur tpe gratiæ,quo nobis ex gētibus conuersis sol iustitiæ, depulsis errorum paternorum tenebris,illuxit,salutē que operari dignatus est, exultemus in gaudio spiritus, & lætemur in dño : qm̃ diem salutis,hoc gratiæ tempus, peculiariter nobis ad gaudium & lætitiam fecit atq; sanctificauit altissimus.

24 *O domine saluum fac,ò domine bene prosperare:*
Eia obsecro Dñe,sic tu nostram operare salutem,eia obsecro dulcis dñe, sic nobis fac nunc prospere cedere istam quam tu es operatus salutem ,vt per fidē rectam & conuersationem dignam,eius efficiamur participes:

* *benedictus qui venis in nomine domini:*
sit benedictus Dei filius Christus dñs, sit laudatus laude sempiterna , q ad nos venit carne indutus,à Deo patre missus, ad humani generis operādā in carne salutē.

1.Tim.3 25 *Benediximus vobis de domo domini:*
Vox maiorū in Ecclesia . Nos Apostoli sacerdotes,pontifices atq; doctores,quos sibi vicarios ad euangelicā prædicationē & salutarem sacramentorum administrationē saluator dereliquit,quosq; suæ domus dispensatores cōstituit, vobis minoribus(qui aperiri vobis paulo ante petebatis iustitiæ portas ) bona precati sumus,de diuitijs Ecclesiæ sanctę quę est domus Dei,& per sacræ catholicæ doctrinæ, sacramentorumq; legis Euangelicæ (quæ sunt diuitiæ domus Dei) fidelē dispensationē spiritualibus vos beneficiis atque benedictionibus,quantum ex nostro potuimus ministerio ,impleuimus,

* *Deus dominus,*
Imò verò Deus dominus,ipse per nostrū ministerium benedixit vobis , cuius nos tantum ministri sumus,adiutores & cooperatores infirmi. 1.Cor.3.

* *illuxit nobis*
& ipse nobis apparuit carne visibilis, nosq́, per suam doctrinam & spiritus donationem illuminauit, deq; necessariis omnibus sufficienter edocuit.

26 *Constituite diem solennem in condensis, vsque ad cornu altaris.*
In testimonium aũt lætitiæ & spiritualis gaudii,pro exhibita per Christum angularē lapidē salute celebrabitis per singula annorum curricula solennes atq; festiuos aliquot dies, quibus exhibita rememoremini beneficia, eosq́; celebretis in magnis turmarū aduentantiū confrequētationibus,ad solennitatē confluentibus, quo in maximis solet celebritatibus fieri,ita vt ad oīa vsq; altaris (in quo offerē solenne sacrificiū)plena sint cornua turmis ad festiuitatē confluentibus. Atq; ēt in condensis arborū siue ramorū,vsq; ad altaris cornua,ramis atq; arboribus, in lætitiæ protestationē & solennitatis ornatum,ritè dispositis, quemadmodum in gaudiosis solet solennitatibus obseruari.

27 *Deus meus es tu & confitebor tibi , & Deus meus es tu,exaltabo te.*
Ecce tu es Deus noster omniūq; fideliū, in quē solum adoramus & colimus,& id circo te laudabimus,te celebrabimus, tu (inquam)Deus noster es,& nos te magnificabimus.

28 *Confitebor tibi quoniam exaudisti me, & factus es mihi in salutem.*
Celebrabo te Domine,& collaudabo donec viuam,eo quòd exaudieris me , sisq; mihi atque adeò vniuerso hominum generi,factus saluator.

29 *Confitemini domino quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius.*
Confitentes dño dicite, quod ipse sit bonus,quod sempiterna sit permansura super electos eius misericordia. Bonitas siquidem immensa Dei,& indeficiens eius misericordia,fidelibus copiosissima & paratissima sunt materia laudis.

ANNOT.

ANNOT. IN SPAL. CXVII.

VErsu 1. Confitemini Dño qm̄ bonus, Particula qm̄, accipi posset in hoc versu causaliter, vt sit sensus, Date cōfessionē & laudē dño, qm̄ ipse est bonus. In sequenti tñ versu, cum dr̄, Dicat nunc Israel qm̄ bonus, qm̄, non accipi pōt causaliter, sed tantùm pro ꝙ continuatiua particula, vt sit sensus: Israel hoc dicat: ꝙ Deus bonus sit, & ꝙ perdurabit in sæculum misericordia eius. Propter quod, vr̄ conuenientius, vt hoc modo ēt in primo versu ista particula accipiatur. Illud F aūt nunc, quod in secundo & tertio versibus ponit̄, Dicat nunc Israel, dicant nunc qui timent dñm, quamuis posse accipi in significatione tpis, vt indicet tps gratiæ, sitque sensus, Dicat in hoc tpe gratiæ, in hac die salutis, &c. melius tñ accipitur vt nullum tps importet, sed tñ sit per modum exhortationis adiunctum. Ita.n. solemus exhortantes dicere, Age, nunc virum te præbe. Videamus iam quid hac in re valeas. Vel per modum blandientis, vt nunc pro obsecro sit positum, in hunc sensum, Dicat obsecro Israel, dicāt G quæso timentes Dñm, &c ¶ Ver. 5. Exaudiuit me in latitudine Dñs. Sicut is qui in afflictione est positus, dr̄ in angusto esse vel in angustia (sunt.n. tribulatio & angustia connexa adinuicem) ita per contrarium is qui à tribulationibus liber agit, rectè dr̄ esse ī latitudine, vel ambulare in latitudine, & q de tribulatione accipit requiem, rectè dr̄ ab angustia eductus

Psal. 17. in latitudinem. Secundum q̄ significationem in alio Psalmo dr̄, Eduxit me in latitudinem, saluū me fecit qm̄ voluit me.

Ps. 118. Secundum idem pōt ēt intelligi quod dr̄ H Psalmo 118. Et ambulabam in latitudi-

Psal. 4. ne, quia mandata tua exquisiui. Itē & in Psalmo quarto quod dr̄, in tribulatione dilatasti mihi, exponi pōt, in tribulatione dedisti mihi latitudinē, hoc est, de angustia inuocatus liberasti me. Secundū eundem ergo modum, & hic dr̄ de tribulatione inuocatus, in latitudine exaudisse inuocantem, qm̄ exaudiendo ipsum inuocantē, de angustia ereptū cōstituit in latitudine, atq; exaudiendo dedit inuocanti latitudinē. Alij tñ in latitudine exaudire, intelligunt, multa & ampla benignitate exaudire. ¶ Ver. 6. & 7. Non timebo quid faciat mihi hō. Et ego despiciam inimicos meos. Intellige, non timebo timore deijciente aut conturbante, non aūt omnino non timebo, aut penitus despiciā.

Donec.n agimus in hac corporis vita (q̄ fm beatum Iob, non nisi malitia est vel tentatio) semper res salutaris & necessaria nobis est timor. Beatus.n. hō qui semper est pauidus. Et qui sine timore est: nō poterit iustificare. Neq, poterit hō prorsus ita despicere inimicos, vt negligenter agat, vt non inuigilet super custodiā, sed quasi securus dormiat in vtranq; aurem. Sic.n. absq; timore esse in hoc mundo, vbi aduersarius diabolus tanqā leo rugiens circuit, quærens quem deuoret, sic inimicos despicere, cum adhuc sis nocumenti capax, nec omnino de finali victoria securus, res est maxime periculi. Nihil .n. periculosius quam si inimicū sic contemnas, sic negligas, sic vilipendas, vt soli citus non sis ab illo tibi cauere. Vt.n. hostis vel præpotens, si caueris, difficile tibi nocere valebit: ita neglectus vel minimus & impotentissimus, facilè magnum tibi malum adferet ¶ Versu 8. & 9 Bonū est confidere in Dño, quàm confidere in hoīe. Positiuus hoc in loco pro comparatiuo positus vr̄, bonū pro melius. Est.n. sensus, Melius est confidere in Dño, quā in homine, Sic & Paulus Apostolus, Volo quinque verba in sensu meo proferre, quam decem milia verborum in lingua, id est, malo vel magis volo, &c. Sic & in Euangelijs dr̄, bonum est tibi debilem aut claudum in vitam intrare, quàm duas manus, aut duos pedes habentem, mitti in gehennā, & alia huiusmodi. id est, magis bonum. Cæterum, quod ad sententiæ veritatem attinet, quare confidere in Domino præstet, & in eo sperare, quàm in homine confidere, aut sperare in principibus, in manifesto est rō, qm̄ (vt in alio Psalmo dicitur) non est salus in filiis hominum. Domini vero est salus, & super populum eius, id est, credentes, & fideles ei, est benedictio ipsius. ¶ Ver. 10. 11. 12. Et in noīe Dñi, quia vltus sum in eos Nos in Elucidatione istud, in noīe dñi, accipimus vt positum loco, benedictus

Iob. 7. Prou. 28. Ecclef. 1. 1. Pet. 5. 1. Cor. 14 Malac. 18 Ps. 145. Psal. 3.

Deus

Deus vel benedictum sit nomē dñi.Psal
teriū aūt Romanum absq; dictione qa,
sic legit. Et in nomine dñi vltus sum in
eos,quō ēt hēt Græca lectio.Atq; hæc le
ctio sic pōt exponi, In fiducia nominis
dñi,vel in virtute nominis dñi, ultus
sum in aduersarios meos.In Hebræo ta
men iuxta modum nřæ lectionis inter-
ponit̃ qa,vel qm̃. Vnde Felix ex Hebræo
sic vertit,In nomine domini, qm̃ peri-
mā illas,s.gentes.Aliq putāt subintelli-
gendum verbum,ad cōplendum sniam,
hoc pacto.Et in nomine domini cōfido
qm̃ perimā illos.Vnde Para.Chal. qbus
B dā additis,sic pficit sniam, In nomine
verbi Dei confisus sum,ideo abscindam
vel perimā illas. Alii intelligunt verbū
dicebā,vel dixi,ad hunc sensum, Omnes
gentes circuierunt me,& (dicebā)in no-
mine domini qa ultus sum in eos, ubi
in nomine domini,idem valete vř qd su
pra diximus, videlicet benedictum no-
men domini. ¶ Ver.16. Dextera domini
fecit virtutem,&c.Poterit hic versus con
tinuari cum pcedenti, ita ut hic uersus
ipsi sit vox exultationis & salutis,quæ re
C sonat in tabernaculis iustorū, ad hunc
sensum. Vox exultationis salutis resonat
in tabernaculis iustorū,canticū iucundi-
tatis de salute allata,quæ qdem vox, siue
qd canticū, istud est quod ꝓxime subse
1.Ioan.3 quit̃,Dextera domini fecit virtutē,dexte
Matth.1 ra domini exaltauit me,dextera domini
fecit virtutem.Hæc.n.uox, vtriq; vox ex-
ultationis est,qm̃ digna quæ summa ex-
ultatione canat̃ à fidelibus,itē & vox sa
lutis,qm̃ illam pręclaram canit salutē,à
qua Iesus,i. saluator, appellatus est is,q
ad hoc natus est ut opera diaboli aduer-
D sarii nři dissolueret, ipsum verò suum
populum saluum faceret à peccatis eorū
Potest ēt hic uersus diuisim à pręceden-
ti legi, ut causam indicet eius quod in
priori significatur,& exultationis expri
mat materiā, de qua in versu præcedenti
fit sermo.Causa enim quare in taberna-
culis iustorum debeat resonare vox ex-
ultationis & salutis,ex eo est quia dexte
ra domini fecit virtutē,&c. Atq; ita nos
in Elucidatione duos hos versus coniū-
ximus. Cæterū,per dexterā dñi, vel gene
raliter intellige potentiam,siue robur Di

uinitatis,ꝑ quā genus humanū fortiter
& valenter saluatum est, vel ēt singulari-
ter ipsā filii personā qm̃ non est scriptu
ris infrequens per Dei dexteram siue bra
chium,filium significari,eo quod per fi-
lium oīa faciat pater, quō homo per suā
dexterā operat̃ opera que voluerit,quo-
modo in principio sui Euangelii. Ioan-
nes ait,Oīa per ipsum facta sunt, Et li- Ioan.1
cet ab ope redemptionis humanæ nulla
trium psonarum abfuerit,Tota.n. trini-
tas opus illud est operata,peculiariter ta
men filio dicere possumus,ꝙ ipse vi dex
tera patris,fecerit virtutem, quodq; nos
exaltauit, qm̃ ad hoc ipse peculiari mō
missus fuit,ut in assumpta fragili huma
nitate opus illud perficeret.iterum nota
ꝙ facere virtutē iuxta modum scriptu-
ræ,positum est,ꝓ fortiter agere, qnēad-
modum facere bonitatē, frequenter in
scriptura vsurpat̃ ꝓ facere bene, ut in
alio Psa Spera in dño,& fac bonitatē. Et Psal.36
iterum,Bonitatem fecisti cū seruo tuo, Psal.118
Sic facere iustitiā ꝓ facere iustè,vt Ps.14
Qui operat̃ iustitiā Et iterum, Feci iudi Psal.14
ciū & iustitiā.Repetitio aūt illa q̃ in hoc Psal.116
versu canit̃,admodū festiua est,& magni
fici gaudij iucundum exprimit affectum.
¶ Ver.21. Lapidem quem reprobauerūt
ædificantes,hic factus est in caput angu
li. Narrat̃ vulgo, istud fm historiā conti
gisse in ædificatione templi Salomonis
vt lapis quidam prius ad omnia æstima
tus inutilis,tandem ad cōsummationem
ædificij,duorumq; angulorum conclu-
sionem in vnum,admodum indicaretur
accommodus. Verū id ex scripturis cer
tā non habet authoritatem. Ad præsen
tem locū satis,i.aliquando vsuuenire æ-
dificantibus, vt lapis qui ante nulli loco
videt̃ idoneus, tandem ad summam eis
proficiat vtilitatem, quemadmodū la-
pis angularis ædificio vel maximè præ
omnibus est utilis, quoniamquidem nō
locum solum implet suum,vt cęteris la-
pides,sed pariter duos parietes coniun-
git & continet.Est autem caput anguli.
summitas duorum parietum in vnū cō-
uenientium. Nam vbi duo parietes con
ueniunt,illic angulus est. Est in horū an
gulorū summitate,locari solent lapides
magni & graues p quos duos parietes
adin

adiuicé iungantur & continuantur pari- E ter. Hunc aūt locum de Christo exponē dum, ex Euangeliis manifeste discimus, in quibus idē ipse ut de se dictum, & de se intelligendum, corā aduersariis suis Scribis atq; Pharisæis, adducit, īnuere nolens & quid illi essent post modicum actuti, quando morte turpissima eum erant cōdemnaturi, & quid de ipso post passionē ex Dei patris uoluntate esset futurú, qū in ipso constructa staret Ecclesia fideliū. Citat quoque de Christo præsentē locū

Actu.4. Petrus Apostolus, Actuum cap.4 ubi in concilio Iudæorum super benefacto sana F ti claudi, quasi reus interrogatus, unus p omnibus constanter ita respondit, Notū sit omnibus uobis, & omni plebi Israel, qui in nomine dñi Iesu Christi Nazareni, quem uos cruci fixistis, quem Deus suscitauit à mortuis, in hoc iste astat corā uobis sanus. Hic est lapis q reprobatus est à uobis ędificantibus, qui factus est in caput anguli, & nō est in alio aliquo salus. Et rursum idē Petrus in priore sua epistola c 2. suos fideles ita alloquit, Vo-

1.Pet.2. bis igit honor, credentibus, non credentibus autem lapis quem reprobauerunt G ædificantes, hic factus est in caput anguli. Super hæc, Beatus Paulus gentiū Apos. eiusdem lapidis huius summangularis

Ephes.2 meminit, cum Ephesiis scribens, ita ait, Iā nō estis hospites & aduenæ, sed ciues sanctorum & domestici Dei, superædificati super fundamentum Apostolorum & Prophetarū, ipso summo angulari lapide Christo Iesu, in quo oīs ædificatio cōstructa, crescit in templum sanctū in dño. Qualiter aūt lapis iste factus sit in caput anguli, paulo ante diligenter expo

Ibidem. nit cum ait, Ipse (nempe Christus) est pax H nostra, qui fecit utraque unum & mediū parietem materiæ soluens, inimicitias in carne sua, legem mandatorum decretis euacuans, ut duos cōdat in semetipso, in uno nouo hoīe faciens pacem, ut reconciliet ambos in uno corpore Deo, p crucem interficiēns inimicitias in semetipso. Quibus uerbis illud significatur quō Christus duos parietes, i duos populos, nēpe Iudaicum & gētilem in unū cōiunxit sicut lapis angularis duos parietes ex se diuersos pariter iūgit & cōtinet. ¶ Ver.

23. Hæc est dies quam fecit dñs. Hæc est dies illa de qua fit sermo apud Esaiā, dicentem, in tpe accepto exaudiui te, & in die salutis adiuui te. Quod uerbum tractans Aposto 2. Cor. 6. ita subiungit, Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. De qua ēt Dic Romanis ita scribit, Nox præcessit, dies aūt appropinquauit. Abiiciamus ergo opera tenebrarū, & induamur arma lucis, sic ut in die honeste ambulemus. Hanc aūt diem spe cialiter Deus fecit, qm̄ ips hoc grāæ singulari beneficio nobis cōtulit, ut in eo gaudeamus & exultemus semper quō nos monet sanctus Apost dicens, Gaudete ī dño semper iterū dico gaudete. Et Saluator in Euāgelio. Gaudete & exultate qa nosa uestra scripta sunt ecclis ¶ Ver. 24. O dñe saluum fac, ô dñe benē prosperare, benedictus qui uenit in nomine domini. Continetur in hoc uersu illa festiua acclamatio Hebræorum puerorum, qua sup asinā sedenti ac Hierosolymam ingrediēti dño, Hebræorū pueri acclamabāt, dicentes Hosiahna, benedictus q uenit in nomine domini. Pro. n. q nos ha mus, saluum fac Hebræo habetur hosiahua (pro quo uulgo nos legimus Osanna) quod significat, salua obsecro. Nam hosiah, significat salua uel saluum fac & na, interiectio est blandientes. Qd autē quidā legunt, O dñe saluum me fac male legit Neq;. n. lectio Hebręa illud pro nomen hēt, neq; Græca, neq; ēt Latina exemplaria Psalterii Gallicani correctiora. Simpliciter verò legendū est O domine saluum fac, i salua nunc salutem con fer, perfice salutē humani generis, tādiu à patribus nostris expectatam libera populum tuū de captiuitate, & perfice opus ad qd missus es à patre. Est. n. vox populi in spiritu Christo acclamantis, vt opus perficiat, redemptionis humanæ, ad qd à patre missus fuerat. Illud autem qd secundo loco dr O domine bene psperare nos in Elucidatione exposuimus ferē fm actiuā & transitiuā significationem, ad hunc sensum, Fac nos prosperari in salute per te collata, uel fac nobis prospere cedere hanc salutem per te operatam siue operandam. Cui consentit quod uertit ad marginem Felix, Da pro

Esa.49.

2.Cor.6.

Rom.13

Philip.4.

Luc.10.

speritatem. Potest tamē propriè accipi, in hunc sensum obsecro domine prosperū habe successū, & (quomodo in alio Psal mo dicitur) Prospere procede, in operatione huius salutis, nobis tantopere desideratæ, & tā uehementi desiderio expectatæ. In eo uero quod sequitur, Benedictus &c. legendū est, benedictus q uenit in noīe dñi, in tempore præsenti, non q uenturus es, ut quidā habent codices. ¶ Ver. 25. Benediximus uobis de domo dñi. Vī esse uox maiorū in Ecclesia ad minores & prælatorum erga subiectos, quemadmodum illa supraposita, Aperite mihi portas iustitiæ interiorum iudicatur esse maiores alloquentium in eo autem quod sequitur, Deus Dominus, & illuxit nobis, difficultas quædam sententiæ est, propter orationes (ut uidetur) imperfectionē, nos in Elucidatione ex præcedenti parte, uerbum benedicendi repli

Ps. 44.

A cauimus, ad nunc modum, Benediximus uobis de domo Domini, imò Deus Dominus uobis, bñdixi q & illuxit nobis. Pōt etiā uerbū substantiuū sub intelligi hoc sensu, Deus est dominus, & illuxit nobis. Vel, Deus Dominus, secundum constructionem ordinari potest post eo pulam, & hoc sensu, Et Deus dominus. illuxit nobis. ¶ Ver. 26. Constituite diem solennem in condensis. In condensis, intelligitur dupliciter, uel in condensis ramorum & frondium, quibus solent solē nitatibus præcipuis, tēpla & loca sacra B decorari. Cui sententiæ consonat qd' uertit Hieronymus, Frequentate solennitatem in frōdosis. Vel in condensis, id est, in frequentibus turbis in magna multitudine ad solēnitates conuenientiū. Cui consentit lectio Romani psalterii quæ habet, in frequentationibus, quomodo etiam legit beatus Augustinus.

## CXVIII. PSALMI ARGVMENTVM.

*PSalmus iste qui sequitur, iuxta numerum literarum alphabeti Hebraici, quæ sunt duæ & uiginti, in totidem diuisiones secatur, quarum qualibet continet uersus octo ab eadē litera in Hebræo incipientes. Vnde totus hic psalmus octonarijs duobus & uiginti diuiditur, estque in omnibus eadem penè materia, nempe spiritualis meditatio & exercitatio qua uir iustus qui ad perfectionem aspirat, sese excitat, summque affectum in Deo uariè forma re studet, nunc ad mandatorum Dei obseruationem, nunc ad peccatorum detestationem, atque periculorum suorum enarrationem, nunc ad auxilij implorationem, nunc ad gratiæ & misericordiæ supplicem postulationem, nunc ad suæ uolūtatis ac desiderij pij commemorationem, nūc salubriter metuens, nunc fiduciam resumens, nunc hostium persequentium crudelitatem & impietatem deflens, nunc exaduerso in domino confidenter animum erigens, nunc iustorum beatitudinem, nunc impiorum infœlicitatem & uenturum super eos iustum iudicium considerans, atq; ita per cætera omnia in quibus se uir spiritualis exercitare debet ac solet, discuti formam nobis tradit optimæ & longè utilissimę exercitationis. Cui potissimum intentos esse conuenit eos: qui singularem Dei cultum præ cæteris peculiariter in sortem domini sunt assumpti. Ob quod ecclesiastica etiam institutio, per singulos dies psalmum hunc in officij diuini laudibus tradit iuxta suas diuisiones decantandum ¶ Aduertendum uerò est, in psalmo isto passim occurrere uocabula quadam idem perè significantia, nempe lex mandata. præcepta, testimonia uia, semita, iustificationes, iudicia, iustitia, sermones, eloquia, Siquidem hæc omnia legem domini significans, Deiq; uoluntatem & beneplacitum, in quibus comminationes quoque & promissiones, exhortationes item ad bonum, & auocationes à malis, concludi uidentur. Et quidem quare illa lex mandata, præcepta, eloquia, sermones, uerba dicantur, satis per se clares Cæterum iustificationes eadem dicuntur, quoniam obseruantes iustos faciunt, & in eorum obseruatione iustificantur homines Vir aūt & semita sunt, quoniam ipsa sunt per quæ recta ad Deum tendere oportet, non declinando uel in dexteram uel in sinistram. Testimonia sunt, uel quatenus cum contestatione & comminatione instituta sunt, uel quatenus testimoniū perhibendo, monstrant quid agendum, quid non agendum. Iudicia uerò & iustitia, quia iudicio & recititudine atq; iustitia disposita sunt, uel quia secundum ea quilibet iustificari debet, atq; iudicari.* Nonnunquam tamen in propria ac uulgata significatione accipi poterit iustitia pro æquitate, & iudicium pro ordinatione ac dispositione diuinæ uoluntatis.

CXVIII.

CXVIII. PSALMI ELVCIDA.

*EATI immaculati in uia:* Beati sunt nunc secundum expectationem bonę spei,& in futuro secũdum possessionem rei, qui huius peregrinationis uiam(per quam ad patriam pergũt) sine macula peccati perambulare studēt quique vitam hanc sine crimine uiuere satagunt.

** qui ambulant in lege domini.*

qui nunc conuersantur ac viuunt secundum legem omnipotentis, eam ponentes in omnibus regulam actionũ suarũ.

2 *Beati qui scrutantur testimonia eius:*

Psal. 1. Beati sunt,inquam,qui Domini sui legē diligenter perscrutantur, attenteque & sollicite considerant, ad obseruandum eam in lege Domini & testimoniis eius meditantur die ac nocte:

** in toto corde exquirunt eum.*

qui ex pleno & vero affectu cordis desiderant,atque conantur placere illi.

3 *Non enim qui operantur iniquitatem in uijs eius ambulauerunt.*

Qui enim iniquè adhuc agunt,homines peccatores,nequaquam dicēdi sunt aut existimandi ambulare uias domini,hoc est,secundum eius præcepta uiuere, sed magis viam iniquitatis, itinera diaboli mundi, & carnis perambulare dicuntur quorum desideria perficiunt.

4 *Tu mandasti mādata tua custodiri nimis.*

Sanè tu Domine districtè admodũ præcepisti nobis seruis tuis,præcepta tua obseruari,atque diligentissimè & solicitissimè impleri,idque districtè admodũ exacturus es à nobis.

5 *Vtinam dirigantur uiæ meæ,ad custodiēdas iustificationes tuas.*

Proinde vehemēter opto, domine Deus meus,simul & postulo,ut te rectore atq; ductore, dirigantur actiones meæ in obseruatione præceptorum tuorum,neque gressus meos, per deuia sinas aberrare.

6 *Tunc non confundar, cum perspexero in omnibus mandatis tuis.*

Scio quidem, donec diligenter respexero,attentaque considerauero ad omnia quæ à te sunt præcepta, omnibus actio-
E nibus meis quasi regulam ea applicando,nunquã mihi uerã apud te confusionē posse cōtigere,atq; vnico hoc medio cōfusionē ęternã spero me posse euadere,quã inuenient oēs qui ad mandata tua nõ respiciunt,aut et si ad aliqua, nõ ad omnia,quædam negligentes, Qui.n. legem obseruauerit,offenderit autem in vno factus est omnium reus.

7 *Confitebor tibi in directione cordis:*

Laudabo te domine in rectitudine cordis mei, cum rectum fuerit tecum cor meum,& directus ad te spiritus meus.

F ** in eo quod didici iudicia iustitię tuæ.*

pro eo quòd tua interna nuctione instructus,didici legē,quàm in iustitia tua dedisti vobis, eiusque ex tua illuminatione accepi intelligentiam.

8 *Iustificationes tuas custodiam.*

Tua præcepta, ex quibus nos decreuisti domine iustificari, ego ex voluntatis meæ proposito custodire desidero, & cũ tuo auxilio firmiter obseruare propono:

** non me derelinquas vsquequaque.*

tu verò bonum hoc propositum adiuua ut in effectum deueniat,neq; me auxilio
G grã tuæ valde aut diu nimium destituas sicut in lapsum ueniã. Non est.n. hoc tuum potentissime Deus,ut eos q̃ bonæ sunt uoluntatis,in finem derelinquas.

ELVCID. II. OCTONARII.



*N quo corrigit adolescētior uiam suam:* Is qui moribus adolescētulus est, in pueri morē cupiditatibus adhuc obsequens,in quo poterit cōuersationem suam illam minus probatam corrigere,& per quid poterit ad ꝓfectum ac perfectum peruenire?

** in custodiendo sermones tuos.*

ad hanc rem indubiè nihil posset eē magis opportunum, quàm legis diuinę custodia cuius obseruatione proficiunt,atque in uiros perfectos euadere possunt, imperfecti.

2 *In toto corde meo exquisiui te:*

Ex integro atque syncero cordis mei affectu quæsiui placere tibi

** ne repellas me à mandatis tuis.*

ne

ne me permittas, quæso te pastor bone, A errare atq; discedere ab obseruatione mandatorum tuorum.

3 *In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi.*

In intimis cordis mei, qua thesaurum aliquem pretiosum reposui, atque portaui eloquia legis tuæ, præcepta atq; promissa tua, ea diligenter considerando, vt sic à peccatis mihi cauerem, & tuam offensam deuitarem.

4 *Benedictus es domine: doce me iustificationes tuas.*

Benedicendus tu es atq; laudandus, ò Domine: instrue me in præceptis tuis, docés B me ea, & intelligere & amare, & opere adimplere.

5 *In labijs meis pronunciaui omnia iudicia oris tui.*

Iudicia atq; præcepta, quæ tu loquutus es, & per os tuũ proposuisti nobis, digna mihi visa sunt, quæ ego per labia mea & os meum aperiè narrarem, ad tuam gloriam, & proximorũ cæterorum eruditionem, meiq; tædij consolationem.

6 *In via testimoniorum tuorum delectatus sum sicut in omnibus diuitijs.*

C Et in obseruatione tuorũ præceptorum talem ego delectationem, voluptatẽ atq; lætitiã persensi, qualem huius sæculi homines & auari, ab oĩbus suis diuitijs solent accipere: imo ampliorem multo, q̃ illæ suis possint amatoribus præstare:

7 *In mandatis tuis exercebor, & considerabo vias tuas.*

Proinde exercitare meipsum volo atq; propono, in obseruatione & adimpletione præceptorum tuorum, tam corpore quàm spiritu: diligenter quoq, attendere ad præcepta tua, secundum quæ tu mihi D ambulandum præcepisti

8 *In iustificationibũ tuis meditabor: non obliuiscar sermones tuos,*

Volo insuper cum solicitudine atq; diligentia meditari in præceptis tuis, studiosus adimplendi ea: neq; in sempiternum vltra obliuisci, seu trãsgredi pręcepta tua. Est. n. iustũ hoc, potentissime Deus vt quę mihi tu obseruanda tradidisti, nunquã mihi patiar excidere, nunquam ea à mente abscedant, nunquam ea præuaricando transgrediar.

## ELVCIDATIO TERTII OCTONARII.

RETRIBVE *seruo tuo, viuifica me, & custodiam sermones tuos.*

Tu Dñe mihi seruire tibi cupienti benignè tribue, ac liberaliter dona qd postulo: vitã verã per salutarẽ gratiã spiritus tui, da in corde meo: & ego sic à te viuificatus & cõfortatus, custodiã præcepta tua,

2 *Reuela oculos meos:*

Aperi Dñe, mentis meæ oculos, & illuminando da mihi intelligentiam:

** & considerabo mirabilia de lege tua.*

& considerabo sic per te illuminatus miranda & magnifica in lege tua, quãtũ ad pcepta æquissima & suauissima, quãtũ ad proposita obseruãtibus magnifica pmia, quantum ad comminata præuaricantibus æterna supplicia: quæ omnia in tua lege cernunt, qui ex tuo munere illuminatos habent mentis oculos.

3 *Incola ego sum in terra:*

Ecce incola sum ego & peregrinus hic in terra inhabitãs, in loco tenebroso & vmbra mortis, vbi tenebris plena sunt oĩa:

*non abscondas à me mandata tua.*

quapropter te oro datorem luminum, vt non patiaris mihi occultam fieri, & à me abscondi legem tuam, sed eam mihi apertias faciasque manifestam.

4 *Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore.*

Spiritus meus concupiscendo desiderauit, id est, vehementer atque ardenter concupiuit legem tuam, eius obseruationem super omnia quæ in mundo sunt exoptans: & tale profectò desiderium per omne tempus iugiter inhæsit animæ meæ.

5 *Increpasti superbos.*

Ab initio tu in superbos sese cõtra te esse Esa. 14. rentes, tibiq; obedientiam negantes, seueram ac metuendam protulisti sniam: elatum Luciferum vna cum complicibus de cœlo detrudens, protho parentem inobedientem è paradiso eijciens, superbum Saulem regno priuans, atq; ita in cæteris scripturæ exemplis:

maledi-

2.Pet. 3. * *maledicti qui declinant à mandatis tuis.*
Gene. 3. sunt proinde maledictioni, condẽnatio-
1.Re.15. ni,& sempiternæ confusioni & obnoxij,
qui per superbiam derelinquunt ac trans
grediuntur præcepta tua.

6 *Aufer à me opprobrium & contemptum.*
Huiusmodi aũt maledictionis æternę op
probrium,& contemptũ hunc pessimũ,
domine,tu longe fac à me, vt super mẽ
nunquam confusionem illam atq; con-
temptum venire permittas:

* *quia testimonia tua exquisiui.*
nã tuã legem,pijssime Deus, cordis mei
desiderio ad custodiendum exquisiui.

7 *Etenim sederunt principes, & aduersum me loquebantur:*
Et quidem potentes tenebrarum princi-
pes,siue eorũ ministri hoĩes peruersi, si-
mul consederunt velut concilium ineun
tes,& contra me loquebantur,pariter tra-
ctantes,quemadmodum mihi valeant no
cere,velut facta conspiratione ad oppri-
mendum innocentem:

* *seruus autem tuus exercebatur in iustifi cationibus tuis.*
ego verò interim,vt pericula effugerẽ, &
mala quæ illi machinabantur, exercita-
bã meipsum in tuis mandatis, mente ea
confiderando,voluntatem in illis confir-
mando,& opere ea adimplendo.

8 *Nã & testimonia tua meditatio mea est:*
San.n. præcepta tua mihi iugis medita-
tio,in quibus meditor atq; oblector.

* *& consilium meum iustificationes tuæ.*
& pręcepta tua ex qbus procedit iustifica
tio,in oĩbus semper agendis mihi sunt à
consilio,& velut consiliarij boni,qui mi-
hi indicent quid agendum,quid fugien-
dum,quid præstantius,quidq; minus bo-
num. Tales.n.habens consiliarios,pijssi-
me Domine,facile euadam peruersorum
omnes machinationes iniquas.

ELVCIDAT. IIII. OCTON.



*ADHAESIT pauimento anima mea:*
Ad glutinata est pulueri
in pauimento aĩa mea,si-
ue pp humilitatem, dum
iaceo ante te,ex corde pro
stratus atque humiliatus in terra,siue pp
concupiscentiæ pronitatem, quæ animã
nonnunquam ad corporis pertrahit ma
lum affectum:

* *viuifica me secundum verbum tuum.*
tu verò me corã te humiliatum, siue ter-
ræ sic aliqua ex parte adhærentẽ,salutari
gratia tua interius viuifica,iuxta verbum
promissionis tuæ, quo sp laborantibus
teque inuocantibus polliceris assistere,

2 *Vias meas enunciaui,& exaudisti me:*
Vitã meam & actiones meas non occul-
taui,non tacui ante te,sed aperui tibi, &
tu confitentem me exaudisti,de præteri-
tis quidem ignoscere, de futuris autem
præcauere paratus,

* *doce me iustificationes tuas.*
doce me præceptor bone intelligere, &
viuendo obseruare præcepta tua.

3 *Viam iustificationum tuarum instrue me:*
Instrue me & fac intelligere pcepta tua,
per quæ mihi est ambulandum,& in qui-
bus conseruandum atq; viuendum:

* *& exercebor in mirabilibus tuis:*
& ego cum hæc mihi præstiteris,cum me
interno tuo magisterio salubriter instru
xeris, exercitabo meipsum in præceptis
atq; promissis tuis,quæ stupenda sunt at-
que miranda.

4 *Dormitauit anima mea præ tedio:*
Siquando (vt solet) dormitare cœperit
flaccescere atq; tepescere voluntas bona,
propter tedium,afflictionem atq; laborẽ
tentationis,siue nimis diuturnæ, siue ni-
mium vehementis, siue nimium multipli
catæ:

* *confirma me in verbis tuis.*
tu me,ô sustentator optime, confirma q̃
so,& corrobora in verbis tuis, & q̃ in le-
ge tua loquutus es,& quæ interius in cor
de intra me es loquutus. Nihil.n.est,
quod ęque me possit atq; tuus prevali-
dus sermo,in omni bono corroborare.

5 *Viam iniquitatis amoue à me:*
Longe semper fac à me vias malas, itine
ra hominum impiorum,& ne me patiaris
in vitam atq; actiones illorum aliquan-
do deuenire,vt ambulem cum illis,

* *& de lege tua miserere mei.*
sed misericorditer fac mecum,quantũ ad
legem tuã,vt semper in illa permaneam.

6 *Viam veritatis elegi:*
Ex bono voluntatis proposito ego elegi
viam

uiam rectitudinis atq; institię, quæ est lex tua; quę mihi est grata & placita, & per quam ambulare desidero, magis quam p itinera impiorum:

* *iudicia tua non sum oblitus.*

tua præcepta ego nolo unquam oblinisci, neq; transgredi unquã, ac proinde in uia hac quã elegi, tu me semper custodi.

7 *Adhæsi testimonijs tuis domine, noli me confundere.*

Ecce pręceptis tuis per bonam uoluntatem, & bonum desiderium adhęsi domine, & permansi in eis. non me permittas, quęso te, in confusionem peccati, aut ęternę damnationis incidere, neque me frustrari patiaris spe mea, qua fido tibi.

B

8 *Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum.*

Cum tu mihi, domine, per gratia uisitationis tuę & infusionem gratiarum spiritum subinde soles implere, ac tuo amore cor dilatare, currebam tum ego alacriter uiam mandatorum tuorũ, & secundũ ea cum gaudio & alacritate conuersabar absq; fastidio. Atq; hoc est quod abs te Domine peto semper, ut corde per spiritus tui grãm dilatato, me facias mandatorũ tuorũ uiam alacriter semper, & libenter percurrere, nec ullis uel tentationibus, uel molestiis me frangi patiaris.

C

## ELVCIDAT. V. OCTONARII.

LEGEM pone mihi domine uiam iustificationum tuarũ: Viam pręceptorum tuorũ, per quam ambulare debeo, pone mihi pro lege in corde meo, & describe eam mihi, statue, ac firma in intelligentia mentis meę eam, tu me doce & instrue in ea,

D

* *& exquiram eam semper.*

& ego sic instructus, atq; institutus in uia iustificationum tuarum, eam ex aio semper inquiram atq; custodiã, in ea sẽper ambulare conabor oĩbus diebus vitę pñtis, quibus peregrinabor super terrã.

2 *Da mihi intellectum:*

Tu me tuo interno magisterio fac intelligere legẽ sanctã tuã, quãtũ ad pcepta & promissa, cęteraq; quę in ea insunt:

A

* *& scrutabor legem tuam, & custodiam illam in toto corde meo.*

& ego à te instructus apponã asum meũ ad scrutandũ & meditandũ in ea, & syncero cordis affectu obseruare conabor eã.

3 *Deduc me domine in semitam mandatorum tuorum:*

Perduc me domine, & ambulare fac viã mandatorum tuorum, & in hac uia esto mihi dux itineris ne ab ea deuiem,

* *quia ipsam uolui.*

quoniam ex affectu bono hanc uiam, tã quam mihi super omnia impietatis itinera placitam, elegi & concupiui.

4 *Inclina cor meum in testimonia tua:*

Tu Domine, qui in manu tua habes cor da filiorum hominum, & quocunq; uolueris inflectis, ea per flatum spiritussancti tui inflecte cor meum ad amorem, & obseruationem pręceptorum tuorum,

* *& non in auaritiam.*

nequaquam uerò in amorẽ rerum quarumcunque temporalium, quę ab obseruatione pręceptorum tuorum solent homines abducere, quę ego omnia pro nihilo reputo ut stercora.

5 *Auerte oculos, ne uideant uanitatem:*

Oculos quoq; meos, tam exteriores corporis, quàm interiores mẽtis, operi, claude, & pręserua, ut non uidendo ullã hauriant uanitatem, ad inordinatẽ concupiscendum eam, per quam commaculet puritas cordis mei, atq; item cęteros corporis sensus & animę uires,

* *in uia tua uiuifica me.*

sed in obseruatione pręceptorum tuorũ salutari gratia tua interius me uiuifica, atq; corrobora, ut nullo extrinsecus oblato ualeã coinquinari. Qui enim interius grã Dei uiuificati sunt, nulla possunt extrinsecus oblata pollui uanitate, custoditi à morte, per eam quę in eis inhabitat spiritus uitam.

6 *Statue seruo tuo eloquium tuum:*

Confirma, & uelut firmiter statue mihi seruo tuo legem tuam, eam mihi in intimis cordis digito tuo insculpẽdo, meq; in illa penitus confirmando,

* *in timore tuo.*

idq; per salutarẽ, ac sanctũ timorẽ tuũ, per quẽ declinat omnis homo a malo, & sine quo facile etiã iustus cadit a iustitiã sua

sua,& cito domus eis subuertitur.

7 *Amputa proprium meum, quod suspicatus sum:*

Pro.15. Opprobrium uerò illud & cõfusionẽ sẽpiternam peccati atq; condemnationis,
Eccl.27. qđ timui nonnunquam, formidaui, conscius fragilitatis meæ, quæso te, transire facà me & ne unquam super me ueniat tu præcaue, tuaq; custodia à me aueite,

* *quia iudicia tua iocunda.*

tua enim præcepta fuerunt mihi grata ac placita,& obseruatione dulcia uisa sũt mihi.

8 *Ecce concupiui mandata tua:*

Tu nosti domine,& uides, quemadmodum ex desiderio concupiuerim obseruare præcepta tua:

* *in æquitate tua uiuifica me.*

proinde tu propter iustitiã tuã, adiuuãs imperfectum meum,uirã mihi dona spiritus mei,ut ex te ualeam, quod me utcũque desiderate cognouisti. Tu enim es, qui imperfectum nostrũ adiuuas, & omne desiderium bonum adimples.

## ELVCIDAT. VI. OCTONA.

*T ueniat super me misericordia tua domine, salutare tuũ secundum eloquium tuum.* Super me ueniãt, & ĩ me demonstrẽtur effectus misericordiæ tuæ,misericordissime Deus,salus tua atq; saluatio à te ueniat mihi,secundum uerbum promissi tui,quo misericordiã, & salutẽ promisisti omnibus eam postulantibus.

2 *Et respõdebo exprobrãtibus mihi uerbũ:* Expertus autem misericordiã & salutem tuã habebo sermonem legis tuæ, quem respondeã tentatoribus atq; persequutoribus meis,qui mihi indigna proponũt, ad res turpissimas & indignas me sollicitantes,id est,dæmonibus ac peruersis hominibus prauissima & indigna nobis suggerentibus,quod uir quilibet iustus pro exprobatione debet reputare,

* *quia speraui in sermonibus tuis.*

respondebo aũt illis,& eos refellam per sermonem legis tuæ, eo ꝙ spem magnã habeã in uerbis legis tuæ,sciens ad refellendum malignorum suggestiones nihil ęquè conducere.

E

3 *Et ne auferas de ore meo uerbum ueritatis usquequaque:*

Et ne permittas unquã ab ore meo uerbum rectum ac bonum legis tuæ ꝓrsus excidere,ita ut eo abiecto in uerbis mendacii & iniquitatis,cum peccatoribus incipiam oblectari:

* *quia in iudicijs tuis supersperaui.*

quoniam in præceptis suis spẽ meã omnem ualde defixi atque constitui, & uelut firmiter solideque collocaui.

4 *Et custodiam legem tuam semper: in seculum & in seculum seculi.*

F

Et ex bono proposito cordis mei uolo semper obseruare legẽ tuam, oĩbus diebus quibus uixero super terram,& in sẽpiternum ultra non transgredi.

5 *Et ambulabam in latitudine:*

Et cum me putarent sęculi homine ambulare in multa afflictione uias difficiles & angustas,in Dei seruitute,secundũ ueritatem magis ambulabam uias latas in libertate & hilaritate spiritus: Rom. 5.

* *quia mandata tua exquisiui.*

eo ꝙ præcepta tua obseruare conabar,id

G

que pp charitatem per spiritum sanctũ in corde diffusam,quæ legis tuæ obseruatorum corda dilatat,sicq; uiam alioq propter malitiam carnis angustam & difficilem dilatat,& facilem reddit.

6 *Et loquebar de testimonijs tuis in conspectu regum:*

Neq; uerò ipse tm̃ pręcepta tua opere obseruare uolui:sed confidenter etiam atq; libere,ubi occasio aderat,corã potẽtibus & magnis ausus fui ea proloqui,& palã proponere, neq; publicum erubescens, neque potentiam mundi pertimescẽs,

H

* *& non confundebar.*

& nequaquam in his erubui, quæ mihi etiam ad magnam gloriam deputaui.

7 *Et meditabar in mãdatis tuis,quæ dilexi.*

Et sollicite mecum ipse ac diligenter cũ gaudio & multa delectatione meditabar in præceptis tuis,tum ad rectè intelligendum,tum ad bene implendum ea quæ ꝑ omnibus rebus temporariis dilexi.

8 *Et leuaui manus meas ad mandata tua, quæ dilexi.*

Neq; uero nuda illis ac sola animi meditationẽ inhęsi,uerumetiã ad operandũ &

& exercitandum in eis meipsum, manus A extendi, & uelut cum conatu magno eleuaui, ad implendum ea quæ ut mihi beneplacita dilexi & elegi:

** & exercebor in iustificationibus tuis.*

& omnino cunctis diebus quibus uiuam exerceri uolo in preceptis tuis, quæ sola me potuerunt iustificare obseruantē ea.

## ELVCID. VII. OCTONARII.

*EMOR esto uerbi tui seruo tuo in quo mihi spē dedisti.*

Esto in bonum memor, B ô domine, sermonis atq; promissionis tuæ quantū ad me seruum tuum, quo sermone tu me sperare fecisti atq; confidere, nimirum ut iuxta promissum, misericordiam facias postulanti, tibique seruire cupienti.

*2 Hęc me consolata est humilitate mea quia eloquium tuum uiuificauit me.*

Spes ista quam habeo in uerbis promissionum tuarum, tota est consolatio mea, in afflictionibus atq; persequutionibus meis quibuscunq; obuenientibus, qm̄ ex C uerbo tuo mihi uita procedit, cum uerba quæ tu loqueris, spiritus sint & uita.

*3 Superbi iniquè agebant usquequaque.*

Ioan. 6. Superbi dæmones, hominesq́; iniquitate potentes, & peruersi, aduersum me uehementer iniquè agebant, multis me afficiētes molestiis, & uariis modis ad malum pertrahere cupientes.

** à lege autem tua non declinaui.*

ego autem à tua lege nolui discedere, sed in ea firmo & infracto animo persistiti, super te firmissimam petram fundatus:

*4 Memor fui iudiciorum tuorum à seculo D Domine:*

In memoria habui, & mente consideraui iudicia tua, quibus ab initio iudicasti sē per iustè & in æquitate summa bonis bonam malis, malam retribuens mercedē, bonos de angustia & tentatione oportuno tempore liberans, malos autem in impietate sua morte condemnans,

** & consolatus sum.*

& magnam atq; multimodam in eis cōsolationem contra malignantium insultus inueni.

*5 Defectio tenuit me, pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam.*

Pro impiis autem peccatoribus, qui legem tuam tā multis & tā execrandis modis transgredi non uerentur, horror magnus & error, horripilatio quoq; & penè defectio animæ inuadit me, quoties rei indignitatem attentus ipse cōsidero, quā sine signo, quam pro nihilo, quam variis modis quàm indignè tua Deus præcepta æqui sima præuaricētur. Exigit n. hoc tua uera iustitia, ut non sua tantum quis propria, sed etiam aliena doleat & defleat peccata.

*6 Cantabiles mihi erāt iustificationes tuę, in loco peregrinationis meę:*

Mihi uerò, piissime Deus, ex munere gratiæ tuæ, quasi cantica; & carmina facta sunt uerba præceptorum atq; promissorum tuorum dum in hoc mundo peregrinus ago, ad eam quæ mihi promissa est patriā tandens. Quemadmodum. n. iis qui secuudum humanum morem peregrinationis uiam ambulant, ad sui laboris depellendum fastidium, cantica solent per uiam decantare, eaq; siue carnalia, sine bellica, siue mundana, iuxta uiatoris affectum, ita mihi in hac peregrinatione ambulanti ad exilii & laboris lenimentum, tui sermones sunt pro cantilena, in qua meipsum oblecto.

*7 Memor fui nocte nominis tui Domine.*

Etiam nocte, cum tranquilla sunt & pacata omnia, in mente habui te, Domine, & sanctum nomen tuum, solicitus quomodo tibi placitam exhibere seruitutē

** & custodiui legem tuam*

& solicitus fui custodire, tam in memoria quàm in operatione, semper legem sanctam tuam.

*8 Hęc facta est mihi:*

Hæc aūt nominis tui iugis ēt per noctē memoria, siue legis diuinæ perpetua custodia, inde mihi à te data est,

** quia iustificationes tuas exquisiui.*

quoniam præcepta tua ex bono cordis proposito exquisiui, desiderium habens tam intelligendi, quam obseruādi ea. Sic enim es tu benignus semper & misericors, ut iis qui bonæ sunt uoluntatis, ad perficiendum libenter præbeas adiumentum.

ELVCID. IX. OCTONARII.

ONITATEM *fecisti cum seruo tuo domine secundum verbum tuum.*

Confiteor hoc tibi Dñe ad gratiarum actionē, ꝙ mihi seruo tuo bona multa supra meritum feceris, iuxta verba pollicitationis tuæ.

2 *Bonitatem, & disciplinam, & scientiam doce me.*

Sed perge obsecro, mihi benefacere, & doce me vt benignus sim atq; suauis affectu, tibiq; proximis omnibus quomodo oportet affectus, vt sim insuper intelligens & instructus in lege tua, & scientiã habeam agendorum omnium.

* *quia mandatis tuis credidi.*

atq; hæc meritò mihi præstari peto, qm̃ mandatis tuis acquieui, adhæsi, cor apposui, eaq; obseruanda libens accepiaui.

3 *Priusquam humiliarer ego deliqui:*

Priusquam tu me aduersitatibus, disciplina tua salutari humiliasses, ego tibi inobediens in peccatis viuebam:

Aut priusquã sub obedientia præceptorũ tuorum humiliter meipsum subijecerem & donec collo extento gradiebar, iugum tuum recipere recusaus, tam diu mihi dominabatur iniquitas:

* *propterea eloquium tuum custodiui.*

propterea nunc illam cupiens effugere atq; relinquere, præceptorum tuorum obseruationi me summittere volui.

4 *Bonus es tu:*

Tu Domine bonus es, imò ipsa fm̃ tuam essentiam perfecta & infinita bonitas, à qua fluit omnis creata bonitas:

* *& ĩ bonitate tua doce me iustificationes tuas*

oro te, doce me, & intelligere opere obseruare propter bonitatem tuam, præcepta tua in quibus valeam iustificari.

5 *Multiplicata est super me iniquitas superborum:*

Vehementer aggrauata est, & multipliciter increuit contra me superborum dæmonum atq; sæculi potentum iniquitas, dũ me molestijs plurimis, & grauibus pfequutionibus multipliciter diuexaut.

* *ego vero ĩ toto corde scrutabor mãdata tua:*

ego verò vt ea quæ mihi sunt ab illis eua A dã pericula, ex pleno cordis mei affectu meditari volo, & diligentissimè cõsiderare mandata tua. Neq; n. aliud noui ad superanda cuncta superborum tentamenta, & euincendam omnem sæculi malitiam, efficacius remedium.

6 *Coagulatum est sicut lac eorum:*

Impiorum illorum corda, pp frigus iniquitatis, qua pleni sunt, & corruptionem odij, quo erga bonos pessimè efficiunt, condensata sunt, cõgelata, incrassata, constricta, coarctata in modum lactis, ꝙ per frigus & corruptionem coaguli condensatur, B quemadmodum econtrario, iustorum corda pp charitatis inexistentis feruorem dilatantur, & veluti rarescunt, eleuanturq; & expanduntur ad amorẽ Dei & proximi.

* *lege vero legem tuam meditatus sum.*

Ego aũt legem tuam sum diligenter meditatus, ne similis inuenirer illis corde coagulato. Hanc enim cordis malam coagulationem, diuinæ legis meditatio prohibet ac dissipet.

7 *Bonum mihi quia humiliasti me:*

Bonum est mihi, ꝙ disciplina tua me af- C flixeris ad eruditionem, atq; ita humiliaueris:

* *vt discam iustificationes tuas.*

cõfert. n. valde afflictio disciplinæ tuæ ad custodiã præceptorum tuorum, cum non raro per disciplinam aduersitatis, ad obedientiam redeant, qui in prosperitate per inobedientiam à te recesserant.

8 *Bonum mihi lex oris tui, super milia auri & argenti:*

Melior mihi est intelligẽtia, custodia atque obseruatio legis, quã tu dedisti, & præcepisti nobis: quã possessiones oĩum diui- D tiarum auri & argenti & omnium quæ mundus habet pretiosa. Hæc. n. saluare neminem possunt, illa potest & facit.

ELVCIDAT. X. OCTONA.

ANVS *tua domine fecerunt me & plasmauerunt me.*

Quemadmodum artifex solet opus suũ facere manibus, & secundum artem illud iuxta formam quam vult fingere atq; formare, ita tu per om-

 nipoten-

nipotentiam, sapientiam atq; bonitatem tuam, me sm animam creasti, & de limo terræ secundum corpus finxisti.

* *da mihi intellectū vt discā mandata tua.*

Gen.1. Cū ergo tuū opus sim ego & factura tua instrue et me & doce intelligere atq; perficere præcepta tua, quemadmodū tuū est facturam præcepto factoris obedire.

2 *Qui timent te, videbunt me, & lætabunt:* Qui te diligunt considerantes cōuersatio nem & viā meam, sm præcepta tua læta buntur in gaudio spiritus, super profectu meo & bono spiritali, eo quod charitas

1.Co.13. proximorum bonis congaudere facit, q̄ non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati:

* *quia in verba tua supersperaui.*

cum viderint spe omni tuis verbis me inhærere, & totum animum ad præceptorum obseruationem apposuisse.

3 *Cognoui dñe quia æquitas iudicia tua:* Intellexi, dñe, tuo magisterio, ꝙ æquissima sint atq; rectissima præcepta tua, & dispositiones omnes sanctissimæ voluntatis tuæ, quod æquissimæ omnino sint atq; iustissimæ.

* *& in veritate tua humiliasti me.*

& tu me sm iustitiam & æquitatem tuā, per correptionis disciplinam, afflixisti me, pro tuo beneplacito.

4 *Fiat misericordia tua ut consolet me, secundum eloquium tuum seruo tuo.*

Fiat obsecro, mihi ad consolationem misericordia tua, iuxta verbū promissionis tuæ quod fecisti seruo tuo: vt quemadmodum per iustitiam humiliasti peccantem ita per misericordiam ex aduerso consoleris pœnitentem, ne forte nimia contingat afflictione spiritum deficere, aut tristitia absorberi.

5 *Veniant mihi miserationes tuæ, & viuā:* Demōstrarentur se mihi affectus misericordiæ tuæ, in peccatorum remissione & gratiæ collatione, atq; à periculis liberatione, atque ita ex munere gratiæ tuæ viuet spiritus meus.

* *quia tua meditatio mea est.*

qm̄ legē tuā ego elegi, ac posui meditationē delectationemq; meā, in cuius intelligentia, perscrutatione, & obseruatione meditari volo atq; exercitare meipsū.

6 *Confundantur superbi:*

E Superbi dæmones, eorūq; ministri, hoīes peruersi, non præualeant in superbia sua, in malo ꝙ quærunt mihi, sed suo proposito frustrati erubescant:

* *Quia iniustè iniquitatem fecerunt in me.*

eo ꝙ iniustè sine causa, & sine meo merito iniquè egerunt aduersum me machinantes mihi mala, cum ego illis nihil nocuerim, neq; mali quicquā intulerim:

* *ego autem exercebor in mandatis tuis.*

ego aūt vt illorū euadem machinationes, exerceri interim volo in obseruatione præceptorum tuorum.

F 7 *Conuertantur mihi timentes te, & qui nouerunt testimonia tua:*

Non curo si fugiant atq; auersentur me superbi isti legis tuæ transgressores: sed opto magis vt ij qui te diligunt: & qui verè intelligūt, hoc est, obseruāt p̄cepta tua, sese mihi adiungant, & ad me cōuertant, meq; non auertentur. Melior est.n. societas viri vnius te diligentis, quā multorum milium legem tuam præuaricantium.

8 *Fiat meum immaculatum in iustificationibus tuis.*

Fac tu dñe per sanctā tuā custodiam cor

G meum & spiritum permanere in tuis præceptis immaculatum, si vt nullius vnquā transgressionis cōsensu commaculetur:

* *vt non confundar.*

vt ante conspectum diuinę maiestatis tuę nunquā confundar, neq; in hac vita per lapsum mortalis peccati, neq; in nouissimo confusione sempiterna, quam sentient tunc oēs qui cor suum, dum viuerēt, in Dei præceptis non studuerunt custodire immaculatum.

## EL VCID. XI. OCTONARII.

H DEFECIT *in salutare tuum anima mea:*

Aīa mea vehementi ac nimio desiderio expectauit atq; anhelauit, & pręexpectatione nimis anxia veluti defecit, ad consequendā salutē & salutationem tuam, à malis omnibus vehemēter cupiens tuo dono fieri salua:

* *& in verbum tuum supersperaui.*

& in pręceptis atq; promissis tuis spem meā oēm posui, eisq; aīum totum dedi.

2 *Defecerunt oculi mei in eloquium:*

Oculi

Oculi interni animæ,atq; ét modo quo- A dam per redundantiam externi corporis præ nimia anhelatione ueluti defecerũt intẽdentes in uerbum promissionis tuę & impletionem eius,

** dicentes, quando consolaberis me?* eum dicerẽ intra me,de mora nimia ueluti conquerendo,Quare domine tãdiu, differs me consolari,& quando tandem implebis effectum promissi tui?

3 *Quia factus sum sicut uter in pruina*: Ecce.n.factus sum ego,& æstimatus quasi saccus coriaceus, pruina congelatus, corruptus,atq; corrugat*,& quasi saccus B fumo denigratus,sic uilis,asper,& horridus(propter miseriam peregrinationis meæ & absentiam consolationis tuę)appatens sæculi hominibus:

** iustificationes tuas non sum oblitus.* præcepta autẽ tua non sum oblitus,quãtumuis fuerim secundum hominis iudicium miser atq; contemptibilis.

4 *Quot sunt dies serui tui quando facies de persequentibus me iudicium.* Noli domine tardare nimium,neque nimis elongati, sed quantocyus aduenì,vt facias pro me iudicium aduersus eos qui C me persequuntur,me eripiendo de afflictionibus,& persequutionibus eorum.

5 *Narrauerunt mihi iniqui fabulationes sed non ut lex tua.* Impii dæmones & homines peruersi,suggestionibus suis malignis,proposuerunt mihi nugas,& inanes fabulas,imo deliramenta pura & meras insanias,de sæculi uoluptatibus,atq; id genus aliis,sed quę isti mihi narrabant,nequaquam erãt cõparanda iis,quæ proponit lex tua. Nihil .n.aliud sunt illa nisi meræ nugæ,fabulę uane & ueluti deliramenta amentium, le D gis autem tuę eloquia,ueritate,æquitate, atque soliditate sunt plena.

6 *Omnia mandata tua ueritas.* Quæcunq; tu mandasti in æquitate atq; iustitia sunt disposita,uera sunt,æquasũt iustissima sunt.

** iniqui persequuti sunt me,adiuua me.* iniqui aũt me tuis mandatis obedire cupientem sine causa affecerunt tentationibus atq; molestiis,& tu aduersum illos esto mihi adiutor,ut non præualeant.

7 *Paulominus consummauerunt me ĩ terra*: pené me consumpserant super terram & quantum ad humanæ uirtutis resistentiam,propter persequutionis immanitatem,non multum abesse uidebar à lapsu.

** ego autem non dereliqui mandata tua.* ego tamen cœlesti tua gratia cõfortatus, non consensi tentamentis eorum neque dereliqui æquissima mandata tua.

8 *Secundum misericordiam tuam uiuifica me,& custodiam testimonia oris tui.* Propter tuam,Deus misericordiam & benignitatem redde cordi meo uigorẽ atq; uirtutem,ut quasi reuiuiscat anima,dona in me spiritum uitæ,in quo confortatus polliceor,propono & spero cunctis diebus uitæ meæ obseruare diligenter præcepta quæ tu proposuisti nobis.

## ELVCIDA. XII. OCTONARII.

N æternum domine uerbum tuum permanet in cœlo. Ecce in cœlis firmum permanet & custoditur diligentissimẽ præceptũ tuũ ipsis cœlorum orbibus astrisque,quæ in eo sunt,in suo cursu & actione tuũ uerbũ ac iussum qđ eis ab initio dedisti, nunquã prętereuntibus ipsis quoq; cœli ĩcolis,angelis sãctis,& beatorum spiritibus:tuum pręceptum nec in minimo unquam transgredientibus.

2 *In generatione & generationẽ ueritas tua*: Veritas quoque tua fides & iustitia pmanet tecum per omnes generatiões,& in omnibus sæculis sempiterna existens:

** fundasti terram,& permanet.* Psal. 133 terra quoque in ea æstimabilitate,super quam semel à te fundata est, firma & immota perseuerat,ut non moueatur in sæculum.

3 *Ordinatione tua perseuerat dies*: Insuper dispositione diuinæ uoluntatis tuæ,perseuerãt in suo cursu dies,post noctem quotidianis regressionibus iuxta anni tempora redeuntes;

** quoniam omnia seruiunt tibi.* quoniã omnia quę creata sunt,tibi sunt seruitute subiecta,& optimo iure tibi subiectissimẽ famulantia. Atq; proinde iustum oĩno est,& rationi maximẽ cõsentaneum,ut & nos humanũ genus multo nobiliori statu abs te cõditi, debitũ tibi

 exhibea-

exhibeamus in oĩbus semper famulatũ. E

*4 Nisi quod lex tua meditatio mea est tũc forte periissem in humilitate mea*

Nihil legem tuã domine posuissem meditationem meã, nisi ad eam attẽdissem, uerisimile erat meam humilationem & afflictionẽ quã tu ad utilitatẽ super me uenire permisisti, mihi perditionẽ fuisse uenturam. Qui enim ad legem Dei non respiciunt, neq; in ea se consolatur, frequenter in afflictionibus effecti murmuratores, aut querulosi, aut disperati, curruũt; in perditionẽ, sicq; eis hoc cedit ex eorũ negligẽtia in detrimentũ, qđ ex meditatione diuinæ legis accepta cõsolatione, cumulũ ꝓtulisset bonorũ meritorũ. F

*5 In æternum non obliuiscar in iustificationes tuas, quia in ipsis uiuificasti me.*

Proinde in sempiternum cũctis diebus uitę meę obliuisci nolo, aut ab animo eiicere præcepta tua sciens, ex illis uitã procedere animæ meę.

*6 Tuus sum ego:*

En tuus sum ego, domine, creatione primum quia factura tua, deinde uolũtaria donatione & liberali oblatione, qm̃ ex bona uoluntate tibi cupiens seruire: G

* *saluum me fac quoniam iustificationes tuas exquisiui.*

atq; ob hoc mihi intende, ut saluum me facias, qm̃ præcepta tua ex cordis desiderio exquisiui, & obseruare concupiui.

*7 Me expectauerũt peccatores ut pderent me:*

Impii dæmones atq; peruersi eorum ministri, eum desiderio me expectauerunt ad perdendum, diuq; ac multum solicitãtes sustinuerunt, ut me uel tandem in perditionẽ pertraherent:

* *testimonia tua intellexi.*

ego autem per intelligentiam bonam & obseruationem præceptorum tuorum expectatione sua fraudaui illos. H

*8 Omnis consummationis uidi finem:*

Omnis humanæ cõsummationis atq; pfectionis cõsideraui finem, ad quẽ nimirum omnis sciẽtia humana, oẽ humanũ studium, omnis conatus tendere debeat:

* *latum mandatum tuum nimis.*

ipse est obseruatio mandati tui, qđ omnium actionum humanarũ atq; conatuũ debet esse finis in hoc mũdo, qđ sanè mãdatũ tuum est admodum latum, eo quòd dilectio (de qua est principium & magnũ mandatum diuinum) sese extẽdat & ad Deum & ad homines, & inter homines rursum ad inimicos atq; amicos, conciues & peregrinos, notos & extraneos, & omnino erga omnes:

Est etiam sic latum, ut nunquam in huius uitæ uia penitus peurri possit, i. omnino impleri, eo ꝙ diligendi nullus debet esse terminus, & semper maior potest haberi dilectio.

## ELVCIDA. XIII. OCTONARII

*VOMODO dilexi legem tuã domine tota die meditatio mea est.*

Valde ego ac multũ amaui atq; concupiui obseruare legẽ tuã, iugiter ego meditor, oblector, & exercitor in illa.

*2 Super inimicos meos prudentem me fecisti mandato tuo.*

Instruxisti me, & intelligentem fecisti in præceptis tuis, amplius quàm aduersarios meos, sæculi sapientes, qui se sapientes iactantes stulti facti sunt: Rom. 1.

* *quia in æternum mihi est.*

propterea, inquam, hãc mihi præ illis intelligentiam ampliorem dedisti in præceptis tuis, qm̃ in æternum ego legi ea, & in perpetuum obseruando nunquã trãsgredi uolo, sicq; eligendo ad perpetuam obseruationẽ, quasi inæternum mea feci.

*3 Super omnes docentes me intellexi:*

Tu mihi tuo interno magisterio intelligentiam ampliorem donasti in lege tua q̃ ab omnibus potuerim exterius siue uerbo siue scripto docentibus, consequi:

* *quia testimonia tua meditatio mea est.*

propterea qđ in ea iugiter fuerim meditatus, eamq; semper in mẽte potuerim.

*4 Super senes intellexi:*

Ex singulari quoque munere gratiæ tuæ intelligentia mihi legis tuæ ampliorem dedisti, quam plerique habeant maiorũ annorum:

* *quia mandata tua quæsiui.*

propterea quod præcepta tua ex bono affectu cordis exquisierim. Plus .n. illuminatur homo ex iugi meditatione & desiderio legis tuę, quãtũ ad ea q̃ salutis sunt q̃ exteriori quocũq; magisterio, & nõ raro illuc

ro illuc pertingit bona uoluntatis piaq́, A
effectio quo caui & multorũ annorum
experientia nequũt peruenire, & ĩtrat
illa plerunq; vbi foris hęc stare cõpellit.

5 *Ab omni uia mala prohibui pedes meos, ut custodiam uerba tua.*

Custodiui gressus meos magna cũ dili
gentia,& velut in arctum conclusi,con-
strinxi atq; cohibui,ne in uias peccato-
rũ & itinera impietatis declinarent ad
hoc ut non transgrederer tua pręcepta.
Affectiones enim quibus feruntur ho-
mines,cohibere oportet, & sub districta
custodia constringere eum, qui in ob- B
seruatione uelit permanere præcepto-
rum cœlestium.

6 *A iudicijs tuis non declinaui:*

A præceptis tuis diligenter caui mihi,
ne discederem, eo quod tu qui es crea-
tor dominus atque saluator meus,legẽ
hanc posueris mihi,pp quod nequaquã
dignum est ut eam derelinquam:

* *quia tu legem posuisti mihi.*

& quia tu domine me instruxisti in tua
lege,eiusq́; mihi pręstitisti intellectũ.

7 *Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua:*

Suauissima omnino & delectabilia ual- C
de sunt in faucibus spiritualibus animę
meæ eloquia præceptorum atque pro-
missorum tuorum cum ea spiritaliter
mandato,mastico, rumino, atque inte-
rius deglutio:

* *super mel ori meo.*

dulciora certè sunt animæ, quàm mel
corporale sit in ore ipsum manducãtis.
Longè enim antecellit spiritualis uolu-
ptas omnes corporis delitias.

8 *A mandatis tuis intellexi:*

A mandatorum tuorum iugi meditatio
ne,piaq́; affectione & studiosa obserua- D
tione,accepi ueram & rectam legis tuæ
intelligentiam, mandata tua in quibus
uersor iugiter, prudentem me faciunt &
instructum in cognitione tui:

* *propterea odiui omnẽ uiam iniquitatis.*

pp hoc detestatus sum & execror omnia
itinera impietatis, omniaq́; uitiorum &
peccatorum genera, in quibus ambulãt
impii peccatores. Quomodo enim qui
tuam legem recte intellexerit,non dete-
stabitur itinera impietatis,quę ex diame
tro nouit cum illa pugnare?

## ELVCIDATIO XIIII. OCTONARII.

*VCERNA pedibus meis uerbum tuum, & lumen semitis meis.*

Lex tua dñe gressibus me
is est,quasi lucẽs cãdela,
& est quasi lumẽ uiatatq;
actiones meas illuminãs,iuxta quã ĩ agẽ
dis oĩbus sic me gero,sic viuo,ut sine of
fensione percurrã uiã mandatorũ tuorũ
& ad optatũ finẽ pertingã Qui.n.in lu-
mine ambulat,non offendit, quẽadmo- Ioan. 11
dũ illic faciunt, quibus pro lucerna nõ
est verbum tuum,qui in tenebris ambu
lant,nescientes omnino quo uadant.

2 *Iuraui,& statui custodire iudicia iustitiæ tuæ*

Irreuocabiliter mecũ proposui,& firmis
sime in animo statui obseruare imppe-
tuũ, & nunquã vltra transgredi præce-
pta tua,iustissima sane atque æqssima.

3 *Humiliatus sum usquequoque domine, uiuifica me secundum uerbum tuum.*

Videns aũt infirmitatem & lubricitatẽ
carnis meæ,simul & mundi fallaciã, &
dæmonum machimẽta(quæ omnia mea
tã salutari proposito indesinenter quæ-
runt auertere)afflictus sum ualde, & ꝓ-
fundissima humilitate subieci meipsum
& cõmendaui tibi, mihiipsi diffidens in
tãtis difficultatibus,& idcirco,tu q solus
ptãtẽ hẽs ſm verbũ tuũ ꝓmissionis tuæ
vitam mihi ueram spiritus largire & cu-
stodi, fortẽque me fac & ualidũ,ut quid
propono, adimplere sufficiam.

4 *Voluntaria oris mei beneplacita fac dñe:*

Habe accepta, Deus piissime, & fac tibi
sint grata ac placita, q̃ ego exhilari cor-
de & animo liberali offero,ẽt per os me
um laudis,confessionis, orationis & gra
tiarum actionis munera ac sacrificia:

* *& iudicia tua doce me.*

& instrue me in intelligentia atque ob-
seruatione præceptorum tuorum.

5 *Anima mea in manibus meis semper:*

Anima quã in me ad imaginẽ & simili-
tudinẽ tuã creasti, ꝑiosa ẽ mihi, eiusq;
custodia sup oĩa (quasi thesauri ꝑiosissi-
mi)curæ & cordi ẽ mihi, & idcirco por-
to eam semper in manibus meis, ut fur-
to insi-

to insidiantiũ qui illam mihi rapere q̃- E
runt,nou eam perdam:
** & legem tuam non sum oblitus.*
& legẽ tuã quę est cordis mei custodiã,
non abieci de corde meo, per cuius at-
tẽtiõe custodia tuta ac firma adhibetaĩę.
6 *Posuerunt peccatores laqueum mihi*:
Impii dęmones & peruersa eorũ mem-
bra hoĩes maligui,insidias posuerũt ani
mę meę,quęrentes me occultis suis frau
dibus ad peccatum detrahere:
** & de mandatis tuis non erraui.*
& ego rectum teuens iter p̃ceptorũ tuo
rum,non declinans ad dexterã neq; ad F
sinistram,ita euasim laqueos eorũ.Nõ.n.
possunt nisi secus uiã laqueos suos extẽ
dere quo euaduut, qui non declinantes
in partem alteram, recta gradiuntur,per
uiam mandatorum tuorum.
7 *Hęreditate acq̃siui testimonia tua in ęternũ*:
Pro hæreditate ego habeo, & possessio-
nẽ ac portionẽ meam hęreditariã elegi,
obseruationẽ præceptorum tuorum in
qua semper permauere propono:
** quia exultatio cordis mei sunt.*
qm̃ ipsa sunt in quibus gaudet & exul-
tat spiritus meu.,siue cũ testimonio bo G
næ conscientiæ ea se custodisse cogno-
scit,siue cũ ex eorũ iugi cõtemplatione
cœlesti suauitate se perfundi percipit.
8 *Inclinaui cor meum ad faciendas insti
ficationes tuas in ęternum*:
Per gratiã tuã in me habitantem, dedi
animũ meũ,& cor apposui,affectumque
inclinaui,ad perficieuda opera atq; ad-
implenda præcepta tua in sempiternũ,
ita ut in finem usque sine transgressione
in eis cupiam ac velim perseuerare:
** propter retributionem.*
neq: enim sine retributione id faciam, H
sed subsequetur mihi beata nimis retri-
Ioan.14 butio,quæ es ipse tu domine Deus me-
us,q uita es ęterna, & merces ipse ma-
Gene.15 gna nimis, omnium tua nunc emanda-
ta in finem usque custodiendum.

ELVCIDAT.XV. OCTONARII.

*NIQVOS odio habui*:
Iniquitatem & impietatem omnem odio habui, & peccatores ipsos quatenus eiusmodi detestatus sui

** & legem tuam dilexi.*
legem autem tuam & obseruatores il-
lius corde syncera dilexi.
2 *Adiutor & susceptor meus es tu*:
Te dominũ ego hẽo in adiutorẽ meũ at
que defensorẽ, qui infirmitati meę suc-
currendo præbes adiumentum, & inimi-
corũ impetu atq; molestiis defensorẽ:
** & in uerbum tuum supersperaui.*
& ego spem meam omnem & cor omne
uerbis præceptorum atque promissorũ
tuorum apposui.
3 *Declinate à me maligni*:
Discedite procul à me, & fugite partes
aduersæ, quæ malũ quæritis animæ meę
& oẽs prauorũ hoĩum atq; dæmonũ sug
gestiones atq; societates lõge fiẽt à me.
Frustra.n.a me cõsensũ expectatis ĩ ma
litiam,quam modis omnibus detestor:
** & scrutabor mandata Dei mei.*
ut in tranquillitate & pace intendere ua
leam præceptis altissimi domini mei.
4 *Suscipe me secundum eloquium tuum,&
uiuam.*
Et qm̃ à maliguorũ societate meipsũ ob
tuum amorem domiue segregaui, tu su-
scipe me in tuã custodiã,tutelã,defensio
nẽ,quasi pater pius,pastor bonus,defen
sor fidelis,sustentator firmus, pręceptor
mansuetus, iuxta eloquiũ promissionis
tuę,quo pollicitus es eos qui ad te con-
fugiunt ad refocillationem suscipere:
** & non cõfundas me ab expectatione mea.*
neq, me patiaris confusibiliter frustra-
ri ex pectatione atq; desiderio meo, quo
te semper expectaui atque desideraui.
5 *Adiuua me,& saluus ero*:
Adiuua tu me dñe,confirma atq; susten
ta in omni bono, qui ex meipso nimiũ
sum fragilis,& lubricus,atque ita ex tuo
munere salutẽ consequar,quã ex mea p̃
pria virtute spes non erat consequendi:
** & meditabor in iustificationib. tuis sp.*
& ego tuo adiutorio corroboratus iugi-
ter meditabor in intelligentia atq; ob-
seruatione mandatorum tuorum.
6 *Spreuisti oẽs discedentes à iustitiis tuis.*
Scio domine,quòd spernas tu, & pro ni
hilò pendas, & quasi nihilum repures
omnes qui per transgressionem disce
dunt à præceptis tuis:
** quia iniusta cogitatio eorum.*

quo-

qm̃ oĩs cogitationis eorum,& oẽ consilium istud quo ea quæ legi cõtraria sunt cogitant & eligunt, iniqua & impia est, contra omnem prorsus æquitatem,& naturæ & rationis, propter quod meritò sunt ab omnibus spernendi.

7 *Præuaricantes reputaui omnes peccatores terræ:*

Et ego quoq; oẽs super terrã inhabitantes peccatores,vt præuaricatores tuę legis æquissimæ,similiter reputaui pro nihilo:

* *ideo dilexi testimonia tua.*

atq; ob hoc,ne illis forte similis inuenirer sperni atq; abijci dignus,dilexi pcepta tua,& ad obseruandũ ea conuersus sum.

8 *Confige timore tuo carnes meas:*

Qm̃ verò impedimentũ mihi magnũ pręstat carnis lasciuia,oro te, vt sagittis sancti timoris tui salubriter eã trãsfigas atq; pfodias, vt tuo vulnere bene sauciata sibi intereat caro,& tibi viuat,vna cũ spiritu: qđ fiet,si timore tuo sancto immisso in cor meum, carnis sic reprimatˀ lasciuia,

* *à iudicijs enim tuis timui.*

hoc aũt peto,qm̃ præcepta tua ego timui & transgredi sum veritus.Nihil enim æq; formido domine,atque tuam legem aliquando transgredi,

Timuiquoq; à iudicijs tuis illis, quibus tuæ legi inobedientes indicasti ad sempiternã miseriam condemnare, & à te in perpetuum repellere, qua te mihi nihil potest formidabilibus cogitari.

## ELVCID. XVI. OCTONARII.

FECI iudicium & iustitiam: Cũ auxilio gratiæ tuę ego feci quod æquũ est & iustũ, tã quo ad obseruationẽ legis tuæ, q̃ in cõuersatione ad proximos meos,

* *non tradas me calumniantibus me.*

pp hoc,obsecro te,ne permittas mihi dominari,& pręualere eos qui me psequuntur & affligunt,vt impleatur de me mala voluntas eorum.

2 *Suscipe seruum tuum in bonum:*

Quin potius tu me seruire tibi cupientẽ, in defensionẽ contra aduersarios meos suscipe,ad bonum & ad salutem meam,

* *non calumnientur me superbi.*

A neq; pmittas superbos legis tuæ osores me affligere,opprimere, mihi vim inferre,sic vt præualeant, aut dominentˀ mei.

3 *Oculi mei defecerunt in salutare tuum:*

Oculi mentis interiores, atq; ẽt exteriores corporis,desiderio magno intenti fuerunt,& expectauerunt ad salutẽ tuã, illã super omnia desiderando & expectando;

* *& in eloquium iustitiæ tuæ.*

& ad præcepta iustitiæ tuæ,propter solicitudinem ad obseruandum ea.

4 *Fac cum seruo tuo secundum misericordiam tuam:*

B Exhibe te mihi,non seuerum modo indicem,sed misericordem ac pium patrem, neq; secundum districtionem iustitię tuę agas mecum, sed secundum benignitatẽ misericordiæ tuæ,

* *& iustificationes tuas doce me:*

& instrue me intelligentia atq; obseruatione præceptorum tuorum.

5 *Seruus tuus sum ego:*

Ecce ego seruus tuus sum dñe,& creationis iure, & bonæ voluntatis proposito, tibi cupiens in veritate seruire,

* *da mihi intellectũ,vt sciã testimonia tua.*

C tu me adiuua,vt possim qđ desidero,& instrue me,vt discã & sciã quæ placita sint tibi,& mihi vt tibi placeam exequenda,

6 *Tempus faciendi domine:*

Tp̃s est nunc,vt faciam dñe legẽ & voluntatem tuã,& tp̃s est nunc,vt tu facias mihi seruo tuo postulatam misericordiam, nunc,inquam,tp̃s est donec in via sumus & loco peregrinationis,donec per opera bona tibi placere valemˀ & irã tuã effugere,quandiu clausa non est vlli petenti misericordia tua.Veniet enim noctis tempus,in quo operari nemo poterit, & la-
D borare non proderit, in quo misericordia tua clausa atq; obsignata erit, Ioan.9.

* *dissipauerunt legem tuam.*

& eo magis nunc tempus est faciendi,qꝛ impij tanto numero , & tam grauiter transgredi non verentur præcepta tua,vt ob hoc magis promptius debere esse videaris erga eos qui tibi desiderant famulari.

7 *Ideo dilexi mandata tua,super aurum & topazion.*

Et quia iã paucos vidi præceptorum tuorum obseruatores, tã raros precioſiſſimi

huius

piosæ, quasi riuuli per genas decurrẽtes, A propterea quod impii illi calumniatores & persequutores iustorum, transgressi sint legem tuam Perfecta enim charitas, etiam aduersariorum peccata deplorat.

## ELVC. XVIII. OCTONARII.

*VSTVS es domine.* Neque uerò, si præuaricationes impiorum defleã. Scio enim quia non solum misericors es domine; in quo sibi malè blan B diur & peccatores, uerumẽt iust' & verax,

* *& rectum iudicium tuum.*

& iudicia tua omnia rectissima sunt, atque æquissima, neq; tortum, aut curuum quicquam est in eis.

2 *Mandasti iustitiam testimonia tua, & ueritatem tuam nimis.*

Insuper ualde & districtè admodum præcepisti obseruari præcepta tua, quæ sunt iustitia, & ueritas, id est, in iustitia & ueritate disposita, præcepta tua, quæ nõ nisi iustitia & ueritas sunt, id est, iustissima & fidelissima, tu mãdasti custodiri valde. C

3 *Tabescere me fecit Zelus meus, quia obliti sunt uerba tua inimici mei.*

Meritò proinde zelus meus tum quo ad honorem tuum, tum quo ad proximorũ omnium salutem: me fecit lugere, atque plorare, & præ mœrore, tristitia, atque indignatione ueluti contabescere atq; cõsumi, non utique propter propria mea incommoda, neque mala, quæ ab illis aduersariis meis fortè sustineo, sed qm̃ ipsi nõ custodierũt præcepta tua, per qđ primùm quidem tuum sanctum nomẽ indignè blasphemaui, deinde suas animas miserè ipsi miserrimi perdunt. D

4 *Ignitum eloquium tuum uehementer:*

Ps. 11 Sunt enim p̃cepta tua examinata ualde, & quasi igne probata uehementer, castissima, atq; æquissima, nihil habentia iniustitiæ, aut impuritatis cuiuslibet admixtũ, propter quod magis deflendum, peccatores ea sic transgredi:

* *& seruus tuus dilexit illud.*

& quia tam probata fuerunt, tamq; examinata, dilexi ea ego seruus tuus, & cor meum apposui ad illorum custodiam.

5 *Adolescentulus sum ego, & contemptus:*

Sum ego sane modicus siue ætate, siue sapientia, siue meritis, siue hominum æstimatione, siue in oculis meis, siue ante conspectum tuum, & sum ex memetipso plane uilis & contemptibilis,

* *iustificationes tuas non sum oblitus.*

attamen tua præcepta, suauissime Deus, non abieci ab animo, & ne transgrederer ea caui mihi solicitus.

6 *Iustitia tua, iustitia in æternum:*

Iustitia tua temporaria non est, neq; durationis modicæ, cuiusmodi est non raro humana iustitia, sed æterna Iustitia est deficere nescia:

* *& lex tua ueritas.*

& lex tua omnino uerax est, nihil neque falsum, neque uanum, neque iniquum continens.

7 *Tribulatio & angustia inuenerunt me, mandata tua meditatio mea est.*

Afflictio quælibet, & angustia, cum fortè alicunde obuenerit mihi, meditor ego & exercitor in præceptis tuis, ex quorũ meditatione & obseruatione abũdè mihi & patiẽtia & consolatio procedit. Ob hoc etiam meditor in angustiis mandata tua, ut nõ aduersorum casuum impulsibus à recto dimouear.

8 *Aequitas testimonia tua in æternum, intellectum da mihi, & uiuam.*

Præcepta tua sũt disposita in iustitia, & æquitate sempiterna, fac me ea ut oportet intelligere cum effectu operationis, & vera uita uiuam in eis. Ex illorum nanq; obseruatione uera uita uiuit humanus spiritus.

## ELVCIDAT. XIX. OCTON.

*LAMAVI in toto corde, exaudi me domine, iustificationes tuas requiram,*

Clamaui ex pleno affectu & syncera deuotione cordis mei, dicẽs; Exaudi me dñe, & fac quod postulo, præcepta enim tua exquirere uolo, & custodire p̃pono.

2 *Clamaui ad te, saluum me fac:*

Ex affectu cordis clamaui ad te, ut saluũ me faceres ab iis qui me persequuntur, atq; suis molestissimis tentationibus di uexant,

ut cu-

mihi misericordiam,ut secundum bene placitum sanctissimæ uoluntatis tuæ me uiuifices.

5 *Multi qui persequuntur me & tribulant:*

Tametsi multi sint aduersarii mei,q me, persequutionibus suis affligunt, & tentationibus atq; uexationibus molestant, alii uisibiliter,alii inuisibiliter,alii secũdum corpus,alii secundum animam:

* *à testimoniis tuis non declinaui*

ego tamen immobilis persititi in obseruatione præceptorũ tuorũ,hactenus tua me sustentãte grã,non me passus sum ab
B æquitate præceptorũ tuorum dimoueri.

6 *Vidi præuaricantes,& tabescebam:*

Considerabam peccatores transgredientes legem tuam, & zelo honoris tui atq; salutis eorum indignabar, & affligebar intra me,ac præ tristitia & dolore ueluti consumebar,

* *quia eloquia tua non custodierunt.*

Galat.2. quia uidebã eos negligere & prætergredi præcepta tua sicq; & tuum nomen inhonorare & suas animas miserè pdere.

7 *Vide quoniam mandata tua dilexi, domine:in misericordia tua uiuifica me.*

Attende Domine,& considera ad retribuẽdum mihi,quòd præcepta tua ex animo dixerim,atq; exquisierim,secundum misericordiam tuam, misericordiarum pater (quæso te) facias me tibi uiuere ut mũdo mortuus tibi uiuam, imò uiuam,iam non ego, sed tu in me uiuas.

8 *Principium uerborum tuorum ueritas:*

Omnium præceptorum atq; promissorum tuorum ueritas æterna & immutabilis est principium,quoniam à prima illa & summa ueritate æternaque Dei iustitia originaliter & primitus procedunt
D omnia præcepta & promissa Dei:

* *in æternum omnia iudicia iustitiæ tuæ.*

& omnia iudicia iustitiæ tuæ,id est,præcepta quæ iustitia tua præstitit nobis siue etiam dispositiones omnes iustæ diuinæ uoluntatis tuæ, æternam habent stabilitatem,fundata ac stabilita in sempiternum in Dei iustitia & ueritate, ex qua procedunt. Atque ob hoc impossibile fuerit uerba Dei uel eius iudicia unquã deficere.

A ELVCID. XXI. OCTONARII.

*RINCIPES persecuti sunt me gratis:*

Potentes illi tenebrarũ principes,& superbi seculi malum quæsierunt mihi sine causa, præter meum meritum,cum nihil ipse eis nocuerim,nel malefecerim,ob quod aduersum me deberent malignari,

* *& à uerbis tuis formidauit cor meum.*

cor autem meũ & spũs meus timuit præcepta tua,eaq; transgredi aut relinquere non audebat,etiamsi illi insanirent aduersum me,permanebam ego in timore sermonum tuorum , cogitans oportere Deo magis quàm principibus obedire

2 *Lætabor ego super eloquia tua, sicut qui inuenit spolia multa.*

Quomodo gaudere solent uictores inuẽ- Act.5.
tis optimis spoliis,ita ego oblectari & iucundari uolo in præceptis tuis,quę uelut thesaurus præciosissimus sunt mihi , q̃ ego dilexi super aurum & topazion.

3 *Iniquitatẽ odio habui & abominatus sũ:*

C Iniquitatem omnẽ odiui ex affectu cordis mei,in meipso primùm deinde & in cæteris ,eamq; modis omnibus semper detestatus sum:

* *legem autem tuam dilexi.*

legem autem tuam & obseruationẽ eius exaduerso dilexi , & ipse obseruare eam cupiens,& obseruantes omnes iusto prosequens amore.

4 *Septies in die laudem dixit tibi:*

Per diem congruis atq; statutis horis septem uicibus,te peculiari laudis munere honoraui.

D Aut septies,idest,iugiter & incessanter cũctis diebus uitę meæ conatus sum te collaudare,

* *super iudicia iustitiæ tuę.*

de iudiciis iustitiæ tuę,siue de præceptis tuis æquissimis,leuissimis,& fœcundissimis,siue pro dispositionibus atq; ordinationibus diuinæ uolũtatis tuæ,qbus mirabiliter & misericorditer agis nobiscũ.

5 *Pax multa diligentibus legem tuam:*

Pacem cordis uerã, quam mundus dare Ioan. 18
non potest confert tuæ legis dilectio siue obseruatio atque custodia, Rom. 8.

*& non*

* *& non est illis scandalum.*
& non est illis ruina aut lapsus, aut offensio, in uia quam ambulant. Nam Deũ & legem eius diligentibus, oĩa cooperantur in bonum. Qui.n uera dilectione studiose inhęret tuę legis meditationi & obseruationi, facilè scãdala omnia declinabit atq; euadet, in quibus corruunt illi q non sunt fixi in amore legis tuę.

6 *Expectabam salutare tuum domine, & mandata tua dilexi.*
Desiderio magno desideraui salutẽ tuam Domine, eamq; expectaui solicitus, ad quam ut pertingerem, pręceptis tuis per uerã dilectionẽ, & obseruationẽ inhęsi.

7 *Custodiuit anima mea testimonia tua, & dilexit ea uehementer.*
Solicita fuit anima mea, vt custodiret & impleret omnia pręcepta tua, & ea corde syncero multum dilexit.

8 *Seruaui mandata tua, & testimonia quia omnes uiæ meæ in conspectu tuo.*
Studiosus fui ad obseruandum omnia pręcepta atque mãdata tua, quia omnes uias meas & actiones direxi ante cõspectum tuum, & secundum placitum tuum diligenter studui conuersari, simul etiam quia omnes actiones meas, omnemque
Heb. 4. meam conuersationem scio tuis oculis patere, quemadmodum oculis tuis nuda, & aperta sunt omnia.

ELVCID. XXII. OCTONARII.



PPROPINQVET deprecatio mea in cõspectu tuo domine: iuxta eloquium tuũ da mihi intellectum.
Ne repellas Domine orationem meã qua deprecatus sum faciem tuam, pro spiritualiũ bonorum abundantia, sed admitte eam ante sacrarium exauditionis tuæ, & iuxta uerbum promissi tui instrue me in pręceptis tuis.

2 *Intret postulatio mea in conspectu tuo, secundum eloquium tuum eripe me.*
Fac ut pręsentent tibi, & intromittantur postulationes meę ante faciem tuam, Domine ne repellas orationem suppliciter obsecrantis seruuli tui, quin potius secũdum uerbum promissionis tuę, quã fecisti omnibus in te cõfidentibus, teq; suppliciter inuocantibus, libera me de iis in quibus uersor periculis, & malis imminentibus, quę metuo.

3 *Eructabunt labia mea hymnum, cum docueris me iustificationes tuas.*
Cum uerò mihi contigerit tuo magisterio intelligentia & custodiã pręceptorũ tuorum, tum ad gratiarum actionem, & testimonium gratitudinis, ex pleno cordis affectu effundam tibi hymnum laudis, & cantabo etiam per os meum, & labia mea cum tu mihi postulata concesseris, ex corde hilari, & alacri animo depromam tibi cantica gratitudinis.

4 *Pronunciabit lingua mea eloquium tuũ:*
Pronunciabo quoq; per os meum præcepta ac promissa tua, ad ędificationẽ proximorum meorum, neq; tacebo ea, ex q-bus mihi uitam sensi procedere,

* *quia omnia mandata tua ęquitas.*
pronunciabo utiq; constanter, & confitebor fidenter, qm̃ oĩa præcepta tua sunt æquissima, & iniquitas nulla est in eis.

5 *Fiat manus tua ut saluet me, quoniã mandata tua elegi.*
Fiat, sitq; dextera tua siue potẽtia tua mihi ad salutem, quoniam præcepta tua ex bono cordis affectu, & proposito elegi, ut obseruem & custodiam ea, ac proinde iustum est, ut mihi bona molienti, sed absq; te nihil ualenti, subsidio ueniat potentissima manus tua, ut quod in me nõ ualeo, in te perficiam.

6 *Concupiui salutare tuum domine, & lex tua meditatio mea est.*
Desideraui domine, & expetiui salutem tuam, & ut illa dignus fierem, posui præcepta tua meditationem, atq; exercitationem meam, ut ea intelligerem, & intellecta perficerem.

7 *Viuet anima mea, & laudabit te, & iudicia tua adiuuabunt me.*
Viuit ex munere gratiæ spiritus meus, & viuens ipse laudem placita dicet tibi. Nõ enim mortui laudabunt te Domine, sed uiuentes benedicent tibi, & tua præcepta ad uitam requirendam perducẽt me, cum obseruauero ea, quoniam qui fecerit ea, uiuet in eis, suntq; uerba tua, spiritus & uita.

8 *Erraui sicut ouis quæ perijt:*

Erraui

Leu. 18. Errauit vniuersum genus humanũ à prima illa & natiua in qua creatũ erat rectitudine, quasi ouis pdita: & errauí peculia Rom. 10. riter ēt ipse, multis modis & variis imper Ioan. 6. fectionibus, frequenter viam rectam derelinquens, tanquam ouis quæ sui pastoris oblita, per deuia aberrat:

* *quære seruum tuum, quia mandata tua non sum oblitus.*

ru require, pastor bone, me perditã ouem tuã, & quoties forsitan iniquitate dominãte errare cõtigerit, ne derelinquas me in deuijs, sed per gratiã visitationis tuæ requiras, modis tibi placitis, siue p internam visitationem, siue per externam correptionem, siue aliter quomodocunq; tibi id fuerit placitum: require (inquã) me seruum tuum, & ne deseras vnquam, qm̃ in memoria habeo, neque abijcere volo, neque transgredi vnquam sanctissima & æquissima præcepta tua.

## ANNOT. IN PSAL. CXVIII.

## PRIMVM OCTONARIVM.

VErsu 1. Beati immaculati in via. Viã istam possumus intelligere vitã præsentẽ. Donec. n. in corpore mortis huius viuimus, quasi in via sumus: qm̃ (vt Apo- 2. Cor. 5. stolus ait) donec sumus in hoc corpore, peregrinamur à Dño: neq; habemus hic Heb. 13. manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus, & terminum festinamus, videlicet vt ad Dñm præsentes efficiamur, illicque satiemur in aspectu gloriæ eius. Aut viam istam intellige legem Dei, quæ est homini à Deo tanquam via bona & recta præstituta, vt ambulet in ea, neq; declinet Psal. 5. ad dexteram vel ad sinistram. Vtroq; autem modo congrua est sententia. Beati enim sunt, qui in via hac mortalitatis positi, immaculatos se custodiunt: & beati sunt qui in lege Dñi immaculatos se seruant, absq; transgressione. Via enim nonnunquam significat conuersationem, vt in versu primo sequentis octonarii. In quo corrigit adolescentior viam suam id est vitam vel conuersationem. Et alibi, Dirige in conspectu tuo viam meam. In plurali autem numero, viæ hominis dicuntur ipsius actiones: vt versu 5. Vtinam

A dirigantur viæ meæ ad custodiendas iustificationes tuas. ¶ Versu 2. Beati q scrutantur testimonia eius, in toto corde exquirunt eum. Vbiq; hoc pene obseruat propheta. In beati hoĩs descriptione non solã ponit seruationem vel meditationem præceptorum Dei, sed adiicit quod necessarium est, et bonam voluntatem. Sic & in primo psalmo describens beatum hoĩem, non dicit solum, Qui in lege eius scrutabitur, aut meditabitur die ac nocte, sed præmittit, In lege dñi voluntas eius: ac deinde subiungit, Et in lege B eius meditabitur. Sic & hoc in loco, cum dixisset, Beati qui scrutantur testimonia eius, statim adiungit, In toto corde exquirunt eum Neq; enim solum hoc sufficit scrutari. Sunt enim qui testimonia Dei & legem eius diligenter scrutantur, ac et perscrutantur: qui tñ à proposita beatitudine sunt alieni, quia non in toto corde, non in tota voluntate exquirunt eum, cu ius scrutantur testimonia, sed seipsos magis exquirunt quemadmodũ in annotationibus psalmi primi latius diximus. Notandum est, quod sm̃ rectum ordinẽ, C pars secunda conuenientius præponeretur hoc modo, Beati qui in toto corde exquirunt eum, scrutantur testimonia eius. Prius. n. est, Deum exquirere, & desiderare vt ei placeamus; atq; hinc proficiscitur, vt ad id obtinendum diligenter scrutemur mandata ipsius, vt diligens mãdatorum perscrutatio debeat proficisci à bono erga Deũ affectu. ¶ Ver. 4. Tu mandasti mandata tua custodiri nimis. Aduerbium Nimis, quod pro Valde ex scripturarum: consuetudine ponitur indifferenter coniungi potest, siue cum præte- D rito mandasti, siue cũ infinitiuo Custodiri. Deus. n. valde mandauit, id est, districtẽ admodum sub magnis testificationibus & cõminationibus præcepit, sua mandata custodiri. Mandauit item ea valde & diligẽtissime custodiri, ita vt quisquis aliquid eorum q̃ præcepit obseruari, transgressus fuerit, illi efficiatur ad pœnam ferendum obnoxios. Posterior aũt hæc cõiunctio vr̃ literæ esse magis cõueniens. ¶ Ver. 6. Tunc non cõfundar, cum perspexero in oĩbus mandatis tuis. Attende qđ dr̃, Cũ perspexero in oĩbus mãdatis tuis.

Neq;.n.sufficit, quibusdã mandatis Dei intēdere,alijs neglectis, sed ad oĩa simul oportet attendere eũ qui ante Deum velit confusionẽ euadere,& spe salutis non frustrari. Videretur aũt aptior esse oratio si per accusatiuum diceret, Dum respexero in vel ad oĩa mandata tua:quemadmodũ vertit Hierony. ¶ Versu 8 Iustificationes tuas custodiã. Verbũ Custodiã, futuri tpis est,& indicantis modi. Est.n. Græcè φυλάξω futuri tpis indicatiui modi. Illud aũt operæ pretiũ fuerit semel admonere,pro huius psalmi vsu quotidiano, quod quoties per vniuersum hunc Psal- F mũ de futuris loquimur, tales orationes accipi debeant & intelligi,non quasi indicare velimus per eas,quid oĩno futurũ sit,aut quid certo sit nobis euēturum,sed tñ nostrum bonæ voluntatis propositũ. Exempli gratia,cum in sequentibus dr, In æternum nõ obliuiscar iustificationes tuas,& Custodiã legem tuã semper, non ita sermo iste accipiendus venit,quasi sic certò futurum pronunciemus,velut prophetantes de futuris ꝯtingentibus. Quis enim, quantumuis hodie iustus, nouit quid illi crastina dies sit adductura? Sed G propositum tñ indicamus volũtatis nostræ,& bonum desiderium, quod ēt speramus, Dei gratia assistente in effectum & impletionẽ operis sedulò nos perducturos. Sed & de ijs quæ per præteritum tps efferuntur in hoc psalmo, quisquam addubitare possit,qñ pacto intelligi debeant.Veluti cum dr, In toto corde meo exquisiui te., Iudicia tua nõ sum oblitus, A iudicijs tuis non declinaui,& id genus alia,quæ vix ab vllo hominum videntur cum veritate posse proferri. Quis.n.audeat dicere,ꝙ iudicia Dei non vnquam H fuerit oblitus? Quis nõ aliqñ declinauit à iudicijs eius. Videntur aũt hæc dici ab eo qui de peccatorum suorum remissione nihil hæsitans,testimonium habet bonæ conscientiæ,quod dimissa sint ei peccata,ꝙ proiecerit ea oĩa Deus post tergũ suum:atq; ita nec ipse vltra memor vult esse eorum: neq; sermo accipi debet ƒm eum statum in quo se iam fidelis agnoscit,post liberationem à peccato. Ab ijs autem qui non omnino bene sibi conscij sunt, cum ista proferuntur, debent E eiusmodi cũ formidine & dolore pœnitentiæ ista pronunciare,sedẽ optantes & desiderantes illã,quã per os suũ efferunt perfectio nẽ & integritatẽ,in se aliqñ inueniri,quã nunc ex testimonio non optimæ cõscientiæ sibi sentiunt deesse. Ita fiet, vt non ad mendaciũ,neq; ad vanitatẽ,neque ad hypocrisim hæc imputentur imperfectis,si ea sic in spiritu humiliato,& corde contrito pronunciauerint.

## IN II. OCTONARIVM.

VErsu 1. In quo corrigit adolescētior viã suã. Adolescentiorē,siue adolescentem,aut puerum hic vocat,eũ qui adhuc ex ignorantia vel infirmitate,à concupiscentia propria abstractus,& illectus non ad integrum Dei mandata perficit, plus æquo indulgens carnis prauæ concupiscentiæ. Qui.n.talis fuerit,ēt si ad annos octuaginta peruenerit,adolescēs aut puer meretur appellari. Vnde apud Esaiam,puer aliquis centum annorum commemoratur. Pueri aũt tales appellãtur, si nõ ætate certè moribus:quã distinctionē in libris Ethicorum posuit Aristoteles, pueros dicens ineptos auditores moralis disciplinæ,pueros.s.moribus,non ętate. De huiusmodi ergo imperfectis & cõcupiscentiæ suæ nimium indulgentibus, quæritur,quo remedio potissimum ab illa possint infirmitate curari. Mox verò in eodem versu parata subiungitur respõsio, In custodiendo sermones tuos. Neq; enim efficacius potest illi morbo adhiberi remedium. Atque ita quidem in Elucidatione explanauimus hunc versum, vt pars posterior sit prioris responsio,& velut satisfactio quęstionis. Cui expositioni satis manifestè consentit Hierony.ita legens, In quo corrigit iuuenis semitam suã,cum custodierit verba tua. Alij tñ malunt totum versum legere per interrogationem,ad hunc sensum;In quo corrigit adolescens viam suã, vt custodiat sermones tuos. Atque ita hac interrogatione dicunt significari non aliud quam difficultatem ad obseruandum pręcepta Dei: quod melius tamen quadraret, si per futurum diceretur, In quo corriget adolescentior,quàm per tempus præsens. ¶ Versu 2. Ne repellas me à mandatis tuis. Hiero-

Iacobi 1.

Esaiæ.65

Hieron.ex Hebræo,Ne errare me facias à mandatis tuis,hoc est ne errare me permittas,in quo explicatur quod habet nostra lectio, ne repellas.

## IN III. OCTONARIVM.

Esa.40.

VErsu 1 Retribue seruo tuo. Quod supra diximus in uersum tertium psa.155.de uerbo retribuere,id huic loco et deseruit rectius intelligendo,uidelicet ut intelligatur dictũ esse retribue, pro tribue,siue dona liberaliter.Ita.n.diximus,retribuere aliquando significare non amplius quã tribuere, quõ retributiones aliquando uocantur ipsa et beneficia q̃ dantur non in uicissitudinẽ aliorum præcedentium. Atq; ad hunc modũ uertit ex Hebræo Hieron. Tribue seruo tuo.Alii iuxta sñiam uertunt, Benefac seruo tuo.¶Versu 3. Incola ego sum in terra.Incola hic,pro aduena uel peregrino accipitur,Vnde Hier.Aduena ego sum in terra,Alii legunt peregrinũ, alii inquilinũ,i.incolam uel aduenã. ¶Vers. 4.Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas. Quidam ita intelligũt Concupiuit desiderare iustificationes,ut minus sit q̃ simpliciter desiderare iustificationes Qui.n concupiscit desiderare Deum,uel quæ Dei sunt, nondũ eò peruenit quò is qui iam desiderat,sieq; adiecta particula,omni tempore, commoda erit sententia talis,Quamuis pp infirmitatẽ & fragilitatẽ carnis à bono abstrahentis, non semper actuali desiderio ferri queam ad tua præcepta, concupiscit hoc tamen spiritus meus,qui promptus est ad tuum seruitium, in omni tempore queat desiderare pcepta tua.Nos tamen in Elucidatione duplicationem istã concupiuit desiderare, retulimus ad uehementiam desiderii, tanquam si diceretur

Matt. 26 Concupiscendo desiderauit, uel concupiuit desiderando. Atq; huic sententiæ conformiter uertit Felix, Confracta uel contrita est anima mea præ desiderio ergo iudicia tua,in omni tpe:hoc est sie iugiter & uehementer spiritus meus intentus est desiderio iudiciorum tuorũ, ut cõsumi uideatur atq; deficere, p nimio desiderio. ¶Versu 8 Consilium meũ iustificationes tuæ.Præcepta Dei dicuntur ui ri iusti consilium ad eum modum quo amicũ aliquẽ prudentẽ in agendis reb' appellamus omne nostrũ consiliũ,i.nostrũ consultorẽ,absq; cuius consilio nihil agimus, & cuius consiliũ semper in cunctis occurẽtibus negotiis reqrimus. Ita.n.in omnibus occurentibus negotiis sp nos decet ad diuina mandata attẽdere,& considerare,quid illa nobis consulant agendum uel non agendum.

## IN IIII. OCTONARIVM.

VErsu 1 Adhæsit pauimento anima mea Adhæsio ista animæ ad pauimentum siue ad puluerem, intelligi põt uariis modis.In Elucidatione duplicẽ indicauimus intellectũ.Priorẽ hunc, Pre humilitate ego adhęsi pauimento, iacui prostratus in terra, quõ solent ii qui suã agnoscentes miseriã, cœlestẽ deposcunt misericordiã In hac aũt sententia adhæsio indicat continuitatem humiliationis, animę aũt adhęsio,significat non tm̃ corporalẽ atq; externã fuisse humilitatem, sed et uerã & internã. Posterior intellectus hic est,Anima mea & spiritus meus terreno pulueri adhęret plus iusto,agglutinatur affectus meus terræ,tebut que terrenis prõptus ad bona spiritus, caro ĩ bono infirma,& fortis in malum, ad se sm partem aliquam inclinat & inflectit.Tu uero per tuam gratiam confirma mihi uitam in spiritu meo,ne deficiã. Põt & simpliciter ista adhæsio animæ ad pauimentum intelligi,inhabitatio aĩę in corpore,Propter colligationem namq; animę cum corpore pro statu huius uitę, rectè quasi pauimento illi adhęrere dici põt.Ex hac aũt adhesione animę, iã nobilis spiritus, cum corpore iã sordido pauimento,iam uili puluere oritur aĩę difficultas magna ad operandũ bene quẽadmodũ ipse ait Saluator, Spiritus quidem prõptus est, caro aũt infirma.Atq; ob hoc, rectè postulat qui sibi à carne fragili metuit. Viuifica me sm uerbum tuum. Iterũ ista adhęsio animę ad pauimentũ,intelligi potest prostratio,ut conquerendo dicat uir boni desiderii, uexatione se iã quasi prostratũ in terrã & uelut iacẽtẽ in puluere,& quãtũ in se se desperantem desuperandis tantis malis,

pp quod ad Deũ leuans oculos,petit ui-E
nificari ab eo q semper manet inuictus
imo sp inuincibilis. ¶ Ver. 2. Vias meas
enunciaui,& exaudisti me. Hic iã in se fa
tentur impletum,qđ in Psalmo alio ian
quã consiliarius bonus bene monet di-
cẽs, Reuela dño uiã tuã & spera eo &
Ps.36 ipse faciet.Id nunc se expertum in semet
ipso confitet,dicens domino,Vias meas
enunciaui,& exaudisti me.Pro Enuncia-
ui aũt B.Hieronym' legit Exposui. ¶ Ver.
3.Viã iustificationum tuarũ instrue me.
Pro instrue,Hiero.uertit,Fac me intelli
gere.Psalterium Romanũ habet, insinua F
mihi. ¶ Ver.4.Dormitauit aĩa mea præ tę
dio, cõfirma me in uerbis tuis. Sicut
corpus aliqñ deficere & collabi incipit,
ita ut pedes ipsum corpus non rectẽ fer
re ualeãt,neq; debite incedere, cui debili
tato nõ ẽ medicina pſentior, quã panis
cõfirmans cor hominis,& uires reparãs
Ps.103. ita cum aliqñ cotingit flaccescere, ac
uelut senescere spiritus internum robur,
Heb.4. præsentius remedium adferri nõ potest,
quã sermo Dei ille uiuus,& efficax,ĩ quo
Deut.8. ut procedente ex ore Dei, fm spiritum
fœlicissime uiuit,& nutritiť homo.Verba G
aũt ista Dei accipimus,& quę exterius lo
Matt.4. quitur in scripturis sanctis, & quæ,
interius in nobisipsis per suam inspira-
tionẽ dulciter infundit. Illud tñ,in ver-
bis tuis põt accipi in aliã sententiam,vt
ualeat fm,aut iuxta uerba tua,in quã sen
tentiã uertit Hierony.Setua me iuxta e-
loquium tuũ.Similiter & Felix,.Confir-
ma me iuxta uerbũ tuum. ¶ Vers. 5.Et
de lege tua miserere mei. Noue hoc dictũ
est, Miserere mei de lege tua,in hũc sen
sum,Miserere mei quãtũ ad legẽ tuã,vel
per legẽ tuã,hoc est,sic mei miserere, ut H
ex tua misericordia mihi illa possit con
tingere,ut illa, & illius intellectum atq;
obseruationẽ mihi ex tua misericordia
acquirã In q̃ sẽtẽtiã aliquãtulũ à litera
Hebraica abscendẽs Hieronymus vertit
Legem tuã dona mihi,cum ad uerbũ ex
Hebræo legendũ sit,Lege tua,uel de lege
tua miserere mei,aut gratiosus esto mihi
Verti ẽt posset,Lege tua,gratiose dignare
me. ¶ Ver. 8. Viam mandatorum tuorum
cucurri,cum dilatasti cor meum.Interdũ
iusti uiã mandatorum Dei currũt inter
dũ eũt ac uadunt, interdũ uix serpunt ac
repunt. Currunt qdẽ,dũ in magna ala
critate,corde in spiritus sancti gratia di-
latato,q̃ Dei sunt facillimẽ & libẽtissimẽ
pficiunt.De his currentibus,ẽt apud Esa-
iam scribit,in hæc uerba, Qui autẽ spe- Esa.40.
rant in domino,mutabunt fortitudinem
assument pennas sicut aquilæ,current,&
nõ laborabunt.De ambulantibus aũt in
uia mandatorũ,in alio psalmo legimus Ps. 125.
Euntes ibant,& flebãt mittentes semina
sua.Et iterum,Benedictionẽ dabit legis- Ps.84.
lator,ibunt de uirtute in uirtutẽ, videbit
Deus deorum in Siõ.Nonnũnquam ue-
ro serpere tñ uident aut repere,qñ ad tẽ
pus præsentia confortãtis & accedentis
gratiæ spũalis destituti, sibimet ipsis reli
cti ægrẽ admodum & multa difficultate
q̃ Dei sunt peragunt.Qui uero in uia mã
datorum Dei nullo horum mandatorũ
pgrediuntur,ut neq; currãt,neq; ambu
lent,neq; uel repãt,sed pertæsi laboris de
clinãt ab ea,uel retrogrediunť, in mo-
rẽ cancri,ad ea quę semel reliquerunt ua
na seculi desideria,aut pristinas concupi
scentias carnis corde reuertentes,ii à via
Dei in uias diaboli,mundi,& carnis de-
flectunt,quod à iustis omnibus debet ab
esse.Nemo tñ cõturbari debet,si nõ semp
uia se uideat posse pcurrere. Nã currere
uiã,nõ dať,nisi eũ à Deo cor ĩ nobis dila
tatur,quæ sanẽ cordis dilatatio nõ est in
hac uia cõstitutis certa hereditas,sed Dei
est singularis uisitatio, qua dignatur ip-
se hominem qñ & quantum uoluerit. Si
currere tibi nõ datur,solicitus esto quo
modo uel ambules,si nec ambulare suffi
cis,ut minimũ repas:tñ nę declina à via
recta,uiam mandatorum Dei non dese-
ras,quantumuis etiam paululum tibi ꝓ-
mouere uidearis, quantacunque tibi in
ambulando,siue repeendo oboriatur dif
ficultas.Ita commutatis uicibus,nũc cur
rendo,nunc ambulando,nunc rependo,
tandem ad optatum pertingemus nr̃i cur
sus terminũ,ad beatã Dei nostri uisionẽ
ubi corde semper dilatissimo, non iam
repemus ultra non ambulauimus, non
curremus,imò non uolabimus, sed per-
petuo in aspectu gloriæ eius, in ppetuis
æternitatibus requiescemus, in domino
Deo nostro.

## IN V. OCTONARIVM.

VEr. 1. Legem pone mihi dñe uiam
iustificationum tuarum. Nota ꝙ in
Psalmis ubicunque inuenies Legem po
ne, In Græco unica dictio est νομοθέτησον
quę secundum rõnem suæ compositio-
nis significauit legem pone, in Hebræo
aũt ponitur imperatiuum uerbi orach,
quod significat docere, instruere, aut ostẽ
dere quo pceptor ostẽdit discipulo. Vñ
ubicunq; nos habeamus iuxta uulgatã le
ctionẽ Legẽ ponere, beatus Hieronym⁹
Psal. 24. ex Hebræo uertit docere, uel ostendere.
Vt in psal. 24 Legem dabit delinquenti- B
bus in uia Hieronymus uertit, Docebit.
peccatores in uia, Et in eodem psalmo,
Psal. 26. Legẽ statuit ei in uia quam elegit. Hier.
uertit, Docebit eũ, &c. Iterum ps. 26. Le-
gem pone mihi domine in uia tua, uer-
tit ille ostende mihi Domine uiam tuã.
Ita & in proposito, loco huius, Legẽ po
ne mihi Dñe uiam iustificationũ tuarũ,
uertit ille, Ostende mihi Domine uiã p-
ceptorum. Vnde nõ põt facilius exponi
legem ponere, q̃ pro docere uel instruere C
Qđ ergo hic dr̃ legẽ pone mihi domine
uiã iustificationum tuarum, tantundem
ualet acsi dicas. Viã iustificationum tua-
rum doce me, uel ostende mihi ut le-
gem ponere idẽ sit qđ pro lege ponere
& tãquã legem ostendere. Ex quo dein-
de fit manifestum, relatiuum, eam referre
nõ legẽ, sed uiã, id qđ in Græco atq; He
bræo euidẽter cognoscitur, tametsi in La
tino indifferẽs uideat. ¶ Vers. 3. Deduc
me in semita mãdatorũ tuorũ, Quidã p
accusatiuũ legũt, in semitã, sed melius p
ablatiuũ legit, in semitã, qũo habẽt corre D
ctiora exẽplaria Gallicani psalterii, cui
etiam consonat Græca lectio, ὁδήγησόν
με ἐν τῇ τρίβῳ &c. id est, Deduc me, uel
Dux esto mihi in uia, uel per uiã mãda
torum tuorum. Atq; ita ẽt per ablatiuum
legit Hierony. Nõ habet tñ incõmodam
sententiam, si per accusatiuũ legatur, in
semitam. A Deo namq; postulare debe-
mus, ut in semitam mandatorum suorũ
nos inducat, & constituat in ea pedes no
stros, utq; nos in uiã inductos, in uia ẽt
deducat, seq; ducẽ præbeat in uia iã am-
bulantibus ¶ Ver. 5. Auerte oculos meos

A ne uideant uanitatem. Quomodo hic po
stulat auerti sibi oculos ne uanitatẽ ui-
deat, cum oĩa quæ sunt sub sole (iuxta sa
pientis Ecclesiastici uerbum uanitas sint
& uanitas uanitatum? An etiã sibi petit
oculos, an sibi donari cæcitatem, ut om-
nino nihil eorũ quę sunt sub sole uideat?
Ita profectò qui ad perfectionem aspirat
ut facit qui in hoc psalmo loquitur, peni
tus auerti sibi postulat oculos, ne oẽ qđ
uanitas est, uideat, non quidem ut simpli
citer non cernat oculis carnis, sed ne sic
uideat, ut inordinato, aliquo amore illis
turpiter adhæreat. Est. n. quo ddã uidere
B male concupiscendo, quemadmodũ sal-
uator ait in Euangelio, Qui uiderit mu-
lierem ad concupiscendum eã, mœcha-
tus est iã in corde suo. Sic qui rẽ pximi
uidet ad cõcupiscẽdũ, delinquit in eoqđ
uiderit uanitatẽ Ita qui rẽ quãcunq; tpa-
lem, caducã & transitoriam uidet, ad illi
inordinato amore adhęrendum, delinqt
in eo, ut merito postulare debeat homo,
auerti sibi oculos ab omni creatura quæ
uanitas est, multo uerò magis ab omni
C impietate, q̃ minus q̃ uanitas est, nẽpè in
sania & nihilũ, ne horũ quicq̃ male ui-
deat. Qđ aũt de oculis postulat, idẽ & de
membris aliis est intelligendũ. Sub uno
.n. sensu quo magis solet homo pericli-
tari, cõprehendit & cæteros. Sicut n. per
unũ quenque exteriorũ sensuũ ad aĩam
intus põt mors ĩgredi, iuxta illud, Mors
intrauit p fenestras nostras, ita necessa-
riũ est p singulis orare dñm, ut claudant
Hiere. 9. ab eo, & auertant à noxiis. Auertit autem
Deus oculos ne uideãt uanitatẽ, similiter
aures, ne uanitatẽ audiãt, non quidẽ pro
D hibẽdo ne obiectum uisui oblatum non
naturaliter pcipiat ab oculo, aut sonus
uocis oblatus auribus non percipiat ab
auditu, sed p grãm suã ipsum uidentẽ uel
audientem præseruãdo, ut ex uisis uel au
ditis in cõsensum uel amorẽ prauum cõ
ueniat. Atq; ob hoc, ubi postulasset auer
ti oculos sibi ne uideret uanitatẽ, absq;
mora subiungere uoluit, In uia tua uiui-
fica me. ¶ Ver. 7. Amputa opprobriũ meũ
qđ suspicatus sum. Clarius & sniæ in Elu
cidatione explanatæ cõuenieñtius legit
Hie. Auerte opprobriũ meũ qđ uereri' sũ
Et Felix. Fac transire opprobrium meum

qđ timui. Significat opprobriũ nõ tẽpo E tale sed magis spirituale Opprobriũ. n. verum hõ iustus reputat uenire in cõsen sum peccati, ab hoste tentante superari, mortis reum & gehennæ filium cõstitui super oĩa aũt, ab optimo patre Deo se elõ gari atque reprobari. Et hoc est opprobriũ verum qđ metuit iustus, qđq; à se amputari, à se auerti, & longe à se fieri precat, de quo ẽt in Octonario tertio
Psal. 167 orabat, dicẽs, Aufer à me opprobrium & cõtemptũ, qa testimonia tua exquisiui. Cæterũ opprobriũ hoĩum qui perfectio ni intendit, nõ admodum metuit, imò ĩ- F properium expectat cor eorũ & miseriã, dum parat os se offerunt ad perferenda ꝓ iustitiæ amore quæuis opprobria, quẽ
Actu. 5. admodum de Apostolis legimus, ꝙ ibãt gaudentes à cõspectu concilii, qm̃ digni
Rom. 5. habiti fuerant ꝓ nomine Iesu contume liã pati. Et Paulus gloriari se dicebat in tribulationibus. Atq; alibi Iacobus fra-
Iacob. 1. tres monet, debere eos oẽ gaudiũ existi mare, cũ in varias incidissent tẽtationes.

## IN VI. OCTONARIVM.

VErsu 2. Et respondebo exprobranti- G bus mihi verbũ, Exprobantes ĩ Elucidatione spiritualiter sumus interptati aduersarios, nobis indigna & turpia ꝓponentes. Quõ. n. grauiter exprobat nobili principi, qui illi proponit uile scortũ, suadens accipere illud in coniugẽ, ita verè exprobrãt nobis aduersarii nñi, dæmon caro, mundus, cum nobis ꝓponũt impietatẽ & carnalia desideria. Quid. n. sordidius, quid vilius possit proponi rõnali animæ, tã nobili creaturæ, de excelso cœlo prognatæ, q ut sese subdat rebꝫ transitoriis & momentaneis, aut cõcupi H scentię seruiat, ipse tã nobilis Dei ꝓgago vilissimæ meretriculæ? Huiusmodi er go exprobrantibus respõdere põt verbũ qui sperat in verbis Dñi, quõ Saluator
Matt. 4. noster Christus dñs, ad eruditionem nostrã exprobanti sibi maligno spiritui, & indigna proponenti, nempe q̃ carnis & sæculi erant, respondit verbũ efficax, dicẽs, Vade Satana. Nõ in solo pane uiuit hõ, & alia quæ Matthæus & Lucas pul-
Lucę 4. chrè describunt. Poterit ẽt exprobratio ista aliter intelligi, secundũ id qđ ĩ alio

Psalmo dr̃. Fuerunt mihi lachrymæ meę panes die ac nocte, dum dr̃ mi hi quotidie, ubi est Deus tuus? Et iterum, Dum cõ Psal. 41.
friguntur ossa mea, exprobauerunt mihi qui tribulant me inimici mei, dũ dicũt mihi per singulos dies, ubi est Deus tuus? ❡ Ver. 5. Et ambulabã in latitudine quia mãdata tua exquisiui. Profectò ver bum verum est in latitudine ambulare eos qui mãdata Dei exquirunt. Est. n. (ut 1. Ti. 2
in alio Octonario dr̃) mandatum Dei latum nimis, & in cõscientiæ magna liber tate atq; iucunditate ambulant, quicunq; in Dei seruitute præceptis eius incumbunt. Impii verò, qui obediunt concupiscentiis prauæ carnis suæ, qui captiui te nentur diaboli laqueis, ducuntur siue agunt ad eius voluntatẽ, ipsi sunt qui ambulant in angustia & arctitudine, iuxta qđ in alio Psal scribit. Cõtritio, & infeli Psal. 13
citas in viis impiorũ. Et in psona reꝓborum dr̃ in li. Sapientiæ, Lassati sumus in via iniquitatis, ambulauimus vias dif Sapie. 5
ficiles. Qđ aũt Saluator in Euangelio dicit angustã esse portã, & arctã uiã quę du Matth. 7
cit ad vitã, cõtra verò latã esse & spacio sã uiã atq; portã per quã intrat in perditionẽ, ob hoc dr̃, quia perpauci sunt q Lucæ. 13
uiã vitæ perambulant, & per portã uitæ ingrediunt, plurimi verò vias mortis percurrunt & ingrediunt portas damnationis. Quòd si uia vitæ angusta pp difficultatẽ dicatur, intelligi debet illa difficultas ex parte malitię carnis. Gratia verò spiritus sancti angustiã aufert & viã dilatat, atq; amœnã reddit, quæ carni vr̃ horrida. ❡ Versu vltimo, Et leuaui manus meas ad mandata tua, quę dilexi. Postquã in prioribus versibus dixerat, Loquebar de testimonijs tuis in conspectu regum, ac deinde, Et meditabar in mãdatis tuis, ad cõplementũ perfectionis adiicere curauit hoc nouissimum, Et leuaui manus meas ad mãdata tua, q̃ dilexi. Inueniunt enim nonnulli, forsitã & nõ pauci, qui de testimonijs Domini nunquã se. ẽ nõ loquunt etiam corã regibus & populis, & non confunduntur, imò hoc ipso sibi gloriã aucupantur, non raiò & auaritiæ quæstum, itẽ & meditantur subinde in mãdatis Domini, quomodo illa eloquãtur, sed vsque ad nouissimum hoc non perue-

perueniunt, vt manus leuent ad mandata, quę dilexerunt ad pdicandū, aliisq; pponeudū. Attā nisi & hoc adsit præcedētibus, nō est perfecta Christiani hoīs gloria. Non.n. in sermone (vt Apostolus ait) est regnū Dei, sed in virtute. Leuare autē manus ad mandata Dei, vel simpliciter accipe, pro extendere manus, & opere pficere, vel si velis, peculiarem accipe emphasim in eo φ non simpliciter dicit, Extendi manus meas, sed leuaui. Qui.n manus leuat, cum conatu aliquo, ad id qđ modo quodam supra ipsum est, manus porrigit in altum. Atq; ita mandata Dei quia modo quodam supra hominē sunt, ita vt ab homine ob earū gratitudinē siue difficultate nequeant impleri, rectè dum ad impletionem mandatorum conamur, quasi leuare manus ad mandata dicimur.

## IN VII. OCTONARIVM.

VErsu 1. Memor esto verbi tui, seruo tuo Clarior fiet oratio, si p datiuo illo seruo tuo, ponat accusatiuus cū præpositione conuenienti, hoc mō, Memor esto verbi tui erga seruum tuum, vt filli impleas verbum tuum. Vel sic intellige. Memor esto verbi tui, ad seruum tuum, id est quod loquutus es seruo tuo, interna f. loquutione, vel ēt in scripturis sanctis de auxilio & consolatione gratiæ tuæ. ¶ Versu 2. Hæc me consolata est in humilitate mea Humilitas (vt frequēter alias) pro afflictione accipit. Vnde ex Hebræo vertunt Hieron. & Felix, Hæc est consolatio mea in afflictione mea. ¶ Ver. 4. Memor fui iudiciorū tuorum à sæculo dñe. Quanq; in hoc Psal. frequenter admodū iudicia accipimus pro præceptis, hoc tñ in loco, pp additionē illius partis, à sæculo, magis conueniens vr intelligere de iudiciis illis quæ à sæculo Deus exercuit, in bonorum saluatione, & condemnatione prauorum. ¶ Versu 5. Defectio tenuit me. Pro defectione in Græco est ἀθυμία quod significat defectionē cordis, vel destitutionem animi, quemadmodum habet Romanum Psalterium, Defectio animi tenuit me, &c. Ex Hebræo aūt Hieronymus legit, Horror obtinuit me. Similiter Felix, Horror vel timor vel conbustio apprehendit me; ab impiis, & c.i. pro impiis, vel pp impios. In versu aūt sequenti, vbi nos habemus, Cātabiles mihi erāt iustificationes tuæ, Hierony. vertit, Carmina erant mihi præcepta tua, & Felix, Cantica mihi erant statuta tua. ¶ Versu 8. Hæc facta est mihi. Hæc referre potest siue demonstrare legem, ipsa lex facta est mihi, contigit mihi, sum ego assequutus illam, quia iustificationes tuas exquisiui, illis.n. contigit assequi legem Dei, qui in toto corde præcepta eius exquirunt. Vel pōt referre siue demonstrare ipsam memoriam siue recordationē noīs Dñi per noctem, de qua fit sermo in versu præcedenti. Nā & hæc ex eo homini contigit, φ solicitus est in toto corde adimplere mandata. Beatus Hierony. vertit per genus neutrum, dicens, Hoc factū est mihi, id est, φ memor fui nocte, & φ custodiui legem Dei. Atq; ita etiam potest accipi in lectione vulgata genus fœmininum pro neutro, hæc scilicet pro hoc, quemadmodum alibi. Vnam petii à domino, loco huius, Vnum petii à domino. Isai. 26.

## IN VIII. OCTONARIVM.

VErsu 1. Portio mea dñe, dixi, custodire legē tuā. Potest hoc per optantis siue deprecantis modū legi, ad hunc sensum, Portio mea, ò dñe, hęc sit, vt custodire valeam legem tuam, tu hoc mihi in partem meam dona, vt custodiam illam, vnam hanc peto à te dñe, hanc requiro, vt in tua semper obedientia permaneam hæc est portio quam abs te in hac vita postulo. Vel per modum indicandi, vt significet bonum cordis propositum, ad hunc sensum, Ego dixi, ò domine portio mea hæc est, vel erit, hoc in portionem vel partē meā reputo, custodire legē tuā. Habeant alii alias partes, hæc vna est, quā ego elegi, & in qua est mihi beneplacitum. ¶ Versu 5. Funes peccatorum circūplexi sunt me. Peccatorū in tertia declinatione accipiendū est, non in secunda, id quod tam ex Græco q̃ ex Hebræo est euidens. Nā in Hebræo est dictio reschaim in Græco ἁμαρτωλῶν quorum vtrunque significat peccatores vel impios. Dicit aūt funes impiorum, ipse congregationes societates & colligationes eorum

Vnde ex Hebræo ꝓ funibus peccatorũ, quidã societates vel congregationes impiorũ legunt. ¶ Ver. 6. Media nocte surgebã ad cõfitendũ tibi præter intelligentiã in Elucidatione positã, põt versus iste. ſm misticũ sensum, ẽt ad hunc modum intelligi. In medijs tribulationibus atque aduersitatibus, non destiti à laude tua, & gratiarũ actione, sed exurgebã constanti & forti aĩo, non fractus neq; deiectus aduersis, ad confitendũ tibi sup æquissimis iudicijs tuis. ¶ Ver. vltimo, Misericordia Dñi plena est terra, Quod terra plena dr̃ esse misericordia dñi põt ad vniuersitatẽ creaturæ corporalis referri. Vbiq; enim terrarũ atq; locorum relucet Dei immensa bonitas atq; latissima misericordia, ẽt ĩ illis creaturis q̃ rationis sunt expertes, vel ad ipsos terræ inhabitatores, creaturas rationales, qbus in omni loco prompta est Dei misericordia, vbicunq; terrarum siue locorum fuerint inuocata.

## IN IX. OCTONARIVM.

Versu 2. Bonitatẽ & disciplinã & sciẽtiã doce me. In Græco est. χρηστότητα primo loco, ꝙ significat benignitatẽ vel suauitatẽ: pp qđ bonitatẽ istã interpretati sumus affectũ benignum & suauẽ, erga Deũ & proximũ quod iustum esse decet. Simpliciter tñ bonitas pro bono põt accipi, vt sit sensus, Doce me bonũ. ¶ Ver. 7 Bonum mihi, quia humiliasti me. Humiliatio ista, significat afflictionem, Valde. n. vtile est sanctis subinde à Deo humiliari, & aduersis casibus quasi disciplina paterna corripi, quẽadmodum pulchrè & prolixè declarat Apostolus, c. 11. Epist. ad Hebræos, adeò vt dicat adulterinos ac nothos & non filios esse eos, qui extra disciplinam sunt. Huic autem expositioni consonat apertè versio Hieronymi Bonum mihi, quia afflictus sum.

## IN X. OCTONARIVM.

Versu 1. Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerũt me. Manus Dei intelligemetaphoricè: si velis, admodũ artificis opus suũ faciẽtis manibus: vel interpretare potẽtiã, sapientiã, & bonitatẽ, quæ ẽt digiti aliqñ appellanť, quemadmodũ diximus in Annotationibus Psalmi octaui, E in versum illũ. Videbo cœlos tuos, opera digitorũ tuorũ. Inter duo aũt illa verba fecerunt & plasmauerunt, talis põt assignari distinctio vt prius ad aĩæ creationẽ, posterius ad corporis formationẽ referať, quemadmodũ in Elucidatione indicauimus. Vnde ſm aĩam, quę penitus de nouo creať, potius Deus facit hoĩem vel creat, quã plasmat. Secundũ corpus verò quod de limo à Deo formatur, non de nihilo creatur, rectius dixerimus Deũ plasmare quã facere hoĩem. Nã plasmare significat fingere siue formare, ad eũ modum quo F figulus de luto fingit opus. Pulchrè aũtẽ volẽs postulare Dei instructionẽ, præmittit opus illius se esse, vt quasi debitã sibi significet exauditionẽ: iustũ. n. est, vt opifex suũ opus quod formauit exornet ornatu congruo, atq; custodiat. ¶ Versu 2. Qui timent te, videbunt me, & lætabunť. Lucæ. 15
Põt hoc intelligi tã de angelis, quã de hoĩbus iustis. Nã angeli sicut gaudent super vno peccatore agẽte pœnitentiã, ita proculdubio gaudent in bono & salute iustorum: hoĩes quoq; iusti de proximorũ bono gaudẽt pp charitatẽ, quæ facit G bonũ vnius esse alterius, atq; oĩa cõia q̃ ad salutẽ spectant: quæ non æmulatur, nõ inuidet, non gaudet super iniquitate (vt Apost. ait) sed congaudet veritati, gaudere ẽt facit cũ gaudentibus. ¶ Ver. 4 Fiat misericordia tua vt consoletur me. Clarius 1. Cor. 13
ita dici põt, Sit misericordia tua mihi ad Rom. 12.
consolationem, accipiam meã cõsolationem ex tua misericordia, tua misericordia mihi consolationem præster. In quã sententiã legit Felix, Sit obsecro misericordia tua ad consolandum me, vel, Sit nunc misericordia tua vt consoletur me; H Hiero. Sit obsecro misericordia tua in consolatione mea. In secunda aũt parte, cum dr̃, Secundum eloquium tuum seruo tuo: subaudiri oportet quod loquutus es, ad hunc sensum, Secundum verbũ tuum quod loquutus es seruo tuo: quod paucis clarius expressit Hieronymus. Sicut loquutus est seruo tuo. ¶ Versu 7. Conuertantur mihi timentes te Conuertantur mihi, positum est, pro conuertantur ad me, quomodo habet Psalterium Romanum, & Hieronymus, Reuertantur ad me.

IN

## IN XI. OCTONARIVM.

VErsu 2. Defecerunt oculi mei in eloquiū tuū, dicentes, qn̄ consolaberis me? Nouo mō hic dr̄ oculi dicentes, cum oculi nihil loqui possint aut dicere, sed hæc est accipienda snīa, Defecerunt oculi mei in eloquiū tuū, me dicēte, qn̄, &c. Vel sic, dixitq; qn̄, &c. ¶ Ver. 4. Quot sūt dies serui tui, qn̄ facies de persequentibus me iudiciū? Hic versus pōt accipi vt vnicā cōtinens interrogationē, in hunc sensum, Quot dies sunt, qbus expectare debebit seruus tuus antequā facies iudiciū, &c vel sic, Quantum tps expectare debet seruus tuus, priusquā facies ei iudiciū cōtra psequentes? Atq; ita dies serui dn̄i, dies expectationis ante liberationē. Pōt verò totus versus æque ɔueniēter diuidi in duas partes, in hunc modū, Quot sunt dies serui tui, qbus. s. in ista permanēbit afflictione, desolatione, & expectatione & Qn̄ facies de persequētibus me iudiciū. ¶ Ver. 6. Oīa mandata tua veritas. Veritas sunt
Ps. 110. mādata Dei, id est, vera & maximè iusta: quō alibi Ps. 110. dr̄, opus Dei esse cōfessio & magnificentia, id est, cōfitendū & magnificū: atq; iterū, Opera manuū eius dn̄i esse veritas & iudiciū, id est, vera & iusta. In sequenti aūt versu, Paulominus cōsummauerunt, idē valet q, ferè cōsumpserunt vel ferè ad nihilum redegerunt.

## IN XII. OCTONARIVM.

Ps. 118. VErsu 1. In æternum dn̄e, verbum tuū permanet in cœlo. Potest intelligi hoc, vel de ipsis cælestibus corporibus, de quibus in alio loco dr̄, Statuit ea in sæculū & in sæculum sæculi, præceptū posuit, & non præteribit. Legē. n. sibi à Deo præscriptā ab initio, obseruatione inuiolabili custodiunt. Vel de angelis, qui in cęlo sp Dei voluntatem absq; transgressione custodiunt: pp quod, noster nos Saluator ita docuit orare, ac dicere, Fiat vo-
Matt. 6 luntas tua, sicut in cœlo, & in terra. Primæ intelligentię satis facit lectio Hebraica, in versu tertio. Nā in loco eius q nos habemus, Ordinatione tua perseuerat dies in Hebræo est, Iudicijs tuis permanserunt vel stete runt hodie, hoc est, permāserunt & perstant vsq; hodie tuis ordinationibus, vt indicetur, cœlos, Dei veritatē & terrā, Diuina ordinatione perstitisse ab initio. ¶ Versu 4. Nisi q lex tua meditatio mea est. Clarius absq; quod offeretur, hoc modo, Nisi lex tua fuisset meditatio mea, tunc fortè perijssem in humilitate mea. Quemadmodum id quod in alio Psalmo dr̄, nisi qnia dn̄s adiuuit me, paulominus habitasset in inferno aīa mea: clarius sic diceretur. Nisi dominus adiuuisset me, &c. Similiter & illud quod in Psalmo 123. Nisi quia dn̄s erat in nobis cum exurgerent hoīes in nos fortè vi uos deglutissent nos. Quantum verò ad sententiam huius versus, diligenter nota optimam esse cōsolationem in aduersis, meditationem Diuinę legis: cui quisquis assueuerit, nihil adeò potest aduenire durum siue toleratu difficile, q non sic theologicè philosophando æquanimiter ferat. Humilitas aūt hoc in loco quomodo aliàs admodum frequenter, pro afflictione sumitur. Vnde Hieronymus vertit, Fortè perijssem in pressura mea, & Felix in afflictione mea. ¶ Versu vltimo, Oīs cōsummationis vidi finē, latum mandatum tuum nimis. Hūc versum in Elucidatio ne nos sumus interpretati fm connexionem partis posterioris cū priore ad hunc modum. Vidi finē oīs consummationis, nempe mandatū tuū latū nimis, vel qui finis est mandatū tuū, &c. Potest iū & intelligi, fm diuisionē partium, ad hunc sensum, Omnis consummationis, oīs rei finitæ & consummatæ siue creatæ vidi finem, sed tuum mandatum est nimis latum, finem eius nequeo comprehendere. Atq; ita consummatio accipietur pro ipsa re consummata vel pro recte ata. Quidam intelligunt infinitiuum verbi substantiui, ad hunc modum, Omnis consummationis vidi esse finem.

Psal. 93.

Ps. 123

## IN XIII. OCTONARIVM.

VErsu 1. Qūo dilexi legē tuā dn̄e, hoc est, quantum dilexi, siue quā dilexi vt habet Hieronymus: Explicat homo iustus nimiū vehemens suum desideriū, ad obseruationem diuinæ legis. ¶ Versu 2. Super inimicos meos prudentē me fecisti mandato tuo. Istud mandato tuo, est casus ablatiui. Est enim sensus, Feci

sti me prudentē mandato tuo, subaudien E do in hoc est, instruxisti me mādato tuo, vel docuisti me mādatū tuū. In Græco ē p accusatiuū ἐσόφισας με τὴν ἐντολήν σου, hoc est, Sapientē me fecisti in māda to tuo, vel docuisti me mandatū tuū. Hie rony legit, Instruxisti me mandato tuo. Posset tñ accusatiuus ille resolui p præpositionē per, ad hunc sensum Fecisti me, super oēs inimicos prudentē, per mandatum tuū, quēadmodū in hoc codē Octonario versum vltimum exponit Elucidatio. A mandatis tuis intellexi. Neq; huic intelligentiæ vllo pacto lectio Hebraica F repugnat. Secundā aūt partem, Quia in æternum mihi est, Hieronymus cōplet, adiiciendo supposituū, Quia in sempiternum hoc est mihi. ¶ Versu 6. Quia tu legem posuisti mihi, In Elucidatione duplicē indicauimus intelligentiā. Priorē sumendo ponere legē, vt apud Latinos verba sonant, pro constituere legē, posteriorē accipiendo ponere legē pro docere vel erudire, quemadmodum diximus in versum primū 5. Octonarii, Legē pone mihi dñe viā iustificationū tuarum Atq; huic magis consonat, quod ex Hebræo G vertit Hieronymus, Quia tu illuminasti me; & Felix, Quia tu docuisti me.

## IN XIIII. OCTONARIVM.

Versu 2 Iuraui & statui custodiri iudicia iustitię tuæ. Significat hoc versu firmatio iusti sm propositū bonum, in seruitute Dei & obseruatione mādatorū eius Firmū. n. illud decretū quo proponit hō, nullo obstante impedimento, in Dei mandatis permanere, quoddam iurare est, quēadmodum in alio Psalmo dr̄, H Psal. 88. Iurauit dñs Dauid veritatē, cum tñ de iuramento expresso nihil alicubi legamus, sed firmum decretum & promissum appellat iuramentum. Vnde pōt coniunctio & accipi vt expositoria, vt quod sequitur, statim exponat quid velit quod antecedit, iuraui. ¶ Versu 4. Voluntaria oris mei beneplacita fac dñe Fac beneplacita, id est, cōplaceant tibi, sint tibi iucunda, quemadmodum alibi dr̄, Iucundū sit ei eloquium meum. Voluntaria autē Ps. 103. oris, vocat laudes spontaneas, & sacrificia laudis ex corde grato deprompta, quēadmodum in alio Psalmo dr̄. Voluntarie sacrificabo tibi, & cōfitebor nomini tuo Psal. 63. dñe. Et rursum: Ex voluntate mea confitebor illi. hæc ergo oblationea ex bono cor Psal. 27. de gratitudinis cantica, vocat oris voluntaria. Signanter aūt oris voluntaria petit Psal. 42. fieri beneplacita qm̄ illa potissimū Deo nouit esse accepta, quēadmodum in alio Psal. 15. Psalmo dr̄. Immola Deo sacrificiū laudis, & redde altissimo vota tua. At iterum, Psal. 50. Sacrificiū laudis honorificabit me. Bonorū aūt nostrorū qa Deus non indiget, & holocaustis non delectat, idcirco de volūtariis oris potiusquā de voluntariis manus postulat. Apost. aūt. Paulus ista oris volūtaria, in epistola quā scripsit Hebręis Heb. 13. appellat fructū labiorū cōfitentiū nomini dñi. Apud prophetā verò & vituli ap- Osee. 14. pellant labiorum dicentē dño, Oēm aufer impietatē, & oē accipe bonum, & vitulos labiorum nostrorum sacrificabimus. ¶ Versu 5 Aīa mea in manibus meis sp. Per aīam habere in manibus, Elucidatio intelligit aīam diligenter custodire, ne perdat, aut ne furto auferat. Nihil. n. certius custodimus, quā quod in manus tenemus conclusum. Pōt aliter exponi, in hunc sensum, Aīa mea iugiter versat in periculis. Ponere. n. aīam in manibus, est periculo & discrimini vitā exponere. Nā quod in manu quis tenet, facilè eo priuatur, si fortior superueniat, q illud de manu extorqueat. Sic in libro Iudicū loquit Iepte, corā filiis Ephraim, Posui (inquiēs) Iudi. 12. animā meā in manibus meis, trāsiuique ad filios Ammon, & tradidit illos dñs in manibus meis. Cui sententiæ apertè consentit q habet Paraphrasis Chaldaica. In periclitatione fuit anima mea, ac si fuisset in extremitate manus semper. Aut significatur versari in afflictionibus & continua miseria, quemadmodum sanctus Iob ait. Quare lacero carnes meas dentibus meis & porto animā meam in manibus Iob. 13. meis? Etiā si occiderit me, in ipso sperabo, quibus verbis proculdubio suā designat afflictionē. Atq; ita in proposito cō mode posset intelligi, Ago quidem ego Rom. 8. nūc iugiter in periculis & afflictionibus malis, attamen legem tuam non transgredior, non me pericula non afflictiones

à tua

à tua lege poterũt diuellere: quemadmo A dũ insignis ille dicebat Apostolus, Certus, quia, neq; mors, neq; uita, &c. separare nos poterit à charitate Dei. Iterũ, Animam meã derelinqui i manibus meis, significare pōt quasi aïæ meæ destitutionẽ, & derelictionẽ à Dei auxilio. Quasi nanq; in manibus meis, relinquitur anima mea, qñ diuinum ei vr subtractũ vel elongatum adiutorium Ac ſm hūc sensum, indicat homo iustus, et tunc cum à Deo uidet utcunq; destitutus & sibi derelictus, nolle se Dei mandata relinquere aut trasgredi. Rursum, in hoc uersu in B telligi pōt libertas humani arbitrii, ad hunc sensum, Semper quidem aïa mea in manibus meis, semper i potestate mea est aïa mea, tu libertatem mihi donasti, ut agere possim qđ uoluero, siue bonũ siue malum, aïam meam possum si uolo proiicere, perdere, ac in manus hostium tradere. Attamen legem tuam non sum oblitus, hac libertate abuti non uolui in aïæ perniciem, ut malum operando eã perderem. ¶ Ver. 7. Hæreditate acquisiui testimonia tua in æternũ. Qđ in Latino hr p duas lectiones, hęreditate acquiC sini,. Græcè uno uerbo dr ἐκληρονόμησα qđ ualet, hæreditaui, id: est, hæreditate acquisiui uel hæreditate possedi, aut pro hæreditate elegi qđ ultimum proposito melius conueniret, ad hunc sensum, Ego elegi pro portione & hæreditate mea, nō aurum, argentum, aut sæculi pompas, sed tua testimonia, in qbus exultat cor meũ sicut in omnibus diuitiis, magis q̃ ĩ auro & topazio. Hieronymus sic legit, Hæreditas testimonia tua in æternum, hoc ē, testimonia tua sunt hæreditas mea in æternum. ¶ Ver. 8. Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æter D num pp retributionem. Dixit dñs ad Abraham Noli timere Abraham, Ego protector tuus, & merces tua magna nimis. Et in Euangelio discipulis loquitur, di-

Gene. 15 cens, Ego sum uia ueritas, & uita, uita autem procul dubio æterna, quę est æterna

Ioan. 14. sanctorũ retributio. Scdm quã considerationem, rectè uir iustus dicit se inclinasse cor suum ad iustificationes Dei faciendas, propter illam mercedem, pp illã retributionem, id est, pp ipsum Deũ, ut illum mereat aliqñ consequi in præmiũ, illiq; perpetua beatitudine copulari. Si uerò retributionem consideremus ut bonum & cõmodũ ipsius hoīs, ita Propter, non debet significare causam finalẽ pręcipuã, quasi uelit indicare iustus, se mercenatio amore diligere dominum, qui propter semetipsum potissimum est diligendus. Debet aũt propositio propter, accipi ĩm ut denotet finem minus principalem siue occasionalem, & finẽ potius quendam ex fine præcipuo consequentẽ q̃ ex agentis intentione spectatum. Iustus enim in omni operatione sua bona precipua intentione Deum spectat, quẽ propter se diligit, cui propter semetipsũ placere desiderat & conatur. Merces uero & retributio fœlicitatis æternę ex Dei bonitate consequitur, & cõtingit oĩbus qui Deum sibi fide & bonis actionibus demeruerint. Nos istud in Elucidatione expressimus, ita dicentes, Neq; id sit ne retributione, loco eius quod in textu, Propter retributiones.

## IN XV. OCTONARIVM.

Versu 4. Suscipe me ſm eloquiũ tuũ Pōt hic accipi suscipe, pro defende uel sustenta, quemadmodũ solet frequẽter accipi susceptor, pro defensore vel sustentatore. Cui consonat quod uertit Hieronymus, Confirma me secundum uerbum tuũ Felix similiter, Confirma uel sustenta me. ¶ Ver. 7. Præuaricãtes reputaui oẽs peccatores terrę. Vr mihi Propheta hoc loco indicare uelle utilitatem peccatoris ſm quam pro nihilo uenit æstimandus, ut hic sit ordo, Omnes peccatores terrę ego reputaui præuaricantes, id, est, ut mẽdaces, ut infideles transgressores pro nihilo computaui. Neq; male huic consonat qđ ad Hebræo legit Hieronymus ut, Vel scoriã cõputasti oẽs peccatores terræ, ubi ad Deũ sermo dirigitur, id est, tanquam nihilum, & rẽ nullius pretii reputasti omnes peccatores terræ.

## IN XVI. OCTONARIVM.

Vet. 6. Tempus faciẽdi, domine Gerundium illud faciẽdi, duplicẽ facit sententiã, secundũ quod duobus modis potest resolui. Primum quidem ad hunc modum

modum. Tempus est ut ego faciam, sup E pleᵏ legem tuã. Nã alii eam dissipãt & prę uaricantur, Et utiq; iã tempus est, quo iusti faciãt legem Dei Nunc enim si præcepta Dei custodiãt, beatam retributionẽ uitæ æternæ proculdubio cõsequent de manu domini. Altera intelligẽtia hęc est, Tẽpus est ut facias tu domine, id est, ut impleas q̃ postulo, me adiuues, ut mihi facias misericordiã, ut mihi des intellectum: & c. quę in uersibus pręcedẽtibus sunt postulata. Atq; hunc posteriorẽ sensum manifeste sequitur uersio Hieronymi quæ sic habet, Tẽpus est ut faciãs domine, Priori uerò magis consonat quod habet Paraphra. Chaldaica, Tempus est faciendi uoluntatem Dei.

## IN XVII. OCTONARIVM.

VErsu 3. Os meum aperui, & attraxi spiritum. Spiritus capitur pro nitali aura, siue flatu corporeo, qui attrahitᵘ respirando. Vnde Hieronymus uertit, Os meũ aperui & respiraui: Qđ aũt in sequenti uersu dr̃, Secundum iudicium diligentium nomen tuum, põt exponi dupliciter. Vel secundum iudicium quo iudicas de diligentibus nomẽ tuũ, id est, secundũ eum modum quo ex iudicio tuo agis cũ seruis tuis qui te diligunt. Aliter ad hũc modum, Aspice in me & miserere mei sm̃ qđ iudicant & uolunt illi qui diligũt nomen tuum hoc est, sm̃ qđ bonum iudicabunt, & bonum uidebitur qui zellãt tuam gloriam, non secundum iudicium & uoluntatem illorum qui suã quærunt gloriam, qui meã perditionem magis optant q̃ salutẽ. ¶ Vers. 8. Exitus aquarũ deduxerunt oculi mei, Exitus, id est, emanatiões uel riuos siue fluenta lachrymarũ. Vnde Hieronymus, Riui aquarũ fluebãt de oculis meis. & Felix, Riui aquarũ emanauerunt ab oculis meis. Vel sic Riuos aquarum produxerunt oculi mei In secunda aũt parte, cũ dr̃, Quia non custodierunt legem tuam, suppositum nõ exprimitur, sed debet intelligi peccatores.

1. Reg. 15 Oculi enim uiri iusti deducunt lachrymas, pp transgressiones impiorum, quõ de Samuele legimus, q̃ lugebat Saul. Ille enim exitus deducebat aquarum, eo q̃

1. Co. 13 hic non custodisset legem domini. Charitas. n. (ut ait Apostolus) non gaudet super iniquitate, sed defluet magis, quẽadmodum super ueritate non dolet, sed cõgaudet eidem, & qũo falsa iustitia habet se ueritatem cõdemnationis, ita uera iustitia benignitatem habet compassionis.

## IN XVIII. OCTONARIVM.

VEr. 1. Mandasti iustitiã testimonia tua & ueritatem tuam, nimis Orationem istã ad hunc modũ cõstrue, ut accusatiuus ille testimonia tua, cum aliis duobus iustitiam & ueritatem, coniungatur per appositionẽ, hoc ordine, Tu mandasti nimis testimonia tua, iustitiã & ueritatẽ, hoc est, quæ testimonia sunt iustitia & ueritas. Vel mandasti nimis iustitiam & ueritatẽ tuã, testimonia, hoc est, q̃ iustitia & ueritas est testimonia tua. Quã cõstructionem aliquanto etiam commodius suscipiet oratio, si pronomẽ, tuam, secundo loco omittatur, quod neq; in Hebræo, neq; in Gręco legitur quod autem in uersu sequenti subiungitur, Tabescere me fecit zelus meus, quia obliti sunt uerba tua inimici mei, consonat qđ supra dictum est, Exitus aquarũ deduxerũt oculi mei, quia nõ custodierunt legẽ tuã. Et iterum in alio Psalmo, Nonne q odeᵉ runt te domine oderam, & super inimicos tuos tabescebam? Perfecto odio oderam illos, inimici facti sunt mihi. ¶ Ver. 4. Ignitũ eloquiũ tuũ uehemẽter, id est, igni examinatum uel perbatũ, Græcè. n. est πεπυρωμένον quod alibi uertit, igne examinatum, ut psalmo 11. Eloquia domini casta, argentũ igne examinatũ, ubi eadem dictio ponitur, Et in Psalmo. 16. Igne me examinasti, uerbũ correspõdes ponit. Atq; in hunc sensum uertit Hieronymus ꝓbatus sermo tuus nimis & Felix, Examinatũ eloquiũ tuũ nimis. In uersu aũt sequenti, pro adolescẽtulo. Hiero. & Felix uertũt paruulum, qđ in idẽ recidit. Vtrunq; enim, humilitatẽ significat.

Ps. 138.

Ps. 11.

Psal. 16.

## IN XIX. OCTONARIVM.

VErsu 3. Pręueni in maturitate. Felix Præueni crepusculum, id est primũ mane

mane anteuenii, Hieronymus à uerbis ali A qua nulnm recedens, sententiam ita expressit, Surgebā adhuc ī tenebris. ¶ Ver. 7. Omnes uiæ tuæ ueritas. Melius est, ut uię Dei intelligantur præcepta. Vnde ex Hebræo Hieronymus & Felix uertūt, Oīa mādata tua ueritas & similiter habet Psalterium. Romanum Versum autem sequētē, Initio cognoui de testimoniis tuis, q̄a in æternum fundasti ea Clarius aliquanto legit ex Hebręo Hieronymus, A principio noui de testimoniis tuis, quod in ęternum fundaueris ea. Valet aūt illud à principio, ac si dicas, primum oīum, ante omnia, uel ī primis hoc cognoui, qua- B si maxime obuium, & cognitu facillimū

## IN XX. OCTONARIVM.

VEr. 1. Vide humilitatem mea. Humilitatem pro afflictione accipit uersio Hieronymi, quæ ꝓ humilitate habet afflictionem In sequēti aūt uersu, q̄d nostra lectio habet, Iudicia Iudiciū meū, clarius uerut idem, Iudica causam meam Hoc. n. est iudicare iudicium, causam ab

Eccl. 32 soluere. ¶ Ver. 8. Principium uerborum tuorum ueritas. In Hbræo est, caput uerborum tuorum, & eadē est sententia, quā C doquidē pro principio caput ponimus, quemadmodū à capite ad calcem usq; dicimus, id est, à principio ad finem vsq;, & apud Sapiētem dicitur, Adolescens si interrogat' fueris, habeas caput respōsum tuum, id est, principium tibi congruū & ordinatum sermonis tui cōstituē, ut nō præcipites sermonē, quasi temulētus vel temerarius, nesciēs unde sumas exordiū sed quicquid in buccā uenerit, absq; præuia meditatione ꝓferent. Intelligit autē hæc oratio, Principium sine caput uerborum tuorū ueritas uariis modis In Eluci D datione ita sumus interpretati, Oīum verborum Dei, ueritas prima est principiū, est origo & fons, quoniā à ueritate Dei procedunt cuncti sermones eius, estque ipsa increata ueritas omnium sermonū Dei caput, atq; fontale principiū. Alii sic interpretantur, A capite & initio rerum, vsq; in sæculum oīa dicta facta & iussa tua sūt ueritas. Alii sic, Caput statim & initium omniū uerborū tuorū, dictorum atq; factorum, ueritas atque iustitia est,

## IN XXI. OCTONARIVM.

VEr. 4. Septies in die laudem dixi tibi Septenarius in scriptura ponit pro pleno numero vt q̄d septies factum dicitur perfectè & integrè factum significetur. Veluti enim in Psalmo alio dicit, Ps. 11.
Eloquia domini Eloquia casta, argentū igne examinatum, Probatū terræ, purgatū septuplū, siue septē uicibus, id est plene & perfectè purgatum, quantū purgari pt. Et rursum redde uicinis nostris se Psal. 78.
ptuplū, in sinu eorum, id est, perfectam illis da retributionē, & suis demeritis bene cōdignā. Ita & hic septies dicere laudē, significat perfectā, integrā, & cōtinuā siue perpetuam laudem dicere, uel laudē multiplicem & copiosam, Iudicia aūt iustitiæ, indifferēter accipi possunt, uel pręcepta ipsa quę in iustitia disposuit, uel dispositiones diuinæ uolūtatis sm quas iste operatur omnia. Vtraq;. n. sunt copiosa laudis materia. ¶ Ver. 5. Pax multa diligentibus legē tuā, & non est illis scandalū. Q̄uo pax multa sit iis qui diligunt Deū & legem eius (Non est enim amor alterius sine altero) & q̄uo nullum sit il Matt. 7.
lis scandalum, in Euangelica parabola dominus declarat dicens, Omnis q audit uerba mea & facit, assimilabitur uiro sapienti, qui ædificauit domum suam supra petrā, & descendit pluuia, & uenerūt flumina, & fluerunt uenti, irruerunt in domum illam, & non cecidit. Fundamenta enim erant supra petram. Hoc. s. est pacē multā & securitatē habere diligentes legē dñi, & nullū esse illis scandalū, & ex nulla parte esse illis ruinā, quantæcunq; tandē cōmotiones exurrexerint, Facit .n. amor legis Dei, hoīem ī bono fixū, & Rom. 8.
sic humanum spūm Deo adglutinat, ut nulla ui possit ab illo diuelli. Propter q̄d clamabat S. Apostolus, Quis nos separabit à Charitate Christi? tribulatio? an angustia an fames, an nuditas, &c. Ac deīde Certus sum n. q uia neq; mors, neq; uita, &c. poterit nos separare à Charitate Dei, quæ est in Christo Iesu domino nostro.

## IN XXII. OCTONARIVM.

VErs. 1. Eructabūt labia mea hymnū id est, loquentur labia mea laudem,

uel effundent siue effluent laudē. Qđ au E tem sequit, Cū docueris me iustificationes tuas, potest accipi secundum causalitatem, ut sit sensus Quia tu docuisti, me mandata. In quam sententiam habet lectio Hieronymi, Fūdent labia mea hymnum; docebit. n. me præcepta tua. ¶ Ver. 5. Fiat manus tua ut saluet, me. Clarius id legit Hieronymus, secundum eandem sententiam, Sit manus auxiliatrix mea. Et Felix, Sit uel fiat manus tua ut auxilietur mihi. ¶ Versu 7. Iudicia tua adiuuabunt me. Verum hoc est siue de præceptis intelligas, ut exponit Elucidatio, siue de dispositionibus diuinæ uoluntatis. Iudiciorum enim Dei attenta consideratio confortat & consolationem præbet iustis. Oblectat enim pios animos consideratio illius summæ & admirabilis æquitatis, quam in cunctis Dei præceptis aduertunt. In sequenti autem ultimo uersu, ouem quæ periit, intellige ouem perditam quomodo uertunt Hieronymus ac Felix.

## CXIX PSALMI ARGVMENTVM.

*IN hoc Psalmo uir iustus peruersorum suggestiones formidans, à domino (à quo & alias se meminit exauditum) poscit auxilium & interrogatus quid sibi in remedium dari postulet, sagittas poscit atq; carbones uastatorios, quibus contra linguas iniquas dolosas sese possit defendere, & ea quæ forsitan ab illis superseminari contigerit malarum cogitationum atq; affectionum zizania, carbonum igne adurere atque deuastando consumere. Post quod suā prolixam peregrinationem, & longam deflet incolatum, in medio prauorum, qui pacis ueræ osores iustum etiam ea quæ pacis sunt quærentem, multipliciter sine causa oppugnant.*

## CXIX. PSALMI ELVCIDATIO.



*AD dominum cum tribularer clamaui.*
Positus in afflictionibus G & persecutionibus, siue corporalibus siue spiritualibus, ex corde inuocaui dominum in auxiliatorem meum.
* *& exaudiuit me.*
& ipse nō despexit ad se clamantem, sed ꝑ sua benignitate salubriter magis exaudiuit.
2 *Domine libera animam meam à labijs iniquis, & à lingua dolosa.*
Confisus verò insolita tua misericordia, quam frequēter sui expertus, etiam nūc ad te clamo, domine, deprecans ut paup H culā animam meam non patiaris seduci aut in consensum dettahi malitiæ, ab iis q praua & iniqua, aut ēt fraudulēta ī do
Rom.1 lo mihi loquuntur, proponent, suadent, & surgerūt, hoc est, ab ipsis dæmonibus & peruersis hominibus, qui meā animā sitis dolosis linguis conātur perimere.

VOX INTERROGANTIS.

3 *Quid detur tibi, aut quid opponatur tibi ad linguam dolosam?*
Quid uero est, ò homo, ò anima meticulosa, quod tibi dari possit, aut qđ tibi dari optas, & quid est qđ tibi exhiberi aut pstari possit, ueluti in præseruationē cōtra dolosas malignorum suggestiones,

VOX RESPONDENTIS.

4 *Sagitta potentis acutæ:*
Oportunum remedium mihi uidentur diuini sermonis eloquia, siue per internam inspirationem efficaciter immissa siue scripturas sanctas, aut homines diuinos per adhortationem, seu commonitionem externā fideliter proposita, quæ sunt ueluti sagittæ uiri potentis nimiū acutæ, penetrātes intima cordium (est n. sermo Dei uiuus & efficax & penetrabi Psal.44
lior omni gladio ancipiti) quibus anima salubriter transfixa cōsentire nō pôt ini Hebr. 4.
quis suggestionibus, & quas iaculando in hostes facili opera eos ualemus perimere, deq; eis uictoriam reportare.
* *cum carbonibus desolatorijs.*
quæ diuini sermonis eloquia etiam sūt uelut carbones igniti, facile deuastare, exurere, & consumere potentes de cordibus fidelium spinas oēs & tribulos, & oē lolium malarum suggestionum atq; prauarum affectionum, quas eis terra ipsorum germinauerit, siue quas illi suggesserint atq; immisserint.

*Heu*

5 *Heu mihi, quia incolatus meus prolonga tus est, habitaui cum habitantibus Cedar:* Afflictio & dolor est mihi, quod peregrinatio ista vitæ meæ super terram nimium sit prolongata atq; protracta, pp desiderium eius patriæ, quã expecto post finẽ huius miseriæ: habitatio mea in hoc mundo, in medio peccatorũ est, quia sunt habitatores Cedar, id est, viuentes in nigredine, obscuritate, & tenebris infidelitatis, ac peccatorum cæterorum:

* *multum incola fuit anima mea.* atq; inter hos multum ac diu perdurauit vita mea, visa est animę meę admodum prolixa hęc peregrinatio.

6 *Cum his qui oderunt pacẽ erã pacificus:* In medio eorum qui verę pacis (quã sola parit iustitia) se monstrabant osores, quiq; malitiis, iniustitiis & côtentionibus oblectabantur, ego studebam pacificum exhibere meipsum, cum omnibus hominibus (quantum quidem in me erat) pacẽ habere cupiens:

Rom. 12 * *cũ loquebar illis impugnabant me gratis.* & cũ illis loquerer q̃ pacis & iustitię erãt pro bono malum reddentes, mihi loquebantur male, & pugnam, contumelias ac persequutiones parabant mihi, sine causa iusta, absq; vllo meo merito.

ANNOT. IN PSAL. CXIX.

Versu 3. & 4. Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi, ad linguã dolosam. Sagittę potentis acutę, cum carbonibus desolatoriis. Duo isti versus à diuersis diuersimode exponuntur. Quidã.n. bonũ intelligunt, vt versus tertius sit verbũ interrogantis, vtpote vel Dei ad hoĩem, vel hominis ad suã ipsius aĩam. Versus aũt quartus sit responsio de tribulatione clamantis ad Deum, pro auxilio. Iuxta quẽ mo-

Psal. 44. dum, nos in Elucidatione pręsentem locum enarrauimus: per sagittas potentis, intelligentes eloquia Dei, de quibus & in alio psalmo dr, Sagittæ tuæ acutæ, populi sub te cadent in corda inimicorum regis, quæ eadẽ similiter appellari indicauimus carbones desolatorios quod (iuxta

Hier. 23 aliũ prophetã) verba Dei sint quasi ignis quibus nimirũ absumuntur mala oĩa, purgantq; & pficiunt corda filiorũ, hoium quẽadmodũ ignis metalla purgat, & oẽm scoriã omnẽq; rubiginẽ absumit. Poterimus nõ parum cõmode per carbones desolatorios intelligere honesta sanctorũ exẽpla, quibus veluti ignitis carbonibus, sanctæ æmulationis feruor in proximis ea considerantibus succenditur, vt absumatur à corde oĩs vitiorũ rubigo. Atq; ita in hoc vno versu, duplex contra linguas dolosas postulatur remediũ, nempe diuinorũ eloquiorũ ignitæ sagittæ, & bonorũ honesta exẽpla zelo sancto feruentia, quibus duobus nihil inueniri põt efficacius contra linguas dolosas, ad effugiendas, atq; depellendas cunctas prauorũ malas suggestiones, aut retundendas doctrinas pestiferas. Alii vero duos istos versus in malũ exponunt, vt versus tertius sit vox hoĩs p quærimoniã seipsum vel suã animã alloquentis in hunc sensum, O aĩa mea, quid tibi dari possit, vel apponi, ad linguã dolosam, quid adhuc mali posset superaddi quid tibi ad hãc pestẽ aliud mali posset adiici quasi dicat, Nihil magis pestiferũ, nihil magis noxiũ tibi, ò aĩa mea, possit occurrere. Nã lingua dolosa siue (vt in Hebræo est) lingua fraudis & mẽdacii, pessimũ malũ est. Ac iuxta hunc sensum versus qui e uestigio subiungitur de lingua fraudis vel lingua dolosa, debet sm consequentiam intelligi, in hunc modum, lingua illa dolosa est sicut sagittæ potentis acutę, & sicut carbones desolatorii. Nam quõ sagittę acutę cum à potẽte & valido hoĩe iaciuntur, infiguntur profundissime, & ad intima vsq; penetrant, sic lingua dolosa sęuit valde, & lędit vsq; ad intima hominem, cui infixa fuerit, id est, cui pręualuerit. Ac rursum, quõ carbones vehementer accensi, intimeq; igniti, fortiter adurunt vel leniter contingentes, sic lingua dolosa facile magnum gignit incendium in iis quos sua prauitate contigerit. Quibus nõ male consonat, qđ de lingua praua sanctus Iacobus pulchrè scribit in epistola sua canonica: lingua, inquit modicum quidem membrum est, & magna exaltat. Ecce quantus ignis, quàm magnam syluam incendit. Et lin- Iaco b. 3

gua ignis est, vniuersitas iniquitatis. Lingua constituitur in membris nostris, quę maculat totũ corpus, & inflãmat rotã natiuitatis.

tiuitatis nostræ, inflammata à gehenna. E iuxta veritatem,& numero paucissimi:ijs Oĩs n. natura bestiarũ,& volucrum'& ser pentum,& cæterorum domantur, & do mita sunt,à natura humana:linguam aũt nullus hoĩum domare pôt: inquietatum malum,plena mortifero veneno. Hæc de mala lingua sanctus Iacobus Apostolus. ¶ Versu penultimo, Hei mihi, quia inco latus meus prolõgatus est. Circa id quod ait vir iustus suum incolatum esse prolon gatum, & multum incolam fuisse aĩam eius,aduerte,quod dies huius vitę quibus viuimus super terram,tametsi breues sint

tñ qui suã hoc in mundo peregrinationẽ intelligunt,longi ac multi nimis videnť, pp tædium præsenti malitiæ & desiderlũ patriæ cęlestis,ad q̃ pergere se cognoscũt. Quemadmodũ.n peruersis,oĩs duratio vi tæ humanæ quantumuis sit diuturna ni miũ breuis æstimať, ppea ꝙ in malitia & delitijs huius sæculi oblectantur & glo riantur, spemq; omnem in hoc mundo habent repositam:ita iis quibus præsen tia vilescunt,& æterna sunt in desiderio, oĩs duratio vitę huius prolixa reputatur.

## CXX. PSALMI ARGMENTM.

*QVi in priori Psalmo iniqua timebat labia suumq; deflebat incolatum nunc ad Deum cæli oculos leuat pro cælesti impetrando auxilio,moxq; à uers. tertio se in spiritu conuer tens ad eum qui huiusmodi fuerit,securitatem diuinæ promittit custodiæ, qua & in die & in nocte,ingrediens & egrediens,eris ab omni malo præseruatus, quisquis ad Deum plena fiducia leuat oculos. Aut possunt omnia quæ post secundum uersum sequuntur usq; in finẽ ac cipi tanquam dicta à spiritu sancto, ut postquam de sua spe homo loqui cœperit duobus uersibus,mox responsionem audiat spiritus sancti interius loquentis,tutamq; custodiam & firmã*

Ioan 16 *in omnibus protectionem in se sperantibus pollicentis,aut etiam pro eisdẽ postulatis,siquidem*

Rom 8. *spũs sanctus in fideliũ suorum cordibus non solum q̃ uentura sunt annunciat,sed etiam pro iã ctis postulat secundum Deum,& gemitibus inenarrabilibus interpellat pro eis. Vel intelligat iustus ipse ut sibiipsi loquens, bonaque & prædicens & imprecans Est enim hoc in psalmis nõ infrequens,ut homo uel suam animam uel seipsum alloquatur. Ad animam quidem psalmo se xagesimoprimo. Veruntamen Deo subiecta esto anima mea. Et alibi, Quare tristis es anima mea, Spera in* Deo,*&c. Ac rursum, Conuertere anima in requiem tuam. Ad seipsam uero Psalmo centesimo decimoquinto, Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi, Et iterum,* Expecta *dominum uiriliter age,&c.*

## CXX. PSALMI ELVCIDATIO.

LEVAVI *oculos meos in montes:*
Cum me in peregrinatio ne hac in medio genera tionis prauę adhuc posi tũ,peruersorum hominũ presserit malitia,hęc mihi unica est cõso latio,attollere ad cœlum oculos mentis meæ,illucq; ad montes æternos:in qui bus diuina inhabitat maiestas,spem om nem & orationem dirigere,

* *unde ueniet auxilium mihi.*
inde enim scio mihi certissimum atque securum dari posse auxilium quemadmo dum & dando spero, & aliunde uenire non posse credo.

2 *Auxilium meum à domino, qui fecit cælum & terram.*
Auxiliũ meum omne quod expecto, ab illo expecto & ab illo uenturum spero potẽtissimo domino,qui cœlum & terrã solo uerbo condidit, & quæ in eis sunt H uniuersa.pp quod,nihil dubito, quin & mihi possit,ac etiam uelit postulanti, li bens præbere gratiæ suæ auxiliũ.

3 *Non det in commotionem pedem tuum:*
Et tu quisquis es,qui sic in plena fiducia cœlestis auxilii ad dominum leuas ocu los,cõfidito atq; securus esto Nõ enim patietur ipse in quo habes fiduciã,com moueri aut labi gressus tuos in mortem aut mortale peccatum,sic ut ab eo iterũ non resurgas:

* *neque dormiet qui custodit te.*
& is qui te in suam custodiã suscepit in quo cõfidis omnipotẽs Deus,nõ erit in

tui custodia negligens, ad modum hominum dormitantium, sicque custodiã nõ debitè obseruantium.

4 *Ecce non dormitabit, neq; dormiet, qui custodit Israel.*

Nequaquã enim ad modum pigrorũ hominum aut fatigatorũ ipse dormitabit, neq; uel leuissimo ad tempus occupabitur somno, ipse qui est custos populi sui, omniũ qui uiri sunt Israelitæ, uerique fideles, sed omnis inertiæ, somni aut fatigationis expers, in tua custodia peruigil semper & attentus, propter quod, formidare non debes de eius custodia.

5 *Dominus custodit te:*

Quòd si de potentia quæris tui, en dominus est cœli & terræ creator potentissimus: qui te custodit:

* *dominus protectio tua super manum dexteram tuam.*

ipse tibi pugnãti contra aduersarios est uelut scutum, protectio atq; obumbratio, super dexteram manum tuam, sic te sua protectione custodiens, ut nocumẽtum ab hoste accipere non queas.

6 *Per diẽ sol non uret te, neq; luna ꝑ noctẽ.*

Ita autẽ diligẽs & assiduus erit custos tui, ut neq; per diem te permissurus sit à solis æstu exuri, neq; per noctem à lunæ algoribus affligi, ita ut nec in ꝓsperitatis tẽpore, in quo ut in die serena uidentur oĩa, tibi nocere ualeant hominum laus & honorificentia, cæteraq; huiusmodi, neq; itẽ in aduersitatis tempore (quando ut in nocte luna dominante, tristia ac nubila sunt omnia) pauperias, egestas, afflictio, cõtemptus, conuitia, cœteraque huiusmodi, quæ in aduersis obuenire solẽt.

7 *Dominus custodit te ab omni malo:*

Quid multis est opus? Dominus ipse te custodiet in uniuersum ab omnibus malis, sicq; præseruabit, ut nihil tibi uerè malum contingat:

* *custodiat animam tuam dominus.*

spiritum tuum & uitã animæ tuæ ipse diligentissime fidelissimeq;, ut rem speciosissimam, & sibi multo carissimam, custodiet, ut eam & à peccatorũ morbis, & in sempiternum à morte damnationis saluet in uitam æternam.

* *Dominus custodiat introitum tuũ, & exitum tuum, ex hoc nunc & usque in seculum.*

Precor magnũ & omnipotentem dominum, ut omnes quicunq; sunt ueri fideles sperãtes in eum, quasi pater & pastor custodire ac præseruare dignetur ab omnibus uerè noxiis introeuntes & exeuntes hoc est, in omnibus actionibus siue interioribus siue exterioribus quocunq; se uerterint, à modo usq; in sempiternũ, ita ut diuina eos protegente gratia, nihil eis mali contingat in perpetuum, sicque tandem ad plenitudinem pertingat bonorũ omnium in gloria cœlesti, Amen.

## ANNOTAT. IN PSAL. CXX.

Versu 1. Leuaui oculos meos in mõtes. Per montes rectè etiã intelligi possent sancti angeli, cæterique beati spiritus, qui sunt in conspectu Dei, ad quod tãquam ad aduocatos quosdam generis humani amantissimos, ꝑ patrocinio recurrunt qui Deũ quærunt ꝓ ectorẽ, non quasi per se ipsi salutem dare auxiliũ possent (siquidem domini est salus, & sine eo nemo quicquam põt efficere) sed ut illorum præcibus commendati, & adiuti suffragiis facilius diuinã ualeamus protectionẽ impetrare: atq; hoc mõ in illis expectare uenturũ auxiliũ. Cęterum tis à quo, ut primario authore, & datore, munus cœlestis auxilii dẽt expectari, Deus est cœli & terrę creator oĩpotẽs. Propter qđ nõ in illis montib. quiescit, sed quãto cyus subiungit, dicens, Auxiliũ meũ à domino, q fecit cœlũ & terrã. Sic in Ps. 124. postquã de montibus dixissent, montes in circuitu eius, e uestigio annectit, & dominus in circuitu populi sui. ¶ Versu 3. & ultimo, Non det in cõmotionẽ pedẽ tuum Quæ hic per modum precãdi dñr aut optandi, quantũ ex Hebręi sermonis uirtute possent similiter ut alia inibi posita uerba in futuro ipe indicantis modi legi, Non dabit neq; dormitabit, dominus custodiet; Et plenius est, quantũ ad sniam, vt quæcunq; à uersu tertio ĩ finẽ usque dñr, sic accipiãtur ut simul & precando & ꝓnunciãdo dicta. Nã sancti spiritus aut ei uiri iusti ꝑ spiritũ bona precatio, patum abest à ꝓnunciatione, & sic precari, penẽ ꝑdicere est, propter rectitudinem diuinæ exauditionis, in his quę Psal. 3. Ioan. 15

secundum Deum à spiritu postulantur. ¶ Versu 6. Neq; Luna per noctem. Non debet repeti Vret ex præcedenti particula, Luna enim neminem urit: sed intelli- E gi debet Percutiet, affliget, aut nocebit, aut simile quippiam. Felix in sua uersione pro Vret ponit Percutiet, quod uerbum ubiq; patti conuenit.

## CXXI. PSALMI ARGVMENTVM.

*PSalmus iste uiri iusti ad cœlestem Hierusalem exprimit desiderium, cuius uel solo auditu prius quam quid sit detur percipere fidelis animus lætatur, piæ affectionis precibus subinde illuc ascendens, quo secundum carnis corpulentiam nondum datur mortali pertingere. Ad Hierusalem uero se conuertens, Versu tertio mundum ædificationis eius, & ineffabilem illam quæ inter beatissimos ciues est mutuam communionem describit, suæ spei deinde rõnem reddens, propter eos qui iam illic priores in testificationem subsecutorum sunt ingressi, quorũ nonnullos (nẽpe apostolos) ẽt iudiciariæ sedis gloria est dignatus, super domum Dauid iudices eos constituens. Post hæc, uersu sexto, & septimo ponitur eius qui adhuc peregrinantur suppli catio ad cœlestis patriæ ciues, ut quæ uerè sunt bona, & quæ ad pacem fiunt, à Deo postulent pro sanctis. Cui humilis supplicationi uersibus duobus nouissimis benigna adhibet respõsio, à cœlicolibus, ad ea quæ bona sunt p militantibus postulanda sese iusta rõne paratos asserẽtibus.*

## CXXI. PSALMI ELVCIDATIO.

AETATVS *sum in his quæ dicta sunt mihi:*
Gaudio magno gauisus est spiritus meus, propter gaudiosissima illa nũtia, quæ mihi partim exteriori Christi apostolorum, aliorumq; fide- G lium ueritatis prædicatorum magisterio sunt annunciata, partim interna spiritus unctione facta sunt credibilia:

* *in domum domini ibimus.*

nimirum q in domũ domini, in supernam illam ac multo beatissimam Hierusalem (à qua multis annorum sæculis exulauit, pp præuaricationem, genus nostrum) aperta per Christum porta, simus ingressuri, quicunq; credituri sumus in noĩe eius, beatissimisq; angelicis spiritibus illic coniungendi. Nunquid nõ hæc iustissima nobis esse debet lætitiæ causa. H

2 *Stantes erant pedes nostri:*

1.Cor.13 Præ nimio desiderio quo à te ferimur, ò præcellentissima domus dñi, ẽt nunc, do
Psal.145. nec hic in terra quasi in exilio & peregrinatione consistimus, leuemus nonnunquã in cœlestes mãsiones uires spiritus nostri: & licèt carne in terra positi, mente tamẽ & affectu volũtatis terras relinquimus subinde, & in cœlos ascẽdimus:

* *in atrijs tuis Hierusalem*

sicque uelut in atria tua, inq; interiora pertingimus, ò ciuitas sancta Hierusalẽ, ueluti per rimulas quasdam, & per enigmata contemplantes ea quæ geruntur in te, sed in interiora, inque cubicula ipsa (in quibus exultant sancti ciues tui, qui iam intra te recepti sunt) nequaquã adhuc peruenire possumus. Imo neque in ipsis tuis atrijs sedere nobis aut habitare permittit carnis nostræ fragilitas, sed tantum stare & permanere aliquantulum, ueluti mox alio auocandis siue potius abstrahendis.

3 *Hierusalem quæ ædificatur ut ciuitas:*

Hierusalẽ illa q loquor, ad quã suspiro, ipsa est illa supna beatorũ oĩum mãsio, q in modũ ciuitatis in cœlis cõstituit ex uiuis lapidibus, optimè politis, & prorsus immaculatis, qui sibi p spũm sanctũ coædificantur & cõglutinant, connexione indissolubili, & semp duratura, cuius ædificij architectus est Deus, ministri ue- 1.Cor. 3
rò operis & coadiutores, sancti angeli, apostoli, prophetæ, atq; doctores, & alij in hoibus præcipui, quos Deo sibi complacuit assumere in adiutores operis sui:

* *cuius participatio eius in idipsum.*

huius aũt ciuitatis maxima omnino est & ineffabilis unitas, qm̃ est ipsius participatio siue cõmunio simul cũ seipsa, hoc est ipsa coniuncta est sibiipsi simul, qm̃ in ea ciues oẽs oib. & singuli singulis, ineffabili

effabili charitatis cõpagines coniuncti sunt pariter, atq; conglutinati inuicem.

4 *Illuc.n.ascenderũt tribus tribus domini:*

Apoc. 7. Si quis verò me roget, unde spẽ istã cõceperim ingrediendi in beatissimã illam domũ Dei, ecce iã illuc ingressi sũt priores, iamq; illuc ascenderunt (vt credimus diuinis edocti oraculis) plurimi, quos dinumerare nemo possit, ex omnibus tribus, ex omnibus gentibus, linguis, & populis, stantes ante thronum Dei:

* *testimonium Israel:*

q̃ sunt Israeli (id est, fideliũ populo qui adhuc per fidem Deũ hic speculatur) in testimonium, q̃ ẽt ipsi per fidem in qua sunt, & fidelẽ Dei seruitutem, qua nũc ei placere curant, illuc sint secuturi, & peruenturi, quo iam priores illi accepta à laboribus requie sunt introducti:

* *ad confitendum nomini domini.*

ascenderunt, inquã, ad dandã gloriã & honorẽ & benedictionẽ oĩpotenti Deo, in sæcula sæculorũ, q̃ illorum erit opus idẽ & sempiternũ, à quo nõ habebunt requiem neq; nocte, neque die, sine fatigatione semper collaudantes dominum.

5 *Quia illic sederunt sedes in iudicio, sedes super domum Dauid.*

Apoc. 5. Et (q̃d amplius est, firmioreq; fidem electis facit) sunt iam in ciuitate illa ex fratribus generis nostri, ex hominibus cõstituti iudices, ad iudicandũ domũ Dauid: hoc est, duodecim tribus Israel, q̃bus iã iudiciariæ sedes positæ atque paratæ sunt, in quibus ipsi tanquã seniores & p̃fecti populi dñi cũ ipso dño uenturi sũt

Matt. 13. ad iudicium, hoc est, quibus data est à primo iudice Christo dño potestas iudiciaria & authoritas assessoria, ut in die regeIoann. 5. nerationis, cũ eo ueniant cui dedit pater iudicium facere, sedeãtq; super thronos suos iudicantes duodecim tribus Israel, tanquã primi iudicis assessores, & approbatores sniæ illius. Quòd si ex hominibus, illuc assumpti sunt ẽt in iudices, qui hic perfecerũt uoluntatẽ dñi, & perseuerantes sese exhibuerunt in tẽtationibus: neq; regnũ modo æternum, sed insuper ẽt potestatem hanc tam singularem accipere meruerunt, quomodo nõ speremus ẽt nos illuc uel ut ouiculæ simplices ingredi, facientes uoluntatem illius? VOX

MILITANTIVM AD CIVES CAELESTIS HIERVSALEM.

6 *Rogate quę ad pacem sunt Hierusalem:*

O uos modo ciues cœlestis Hierusalẽ, q̃ beatissimã illam mansionẽ inhabitatis, rogate, petite, & postulate nobis in corpore isto adhuc militantibus, atq; peregrinantibus, qui adhuc in mille periculis versamur, postulate, inquã, nobis ab illo, cuius nultui præsentes iam astatis, cuius societate, atq; conspectu familiarissimè perfruimini, ea quæ ad uerã cordis nr̃i pacẽ faciunt, id est, salutarẽ gratiã Dei, & spiritualia bona per quæ sola pax uera est in cordibus fidelium.

* *& abundantia diligentibus te.*

& ueniat adiutorio intercessionis uestræ à dño oĩum uerè bonorum, fœcunditas, ubertas, & abũdãtia in iis q̃ te uero amore diligunt, te uerè desiderãt, ad te ex aĩo suspirãt, id est, qui dignos se exhibere studẽt, ut tuis ordinibus aliqñ inserant.

7 *Fiat pax in uirtute tua:*

Veniat pax nobis in hoc turbulento sæculo adhuc militantibus, qui sumus uirtus tua, siue exercitus tuus, ad te spectãs, & tibi pertinens: ueniat, inquam, in nobis exercitu tuo uestris orõnibus à Deo nostro pax uera: quandoquidẽ pacẽ hãc quã petimus mundus dare non potest, propter quod, à superna uirtute (quæ etiam uos in pace firmat) illam expectare habemus necessarium:

* *& abundantia in turribus tuis.*

& abundãtiã bonorum omnium, spiritualiumq; charismatum ueniat (obsecro) in iis, qui se velut propugnacula exhibẽt militantis Ecclesiæ, & exercitus duces. Tales.n.a q̃b. inferiorum aliorũ magna ex parte bonum depẽdet, sicuti p̃ cæteris fortitudine opus habent ad rectã domus Dei defensionem, ita pro eis specialiter etiã postulamus, vt repleatur omnibus spiritualibus virtutibus, vt suo exercitui, i. commisso sibi populo propugnando, gubernandoque sufficiant. CIVIVM SVPERNORVM RESPONSIO.

8 *Propter fratres meos, & proximos meos, loquebar pacem de te.*

Propterea q̃d frẽs nr̃i, ac p̃ximi sitis vos, licet in corpore militãtes, q̃ eandẽ q̃ nos iam peregimus militiã adhuc militatis,

ad eandē quoq; in qua nos uiuimus vitā & gloriā prædestinati, oīno libentissimo aio loqui uolumus semper bona ꝓ uobis apud dominū Deū nrūm, postulādo ut impleat de uobis bonā uoluntatē suā, adimpleatq; prædistinationē vestrā: & hoc ipsum agimus semper & iam agebamus, eramusq; facturi etiamsi non ita humiliter nos fuissetis deprecati.

*9 Propter domum domini Dei nostri, quæsiui bona tibi.*

Propter domum Dei & ciuitatem istam in qua nos iam ędificati sumus, & in quā uos quoq; coædificandi estis, cōplēdam atq; perficiēdā, quā scimus ex electis Ecclesiæ militātis cōpleri debere prōptissimi atq; ardentissimi sumus, ad postulandū vobis à dño quæcunq; uerè bona sūt & salutaria, vt hac rōne citius perficiat nostræ ciuitatis consummatio, quā ipsi quoque summe desideramus.

## ANNOT. IN PS. CXXI.

VEr. 3. Cuius participatio eius in idipsum. In idipsū accipiat, ut valeat simul, aut pariter, qm̄ dictio Hebræa quę hic ponitur, Ita significat, quō & ps. 4. dr, In pace in idipsum, id est, simul uel pariter. Pro intellectu aūt eius qd dr, participationem ciuitatis Hierusalē esse in idipsum, non diuersitatē inter ędificationē ædificiorum corporalium & huius spiritualis ædificationis. In ędificiis. n. corporalibus, hic lapis cum illo proximo sibi cōtinuo lapide tm̄ coniunctus est, nō aūt cum cæteris, licet in eodem ædificio simul cōpactis. Longe uerò aliter est i ædificio illo cęlesti, ubi ineffabili modo singulis singuli proximi sunt singuli cohærēt, atq; conglutinati sunt singulis, q in eodem ædificio sunt coędificati, & habēt singuli cum oibus ineffabilē & incōprēsibilē cōionem atq; participationē, idq; per unum illud summe bonum, cū quo singuli perfecte sunt unum, & in quo rōne consequenti oēs sunt unum. Est ēt cōmunio & societas ciuium cœlestiū adinuicem, quatenus in uno oēs conueniūt, quatenus unum, idem indiuisim & inuariatum est bonum oīum, quod simul omnes possident, quo simul omnes fruunt, una est beatitudo omniū, una æternitas, unū regnū, unus panis, unus rex, unum cōuiuiū, una satietas, una ebrietas, una oīs boni plenitudo, & oīno oīa ibi sunt unum, ubi unum est qd sufficit oībus, cū hic inter mortales (vbi nihil est ꝙ omnibus sufficiat) diuisa sint oīa. ¶ Ver. 4. Illuc. n. ascenderunt tribus. &c. Israel datiui casus est, queādmodū monstrat littera L ned ī Hebræo adiūcta, quæ solet esse nota casus datiui, valetq; oratio, acsi dicas Testimoniū ipsi Israeli. Et debet illud iuxta supraposità enarrationē accipi quasi ꝑ parenthesim interiectum, hocmō. Illuc ascenderunt tribus tribus dñi (testimoniū Israel) ad confitendū nomini domini, essetq; orō clarior, mutato ordine verborū illuc ascenderūt ad cōfitendum nomini dñi tribus tribus dñi, testimoniū Israel. Qd aū dr̄ ꝑ repetitionē, tribus tribus dñi, vr̄ solito scripturarum more uniuersalitatem indicare: quasi dicat, oēs tribus, siue ex oībus tribubus aliq queādmodū generatio & generatio, progenies & progenies, ꝓ omni genera iōne, & cū progenie: & sæculum sæculi, pro oībus sęculis, in scripturis solent accipi. Quanuis posset & aliter istud intelligi, ut causa distinctionis electorum à reprobis, post primō tribus, iterū adiiciat cū determinatione, tribus domini, ad hunc modū, Illuc enim ascenderunt tribus, non qlibet īn tribus, sed tribus domini, q sūt electi Dei. ¶ Ver. 5. Quia illic sederunt sedes iudicio. Quòd sedes sedere dicant, mirum forsitan uidebitur Quō. n. sedent sede? Soluitur aūt duplici uia hoc incōmodū. Primū quidem, si uerbū sederunt accipiamus impropriè, ut ualeat, Ad sedendum cōstitutæ uel positæ sunt, situatæ sunt, aut (ut barbarā ita rē exprimamus) sedes sedeatæ sunt. Aliter sederunt sedes, qm̄ ipsi apostoli, qui sedent super sedes duodecim, sm̄ eam quā acceperunt specialem à Christo authoritatem, ipsi simul ēt sedes sunt, in quibus nimirū secundum gloriam suā ipse residebit, qn̄ ad iudicium ueniet gloriosus, qūo super cherubim sedere dr̄, & inter ordines angelorū throni distinguuntur. ¶ Ver. 8. & 9. Propter fratres meos & ꝓximos meos loquebar pacem de te. Propter domum domi-

Psal. 99.

domini Dei nri, quæsiui bona tibi. Vulgo hos uersus sic accipiunt, ut cõtinuët sermonem ciues militãtis Ecclesiæ, qbus uersus duo præcedentes conueniũt. Nos aũt in Elucidatione exponimus, ut respõsionẽ supernæ Hierusalẽ, ad deprecationẽ duobus prioribus uersibus à militantibus ꝓpositã, cui nr̃æ sententiæ nõ parũ fauere uidebit originalis lectio Hebræa, si eã diligentius penitiusq; introspexerimus. Primũ.n. q̃ uulgata lectio habet per tp̃s præteritũ, illa hẽt p futurũ & uerba illa Hebræa, signanter in fœmineo ponunt gñre, adiecta & particula blãdiẽtis, sermonẽq; faciẽtis dulcescere: ad hũc modũ Propter fratres meos, & amicos, vel socios meos, loquar nunc pacẽ de te, uel pcabor certe siue uriq; pacẽ tibi, siue pro te. Propter domũ dñi Dei nr̃i quæriã uel pcabor bona tibi. Quod aũt uerba illa (queadmodũ Hebræũ inspiciẽtibus est manifestissimũ) adiecta in fine he litera, in genere fœmineo significãter ponunt, ansam nobis præbent & audaciã, ut præter aliorũ interpretationes, hos duos uersus tanquã ab ipsa ciuitate Hierusalem pronũciatos accipiamus, & exponamus, ut sub genere fœmineo, illam quæ sursum est Hierusalẽ matrem nostram, spõsam agni, accipiamus, suis filiis adhuc in militia & antemurali degẽtibus, suauis eloquii blanditiis acclamantem, eorumq; promissę orationi dulciter respondentem.

Galat. 4.

Apo. 21

## CXXII. PSALMI ARGVMENTVM.

*POsitus in afflictione atque persequutione impiorum seruus fidelis, ad dominum leuat oculos cuius se seruum agnoscit adque illius adiutricem & libratricem manum aspicit & ab eo misericordiam instanter postulat, ut de iniquis manibus diuitum atque superborum seculi (qui quam ariud me replent animam eius) Dei iudicio liberetur.*

## CXXII. PSALMI ELVDIDATIO.

*Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cælis.*

Ad te domine Deus omnipotentes, cœlorum inhabitator, leuaui oculos cordis, atq; etiam corporis mei, tanquam ad eũ in quo spes mea omnis posita est, & à quo expecto auxilium, simul atque protectionem & omne omnino bonum, tam corporis quàm animæ meæ.

2 *Ecce sicut oculi seruorum, in manibus dominorum suorum.*

Ecce queadmodum oculi temporalium seruorum semper ad manus dominorũ suorum respiciunt:

3 *Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ, ita oculi nostri ad dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri.*

Et queadmodũ oculi seruarũ ad manus respiciunt dominarum suarũ, ad eundẽ modum & nos serui tui oculis nostris ad tuas manus semper aspicimus, ut misericordiã tuam cõsequamur, nempe ut tu ꝓ nobi facias contra opprimentes iudiciũ, & quæcũq; nobis salutaria cognoueris, donec liberaliter, queadmodũ seruos suos defendere solẽt ab iniuriãtibus Dñi, & in necessarijs oĩbus sustentare.

4 *Miserere nostri domine, miserere nostri:*

Misericordiam tuam Deus monstra nobis, iterum clamo (quo amplius tibi affectum animi mei geminato clamore testor) fac misericorditer nobiscum Deus.

* *quia multum repleti sumus despectione.*

uehementer.n. nobis opus est misericordia, qa valde oppleti sumus, & quasi plus quàm ferre commodè possimus, grauati sumus despectione, iniuria, & opprobrio, q̃ ab inimicis, & oppressoribus nostris, tam dæmonibus inuisibilibus, quàm aliis uisibilibus hostibus parimur.

5 *Quia multum repleta est anima nostra:*

Verè plurimum grauati sumus despectione, oppressione, & persequutione inimicorum nostrorum, ita ut penetrauerint mõ quodam in interiora, usq; ad cordis dolorem, & usque ad animam nostram.

* *opprobrium abundantibus, & despectio superbis:*

diuitibus huius sæculi (qui temporalibus abũdãt bonis) fuimus opꝓbriũ atq; irrisio,

sio,& superbis huius sæculi fuimus ludibrio,nosq; sibi ueluti ludum faciunt,dũ pro suo libito sine misericordia nostra tractant modis indignis,tuum timorem non habentes ante oculos.

## ANNOT. IN PS. CXXII.

VEr.2.& 3.Ecce sicut oculi seruorũ, &c.Pro intellectu cõparationis illius quæ est tẽporalium seruorum ad tẽporales dominos,& seruorum Dei ad ipsum cœlestem dñm,nota. qđ triplici rõne sumi põt hæc similitudo comparationis.Quemadmodũ.n.serui,si quã patiantur iniuriam aut oppresſionem,non seipsos uindicare debent,neq; seipsos liberare sufficiunt de opprimentium potestate,sed uindictã dominis suis cõmittunt, eamq; à manibus dominorũ expectant, ut pro eis faciãt iudicium,eosq; liberẽt de manibus affligentiũ,ita & nos cũ affligimur & iniustè pmimur, dño Deo nr̃o
Deut.32 (cuius est ultio)cõmittimus iudicium, &
Rom.12 ad manus eius respiciũt oculi nr̃i, ut nr̃i misertus nos liberet,faciatq; ꝓ nobis ipse,nõ ipsi ꝓ nobis iudicium. Rursũ, quẽadmodũ serui à liberalitate dñorum pendent & expectant quæcunq; eis sunt necessaria,ita & nos ad liberalitatẽ Dei nr̃i manum semp respicimus, quacunq; re nos indigere cõtigerit,scientes, qm̃ inde omne datum optimum & donum perfectũ
Iacob.1. descendere debeat.Deniq; qñ pp delictũ a domino seruus flagris cæditur,quẽadmodum inter uerbera ad manus dominorum cædentium serui respiciunt,expe- E ctantes nimirum vt à uerbere cesset manus ferientis,ita cũ nr̃is exigentibus culpis iustè à Deo,siue ĩ spiritu, siue ſm corpus affligi permittimur, ad illius ultrices manus,quibus nos puniri attẽdimus,mẽtis oculis aspicimus, placationẽ diuinæ iræ expetẽtes,& expectãtes ut cesset plaga, desinatq; à nobis ultrix manus eius. ¶ Notandum insuper qđ distinctè dñr oculis seruorũ esse in manib.dominorũ suorum,& oculi ancillę,siue seruæ in manibus dominæ suæ,ppea ꝙ ubi ordinata est familia & rectè disposita, quemadmo F dum super seruos immediatum habet herus dominium, & eorum gerit curã immediatã uir super uiros: ita hera sup ancillas,siue seruas immediatum habet dominium,& immediatã gerit earum curã, nimirum,fœmina super fœminas.Vbi autẽ id nõ seruat,cõfusus est ordo familię. ¶ Sed & illud nõ ĩdignũ est notatu,quẽadmodũ oculi seruorum in manibus dominorum dicãtur,quia uidelicet manus eorum aspiciunt, suntq; ad illas intenti, iuxta eum loquendi modum,quo sapiẽs quidã utit dicens,Oculi stultorum in fi- G nibus terræ,quo uerbo significat,oculos stultorum quasi ĩstabiles & uagabundos quoquo versum aspicere,ad oĩa attẽdere, & nihil nõ perlustratum relinquere. Qđ autẽ in uersu sequenti, aĩa repleta dr̃ despectione & cõtẽptu improborum,significat grauissima opprobria quibus ab impiis afficiuntur sancti, qũo alibi uolens grauissimã significare tribulationẽ exclamar, Saluum me fac Deus, qm̃ intraue- Ps.78.
runt aquæ usque ad animam meam.

## CXXIII. PSALMI ARGVMENTVM.

*VOX Christi totius Ecclesiæ,totius populi fidelis,Dei benignitati atq; custodiæ suã salutẽ oẽm ascribẽtis,proq. sua liberatione saluatorem dominum ex affectu collaudantis.Potest etiã unus quilibet de fidelium populo congruè eandem hãc uocem sibi assumere,agnoscens specialẽ erga se Dei liberationẽ de periculis cuiusmodi,quæ sua uirtute nõ existimat se potuisse effugere.*

## CXXIII. PSALMI ELVCIDATIO.

*ISI quia dominus erat in nobis,dicat nunc Israel:* Nisi fuisset nobiscum dñs Deus noster,& nisi in medio nostrorũ ipse adfuisset quasi adiutor, iure optimo fidenter hoc agnoscere, ac profiteri ingenue põt & debet populus omnis fidelis, & unusquisque ex numero seruorum Dei.
* *nisi quia dominus erat in nobis,*

nisi,

nisi,inquam,dominus in adiutorium ad fuisset nobis seruis suis

2 *Cum exurgerent homines in nos,forsè uiuos deglutissent nos.*

In die persequutionis aut tentationis, quādo insurrexissent ī nos dæmones aut hoīes maligni,ad tētādum nos sine ꝑsequēdū,satis uerisimile est aut potius uix dubitādum illos facile nobis fuisse ꝑualituros,& quasi ꝑ nihilo nos assumpturos,quō solent maiora aīalia fera, aīalcula minora ēt uiuentia,quasi ꝑ nihilo deglutire. Non.n.est potestas super terrā q̄ cōpatetú uiolentiæ dęmonis, qui iā in se
Iob 41.
Luc. 22. q̄ in peruersis hominibus semper infestus est seruis Dei, qui etiam primos illos & electissimos Apostolos expetiuit ut cribaret sicut triticum.

3 *Cum irasceretur furor eorum in nos,forsitan aqua absorbuisset nos.*

In die belli & tentationis,quando irā furoris sui demonstrabant aduersum nos osbus modis nocere nobis cupientes, satis est verisimile,imò uix dubitādum, ab immanitate persequutionis,& grauitate tribulationis quā sup nos accumulabāt, nos fuisse obruendos & demergēdos in cōsensū peccatorū & profundum inferni,quomodo solent ab inundantiū aquarum magnitudine homines absorberi.

4 *Torrentem pertransiuit anima nostra:*

Nunc quidem Dei gr̄a & auxilio sancta Ecclesia cum suis membris ꝑsequutionē grauissimā, in magni torrētis modū, cū impetu maximo,& ꝑ uniuersum orbē rapidissimè sęuientem,euasit,non submersa impetu neque obruta fluctibus.

* *forsitan pertransisset anima nostra aquam intolerabilem.*

uerum nisi dn̄s fuisset cum ea indubiè experta fuisset aquā impertrāsibilē,nec unquā iā sęuissimas ꝑsecutiones salua potuisset euadere.Ita & nos singuli, qui sumus Ecclesiæ membra , frequenter nos ualidas tentationes meminimus effugisse,& euasisse liberos,quas sine Dei auxilio speciali scimus plane fuisse nobis,vel difficillimum,uel omnino impossibile, ut effugeremus.

5 *Benedictus dominus qui non dedit nos in captionem dentibus eorum.*

Sit proinde laudatus dominus Deus liberationis nr̄æ author, qui nō permisit nos uenire in prædā , qui non est passus capi nos ab aduersarijs nr̄is,eosq; nobis ꝑualere malitiosa & inuida potētia sua,qua nos cupiebant discerpere, dilacerare,& ad mortem usque nos perdere.

6 *Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo uenantium.*

Quēadmodum passer aut auis quęlibet quę rete effugit aucupis,euolat libera,ita nos de laqueis & insidijs dęmonū ( qui admodum uenatorum longo & maximo labore ad mortē persecuti sunt aīas nostras)Dei gratia liberi euasimus,salui futuri, ( quemadmodum in spe filiorum Dei confidimus)in uitam æternam. Psal.115

7 *Laqueus contritus est:*

Laqueus mortis in quo per peccata tenebamur implicitī atq; captiui,per Christum dominum contritus atq; confractus est: suntq; peccatorum uincula per eundem disrupta: 1.Io.3.

* *& nos liberati sumus.*

& nos quicunq; in Christum liberatorē credimus,saluati ac liberati sumus de nexibus mortis , à morte trāslati ad uitam: & quum nobis frequenter insidias ponunt, ac laqueos tēdunt tētatores maligni,cōterit Deus laqueos illos, notq; liberat,vt nō illa queemur,neq; iplicemur in eis,dum ꝑ gr̄am suā illos nobis latentes demōstrat,sicq; suo ducatu pedes nostros dirigit, ut nō inuoluamur in eis.

8 *Adiutorium nostrum in nomine domini:*

Proinde quēadmodum hactenus oē auxilium expectauimus nō a nobisipsis.nō in potentia,sapientia,aut virtute nostra, sed a Deo omnipotente,ita etiam amodo omne adiutorium nostrum in illo cōstituere,ab illo volumus expectare.

* *qui fecit cœlum,& terram.*

qui est omnipotens,cœli,terrę,& omniū quæ in eis sunt creator,solus ad prębendum adiutorium miseris,& potētissimus & benignissimus.

## ANNOT. IN PSAL. CXXIII.

VErs.1.Nisi quia dn̄s erat in nobis, dicat nūc Israel,nisi quia dominus erat in nobis. Magnam gratiam habet illa repetitio verbi in quo pondus est ,

eius uidelicet. Nisi quia dominus erat in nobis, & illa interpositio exhortationis, dicat nunc Israel, quemadmodum & in alio psalmo dr̄, Sæpe expugnauerūt me à iuuentute mea, dicat nunc Israel sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea, &c Illud aūt nunc, tempus non significat: sed īteriectio quędā est: sermoni dās aliquā plenitudinis emphasim, in hūc sensum, Dicat certe hoc Israel, uel merito utique hoc fateatur Israel, quod nisi dominus fuisset in nobis, &c. Enūciatio aūt illa, Nisi, quia dn̄s erat in nobis, fm figurā est Græcanici sermonis. Sic. n. in Græco legit̄ εἰ ὅτι κύριος ἦν ἐν ἡμῖν. Secūdū proprietatē aūt sermonis Hebræi, orō hęc ita efferret, Nisi dn̄s q erat in nobis, uel nisi dn̄s qui fuit in nobis, siue ꝓ nobis. Secūdū uerò formam Latinæ elocutionis, ita clarius dr̄, Nisi dominus fuisset in nobis, quō in sua uersione legit Hieronymus nē & Felix, forma sermonis Hebraica cōmutata ad formā linguæ Latinæ. Formā aūt illā Græci sermonis, & aliis aliquod psalmorum locis inuenimus, ut psalmo nonagesimo tertio, Nisi quia dn̄s adiuuit me, paulominus habitasset in inferno anima mea, & ps. 118. Nisi ꝙ lex tua meditatio mea est, tūc forte periissem in humilitate mea, Quæ iuxta formam sermonis Latini clarius ita efferrentur, Nisi dominus adiuuisset me. Et, Nisi lex tua meditatio mea esset,

Ps. 128.

Ps. 93.

Ps. 118.

E vel fuisset, &c. ¶ Ver. 2. Fortè uiuos deglutissent nos. Cū forte audis, nō ita accipias, quasi cū dubitatione fidelis proferat qd dicit de sua liberatione. Nequaquam .n dubitando sed ut certissima constātet pronunciando, loqui illa debemus. Habet. n. grām orō, & aliquid singularis emphasis, cū sermonis utimur modestia, animo tn̄ ueritatē rei certā tenemus atq; indubitatā, quēadmodum ecōtrario, turpe est & hominis parum pudētis, cōstāter sine formidine pronūciare, ī re q̄ vel ignores vel nō, satis scias. Simili loquēdi F mō, in alio Psalmo dr̄, ex ore dn̄i: Israel si in uiis meis ambulasset pro nihilo forsitan inimicos eorū humiliassem ¶ Ver. 2.3. & 4. Cū exurgerent homines in nos, fortè uiuos deglutissent nos. Verissimū est qd dr̄, sine peculiari Dei auxilio fidelibus futuram fuisse intollerabilem persequutionē, & quasi nimiis aquarum inūdantiū fluctibus, Ecclesiā obruendā. Nūquam. n. sancta Ecclesia in tātis persequutionū fluctibus quas partim à sæculi potētibus, partim à mundi sapientibus, partim ab hæresiarchis, partim ab aeris pote G statibus & ī primordiis sustinuit nimiū graues, & in nouissimo sentiet grauissimas, stabilis pstate potuisset aut poterit, nisi specialissimo Dei ꝑfecta auxilio, neque itē serui Dei in suis tētationibus, q̄ subinde uidentur intolerabiles, perstare possent, nisi superno fulti auxilio.

## CXXIIII. PSALMI ARGVMENTVM.

Deut. 32 *Tractat Psalmus iste de stabilitate & securitate eorum qui confidunt in domino, qui ue luti in medio montium securi positi, Deū insuper habent ex omni parte custodem atque protectorem, qui uirgam impietatis super suam sortem, id est, super seruos suos (pars n. domini populus eius) requiescere non patitur sed benefacit eisdem, & cum impios in peccata declinantes in iudicium adducat cōdēnationis, pacem ex opposito donat omnibus qui recto sunt corde.*

## CXXIIII. PSALMI ELVCIDATIO.

*VI confidunt in domino, sicut mons Sion non commouebitur in æternum, q ui habitat in Hierusalem.*

Qui spem suam omnem atque fiduciam in domino Deo constituunt, qui nunc mente ac que affectu sursum habitāt ī superna Hierusalem, qui contemptis temporariis q̄ uidentur, ad ea quæ non uidentur æterna aspiciūt, huiusmodi ad modum montis Sion (qui immobilis est & conturbari nescit) non commouebuntur, neque perturbationē illam sentient malam in sempiternū, sed erūt stabiliti atq; firmati, in eo in quo fixerūt spei sua fiduciam.

Montes

2 *Montes in circuitu eius:*
Erunt huiusmodi quasi montibus circũcincti ex omni parte securi, quomodo secura est ciuitas in medio montiũ posita.
* *& dominus in circuitu populi sui, ex hoc nunc & usque in seculum.*
& dominus Deus ipse potenter ac diligenter custodit per circuitum ex omni parte seruos suos, ita ut ex nulla parte eis quã eis possit obuenire mali, neq; in vita ista præsenti malũ ullũ peccati, neque in futuro mortis aut damnationis æternæ.
3 *Quia non derelinquet dominus uirgam peccatorum super sortem iustorum.*
Et quidem licet in præsenti forsitã virga paterna & disciplina emendationis suos dominus subinde corripiat, nequaquam tñ faciet uel patietur uenire ac permanere super populũ iustorum, super seruos suos uirgam punitionis hominum impiorum, qua nimirum impios est nõ ad emendationem sed ad condemnationẽ, in die ultionis percussurus, Neq; etiam permissurus est dominus, ut impii potestatem obtineant super uiros iustitiæ neque illos patietur his præualere, & quanquam ad tempus aliquantum subinde videantur impii præualere bonis, non diu tamen hæc durabit eorum potestas:
* *ut nõ extẽdãt iusti ad iniquitatẽ man⁹ suas,*
ut non æmulẽtur iusti peccatorũ impietates, neque ulli se malo operi more peccatorum dedant. Si.n. eadem esset uentura indignationis & condemnationis virga super iustos & iniustos, nõ uideretur, quor sum iusto prodesset sua iustitia, & si dominus impios uirga potestatis suæ præualere sineret bonis, non esset q eos a malos seruare posset.
4 *Benefac domine, bonis & rectis corde.*
Tu aũt ò dñe (qui discernis inter iustos, ac iniustos, redditurus & iustis sm iustitia, & ĩiustis sm ĩ iustitiã suã) benefac sẽper iustis tuis, & benigne age cum iis q erga te recto sunt corde, quorũ corda nulla peccati curuitate aut tortuositate à tuorũ preceptorũ dissentiunt rectitudine, eisq; præsta liberaliter beneficia, & benedictiones tuas, nunc quidem spiritalis gratiæ, post uerò æternæ gloriæ.
5 *Declinantes autem in obligationes, adducet dominus cum operantibus iniquitatem.*

A Eos aĩt qui derelicta rectitudine, se dãt curuitatibus atq; tortuositatibus iniquitatum, per quas (cum sint stipẽdia peccati mors) ad mortem sese obligant seq; ipsos ueluti morti adiudicãt, hos dominus in uẽturo examine cõstituet ad sinistrã cum hœdis, cum operariis iniquitatis, diabolo & angelis eius, cęterisq; iã olim in hoc iudicium pro scriptis ministris eius similem cum his super eos ppetuæ damnationis sñiam prolaturus, in ignẽ æternum pariter eos iussurus discedere. Tom. 6 Matt. 25 Galat. 6.
* *pax super Israel.*
B Super uniuersam autem sortem iustorũ, super populũ fidelẽ & super Israel Dei, pax & misericordia eius requiescet sempiterna, ad quã nos tua ineffabili pietate Iesu bone perducere digneris, qui cum tuo patre & spiritu sancto uiuis in oĩa semper sæcula benedictus, Amen.

## ANNOT. IN PSAL. CXXIIII.

Ver. 1. Qui confidunt in dño sicut mons Sion, non commouebit in æternũ, qui habita in Hierusalem. Incõmodum esse vr̃ orationis & nonnulla sẽ C tentię difficultas pp numeri diuersitatẽ, qui à plurali mox trãsit ad singularem. Pro huius ergo difficultatis expeditione, notandum est, triplicem uersus propositi dari posse connexionem & intelligentiam, iuxta diuersam partium adinuicem combinationem uel distinctionẽ. Prima est, partem extremam copulando cum prima, ad eum modum quo in Elucidatione explicatum cõspicit, vt sit sensus. Qui confidunt in domino qui habitat in Hierusalem, non commouebitur in æternũ, sicut mõs Sion qui firmus & D stabilis moueri nõ põt. Neq; uerò nouũ est in scripturis, subitã fieri numeri mutationẽ, quẽadmodum ẽt personæ aut generis nõ raro solet fieri subita cõmutatio. Altera est particulã ultimam, qui habitat, adiungendo ad id qđ uicinius pcedit sm ordinem literæ, id est, ad montem Sion, ut sit sensus, Eos qui in domino cõfidunt non esse commouendos in æternum, sicut mõs Sion qui in Hierusale habitat (.i. situs, firmat⁹ siue stabilitus) est cõ moueri nõ põt, Põt tertio uersiculus ita

distingui

distingui, Qui cõfidunt in domino, sicut mons Sion, supplendo erunt, uel simile aliqđ uerbum, qđ sententiam cõpleat. Ac deinde, non commouebitur in æternum, qui habitat in Hierusalem. Suppleto.n. uerbo facilis erit intelligentia, eos q cõfidunt in domino esse sicut montē Sion: & oratio quę sequitur, non commouebitur in ęternum qui habitat in Hierusalē, quędam est expositio & declaratio partis mox præeuntis. Pene.n. idē indicant. ¶ Versu secundo. Mõtes in circuitu eius. Mõtes illi qui in circuitu iustorum sunt, cõmodè referri possunt ad angelicā custodiā, qua nos muniri & ab aduersariis, quasi mõtibus per circuitum adiacentibus tutati, docet catholicę fidei rectum dogma. Vnde in alio Psalmo dī, Immittet angelus domini ī circuitu timētium eum, & eripiet eos: uel in Hebræo est, castrametatur aut moratur per circuitum, scilicet ad defendendū ab hostibus. Et qa parum forsitan uideri posset angelorum (qui sunt administratorii tm̃ spiritus) custodia, nisi adesset & dominus, idcirco additū. Et dominus in circuitu populi sui. Quemadmodū sup. Ps. 120. cum dixisset Leuaui oculos meos in montes, mox adiecit, Auxilium meum à domino. ¶ Versu ultimo, Declinantes autē in obligationes. In non nullis exemplaribus uetustioribus repertum est haberi, pro obligationes, obliquationes: qđ proposito loco rectè admodum cõuenit, iuxta qđ in Elucidatione est manifestum Neq; dissonat, qđ ex Hebręo legitʳ, prauitates, vt uertit Hieronymus, aut peruersa, vt Felix. Alij autē obliquitates, uel tortuositates uertunt, qm omnia ꝑ obliquationibus faciunt. Habet nihilominus uocabulum obligationes rectā & commodā intelligentiam Nā pręter eam quæ in Elucidatione mõstrata est, possunt obligationes accipi pro peccatis, quibus aīa obuoluitʳ, obligatur, innodatur, & uincitur, ut eædē hic dicantur obligationes, quę supra dicta sunt uincula, Ps. 115. Dirupisti uincula mea.

Ps. 33. Heb. 1. Ps. 115.

## CXXV. PSALMI ARGVMENTVM.

*Psalmus iste de liberatione tractat, quæ per Christum uenit humano generi, ob quam à captiuitate miseranda diaboli, peccati & mortis, liberati fideles exultant in spiritu, & diuinum sua exultatione (licet inuidentibus & mirantibus inimicis) profitentur beneficium, poscentes uersu quinto uiuifico spiritus sancti flatu de captiuitate ad libertatem reduci eos, qui adhuc per infidelitatem in captiuitate sua propria uoluntate detinentur. Deinde uersu sexto usque in finem, de passionibus huius temporis, quæ pro iustitia iis quia pie uolunt uiuere in fidei ueritate obueniunt, sese consolantur spe æternæ retributionis attendētes, quod unusquisq; quæ seminauerit, hæc & metet: & quoniam (iuxta domini promissum) beati erunt ac consolandi in uenturo retributionis tempore, qui nunc in luctu & patientia perseuerauerint.* Galat. 6. Matt. 5.

## CXXV. PSALMI ELVCIDATIO.

*IN conuertendo dominus captiuitatem Sion:* Cum conuerteret atq; auferret misericordiarum pater, & Deus totius consolationis captiuitatē populi sui, sub qua ante Christi aduentum, uniuersum premebatur genus humanū: *facti sumus sicut consolati.* tunc quicunq; in Christum credimus, quicunque sumus de populo eius, summam accepimus consolationē, & facti sumus ex hoc gaudio spirituali uerè gaudentes.

2 *Tunc repletum est gaudio os nostrum, & lingua nostra exultatione.* Tantum aūt fuit ex hoc nostrum gaudium, ut ipsum corde celare totum non potuerimus, sed plena facta sint, ex abundantia cordis etiam ora nostra gaudiosis canticis, & linguis nostris laudes confessionis, atq; exultationis cecinimus liberatori nostro.

3 *Tunc dicent inter gentes:* Tunc inuidi dæmones tantam Dei dignationem admirantes, & prę inuidia dolentes, inter sese mussitātes, item & infideles idololatræ admirantes dixerunt adinuicem.

magni-

* *magnificauit dominus facere cum eis.* Ecce q̃ magnifice fecit cum electis suis, cum genere hominum Deus omnipotẽs, quos tam dignanter, tam mirificẽ à captiuitate & grauissima & maximẽ diuturna tandem absoluit.

4 *Magnificauit dominus facere nobiscum:* Et uere ita est ut uos, licẽt per inuidiã, asseritis; & hoc ipsum quod uos dolentes fateri debetis, nos quoq; gaudẽtes agnoscimus. Vere enim magnificẽ ualde, & supra quam dicere sufficiamus magnificẽ, egit nobiscum dominus Deus noster:

Rom. 6. * *facti sumus lætantes.* & in hoc liberati à peccato, serui autẽ facti Deo exultamus, atq; gloriamus in spe gloriæ, & in libertate filiorum Dei.

5 *Conuertere domine captiuitatem nostrã:*

Rom. 5. Tu domine, qui de captiuitate misera genus humanum fecisti liberum, perge q̃so, cęprũ opus implere & captiuitatẽ humani generis, conuerte, idest eos qui adhuc in sua captiuitate detinentur, pp infidelitatem, aut cætera peccata, in quibus per suæ propriæ uoluntatis prauitatem adhuc permanent sub seruitute pristina mortis, peccati, atq; diaboli, hos tu dignãter conuerte, & reduc eos de omnibus finibus orbis terrarum, ad libertatem quã parasti, atq; donasti omnibus credẽtibus sancto nomini tuo:

* *sicut torrens in austro.* conuerte, inquã, ut ad te undiquaq; confluant quasi aqua inundans, quemadmodum torrẽs rapidus, qui ardente sole siccatus fluere cessat, flante Australi uento, qui humectus est, & pluuias adducens, iterum suum fluxum atq; rapidum cursũ resumit, confluente ex omni parte aquarum copia. Et quomodo torrentes per austrum tepidum uẽtum niuibus calore solutis augentur, & fluunt fortius.

6 *Qui seminant in lachrymis, in exultatione metent.* Neq; uerò gaudium liberationis nostræ de captiuitate misera pphibere debẽt, aut ullo modo ẽt perturbare, passiones huius temporis, momentaneæ & leues, quas in uia iustitiæ sustinent qui piẽ volunt uiuere, quandoquidẽ certissimum est, eos qui

Mat. 5. nunc in luctu pœnitentiæ opera Deo digna studiosẽ operantur, in tempore retributionis suorum operum mercedẽ beatissimam cum inæstimabili gaudio recepturos Sic enim promisit ueritas, consolationem & mercedem copiosam accepturos, foreq; beatos, eos qui nũc lugẽt, atque in lachrymis seminant.

7 *Euntes ibant & flebant, mittentes semina sua.* Eunt quidẽ nunc p uiã huius uitæ, per uiam arctã mandatorum Dei ambulant, atq; procedunt de uirtute in uirtutem, sẽquã flentes, lugẽtes, miseri, atq; despecti, quãtum attinet ad corporis speciem, operãtes q̃ bona sunt & recta, & persecutiones, atq; miserias uitæ præsentis libẽter sustinẽtes, quę illis sunt ueluti semina, ex quibus expectãt in suo tẽpore fructum retributionis æternæ.

8 *Venientes autem uenient cũ exultatione.* Cum autem ii qui nũc per arctã uiã ambulant, redeuntes à peregrinatione & à uia uitæ præsentis, ad patriã reuersi fuerint, ad quam suspirauerant, ad quã pergebant, tunc apparebunt intus ac foris pleni exultatione & gaudio;

* *portantes manipulos suos.* habituri finem suæ iustitiæ (in qua seminauerũt) uitam ęternam, reportantes fructum fidei, ac patientiæ suæ salutem animarum suarum, sicut qui lætãtur in messe, cum de suis laboribus quos in seminãdo impenderunt, plenas tenent frugibus atq; segetibus manus suas. Rom 6. 1. Pet. 5.

## ANNOT. IN PSAL. CXXV.

POSSET Psalmi istius intelligentia non inepte referri ad illã perfectã lætitiã, quę ciuium cęlestium erit, cum post trãsitum huius uitæ (quæ cõparatione futuræ, captiuitas quædam est & exilium) ad pfectã libertatẽ puenerint. Donec enim corpori huic mortali præsentes, peregrinamur adhuc à domino, de pfectã libertate nõdum gloriari possumus. Cum uerò captiuitas ista auferetur penitus, tunc dabit nobis plena cõsolatio, tunc exultabunt sancti in gloria, tunc replebunt laudibus fauces nr̃æ, tunc q in malitiis suis dãnati sunt, cum uiderint ĩsperatã bonorum gloriã, turbati timore horribili dicẽt intra se: Ecce quomodo cõputati sunt inter 2. Cor. 5. Ps. 149. Sapien. 5

inter filios Dei,& inter sanctos sors illoE
rum est,& nos lętabimur in magnifica sa
lute dñi Dei nostri,Iuxta hanc aũt intel-
ligentiã,oratio quę fit uersu quinto,filio
rum est captiuitatis qui in Ecclesia hac
degunt militante, petentiũ à sua captiui
tate cõuerti in patriam,per flatum uiuifi
ci spiritus,ad modum torrentis qui flatu
australi uenti colligitur.Neq; refert iu-
xta hãc intelligentiam,siue in hoc psal-
mo loqui faciamus eos qui iã in Eccle-
sia triumphante gloriantur, siue eos qa
adhuc in captiuitate suspirãt ad liberta-
tẽ.Hoc tñ obseruandum est,si triumphã
tibus aptet,ut orõ illa uersus quinti,ta-
metsi fiat à triumphantibus,pro militanF
tib' tñ fieri intelligatur, ab illis postulã
tibus impleri numerum fratrum suorũ
Si uerò militanti applicet Ecclesiæ hoc
est aduertendũ,ut quæ initio psalmi pte-
rito tpe dñr,per futurum intelligant,iu
xta modũ scripturis nequaquã insolitũ.
¶ Ver.6. Mittentes semina sua per semi
nare,intelligitur operari,& semina mit-
tere,est opera facere, suntque ipsa opera
Ibidem semina,ex qbus modò in carne, dum tps
est,operatis,fructus expectatur uitæ ęter-G
Gala. 6. nę.Sic.n. & Paulus loquit Galatis scri-
bens:Quæ,inquit, seminauerit h , hæc
& metet. Qm̃ qui seminat in carne sua,
de carne metet corruptionẽ.Qui aũt se-
minat in spũ,de spũ metet uitam ęternã.
Et ueluti declarãs quid per seminare in,
telligat,statim subiungit. Bonum aũt fa
ciẽtes,nõ deficiam',tpe.n. suo metemus
nõ deficiẽtes.Ad intelligendum aũt cla
rius ea quæ hic de seminantibus in iusti
tia dñr, considerãda est conditio semi-
nantium corporale semen. Quemadmo Iacob. 4.
dum.n.agricola qñ seminat,nullã preten
dit lætitiã dum à terra adeò nihil recipit Heb. 1.
nisi ẽt semina bona in terrã mittat corrũ
pẽda,intus tñ gaudet & cõsolatus est aĩo Colossi. 5.
spe uenturæ messis, pretiosum fructum Ephes. 4.
terræ patienter expectans, ita fideles qui
piè uiuere uolunt,nõ pretendunt in hoc Galat. 5.
tpe foris signa ulla lætitiæ: sed tristes uĩr
afflicti,egentes angustiati,dum mẽbra ac
corpora sua mortificare super terrã;dum
ueterẽ hoĩem, cũ actibus suis deponere,
& carnẽ cum uitiis & cõcupiscẽtiis cruci
figere sollicite studẽt,dũ aduersus mun-
dum ac mundi pricipẽ uiriliter pugnãt,
dum arctã uitæ uiã pseruerẽter retinere
satagunt, uerum intus, aĩo semper sunt
gaudẽtes,pp spẽ beatæ remunerationis.

## CXXVI. PSALMI ARGVMENTVM.

*Videtur Psalmus iste ad præcedentem pene continuari. Quemadmodum.n. ille de fideliũ liberatione & captiuitatis dissolutione loquitur,ita hic de ædificatione domus Dei,q̃ est ecclesia,& ex fidelibus componitur per Christum liberatis. Ac primum quidem ædificij huius Deum asserit primarium esse authorem & architectum imo & custodem atque conseruatorẽ sine quo nihil in hac re facit humana omnis potentia siue industria,surgere tamen uersu tertio monet eos qui adhuc in captiuitate resident,& in luce miserationum Dei sese à peccatis erigere deinde,quam magnificet Deus electo',ex quibus domum suam cõponit, ex uenturo retributionis tempore patefacit,quando manifeste in hæreditatem domini cernuntur ascripti,& fructui uentris Christo ueluti in mercedem assignati, qui postquam semel diuinitus fuerint liberati,sic amodo sunt in manu Dei,quomodo in manu robustorum sagittæ,ex quibus quisquis institutionem bonam susceperit suam omnem uoluntatem illi conformando,confusionem non inueniet in nouissimo die, quando in porta exhibebitur iudicij ante tribunal Christi.*

## CXXVI. PSALMI ELVCIDATIO.

*NISI dominus ædificauerit domum,in uanum laborauerunt qui ædificant eam.*
Quemadmodum captiui
tatem illam miserãdam
gñris humani pter Deũ
auferre nemo potuit,ita quoq; ædificiũ
Ecclesiæ sanctę,q̃ est domus Dei, & ex fi-
delibus liberatis cõponit,sine Deo susci
tari aut fieri nõ poterit, adeo ut nisi dñs
ipse domum hãc ædificare uoluerit, fru-
stra laborẽt,qcunq; sine eo quãlibet ma
gnum conatum ad eius ædificationẽ ad
hibuerint,& quãtumuis magnum insum

pserint

pserint laborē, nō efficiēt quicquā absq; A sed ad lucē miserationis ac uisitationis
1. Cor. 3 Dei (qui in hoc opere architectus esse debet) uoluntate & auxilio, quanquā ut cooperatores & adiutores Dei, nonnihil possint in hac re homines, ad peccatorū conuersionem uerbo & opere plurimū laborantes, & scientia Dei ad alios erudiendum præualentes, alius plātando, alius rigādo, modò adsit eorū operi Deus architectus, qui incremētum præbeat: q operetur in nobis, tam uelle quàm perficere pro sua bona uoluntate.

Philip. 2

2 *Nisi dominus custodierit ciuitatem, frustra uigilat qui custodit eam.*

Deinde ut ēt extructa fuerit sancta Dei B Ecclesia in modū ciuitatis firmæ, in qua singulæ Ecclesiæ domus sunt atq; familiæ cuius ciuitatis singuli fideles qui de captiuitate exierunt ciues sunt & domestici, n[?]i[?]nquā, si extructa fuerit ista ciuitas, nō poterit tñ absq; Deo custodiri, atque in sua dispositione rectè consistere adeò ut nisi ille ad custodiam eius uigilauerit, fuerit, fueritq; ad eā intētus in oī bono ꝓmouendā & à malo custodiēdā, frustra sit conatus omnis ac diligētia hominis cuiuscunque, qui illā suis uiribus, potē- C tia, sapientia, aut industria humana custodire conatus fuerit, quanquā ut cooperatores & ministri Dei, nonnihil neq; parū hac in re pñt homines, in qbus est zelus domus Dei, quos super muros & super speculā ipse custodes posuit uineæ, & speculatores domus ac ciuitatis suæ.

Esa. 62.
Hier. 6.
Ezec. 3.

3 *Vanum est uobis ante lucem surgere:*

Atq; ēt si mane primo diluculo exurgatis quō solent qui ad rē quamlibet perficiendā sunt ardentissimi, summamq; diligentiam & conatum extremum adhibeatis, nihil proficietis, nihil efficietis, uanus erit labor uester, si absq; Deo rem at- D tentaueritis, si in uobis hac in re fidiitis, si antequam lux diuinæ gratiæ, atq; uisitationis exurgat, rem efficere conamini.

* *surgite postquam sederitis qui manducatis panem doloris.*

uos aūt ò captiuitatis filii, qui de captiuitate cupientes effugere, peccata uestra recogitatis in amaritudine pœnitentiæ, sicq; panē uestrum in salutari dolore māducatis, nolite quasi re desperata permanere iacētes supini in miseriis uestris, sed ad lucē miserationis ac uisitationis Dei expergiscimini, euigilate & exurgite, postquā diu iam satis, & heu nimiū diu, sedistis imò iacuistis, & sorduistis in peccatis uestris, neq; apponatis amplius in illis permanere. Tametsi. n. ex uobis tāquā ex uobis sufficientes non sitis ad exurgēdum absq; Deo, sine quo nihil potestis facere, sufficiētia tū uirtutis ex ipso est, in quo uos confortāte, poteritis oīa. 2. Cor. 5 Ioan. 15 2. Cor. 3 Phili. 4.

4 *Cum dederit dilectis suis somnum:*

Neq; uero mirum uideri debet, si dictū est à domino & ædificari & custodiri debere domum ac ciuitatē suā, & sine eo nihil fieri posse, qd ad salutē pertineat electorū suorum. Ecce. n. eum dominus ipse electis & pdestinatis seruis suis requiē dederit beatitudinis æternæ, eosq; in cubiculum suum introduxerit

* *ecce hæreditas domini filii:*

tunc apparebit, & tunc uidebitur hæreditas eius & tota possessio, in qua inhabitabit & gloriabitur, nempe electi fideles quos in filios Deus adoptauit, & quibus per gratiam suam potestatē dedit filios Dei fieri, ac conformes imaginis filii sui primogeniti. Hæc n. erit hæreditas, ī qua habitabit & gloriabitur Deus non fertiles cāpi, non densæ syluę, non prata uirētia, non montes aurei, sed filij gratiæ, & gloriæ, quos habebit sibi in hæreditatē præclaram & pretiosam. Ioan. 1. Rom. 8.

* *merces fructus uentris.*

qui sane filii erūt merces & præmiū Christi qui fructus est uirginalis uteri, in uentre uirginis absq; uirili semine sola sancti spūs operatione conceptus atq; formatus. Cū ergo electos suos tanti faciat Deus ut eos præ hæreditate sua reputet, & mercedē Christi sui, mirumne, id est, si hominis sola uirtus ad huius domus, Dei ædificationē, ad electorū salutem ꝓmouendā per se nisi Deo principaliter operāte nihil possit? Nō. n. patit̄ neque uult suā sibi domū, hæreditatem & mercedē, ab alienis tantum parari, sed ipse sibi eam uult & ædificare & custodire.

5 *Sicut sagittæ in manu potentis:*

Imòuerò quo magis pateat quàm charos ac pretiosos habeat suos electos Deus, illud dico qm̄ sicut in manu hoīs ualidi ac robusti sūt sagittæ q donec ab eo tenētur,

ctus ventris. Posset cũ iuxta hanc cõstru ctionem alia dari intelligentia, ut non eundẽ duæ partes istæ haberent sensum, in hunc modum: Ecce hæreditas domini sunt filij, & uicissim merces & præmiũ, & hæreditas illorum filiorũ est fructus ventris, i. Chrũs dñs: hoc est, Christus dñs ꝓ hæreditate & præmio habebit filios grãe, & uicissim ipsi filij grãe ꝓ hæreditate sua, & præmio habebunt Chrm dñm. Atque in hunc sensum respicere vr̃ celebris ecclesiæ doctor Thomas Aquinas, in antiphona illa quæ huic psalmo in uesperis altissimi sacræ eucharistiæ sacramenti ꝑcinitur in hunc modum, Fructus ventris uirginalis, est hæreditas sanctorũ, adimplẽs bonorũq; desiderium. Atq; harum q; dem sententiarum utraq; ex Hebræo recte põt accipi, eo in Hebræo fructus possit accipi in quolibet casu, eo quod nullũ sit adiectũ signũ certum casum determinans. Græca tamẽ lectio neutram prædictarum intelligentiarũ patitur, quæ sic habet: ἡ δοῦ κληρονομία κυρίου υἱοί, ὁ μισθὸς τοῦ καρποῦ τῆς γαστρός. vbi manifestum est, cũ ex articulo addito, tũ ex ipsa terminatione fructus esse casus genitiui, & regi à nomine merces, ut sit sensus, merces eius qui est fructus uentris. Propter qd, illa sententia quæ in elucidatione explicatur, magis vr̃ conueniens. ¶ Versu penultimo. Ita filij excussorum. Cũ dr̃, filij excussorũ, genitiu' excussorũ passiuẽ capit, pro iis qui excussi sunt ac liberati de iugo miseræ seruitutis. Et potest accipi oratio hæc impropriè in eo sensu ac si diceret Filij de numero excussorũ: uel sm proprietatem sermonis dicatur filij excussorũ, ij q sm fidẽ p euãgeliũ geniti sũt ab illis primis filiis libertatis, sanctis apostolis atq; discipulis dñi. Oẽs. n. hi sict manibus Dei sunt, quõ in manu potẽtis sagittæ, primũ qdẽ, qa eos quos Deus liberauit, ac iustificauit, nemo põt cõdẽnare, ut sanctus Apostolus ait: & Rom. 8.
nemo poterit electos rapere de manu pastoris, quõ ipse ait in Euãgelio. Itẽ & cũ Ioan. 10
illo emiserit in uirtute spũs, quasi sagittas suas, ad depugnandũ ꝓ ueritatis prædicationẽ aduersatias ptãtes & inimicos ueritatis infideles, & peccatores salubriter uulnerandos, ac perimendos cõpunctione pœnitentiæ, uim & efficaciã magnã habebunt in uirtute spiritus ad perficiendũ oĩa ad quæ missi fuerint, quemadmodum primis fidei prędicatoribus sanctis apostolis manifestè patuit, & quotidiana mõstrat experiẽtia in amicis Dei quos ipse destinat quasi sagittas ad peccatorũ conuersionẽ, & in uirtute spũs facit uiriliter cõtra diabolũ, & oẽm' falsitatẽ, atq; uanitatẽ operari. Poterunt ẽt aliter sancti apostoli noui filij intelligi filij excussorũ, i. eorũ qui à Deo excussi, siue abiecti sunt, utpote sm carnẽ existẽtes filij Iudæorũ, quorũ gẽtẽ ꝓ maxima parte sub tpe grãe uelut excussit Deus, qñ illis sese indignos facientibus ad gẽtes cõuerti iussit apostolos, quemadmodum in Actis testat' Paulus apostolus. Actu. 13.
¶ Ver. ultimo, Nõ cõfundet', cũ loquetur inimicis suis in porta. Per id qd dr̃ loqui inimicis in porta, intelligi rectissimè vr̃ examẽ iudicij, qd in porta antiquitus solebat fieri palã oĩbus, quemadmodũ etiãnũ cõsuetudo est quibusdã. Vñ in alio psalmo dr̃, Psal. 68.
Aduersum me loquebãtur qui sedebant in porta, & in me psallebãt qui bibebãt uinũ, per quos, iudices populi & potẽtes ac diuites intelligi vr̃. Idipsum ex libri Ruth. 4 capite satis fit manifestũ. Non est Ruth. 4.
aũt sic accipiendum, qd dicimur locuturi inimicis nr̃is, quasi in Dei iudicio ꝓlixis cõtentionibus, aut altercationibus cũ inimicis nr̃is simus acturi cãm nostrã, ad cũ modum quo iudicia exercent' humana, sed amore hoĩum dictũ illud accipi dẽt, ad significãdum exactionẽ & expostulationẽ inimicorũ, q nr̃am damnationẽ requirẽt. Posset tñ & ad exitũ à corpore referri. Tũc. n quodammõ inimicis nr̃is in porta loquemur, qñ i egressu corpore mortis huius, iudici Chro pñtati, accusãtibus inimicis nostraq; mala ꝓponẽtibus, respondere debebimus, & rõnẽ pro oĩbus ante iustum iudicẽ reddere.

## CXXVII. PSALMI ARGVMENTVM.

*Describitur beatus qui nũc timet dominũ, eius q; mandata custodit eo, qđ p operibus quæ in corpore est operatus bene retributionis accipiet mercedẽ, qui ẽt si sm carnẽ sterilis uideat', secundũ spiritũ tamẽ uxorẽ, quã sibi elegit cœlestẽ sapientiã habet fœcundissimã, ex qua proles*

*proles accipit & multas & laudabiles, optimas hac Deo placitas actiones quæ illi omni ex cælesti procedunt benedictione. Tandem uerò ad illos se in spiritu conuertens propheta, aut uir quilibet iustus cælestem eis benedictionem precatur à domino, bona uidelicet cælestis Hierusalem, filiorum filios & pacẽ electorum Dei, quæ qui, quis acceperit, non deerit in omne bonũ.*

## CXXVII. PSALMI ELVCIDATIO.

EATI *omnes qui timent dominum, qui ambulant in vijs eius.*
Beatus eſt nunc expecta-
tione certa, poſt quoq;
item beatus futurus poſ
ſeſſione ſecura, qui timet, reueretur, dili-
gitque dominum Deũ ſuum, qui in uijs
mandatorum eius ſtudioſè conuerſatur,
diligenter attendens, ut ab illis quæ illi
diſplicuerint, abſtineat, quæ uerò placi-
ta eſſe illi nouit, ſedulò perficiat.
2 *Labores manuum tuarum quia manduca-
bis, beatus es, & bene tibi erit.*
Gaude & lętare in ſpiritu quiſquis talẽ
te (perhibẽte teſtimoniũ tibi conſcientia
Pro. 31. tua in ſpiritu ſancto) agnoſcis. Verè.n.ẽt
nunc beatus ac fœlix ex firmiſſima expe
ctatione, & bona accipes reali fruitione,
in retributione æternitatis, quia dabitur
tibi de fructu manuum tuarum, comedes C
que de operibus q̃ operatæ ſunt manus
tuę, hoc eſt pro operibus tuis q̃ in timo-
re domini in carne es operatus, merces
tibi dabitur æternę retributionis, in qua
ſatietas eſt oĩum bonorum. Vnuſquiſq;
n mercedem accipiet ſm ſuum laborem.
3 *Vxor tua ſicut uitis abundans in lateribus
domus tuę.*
1 Cor. 3. Neq; uerò in futuro tm̃ ſæculo futurus
Gal. 6. es beatus, aut bona percipies, uerumetiã
aliqua ex parte in præſenti tempore. Cę
leſtis enim ſapientia, quam tibi in uxorẽ
adamaſti, atq; deſponſaſti, nequaquã erit D
ſterilis tibi, & infœcunda, ſed fructum
operũ bonorũ copioſiſſimum proferet
tibi, ad modũ uitis fœcundæ, q̃ p latera
domus latè expãſa botros profert & plu
rimos & pinguiſſimos. Sic.n. per omnẽ
modum, qui cœleſtem ſibi ſapientiam de
ſponſarunt, & cum illa conuiuunt aſſi-
duè, optimarum operationum pinguiſſi
mos botros copioſe progignunt ex ea.
4 *Filij tui ſicut nouellæ oliuarum, in circui
tu menſæ tuæ.*

Cogitationes quoque & affectiones pię,
quas tibi quaſi filios quoſdam pariet v-
xor tua, ſic erunt quaſi per circuitũ, & ex
omni parte: in ſecura conſcientia tua ſa-
lubriter lętante, & quaſi iugiter conuiuã
te, ſicuti nouellæ plantationes oliuarum
plenę uirore atq; pinguedine, fragrantia
B ſui odoris totam conſcientiæ tuę domũ
replentes, Deumq; & angelos lętificãtes:
Inſuper filij quos tu & uerbo exẽplo Deo
gignes, ſicut germina oliuarũ erũt circũ
te tanquã à te ſalutaris doctrinę pingue
dinem ſumentes, & quaſi pabulum ſpiri-
tale à te accipiẽtes, quomodo ſolent de
menſa parentum ſumere cibum filij.
5 *Ecce ſic benedicetur hõ qui timet dominũ.*
Ecce ad eum modum quo ſuprà iã de-
ſcripſimus, replebũtur benedictionibus,
quicunq; ſancto timore reuerentur, ac
diligunt dñm Deum ſuum eiuſq; mãda-
C ta ſollicitè cuſtodiunt, talibus bonis, tali
gloria, tali ornatu ornabuntur ex benedi
ctione & beneficio altiſſimi.
6 *Benedicat tibi dominus ex Sion, & uideas
bona Hieruſalem, omnibus diebus uitæ tuæ.*
Ego quoque in ſpũ ſuper hmõi gaudens P..3.
atq; exultans, tibi quiſquis es qui times
dñm, fœlicia proſperaque oĩa ex cordis
deſiderio exopto, & Deum precor, cuius
eſt benedictio ſuper populũ ſuũ, ut de ci
uitate ſua ſancta, de cœleſti Sion, in qua
inhabitat, ubi eũ cõtemplantur beati om
nes facie ad faciem, benedicat tibi bene-
D dictione ſua ſancta, in cœleſtibus donis
ſuis: detq; tibi poſteaquã ipſe hinc emi-
grãdi aduenerit, uidere in teipſo, recipe-
re atque experiri uſque in æternũ ſine
fine bonũ illud unicũ & ſummũ (in quo Eſa. 64.
ſunt ſimul oĩa) ciuitatis ſupernę Hieruſa
lem, qđ nec oculus uidit, nec auris audi- 1. Cor. 2.
uit, neque in cor hominis aſcendit.
7 *Et uideas filios filiorum tuorum:*
Fœcundet te quoq; Deus ſpiritali ſuã
fœcũditate in oĩbus uirtutibus, ita vt de
uirtute ſemper in uirtute p̃ficiens, & ex
una

vna in alterā semper procedens, sic quasi filios accipias filiorum tuorum,
A
Rursum ita quoque te fœcundet virtutibus, vt in longas, ac multas generationes permaneant tibi filij, quos Deo, siue verbo doctrinæ, siue exemplo vitæ genuisti; quemadmodum solet virorum iustorum semē spiritale in multas gñationes pmanere, impiorum carnali pereūte semine.

*pacem super Israel.*

det quoque tibi videre pacem ueram super omnem populum fidelem, & super omnes electos; pacem (inquam) Dei super Israel, vt vnà cum electis omnibus pace fruaris sempiterna: Amen.

## ANNOT. IN PS. CXXVII.

VEr. 3. Vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ. Per vxorē istam, intelligi etiam potest conuenienter affectus sensitiuus, qui in carne inhabitat, quem solemus nominare sensualitatem. Quemadmodum n. vxor ex Dei institutione subiecta est domioio viri, dicente domino: Sub viri potestate eris, & ipse
Gen. 3. dominabitur tui; ita hæc sensualitas, rōis
C
debet imperio regi. Et quemadmodum vxor, si rectè regatur à viro, fructum plurimum, & commodum parit in familia; cōtra verò si indomita fuerit, & in malis vir ei nimium indulgere cœperit, mala plurima, & damna committit in familia, rebusq; domesticis, etiam ea quæ viri diligentia, atque industria fortè lucrata fuerit, non rarò malè absumens, atque dilapidans. Ita affectum sensitiuum istū quisquis benè secundum rationis imperium gubernauerit, & quisquis rectè illum sub habenis rectę rationis continuerit, quasi sub viri potestatē, fructum plurimum ex eo percipiet, & opera plurima bona proferre poterit, vbi ad virtutem assuefactus fuerit. Contra verò, si permittatur super rationem prænalere, & quasi supercresce re super eam, spinas & tribulos, & mala plurima proferet, & suffocabit etiam atq; absumet, si quę bona ratio, atque voluntas videantur non nunquam operari; dū bona desideria, ac sancta proposita, sua lasciuia opprimit, atque disperdit, vt in effectum non perueniant. Et huic vxori rectè compāratio vitis applicatur. Vitis. n. non, nisi maximo labore, diligētia, atque
B
impensa adhibitis, fructificare potest, neque quisquam ex ea fructum percipit otiosus. Ita sane & sensualitas, nisi diligentissimè colatur, & plurimum fodiatur, euulsis sedulò malarum passionum radicibus, & bonis insitis surculis, per continuam ad virtutes assuefactionem, fructū bonæ operationis proferre poterit nunquam. Ac iuxta hanc intelligentiam, per filios conuenienter intelligi possent omnes vires alię corporales, quæ omnes (sola sensualitate bene recta, & exculta) facile pingelcunt, & virent in operibus bonis. Quidam verò omnia ista, de filiis & vxore, & manducatione laboris manuum exponunt de temporalibus diuitiis, uxore & liberis: verùm quoniam (ut supra in annotationibus psalmi 111. diximus) perpaucis Deum timentibus ista sic competunt; quemadmodum neque Christo, neque apostolis, neque plurimis post ipsos sanctissimis viris, commodius nobis videtur secundum spiritualem intelligentiam ista spiritualiter dicta intelligere, ita ut generaliter piis omnibus Deum timentibus conueniant.

## CXXVIII. PSALMI ARGVMENTVM.

*NArrat in spiritu lætitia vir iustus, quemadmodum frequentissimis insultibus aduersariorum suorum oppugnatus, ab initio conuersionis suæ ad Deum, nondum tamen succubuerit, tametsi grauia multa ab importunitate, & sæuitia aduersantium perpessum se fateatur, Quorum deinde pœnam, confusionem, & reprobationem æternam, siue prædicendo iuxta conformitatem diuinæ iustitiæ optat, siue optando prænuntiat, tectorum fœno eos comparās, a quibus (cum sint maledictionis filij) longe est omnis benedictio.*

## CXXVIII. PSAL. ELVCID.

*AEPE expugnauerũt me à iuuentute mea:*
A tempore quo uetustate despofita, renouata est mihi iuuentus mea, ex quo abdicatis uitiis serui re cœpi domino Deo meo, frequenter ad modum insultum in me fecerunt, meq; oppugnauerunt dæmones atq; maligni eorum ministri, cupientes à rectitudine animum meum depellere, castrumq; animæ meæ deuincere:

** dicat nunc Ifrael.*
meritò hoc ipsum dicere debet, & fidẽter fateri, omnis qui Deo credens, piè in ipso uiuere studuerit. Neq; enim mihi secundum personam hoc est peculiare, sed omnibus qui piè uiuere uolunt cõe, ut persecutionem multiplicem patiantur.

2 *Sæpe expugnauerũt me à iuuentute mea.*
2.Tim.3. Ego tñ de meipso singulariter loquens hoc fateor, & dico liberè, quòd à tempore iuuentutis meæ frequenter admodũ me oppugnauerunt, & expugnare conati sunt persecutores mei:

** etenim non potuerunt mihi.*
ueruntamẽ diuina assistente grã, hactenus aduersus me nõ potuerunt, hactenus mihi nõ præualuerunt, neq; prãtem plenam abhuc super obtinuerunt, sic ut eorum potestatem non potuissem euadere, sed perstO (gratia Deo) etiamnum in bona uoluntate, paratus & non turbatus, ut custodiam mandata Dei mei.

3 *Supra dorsũ meũ fabricauerũt peccatores:*
Ps.118. Multa quidem (fateor) & grauia & molesta, ab illorum importunitate & crudelitate perpessus sum, ita ut quasi supra dorsum meũ fabricauerint, grauissimis me affligentes molestiis:

** prolongauerunt iniquitatem suam.*
multiplicauerunt aduersus me omnem malitiam suam, omnem suam quam poterant prauitate aduersus me machinantes, & nihil eorum in quibus nocere potuissent omittentes.

4 *Dominus iustus cõcidet ceruices peccatorũ:*
Ps.7. Verum Dñs Deus qui est iustus iudex & ultor pauperum seruorum suorum, ipse pro me retribuet eis, ipse faciet uindictã

E interfecturus eos gladio oris sui, & sentẽtia condemnationis æternæ, ad eum modum quo materiali gladio solent incidi ceruices, & amputari capita maleficiorũ:

** confundantur & conuertantur retrorsũ omnes qui oderunt Sion.*
Confusio sempiterna & erubescẽtia horribilis apprehendet in nouissimo omnes qui odio habent populum domini, ecclesiam sãctam, bonos atq; fideles Dei seruos, tu quoq; Deus in machinationibus quas contra tuum populum meditãtur, fac non præualere eos nobis, sed con
F fundantur, & à cœpto turpiter desistere cogantur, tanquam non potentes, te prohibente, quæ cogitabant perficere.

5 *Fiant sicut fœnum tectorum, quod priusquã euellatur exaruit.*
Similes erunt huiusmodi fœno qd' super tecta domorum crescit, qd' in alto quidẽ cõsistit, sed radicem, ac stabilitatem non habet, neq; ullius est precii, quodq; in se quantocyus arescit, post computrescit & perit, nullo euellente. Sic.n. dæmones & homines mundi huius, in alto quidem positi uidentur, dum principari in mun-
G do, & potestatem sæculi obtinere uidentur, uerum nulla est in eis stabilitas, sed à ui-ore suo quantocyus transibunt, tabescentes in malitia sua, & computrescentes in corruptione mortis æternæ.

6 *De quo non implebit manum suam qui metet, & sinum suum qui manipulos colliget.*
De quo fœno in tecto enascente, nemo messorum ad demetendum implet manum suã, neq; illi qui messoribus pcisa in manipulos colligunt, sinum suum aut brachia sua implebunt fœno isto, tãti.n. nõ est, nec; quisquam tanti facit fœnum
H hoc, ut demerẽdi illius gratia uelit supra domorum tecta abscẽdere, queadmodum demetitur qd' in pratis super terrã exoritur, & omnino nulli est usui, sed prorsus derelinquitur, arescitq; & computrescit in semetipso. Et sic sanè dæmones & cæteri reprobi, prorsus à Deo sunt derelicti, qui in consummatione sæculi, qñ exibunt messores angeli, nõ colligabuntur cum iustis in manipulos, ut inferantur in horreum uitæ æternæ, sed magis separabuntur de medio iustorum, & alligabunt in fasciculos, ut in igem uorandi proiiciantur. Matt.13 & 4.

tur, quomodo ea quæ nulli bono usui ultra esse possunt, in ignem solēt proiici.

7 *Et non dixerunt qui præteribant; benedictio domini super uos:*

Et quemadmodum fœno illi tectorū, eo ꝙ nullius sit utilitatis, nemo præ ereuntium benedicit aut bene precatur, ad eū modum quo solent bonis segetibus & uirētibus pascuis pertranseuntibus bene ꝑcari, ita sup ĩpios istos derelictos & reprobatos à Deo, nulla ueniet benedictio, nulla precatio bona. Neq; dicetur uel ab angelis sāctis, uel à iustis hoīb⁹ sup eos, Benedicat, aut benefaciat uobis Deus: B

* *benediximus uobis in nomini domini.*

neque dicetur eis, Benediximus uobis, aut bona precati sumus à domino Deo nostro, quoniam condemnati sunt, & ab omni bono reprobati obdurati in malitia, neque benedictionis capaces esse ualent, filij existentes maledictionis, quos possidet æterna maledictio.

## ANNOT. IN PSAL. CXXVIII.

VErs. 1. Sæde expugnauerunt me à iuuentute mea, &c. Similis, hoc est C in sermone alacritas, eadēq; locutionis festiuitas, qualis in ps 123. cum dr. Nisi quia dñs erat in nobis, dicat nunc Israel, nisi quia dominus erat in nobis, &c. Expugnauerūt aūt nota accipi ĩproprie ꝓ oppugnauerunt, uel impugnauerunt, siue tribulauerūt, uel loco huius, expugnare conati sunt. Nam propriè loquendo, non expugnatur, nisi quod oppugnādo deuincitur. Vnde si propriè acciperetᷣ Expugnare, non sibi constarent partes duæ huius uersus, cum in altera parte dicatur, Etenim nō potuerunt mihi, id est, nihil D potuerunt aduersum me, nō mihi praeualere, nō me ualuerūt expugnare. Quanquā fm aliquā cōsiderationē, cōmoda adhuc posset accipi snia, si hoc dicamus fidelē sermonē isto uelle indicare ꝙ cū sæpius fuerit ab adolescētia sua expugnatus atq; deuictus, sępiusq; inimicorū tētationibus succubuerit, sp tñ à peccato resurrexit, ut inimici plena ptāte sibi actenus nō prævaluerint, cum per pœnitētiā resurgēdo à malo ptās effugatur diaboli. Cōterū, iuuentutē istā intellige-

A re possumus tēporalē & spūalem, & utroque mō bona est snīa. Itē & de inimicis corporalibus uel spūalib. interpretari.

¶ Ver. 3 Supra dorsum meum fabricaue runt peccatores, ꝓlongauerūt iniquitatē suā. Per istud fabricare supra dorsum, qd ꝓuerbialiter dictū est, intellige grauē & longam uexationē atq; afflictionē, qua iis qui pie uolūt uiuere fm Deū, iugiter molesti sunt impii. Dorsum.n.est, quo feruntur onera, & cū aliē ut admīnistratio rei cuiuslibet difficilis iniungitᷣ, dicimus ꝓuerbiali sermone, illi⁹ dorso uel humeris esse iniectū graua onus, & cū qui ampla est sustinentia siue magna patientia, ut facile possit ferre obtrectationes, siue alias iniurias, aut contumelias, hmōi homines latū habere dorsum dicimus. Tūc ergo supra dorsum iusti impius quasi fabricat, qñ magna illū uexatione affligit, & quasi portanda multa īponit, qñ illū facit portare grauia, & quæ sunt portatu difficilia. Quātumcunq; autē fabricauerint peccatores sup dorsum iusti, nō sunt cūbet iustus: qm nō patitᷣ Deus amplius dorso eius imponi, ꝙ ipse ualeat ferre Fidelis.n.est Deu⁹ (vt sanctus ait Apost.) ꝗ nō patietᷣ tētari uos supra id qd potestis, sed faciet cum tentatione prouentum, ut possitis sustinere, & ipse qui dorsum nostrum ita corroborat, fm suum beneplacitum, ut nullo pondere deprimi possit, ut sub nullo subsidamus onere. Nō .n. solum fidelis est ut patiatur nobis imponi onus supra ꝙ possumus, uerumetiā oneratos & laborantes sub onere paratus est reficere: queadmodum in Euangelio aperta uoce clamat dicens, Venite ad me oēs qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiā uos ¶ Ver. 4. Dñs iustus concidit ceruices peccatorum. Idē hic intelligitur per ceruicum concisionē, quod in alio psalmo per capitis confractionem, cum dr: Veruntamen Deus cōfringet capita inimicorum suorum, uerticē capilli perambulantiū in delictis suis. Et in alio psalmo per confractionem cornuum, cū dicitur. Oia cornua peccatorum confringam. Alibi quoq; per dētium confractionem, & maxillæ percussionem; vt psal. 3. Tu percussisti oē aduersantes mihi sine causa, ꝓ quo in Hebræo est, Tu percussisti

1.Cor.10

Matt. 11

Psal. 67.

Psal. 74.

Ps. 57. omnium inimicorũ meorum maxillam) E dẽtes peccatorum cõtriuisti. Et alibi, Dominus cõfringet dẽtes eorũ in ore ipsorũ, molas leonum confringet dominus. Quòd autẽ oia ista significent grauem persecutionẽ, quã Deus in sententia sua feriet impios, suis in locis manifestũ est. Ver. 7. Et non dixerunt qui praeteribant benedictio domini super uos, benediximus uobis in nomine domini. Quidã intelligunt. Nõ dixerunt praetereuntes admessores qui tentauerint colligere fœnũ illud tectorum, & laborem in illo impẽdere, ut illis frustra & in re inutili laborã tibus praetereuntes non dicant, Benedictio domini super uos, quomodo scilicet uulgo solent hoĩes transeuntes per uiam bene precari iis, qui agris metẽdo laborãt, dicendo, Prosit, benedicat uobis Deus, aut dominus uobiscum, quomodo suis messoribus dicebat Booz Nobis in Ruth. 2. Elucidatione fuit uisum conuenientius, ut benedictionem illam praetereuntium intelligamus referri ad ipsas fruges quae in agris sunt. Ita enim solent homines, cum per uiam transeunt, & agrum bona segete adornatum conspiciunt, bene precari agro illi, & segeti quae in eo est.

## CXXIX. PSALMI ARGVMENTVM.

*DE profundis peccatorum tentationum, atq; periculorũ, siue de intimis cordis clamat qui ope eget ad dominum petẽs exaudire in oratione sua, & iniquitates suas, ne forte obsint exauditioni, refugiẽs obseruari. Deinde uersu quarto, in Dei propitiatione & inobedientia legis Dei spem erigit, & animã suam rectè sperare facit uniuersum insuper populum Dei ad eandẽ spem fiducialiter inuitans, & eo q domini sit misericordia, & salus, & liberatio ab iniquitatibus.*

## CXXIX. PSALMI ELVCIDATIO.

*DE profundis clamaui ad te domine:* G Clamaui domine ad te de profundis tentationũ, de profundis periculorũ, quibus penè immersus fui spiritus meus, de pfundis etiam cordis mei, & intimis praecordiis meis, de corde contrito & spiritu humiliato:

* *domine exaudi uocem meam*

tu uerò me clamantem ne despiciat, sed clamantis uocem exaudi.

2 *Fiant aures tuae intendentes, in uocem deprecationis meae,*

Ne auertas ab oratione mea aures tuas, H sed benignus auditus tuus ad exauditionem fit intentus uoci meae, qua oro ante conspectum tuum

3 *Si iniquitates obseruaueris domine:*

Neque uero in memoriam reuoces peccata mea praeterita, ut propterea clamantẽ despicias, atq; ẽt si adhuc maculę quędam leuiorum peccatorum in me resideant, non ob hec statim (quaeso) repellas orationem meam. Nam si tu iniquita Prou. 24 tes hominum obseruare uelles, uel antiqua semel remissa (quod frequẽter faciũt hoĩes) in memoriam reuocãdo, ut ppea Iacob. 3. reconciliatis minus esses ad exauditionem facilis, uel quotidiana delicta & lapsus, quibus in die septies cadit iustus, & per quae in multis offendimus oẽs, sm seuerum rigorem & rigidam districtionẽ iustitię tuae expendere atq; diiudicare: si, inquam, ita tu nostras iniquitates districtè attenderes atq; obseruares:

* *domine quis sustinebit*

quis esset inter mortales, qui ab infantia Gen. 6. sua ad malum proni sunt oĩspe, qui ferre & 8. posset tuam hanc districtionẽ, tuã hanc iustitiae seueritatem sustinere? Quis stare Ps. 142. posset corã te, aut quis iustificari posset in conspectu tuo uiuens super terram? aut quis iam cõfideret orationem suam apud te posse exaudiri? quandoquidẽ penè omnes & praeteritorum grauiũ peccatorum, & plurimorum insuper lapsuum quotidianorum, sibi sunt conscii.

4 *Quia apud te propitiatio est:*

Absit uero, piissime Deus, ut ita obserues iniquitates nostras, quoniam tecum est propitiatio, & pprium est tibi misereri, propiciari, ac parcere, pp quod misericorditer magis agere debes nobiscum, neq; distri-

districtè sic omnia exigere ut dissimules peccata hominum propter pœnitentiã: A

* *propter legem tuam sustinui te domine.*

& propter legem sanctam tuam, quã ob seruandam præcepisti nobis, ego ꝑ mea paruitate cum adiutorio grę tuæ perseue raui in te, neq; à te per transgressionem volui abscedere, teq; in obedientia legis tuę perseuerando sustinui, pp quod te mi hi (quæso) exhibeas benignum.

5 *Sustinuit anima mea in uerbo eius:*

Anima mea & spũs meus fiducialiter su stinuit atq; expectauit longanimiter in uerbis promissionum tuarũ, quibus mi- B sericordiam pollicitus es postulantibus:

Psal. 144 * *sperauit anima mea in domino.*

aĩa mea fiduciã & spem securam habuit

Ioan. 14 in dño Deo suo, q cũ sit fidelis in omni bus uerbis, & iustus in oĩbus uiis suis, imò ipsa ueritas atq; iustitia neq; fallere neque frustrare põt rectè in se sperãtes.

6 *A custodia matutina usq; ad noctem, spe ret Israel in domino.*

Et quidẽ fiducialiter sine hæsitatione at que omni metu spẽ concipiamus in dñm Deũ quicunq; uerè fideles & de populo Dei esse uolumus, id ẽ iugiter & per om C ne tps, à uigilia matutina usque ad pro fundã noctẽ. i. ab ętate prima usq; in ulti mã, omnibus diebus uitę nr̃æ, aut iam in aduersis quàm prosperis. Semper enim ipse adest in te sperantibus, & nullo un quam tempore eos est relicturus.

7 *Quia apud dominum misericordia:*

Sap. 11. Sperent dico, fideles oẽs fidenter, qm̃ cũ

Ps. 76. domino est misericordia, estq; ipsius mi sereri omnium quę fecit, neque obliui scetur aliquando misereri, neq; prorsus continebit in iram miserationes suas.

* *& copiosa apud eum redemptio.*

& copiosa, plena, multiplex, ac liberalis D redẽptio atq; saluatio est apud illum, re- dẽptio (inquã) siue saluatio à morte, à pec catis, ab aduersariis, à tẽtationibus, à pe- riculis, à malis plurimis quibus subditũ est genus humanum uniuersum.

Matt. 1. 8 *Et ipse redimet Israel, ex oĩb iniqtatib. eius.*

Et ipse redimet seruos suos in se credẽ tes ab omnibus eorum iniquitatibus, sal uumque faciet popolũ suũ a peccatis eo rũ, à præteritis qdẽ & p̄sentibus, p remis sionem eos expurgãdo, à futuris uero ac

possibilibus, per præseruationem custo- A diendo. Nemo. n. peccata potẽs est dimit tere, nisi tu solus, Deus piissime: a quo & nos miseri qui in ꝓfundis iacemus ma- larũ concupiscentiarũ nostrarũ, fideoter speramus, & profunda humiliate suppli cam', gratis liberari, pp gloriã nominis tui, qd est benedictum in sęcula, Amen.

ANNOT. IN PSAL. CXXIX.

Hoc psal. ex Ecclesiastica institutio ne & consuetudine, pro defunctis orates uti solemus, ppea qd in eo multa fiat mẽtio, & frequẽs replicatio miseri- B cordiæ Dei, cui maxime cupimus illos esse cõmendatos, utpote ea maximè indi gentes, si adhuc à Dei cõspectu demoran tur illos è corpore egressos i corpore cõ missa delicta Nã (vt sanctorum definiuit authoritas) in locis purgatoriis detinen- tur, quos sic in carne cõmissa, ac non pę nitus expiata delicta demorantur ab in- gressu beatæ requiei, ut ibi sm̃ Dei iusti- tiã, per afflictiuam punitionẽ omnis ab- stergatur scoria, oẽ debitũ ad nouissimũ usque quadrantẽ persoluat, priusquã il- luc ingredi possint, quo nihil põt intra- C re coinquinatũ, ut ait in sacra sua Apoca lyp. dilectus dñi discipulus. Et qm̃ illi in Apoc. 21 tali statu positi, i. extra tps uitæ p̄sentis in hoc sęculo, iã non ullis operibus ua- lent sese redimere, qm̃ merendi spacium illis iã expirauit, & tps operandi pertrã- siit, unica spes est, & pro illis Dei miseri- cordiã nos q adhuc in corpore agimus, suppliciter inuocem', uidelicet vt ipsa li bera & debitũ uelit relaxare, pro quo de- tinentur & remorant a gloria. Nõ sic tñ peculiaris oratio defunctorum est hic Psalm qn optime ẽt uiuo cuilibet in tri- D bulationib posito, atq; in Dei misericor dia respiranti cõueniat, ut in illo ad Deũ clamet, ¶ Ver. 1. De profundis clamaui. Intelligi põt, de profundis tentationũ si- ue tribulationum. i. quasi de imo tribula tionũ quibus obruor & quibus infigor, quẽadmodũ alibi dr̃, Infix' sum in limo profundi. Et iterũ, Veni in altitudinem, id est profunditã è maris, & tẽpestas de- mersit me. Vel de ꝓfundis cordis, id est, Ps. 68. ex imo cordis, ex ipũ cõtribulato & cor- de cõtrito. Sũt. n. qdã clamantes, sed non nisi d superficie oris exeũt', uidelicet de

Esa.19. qbus ait p Prophetã dñs, Populus hic la
biis me honorat, cor aũt eorũ longe est
Matt.15 à me. Rectè aũt clamant, q de profundo
clamãt, id est, ex corde fideli & recto spũ.
De cuiusmodi sic clamãtibus in alio Ps.
Ps.90 dr̃ ex ore dñi, Clamauit ad me, & ego e-
xaudiã eũ. Qũo aũt in sequenti uersu au-
res Deo attribuant̃ sm̃ similitudinẽ hoĩs,
nõ est difficile cuiquã ĩtelligere, p̃sertim
cũ eiusmodi passim in scripturis occur
rãt, ut Deo os, man⁹, pedes, nares, oculos,
aures, aliaq; hmõi attribuamus, quũ ille
nihil horum uerè habeat. ¶ Ver. 7 Quia
Ps.32 apud dñm mĩa, & copiosa apud eũ redẽ
ptio. Apud dñm esse mĩam, est ipsum es-
se misericordẽ, ipsius esse mĩam, imo ip-
summet esse mĩam & misericordiæ fon-
tẽ, qũo in alio Ps. dr̃, Apud te est fons ui-
tæ, id est, tu ipse es fons vitæ Si uerò mĩa
pro miserationes, id est, pro exhibitione
E misericordiæ acciperet̃, posset illud qd̃
dr̃, esse misericordiam apud dominũ ali
ter intelligi, quatenus prõptus semper &
paratus est dominus ad miserationem,
quemadmodum in uersu quarto dr̃ esse
apud Deũ propitiatio, eo q̃ sit pronus &
propinquus semper ad propitiandũ pœ-
nitentibus Apud nos. n esse dicimus, q̃
uicina & quasi ad manũ siue in prõptu
sunt nobis. Notandum quoq; qd̃ in uer-
sibus quinto, sexto, & septimo, alia posset
sumi distinctio uersuũ, quã uulgata hẽat
lectio, in hunc modũ, Sustinuit aĩa mea
E in uerbo eius, sperauit aĩa mea in dño, à
custodia matutina usq; ad noctẽ. Speret
Israel in dño, quia apud dominũ miseri-
cordia, & copiosa apud eum redemptio.
Quam distinctionem, in Hebræa etiam
lectione uidemus obseruari, Nostra tñ
distinctio cõmodũ similiter sẽsũ habet.

## CXXX. PSALMI ARGVMENTVM.

*IN bonæ conscientiæ testimonio humilitatem suam uir iustus commendat domino, superbiã animi, extollentiam oculorum, omnemq; ambitionem ab se abnegans, atq; etiam cum ma-la quadã præcatione detestans, ablacto autem puero sese comparans, ac deinde ad sperãdũ in dño fideles oẽs uersu unica nouissimo exhortãs, cuius se tn humilitate p̃censisse nouit beneficia.*

## CXXX. PSALMI ELVCIDATIO.

DOMINE *non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei.*

Domine Deus, tu uides humilitatem cordis mei quoniã non est eleuatus,
neque inflatus intra me spũs meus, ne- G
que oculorum elationes superbiã nullã
aut ambitionẽ cordis demõstraui, neq;
altus fui in oculis meis, ut mihi ipsi plus
æquo placerẽ, de me amplius, q̃ in me
erat sentirẽ, aliaq; saperẽ, sed humilis ac
paruulus fui in oculis meis, propter con
siderationem potissimum magnitudi-
nis tuæ, & utilitatis meæ:

2 *Neque ambulaui in magnis, neque in mirabilibus super me:*

Rom.12 Neque meipsum extendi ad ea q̃ me erãt
maiora, neq; attẽtaui similia, quasi plus
sapere uolens q̃ oporteret, neq; mirabilia
quæ supra meam erat facultatẽ sectatus
fui, aut tentaui, aut ẽt ea iactaui, mihiq;
ipse ascripsi, quemadmodũ faciunt illi q
2.Co.10 extra suã regulã in aliorũ laboribus vel
bonis, aut in iis ẽt quæ non habent, glo
Rom.12 riari solẽt: sed timens semper in mea par-
uitate permansi, nõ alta sapiens sed hu-
milibus consentiens: nõ alio nisi tantũ Deut.13
in domino gloriam habens.

3 *Si non humiliter sentiebam, sed exaltaui animam meam:*

Si non humiliter sentiebam, ò Deus de Gala.6.
me ipso, sed magis exaltaui aĩam meã, ac
superbiui in corde meo, nõ tibi sed mi-
hi ipsi dãs gloriam, cum econtrario non
nobis debeat̃, sed tibi, si uidebar mihi es-
se aliquid, cum nihil sim, si aliter quàm
in te gloriabar si non ad mensurã, sapie
bam: si (inquã) talẽ me uides, aut talem
agnoscis, certè dignus fuero q à te pu-
niar & priuer oĩ bono, q cũ supbis abs
te despiciar, atq; repellar. Verũ tu, q oĩa
nosti, qui probas corda & renes, lõge ali Actu.1.
H ter (uti cõfido testimoniũ mihi perhibẽ-
te cõscĩa mea) rẽ habere uides, humilita-
tẽq; meam benignè (ut spero) respicis.

4 *Sicut ablactatus est super matre sua.*

Ecce enim domine quemadmodũ filius
qui matris lacte primũ, ac deinde alimẽ-
to extraneo, matris tñ semp cura est edu
catus in iustam ætatem atq; staturã, erga
matrem suã est, & qũo se habet erga ma-
trem,

trem, omne corporis robur illi acceptū A referens, ingenueq; agnoscens, hanc ipsam in quam perductus est ætatem, statu ram, atq; fortitudinem, à matre sese accepisse, cuius labore, sollicitudine, & innumeris molestiis se nouit educatum:

** ita retributio anima mea.*

ita erga te ô Deus, in aĩa mea est retributio gratiarum actionis, ita spiritus meus omne bonum non corporis modò, sed quicquid et in ipso est tibi uni refert acceptum, agnoscens oẽ bonum & oẽ datum optimum desursum à te patre lumi num descendere, qui cum des omnibus
Iacob. 1. oĩa, nihil à quoquam recipis ipse. Et quẽ B admodum ingratissimus foret, q matris obliuisceretur, cuius lacte est alitus, ita ĩgratissima foret anima mea, & omni punitione dignissima, si te negligẽs (à quo se nouit omni accepisse) in gloriam conuerteret tibi debitam.

*5 Speret Israel in domino, ex hoc nunc & usque in seculum.*

Et qm̃ hanc in me ipso Dei misericordiam sum expertus, ad eandem ego omnibus expositã misericordiã, proximos
1. Pet. 5. quoq; meos adducere cupiens, hortor, ac C moneo fideles oẽs, & qui de populo Dei
Ps. 9. esse desiderant, ut cum humilitate spẽ suã oẽm ponant in domino, amodo usq; in
Esa. 49. sempiternum, omnem sollicitudinẽ suã proiicientes in eum, qm̃ ipsi est cura de oĩbus filiis suis, neq; unquã derelinquere põt in se sperantes, quemadmodum non põt obliuisci nutrix paruulum suũ alumnum, neque mater filium uteri sui.

## ANNOT. IN PSAL. CXXX.

Ver. tertio & quarto Si non humiliter sentiebam, &c. Sicut ablactatus est, &c. In ĩtelligẽtia manifeste patet quẽ D admodum diuisim hi duo uersus intelligi atq; exponi ualeant, ut si in priori uersu sermo deficiens, ad quẽ cõplẽdũ oporteat nonnihil subaudiri. Sic enim solet in scripturis frequentius usitari coniunctio, si, ut sit nota & signũ iurandi, aliqñ quidem iuramẽto cõpleto, aliqñ iuramẽ
Ps. 1. 88. to incompleto, ueluti cũ dr̃ in Ps. 88. Semel iuraui in sancto meo si Dauid mentiar.
Psal. 94. Et iterum in alio Psalmo. Quibus iuraui in ira mea, si introibunt in requiẽ meam. Illud. n. absq; negatione sic dictũ rõne eius quod subauditur, ſm uirtutem tantundem est ac si diceretur. Nequaquã ingressuri sunt in requiẽ meã. Et in Psalmo proxime subsecuturo, cũ dr̃, per similem loquutionis modũ, Si introiero, si ascendero, si dedero somnũ oculis meis, &c. tantundẽ est, ac si dicas; Nequaquam introibo, nequaquam ascẽdam, nõ dabo somnum oculis meis, donec, &c. Vbi notandum est, ꝙ sicut enunciationes istę q̃ sine negatione fiũt rõne supplemẽti, ualẽt uehementẽ negationẽ, ita econtrario, cũ per negationem fiunt, uehementem ualent affirmationem. Quemadmodum cũ dr̃ in Ps. 136. Si non proposuero Hierusalem in principio lætitiæ meæ, perinde est, ac si dicas, Proponam utique Hierusalem in principio lætitiæ meæ. Ps. 136.
Qua de re latius, pleniusq; tractatũ inuenies in Annotationibus Ps. 88. Atq; ita sanẽ in proposita loquutione, cum partim negatione sermo fiat, dicendo, Si non humiliter sentiebã, partim affirmatione, dicendo, Sed exaltaui aĩam meam, oportet totum hoc pronunciatũ rõne supplemẽti modo contrario exponi. Valet. n. ac si dicatur, Vtiq; te teste Deus humiliter ego sentiebam coram te, & animam meã neutiquam exaltaui. Alii malunt duos hos uersus, quos nostra Elucidatio diuisim exponit, in unam sentẽtiam cõponere. Atq; id quidem rursum dupliciter. Primo, per modum imprecationis, ad hunc sensum, Si non humiliter sentiebam, sed exaltaui animam meã, fiat retributio & uindicta tua aduersum me in animam meam, ut subtrahatur mihi cõsolatio grã tuæ qua pascor, lactor, & nutrior, ad modum pueruli qui à lacte materno ante tẽpus auellitur. Vel per modũ simplicis enũciationis, ad hunc sensum, Si qñ fortè humanum aliqu id passus incipiebã humilitatẽ deserere, & exaltari cœpit intra me aĩa mea, tu uicissim, ut me mihi ostenderes, q̃ sine te nihil essem, quàm miser & miserabilis subtrahebas mihi lac tuæ, uisitationis & cõsolationis, sicq; fiebat retributio à te in aĩa mea & iusta uindicta, quemadmodũ cum puerulus à lacte matris auellitur, ut consolationis lacte ita subtracto, cogerer de meipso desperãs, ad te rursum per fletus & gemitus cõuerti.

CXXXI. PSALMI ARGVMENTVM.

*Psalmum istum, qui de ædificanda habitatione domino, deq; promissionibus Dauidis & electione sanctæ Ecclesiæ loquitur, quidam authorum malunt in totum mystico sensu ad Christum referre et id quod in principio eius dicitur de uoto Dauid, ad Christū dicētes ptinere, quatenus ipse Deo patri suo requiē parare uoluit in populo fideliū, cuius gratia in mūdū uenit; similiter quoq; & illud, Surge dñe in requiem tuā, de requie in Ecclesia sancta accipiunt; p arcā sanctificationis Christi corpus benedictū intelligētes. Cui sanè interpretationi, cū pia sit, fidelis, & bene mystica, nequaquā uolumus obsistere. Verūtamē, si primū sensum q literæ est qrimus, oīno apparet initiū Psalmi ad Dauid regē t palem ptinere. & ea q sequūtur, de loco dñi, de tabernaculo, de arca sanctificationis, & qd postulatur Deus in requiē ppatatā surgere, cū arca sanctificationis suæ, respicere tēplū à Salomone Dauidis filio ædificatū, ut in eo poneretur arca fœderis dñi. Sic & illud. Nō auertas faciē Christi tui, qd alij exponunt de nō differēdo Messiæ aduētu, ad Salomonē filiū, iuxta literæ intelligentiā spectat; ut eius deuotionē, & ex deuotione domū ædificatā nō despiciat, sed suscipiat Deus. Atq; id qdē dubitare nemo poterit q finē sexti capitis secundi Libri Paralip omenō diligēter inspexerit, ubi posita in tēplo arca dñi, uerba penè eadē q hoc loco habētur à Salomone plata legimus, cum de tēplo illo & arca materiali ipse uerba faceret. Quanquā & hoc uerū est, spūm sanctū p oīa illa q tum agebātur t paliter psignare uoluisse ea q p Christū uerum Salomonē & uerum Dauidis semē, erāt futura in Ecclesiæ nouæ ædificatione, p p qd, absurdum nō fuerit, ea q illis de tēplo materiali & arca dñi hoc loco s dm mysticā intelligentiā ad tēplū Dei spiritale (qd est Ecclesia) referri. Veruntū circa finē Psalmi, ubi promissio narratur Dauidi facta, nihil dubiū est, ad Christum ut uerū eius semē (in quo illi pmissio facta fuerat) principaliter oīa referri, & de Ecclesia quā ipse erat ædificaturus, in qua se pater dicit requiescere, & māsionē fixisse. Qrāuis & hęc nō quodā aptari possint ipsi Salomoni s dm t palem p speritatē, & abundātiā, quę ipso regnante fuit in populo. Huius aūt psal. qs author sit, uidetur dubium. Forsitā.n Salomonis uidebitur esse oró, siue cū ponenda esset, siue cum iā posita esset ab eo arca dñi in tēplo p se ædificato, in qua ipse cum uniuerso suo coadunato populo, merita Dauid serui Dei commemorat, eiusq; bonum desiderium erga ædificationē domus Dei, ob cuius merita petunt, ut aperiātur oculi eius ad locum illū habitationis eius, ubi et pmissiones allegant Dauidi factas de semine eius in throno post ipsum stabiliēndo; ac eandē uersu decimoquinto, Deus introducitur loquens, q respiciēs ppatatā requiē, acceptat eādē, & sibi dicit beneplacitā, eāque oībus bonis & salute uera implere pollicetur in ultimis duobus uersibus signāter Messiæ sui aduentum pmittēs, & pcursoris antecessionē, Christi quoque gloriā & inimicorū eius confusionē pdicens. Salomonis uero hunc esse Psal. p orōnis modū ita cōpositū, suadere uidentur uerba illa q in loco citato libri Paralipomenō, à Salomone dicta legimus supra, eadē penè q hoc in loco*

habētur.

*habentur. Quanq̃ fieri põt, neq; prorsus uero est dissimile, hanc orandi formã per modũ Psalmi ab ipso Dauid fuisse compositam, & filio traditã, ut introductione arcæ tẽplum solenniter decantaretur ab oĩ Ecclesia congregata, aut a filio singulariter pferretur corã domino. Quemadmodũ. n. legimus, impensas oẽs digentissimè illũ multò ante pparasse, & filio reliquisse, insuper & descriptionẽ oĩm diligentissimè eidem tradidisse, sicut à domino ei fuerat demõstratũ, iuxta qd ad filiũ suũ cap. vigesimoctauo primi li. Paralipom. eũ dixisse legimus, Oĩa (inquit) venerũt scripta manu Domini ad me, vt intelligerẽ uniuersa opera exẽplaris, ita absurdum nõ uidebitur, si dicamus ẽt Psalmum & orõnẽ hanc illius tẽpli futuri dedicationi siue arcæ in eo introductioni cõuenientem à domino eidẽ fuisse demonstratũ, quẽ cõpositũ filio suo, in cõsummatione templi ab ipso proferẽdũ, & à sacerdotibus decãtãdum tradidisset.*

## CXXXI. PSALMI ELVCIDATIO

EMENTO dñe *Dauid*; Memor esto dñe serui tui Dauid, q uir erat fm cor tuũ, & qui rectã fecit corã te in toto corde suo. *+ & oĩs mãsuetudinis eius.* & memor esto omnis mansuetudinis illius, patientiæ, & longanimitatis, quã in persequutionibus & plurimis & grauissimis semper exhibuit atque monstrauit.

*2 Sicut iurauit dño, uotum uouit Deo Iacob.*

Memor esto (inquã) uoti illius ac sancti propositi, quo priusquã per Prophetam Nathan super hac re tuã didicisset uolũtatem, desiderauit domum ædificare magno nomini tuo, quẽadmodũ & perfectu- C rus fuerat, nisi tuo oraculo fuisset phibi-
2. Reg.7. tus. Cũ. n. uidisset iã sibi firmatũ a dño regnum, dolens arcã dñi nõ habere fixum
1. Par.17 requiei locum, firmo cordis sui pposito decernens illi ædificare templum ita modo quodã iuramẽtum fecit domino, & uotum uouit firmum suum ppositũ offerens Deo patrum suorum, Abraham, Isaac, & Iacob, siue Deo uero populi Israelitici, iurãs ac uouẽs in hunc modũ.

*3 Si introiero in tabernaculum domus meę; si ascendero in lectum strati mei.* D

Hæc mihi faciat Deus, & hæc addat, si cũ quiete cordis mei introiero in palatium domus meæ, quã mihi ædificauit dominus, & si cum plena quiete in lectũ, siue stratum me composuero.

*4 Si dedero somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem:*

Si somnũ quietum, & liberũ pmisero ue- B nire in oculos meos, & palpebras meas permisero claudi quieta dormitatione.

*5 Et requiem temporibus meis donec inueniam locum domino, tabernaculũ Deo Iacob.*

Et si reclinauero ad somnum capiendũ caput meum, ita vt requies somni ascendat per tempora mea, si (inquã) hmõi qetẽ ac requiẽ plenam mihi dedero, usquequo locum aptum inueniam cultui dñi Dei mei, ad ædificandũ domum ac templum ubi adoret, atq; inuocet nomẽ Dei Iacob. Tu. n. nosti domine quẽadmodũ ipse seruus tuus, cum accepisset auxilio C ptectionis tuę requiẽ ab omnibus persequutoribus suis & inimicis per circuitum, cogitauerit corde fideli & pposito firmo se nõ habiturum requiẽ neq; ces- 1 Par. 22
satum, donec tẽplum ædificasset nomi- & 28.
ni tuo, qđ licet illi prohiberetur tuo oraculo, non tñ destitit quęcunq; necessaria & oportuna erant, ad ædificationẽ hanc pręparare, tradens insuper filio omnium q̃ erãt ædificãda descriptionẽ, quẽadmodum ei à domino fuerant demonstrata.

*6 Ecce audiuimus eam in Ephrata:.*

Ecce spiritu reuelante, ipso Dauid ex do- D mini indicio declarante, audiuimus locũ ipsum siue domum quietis electã esse à dño, & designatã in tribu Beniamin, ubi sita est Ephrata, in monte Hierusalem, quem locum descripsit Dauid, ut ibi ædificaretur domus domini:

** inuenimus eam in campis syluę.*

accipimus atq; didicim' domũ habitationis Dei fore in cãpis syluestribus, id est, ĩ loco nemoroso in planitie syluestris mõ-

tis,

tis, arboribus cõsita, nẽpe ĩ mõte Moria.
E
7 *Introibimus in tabernaculum eius:*
Introibimus in domum dñi cum gaudio, postquam ipsa quã Dauid ædificare cupiebat, fuerit per filium consummata
* *adorabimus ĩ loco ubi steterūt pedes eius.*
adorãtes incuruabimus nos ante arcã Dei, supra quã inter duo Cherubim est sedes Dei, & ipsum arcæ operculũ quodammodo scabellum est pedum Dei, sup ipsum iuxta humanã cõceptionẽ sedẽtis.
8 *Surge domino in requiem tuam.*
Nunc pparata à semine Dauidis domo nomini tuo, orat me oĩs multitudo tui
F
populi à maximo usq; ad minimũ ad deducendã arcã tuã cõgregata, ut uenire tibi placeat, & acceptare locũ pparatum.
* *tu & arca sanctificationis tuæ.*
surgat quoq; & ueniat nobiscũ, & deduci se patiatur arca quã sanctificasti tibi, & in qua sanctificaris atq; honoraris, & super quã resides ac præsentem te exhibes populo tuo, surge, & ueni in locũ requie tibi præparatum, & arca tua quę hactenus fuit in tabernaculis, fixũ nõ habens habitationis locũ, ipsa iã in tẽplo præparato stabilem accipiat mansionem.
9 *Sacerdotes tui induantur iustitiam.*
Sacerdotes tui, ut dignè tibi ualeãt ministrare, p te cõsũmatione induãtur oĩum uirtutum, & perfecta adornent iustitia.
* *& sancti tui exultent.*
& populus tuus omnis qui est multitudo sanctorum corde fideli tibi adhærẽs uera exultatione semper in te lætetur, ut in domino Deo meo.
10 *Propter Dauid seruum tuum:*
Propter Dauid seruum tuum, qui fuit vir fm cor tuum, quærens quod bonum est in conspectu tuo, pp deuotionem cordis
H
eius, & bonum desiderium, quod erga huius templi habebat ædificatienem, pp quoque factam illi promissionem:
* *non auertas faciem Christi tui.*
ne repellas, ne abiicias, neq; cõfundas faciem Salomonis Christi tui, regis tui, q ex tuo imperio unus è fratribus suis unctus fuit in regẽ populi sui. Eius faciẽ nõ cõfundas, sed ueni benigne, & oculos benigni aspectus tui cõuerte ĩ locum istũ, quẽ ex patris sui imperio ac descriptione parauit tibi qm ipsi Dauid promisisti habitare in loco isto, quem ædificaturus esset filius eius.
11 *Iurauit dominus Dauid veritatem.*
Tu n. dñs pollicit' es patri meo Dauidi, & tanquã iuramento firmissimè promisisti rem ueram, quã et suo tẽpore uerissime implere cogitasti, & ab ea ueritate quã promisisti nunquã auerteris, neque fiet aliqñ ut obliuiscaris siue omittas eã; neq; ab ipso et Dauid sic unquam auerteris, ut promissum illi non impleas:
* *& non frustrabitur eum, de fructu uẽtris tui ponam super sedem tuam.*
Iuramentum autem & promissum qđ fecisti ipsi Dauid tale erat, Filiũ qui de lũbis tuis egredietur, faciã regnare post te ĩ regno tuo oĩbus diebus uitæ suæ, q uir q̃etissimus erit, & ędificabit mihi domũ.
12 *Si custodierunt filij tui testamentũ meũ*
Quòd si obseruauerint filij tui præcepta mea, ambulando coram me in corde pfecto, sicut tu ambulasti. 2.Pa.22.
* *& testimonia mea hæc quæ docebo eos.*
& si iudicia mea, atq; ceremonias, quę eos docui & docebo, custodire uoluerint, nõ recedentes post deos alienos, neq;
G
transgredientes pcepta atq; iudicia mea.
13 *Et filij eorum usq; in sæculum sedebunt super sedem tuam.*
Si (inquam) hæc ita obseruauerint, polliceor tibi, q et filij filiorum tuorum, donec sic in iustitia pstiterint, in sempiternum sedebunt in throno regni domini, super Israel, neq; deficiet uir ex semine tuo, q sedeat super sedẽ tuã. Sin autẽ dereliquerint dñm Deũ suũ, proiiciam eos ut nõ regnẽt in sẽpiternũ in regno meo. Ibidem.
14 *Quoniam elegit dominus Sion:*
Et quidem elegit dominus ciuitatẽ sanctam Sion, locum Hierusalem Ecclesiæ sanctæ typum atq; figuram:
* *elegit eam in habitationem sibi.*
Desiderauit eam, & habere uoluit in habitationẽ suã, cõplacuitq; ipsi habitare & stabilem mansionẽ accipere in ea, dũ in illa quidem materiali Hierusalẽ, templi locum designauit, in hac aũt sancta Ecclesia pmanere decreuit vnã cum suis fidelibus, usq; in cõsummationẽ sæculi. Matt.28.
15 *Hæc requies mea in sęculum sęculi:*
VOX DEI PATRIS. De ædificio & electione sãctæ Ecclesię Hæc Siõ, hęc sancta

sācta ciuitas, Ecclesia sācta, locus est quē mihi ad gratā & iocundā habitationē elegi, in quo colet & inuocabit nomē meū:
*hic habitabo:*
1.Cor.6. in hac ciuitate ego habitabo, in medio
Leui.26. fidelium, pmansurus in ea usq; ad sæculi consummationem tanquam pater familias ī domo sua, & ambulabo inter illos, tanquam in medio filiorum meorum, ad illis protectionem, liberationē, & opportuna omnia impendenda beneficia:
*quoniam elegi eam.*
idque faciam propter bonam uoluntatē meam, quoniam complacuit mihi in ea, & quoniam sic placitum fuit ante me.

16 *Viduam eius benedicens benedicam:*
Ego aūt in ciuitate hac inhabitans uiduas quæ in ea veræ uiduæ fuerint (oēm aīam dico nō fidentē in humano ullo auxilio, neq; in seipsa, sed spem oēm constituentem in dño Deo suo, cuius solius castas optat nuptias) copiose benedicā, & multiplicibus atq; fœcundissimis implebo spiritualibus benedictionibus:
*pauperes eius saturabo panibus.*
eos quoq; qui in ea pauperes spiritu sūt & humiles corde, ego non sinam deficere oī bono, sed: copiose ad satietatē usq; implebo spirituali pane uerbi Dei, & fortitudinis grā spiritus sancti: ut corroborentur, oblectentur, & impinguentur in ipsis corda eorum, & crescāt, cōualescātque robore spirituali in uiros perfectos.

17 *Sacerdotes eius induam salutari:*
Sacerdotes quoq; in eos fideles, qb. cordi fuerit cōmissū sibi ministeriū rectè ad ministrare, oīb. adornabo uirtutib⁹ & uestimento salutis (q͂ est pfecta iustitia) induā eos, ut dignè queāt assistere ꝯspūi meo:
*& sancti eius exultatione exultabunt.*
& fideles omnes faciam spirituali gaudio lætari, meumq; nomē in gaudio & exultatione collaudare.

18 *Illuc producam cornu Dauid:*
Illic in populo meo oriri atq; exurgere faciā ipsi Dauid, in plenitudine tpis, nasciq; iubebo de semine eius cornu potētiæ magnę, & fortitudinis, Chrm saluatorē. Hoc cornu salutis erigā, sublimiterq; ac mirabiliter ī. humanæ naturæ uirtutē nasci faciā in domo Dauid pueri mei, in sctā Fideliū Ecclesia, ad salutē faciēdā populo Dauid, populo electorū meorū ab inimicis eorū, & de manu oīm q ode rūt eos, & ad ipledas patrū ꝓmissiones. Luc.1.
*parani lucernam Christo meo.*
huic aūt cornu, huic Messię meo, quē decreui opportuno tpe mittere in mundū, ego lucentē candelam præordinaui, & in mentis prædistinatione iam quasi paraui, quā mittā ante illū, pcursorē uidelicet Ioannē, qui erit lucerna ardens, & lucēs, testimonium perhibiturus Christo meo. Ioan.5.
Hunc. n. hoīem mittā ego, qui ueniet testimonium, ut testimoniū perhibeat de Ioan.1.
Chro, vt sciat ipse, atq; cognoscat, ex illi⁹ testimonio, esse uerus saluator mundi.

19 *Inimicos eius induam confusione:*
Et sunt quidē futuri plurimi, qui messiā meum uenientem nolent recipere, neque agnoscere saluatorem, qui etiam cōcilia & conspirationes facient aduersus eū. Verum omnes eius aduersarius qui eū non receperint, neq; crediderint nomine ei⁹, interficiam eos, & operiam confusione sempiternæ damnationis:
*sup ipsum aūt efflorebit sanctificatio mea.*
super ipsum uerò Messiam meum, electū meū quē elegi ponā non ad mensuram spiritum meum, & florere faciam, gloriosamque ostendam in eo sanctificationē meā, & sanctificabo in eo ac demonstrabo gloriam meam, aduersarios omnes condemnando, ipsum uerò eum suis omnibus in dexteram meam sublimando. Esa.61. Ioan.3.

ANNOT. IN PSAL. CXXXI.

VEr. 6. ac deinceps. Ecce audiuimus eam in Ephrata, &c. Cū Dauid figura fuerit Christi, & ædificatio tēpli ipsi quidē ꝓhibita, sed p filiū eius Salomonē ex Dei mandato completa, figura fuerit ædificationis Ecclesiæ sanctæ quæ in plenitudine tpis erat perficienda, non aliā q̄ per Christum de semine eius nasciturū qui uerus Salomō, id est, uerè rex pacificus, amabilis dño patri, rex potētissimus atq; gloriosissimus fuit in Israel in populo filiorū Dei. Rursum, cum promissiones Dauidi factæ, de semine suo in æternum regnaturo, potissimū ac principaliter ad Chrum referātur, quamuis ēt ad literam & sm historiā impletæ sint in Salomone tpaliter, Hinc fit, ut quæcūq; dñr in hoc Psalmo de domo, habitatione, & 1.Tim.3

requie

requie Dei, siue ędificatione ipsius, sicut iuxta historiam Salomonis templo aptatur, ipsiq; Salomoni, ita secundum mysticā intelligētiā aptari pōt ædificationi domus Dei, quę est Ecclesia, & Chro dño; vt sm hanc intelligētiam Psalmus iste vox sit populi fidelis, petentis Deo acceptam fieri Ecclesiā nouam, quā ipsi ædificauit filius eius. Neq; difficile est ei qui illuminatos habet mentis oculos, cōsequentia psalmi huius ad Christum referre, quod nos ꝓlixitatis nimię uitandæ grā, p singula explanare omittimus. Sed & si quid desideretur ex elucidatione Psal. 88. facilē, & copiose suppleri pōt. ¶ Ver. 12 & 13. Promissio hæc facta Dauidi de semine eius ī sempiternū regnaturo, tametsi eos qui de lumbis Dauid secundum carnē orti sint, prima facie respicere uideatur, iuxta tñ ueritatē potissimū spectat ad Chrm qui ex semine Dauid erat nasciturus futurus rex pacificus, amabilis, filius altissimi, & oīno quietissimus, accepturus sedē
Lucæ. 3. Dauid patris sui, & regnum æternum super populū Dei, cuius erat regnū Dauid tpale signū tantùm atq; figura, qui ēt domum ædificauit dño, Ecclesiā sanctam
Apoc. 1. utramq;, & militantem, & triumphantē,
Apo. 22. in qua diuinitas inhabitat Respicit insuper & Christi fideles oēs, Non n. solus ipse Christus regnabit, uerumēt per eū reges constituentur, quicunq; in Dei præceptis fideles sese exhibuerint, & regnabunt cum Christo in sæcula sæculorum. Promissio autem ista in psalmo ad hoc adducitur, ut inclinetur Deus ad perficiēdum ꝓmissum suū, ut cōfirmaretur uidelicet regnū Dauid, & intenti sēper essent oculi dñi in locū habitationis suæ, qđ nos spūali postulatione æquè ad Ecclesiā, & ad filios Dauid sm spūm possumus aptare. ¶ Ver. penultimo, Illuc ꝓducam cornu Dauid. Nota, ꝙ Christus rectè dr cornu, qm sicut aīalia cornibus se solēt ab aduersantibus defendere, atq; uindictā facere, inimica lædere, atq; etiā perimere, prius aūt quā excreuerint cornua, nec lædere ualent, neq; sese defendere, ita cū in Ecclesia sancta de semine Dauid hunc Christū suum Deus fecit exurgere, quē per sublimitatem oīs plenitudinis ueluti in capite constituit totius Ecclesiæ (qui solet esse locus ipsius cornu) tunc iudiciū factū est populi dñi, & hoc cornu perēptus est antiquus ille humani gñris hostis, qui donec cornu hoc mirabiliter enatum apparuisset, libere dñabatur, nec erat qui contra eū posset ultionis exercere iudiciū, aut foras eū proiicere à suo tyrannico dominatu, iugumque captiuitatis miseræ excutere potuisset à domo Dei, ne ipse quidem (quāquā robustissimus) Dauid, neq; ante eū, vel post eū aliorū quisquā. Secundū hunc modū apud Lucam canit Zacharias, de cornu hoc iamiam enascituro: Erexit (inquit) Deus Israel cornu salutis nobis, in domo Dauid pueri sui, Salutem ex inimicis nrīs, & de manu oīm qui oderunt nos, & cætera quæ inibi sequūtur. Neq; ignoramus, per cornu in scriptura frequēter fortitudinē, uel potētiā regni significari, iuxta quē modū ēt hoc in loco plures expositores intelligunt producendum regnū potēs & præualidum in Hierusalē, uel in Ecclesia, nobis tñ ur̄ qđ iā dictum est mysterio ueritatis admodū rectè cōpetere, & nihil irrōnabile ꝯtinere, Neq; n. est necesse, ut idem sermo per oēm scripturā cōsimilē accipiat interpretationē. ¶ Ver. eodem. Paraui lucernam Chro meo Qđ dr̄ de lucerna ad Ioannem præcursorem relatum, per oīa cōsonat euangelicis testimoniis. Sed dubitare quis possit, cum Christus ipse lux uera sit illuminans oēm hominem uenientē in hūc mundum; quid est, quod illi lucerna paratur? Nunquid lucerna eget sol, ut uideatur? Aduertendum proinde est, ꝙ tametsi lux fuerit Christus dominus, quia tñ uēturus erat carnis testa obuolutus, nimirum ex semine Dauid sm carnem, ideirco lucernam illi præordinauit Deus pater, quæ illū monstraret ignorantię hominum, quo candela ardens & lucēs solet ea quæ latent, & occulta sunt facere manifesta. Et quo post rem demonstratā atq; inuentā, non ultra usus est candelæ, sed extinguitur, ita postquam Christus hominibus Ioānis indicio factus est manifestus, quasi extincta est lucerna, claususq; est Ioannes in carcerem, & occisus ut impleretur illud quod dixerat Illum oportet crescere, me autē minui. Quasi dicat,

Lucæ. 1.

Ioan. 1.

Ioan. 3.

dicat, Lucere me quidē oportebit, donec ille cuius gratia ueni ad perhibēdum ipsi testimonium, per n. eum indicium & testimonium, fuerit factus manifestus Illo āt manifestato & cognito, me oportebit extingui, illū uerò gloria crescere & magnalibus uirtutum clarescere atq; effulgere, ad demonstrationem diuinitatis suæ.

## CXXXII. PSALMI ARGVMENTVM.

*Describitur laus atque utilitas fraternę charitatis, oleoque odorifero sanctę unctionis comparatur, quo capita ungebantur summorum sacerdotum, similiter & rori impinguāti, quo montes Hermon & Sion desuper impinguantur per quam insuper Deus benedictionem & uitam donat illis, per quos eam inueneris bene unitos.*

## CXXXII. PSALMI ELVCIDATIO.



*ECCE quàm bonum & quàm iocundum, habitare fratres in unum.*

O quā preciosa, & multo optima atq; amœnissima res est, fraterna charitas & proximorum dilectio, qua fideles pariter habitant in vna Ecclesia sancta, per illam quasi per glutinum adinuicem compaginati, & quasi perfectionis uinculo simul in una spe uocationis, in uno domino, in eadem fide, & in eadem sententia coniuncti, ac dulciter colligati. Et ex adCuerso, quē praua res est, & quàm iniucunda atq; detestabilis, eos qui unanimes in pace uiuere deberent in domo Dei, Christi fideles, ab inuicē dissidere animis, & odiosis uacare dissensionibus.

2 *Sicut unguentum in capite, quod descēdit in barbam barbam Aaron, quod descendit in oram uestimenti eius.*

Verè res optima est illa unanimitas fraternæ charitatis, & multo iucundissima quemadmodum sacerdotalis unctionis oleum illud optimum & optimè odoriferum, quo caput Aaron, id est, summi saD cerdotis ungitur, quod deinde de capite per genas, aut tempora descendit, usq; in barbam eiusdem sacerdotis summi, ac deinde usque ad summitatem uestimenti eius de barba, ita ut summa uestis eius ora perfundatur eodem sic gratissimum odorem de sese diffudens, & bona fragrātia sui odoris præsentes omnes oblectans atque reficiens.

1.Cor.13

3 *Sicut ros Hermō qui descēdit in mōtē Siō.* Est insuper res fœcūdissima, & ad fructū faciendum bonorum operum opportunissima, sicuti ros qui descendens in mōtem Hermon de cœlo fœcunditatem eidem donat maximam, & sicut ros mōtis Sion, qui super ipsum de cœlo datur, ut inde fœcunditatem accipiat ad fructum proferendum. Sic enim in qbus est charitas illa fraterna, fęcunditati sunt optima hac pinguidine, ad fructificandū in omni opere bono Siquidem charitas patiens est, benigna est, facit non æmulari, non quærere quæ nostra sunt, sed q̄ Dei sunt, & quæ etiam aliorum, omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, & omnia omnino bono operatur in nobis.

4 *Quoniam illic mandauit dominus benedictionem:*

Verè dico bonum esse & iucundum sic habitare fratres in unum, qm̄ dominus Deus, qui infidelium suorum concordia maximè oblectatur, ipse illic, id est, in unanimi fratrum cohabitatione, ubicunque conspexerit in uera charitate fideles suos cohabitare dare disposuit, & super illos uenire præcepit rorem benedictionis suæ sanctæ, per quam fœcundabuntur ad omne opus bonum:

* *vitam usque in sæculum.*

& vitam dabit eisdem, nūc quidē in gratia, ac post in gloria perfecta. Vbicunque duo, vel tres fuerint congregati in nōie eius, illic ipse adest in medio eorū. Contra verò, vbi odium est & dissensio, mādauit Deus illic maledictionem, vt steriles sint ab omni opere verè bono (siquidē absq; charitate ad salutē nihil prosunt oīa) simul & mortem sempiternam; quoniam omnis qui fratrem suum odit, manet in morte.

Matt. 18

1.Ioan.3

ANNOT.

## ANNOT. IN PSAL. CXXXII.

VEr.2. Sicut unguentum in capite. De oleo hoc effuso uel superfluo super caput summi sacerdotis, hic loquitur ad eũ modum in quo cæteris liquoribus capiti superfusis fieri conspicimus quomodo cum aqua qualibet preciosa super capita effunditur discumbentium, solent guttulæ à capite in barbam, ac deinde à barba atq; ēt a genis descendere in summam oram uestimentorum. Estq; in hoc proposita unguenti comparatio, quod sicut unguentum illud de se gratissimum fundit odorē, sic & charitatis fraternæ illa vnanimitas, odorem fragrantissimum effundit in naribus dñi, estque gratissima Deo & sanctis angelis ac iustis oibus plurimũ amabilis: quemadmodũ econtrario illa animorum dissensio, & fraternum oleũ, in modum stercoris fœtidissimi, suo fœtore est tam Deo, q̃ angelis & bonis oibus abominabile. Spiritualiter uerò per istud unguentum siue oleum optimũ (ut in Hebræo legitur) intelligitur grã euangelicę doctrinę, q̃ optime existēs odoris, a capite Christo defluxit ĩ barbã Aarõ, i. eiusdē summi sacerdotis, hoc est, in primos Aplos, & apostolicos uiros, q capiti Christo fuerunt adiuncti, quiq; illi adhæserunt, ut barba capiti, à quibus deinde E hoc oleum ad horam usq; uestimēti defluxit, id est, ad infimos & nouissimos in ecclesia, quę est quasi uestimentum Christi, cuius infirmi in Ecclesia sunt uelut ora infima. Verũ prior sñia vr̃ esse de intentione prophetæ. ¶ Ver.3. Qd descen in oram, &c. Initium huius versus ad finem præcedentis fm sententiam uenit adiungendum. In sequēti aũt particula, cum dr, Sicut ros Hermon, qui descēdit in mõtē Sion, attende diligenter, ne sensum accipias q prima facie se offert, quasi idē ros sit qui descendat in montē Hermon, & in montem Sion, imo ad hũc per F illum eo quod dr̃, ros Hermon qui descēdit in montem Sion. Non.n. ita esse potest, cum mons Hermon & mons Sion ab inuicē sint disiuncti, vt non possit fieri descēsus ab altero in alterum. Atq; ob hoc, relatiuum qui, nõ refert secũdum numerum, sed secundum speciem, ut sit sententia psalmistæ, Sicut ros q descēdit in mõtem Hermon, & sicut ros qui descendit in montem Sion, hoc est qualis ēt descē dit in montem Sion. Vterq; n montium istorum rore cœli impinguatus proferet G fructum copiosum. Est autem Hermon, mons situs trans Iordanem, vbi dominabatur Og, quemadmodum legimus Ios. 12. Per Sion autem montem intelligit montana Iudææ.

## CXXXIII. PSALMI ARGVMENTVM.

*PRopheta in spiritu, siue spiritus per prophetam seruos Dei, peculiariter autem quorũ est uersari in domo domini, ad laudem inuitat, atque ēt in noctibus manus ad illũ fideliter leuare: inuitatis uerò ad benedicendum, qui acquieuerint exhortationi, accipiunt benedictionē.*

## CXXXIII. PSALMI ELVCIDATIO.

Psal. 47.
ECCE *nunc benedicite domino, omnes serui domini.* Cõsideratis, q̃n magnus dñs est, & laudabilis nimis, hortor, ac moneo uos, quicunq; serui estis domini Dei, quicunq; in illum creditis, & seruire atq; obsequium impendere eidem desideratis, ut illi incessanter laudibus atque gratiarum actione benedicere studeatis. Hoc enim est sacrificium, quo honorificatur ipse a seruis suis, & ipsum est quod sibi immolari postulat.

2 *Qui statis in domo domini in atriis domus Dei nostri* 1

Peculiariter uerò uos moneo ò sacerdotes Dei & ministri tépli, q sacrario operamini, & quorum est diuinis insistere ministerii, q in domo dñi permanetis, & habitatis in atriis eius, quibus cura commissa est uigiladi in domo domini, Vos enim tanto specialibus decet laudare dñm, quãto illi estis cæteris peculiarius addicti, per commissa uobis ministeria. Psal. 49.

In

3 *In noctibus extollite manus uestras i sacta.*
Ps. 50 Etiã in noctibus leuate manus uestras ad sancta sanctuarium eius ad cœlos, ad sanctum templum eius:
* *& benedicite domino.*
& laudes dicite domino, qui habitat in cęlo, in templo sancto suo. Dico, nõ per diem solum, uerumetiam per noctẽ, quã do tranquilla & pacata magis sunt omnia, quam in diei tumultibus. Item & in nocte aduersitatis, cum serenitatem fuga uerit, obscuritas tribulationum, æquè atque in die siue in prosperitatis tẽpore, manus uestras ad Deum leuate, ab illo poscentes auxilium, & in omnibus semB
A per illi benedicite, qui cuncta pro suorũ utilitate nouit dispensare.
4 *Benedicat te dominus ex Sion:*
Et quicunq; sanctã hanc exhortationem susceperis, benedicat atq; benefaciat illis dominus Deus de cęlo sancto suo, implens eos cœlestibus donis & bonis:
* *qui fecit cælum & terram.*
ipse (inquam) qui est cœli & terræ, & omnium quæ in eis sunt potentissimum creator, ac proinde ad benefaciendum prę oĩbus potentissimus equè atq; benignissimus, cum omnia hæc propter suam bonitatem potenter ipse creauerit ex nihilo.

## CXXXIIII. PSALMI ARGVMENTVM.

*Psalmus exhortatio est seruorum Dei ad laudem eius propter magnitudinem potentiæ & bonitatis eius qua antecellit Deus uerus omnes Deos. Et primũ quidem monstratur hęc precellentia potentiæ ex operibus quæ fiunt in uniuerso mundo generaliter, in nubium uidelicet congregatione, in fulguris atq; uẽtorũ productione. Deinde à uersu octauo specialiter ex magnalibus illis quæ pro populo Israelitico, tum in Aegypto, tum in terra Chanaan, in ueteribus sacris histotijs legitur operatus. Post quę, uersu decimoquinto idolorum uanitatem & impotẽtiam monstrans, in exhortatione diuinæ laudis (ubi cœperat) concludit.*

## CXXXIIII. PSALMI ELVCIDATIO.

AVDATE *nomen domini, laudate serui dominum.* Celebrate laudibus benedictum, & nunquam satis laudabile nomen domini, quicunq; illi seruitutis obsequia pręstare uultis, laudibus efferte eum quantum potestis.

2 *Qui statis in domo domini, in atrijs domus Dei nostri.*
Peculiariter uerò uos decet laudatio, ò sacerdotes & ministri templi domini, q uersamini ad perficiendum uestra ministeria in domo domini & in atrijs eius, D q diuinis obsequiis estis prę cæteris speciali bus deputati:
Vniuersi quoque qui per fidem statis in Ecclesia sancta, quæ est domus Dei, & q in eis amplitudine demoremini, laudate dominum Deum uestrum qui creditis.

3 *Laudate dominum, quia bonus dominus.*
Et est sane ut laudetis dñm æquissimum oĩno atq; iustissimum, qm̃ ipse solus verè essentia sua bonus est, imò purissima immensaq; bonitas, à qua bonitatẽ suã participare debet quicquid in creatis bonum
C est; Est ergo dominus quomodo solus summe pfecte atq; essentialiter bonus, ita solus summe laudandus:
* *psallite nomini eius, quoniam suaue est.*
psalmos & iucunda læti iæ cantica canite nomini eius, qm̃ uerè suaue est, & oĩno iocundissimum. Semper.n. iucunda est memoria nominis eorum, qui boni sunt & benefici. Vnde cum dñs nr̃ summe bonus sit & summe beneficus omnibus seruis suis, debet indubie suauissima quoque esse memoria nominis eius.

4 *Quoniam Iacob elegit sibi dominus:*
Si requiritis, in quo bonitatem hanc ostendit, ecce in hoc eius apparet erga suos bonitas atq; suauitas, q ipse cum sit gloriosissimus, ac potentissimus ęternitatis dñs, nullus egens ministerio, atque bonorum nostrorum indigens, pp tamẽ bonitatem suam in nos effundendã & gloriam communicandam, elegit populum fidelium:
* *Israel in possessionem sibi.*
& hos qui credunt nomini eius, ipse peculiarem hæreditatem sibi assumpsit, ut in eis inhabitet, eosque custodiat, & di

tet

et in omnibus bonis.

5 *Quia ego cognoui, quod magnus est dominus.* E
Et quidem per fidem certissimo certius ego noui,& sciunt mecum quicunq; fidē rectā habēt,quod dñs noster uere & simpliciter infinitq; magnus sit, ita ut magnitudinis eius nō sit finis, cū sit infinitus,& immensus in maiestate sua:

* *& Deus noster præ omnibus dijs.*
Ps. 144. & Deus nr̄ ipse magnus est sup oēs,vel q dñs,uel qui æstimantur dii,in cœlo,& in terra,& ita in immēsum oēs antecellit,ut nulla parte cum illo ualeant comparari.

6 *Omnia quæcunque uoluit dominus fecit.* F
Si requirit in quo demōstret ipse magnitudinem suam, opus consideremus magnificēntiæ eius.Tanta est enim eius potētia, Luce. 1.
ut quæcunq; uelit fieri, mox fiant ita ut Gen. 8.
uoluit. Neq; mora est inter eius uelle &
fieri,neque est apud eum impossibile oē Histe,1p
uerbū,imò nec difficile quicquam.Sunt enim in eius ditione cuncta posita,& nō est qui possit eius resistere uoluntati.

* *in celo & ī terra,ī mari,& oībus abyssis.*
neq; uerò hanc potestatis plenitudinem in cęlis tantum habet,uerumetiam in terris,in mari,imò & ī profundissimis pro G fundidatibus atq; uoraginibus abditissimis, ita ut omnino nullus locus subtractus sit eius imperio,ī quo nō possit quid uoluerit, si cum oēs,siue qui æstimant,siue qui nominātur dii,alicubi horum locorum consistere debeant,si in rerum natura existāt,constat, omnes sub Dei nostri ditione atq; imperio,ut creaturas sub creatore ac domino contineri.

7 *Educens nubes ab extremo terræ:*
Hier. 10. Ipse est qui leua: sua uirtute in aera,& ascedere facit à summitate terræ,atq; etiā ab ultimo terræ, à mari oceano ( qd est H terræ terminus)exhalationes atq; uapores ex qbus in aeris regione nubes gñātur,ut inde consequenti ordine, pluuia, ros,grando,nix, atq; cætera generentur.

* *fulgur in pluuiam fecit.*
ipse est & q fulgura quodāmodo resoluit in pluuiam,& post fulgura subsequi faciēs pluuiā,& fulgura per pluuiā quodammodo sedari.Solēt enim post fulgura & uenire pluuiæ abundātiores, & his aduenientibus,illa cessare, atque ita fulgura in pluuias finiri,siue terminari.

8 *Qui producit uentos de thesauris suis:*
Ipse est qui uentos suscitat, eosq; cū uoluerit, facit procedere de occultis terræ uisceribus, de locis nobis prorsus incognitis, ut nesciamus unde ueniant, aut quò uadant, quasi de occultis cellariis:

* *qui percussit primogenita Aegypti ab homine usque ad pecus.*
ipse est qui ultionem rebellionis regis Pharaonis, qua filios Israel nolebat dimittere,iuxta uerbum domini,una nocte interfecit omnia primogenita Aegyptiorū,tā in hominibus,quām in pecoribus.

9 *Et misit signa & prodigia in medio tui Aegypte in Pharaonē, & in oēs seruos eius.*
Multa quoq; ante hanc potissimam plagā, alia priora mirabilia signa atq; portenta,tam in iis quæ ad naturā attinēt,q̄ in iis,quæ extra naturam sunt, exhibuit in medio Aegypti,q̄ uiderūt atq; sēserūt Exo. 8.9
oēs Aegyptij, Pharao rex & oēs ei subditi, cū filij Israel in terra sua nihil malorū boni perferrent, illisq; multiplices afflictiones nihil eiusmodi experirentur. & 10.

10 *Qui percussit gentes multas:*
Ipse est qui potens populum suum iam traductum per mare rubru atq; p desertum introducere in terram promissionis, quā promiserat patribus eorum,interfecit pro eis populos terram illā inhabitātes,qui & numero erant plurimi,& robore,armis,diuitiis,atq; munitionibus potentissimi,nempe Chananeos,Eueos,Iebuzeos,Gergezeos,ac cæteros:

* *& occidit reges fortes.*
reges eorum potentissimos ipse tradidit in manus illorum,& interfecit pro illis.

11 *Seon regem Amorrhæorum:*
Nominatim Seon regem Amorrhæorū, qui postulatus trāsitum concedere filijs Num. 21
Israel pacificum,non solum non concessit,uerumetiam exercitu magno occurrit eis in prælium, quem tradidit dominus Iosue. 6.
in manu Iosue serui sui, percussitq; est & 7.
ab eo in ore gladii, & in habitata sunt Ibid. 10.
omnia loca eius a populo domini:

* *& Og regem Basan:*
Deinde etiam regem Basan, potentē ualde,nomine Og,qui & ipse cum omni populo suo filijs Israel occurrit in prælium,& traditus est à domino in manus Iosue, factūq; est illic sicut priori factū fuerat:

&

.* *& omnia regna Chanaan.*
multos insup reges alios terræ Chanaan cum populo & ciuitatibus suis, regē Hiericho, regem Hai, & alios reges quinque, regem Hierusalem, regem Hebron, regē Hierimoth, regem Lachis, & regē Eglō, cum exercitibus suis: quos conturbauit dominus à facie Israel, cōtriuitq; in plaga magna, sup quos ēt lapides magnos grādinis misit dominus de cœlo, & propter quos solem stare fecit ad orōnem Iosue, aliosq; reges plures oēs qui inhabitant in terra Chanaan, cum exercitibus eorū, quorum omnium domino pro ipsis pugnante, facti sunt filij Israel uictores.

12 *Et dedit terram eorum hæreditatē, hæreditatem Israel populo suo.*
Horum aūt omnium terram ac possessionem, illis pp peccata sua iam usq; ad plenum consummata interfectis, atq; euulsis de terra sua, dedit in possessionem atque hæreditatem populo suo Israel, iuxta quod promiserat patribus eorum.

13 *Domine nomen tuum in æternum:*
Maximè deorum Deus, tu in æternum permanes, & gloriosum nomen tuum tecum permanet in æternum, qd in obliuionē nunquā uenire poterit seruis tuis:

.* *Domine memoriale tuum in generatione & generationem.*
memoriam sempiternam fecisti nomini gloriæ tuę, dum talia tamq; præclara edidisti pro seruis tuis signa atq; prodigia, neq; in ullis unquam generationibus aufereť memoria magnificæ opporētiæ tuę.

14 *Quia iudicabit dominus populum suum:*
Quoniam tu domine, sicut olim fecisti cū filiis Israel, pro qbus iuxta promissū in terrā illā introducentis interfecisti impios terræ inhabitatores, ita semper iudiciū facies, pro populo tuo, & pro omnibus q in te fideliter credunt, eorum aduersarios pro eis pugnando.

* *& in seruis suis deprecabitur.*
& erga seruos tuos te exhibebis deprecabilem atq; placabilem, teq; ab eis deprecari, placari, atq; exorari facile sustinebis, ēt si qñ in ullo offenderint, tametsi aduersum peccatores illos obstinatos, ita seuerū & implacabiliter furibundū exhibueris. Insuper ēt in seruis tuis consolaberis, atque oblectaberis, efficierisq; erga illos placabilis, posteaquam ad tēpus tuam indignationem ostenderis, tametsi istos obstinatos & consummatos & peccatores ita fueris abominatus.

15 *Simulachra gentiū argentum & aurū:*
Hactenus quidem opera potentię & virtutis Dei narrauimus, quibus patet q̄ sit ipse magnus, q̄ potens, quàm bonus erga seruos suos, atq; proinde quàm sit uere ab omnibus laudandus. Nunc uerò gētium deos, libet quid sint aut quanti expendere, ut uideamus uerum esse, ꝙ magnus sit Deus noster præ omnibus diis.

* *opera manuum hominum.*
Sunt autē simulachra quæ gentes colūt in deos suos, vel argentea, uel aurea, uel ærea: neq; ſm materiam, ex qua cōstant, aliud sunt, quàm argentū, vel aurū, uel similis alia quælibet preciosa materia, nulla anima uiuificante animata: suntq; opera facta p manus artificū, qui ea uel opere sculptili, uel fusili effigiant, siue efformāt, & multo labore atq; impensis in eā figurā pulchritudinem atq; nitorem, in quibus conspiciuntur, perducunt.

16 *Os habent & non loquentur:*
Videntur quidem secundum externā apparentiam ratione figuræ, habere os, quēadmodum ea, quæ uiuūt, uerum suo hoc ore qd uidentur habere, non ualēt sermonem edere;

* *oculos habent & non uidebunt.*
oculos uidentur habere propter effigiatam similitudinem, uerum per hos oculos uidere nihil poterunt.

17 *Aures habent & non audient.*
Aures item habere uidentur, neque tamen per eos audire ualent:

* *neque enim est spiritus in ore ipsorum:*
neq; id sane mirum, qñquidem ne respirare quidem pñt, quæ res indicio est, spiritum uitæ in eis nullum esse, qui tamen necessario ad loquēdum, audiendum, uidendūque, cæterosq; sensuales actus perficiendos est necessarius, tanquam eorū omnium efficiens principale.

18 *Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis.*
Qui ea sibi fieri iubent ad colēdū, & omnes qui fiduciam suā ponūt in eis, quasi in ueris diis, ipsi similes fiāt illis, nempe sine sensu & rōne homines, qui ueritatem

tem Dei commutât in mendaciū,& gloriam creatoris tribuunt creaturæ, operibus hominum sese submittentes,qui eos iuuare non pñt,& quibus ipsi potius benefacere possunt, quàm ab eis accipere quicquā beneficii:quæ omnia,nemo nisi irrationabilis & lapidei cordis, ac sine ratione bestia,admittere poterit.

E

19 *Domus Israel benedicite domino:*
Cum itaque nullā hi falsi dij potentiam habeāt, ne ad actus quidem uitales corporis,qui omnibus tamē côueniunt animalibus,qūo nō sine ꝑparatione in infinito maior est Deus uerus quē colimus? Proinde huic nostro domino uero Deo benedicant omnis populus Israel omnes qui credunt in eum:

F

* *domus Aaron benedicite domino.*
specialiter tamen Aaronica familia benedicat dominum, quæ singulari electione sacerdotio summo donata est.

20 *Domus Leui benedicite domino:*
Leuitarū ēt uniuersa familia,pro sua singulari electione, ad ministeria diuersa domus domini deputata, benedicat dño:

* *qui timetis dominum benedicite domino.*
deniq; in uniuersum omnes qui diligitis dominum,benedicite illi,unusquisq; in eo gradu in quo à domino positus est.

21 *Benedictus dominus ex Sion,qui habitat in Hierusalem.*
Sit semper laudatus dominus Deus uester,qui est Deus Sion, Deus cœli, Deus populi sui,Deus Ecclesię sāctæ,q in Hierusalem inhabitat in medio populi sui. Atq; ô utinam sic dignè nūc tuas laudes inchoare ualeamus potentissime Deus,ut in æternis canticis te olim cum sanctis tuis omnib. collaudare mereamur, Amē.

ANNOT. IN PSAL. CXXXIIII.

VEr.7. Educēs nubes ab extremo terrę. Pōt istud intelligi dupliciter,vel de mari qđ est quasi terminus terræ, ut quidam exponunt,eo ꝙ illinc copiosius extrahant uapores. Vel de superficie terræ,cui consonat quod habet uersio Hieronymi:Leuans nubes de summitatibus terræ. Quidā ab extremo terræ accipiūt, loco huius,ab extrema terra, id est,à terra quæ est nouissimum & ultimum locū habens inter elementa. A tota.n.terra exhalationes & uapores eleuātur. Atq; ita uerti pōt ex Hebræo, Subleuans nubes ab extrema uel infima terra. Qđ ēt sequitur in eodē uersu,Fulgura in pluuiā fecit, uarijs modis exponitur. In elucidatione sic exponit̃, Fulgura fecit in pluuias desinere, & quasi post fulgura pluuias dare consueuit, præmittens uidelicet terrorē fulgurum, ut postmodum sequeret̃ pluuialis fœcunditas. Atque huic intelligētiæ satis fauet in Græco atq; Latino accusatiuus, & in Hebraico articulus Lamed præpositus pluuię, vt uideatur significari, ipsi pluuiæ,uel ad pluuiā,uel pro pluuia, ut dicamus,Fulgura ipsi pluuiæ fecit,vel ad pluuiā,uel ꝓ pluuia, uidelicet vt post fulguris terrorē subsequatur fœcunditas pluuiæ. Pōt ēt sic intelligi Fulgura simul cum pluuia fecit,ut proponat̃ quoddam miraculum, in eo ꝙ hæc duo( quæ uidentur naturæ contrariæ)nempe pluuia & fulgura,simul fieri cernantur, Et hanc sententiā uelle vr̃ uersio Felicis, q̄ per ablatiuum habet, Fulgura in pluuia fecit. ¶ Ver. 14. Et in seruis suis deprecabitur, Hoc loco deprecabitur accipi debet secundum significationē passiuam,licèt uerbum sit deponens,& secundū Latinæ linguæ usum significet magis actiuè. Valet aūt deprecabitur,idem qđ Exorabitur,uel placabitur,aut deprecabilem se reddet,propitium,atq; exorabilē. Vnde Hieronym. Et in seruos suos erit placabilis. Simile quid supra dictū est in ps. 77. cum dr̃. Virgines eorum non sunt lamentatæ, ubi lamentor diximus poni in significatione passiua,cum ex usu Latini sermonis significet magis actiuè, nec sit nisi deponens uerbum. Psalterium autē Romanum,pro Deprecabitur,qđ ꝓuenit ex ambiguitate & æquiuocatione uerbi Græci, qđ hic ponitur παρακληθήσεται qđ significat & cōsolari, & deprecari(ut supra acceptum est)in significatione passiua. ¶ Ver.16. Aures habent,& nō audiēt, neque.n.est spiritus in ore ipsorum. Pulchre hic redditur causa,quare idola gentiū illo suo ore qđ uidentur habere,non possint loqui,& quare sui illis quos uidētur habere oculis non uideant, denique cur & cæteris illis suis effictis membris Ps.77.

G

H

non

non ualeant uti ad uitales operationes, uidelicet qm̃ nõ est spũs in ore ipsorũ, qm̃ non est in eis flatus inspirationis vel respirationis, quæ res iudicio est spũm uitæ non esse in eis, neq; ullã animã uiuificanté, De uita loqmur animi. Cũ ergo omnis operatio uitalis, primario à spũ uitæ, id est, ab aĩa inhabitante corpus, debeat procedere: impossibile est illa, in q. bus nõ est anima uiuificãs, uitalé operationé ullam posse exercere. Qua de re ẽt supra diximus, in annotationib' psalmi cẽtesimi decimitertij, ubi iidem hi uersus positi sunt, quos hic habemus p̃ manib.

## CXXXV. PSALMI ARGVMENTVM.

*Argumentum psalmi huius penè idem est quod mox præcedentis. Est enim exhortatio fidelium ad Dei laudem ex magnitudine eius, quæ primum ex operibus creationis, deinde ex mirabilibus pro Israelitico populo specialiter exhibitis consideratur.*

## CXXXV. PSALMI ELVCIDATIO.

ONFITEMINI *domino quoniam bonus:*
Laudem dicite, & confessioné date domino Deo omnes serui eius, qm̃ solus ipse uerè substantia sua est bon', ac proinde solus laudabilis:
* *quoniam in sęculum misericordia eius:*
neque solũ in seipso bonus est, uerumẽt maximè beneficus, ita ut in sempiternũ p durationis sit super seruos ipsius misericordia eius, atque ob hoc ẽt maxime est dignum ut laudibus illum celebremus, cuius sẽpiterna gaudemus misericordia.
2 *Confitemini Deo deorum.*
Laudes dicite Deo uni uiuo & uero, qui est super omnes Deos, sine ulla comparatione oĩbus in immensum excelsior.
3 *Confitemini domini dominorum.*
Laudes dicite ipsi, qui est rex regũ & dominus dominantium, super oẽs qui domini nominãtur, aut etiam quadam participatione existũt: Cæteri.n.dij sunt aut domini, uel nominatione sola, uel ẽr participatione; Deus autem noster non sic sed uerè ei cõpetit, vt omnium creatori atq; possessori, super omnia imperiũ, neque ab alio quoquã regni sui accipit potestatem. Atque ob hæc, solus ipse super omnes est laudibus celebrandus:
4 *Qui facit mirabilia magna solus.*
Ipse est qui solus per uirtutem propriam omnipotẽtiæ suæ, potestatem habet operandi mirabilia quæcunq;, & quomodocũque placitum fuerit ei. Nam & si alius quilibet, siue angelus, siue hõ, siue dæmõ, uideat mirãda facere, cõstat id nõ esse à ꝓpria uirtute, sed quatenus ut hoc possint, uirtutem acceperunt à dño Deo nostro.
5 *Qui fecit cœlos in intellectu.*
Si audire gestis, q̃ fecerit mirabilia; ecce cœlos in principio creauit, in sapientia sua corpora amplissima, solidissima, nobilissima, indissolubilia, & in perpetuum duratura.
6 *Qui firmauit terram super aquas.* Ps. 103.
Ipse elementum terræ stabiliuit & firmiter statuit super aquas, ut quasi in aqua requiem haberet, nec subsideret, haberetque stabilitatem, nec inclinaretur in sæculum sęculi. Ipse enim est qui à principio terræ elementum in aquis posuit, & super aquas firmamentum (ut non inclinetur, commoueatur, aut subsidat) in sui loci stabilitate custodit.
7 *Qui fecit luminaria magna.*
Ipse quarto die distinctionis rerum post Gene. 1.
lucẽ creatam, post firmamẽto diuisas aquas ab aquis, post terrã discoopertã: & fœcunditate fructificationis donatã, fecit in cœlo duo luminaria, pre cæteris (quantũ ad humani uisus iudicium magna) nempe & solẽ & lunã, quę humano sensui, pp maiorem propinquitatem & uicinitatem, maiora vñr aliis luminaribus, id est, stellis quæ sunt in firmamẽto: quæ etiã luminaria ob hoc dicunt magna, qd lumẽ maius præbeant super terrã, quã ea quæ sunt in firmamento, ẽt si quantitate multa horũ illis sint maiora.
8 *Solem in potestatem diei.*
Inter hæc duo luminaria, quæ fecit ad lu

cendum in firmaméto & illuminandum terrã, unũ fecit maius in quantitate molis, & uirtute lucis, nempe solẽ, ut præesset potestatemq; ac dominium haberet per diem super terram, eam tunc suis radiis illuminando atq; uisitando.
9 *Lunam & stellas in potestatem noctis.*
Alterum uerò fecit luminare, & quantitate molis & uirtute illuminationis minus nempe lunam, atq; ét alias infiniti numeri stellas, plurimas in firmamento fixas, nonnullas aũt, sed paucissimas in orbibus inferioribus errantes. Atq; hæc luminaria ob hoc fecit, ut simul cum luna præessent nocti, potestatẽmq; ac dominium haberent super terram, ad eã illuminandum per noctem, in solis absẽtia.
10 *Qui percussit Aegyptum cum primogenitis eorum.*
Exo. 12. Ipse est qui plagis maximis Aegyptũ percussit atq; afflixit, inter quas illa erat præcipua, quòd una nocte oĩa eorũ primogenita per manũ angeli transeuntis interfecit, tam in hominibus, quàm in iumẽtis.
11 *Qui eduxit Israel de medio eorum.*
Psal. 105. Ipse eduxit populum Israel de medio Aegyptiorum, inter quos habitabat sub seruitute durissima.
12 *In manu potenti, & brachio excelso.*
Idq; fecit Deus per manum omnipotẽtis uirtutis suæ, in magnifica & gloriosa fortitudine. Postquam. n. plagam hãc nouissimam in primogenitis cõspexerũt, Aegyptii timore perterriti, compulerũt exire à se filios Israel, quos prius rogati, atque etiam in Dei mandato iussi dimittere noluerãt. Et ipse eos egredientes sua potentia seruauit, ut nemo Aegyptiorũ quicquã illis inferre auderet nocumẽti.
13 *Qui diuisit mare rubrum in diuisiones.*
Exo. 13. Ipse est qui ad populi sui clamorẽ & orationẽ Moysi serui sui, mare rubrum diuisit ĩ duas partes, ita ut aquæ quasi murus starent ex utraq; parte, cũ persequeretur Pharao cum exercitu suo filios Israel.
14 *Et eduxit Israel per medium eius.*
Ipse trãsire fecit populum Israel per mediũ sicci maris, aquis sese pro muro, hinc inde præbentibus.
15 *Et excussit Pharaonem & uirtutem eius in mari rubro.*
Pharaonẽ uerò cum omni exercitu suo, ingressos post filios Israel, per eandẽ uiã trãsire uolentes, ipse uiolenter oppressit in mari rubro, dum per colũnã ignis & nubis interfecit exercitũ eorũ, & subuertit rotas curruum, ita ut ferentur in profundũ, fugere aũt uolentes, mari redeunte in locum suum, & aquis illis occurrentibus, demersit in profundum.
16 *Qui transduxit populum suum per desertum.*
Ipse deinde populum ita mirabiliter saluatum ab Aegyptijs, trãnsduxit per desertum quadraginta annis multa eis ibi beneficia prius inaudita præstans.
17 *Qui percussit reges magnos.*
Post annos autem quadraginta, ut in promissam terram eos introduceret, demum expugnauit, & interfecit pro eis reges magnos, qui terram illam filiis Israel promissam possidebant.
18 *Et occidit reges fortes.*
Et occidit, pro eis pugnando sua diuina uirtute, reges uirtute atq; diuitiis admodum fortes, quibus nunquã potuissent uirtute humana filij Israel præualere. ipsos nã interfecit, data eis de cęlo uictoria, & eorũ munitiones ac regna occupauit.
19 *Seon regem Amorrhęorum.*
Ex horũ numero erat Seõ ille rex Amorrhæorum, qui filiis Israel humiliter petẽtibus, contumaciter negauit transitum, quem tradidit Deus in manu populi sui.
20 *Et Og regem Basan.*
Num. 21. Itẽ & Og regem Basan, qui & ipse occurrebat populo dñi in prælium, factumq; est illi à domino sicut priori, sed & alios plurimos trans Iordanem tradidit domi nus in manus filiorum Israel.
21 *Et dedit terram eorum hæreditatem.*
Et tradidit terrã illorũ quos interfecerat pp peccata eorum, in hæreditariã possessionẽ aliis melioribus quibus uolebat.
22 *Hæreditatem Israel seruo suo.*
Ibidem. Tradidit, inquam, populo quem elegerat sibi in peculium, populo Israel, in possessionem & hæreditatem.
23 *Quia in humilitate nostra memor fuit nostri.*
Iosue 6. & 8. Fecit aũt hæc omnia pro populo suo tã magnifica & stupẽda, eo quòd uiderat afflictionem & tribulationẽ, qua humiliabãtur, & opprimebantur ab Aegyptiis seruitute

uitate intolerabili, & clamorem eorum q de angustia operis clamabant ad dñm ipse attẽdit, memorq; fuit populi sui, & ꝓmissionum quas fecerat patribus eorũ.

24 *Et redemit nos ab inimicis nostris.*

Et propter hoc apposuit cor suum ut liberaret populum suũ ab inimicis & oppressoribus eorum.

25 *Qui dat escam omni carni.*

Neq; uerò soli populo Israel exhibet beneficentiam suam, uerumetiam erga oẽs omnino quicunq; uiuunt super terram, dans omnibus escam & pabulum, unicuique iuxta conditionẽ & proprietatẽ naturæ suæ, in qua condita sunt ab initio.

26 *Confitemini Deo cœli.*

Concludens reſumo, quam initio proposui exhortationem, ut cōfessione laudis Deum uerum qui in cœlo habitat, non in manufactis celebretis.

27 *Confitemini domino dominorum, quoniã in æternum misericordia eius.*

Celebretis, inquam, dominum omnium dominantium, & regem regum, quoniã in sempiternum permanebit super oẽs seruos eius misericordia ipsius, & usque in consummationem sæculorũ quisquis quæsierit in omni ꝓgenie, inueniet eã.

## ANNOT. IN PSAL. CXXXV.

VEr. 5. Qui fecit cœlos in intellectu. Græcè est ἐν συνέσει, id est, in intellectu, qd ualet in sapiẽtia, quemadmodũ in Psalmo quadragesimo sexto, psallere συνετῶς, uertitur, psallere sapienter, qd uerti potuisset, Psallite intelligibiliter vel cũ intellectu, quemadmodum & hic pro eo qd nos habemus, Qui fecit cœlos in intellectu. Clarius dici potuisset. Qui cœlos fecit sapiẽter Atq; ita B Hier. uertit, Qui fecit cœlos in sapientia, Felix, In intelligentia, siue prudentia. ¶ Vers. 7. Qui fecit luminaria magna. Luminaria ista duo quorũ in duobus sequentibus uersibus fit mẽtio, nẽpe sol & luna peculiariter magna hic appellant, sicut & in prin. li. Gen. Qđ nõ ita est accipiẽdũ, quasi fm molis quantitatẽ oĩbus stellis q sunt in firmamẽto sint sol & luna maiores. Nam de luna ex astronomorũ demõstratione constat eã esse quantitatẽ multò minorẽ oĩbus ẽt minimis stellis quę uideri pñt in firmamento. Minima enim stellarum uisibiliũ firmamenti, ut Alphraganus astronomus asserit tota terra est maior. Luna uero minor est terra, ac proinde oĩbus stellis q in firmamento uideri pñt quãtũuis minimis. Imò uerò stellas esse tradunt astronomi in firmamento tã mirę magnitudinis, ut totã terrę quãtitatẽ qlibet earũ cõtineat centies & septies, alias quę eã cõtineant nonagesies, alias septuagesies, & bis, alias quinquagesies & quater, alias trigesies & quinquies, alias decies & octies, queadmodũ suo loco ostẽdimus in 7. libro de consideratione reiũ naturaliũ, cui titulus est de cęlo & mũdo. Qũo ergo, si de quantitate molis sermonẽ faciamus, luna ipsa (quæ tota terra est minor) uerè dici poterit luminare mai⁹, cõparatione ad eiusmodi stellas firmamẽti tanto terra maiores? sed & sol fm molem, licet luna sit longè amplior, ñ̃ multis stellis firmamẽti est minor. Oportet ergo hanc peculiarẽ appellationem qua nuncupatˀ sol & luna, duo magna luminaria, accipi fm pręcellentiã luminis, & excellentiam ministerij, quo suę lucis beneficio eximiè inseruiunt mortalibus prę oĩbus alijs luminaribus lucem abũdantiorẽ terris infundendo, & operationes exercendo magis ualidas, magisque manifestas. Quę.n. stella firmamenti sic sentitˀ in terris, fm operationẽ sui effectus, ut eius aduentu oĩa uiteãt, eius abcessu cia flaccescãt & emoriantˀ Quę stella vel maxima firmamenti, ita manifestè totũ hominis corpus disponit, ut ipsas quoq; medullas sua ueritate augeat & minuat? Attamen istas solis & lunæ esse operationes manifestissima, certissimaq; experientia cognoscimus. Et notandũ, q nõ dñt hæc duo sol & luna peculiariter magna corpora, aut magna astra, sed tñ magna luminaria, uidelicet vt indicetˀ illuminationis super terram pcellentia. Deniq; magna singulariter dici pñt fm æstimatione mortaliũ. Sm nanque humanũ iudicium, euidẽtissimum est, lunam, & solem iudicari maiores oĩbus stellis, quæ sunt in firmamento. Quod aũt in versib. duobus sequentibus dr solem esse factũ in potestatem diei, siue (vt Felix verti)

Psal. 46.

Gen. 1

 in

lætitiæ, respōdebamus illi dicentes. Quo nam modo cantare poterimus eantica domino cōsecrata, cantica diuino cultui deputata in terra hac aliena atq; propha na, in qua omnis uiget idololatria: ubi protsus ignoratur Dei reuerentia?

6 *Si oblitus fuero tui Hierusalem, obliuioni detur dextera mea.*

O Hierusalē ciuitas sancta, ô terra Deo sacrata, quomodo signa poterim' ostēdere ulla lætitiæ, donec desolationis illius quæ in te facta est nobis hæret memoria? Ecce firmissimo proposito illud statuo, nunquam tui memoriā de corde deponere, sed quātumuis diu hæc nostra ptrahatur captiuitas, tuā desolationem deflebo, & ad reparatiōnē reditūq; suspirabo, adeo ut fidenter audeam mihiipsi et comminari ac dicere, si unquam in loco isto captiuitatis positus, memoria atque desideriū tui ô Hierusalem è corde abiecero, oblectatus in terra ista aliena, aut in Babyloniis siue diuitijs, siue delitijs, in ultionem hæc mihi pœna eueniat, ut non ultra memor sis dexteræ meæ, nō mihi ueniat à te ullum auxilium, sed derelinquar à te atque proijciar.

7 *Adhæreat lingua mea faucibus meis, si non meminero tui.*

Arescat quoq; in me omnis uigor meus, & tertius humore omni atq; uirtute destituar, ita ut præ siccitate lingua ueluti adhæreat gutturi. Hæc (inquam) mihi faciat Deus & hæc addat, si tui memoriam abiecero de corde meo.

8 *Si non proposuero Hierusalem in principio lætitiæ meæ.*

Si non te, ô ciuitas sancta, caput semper & principiū lætitiæ meę, omnibus desiderabilibus & delectabilibus quæ mihi obuenire possint præposuero, si nō te sēper in animo prę oībus gestauero, si non tuum bonum & tuā restitutionem omnibus semper autepofuero, quæcunq; mihi possent læta aut pspera obtingere, si nō in omni lætitia, quæ mihi quomodocūque cōtigerit, tui primū memor existam. Et omnino nunquā in terra hac captiuitatis cōstitutus, ita me ulla fiuā capi aut detineri oblectatione, ut prorsus tui fiā immemor. Ita mihi cordi est, quę in te facta est desolatio, & ita mihi in desiderio

A est, tua quā spero futurā aliqn̄ reparatio,

9 *Memor esto dn̄e filiorū Edō ī die Hierusalē.*

Domine Deus, tu uides, quanta in nos mala exercuerūt inimici nr̄i Babylonii, quibus iuncti fuerunt ij qui terræ nr̄æ erant uicini Idumæi, qui se illis commiscuerunt, ut nos iuxta quod semper optauerant, nacta oportunitate, per exercitus potentiores uirtutem destruerent. Horū, tu domine, Idumæorum malitiam, attēde, & ad ultionē memor esto malitiæ & crudelitatis quam exercuerunt in nos in die necessitationis, & in tempore destructionis ciuitatis tuę sanctæ Hierusalem.

B 10 *Qui dicunt, exinanite exinanite usque ad fundamentum in ea.*

Qui Chaldæos, licet ex seipsis nimiū crudeles, adhortātes ad maiorem crudelitatem, dicebāt, Euacuate, & ad fundamēta usq; prorsus demoliamini, cuncta destruite, igniq; absumite, psus nihil relinquēres, neq; lapidem in fundamento, neq; vllum omnino uestigiū, ita ut in sempiternū ultra n̄ ualeat reædificari neq, ultra sit memoria eius super terrā. Huius crudelitatis tu domine memor eris, ut eis

C iuxta malitiam suam reddas uindictam: cum debuissent iure fraternitatis nobis ipsi potius in protectionem atq; auxiliū extitisse, aut ut minimum compassionis nobis affectum exhibuisse.

11 *Filia Babylonis misera:*

Populus aūt Babilonicus, gens Chaldęa, qui resolutionis factæ in ciuitate tua pręcipui authores & crudelissimi exequutores fuerunt, ipsi erūt miseri, & ex decreto iustitię tuæ sentirent miseriam in die, cū retribueris eis pro sua malitia:

* *beatus qui retribuet tibi retributionem*

D *tuam quam retribuisti nobis.*

& beatū nos prædicabimus populū illū, q ex decreto diuinæ iustitiæ tetribuet illis iuxta meritū digna pmia, ita ī illos agēte crudeliter, ut sine misericordia ipsi crudelissime egerūt aduersus locū sctm̄ suum.

12 *Beatus, qui tenebit & allidet paruulos suos ad petram:*

Beatos illos prędicabimus, & laudibus magnis celebrabimus illos diuinæ iustitiæ ministros, q ex sentētia iustitiæ Dei eādē ostēdēt in nos crudelitatis sęuitiā, q̄ mōstrastis & exercuistis aduersū nos,

eorũ irrisionem, uel ob nimiã superbiã ad suam ostentationẽ, quemadmodum rex Balthasar, ex ingenti superbia, & nimio cordis fastu, sacra uasa iam tumulẽtus iussit ad mensas suas adferri, vt biberent ex eis ipse & optimates eius laudãtes Deos suos aureos & argenteos, quasi dignũ se iudicãs qui iisdẽ uteretᷣ uasis cũ dño Deo Israel, in quibus ille olim acceperat ministeriũ. Ita intelligi põt, Babylonios ob superbiam uoluisse coram se decãtari illa carmina, & suas aures iisdem oblectari, quibus solent in terra Israel soli cãtare dño. Tertiò, põt accipi hæc postulatio, ut ex cõpassione prolata. Quanquã. n. Babylonij, in ipsa ciuitatis destructione & inuasione crudelissime egissẽt: fieri tñ potuit, ut post ultionẽ cõsummatam, & iam oĩa demolita, ad qualemcũque mansuetudinem eorũ animi flecterentur erga eos q relicti erãt superstites, quemadmodum fere solent post omnia uastata, & impetũ expugnationis transactum, animi uictorũ erga reliquias deuictorum mollescere. Atq; ita fieri potuit, ut Babylonij illi, qbus erant admixti filii Israel, uidẽtes magnã tristitiã quã fletib. & querimonijs grauiter protestabantur, misericordia cõmouerẽtur super illorũ desolatione, ac proinde hortarẽtur illos ad sese consolãdũ patrijs canticis, qbus populũ Israel cognouerãt plurima astue factum, uidelicet prãtem illis concedẽtes (ad consolandũ animi mœrorem) canẽdi cãtica dñi. Est aũt primus horum modorum cõmunior, & magis uerisimilis. ¶ Ver. quinto. Quõ cantabimus canticũ domini in terra aliena? Terrã alienã intellige, non solũ populo domini alienã & peregrinã siue incognitã, sed alienã ẽt à Deo, utpote In qua agnoscebatur, neque celebrabatᷣ Deus. ¶ Versu 9. Memor esto domine filiorum Edom, in die Hierusalem. Oratio est ecliptica. i. defectum patiens, cuiusmodi esse solẽt orõnes imprecatoriæ, ut ipsa ẽt loquẽdi forma animi indignatio & rei indignitas, pro qua fit imprecatio, ostẽdatᷣ. Cõpletᷣ aũt versus, hoc modo. Memor esto domine filiorum Edom, secundũ ea quæ fecerunt cõtra populũ tuũ in die Hierusalẽ, uel quãta aut qualia fecerunt aduersum nos in die Hierusalẽ. Diẽ aũt Hierusalem, uocat tẽpus uastationis & desolationis ipsius, quo modo loquendi ẽt in uulgato sermone subinde utimur, dicentes, Hodie dies mea est, cras forsitan tua; nolentes indicare, ut mihi hodie est afflictio, infit miras, aut quodlibet malũ, ita tibi cras forsitã euẽtura similia, queãdmodum de morte apud Sapiẽtẽ breui uerbo dr. Mihi heri, tibi hodie. Sic in psalmo trigesimo sexto de die impii dr. Dñs aũt irridebit eũ (impiũ) qñ pspicit q ueniet dies eius, nempe impii, id est, dies quo pœnas dabit, & subibit æterna supplicia. Quo ẽt modo vr̃ intelligẽdum, qđ Hieremias dicit, Diem hominis non desideraui, tu scis, hoc est, ego nomini malum optaui, aut malũ quæsiui, sed in uera charitate oĩbus bene uolui. De Idumæis aũt pœna quæ hic prædicitur, eadẽ latius atq; apertius apud Prophetã Abdiam explicatur, cũ ad Edom ita uaticinatᷣ. Propter interfectionem, & pp iniquitatem in fratrem tuũ Iacob, operiet te cõfusio, & operibit in æternum. In die cum stares aduersus eum, qñ capiebant alieni exercitũ eius, & extranei ingrediebantur portas eius, & super Hierusalem mittebãt sortem, tu quoque eras quasi unus ex eis. Ac post pauca, Sicut fecisti, fiet tibi, retributionẽ tuã cõuertet in caput tuũ. ¶ Ver. 11. Filia Babylonis misera Possumus accipere cõstructionẽ transitiuã. pro non transeũte, ut filia Babylonis dictũ sit pro filia Babylon. Sic. n. si lẽt ciuitates in scripturis appellari filiæ queãdmodum alibi. Dicite filias Sion, Ecce rex tuus uenit, &c. Possũmus aũt, sm constructionem transitiuam proprie accipere filiã Babylonis, pro gẽte & populo qui est in ipsa. Est n. ciuitas, principium & quædã mater oĩum qui in ea nati sunt, quõ dicimus filios Hierusalẽ, filios Ecclesiæ, id est, natos in Hierusalẽ, renatos in Ecclesia, atq; ita in cæteris. Cũ aũt in eodem uersu subnectitur Beatus qui retribuet tibi retributionẽ, quã retribuisti nobis, non idem ualet, beatus, qđ in principio libri Psalmorũ, cum dr, Beatus uir qui non abiit in consilio impiorum, aut in Ps. 111. Beatus uir qui timet dñm, atq; in aliis cõsimilibus locis. Non enim fit hic de tali beatitudine mẽtio,

Danie. 5 · Eccl. 38. · Ps. 36. · Hier. 17. · Abdias. · Matt. 21. · Esa. 62. · Ps. 1. · Ps. 111.

tio, neq; talis beatitudo promittitur iis qui interfecturi erant Babylonios, corū-que pueros allisuri ad petrā. Sonat ergò hic, beatus, laudabilis, & pdicandus. Huc .n. sensum uolunt, Populus ille qui tibi retribuet, & c. hac in re benefaciet, rē bonā & laude dignā (nimirū Diuinæ iustitiæ executionē) faciet, laudemq; & cōmēdationē ex ipso facto commerebitur. Et hoc quidē ita uerum est, si tem ipsam, ipsumq; factum in semetipso consideres. Bonum n est dignum laude iustitiā exequi, & diuinæ uolūtatis peragere sniam. ¶ Versu ult. Beatus qui tenebit & allidet paruulos tuos ad petrā Vulgo hic legūt p pnomen tertiæ persona, Beatus qui tenebit & allidet paruulos suos ad petrā, & ēt mystice exponunt, illū uere beatū pdicantes fm Deū, qui cogitationes & affectiones prauas antequā ad perfectū consensum perueniant, supprimit & allidit ad Christū, quē petrā esse interpretatur

1.Cor.1. sanctus Apostolus, verum hæc snia, licet admodū arrideat, cū uersiculus iste per se fuerit enarratus, ubi tamen ad præcedētia & cū toto discursu Psalmi confertur

E uel modica est, uel nulla cohærentia. Neque legendū est per tertiam personam, suos, sed per secūdam, paruulos tuos. Dirigitur enim sermo ad ipsam Babylonē, quo & in uersu præcedenti. Atq; ita per secundæ personæ pronomen manifestissime fit sermo in Hebræo, Chaldæo, & Græco, item & antiquioribus atq; correctioribus Latinis exemplaribus, tā Gallicani quā Romani Psalterii. Quòd si quis mordicus uelit tenere pronomen suos, accipiat improprie pro eorū, nempe Babyloniorum, & eandem habebit sententiam. Hanc aūt pœnā q̄ hic Babylonijs

F imprecat populus dñi, latius pronunciatam legimus per prophetam Esaiam, capite decimotertio, in hæc uerba, Omnis qui inuētus fuerit, occidet, & omnis qui superuenerit, cadet in gladio. Infantes eorum allidentur in oculis eorum, diripientur domus eorum, & uxores eorum uiolabuntur. Ecce ego suscitabo super eos Medos, qui argentum non quærant, nec aurū uelint, sed sagittis paruulos interficiēt, & lactentibus uteri nō miserebunt, & super filios non parcet oculus eorū. Esai.13.

## CXXXVII. PSALMI ARGVMENTVM.

*Confitetur fidelis domino in conspectu angelorum sanctorum, super misericordia & ueritate, & exaltatione nominis eius, atque etiam pro optissima Dei benignitate, quæ petentibus semper augmentat fortitudinem. Cui etiam uersu quinto, optat ab omnibus regibus & regnis terræ confessionem & laudem propter magnitudinem gloriæ eius, quæ in hoc peculiariter est spectabilis, quod ip'e excelsus, humiles tamen diligit, & excelsos corde superbos odit. Propter quod, corde humili in domino fidens, etiam inter medias tribulationes nihil metuit, securus in Dei protectione & custodia, qui opera manuum suarum non despicit.*

## CXXXVII. PSALMI ELVCIDATIO.

ONFITEBOR *tibi domine in toto corde meo, quoniam audisti omnia uerba oris mei.*

Confessio laudis celebrabo te domine ex pleno affectu cordis mei, mēte pura, & uolūtate bona, quoniam secundum benignitatem tuam misericorditer exaudisti omnia uerba deprecationis meę, quibus oraui ante conspectum tuum.

2 *In conspectu angelorum psallam tibi:*

In spiritu quoque mentis meæ eleuatus

H ad te, tāquā in medio angelorum tuorū constitutus, psalmum laudis tibi cātabo:

* *adorabo ad templum sanctum tuum:*

adorabo ad thronū sublimis gloriæ tuę, ad sanctā cęlestē habitationē tuā, in qua ut ī tēplo tuo sācto gloriosus inhabitas:

* *& confitebor nomini tuo.*

atque illic spiritus mētis cōstitutus, quasi ante præsentiam maiestatis tuæ, cōfessionem laudis cantabo tibi, tametsi carne adhuc positus in terris.

3 *Super misericordia tua & ueritate tua.*

Quanquam autem infinita mihi sit cōfessionis

sionis materia, de duobus tñ potissimum cõfitebor tibi, nempe super misericordia atque ueritate siue fidelitate tua, quas in omnibus operibus tuis coniunctas inac nio, & in iis quæ erga humanum genus agis operibus præcipue lucere cõspicio:

* *quoniam magnificasti super omne nomen sanctum tuum.*

quoniam super omne quod est in cœlo & in terra, tu superextulisti magnificentiam sancti nominis tui, & tuam sanctã maiestatem demonstrasti super omnia gloriosam, atq; præcellentem.

4 *In quacũque die inuocauero te, exaudi me.* Tu uerò, domine, sm hanc misericordiã tuã, atq; ueritatem, in quocunq; tempore te corde fideli inuocauero, exaudies me:

* *multiplicabis in anima mea uirtutem.*

& augebis in spiritu meo fortitudinem & uirtute interna me cõforabis, ita vt à te nunquã discessurus sim uacuus, sed aliquid semper spũalis gratiæ atq; fortitudinis internæ ad jcies mihi, quotiescũ que ad te effudero orationem meã, ut sic de uirtute semper in uirtutẽ progrediar.

5 *Confiteantur tibi domine oẽs reges terræ:* Et non solũ dignũ est ut ego tibi homo pauper & modicus cõfitear, uerumetiã tã quã dignũ & iustũ opto, peto & futurum spero, ut cõfiteantur tibi oẽs reges orbis terrarũ, cum regnis ac populis sibi subiectis, ita ut tibi famuletur totus orbis:

* *quia audierunt omnia uerba oris tui*

qm iã in omnes fines orbis terræ annũciata sunt atq; audita, ex Apostolica prædicatione, omnia uerba sancti Euangelij, præcepta atq; promissa omnia quæcunque per os tuum præcepisti aut docuisti, unde factum est, ut in oĩbus partibus orbis terræ plurimi ex populis, multi etiã reges ac principes se submiserint cõfessioni Christianæ fidei.

6 *Et cantent in uijs domini:*

Apoc. 19 Et quanquã apud homines magni æstimatur dignitas regia, iustum tamen est, ut superiorẽ agnoscentes dñm in cœlis in cãticis laudis & gratiarum actionis, ẽt reges ipsi & principes terrarum, unà cũ subiectis sibi populis, in uiis præceptorũ tuorũ ambulantes, confiteantur tibi,

* *quoniam magna est gloria domini.*

q magna sit super oẽm gloriã terrenã gloriæ magnificentiæ tuæ. Iustum.n. est ut se humilient huius mundi principes ante conspectum tuum, qui es rex regum & dominus dominantium.

7 *Quoniã excelsus dñs, & humilia respicit.* Et in hoc quidem peculiariter ualde miranda est & magnificanda gloria tua, q cum ipse excelsus sis, super omnes altissimus, & in omnibus præcellentissimus, semper tamen ad humiles respicis, & attendis, & eos exaltas;

* *& alta a longe cognoscit.*

superbos uerò, & eos qui seipsos exaltãt, tu despicis, contemnis, & tanquam elongatos a conspũ tuo pro nihilo reputas.

8 *Si ambulauero in medio tribulationis, uiuificabis me.*

Et ego, si humiliatus fuero, teq; humiliter inuocauero, confido q etiam si inter grauissimas ex omni parte tribulationes & tentationes uersatus fuero, tu me sis liberaturus, & in uia spiritus seruaturus, atque etiam corroboraturus;

* *& super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam:*

imò contra iram, inuidiam, & malitiam eorum, qui me persecuti fuerint, demonstrabis potentiam uirtutis tuæ, eorum uidelicet malitiam tua potentia prohibendo, & superando; Deut. 32 Rom. 12

* *& saluum me fecit dextera tua.*

& dextera oĩpotentiæ tuæ saluabit me ab insania, & furore inimicorum meorum.

9 *Dominus retribuet pro me:*

Insuper tu domine retribues ẽt, & uindictã facies in illos pro me, Tua n. est vltio & tu retribues impiis iuxta maliciã suã;

* *domine misericordia tua in sæculum;*

O dñe, misericordia tua sempiterna est, quã ab initio cognouim' sp erga seruos tuos fidelẽ extitisse, neq; dubitamus infinem vsque in perpetuum permãsuram;

* *opera manuum tuarum ne despicias.*

propter quam misericordiam, te precor piissime Deus, vt nos qui sumus opera, atque figmenta manuũ tuarũ, quos formasti, atq; finxisti ad imaginẽ, & similitudinem tuam, in potẽtia, sapiã, & bonitate tua nunquam abiicias, aut negligas, neq; vnquam nos in perditionem venire permittas, propter gloriam nominis tui, qđ est benedictum in secula. Amen.

ANNOTATIONES IN PSAL. CXXXVII.

E diuisim lege, & omne numeri singularis, intellige positũ pro plurali, oĩa, in hunc sensum, Magnificasti super omnia nomẽ sanctum tuum. Quam uerò dulce est, q̃d in uersu sequenti uir sanctus quoniãcunque ad dominum clamat, non solũ exaudiri, uerumetiam adijci sibi uirtutem, & multiplicari semper fortitudinem confidenter pronunciat, de Dei bonitate & fide nihil hæsitans, Cui non male consonat, quod in alio loco dr̃, Beatus uir, cuius est auxilium abs te, ascensiones in corde suo disposuit in ualle lachrymarũ, &c. Etenim benedictionem dabit legislator, ibunt de uirtute in uirtutem. Illi.n. quorum auxilium à Deo est, & qui ascẽsiones in corde suo disponũt, ipsi sunt & qui clamando inuocant dominum, atq; hi exaudiunt à domino, & ex benedictione eius pergunt de fortitudine in fortitudinem, multiplicaturq; uirtus in animabus eorũ. ¶ Ver. 6. Et cantent in uiis domini, quoniam magna est gloria domini. Cantant quidem, sed non in uiis dñi, qui (iuxta Apostolum) ore quidem Deũ laudant aut Deũ se nosse confitẽtur, sed factis negãt, qui labiis Deum honorant, corde autem & moribus elõgantab eo. In uiis autem domini cãtare monemur, vt Dei præcepta custodientes laudemus. Qui.n cantant & nõ in uiis domini, peccatores, horum (teste Sapiente) non est laus preciosa. Rectos uerò (ut noster ait Psalmista) decet laudatio. In secunda aũt parte dictio quoniam, accipi potest vt dicat causalitatem, in hunc sensum, Cantẽt fideles reges in uiis domini, propterea quòd gloria domini magna est Magnitudo nanque glorię Dei, ratio est, qua te laudandus sit, & nos illi in uiis ipsius cantare debeamus. Vel accipi potest pro q̃, ut significet quid debeat cantari, in hunc sensum. Fideles in uiis domini hoc cãtent, quòd magna sit gloria eius: i. de hoc cum canticis laudent, q̃ sit magnus, & gloriosus super omnes.

Ps. 83.

Titum. 1

Esa. 29.

Matt. 15.

Eccl. 15.

Psal. 32.

VErsu secũdo In cõspectu angelorũ psallã tibi. Hinc manifestè cognoscimus, et spiritum habere pedes suos, quibus proficisci possit cum uoluerit, uel usque ad angelicorũ agminum consortia, corporis pedibus interim super terram suã pstãtibus. Nisi forte magis uelimus alas dare spiritui, quibus uolet, quàm pedes quibus ambulet uel currat. Sic.n. ille eximi⁹ Theologus Boetius alas maluit quàm pedes dare humano spiritui, cũ de F se ita caneret, Sunt etenim pennæ uolucres mihi, Quę celsa conscendant poli. Quas sibi cum velox mẽs induit, Terras perosas despicit: Aeris immensi superat globũ, Nubesq; post tergũ uidet. Quiq; motu agili calet ętheris, Trãscẽdit ignis uerticẽ, Donec ĩ astriferas surgat domos, &c. His ergo siue pedibus, siue alis, confidit uir sanctus, & proponit in conspectu angelorũ ascẽdere, aut potius subuolare, illicq; Deo psallere, & adorare ad templũ sanctum eius. Sine his enim nunquã ad tantæ posset celsitudinis sublimitatẽ cõscendere. Tunc uerò in conspectu angelorum Deo psallimus, qñ mente & affe- G ctu Deo præsentes nos facimus, & quasi in circuitu throni eius nosipsos cõstituimus. Vel dũ in profundissima cordis humilitate, cũ summa reuerentia corã Deo procidimus, ut in medio angelicorũ agminum gloriosissimè regnãte, qñ sic corã throno gloriæ eius procidimus, attẽdentes quanta reuerentia illi ministrent milia miliũ, & assistant decies cẽtena milia. Põt etiam illud, In conspectu angelorum, aliter exponi, ut significetur, quasi H sub illorũ patrocinio, Quomodo enim is qui p̃ humilitate nimia erubescit corã rege magno solus loqui, fidentius loqui audebit, si assistant quos sperat causæ suę habiturum se patronos, ita & nos meritis nimium exigui in conspectu angelorũ psallere & orare debemus, ut vel per illos nostræ laudes Deo pręsentatæ fiãt acceptę, & exaudiantur orationes. ¶ Ver. tertio. Magnificasti super omne, nomen sanctum tuum. Ne putes omne nomẽ, esse orationem adiectiui & substãtiui, sed

CXXXVII.

## C XX XVIII. PSALMI ARGVMENTVM.

*IN hoc psalmo multiplex ponitur cōsideratio Diuinæ magnificentię, ex qua cōsurgitur ad laudem Dei Et primum qdem ipsius oīs scientia pponitur, quę se etiā usq; ad singulas humanas actiones, cogitationes, atq; loquutiones, ad pterita insuper & futura extendit: ita vt futurorum etiā priusq̄ sint hēat præscientiam: pp quod, mirabilis est, & supra imbecillem humani ingenij captum, Dei omnis sciā. Deinde ver. 6. ad Dei oī præsentiā (vt ita rei exprimendæ gratia loquamur) transit ostendens per inductionem, nusquam locorum posse quenquam effugere pręsentiam domini, qui est & in cœlo & in terra, & in nouissimis maris. Ver. autem x. soluitur erronea persuasio, qua se quidam putāt tenebris a Dei cōspectu, atq; præsentia occultari: & declaratur, quemadmodum Deus perinde die ac nocte, & in luce, & in tenebris omnia habeat præsentia, & patentia suo conspectui: neq; adiuuetur luce diei, neq; impediatur tenebris noctium: cuius adiungitur causa, quoniam omnibus ipse est præsentissimus semper, et intimus, ita vt intima nostra possideat, habeatq; in sua potestate, quos a matris vtero formare cœpit. Propter quod, ex mirabilium operū contemplatione, in spiritu consurgit ad laudem, & confessionem eius, cuius oculis etiam ossa nostra q̄uis pelle & carne occultata, nuda tamen sunt & aperta: qui etiam substantiam corporis nostri cognoscebat adhuc in terræ visceribus dispersam, priusq̄ in corporis compaginationem vniretur: qui dein de corpus ipsum nostrum in matris vtero vidit imperfectū, nondum membris oībus absolutum, neq; rōali aīa adhuc formatum: in cuius præsciā libro vniuersi scripti seruantur, etiam illi qui in postuenturis diebus formandi sunt, nondum in rerum natura subsistentes, Atq; hæc quidem, vsq; ad versum xvi. Ab hoc autem, consequenti ordine, relicta cōtemplatione operum creationis, & mirabilium prædictorū, transit ad considerationem diuinæ bonitatis, atq; dignationis, quam erga electos suos demonstrat, quos honore maximo honorificauit, & principatu sempiterno dotauit: neq; eos paucos, sed in multitudine innumerabilis, multos valde, quos nemo dinumerare possit hoīm, ad quorum societatem aspirans, se dicit exurgere, & erigere spem, atq; conatum, & cum Deo intra illorum numerum velle semper permanere. Peccatores autem, & viros sanguinum sciens esse sub odio illius, & ab illo esse mortis sñia interficiendos, etiam ipse a se abigit vir iustus: propterea q vanam sentiant esse spem electorum, cœlestes mansiones (quas expectant fideles) commentitias, & vanas existimantes, promissis Dei credere recusantes Atq; hos, quatenus Deo sunt inimici, etiam ipse inimicos habet, & odio perfecto exosos. Vltimis tandem duob. versib. se ad Deum post oīa cōuertens, ipsum interrogat sine con sciā teste, & iudicē: & bene cōfidens de cordis sui rectitudine, pbari ipsū petit a Deo, atq; ita in æternæ vitæ uia eūdē hēre ductorē, ne vsq̄ forte aberret.*

## CXXXVIII. PSALMI ELVCIDATIO.

DOMINE *pbasti me, & cognouisti me:* Magna est, & mirabilis domine latitudo scientiæ tuæ, qua omnia nosti, ēt particulares quasque actiones hominū. Ecce enim domine, tu me, totum intus & in cute perscrutaris, inuestigas, atque perquiris, & quasi probatum diligenter atque peruestigatum optime nouisti:

* *tu cognouisti sessionem meam & resurrectionem meam.*
siue sedeā, siue surgā, siue stem, siue iaceā, & oīno qcqd egero, tu exactè nouisti singula, & nihil te pōt latere eorū quæ ago; Denicq; siue sedeā in qete cōtēplationis & meditationis legis tuę, siue exurgā à qete cōtēplationis, ad negotia qlibet aut labores actionis, tu oīa attēdis, & nosti uniuersa qcūq; ago, tu habes explorata.
2 *Intellexisti cogitationes meas de longe:*
Neq; uerò solas actiones exteruas, uerū etiā cogitationes, quæ mihi sūt intimæ, tu cognoscis à lōge, hoc est, prius etiam quàm intra me sint per tuā præsentiam:
* *Semitā meā & funiculū meū inuestigasti.*
aut de longinquo, cū tu in cęlo habites, nos hic in terra uersemur, neq; obstat tibi spatii intermedii, uel maxima distantia, ut confundantur qui te putant, quòd circa cardines cœli perambules, nostra ob hoc nihil considerare:
uiā uitæ meæ, quā ambulo, & conuersationem meā, simul & funiculū uiæ meæ, id est, intentionem mearū omniū actionū, tu optimè habes cognita. Tu. n. nosti uiā bonā, an malam ambulem corā te: & singularū actionū intentionem tu iudicas.
3 *Et omnes uias meas præuidisti.*
Neq; uerò tunc uias meas & actiones scire incipis, cū me uides in eis ambulare, quasi ex mea actione tu haurias tuā sciētiā, quemadmodū homines faciūt, q per sensus exteriores cognitionem hauriūt eorum quæ intellectu cognoscūt; sed ab æterno secundum æternam tuā præscientiam prænouisti omnes uias uitæ meæ, quas in hoc mundo erā perābulaturus;
* *quia non est sermo in lingua mea.*
& omnino nullus est sermo in ore meo, quem tu non noueris, etiam priusquam edatur per os meū, & donec sub lingua mea adhuc uolutatur nōdum expressus: Neq; sermo ullus est in lingua mea, quo tibi aliquid ualeam patefacere, qd nō ante in cogitatione mentis meę ęque clarissimè conspexisses, neque sermone uti debeo per linguā meā, ad tibi rem quālibet insinuandā, sed sola tibi cogitatio sufficit, ubi sibi sola cogitatio hominis loquitur:
4 *Ecce domine, tu cognouisti omnia nouissima & antiqua;*

E Et qd multis est opus? Ecce. n. tu uniuersū oīa, & q ultima sunt nouissimis uentura tpibus, & q antiqua sūt, q olim pcesserūt in prioribus generationibus, sicut psentia æque oīa nouisti. Tua. n. scientia & præterita, & psentia, & futura, æquè cōspectitur, rōne æternitatis tuæ, in qua pteritū & futurū nō sunt, sed totū psens est, i qua tibi sunt psentia, quæ hominibus in tpe isto uiuētibus, aut pterita sūt, aut futura.
* *tu formasti me.*
neq; uerò tm spectāda occurrit mirabilis latitudo cognitionis tuæ, uerumēt ineffabilis potētia uirtutis. Tu. n creasti me,
F & sm aīam tuæ imagini me assimilans, & sm corpus de limo terræ me fingens:
* *& posuisti super me manum tuam.*
neq; postquā creasti me, statim abstraxisti manū tuā à me, neq; mox cessauit erga me opatio uirtutis tuæ, sed manū potētiæ tuæ, sicut adhibuisti mihi, cum me creares, ita eādē sup me cōfirmasti, vt quē creasti, quādiu tibi fuerit placitū pserues. Nō. n. es tu dñe ut corporales sunt artifices, q postquā opus qdlibet pfecerint, cōseruare ipsū opus nō habēt, manū abstra
G hūt, & pmanet nihilominus opus qd effectū est Oīa siqdē q à te creata sūt, ppetua egēt manutētione, & sustētatione tua, ita vt si semel manus tuę tētionē subtraxeris creaturis, uniuersę sif collabanf i nihilū.
5 *Mirabilis facta est scientia tua ex me:*
Verè mirabilis facta est tua scientia atq; sapiētia à me, extra me, supra me, mihi omnium uidetur mirabilis, extra captum meum est, supra intelligentiam meam:
* *cōfortata est, & non potero ad eam.*
ualde confortata est, ualde robusta, ualde ualida est, nimiūq; exaltata, & non potero præualere ut comprehendā eā, nimis
H excelsa est, & eleuata longe supra uim ingenij mei, ut nequaquā spes sit mihi posse eā vt est cōprehēdere. Excedit. n. mitāda tua sapientia, quā in rerū tā creatione q sustentatione monstras, oēm humaui ingenij facultatem, neq; ad eius sublimitatem pertingere ualet nostra crassities.
6 *Quo ibo à spiritu tuo, aut quo à facie tua fugiam?*
Et quemadmodū in oī sciētia tua atq; oī potētia, sic & in oī præsentia tua spectandus es atq; mirabilis, qp uidelicet i oībus locis

Ioan.4. locis unus ipſe p̄ſens adſis. Neq;.n. ullus
eſt locus in cœlo ſurſū, aut in terra deor
ſum, ad quē poſſit hō accedere, ad abſcon
dēdū ſe à te dn̄e, qui ſpūs es, & nō caro,
neq; eſt quo poſsit homo confugere, ad
occultādū ſe à cōſpectu p̄ſētiæ tuæ, id qd̄
p ſingula inducendo facile ſit manifeſtū.
7 *Si aſcendero in cœlum, tu illic es:*
Si enim ēt uſq; ad cœli altitudinem quis
Eſa 66. conſcenderit, putans illic ſe à te occulta
re, errat grauiter ille. Te.n. illic maximè
præſentē inueniet, quandoquidem cœ-
lum tibi ſedes eſt, & māſio habitationis
tuæ, cœlumque & terram adimples:
Hier.33. * *ſi deſcendero ad infernum, ades.*
ſi uerò in oppoſitam partem abſcendēs,
ēt uſq; ad profunda inferni deſcenderit,
ſperās vel ibi nō adfuturū dn̄m, errat ite-
rum. Tu.n. illic ades ſecundum potētiā
& ſeueritatē tuæ iuſtitiæ, quaſi iudex &
ultor ī loco carceris, ad perpetuā impio-
rū, qui illuc uincti detinent, ultionem.
8 *Si ſumpſero pennas meas diluculo, & ha-
bitauero in extremis maris.*
Qd̄ ſi illi poſſibile foret ēt alas ſibi aſſume
re primo diluculo, & celerrimo uolatu
p uolare uaſtiſſima maria, ita ut p ueniat
vſq; ad lōgiſſimè diſtantes partes maris.
9 *Etenim illuc manus tua deducet me:*
Ne ſic quidē euaſerit ille præſentiā tuā.
Siquidem illuc eum deducere debebit
manus tua omnipotēs, neq; ſine tuo du-
catu illuc pertingere poterit, & eris ei
quaſi dux per omnem uiam, neq; unquā
uſquam uel ad momentum aberis ab eo.
* *& tenebit me dextera tua.*
Hebr.23 & dextera oīpotentię tuæ inueniet illum,
tenebit quaſi apprehenſum, aut tenebit
Hebr.4. ne cadat in profundū & pereat. Patet er-
1.Ioan.1 go, quemadmodum nec in cœlo ſurſum,
nec in inferno deorſum, nec in ultimis
maris, ac p inde nec in alio quolibet lo-
co poſſit eſſe abſconſio à p̄ſentia ullius
tui: qn̄quidem cœlū & terram tu imples,
ſuntque oīa nuda & aperta oculis tuis.
10 *Et dixi, forſitā tenebræ conculcabūt me:*
Quòd ſi quis dixerit, & reputauerit ſecū
in corde ſuo, lux eſt Deus, & ī luce videt
oīa Forſitā uerò fieri pōt ut tenebræ oc-
cultent hoīem à cognitione, & p̄ſentia
Dei, & quaſi abſcondant, cōculcēt, atque
ſupprimāt, ita ut nō uideat exiſtentes in

A tenebris per noctē, uel ēt per diē in locis
obſcuris: quēadmodū hoīes ēt quę ante
oculos ſunt, non p̄n̄t uidere qn̄ lumen
abeſt. Forſitan ita & cum Deo res habet:
* *& nox illuminatio mea in delitijs meis.*
Sed hoc oīno uaniſſimū eſt. Nā quātū ad
oculos diuinæ cognitionis, ēt nox me il
luminat, & lumen ſup me præbet Deo
æquè atq; dies, ad me cōtuēdū, ſi me ab-
ſcōdero ad pfruendū delitiis meis, ad ex-
plendas cōceptas uoluptates & peccādū
liberius. Solent n. hoīes ſuas cōcupiſcen-
tias explere cupiētes fugere lucē, & tene-
B bras exquirere, perinde quaſi ita tuos o-
culos poſſint effugere. Verùm falluntˀ mi
ſeri, neſciētes, qm̄ æquè die & nocte illu-
minata ſunt omnia tibi ad perſpiciēdū.
11 *Quia tenebrę non obſcurabuntur à te:*
Quia tenebræ quas hoīes reputāt tene-
bras & obſcuritates, apud te nō ſunt tene
bræ nec obſcuritates reputantˀ à te, ſiue
ante te, ita vt ualeant quicq̄ oīno corā te
obſcurare, aut occultare qd̄ non uideas:
* *& nox ſicut dies illuminabitur.*
nox quoq; (quæ maximè hoībus obſcura
vr̄) an̄ te reputatˀ quaſi illuminata, ita vt ñ
C minus p noctē cūcta uideas, q̄ per diem,
neq; minus tibi pateant oīa in denſiſſi-
mis tenebris, quàm in clariſſima luce.
* *Sicut tenebræ eius, ita & lumen eius.*
ſicut tenebræ ipſius noctis, ſic lumen ip-
ſius diei ante te, & ſunt corā te lux diei
& tenebrę noctis ęquales, ppea q̄ ſicut il
la nō indiges, ita his nō impediris. Neq;
.n. lux corporalis die quicquā te adiuuat,
ut uideas etiā corporalia, neq; tenebræ
corporeæ ullum tibi ne uideas præſtant
impedimentum, ita fit, ut ante te lux &
tenebræ ſint ęquales.
12 *Quia tu poſſediſti renes meos:*
D Neq; uerò mirū, ſi mihi tu ubiq; pręſens
adſis, & ſp me atq; mea oīa cognoſcas,
qn̄quidem in intimis meis tu inhabitas,
& intimus es mihi, ita vt ēt renes q intra
me sūt occultiſſimi & bn̄ abſcōditi, poſ-
ſideas, eos in tua pleniſſima habēs ptāte:
* *ſuſcepiſti me de utero matris meæ.*
ſuſcepiſti quoq; me faciendū & perficiē
dū ex utero matris meæ, in quo me pri-
mū plaſmare cępiſti, omnibus membris
neceſſariis cōponēs, ut deinde poſt egreſ
sū ex materno utero, tpis pceſſu, in iuſtā

quanti-

quantitatis & roboris perfectionē addu
ceres, suscepisti, ēt me à matris utero, in
tuā protectionē, curam, atq; custodiam.
13 *Cōfitebor tibi qa terribiliter magnificat' es:*
Cōfessione laudis prædicabo te dñe, pro
eo quod mirabiliter ualde magnificatus
sis, mirabileq; te demonstraueris in om-
nibus operibus tuis, potissimum autem
in mirabili creatione figmenti nostri:
* *mirabilia opera tua, & anima mea cogno
scet nimis.*
uerè miranda sunt atq; stupenda opera
tua, oia q̄ facis: & ita sunt miranda vt aia
mea nunquā satis ualeat illis cognoscen
dis intendere, nunquā ea sufficienter pos
sit contēplari, & quantumuis cōtēpletur
spūs meus, quamuis cōsideret, non sa
tiabitur præ admiratione. Neq; n. inter
oēs tuas creaturas est uel una, quā dignè
homo admirari, uel sufficienter, & ple-
nè (quantū ad potentiam, sapientiam, at-
que bonitatē infinitā, quæ in eis lucet ex
tui participatione) possit contemplari.
14 *Non est occultatum os meum à te quod
fecisti in occulto:*
Non sunt occulta à te ossa mea, quæ tū
fecisti in occulto, pelle & carne uestita,
neque per hanc operationem abscondi
possunt à conspectu tuo:
* *& substantia mea in inferioribus terræ.*
& substātia mea, siue materia de qua erāt
fm corpus formādus, nō erat occultata à
te, cū adhuc esset ī uisceribus terræ, priusquā ī materiā disponeret corporis mei,
aut priusquā in eā aia esset introducta.
15 *Imperfectū meū uiderunt oculi tui, &
in libro tuo omnes scribentur;*
Informe meum, meā informitatē, ita est,
me adhuc informē & imperfectū in ma
tris utero uiderunt oculi tui, priusquam
formā ultimā & perfectionē corporis ac
ciperē, cū adhuc rudis, & impolita massa
essem in matris utero, siue forma naturę
humanæ, priusquā forma ultima perfice
retur ante rōnalis aiæ infusionē, & oēs
oino, quotquot creati sunt, uel creabunt,
boni atq; mali, in libro præscientiæ tuæ,
erūt scripti, & in mēte tua, quasi in libro,
seruabitur omnium memoria, illi ēt qui
nōdū perfecti sunt, adhuc informes, imo
prorsus adhuc in nihilo delitescentes;
* *dies formabuntur, & nemo in eis.*

E adhuc tpa decurrent, & formabuntur in
eis multi, etiā adhuc generabūtur homi-
nes, & nō est iā unus, neq; subsistit adhuc
unus ex illis omnibus, qui in diebus il-
lis uenturis gñabunt & tñ iā scripti sunt
uniuersi in libro præsciētiæ tuæ, & nō est
unus ex oibus illis tibi incognitus, nō
minus q̄ si in diebus pteritis iā pfuissent.
16 *Mihi autem nimis honorificati sunt ami-
ci tui, Deus.*
Et hactenus quidē magnificentiā maie-
statis tuæ in teipso, atq; in tuis mirabili-
bus operibus consideraui ut potui. Libet
nunc ad tuā gloriā ēt illud attēdere, qua-
F lē te erga tuos seruos exibeas. Et mihi q-
dem hæc considerare uolenti, uñr tui ele
cti quos tu amicos habes, & nominas, à
te honore permaximo plurimū honori
ficati, pro quibus talia & tā stupēda pere
gisti mirabilia, proprium filiū tuū carne
uestitum pro eorum salute tradendo in
mortē, spūm paraclerum illis mittēdo, &
uitę æternæ pmissa magna, & preciosa
donādo: quę tanc oia pp electos facta ma
ximę erga illos dignationis sunt iudicia;
2 *nimis confortatus est participatus eorū.*
eorum quoque imperium & regnum qđ
G dispofuisti illis, ualde confortatū, corro
boratū, atq; confirmatum est Regnum.
n. quod disposuisti eis, sempiternū est, &
regnabunt tecum amici tui in sæcula sæ
culorū. Regnum quoq; eorū ualde cōfor
tatū est, dum ipsi ex paucissimis facti sūt,
plurimi, & in maximum excreuerunt nu
merum, adeo ut iam dilatasse se uideatur
principatus & dominium amicorū Dei
in omnes fines orbis terrarum.
17 *Dinumerabo eos & super arenam multi
plicabuntur;*
H Si. n. uelim eos dinumerare, & cœpero
numerū cōsiderare electorū tuorū, inue-
nio esse innumerabiles, quemadmodū Apoc. 7.
sūt arenę in litore maris, nimirū ex oi-
bus gētibus, tribubus, linguis, populis, &
nationibus collectos, turbā magnam ni-
mis quām prę multitudine nemo dinu-
merare posset, tametsi tibi sit cognitus
tuorum electorum numerus:
* *exurrexi, & adhuc sum tecum.*
& ego quoque cupiēs sperās in horum
numerum computari, & ascribi catalogo
amicorum tuorum spe concepta ex tanto
ele-

electorũ numero,& multitudine tã innu A
merabili,simul & accenso desiderio ex iá
to amicorum tuorum honore, à pecca-
tis meis in qbus iacere cœperã erexime,
sicq; exurrexi,& adhuc tecũ pmaneo,ad-
huc(vt cõfido testimoniũ mihi phibente
cõsciẽtia) in cõspectu tuo inter amicos
tuos psisto,persistamq; tuæ gratiç auxilio
dũ viuã,& imperpetuum tecum eligo per
manere,ita vt nulla me possit quantum-
uis abundans malitia à te abstrahere.

18 *Si occideris Deus peccatores:*
Atq; ita quidẽ honorificati sunt apud te
sancti & electi tui.Cæterũ,quantũ,ad ho- B
mines reprobos lõge aliud ɔsidero,quos
non saluationis honor, sed potius mor-
tis æternæ manet decretum. Et quidem si
tu dñe decreuisti,imò quia oĩno decreui-
sti,& firmiter statuisti illos damnationis
gladio ferire,quia tu eos in mortẽ æter-
nã daturus es præcipites:Idcirco neq; ego
eos vllo dignabor honore, quemadmo-
dũ electos tuos,neq; communicare cum
eis volo,aut quicquã habere commercij;
* *viri sanguinum declinate à me,*
sed aduersum ipsos q sunt viri sanguinũ;
hoĩes iniusti,peccatis dediti,& effusionis C
innoxii sanguinis cupidi, exclamabo vt
fugiant atq; discendant à me In hoc tpe
queadmodũ tu illos in nouissimo die iu
2.Cor.6. bebis à te discedere iubebo,inquã,decli-
Ephes.5. nare à me,exiboq; & sperabo mode me-
dio eorum,ne communicem cum operi-
bus eorum tenebrosis & fructuosis, ne
particeps factus immunditiæ inuoluar
in peccatis ipsorum.

19 *Quia dicitis in cogitatione:*
Occidet aũt vos Deus,ò pctõres & impii,
& ego vos à me abigo, qm falsis psuasio-
nibus dicitis in cogitationibus cordis ve D
stri,quasi ad irrisionem electorum Dei,
* *accipiunt in vanitate ciuitates suas.*
nos mundo hoc & iis quæ in eo sunt p-
fruamur pro libito.Istis aũt relinquimus
ciuitates & mansiones cœlestes,eas quas
sibi imaginant atq; pollicent. Accipiant
illas,& regnent in eis,quas ipse se conse-
cuturos sperãt.Accipiãt eas,dicitis,inuani
tate,quasi non vera, sed vana sit spes ele-
ctorũ Dei. Hæc.n.dñi apud se impii ho
mines carnales,cogitationes nõ rectẽ exi
stimãtes,falsam, & vanã esse expectatio-
nẽ iustorum,suas aũt voluptates,quibus
in sæculo perfruunt,veras ac summas es-
se delicias,atq; ita ob hanc falsam persua
sionem,increduli & inobedientes, ab eo
quidem interficientur, omnibus autem
iustis debent esse abominabiles.

20 *Nonne qui oderunt te domine oderam:*
Teipsum interrogo Deus, q corda oĩum
nostri,tu ipse iudex esto,an nõ mihi facti
sũt abominabiles,& summo odio detesta
biles pctõres obstinati,q te hẽt odio, tibi
increduli atque rebelles mandatis tuis.
* *& super inimicos tuos tabescebam.*
& an nõ summa indignatione, & ira ad- Actu 1.
uersum inimicos noĩs tui affectus fui,ita
vt præ ira & indignatione veluti cõsume
rer,atq; tabefierẽ in memetipso, ad eum
modũ quo solẽt graui qualibet indigna-
tione affecti deficere, deperire, ac veluti
resolui per indignationis feruorem?

21 *Perfecto odio oderam illos,inimici facti sunt mihi.*
Dñe tu vides queadmodũ odio cõsumma
to & integro ex toto cordis affectu illos
habuerim exosos,& queadmodum eos vt
maximẽ inimicos habuerim,nõ qdẽ eo-
rum substantiã quam creasti,odiẽdo, sed
malitiam,& obstinatam nequitiam, se-
cundum quam inimici tui existunt.

22 *Proba me Deus,& scito cor meum.*
Quæ loquor,domine Deus,corã te,& fa
te,ex synceritate,& in veritate cordis mei
loquor non aliud corde tenens, quam
verbis exprimam.
* *Interroga me,& cognosce semitas meas.*
Tu inuestiga,& examina me, & confide
ra intentionẽ cordis,vt scias cor meũ, tu
cognosce,& attẽde ad vias meas,quas am
bulare studeo corã te, iuxta gratiã tuam,
in corde recto & bona voluntate.

23 *Et vide si via iniquitatis in me est:*
Et attẽde dñe,nũ in me vlla iniquitas in-
habitet,aut si via illa q̃ ambulo iniqua sit
si vlla actio siue opatio q̃ ago sit praua.
* *deduc me in via æterna.*
& ab oĩ uia iniqua elongatũ, quæso de-
ducas in via æternitatis,in via præcepto
rũ tuorum, quæ ad æternitatẽ perducit.
In hac.n. via vitæ æternæ te peto ducem
habere & directorem,Deus piissimè, vt à
te Deo creatore & saluatore meo non
oberrem in sempiternum, Amen.

ANNOT. IN PSAL. CXXXVIII.

E

VErsu 1. Dñe probasti me, & cognouisti me, Totú hunc psalmú, vt à Christo prolatú, conant Latini cõmentatores exponere. Vñ in sancto die Paschæ pro introitu ad missam vsus ecclesiasticus accipit illud ꝙ est in huius psalmi versu 17 Exurrexi (vel vt habet lectio psalterij Romani) resurrexi, & adhuc sum tecú, ꝓ versu aút ad introitum accipit initiú huius psalmi, Dñe probasti me, & cognouisti me, tu cognouisti sessioné meá, & resurrectioné meá: videlicet intelligẽdo per sessioné, ipsam passionis humilitaté, aut in

F

sepulchro qeté: resurrectioné aút, à morte & sepulchro. Cui interpretationi vt nõ obsistimus, ita in Elucidatione nostra nõ accedimus, sed generali applicatione psalmú totum, Dei omni scientię, omni ꝑsentiæ, atq; oĩpotentiæ applicamus, considerantes in eo mirabilẽ Dei erga vniuersa scientiá, præscentiá, & prouidentiá. Iá .n. supra diximus ĩ Annotationibus psalmi 115. non esse necessariú, siqñ versiculo aliquo ecclesiastica consuetudo vtatur ad talẽ vel talẽ sensum, vt hoc cogamur

G

ad eú sensum psalmú totú pertrahere. Illá .n. dedimus libertaté ecclesiastico vsui, vt ex scripturis particulas accõmodatas sibi possit assumere, suoq; ꝓposito applicare, ẽt si principalis scripturæ talis intẽtio illuc non tendat. Nos ergo diligentissimè expensa tota psalmi cõsequentia, quæ nobis videbant magis consentanea, magisq; germaná intelligentiá tangẽtia diximus, nemini pręiudicantes, qui aliter quocunq; (modo fideliter) enarrauit. Et haud scio, num in vniuerso libro psalmorú alius sit huic similis, qui tá in Hebręo

H

quá in Græco, Latino, ita variæ est intelligentiæ, cuiusq; partes iá varijs modis possunt & transferri & exponi, quẽadmodú partim in his præcipuis, partim in alteris posterius annexis patebit annotationibus Quid aút nos per sessioné & resurrectioné intelligamus, gemina interpretatione aperuit Elucidatio, quarñ prior est, tu me cognouisti, siue sedenté in quiete, siue exurgenté ad opus: siue otiosus degam, siue operis aliquid agá, vbiq; & semper me conspicis: nimirum vbiq; & semper præsens. Posterior intelligentia, per sessioné intelligit contẽplationé in quiete, quá ꝑbet sessio, iuxta illud Hieremiæ, Bonú est hoĩ cú portauerit iugú tuú dñe ab adolescẽtia sua. Sedebat solitarius, & leuabit se supra se. Post resurrectioné verò à contẽplatione quieta exitus ad laboriosam & distrahente exterioré actioné. Cui posteriori intelligẽtiæ consonat qđ habet paraphrasis Chaldaica, Corá te nota est sessio mea, ad studendú legi: & resurrectio mea ad eundum in prælium. ¶ Ver. 2. Intellexisti cogitationes meas de lõge. Longinquitas ista (vt in Elucidatione indicatur) accipi põt vel sm tpis distantiá, qm multo antequá cogitationes sint in hoĩe Deus eas cognoscit, atque ita ideo quasi à longe videt, dum id quod longe abest, quod adhuc in longinquo est cognoscit. Vel sm distantiam localem, qm excelsus dñs, & in altis habitans ista quę hic infernè cogitamus non ignorat. In secunda aút parte, cú dr̃, Semitá meá & funiculum meum inuestigasti, nos per semitam intelligimus rationem viuendi atq; conuersandi, per funiculum aút, intentionem, eoꝙ sicut per funiculum siue per pendiculum solent ædificantes in rectitudine ædificium disponere, atq; ẽt in mensurandis terris per funiculum æqualitas & proportio sortium acquiritur: ita per intentionem tota vita hoĩs, vel in rectitudine, vel incuruitate disponit, ipsumque totum corpus oĩum actionum & totius conuersationis, ex ea accipit suá rectitudiné, si ipsa recta fuerit: quemadmodum apud Lucá pulchrè Saluator loquit dicens, Lucerna corporis tui est oculus tuus, Si oculus tuus lucidus fuerit, totum corpus tuum lucidú erit, &c. quẽ passum, non male sancti doctores de intentione bona oĩa rectificante exponunt. Vnde breui, sed erudito dixit quidam. Intentio operi tuo nomen imponit. Ob hanc .s. causam, nos funiculum sumus interpretati intentionem. Aliter verò hæreditatem intelligimus, quemadmodum & alibi dicitur, Pars autem domini populus eius, funiculus hæreditatis eius. Et iterum, Funes ceciderunt mihi in præclaris, eo, ꝙ per funiculos fiat diuisio. Secundum hunc ergo modum, ita intellige quod hic

Thre. 3.

Luc. 11.

Matt. 6.

Deut 32

Psal. 15

hic dr̃, Tu inuestigasti ambulatione͂ meá A
per uiam, cum foris essem in negotiis, &
quieté meá, cú essem in funiculo meo si
ue in hæreditate & habitatione mea, hoc
est, siue foris peregrinabar, & domo abe-
rá peregre profectus ad negotia, siue i͂ ha
bitatione sortis meæ & hęreditatis demo
rabar, ubiq; me considerabas, & mea oĩa
peruestigabas. Cui expositioni satis apté
consentit, quod ex Hebræo pro funiculo
Hieronymus ac Felix uertunt, Accubitú
uel accubationem, ut significetur quies
in loco & sorte hęreditatis, Ité & ꝙ Chal.
habet paraph. Sed & quando ambulaue- B
ro in uia, aut qñ accubuero ad studendú
legi, &c. ¶ Ver. 3. Quia non est sermo in
lingua mea. In Latina lectiõe vr̃ hæc pars
esse incompleta, quam in elucidatione
duabus rationibus compleuimus, nõnul
la subaudientes. Posset tamé absq; subau
ditione aliqua perfecta haberi sententia,
si finé istum tertii uersus connecteremus
principio uersus quarti sequentis, in húc
modú, Nõ est sermo in lingua mea, & ec
ce dñe tu cognouisti omnia nouissima
& antiqua, hoc est, ẽt si tibi nihil indice
mus per linguam & os nostrú, attamen C
oĩa tu habes cognita, & quæ olim præces
serunt, & quæ fieri in futuris tempori-
bus. ¶ Ver. 4. Tu formasti me, & posuisti
sup me manú tuá, In libris de considera
tione rerũ naturaliũ ostẽdimus, īter effi-
cientes cãs, quasdam esse sui effectus cau
sas tantum sm̃ fieri, sine quibus uideli-
cet effectus non posset produci, aũt cú
semel productus fuerit, nihil ultra indi
get eadẽ cã ad sui permanẽtiá, neq; opus
habet cã quicq̃ agere ad illius producti
effectus conseruationem, quemadmodú
uidelicet artifex statuam facit aut domũ D
opereq; absoluto manet domus, mortuo
artifice qui fabricauit illã. Sic patre (q̃ est
cã filij ut fiat) mortuo, nihilominꝰ is quẽ
genuit filius in robore permanet. Sũt ꝓ-
inde causæ istæ suorú effectuum tm̃ se-
cundum fieri non ẽt secundú esse. Sunt
uero cãæ aliæ quæ non solum causa sũt
ut res fiãt, uerumẽt ut sint, ita ut non so
lú nõ fieri possit effectus absq; causæ effi
cientia, sed neq; possit absq; eius causali
tate ullo modo subsistere, quo mõ corpus
lucidum causa est sui luminis, eo quod lu
men à luce depẽdeat, neq; omnino pos-
set uel ad momentum lumen subtracta
lucé permenere, quemadmodú ex ipso
momento quo solare corpus auferet vel
lux eius, necessariũ foret simul omne lu
men qđ est ab eo deficere. Hoc modo ẽt
cęlestia corpora dicunt in oĩbus his in-
ferioribus habere causalitatem uel effi-
cientiam. Super omnia uero Deus opti-
mus maximus, super omnia benedictus
cã talis est, à quo oẽs omnino effectus se
cúdũ suũ esse depẽdẽt, ut sicut absq; eius
efficentia nihil põt fieri, ita nec pmane-
re iã ꝓductũ neq; ad momentum subsi-
stere, nisi cõtinuo sua ĩfinita uirtute ip
se adeẽt q̃ illud uelut manu teneret. Atq;
hãc manutẽtionem, siue sustentationem
indicat Elucidatio intelligendã, cũ non
cõtentus psalmista dixisset, Tu formasti
me, adiecit quantocyus, Et posuisti super
me manú tuã, ab eo ueꝫ momẽto quo
me sustentare & manutenere cœpisti.
Queadmodũ n. cũ opus aliqđ primú fe
cimus dicimur admoliri manum operi,
uel manum applicare ad opus, ita p ma
nus positioné super ipsum opus, recté ac
cipimus ipsã sustẽtationé atq; cõseruatio
nẽ. Alii uero hęc duo formasti me, & po
suisti manũ sup me, ꝓ eodé accipiút, ut
ponere Deum sup nos manum, sit idé qđ
formare, népe manũ ad nr̃um opificium
applicare. Põt ẽt in hac manus sup posi
tione intelligi singularis protectio, cura
atq; defensio, qua nos Deus ab infantia
mirabiliter curat, ꝓtegit, & defendit, qua
si iugiter sup nos extẽto barachio eius.
Alii itelligunt de afflictione & correctio
ne: Tu formasti me, & formatum multis
miseriis afflixisti, aggrauasti ultricem &
uerberatricé manum tuã sup me. In quẽ
sẽsum scripturæ dicunt manum dñi ag Ps. 31
grauari super eũ, aduersus quẽ disciplina
lenerior missa fuerit, quẽadmodú in ps.
31. ex psona penitẽtis dr̃, Aggrauata est
sup me manus tua, cõuersus sum in ærũ
na mea, &c. Sic interdum leuare manum
dr̃ Deus, qñ ad graué ultioné separat, vt Ps. 73
ps. 105. Et leuauit manum suam sup eos
ut prosterneret eos in deserto. Et alibi,
Leua manus tuas in su pbias eorũ, i͂ finé
Atque huic expositioni fauet, quòd Fe
lix ait, hoc in loco ex Hebræo uerti

posse,Posuisti sup me plagā tuā. Et Chal E
daica Paraphrasis,Concitasti sup me per-
cussionē manuum tuarum.¶ Ver. 3.Mi
rabilis facta est sciētia tua ex me. Particu
lā illā,ex me,nos accipimus ī Elucidatio
ne,loco à me,uel supra me, uel ultra me,
uel extra me,cui nō malè cōsonat versio
Hieronymi,Super me est scientia, & ex-
celsior est,non potuero ad eā.Pōt tñ par
ticula,Ex,accipi propriè,uel loco De, in
hunc sensū,Sciētia tua ex me,de me,quā
scilicet ostendis in me, uel erga me,uel
circa me,est mirabilis,& ita excelsa,ut e-
go nō possim eā comprehēdere. Atq; ita F
sanè res habet.Dei.n.scientia,uel sapien
tia,uel illa solum quā circa hoīem mon
strat,& quæ de homine est,tā est mirabi
lis,tā est excelsa,ut nō possimus nosipsi
comprehendere,quō tā sapienter tā mi
rabiliter,nos formare , & nobiscum age
re possit.¶ Ver.decimo, Et dixi,forsitan
tenebræ cōculcabunt me.In psalmis hoc
consuetum est,cum quippiam proponit
per modum obiectionis,præmittere par
Ps.72 ticulā talē, & dixi Quemadmodum in
psalmo septuagesimo secundo. Et dixi,e-
Ibidem. go sine cā iustificaui cor meū,& laui in- G
ter nocētes manus meas.&c, Et iterum ī
eodem psalmo,Et dixerūt(impii si est De
Ps.57 us & si est scientia in excelso.Rursum in
alio psalmo,Et dicet hō , si utiq; est fru
ctus iusto,Sic.n.per interrogationem cō
uenienter hoc legi potest,ut suo loco de
clarauimus.Ita ergo & hoc in loco quod
sequitur post,& dixi,nempe,forsitā tene
bræ cōculcabunt me,per modū obiectio
nis siue dubitationis,dubiæq; propositio
nis cōsiderandū offert, & discutiendum
atq; dissoluēdū proponit. Qđ uero mox
subsequitur,Et nox illuminatio mea,ꝓ-H
posita est determinatio sm partem nega
tiuā,ostendens,nequaquā tenebras pos-
se hoīem conculcare siue obtegere, ne à
Deo conspiciat In hunc.n.sensum acci-
pi debet cōculcare,hoc in loco, pro ope-
rire siue occultare,eo ꝙ ab oculis quodā
modo subtrahit,ꝙ in terra pedibus calca
tur.Vnde Hieronymus clarius uertit,For
sitan tenebræ operient me, similiter Fe
lix,operiēt uel obtenebrabūt . In eo aūt
qđ seqt ad dissolutionē ꝓpositi,Et nox
illuminatio mea in delitiis meis,contū-

E ctionem & pro ēt accipe,ut hunc faciat
sensum,Nequaquā fieri pōt, ut tenebræ
operiāt &,abscōdant, me,imò ēt nox ip
sa illuminatio mea est,ut tātū nocte q̄
in die me Deus uideat, hoc est, apud te
nox quoq; lucida est,vel,ut Hier.uertit,
Nox quoq; lux erit circa me.Qđ aūt in
Græcis & Latinis codicibus habet, ī de
litiis meis,nō habet in Hebræo. Habet
aūt duplicē intellectū. Priorē,in Eluci-
datione expressimus.Alter est,Nox quo-
que erit illuminatio mea,ad meū gaudiū
ad meū cōmodum,ad meas delitias, Vir
F .n.iustus adeo nō cupit posse latere Deū,
ut ēt ī magnū gaudiū hoc sibi reputet,ꝙ
semp & ubiq; ēt in densissimis tenebris
ēt in tenebrosissimis locis pateat oculis
Dei benignissimi curatoris & protecto-
ris sui.Est ergo ēt nox circa me lucida in
delitiis meis,ad meas delitias, ad meum
gaudiū .Atq; hæc sententia posset utcun
que accipi ex Hebræo. Verti.n.pōt,Nox
erit lux uel lucida uel illuminata ꝓ me,
Qđ simpliciter quidem intelligitur pro
me cognoscendo aut uidēdo,i.ut me De
us uideat ēt in nocte.Veruntamen pōt ēt
G aliter exponi pro me,in meū cōmodum
ad meum gaudiū,ꝙ est,in delitiis meis.
¶ Ver.11.Quia tenebræ nō obscurabun
tur à te,& nox sicut dies illuminabit si-
cut tenebræ eius, ita & lumen eius Pars
prima & ultima,in nostra lectione atque
ēt in Græco , difficilem habet intelligē
tiam.Eandem aūt sententiam ex Hębreo
clarius ita uertit Hier. Nec tenebræ ha-
bent tenebras apud te, & nox quasi dies
lucet,similes sunt tenebrę & lux In ean
dē quoq; sententiā,nec minus clare,Felix
Etiā tenebræ non habēt tenebras apud
H te,& nox sicut dies illuminabitur,similes
sunt tenebræ luci.Ex qbus disce in nr̄a
lectione qđ dr̄,tenebras nō obscurari à
Deo,idē esse qđ tenebras apud Deū non
reputari tenebras,uel non esse obscuras
Nā hoc est quod Hieronymus dicit tene
bras nō habere tenebras apud Deum Di
sce itē, in ultima parte cum dr̄, Sicut te
nebrę eius,ita & lumen eius,pronomina
illa eius,& eius nō idem referre,sed pri-
mum relatiuum noctem refert secundū,
diem,ad hūc sensum, Sicut tenebræ no-
ctis, sic lumen diei,intellige; & econtra

rio:

rio: sicut lumen diei, ita tenebrę noctis. Quare clarius sic dici posset, Sicut tenebræ illius, ita & lumē huius hoc est, diei lux & noctis tenebræ, æquales & similes sunt apud Deum, ut æque in nocte tenebrosa uideat oīa, atq; i clara die. dum neque diei corporale lumē quicquā Deo cōfert, ut uideat aut melius ui deat, exactius ve rē pernoscat, neq; noctis tenebrę impediunt, quo minus uideat, aut quo minus exactè rē pspiciat. Vt aūt intelligas, quō Deus oīa tā luce q̄ ī tenebris uideat & nihil illi possit esse occultū nec in dēsissimis tenebris, q̃ hoc pl. frequēter īculcat, finge tibi oculum aliquē q ex semetipso lucē habet indeficiētē in qua uideat quicquid uoluerit, q item omnium rerum spēs habeat sibi congenitas, talis oculus neq; lumine extrinseco indigebit ut rem quālibet uideat, eo q̃ ipse lucem habeat sibi extrinsecā, in qua possit oīa cōtueri, neq; ullis tenebris extrinsecis impediri poterit à rebus uisibilibus percipiendis. Atq; à tali oculo nulla res poterit abscōdi, cuius in se habeat cōgenitā similitudinē quin sp eā uideat & quasi pſentē habeat atq; intueat. Ita diuinā mētē nos intelligimus, uelut mētalē quēdā & spūalē oculum. i. intellectum purum, q in semetipso lucē habeat intrinsecā, imò q est ipsemet lux uera & incomprehensibilis, & tenebræ in eo nō sunt ullæ, in qua luce illuminant illi omnia, ut nihil apud illū possit latere quasi occultatū in tenebris pp̄ q̃d. tenebris extrinsecis nec adiuuat

Ioan. 1. nec impedit. Iterum, qa in ipso sunt omnia, & ut in radice omnia q̄ fuerunt, sunt

Rom. 11 erunt, uel esse pñt, cōprehenduntur, & qa in sua esētia, ut in quodā speculo, & qua dā similitudine siue imagine oēs creaturas cognoscit, fieri nō pōt, ut quicquā ei abscondat & occultet, qd non quantumuis intra intima terræ de fosum uiscera, præsenti oculo intueat. Eandem hanc rem pulchrè & plenè, quātum potuim⁹, à proposito tractauimus, in libris de cōsideratione rerum naturalium: capite 21. lib. Vndecimi. ¶ Ver. duodecimo Suscepisti me de utero matris meæ. Magis obuius vr̄ hic sensus, suscepisti me defendēdum & educādum ex utero matris meę id est, fuisti mihi semp adiutor. & auxiliator, quē sensum breuibus in Elucidatione loco posteriori iā̄ indicauimus. Verū ipsa originalis Hebræa lectio sua det aliter intelligendū, suscepisti me formādū & fingendū de utero matris meę hoc est, incepisti me facere & formare in utero matris Sic. n ex Hebræo uertit Hierony. Orsusq; es me in utero matris meę similiter Felix, orditus es i utero matris meæ. Vulgo autē dicere solemus, cū artifex quispiā opus aliqd inceperit, qd multum tpis ad pfectionē reqrat, suscepisse illum hoc opus, & si hodie inceperit

B opus dr̄ illud suscepisse hodie, ut tpē suo perficiendū. Iustum n. est, ut q cœpit artifex pficiat. Intelligimus, Deum nos suscepisse de materno utero, cū iā tum formare nos cępit, neq; subtrahet manū donec opus pfecerit qd cępit in utero. Neq; n diei unius opus est hō, sed opus est multi tpis. Pulchrè quoq; huic expositioni cōsonat q in Chal. par. dr̄. Fundasti mihi, vel fundamentū posuisti siue iecisti mihi, in uentre matris meæ. ¶ Ver. 14. Nō occultatum os meum à te Caue; ne hic accipias p ore. Nā os qd genitiuū

C ossis format debes accipere, q beatus pr̄ Augustinus quo facilius intelligeret, dicebat ossum meum, loco os meum, melius dicēs, vt reprehēdāt grāmatici, q̄ nō intelligāt populi. Id tā ex Hebræo q̄ ex Græco est euidētissimum: Vñ ad dilucidationē, Hieronymus p numerum pluralē uertit, Nō sunt occultata à te ossa mea. Ossa aūt signāter dicit nō esse occultata Deo, ut significet, ei illa quæ intima sunt esse Deo aperta & nuda, postea quā ossa & pelle & carne diligēter tecta, nō sunt illi abscōdita. ¶ Ver. 15. imperfectum meū

D uiderunt oculi tui. Imperfectum meum dr̄, p imperfectum me, quēadmodum frequēter dicimus, Aspice paupertatē meā, uide afflictionē meā, id est, uide me pauperem me afflictū, & cętera Imperfectio autē ista intelligitur, fm formationē corporis quod in principio admodum rude est & inabsolutum in matris utero & tpis successu paulatum perficitur. Vnde Hieronymus uertit, Informē adhuc me uiderunt oculi tui. & Felix, Informe meum uel imperfectū meum, id est, corpus meū nondum formatum nec organizatum,

nizatū,maceriē rudem, & inculiam atq; digestā.Illud aūt qđ sequit. Dies formabuntur,& nemo in eis,sic intellige,Dies formabuntur,& decurrent adhuc tēpora & nemo in illis uenturis diebus formabitur uel erit,qui nō sit scriptus in libro tuo. Vel sic,Adhuc formabitur dies,& nemo illorū qui in diebus uenturis nascituri sunt in illis adhuc est die bus,qūi uide licet nō dū sunt dies illi,& ob hoc nondū sunt illis q tunc nascituri sunt subaudi,& oēs illi iā in libro tuo ēt descripti sunt. Vel sic nemo in eis,id est,ex eis q in diebus formādis sunt nascituri,est adhuc in rerū natura, nemo ex eis est quē non habeas scriptū ī libro tuo. In Græco aūt sic legit ἡμέραι πλασθήσονται καὶ οὐδεὶς ἐν αὐτοῖς, ubi dies ī genitiuo casu ponitur,uel in accusatiuo plurali,uideturq; sic uertenda hæc lectio, Per dies formabūtur,(homines post nasci turi, & nemo in eis,hoc est,Adhuc p singulos dies noui hoīes formandi sunt, & ex eis nemo est qui nō scriptus cōtineat in libro tuo. Atq; eundem sensum habebit nr̄a lectio, si dies accipiat ut accusatiu' pluralis numeri,rectus à subintellecta propositione per hoc mō,Per dies formabuntur, &c. Alii nemo accipiūt improprie, ut ualeat nullus uel nulla,quemadmodū in Græco sonat οὐδεὶς i.nec unus, sicq; intelligūt. Dies formabunt,& iā n ō est unus ex illis uenturis diebus,subaudi,sed iā oēs illi,simul & omnes qui in eis nascentur, & quæcunq; in eis fient,tuo iā libro sūt inscripta Et ad hanc intelligētiā satis accedit φ uertit Hier. Dies formati sunt, & nō est una in eis.¶ Ver.16.Mihi autē nimis honorificati sunt amici tui Deus, Mihi honorificati,intellige meo iudicio sm meā existimationem,ut sit sensus,Mihi considerāri uidentur amici tui ualde honorificati,& magnificati à te. Vel sic intellige,A me ualde honorificati sunt, & magni admodū reputati,ego illos maximi feci, & in magno honore habui, quemadmodū de uiro iusto in alio ps. dr̄ Ad nihilū deductus est in cōspectu eius malignus,timētes aūt dūm glorificat.Est .n.hoc pii hoīs quos Deus amat magnificare,& q Deum habēt odio uicissimq; odiunt à Deo,habere cōtēptos.¶ Ver 17.Di

Psal.14

E numerabo eos, & sup arenā multiplicabunt.Id nos partibus ambabus simul iū ctis ita in Elucidatio.exponibus.Si dinumerare eos uoluero,inuenio multos sicut arenā, Alii diuisim legunt,prius referētes ad initiū Ecclesiæ nouæ,qn̄ admodū pauci numero erāt fideles ueri, posterius ad pfectū eiusdē,qn̄ iā mirū in modū creuit fideliū numerus,per uniuersū orbē illato euangelio.Atq; ad hunc sensum,præsentē locū ita exponūt,Prius q̄dē illi amici tui admodū erant pauci,ita ut facillimē potuissēt dinumerari,ac nullo negotio cogi in certū aliquē numerū quēadmodum uidelicet in actis Apostolicis, eos qui simul in Hierusalem erāt cōgregati fideles.Ecclesiæ nouæ initium legimus certo compresos numero, atq; ante spiritus sancti missionem ferè ēt nominatim designatos. Verū postmodū spiritu sācto demisso de cœlo,& beatis apostolis in omnem terrā exeuntibus,tanta facta est credentium multitudo,ut quasi arena maris fierent innumerabiles, Pars illa aūt quæ sequit,Exurrexi,& adhuc sū tecum multipliciter exponit. Quidā de Christo peculiariter intelligunt,Surrexi ò pater,à mortuis ego filius tuus, & adhuc tecū sum,pmaneo uiuus in sęcula sęculorū, nunq ultra post mortē una morte mea deuictā moriturus Hac aūt occasione dicunt resurrectionis Christi fieri mētionē,qm̄ mox sermo præcesserat de multiplicatione fideliū,quæ tū primū facta est cum à mortuis resurrexisset Christus dn̄s ad patris gloriā.Ita n definitum fuerat,ut nō prius gentibus prædicaretur Euangeliū, unde illa innumerabilis arena cōfluxit in Ecclesiā,sed tātū intra fines Iudeæ (quēadmodū indicabat Chananeæ mulierculæ Saluator dicens,Non sum missus nisi ad oues q perierunt domus Israel,& eū discipulos uetuit nō abire in uiam gentium, neq; in ciuitates Samaritanorum introire)donec exaltatus à terra,iuxta qđ ipse pdixerat, oīa ad se attraheret,& donec semē cadēs in terrā bene mortuosum,fructum pferret plurimum. Verū qa in toto hoc psalmo singularem nusquā fecimus Christi mentionē i Elucidatione, neq; hic noluim' Christi peculiariter meminisse ut esset psalmi

Actu. 1.

Actu. 1.

F

G

Apoc. 1.

Rom. 6.

Mat. 15.

H

Mat. 10.

Ioan. 12.

Ibidem.

conne-

connexio cõmodior, Exponit autẽ sic Elu A cidatio, Exurrexi à peccatis, ut uideas meorum amicorum honorẽ, tantã gloriã & tãtã multitudinẽ, uidelicet allectus illorũ gloria, confortatus illorum copioso numero, ut spem haberem posse me fieri sicut unum ex illis. Sic.n. me ille prodigus filios perditionis, cum exurgere, & ad patrem unde fugerat, reuerti proponeret, apud sese dicebat, Quanti mercenarij in domo patris mei abundat panibus, ego autẽ fame hic pereo? Surgã & ibo ad patrẽ meum, & dicã ei. Pater peccaui, &c. fac me sicut unum ex mercenarijs tuis. Cum B

Luc. 15. ait, Quanti mercenarij, uides ipsum multitudinis seruorũ patris mentionem facere, cum addit, abundant panibus, recordatur, qua illis benè sit, & beatẽ, qui in patris domo uersant. Atq; harum rerum duarũ consideratione seipsum confirmat, & exigit aium, ut in sancta concepta fiducia dicat: Surgam & ibo. Nouissimè uerò cum ait, Fac me sicut unũ ex mercenarijs tuis: quid hoc aliud est, q̃, ut ego sp sim tecum? Eequis tandem tam obstinati cordis fuerit, quis tam in uitiis profunde immersus qui harum duarum rerum consideratio- C ne non exurgat per spẽ ueniæ, & sese erigat à sua prauitate, in qua iacuerat? Ubi namq; mentis consideratione perpenderis, quã multi sint in sancta Ecclesia adoptione filiorũ Dei donati: si turbã illam

Apoc. 7. magnã attendas, quã in sacra Apocalypsi dilectus dñi discipulus se uidisse testatur ex oĩbus gẽtibus, tribubus, linguis, populis, & omni natione, stantes ante thronũ in conspectu Dei & agni & palmas habentes in manibus, quõ non & tu unus miser & pauperculus sperabis posse te in eadẽ societate loculũ uel nouissimũ obti D nere, si in corde contrito & spiritu humiliato postulaueris? Rursum, si consideres, ad quantã dignitatẽ euecti sint illi amici Dei, in quã sublimi gloria & plenissima fœlicitate positi, quemadmodum in eadẽ

Apoc. 5. Apocalypsi uiginti quatuor seniores, omnium (ut arbitror) fidelium nomine canunt, Redemisti nos dñe Deus noster in sanguine tuo, ex omni tribu, & lingua, & populo, & fecisti nos Deo nostro regnũ & sacerdotes, & regnabimus super terrã: si præterea attendas quod aiunt sancti Apostoli dñi, Ioannes & Paulus, Ille quidẽ, Charissimi, nunc filij Dei sumus & nõdum apparuit quid erimus. Scimus, quõ cum apparuerit, similes ei erimus, quõ uidebimus eum sicuti est. Hic uerò, cum Christus apparuerit uita uestra, tunc & uos apparebitis cum illo in gloria Sed quid discipulos nominamus. Ipse magister omnium ait, Ubi ego sum, illic erit & minister meus. Et iterũ, Dispono uobis, sicut disposuit mihi pater meus, regnum, ut edatis & bibatis super mẽsam meã, in regno patris mei. Iterũ ad patrẽ, & ego charitatem quam tu dedisti mihi, dedi eis, ut sint unum, sicut & nos unum sumus. Hæc (in quã) oĩa quæ ad honorẽ & gloriã pertinent amicorũ Dei, quisquis attenta mente considerauerit, quõ fieri poterit, ut non accensus tantorũ propositione bonorũ, ut nõ tantis tãq; amplissimis spebus prouocatus, erit sese, atque exurgat è luto in quo iacuerat, ut non ultra uelit peregrinari à patre tam beneficio, sed amodo eũ esse, & perpetuo eũ eo permanere, ut cum Apostolo, siue absens, siue præsens corpore, sp contendat placere Deo. In hoc aũt sensu posset dictio, adhuc, accipi pro sp, ut sit sensus, Exurrexi, & usq; uel sp sum tecũ: id est, perpetuo tecũ eligo permanere, & nunquã à te separari, quantacunq; malitia occurrerit. Quidã sic intelligunt, Exurrexi summo mane, ut dinumerarem electos tuos, & adhuc sto corã te ad dinumerandũ & considerandũ, & nequaquã possum cõprehendere tuorũ amicorum numerum, tã sunt insuper excedenti numero. Atq; ita nihil hic nisi nĩmia electorũ multiplicatio innuit. Uerũ oĩbus maturè pensatis, & excusa diligenter psalmi consequentia, arbitror, inter cætera non pessimum esse qđ in Elucidatione expriminus, & in hac iã annotatione latius declarauimus. Attñ in tã uarijs enarrationibus, nostrũ nõ est, cuiquã quid teneat præscribere ¶ Ver. 19. Quia dicitis in cogitatione, accipiant in uanitate ciuitates suas. Præter intelligentiã positã in Elucidatione, põt altera assignari. Vos impij dicitis in cogitatione uestra, quõ peccatores in uanitate sua, in peccatis suis uiuentes, accipient ciuitates suas, i. mansiones cœlestes: dicitis & persuadeũs uobis, candẽ

1. Ioan. 3
Coloss. 3.
Ioan. 12.
Luc. 22.
Ioan. 17.
2. Cor. 5.

retributionem cœlestium habitationum E ventură illis q viuunt in vanitatibus,atq; illis qui cõuersaut & viuunt in veritate, atq; ob hoc dũ non metuitis æterna supplicia,nec dissimilem metuitis retributionem,agitis quæcunq; vultis. Quidã putant legendum per pronomen secundæ personæ,pro suas,tuas, quo habent Græca atq; Hebraicæ lectiones. Siue aũt legamus suas siue tuas,eadem facile accipietur snĩa. In expositionibus aũt prædictis, semper illud, Accipiant,&c.iunximus cũ verbo dicitis,in hunc sensum, Dicitis in cogitatione hoc quod sequitur, Accipiãt, F &c. Verum poterunt hæc ẽt ab inuicem diuidi & disiungi fm snĩam,si tantum subaudiatur accusatiuus mala,in hunc sensum, Ideo vos viri sanguinum declinate à me,quia dicitis mala in cogitationibus vestris,id est,cogitatis abominãda & nõ nominanda. Ac deinde, Ipsi hi impii, o dñe,tuas ciuitates accipient in vanum,id est,ipsi sublimabuntur & præficientur populis & exaltabuntur, vt non raro fieri solet,accipientq; populorum, ciuitatum, aut regionum regimen,sed in vanum, id est,frustra & ad vllam vtilitatem. Quõ.n. G vtiliter præesse possent populis & ciuitatum regimini,qui ipsi pleni sunt impietatibus,& nihil nisi talia cogitant. Quõ aliis poterit vtiliter præesse, & pro salute ac vera vtilitate alios regere,qui sibi ipsi nescit dominari,imo cui dominatur ini- Ioan.10. quitas & impietas. Et siquidem tpale administrãt dñium,tyrãni sunt & oppressores bonorum. Si verò ad spiritualem prouehuntur dignitatem,hoc sunt, quod asinus ad liram,imo fures sunt & latrones, qui plerunq; non intrant per ostium,sed ascendunt aliunde 1& ab hoc ascendunt, H vt furentur,mactent, & perdant. Ergo ciuitates tuas,o Deus,in vanum accipient, & suas ciuitates quas ipsi occupauerint, vel in quas sublimati fuerint, accipiant in vanitate.i. absq; vtilitate. Non.n prodesse quærunt,sed tm̃ præesse. Huic aũt sensui melius conuenit futurum indicatiui,accipient,quàm optatiui, accipiant. Hebraica autem lectio, hoc loco multõ diuersa est,quemadmodum suo loco fiet manifestum. ¶ Versu 21. Perfecto odio oderam illos. Quidam subtiliter interpretantur, odium perfectum esse quo sic mali odiuntur,vt tm̃ odiatur vitium,ametur aũt persona. Non erit aũt odium perfectum, si simul cum vitio odio habeatur & persona, Est.n. hoc odium malum,& veræ charitati contrarium. Hæc aũt sententia licet pia sit,& certam habeat veritatẽ, non vĩ iñ hoc modo in præsenti loco accipi perfectum odium,sed pro odio consummato & odio vehementi aduersus impietatem. Sunt.n. quidam, qui vicunq; odio habent malum, sed non quantum oportet,non sicut oportet, non est consummatum,non perfectum,non integrũ odium. Habeo,exempli causa, filium quẽ videbo male agere,displicet quidẽ mihi malitia,& molestum est mihi malum qđ agit filius,non adeò tñ malitiæ indignor, non tm̃ est odium mali eius,vt illum velim arguere, & quõ istum est corripere, profectò non est hoc perfectum odium, non est odium integrum siue consummatum. Atq; hoc odio imperfecto multi homines vitia odiunt, in quibus tñ & ipsi permanent,& alios quos possunt & deberent eripere,permanere dimittunt. Perfectum aũt odium mali est,quo sic homo auersatur malitiam & execratur, vt eam pro sua virili à se quàm longissimè propellat,& in alijs destruere conetur,vt pro sua facultate verbo,exemplo, authoritate potestate,auferat malum de medio populi sui,ac primum oĩum à seipso, & obsistat malo vbicunq; potuerit,quemadmodum in alio psalmo propheta & rex noster ait; Nõ proponebã ante oculos meos rem iniustam, facientes præuaricationes odiui. Non adhæsit mihi cor prauum, declinantem à me malignum nõ cognoscebã. Detrahentem secretò proximo suo, hunc persequebar. Superbo oculo & insatiabili corde,cum hoc non edebam. Non habitat in medio domus meæ qui facit superbiã, qui loquitur iniqua nõ direxit in conspectu oculorum meorum. In matutino interficiebã omnes peccatores terræ,vt disperderem de ciuitate domini omnes operantes iniquitatem. Hoc videlicet est perfectum iniquitatis odium, quod omnium maximè in principe debet relucere, & in omni eo qui præpositus est populo domini. Psal. 110.

## CXXXIX. PSALMI ARGVMENTVM.

*IN psalmo isto 139. vir iustus à Deo poscit salutem & auxilium contra malitiam & insidias multiplices,paratosq; laqueos aduersantium post quæ vsq; ad versum septimum enarrata,in dominum suum iactat fiduciam,quam & alias nonnunquam expertus est propugnatorem,simul postulans,neq; futuro vnquam tempore tradi in manus inimicorum. Post hæc autem à versu decimo ad finem v. q; impiorum pœnam describit,atq; vindictam Dei quam pro suis pauperibus aduersus impios est demonstraturus, quando iustos recipiet in habitationem suam,ante conspectum vultus sui in confessione sempiterna.*

## CXXXIX. PSALMI ELVCIDATIO.

RIPE *me domine ab homine malo, à viro iniquo eripe.* Dñe Deus spes mea vnica atq; refugium tutissimũ, in oibus aduersitatibus meis te precor, vt me eripias ab hoibus peruersis, qui mala mihi meditantur,vtq; me illæsum tu custodias ab iniquis & impiis, tam dæmonibus quàm hominibus,ita vt non patiaris aliquando illos mihi prævalere.

2 *Qui cogitauerunt iniquitates in corde:* Ipsi.n.aduersus seruos tuos mala cogitant animo,& corde versant semper,quo seruis tuis valeant inferre mala:

* *tota die constituebant prælia* iugiter quasi tota die meditantur atq; parant pugnã aduersus seruos tuos, ꝑpetuo eos circumeuntes,oppugnãtes,debellantes,vt vel tandem aliquãdo deuorent, expugnent,siue deuincant.

3 *Acuerunt linguas suas sicut serpentes:* Linguas suas acutas reddunt, & subtilibus verbis adornant ad fraudẽ,deceptionem atq; oppressionem bonorum,vt noceant sicut serpentes iniecto veneno:

* *venenum aspidum sub labijs eorum.* pestiferos sermones, ad modum veneni efficacissimi maximè noxius sub labiis suis gestant,& in ore paratos habent, vt opportuno tempore virus illud suũ effundant,idq; siue per dogmata praua mendacii,siue persuasiones malas veritatis atque peccati. Duplex enim hoc est virus, ꝙ impii dæmones eorumq; ministri bonis semper ad nocendum querunt infundere.

4 *Custodi me domine de manu peccatoris:* Custodi me,domine, & per protectionis tuæ gratiam me serua,ne veniam in manibus impiorum, in potestatem, ditionẽ,atq; subiectionẽ inimicorũ aĩæ meæ:

* *ab hominibus iniquis eripe me.*

B vt non præualeant hoĩes impii,neque ẽt dæmones,tuam supplex imploro liberationem atq; custodiam.

5 *Qui cogitauerũt supplãtare gressus meos.* Valde n magna & multum pertimescenda est istorum peruersitas. Cogitauerunt namq;, & firmo proposito decreuerunt, quantum quidem in ipsis foret, conari ad infringendum gressum meum quo ambulo in via tua, meq; in lege tua gradientem in terram prosternere: quemadmodum solent per insidias nonnunquam homines inter ambulandum prosterni,

C sicq; pedibus calcari:

* *absconderunt superbi laqueum mihi.* atq; hoc, vt perficerent impii, per occultas tentationum suarum versutias, insidias posuerunt mihi, & quasi laqueum absconderunt,quo me sperabant in captiuitatem sibi attrahere.

6 *Et funes extenderunt in laqueum:* Et queadmodũ solẽt nonnunquã hoĩes in obscuris tenebris funẽ extendere, de parte vna in alterã quasi pro laqueo, vt in fune hærens viator cadat,qui transire existimabat,ita mihi occultas insidias stu

D diosissimè tetenderunt:

* *iuxta iter scandalum posuerunt mihi.* posuerunt mihi offendicula iuxta viã præceptorũ tuorum,quam ambulabam,ita vt si paululum declinauero, vel ad dexterã, vel ad sinistram,mox in terram prosternat à rectitudine & statu bono animi,in profunditatẽ vitiorum casurus. Nonnunquã ẽt nobis iuxta iter rectum scandala ponũt,dum mala quasi bona sub aliqua virtutis specie suadent atque proponunt. Atque iterum,dum ex vere bonis actionibus,occasionem sibi sumere conantur,

tur, nos in lapsum præcipitandi, vtpote E
cum ex operibus iustitiæ nos quærunt
ad vanam gloriam impellere.

7 *Dixi domino, Deus meus es tu:*
Ego aūt attendens istorum tantam malitiam, tamq; callidas insidias, mihi ipsi planè diffidens, ad te ô domine recurrebam, dicebamque tibi in oratione mea: Ecce Deus meus es tu, creator meus & saluator meus:

* *exaudi domine vocem deprecationis meæ.* exaudi orationē serui tui, tantā malitiā & tales insidias non iniuria metuentis teq; pro liberatione solicite deprecātis. F

8 *Domine domine virtus salutis meæ:*
Philip. 4. Tu verò ô domine, domine (inquam) qui
Ioan. 15. es fortitudo & robur omne saluationis meæ, per quem, & in quo possum omnia & sine quo valeo nihil:

* *obumbrasti super caput meū in die belli.* tu (inquā) aduocatus & inuocatus nō defuisti seruo tuo, sed ad protectionē aduenisti mihi in tpe pugnæ: cum me oppugnarent hostes mei, tu mihi fuisti quasi galea, caput operiens, & quasi vmbraculū atq; clypeus super caput meum, ita vt tua protectione munitus, hostium impugna G
tiones saluus euaserim, & ab eorum ignitis iaculis illæsus: quem absq; tua protectione, facillimo negotio cōfodissent vsque ad mortē. Obumbrasti ēt, ac veluti in vmbra luminis apparuisti sup caput meū quasi propugnator, pro me debellaturus atque fugaturus aduersarios meos.

9 *Non tradas me domine à desiderio meo peccatori:*
Hoc ipsum aūt protectionis atq; propugnationis tuæ beneficiū, vt in præteritis sensi periculis, ita in posterū oro mihi sp adesse. Neq; patiaris vnquā tradi me, H
aut quocunq; venire ipsis peccatoribus in subiectionē, & potestatē præter & contra desiderium meū, ac voluntatem bonā qua semper cupio tibi adhærere, & ab illis protsus esse alienissimus:

* *cogitauerūt cōtra me ne derelinquas me:* consilia fecerunt & firmo cordis pposito statuerūt mihi nocere, atq; ob hoc præcor, vt nunquā me derelinquat protectio gratiæ tuæ, ne te absente ego (qui sine te nihil possum) deuinear, & ipsi glorient.

* *ne fortè exaltentur.*

exultent, & extollant de casu meo, quasi victores capita præda, & sicut aucepe in laqueum tractis auibus.

10 *Caput circuitus eorum, labor labiorum ipsorum operiet eos.*
Neq; vero sine vltione euadent aduersarij iustorum. Nā caput ac summa circuitus eorum, nēpe labor labiorū ipsorum, operiet eos cōfusione in die nouissimo. Siquidē deceptorij eorū sermones quos ad decipiendū bonos elaboratos reddiderunt, & modis oībus quibus poterant vt efficaces essent ad malè suadēdū adornauerunt, erunt impijs causa dānationis & ɔfusionis in die nouissimo. Atq; hi elaborati compiq; ac molliti sermones, caput sunt, summa atq; præcipuū, quo impij bonos circumeunt atq; circundant, vt p eos decipiant, & in peccatum trahant.

11 *Cadent super eos carbones:*
Super eos proferet à iusto iudice snīa gehennæ & ignis æterni, & quemadmodū cū desuper cadunt carbones igniti, sic in flammabunt & ardebunt succensi igne gehennæ quasi caminus ignis flagrantis:

* *in ignem deijciet eos:*
proijcies eos à facie tua, à cōspectu psen- Matt. 25.
tiæ tuæ eos iubebis discedere in ignē æternū, q paratus est diabolo & angelis eius:

* *in miserijs non subsistent.*
perfectā infœlicitatem sentient & omnimodā miseriā, quæ eis erit intolerabilis in qua præ acerbitate pœnarū perdurare non poterunt, & quā nisi summa miseriā portare nō valebunt, ferent tn̄ diuina cogente sententia, velint nolint, ita ut quærant mortem & non inueniant, dicantq; montibus, cadite super nos, & collibus, operite nos, & non obtinebunt.

12 *Vir linguosus non dirigetur in terra:*
Hoīes qui linguis suis male vtuntur ad Apoc. 9.
proximorum deceptionem, & seductionē
simplicium, ad loquenda mendacia, ad se Luc. 23.
minandos errores, ad peierandum, ad tractanda de proximis mala, atq; ita in aliis quæ per linguam committi possunt malis, huiusmodi non erunt firmi, stabiles, recti, aut solidati, non prosperabuntur, neque hic in terra inter iustos, neque in terra viuentium in numero beatorum.

* *virum iniustum mala capient in interitu.*

homi-

hominem iniustos mala apprehenderint in tempore mortis cum interitione, mala pœnæ sequentur æternæ in interitu sempiterno. 2. Pet. 2.

13 *Cognoui quia faciet dñs iudicium inopis.* Fide teneo indubitatū, & firmissime credo, φ facturus sit dominus iudiciū pro pauperibus aduersus opprimentes eos:

* *& vindictam pauperum.*

& vindictā atque ultionem retribuet illis, qui nunc premunt inopes, tametsi in hoc tempore dissimulet Deus, & illi uideantur euadere impuniti.

14 *Veruntamen iusti cōfitebūt nomini tuo:* At uerò iusti & pii serui tui collaudabūt nomen tuum, cum uiderint tuam erga se misericordiam, & contra aduersarios iustitiam, laudabuntq; te ultorem & uindicem suum in sæcula sæculorum:

* *& habitabunt recti cum uultu tuo.*

& qui recto sunt corde, bona & pura uoluntate, nulli uitiorum curuitati aut tortuositati subiecti ipsi tecum habitabūt, eruntq; tecū in mensa tua, sicut filij corā patre suo per omnia sęcula. Amen.

## ANNOT. IN PSAL. CXXXIX.

VErsu primo. Eripe me domine ab homine malo, à uiro iniquo eripe me. Attende, qđ nonnunquā in psalmis ēt dæmon sub hominis aut uiri nomine accipit, potissimū cum in malum sit sermo, Vnde potest hic psalmus cōtrá dæmones dirigi, & (ut uidetur) conuenientius quā contra hoīes malos tantū, tametsi in principio statim de homine dicat malo & uiro iniquo. Est enim cōuenientia diabolo cum homine in eo qđ est præcipuum hominis, nempe in parte rōnali & spiritu, tametsi corpus nō circumferat. Similitudo quoque est in turpitudine peccati & consensu prauitatis, estq; dęmon caput impiorum hoīum, & ipsi mēbra eius. ¶ Ver. 6. Iuxta iter scādalum posuerunt mihi. Iuxta iter dr̄ scādalū poni. Non. n. in uia recta pceptorum Dei scandalum esse pōt, qm̄ pax multa ē diligentibus legem ipsius, & nō est illis scandalū. Tametsi. n. ex operibus omnino bonis nonnunquam exoriri contingat, quasi per occasionē, alterius generis ullum uitium (quēadmodum ex operis Psa. 118

A præclaris occasionem cōtingit pstari uanæ gloriæ) nunquā tñ in uia recta scādalū esse pōt, sed iuxta uiā sunt scādala posita, q donec in uia iustitiæ quis pmanet, ostendere nō pōt. Si uerò uel paululū cęperit deflectere, timendū est lapsus periculum. ¶ Versu decimo. Caput circuitus eorum, labor, &c. Huius uersus multiplex dari posset & intelligentiā & partium ordinatio. Secundum aūt modum qui in Elucidatione indicat, accipiantur illi duo nominatiui, caput & labor ut appositorie sibiinuicem coniuncti, ad hūc B modū, Caput circuitus eorum, qui est labor labiorū ipsorū, oportet eos. Hæc. n. cōstructio & facilis est & rectā facilemq; hēt intelligentiā. Constructio quidē ex Græco sermone accipit, ubi caput in nominatiuo casu, & circuit⁹ ī genitiuo ponit, ad hūc modū ἡ κέφαλη τοῦ κυκλώματος, &c. hoc ē, Caput circuitus uel circuitionis ipsorū. Snīa autē apta est, accipiendo caput p summa uel pcipuo, talis Summa & ipsum pcipuum circuitiōis eorum, i quo impii circueunt pios, nempe labor labiorum ipsorum operiet eos, C & in confessionē mittet pcipites. Nō. n. aliud possunt dæmones neq; ministri eorum, nisi sermonibus atq; suggestionibus mala suadre, & artificiosis suis suasionibus, atq; miro modo elaboratis mala pponere, & hoc ipsum caput est atq; pcipuum, quo circundare, tentare, uexare possunt bonos. Non possunt autē sic bonos circuire, ut ulla uiolentia eorum corda ac uoluntatē in peccata ꝗant ptrahere. Vnde fit ut cum p arbitrii sui libertatē, iusti gr̄a Dei confortati, illorum elaboratos & mollificatos sermones reie D cerint, in ueritate solidati, confusio illos operiat & ignominia. ¶ Ver. 11. Dānati ī miseriis non subsistent. Nō ita hoc accipiat, quasi fm suā substantiā impii perituri sint, & in ppetuum substantialiter uicturi (uiuent. n. semper, & sp mortē ferēt iuxta id quod in alio psalmo de impio dr̄. Et laborabit in æternum, & uiuet adhuc in finem) sed iuxta cōmunem loquēdi modum accipi debet, ut significetur importabilitas tantum & infinita magnitudo miseriæ eorum. Sic enim etiam uulgo dicere solent homines, se non Psal. 48

posse

posse perdurare, uel sustinere in iis quę nimium uidentur dura, & ad tolerandū grauia, quæq; siue uehementissimo dolore & magno incommodo ferre non pñt & non rarò dicunt ferre se aliqua, aut in

E eis perdurare, aut subsistere nō posse q̄ uelint nolint ferre coguntur, quo loquēdi modo utitur sanctus Petrus, cum an- 2. Pet, 2.
gelos malos dicit non portare aduersum se execrabile iudicium.

## CXL. PSALMI ARGVMENTVM.

*Clamat in hoc Psalmo pro suis membris Ecclesia militans congregatio iustorum, orationem suam gratam fieri & exauditionem exoptans, spāliter uero contra lingua lapsum, & potissimum contra excusatorios sermones, ad peccatorum defensionem, quibus uti solent peccatores in suis malitijs perseuerare uolentes, à quibus alienos esse oportet qui sunt de congregatione sanctorum & Ecclesia Dei. Hos enim decet ad correptionem suscipiendum esse paratos, quando in ulla re peccauerint & excusationes non prætendere, peccatorum autē adulationes detestari, ne per eas in malitijs foueantur, contra quas orōne iugiter debent fideles militare atq; hoc quidē usq; ad medium uersus septimi. Post hoc uerò iudicium, qđ à Christo factum est contra principes errorum, malignas uidelicet potestates, tyrannos, mundi sapiētes & hæresiarchas describitur, quibus iudicio Deo absorptis, auditus præbetur uerbis ueracissimis atque fideliū, quæ sācti Apostoli prædicauerūt, & quotidie p̄dicat in Ecclesia sancta ministrō fideles ex qua uerborum ueritatis prędicatione, tametsi persequutio immanissima exorta fuerit in primitiua Ecclesia sitq; ēt post exoritura, ita usque ad esta d ssipent cōfessores ueritatis quia tū semp in dn̄o Deo spes eorū erit ab oībus malis, qđ ad aīam attinet, saluti euadēt electi Dei. Qđ ipsum uersu penultimo iterū sollicita deprecat Ecclesia, ne in laqueos mortis cadant eius filij & ut Dei ꝓtectione custodiat à scādalis peruersorū, quos dicit in rete diaboli cōcludēdos electis singulari Dei custodia & electione ab illorū impietate seruatis, donec de seculi huius malitia in uitā transeant sempiternā. Aduertēdū tn̄ psalmū hunc ēt cuilibet fideli (qui mēbrū est Ecclesiæ) recte cōuenire, quemadmodū ferè ubique, qđ Ecclesię cōuenit, ut corpori, fidelibus aptari pōt, ut corporis illius membris. Videtur tn̄ octauus & nonus uersus ipsi magis fidelium congregationi, quàm unicuilibet illius congregationis particulę competere.*

## CXL. PSALMI GLVCIDATIO.

OMINE *clamaui ad te exaudi me:*
Domine Deus meus, ecce in oratione ego clamorem & desiderium bonū cordis mei leuaui ad te tibi aperui, tibi obtuli orationem meam, tu me clamantem benignus exaudi:
* *intende uoci meæ, cum clamauero ad te.*
ne auertaris, sed attendas ad uocem orationis meæ, cum ad te orauero; ut impleas pręstesque misericorditer quid postulo.
2 *Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo:*
Non ueniat obstaculum aliquod oratio mea in ascensu suo, quemadmodum oratio impiorum, quam iniquitatis nubes deorsum pellit, nec sursum sinit scandere, sed dirigatur uia recta usq; ante cōspectum tuum, pertingatq; ad sacrariū exauditionis tuæ grata tibi & accepta ad eum modum, qđ thus aut aliud quodlibet suffimentum igni impositum solet fumum sursum recta mittere absq; obstaculo, simul cum bona fragrantia, & odore grato in naribus olfaciendum:
* *eleuatio manuum mearum sacrificium uespertinum.*
cum oratione manus meas ad te leuauero, si tibi deuotio cordis mei oblatio grata & accepta, quemadmodum sacrificiū uespertinum, quod ex legis statuto offerebatur singulos dies, ad honorem nominis tui, in signum eius hostiæ quę in plenitudine temporis pro omnium salute erat immolanda
3 *Pone domine custodiam ori meo:*
Et quoniā facillime in lingua uideo labi hoīes, & raros admodum esse qui in lingua nō offendāt, idcirco peculiariter hoc abs te postulo, ut os meū tua custodia ita

obserues, ne quid per os meum loquar A fiue mendacium, fiue uanum, fiue otiosū quod non deceat:

* *& ostium circunstantiæ labijs meis.*

sicq; labiis meis ostium ponas qđ ipsa circunstet & custodiat per circuitū, ut nihil per ipsa possit egredi, qđ præstitisset nō egressū fuisse, hoc est, dona mihi gratiā tuā ad obseruandum, refrenandū adque edomādū linguā ut ea non peccet.

4 *Non declines cor meū in uerba malitiæ:*

Nō finas cor meū sese dare ad ferendos sermones malos, fiue ad ueritatis blasphemiā, fiue ad proximorū seductionem, aut B deceptionem,

* *ad excusandas excusationes in peccatis.*

potissimum autem patiaris inclinari, aut eos usque moueri cor meū, ut excusationes quærat in peccatis commissis: quibus ea defēdere siue excusare laboret sed magis cor pœnitens & spiritū contritum da mihi, ad confitendum tibi iustitiā meā, pro peccati remissione conquerenda.

5 *Cum hominibus operantibus iniquitatē:*

Non loquar (inquam) ego uerba malitiæ neq; excusationes quæram in peccatis, iuxta quod faciūt homines illi, qui ex affectu prauo & uoluntate peruersa sunt C operarii iniquitatis

* *& non communicabo cum electis eorum.*

& nō cōmunicē, non fiā particeps eorū quæ ipsi electa reputāt, & in quibus ipsi suas constituunt delicias. Non enim pro huius seculi uoluptatibus & deliciis frui qbus fruuūt ipsi, quatum uerū per fruitione (utpote in conuiuiis & cōpotationibus) solet multipliciter labi hoīs lingua, sed malo in silentio uti iis ēt quæ illi uilissima reputāt, utpote panis buccella tantum, aut cīca qualibet mediocri.

6 *Corripiet me iustus in misericordia, & in* D *crepabit me:*

Si quādo me contigerit per fragilitatem & infirmitatē in ullo deficere, paratus sū correptionem, uel tuam, domine, uel hominis iusti timētis te, suscipere, & misericorditer atq; humaniter, salubriterque monentem, uel etiam acriter obiurgantē patienter audire, sciens, quoniam correptio hæc tametsi seueritatem prætendat, est tamen misericordiæ & benignitatis, ad emendationem peccati mei,

* *oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.*

adulatorum aūt blanditiæ, quibus demulcent peccantium corda, eosq; in malis fouent atq; enutriunt, non oblectent animum meū, neq; foueant me in peccatis meis. Melius enim est lixiuio corripientis caput ablui & mundari, quā oleo adulantium, ut fiat immundius oblniri atq; impinguari.

7 *Quoniam adhuc, & oratio mea in beneplacitis eorum.*

Neq; mirū, si ab illorum maliciis cupio mundus inueniri, quandoquidem adhuc futurum est, ut oratio mea dirigatur contra illorum malitias in quibus cōplacēt sibi & oblectantur, contra hæc orationem fundere non cessabo, donec uiuā, primū qdē, ut illis semper ego mundus seruer & cōtaminatus. Deinde, ut ii ēt qui in illis adhuc agunt aliquando auertantur ab eiusmodi, relictisque uitiis & concupiscentiis, discāt odio iā habere, quæ ante habuerant beneplacita, & in quibus ante fuerant oblectati.

7 *Absorpti sunt iuncti petræ iudices eorum.*

Princepes malorū, qui uelut capita erāt & duces inter eos errorum atq; uitiorū, uias aliis demōstrātes & illis hoīes diri gentes, hi petræ Christo applicati, petie runt, absorpti suntatq; uorati à facie præsētiæ eius, postquam aduenisset in mundum ad faciēdum iudicium eius. Nā & dæmones, q erāt ueluti mundi rectores, firmissimæ illi petræ Chr̄o iuncti, deuicti sunt, iudicati forasq; missi in abyssum. Iudices ēt & principes terræ, itē & mundi sapiētes q populo duces erāt, illi qdem p uim, isti p appatētē sapientiā, ois erroris, Chr̄o iuncti, ad Chr̄um cōparati, absorpti uidentur, qñ eorū potentiā & sapientiā oēm ipse dissipauit, uirtus & sapiētia p̄ris. Sunt quoq; cōtriti, & periē runt, ad Chr̄um durissimā petrā, quē debellare tentabāt. Sunt insuper in abyssum damnationis missi iudices illi terrarū, postquā exibi sunt, & applicati ante tribunal summi iudicis Christi,

* *audiens uerba mea:*

hoc autē cōtra principes magistrosq; errorū facto iudicio, populi q illorum detinebant erroribus, pœnitentiam agentes,

1. Cor. 1.

Ioan. 21

tes, audierunt atq; ẽt audiẽt uerba uestra E tis, quæ ego fidelis Ecclesia loquar illis, obedientes se pręstabũt doctrinæ meæ, suscipientq; gaudẽtes doctrinã ueritatis.

* *quoniam potuerunt.*

Ps.27 neq; id sane mirũ, qũquidẽ uerba prædicatiõis & doctrinæ q̃ ego ex Dei doctrinatione doceo, & trado, potẽtia admodũ

Hier.23 sunt & ualida: eloquia casta sunt examinata potẽtia sicut ignis, & quasi malleus conterens petrã; suntque decora admodum, iucunda & amabilia, fide & omni acceptatione dignissima.

9 *Sicut crassitudo terræ erupta est sup ter F ram, dissipata sunt ossa nostra secus infernum.*

In annũciando aut hæ ueritatis & sanctæ fidei uerba, grauissima nobis tribulatio atq; persecutio exurrexit in primordiis nascentis ecclesiæ, & exurget crudelior in nouissimis temporib. Antichristi ita ut nõ solũ nos interficerent, uerumẽtiam ossa quantũ possent desęuirent, ea dissipãdo, in cinerem adurendo, & dispergendo, iuxta infernum siue foueã sepulchri, nolentes propter sæuitiam, uel ossibus fidelium in sepulchris requiem dare, cadauera nostra feris & bestiis exponẽdo, & G ossa tãquã sepultura indigna per superficiẽ terræ in locis abominabilibus dispgẽdo, ad eũ modũ quo terræ crassitudines .i. crassæ glebæ terræ (agricola terrã aratro, scindẽte) erũpũt p scissionẽ aratri, & magna uiolẽtia à loco suo, ĩ quo cõpactę iacebãt, dispergunť sup superficiẽ terræ.

10 *Quia ad te domine oculi mei, in te sperani, non auferas animam meam.*

Verumtñ licet grauissima & fuerit in initio Ecclesiæ, & erit in fine persecutio nostra, quia tñ semper respiciunt oculi nři ad te dñe saluator, & libera fidelium tuo H rũ, quia in te sperãt serui tui, & tuo innituntur auxilio, ideirco tu pertre nõ sines

Luc.13. animas nostras, sed conseruabis semp tibi tuos electos, quos nullis persequutionibus patieris à ueritate excidere, in quorũ corpora tamẽsi patiaris impios pueřsam exercere potestatem, animas tamen eorum auferri, aut perdi non sines.

11 *Custodi me à laqueo quẽ statuerũt mihi.*

Veruntamen qa uideo excrescere & abũdare in terris, impiorum malitiã, clamare adhuc cogor infirmis membris meis;

ac dicere, Custodi eos domine, & præsertim semper ab insidiis tentantionum malarum, quas ponunt & occultant aduersarii bonorum seruis tuis:

* *& à scandalis operantium iniquitatem.*

& ab offendiculis quæ præbẽt boni operarii iniquitatis, illos cõserua, ut nunq̃ in laqueum incidant, neq; impingentes aut offendentes cadant in peccatum.

12 *Cadent in retiaculo eius peccatores:*

In te rete & laqueum eius, nempe diaboli & impiorũ sanctorum, qui sunt ex parte eius, in laqueũ & in uincula mortis æternæ, cadent ii qui in peccatis suis pmanent obstinati, & moriuntur in eis, huiusmodi sunt, quos ipse cum sibi adhærẽtibus capiunt, quos laqueo suo in damnationem abducunt:

* *singulariter sum ego donec transeam*

ego uerò cõgregatio iustorum & nos serui atq; electi tui, uelut separatim atque singulariter subsistimus p tuæ electionis gratiam, ab illis meritò separati, & quasi in parte sepositi, ut in nullo communicãtes eorũ infidelitati, aut infructuosis operibus tenebrarum, ita nec damnationi pę Ephe.5. narum, donec tãdem post hanc exactam malitiam, transitus nobis præstetur ex p̃sentis sæculi malis, ad requiem sempiternam, quam in te pręstolamur. Amen.

## ANNOTAT. IN PSAL. CXL.

VEr.2 Dirigať oratio mea, &c. Quẽadmodum (teste Sapiente) orõ humiliantis se nubes penetrat, & ad Deum pro exauditione transcendit, ita impiorum orõ est execrabilis, & obstaculũ habens repellať, ne ad exauditionem ante Deũ introgrediať. Bonorũ aũt orõ recta sursum scandit, modum thuris cremati, estq; Deo grauissima Orõ autẽ impiorũ ad modum nebulæ dirigiť, & in naribus Dei fœtida est atq; abominabilis. Ob hoc petit fidelis orationem suam dirigi in cõspectu Dei sicut incensum. ¶ Ver.3. Pone domine custodiam ori meo. Quomodo in domũ cui nulla est custodia adhibita, q̃ Porta aut ostio nõ est cõclusa, sine delectu quilibet ingrediť atq; egrediť facilimeq; uẽtus quilibet introgrediť & efflat ita stulti & peruersi, quibus nõ est lingua uc- Eccle.35

custodia, neq; ostiũ labia circunstans, si- A ne delectu atq; iudicio proferũt quicquid in buccam venerit, & quicquid libuerit. Et quo ciuitatẽ aut domũ q̃ custodia adhibita seruat, ostio quoq; & porta concludit, nisi cũ discretione & iudicio egredi vel introire nemo põt: ita per hos bonorum non egrediunt, nisi quæ fm iudiciũ & rationis examen, vera, bona, atq; vtilia probata fuerint. Vnde & vulgo dici solent homines, Ori frænũ imponere, aut serã adhibere, quũ non nisi probos & bene meditatos sermones loqui proponunt, neq; sine delectu inutilia quælibet indiscrimi B natim profundere. ¶ Versu quarto. Non declinet cor meũ in verba malitiæ, ad excusandas excusationes in peccatis. Admodũ necessaria est hæc oratio, oĩbus qui cupiunt in æternũ non proijci, non derelinqui in perpetuũ à dño. Nã peccare humanũ est, & à peccato potes resurgere, si lapsus fueris, modò humiliter tuũ peccatũ agnoscas & confitearis, iuxta quod in alio Psalmo dr̃, Dixi, confitebor aduersum me iniustitiã meã dño, & tu remisisti impietatẽ peccati mei. Hinc ĩ alio iterũ psalmo cum de grauibus fœdi adulte C ri, & impij homicidij sceleribus veniam quæreret olim propheta Dñi, tunc factus seruus diaboli, precando remissionẽ, confitetur culpã, dicens, Amplius laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me: Qm̃ iniquitatẽ meã ego agnosco, & peccatum meũ contra me est sp. Tibi soli peccaui, & malũ corã te feci, vt iustificeris, &c. Sic veniente ad ipsum propheta dñi Nathan, de perpetrata impietate redargutus, non quæsiuit excusationes in peccatis, sed ingenuè reatũ confessus est, dicẽs, Peccaui dño. Quã ob causam, diui- D næ consolationis verbũ meruit audire, dicente Nathan, Dñs quoq; transtulit à te peccatũ tuũ, non morieris. Illi aũt qui post commissum peccatum excusationes quærunt sui peccati, qui redarguunt, vel interius obmurmurante cõscientia, dño in ea loquente, vel exterius bonorũ verborũ siue exẽplorũ exhortationibus, non solũ non agnoscunt iniquitatẽ, non solũ nõ dicunt, Peccaui dño sed aliquot insuper suo peccato pallium quærunt, quo operiant quo tegant, quo excusent commissam iniquitatẽ, quo remissionẽ huiusmodi promererentur accipere? Sic sanè primus ille parens noster Adã malũ exemplum reliquit posteris, simul & coniunx eius, quod nimium libenter imitantur filij Adã, quicunq; ex tali patre & tali matre sunt progeniti. Sic.n. in Genesis exordio legimus, post Dei pręceptũ serpentis seductione præuaricatũ, dño requirente Adã, & interrogante, quamobrẽ præceptũ fuisset transgressus, respondisse illũ non verbũ humilis confessionis, sed vanæ excusationis, Mulier, inquit, quã dedisti mihi sociã, dedit mihi de ligno, & comedi. Itẽ & cõiunx interroga, cur id fecisset, verbũ vanæ excusationis respõdit, dicẽs, Serpẽs decepi. me, & comedi. Nusquã hic audis vocẽ filij Isai, nusquã hic audis, Peccaui dño, sed excusationes tm̃ in peccatis, Illa decepit me, ille decepit me. Propter qđ non meruerunt ipsi parentes primi à dño audire, qđ filius Isai à propheta dñi Nathan audiuit, videlicet vt transferetur peccatum eorum, sed quantocyus in eos vltionis sñia prolata est. Huius exempli mali primũ imitatorẽ legimus, illũ primũ homicidã Cain, qui post patratũ crudele fratricidiũ, dño misericorditer requirenti, Vbi est Abel frater tuus? eum respõdit, Peccaui dño, sed fronte superba & ceruice elata excusationẽ quæsiuit: Nunquid (inquiens) custos fratris mei sum ego? Quã ob cãm, e vestigio diuinæ vltionis sñia aduersus illum prolata est. Vix aũt aliũ inuenimus tã pertinacem excusatorẽ, vt illum prius humilẽ, post nimiũ superbũ Saulem. Sic.n. vbi præter suum officium holocausta obtulisset, atq; ob hoc à Samuele fuisset correptus, prolixã excusationẽ proponens, ei necessitatẽ prętendit, dicens, Necessitate compulsus obtuli holocaustum dño. Non ne violentia est excusatio, quæ necessitatem prætendit (vt dici solet) lege carentem? Itẽ in captione Amalech, quem penitus deleri mandauerat dominus, cum aduersum domini mandatum optimis quibusq; seruatis à Samuele fuisset admonitus, interrogãte, quæ nam esset vox gregum sequentium? &c. Ille superba excusatione respondit, De Amalech adduxerunt ea. Pepercit enim populus melioribus quibus & armentis,

Margin notes: Psl. 131. — Psal. 50. — 2.Re.12. — Ibidem. — Gene. 3 — Gene. 4. — 1.Re.15. — 1.Re.15

mentis, vt immolarent dño Deo tuo, re- E liqua verò occidimus. Vide (quæso te) su perbā excusationē. Primum, non ait, De Amalech adduci ea, Pepercei melioribus, vt immolarē, &c. sed à se peccatum abijcit in populū; dicens persona tertia, adduxerunt, pepercit populus. Deinde ēt laudē excusatio ista vr̃ postulare pro reprehensione, cū pietatē prætendit, dicens, vt immolarent Dño. Et cum iterum à Samuele acrius obiurgaret dicente, Quare ergo non audisti vocem dñi, sed versus ad prędam es, & fecisti malum in oculis dñi? Ille perfricta fronte excusationem excusa- F tioni adiecit, Imò (inquiens) audiui vocē domini, & ambulaui in via per quam misit me dñs, & adduxi Agag regem Amalech viuum. Tulit aūt de præda populus oues, & boues primitias eorum quæ cæsa sunt, vt immolet dño Deo suo in Galgalis. Nunquid hic audit, peccaui dño? Se .n. dicit obedisse dño, & per viam bonā ambulasse: populo verò imponit, ꝙ adducta sit pręda, & hoc ipsum quantum valet excusans, ꝙ ad immolandum essent adducta. ¶ Ver. 5. Et nō cōicabo cum electis eorum. Pōt accipi, electis in genere ma- G sculino, vt sit sensus, Non habebo societatem, neq; cum iis qui inter operarios iniquitatis sunt primi. Melius tñ accipitur in genere neutro, quō in elucidatione à nobis expositum est, cui consonat quod ex Hebræo vertit Hieronymus. Neq; comedere in delicijs eorum, & Felix Ne comedā ex iucundis eorum. ¶ Ver. 7 Qm̃ adhuc & oratio mea in beneplacitis eorum. Beneplacita impiorum, quid melius intelligimus, q̃ vitia atq; peccata, in quibus illi eligunt permanere & requiescere? Est ergo sensus, Adhuc oratio mea est, H & erit in eorum malitiis, vel potius in malitias, contra vitia & peccata eorum, siue pro malitiis eorum, videlicet vt ipsi ab illis conuertantur, donec tps est, & ego illis nunquam coinquiner. Atq; huic expositioni consonat, quod ex Hebræo vertit Hieronymus, Quia adhuc oratio mea ꝓ malitiis eorū, itē & quod Chaldai. habet Paraphr. Adhuc oratio mea ordinata est contra malitias eorū. Alii sic intelligunt, Ego orabo pro eis, dum ipsi manebunt in suis vitiis, quæ sunt eis beneplacita.

Cui sensui vr̃ fauere quod vertit Felix, Adhuc oratio mea inter mala eorū. ¶ Versu eodem. Absorpti sunt, iuncti petræ iudices eorum. Clarior esset intelligentia, si hac parte, versus nonus inchoaretur, vt simul cum principio versus sequentis cōponeret versum octauum, ac deinde secūda pars versus octaui cum principio noui cōponeret versum nonum, ad eum modum quo nos in Elucidatione distinximus, vt aliqua fieret per talē distinctionē cōmodiorē alleuatio difficultatis, quę est in his verbis non modica. Huius aūt versus intelligentiā prolixè indicauimus in Elucidatione, per iudices intelligendo principes & capita errātium, id est, duces, magistros, & quoscunq; authores errorū, non obedientes veritati, sed potius repugnantes ei & contradicentes. Hi .n. impiorum principes iuncti petræ Christo, absorpti sunt, consumpti sunt, iudicium suū acceperūt: & illis interfectis, Dei iudicio, audierunt simplices prius seducti ꝑ principes illos, verba Dei, qm̃ potuerunt supple, verba Dei, id est, potentia & præualida fuerunt. Sic .n. in præsenti loco, potuerunt, accipi debet, vt valeat potentia fuerunt, præualida fuerunt. Ex Hebræo Hieronymus legit, Audient verba mea, qm̃ decora sunt. Felix, iocūda alii, Suauia, vel dulcia. Quidam Hebræorum expositores interpretantur hunc locum de peccatō Moysi & Aaron iuxta petram. Ipsi .n. iuncti petræ, id est, prope petram, vel iuxtā petram positi, sublati sunt, & absorpti sunt, eo quenus hoc ibi promeruerunt, vt morte morerent vterque ante ingressum terræ promissionis: ac deinde audierunt verba domini, qm̃ potentia fuerunt ad educendum aquam de petra. Verum huic sensui non bene consonant neq; præcedentia, neq; sequentia. Neq; satis videtur quorsum huc pertineat eius rei facere mētionem, maximè cum mox subdatur, Sicut crassitudo terræ &c. Quod non vr̃ vllo modo cum prǫcedentibus cohærere. ¶ Versu 9. Sicut crassitudo terræ erupta est super terram, dissipata sunt ossa nostra secus infernum. Hunc versum clarius aliquanto sic legit ex Hebræo Hieronymus, Sicut agricola cum scindit terram, sic dissipata sunt ossa nostra in ore inferni.

inferni,& Felix,Velut scindens & findẽs terrã,dispersa sunt ossa nr̃a secus foueã, uel i ore inferni.Qđ in Elucidatione satis lucidè expositũ est.Illud aũt secus in fernũ,exponi põt,iuxta sepulchrum, qm̃ uidelicet iuxta sepulchri foueã, interfectorum martyrum cadauera proiiciebantur,& ossa dispergebant inhumata iacentia.Pro quo facit qđ uertit Felix,secus foueã.Solet.n nonnunquã per foueam intelligi sepulchrũ.Vel itellige.Sic dissipata sunt ossa nr̃a,uires nr̃æ ita confractæ sunt, in tanta nos adduxerunt descrimina, ut nisi nobis fuerimus esse in portis inferni,& inferno iam proximi, queadmodum de hoïe proximo morituro diximus,ꝙ est prope sepulchrum, uel prope infernum, aut ꝙ alterum pedem habeat in sepulchro, uel in cymba Charontis. ¶ Vers.ultimo, cadent in retiaculo eius peccatores.Quanquã nihil præcessit fm numerum singularẽ,ꝙ uideatur eius posse referre, eo ꝙ præcedentia oĩa per numerum pluralem sint dicta, põt tñ referre ipsum caput impiorum diabolum,aut simul totum corpus diaboli. Ipsum.n. seducit,& in laqueos trahit,dum seducti

2.Tim.3 mali seducunt alios,quemadmodũ Paulus dicit,errantes & in errore mittentes,

Apo.22. quõ per contrarium corpus Christi se à laqueis studet eximere,dũ qui audit (iuxta illud Apocalypsis) dicit,Veni,& unusquisq; per Deum liberatus, rationem salutis habet proximorũ suorum.Vel singulare accipe pro plurali, in retiaculo eius,id est,eorum,queadmodum in Græco habetur *αὐτῶν*. Intelligi ẽt posset,in retiaculo impietatis,cuius in fine uersus præcedentis fit mentio.Illud quoque in retiaculo,diuersum sensum patitur.Nam si ablatiuus pro accusatiuo ponitur,in retiaculo pro in retiaculum,quõ habet lectio Romana, sensus est, in rete diaboli uel impiorũ,uel impietatis cadent peccatores.Si uerò in retiaculo ualeat,per retiaculum,sensus est. Per retiaculum cadent in mortem,& præcipites corruẽt in infernum. Quõ autẽ iustorũ congregatio singulariter sit, donec transeat id qđ in fine psalmi dr̃, docet nos Christus dominus huius beatæ societatis caput,& princeps,cum suis ait Apostolis,Nõ uos me elegistis,sed ego uos elegi,& posui vos vt eatis & fructũ afferatis, & fructus uester maneat.Et infra. Si de mundo fuissetis, mundus qđ suum erat diligeret: qa uerò de mundo nõ estis, sed ego elegi uos de mundo, ꝑpea odit uos mundus.Ac rursum ad patrem loquens, ait,Ego pro eis rogo,nõ ꝓ mundo rogo,sed ꝓ his quos dedisti mihi,quia tui sunt. Ego dedi eis sermonem tuum,& mundus eos odio habuit, quia nõ sunt de mundo, sicut & ego nõ sum de mundo.Vides,quõ sunt singulariter sancti,donec trãseunt.Trãsitus aũt hic idẽ est,de quo apud Ioannẽ scribit. Ante diẽ festũ Paschæ, sciẽs Iesus qa uenit hora eius vt trãseat ex hoc mundo ad patrem,&c.transitus uidelicet per corporis mortẽ,à uita temporali ad æternã, ab exilio ad patriam,à ualle lachrymarũ ad paradisũ æterni gaudii, à corruptione ad incorruptionem,à mortalitate ad immortalitatem,deniq; à morte ad uitã sempiternã.De particula quoq; Donec, hic notãda sunt q̃ diximus ĩ uersum fm psalmi centesimi & noni.Nã post hunc transitum,tunc uel maxime singulariter erũt iusti sãquã oues separatæ ab hœdis,sicut dilecti pueri in cubili parentis segregati à maleficis uinctis in sempiterno carcere,deniq; sicut perpetuò beati, à ꝑpetuò miseris.Atq; ita quidẽ in persona totius Ecclesiæ siue totius congregationis iustorum exponitur hęc particula,quemadmodum in psalmo illa ur̃ loqui. Si autẽ in hoc uersiculo accipere uoluerimus ipsum caput nostrum,in sua tm̃ persona loquens & orationem corporis finiẽs,admodum suauem habebit hæc clausula intelligentiam,nimirum hanc, O cœlestis pater,ego filius tuus, totius caput Ecclesiæ (quæ hactenus ad te clamaui) sum quasi singularis, quasi solitarius, & unicus tuus filius, donec ex hoc mundo ad te trãseam,donec ad te redeã unde egressus fueram. Tunc enim nequaquam singularis,ero nõ amplius solitarius,nõ ultra unicus filius tuus, sed ascendens in altum, captiuam ducam captiuitatem, multos filios tibi adducam in salutem & gloriam:eroque extunc quasi primogenitus in multis fratribus, qui ante fueram quasi solitarius.

Margin (right column): Ioan.15. / Ioan.17. / Ioan.13. / Matt.25. / Ps. 140. / Ephe. 4.

## CXLI. PSALMI ARGVMENTVM.

*EX titulo palam est, Dauid prophetā Psalmū istū, post consummatā Saulis aduersus se irā, in fuga cecinisse, suā miseriā, & aīę angustiam partim ex grauissima aduersantium persecutione, partim ex amicorum omnium atque notorū derelictione, domino commendando, atq; ab eo (postquā humanitus nullū erat) supernū pascēdo auxiliū. Veruntamē quia Dauid figura erat Christi, totus iste Psalmus commodè admodum Christo domino peculiariter aptari pōt. Ipse.n.ī grauissima persecutione Iudęorum positus, ita ut oībus amicis notis, Apostolis, atq; discipulis derelinqueretur, ad patrē clamauit, ab ipso salutē deposcēs, in cuius ēt man⁹ spūm suū moriens cōmēdauit, à quo orauit de carcere īferni saluari, & à corpore mortis expediri, ad satisfaciēdū expectationi insitorū, qui ante eius resurrectionē ī suā quā expectabāt retributionē ptingere, absq; illo nō poterāt. Iterū aūt sicut psalmus iste Christo dn̄o peculiariter aptari pōt, ita cuilibet fideli (qui membrū est eius) formā p̄bet ad Deū orādi in afflictionibus & psecutionibus, cū humanū sibi uel deesse, uel sufficiēs nō adesse conspexerit auxilium. Nos Elucidationē ita moderati sumus, ut facile, siue Christo capiti, siue fidelibus mēbris eius, ab attento aīo ęque ualeat aptari.*

## CXLI. PSALMI ELVCIDATIO.

*OCE mea ad dominū clamaui, uoce mea ad dominum deprecatus sum:*
Vocem orationis meę ad dominū leuaui, & ex cordis affectu ad illum direxi clamorem deprecationis meæ, qui solus ab omni malo & periculo me possit saluum facere.

G

2 *Effundo in cōspectu eius orationem meā*
Ante conspectum eius penitus mihiipsi diffidens effundo, ueluti ex pleno affectu cū syncera fiducia orationem meā:
* *& tribulationē meā ante ipsum pronūcio.*
tribulationē omnem quam patior, siue corporis siue animi, manifestā facio ante p̄ntiā illi⁹ et illi angustias meas oēs p pono, utpote quē scio mihi de tribulatione & posse & uelle dare auxilium.

H

3 *In deficiendo ex me spiritum meū, & tu cognouisti semitas meas.*
Cum deficeret in me spiritus meus; & p̄ nimia angustia uix ultra intra me posset contineri, cogereturq; uelut excedere è corpore, ego sp ad te clamabā, & tribulationē oēm tibi aperiebā, neq;.n.alius est cui rectius mea oia possim, aut debeā cōmittere, qñqdē tu cognouisti oēs vias meas, quibus ambulaui corā te corde pfecto & bona uoluntate, & omnis rō uitę meę nulli melius est q̄ tibi cognita.
4 *In uia hac qua ambulabam, absconderunt laqueum mihi.*
Iuxta uiā istā ueritatis atq; iustitiæ p quā ambulaui, insidias posuerunt mihi aduersarii mei, cupiētes me in mortē siue aiæ siue corporis p̄cipitare, pp iustitiā quam tenui, ad mortem usq; me persequentes.
5 *Considerabam ad dexteram & uidebam:*
Istis aūt sic insidiātibus, aspiciebā ex oī parte si ex hoībus nullū mihi adueniret adiutoriū, & attendebā si nemo adesset à dextris paratus ferre auxiliū mihi inimicorū īsidiis circūdato, & diligēter attēdebam, ad modum eius qui ardenter expectat liberatorem:
* *non erat qui cognosceret me.*
uerū neminē oīno conspexi, neminē inueni, ex oībus notis, cognatis & amicis, q me agnosceret: sic ut pro mea liberatione quicquā auderet agere, aut ferre tribulato auxiliū, imò qui erant noti & proximi mei, sibi timētes fugerunt à me, relinquerunt me, atq; etiam abnegauerunt.
6 *Periit fuga à me:*
Quod si meipsum fuga saluare uoluissē, non erat quò, aut ad quē confugerem, ubi ab hostibus meis saluari possem;
* *& non est qui requirat animam meam:*
oēs me relinquerunt, neq; est ex notis & ami.

& amicis quisquã, qui animã meam requirat ad saluandum eã, cui cordi sit saluare uitam meã, sed in manibus hostium absq; ulla requisitione me dimiserunt, neque pro mea innocentia pp timorem humanum, vel loqui uel agere sunt ausi.

7 *Clamaui ad te domine:*

Cũ ergo uiderem apud homines nusquã mihi esse auxilium nullã esse spem liberationis meæ ab hominibus, leuaui ad te domine uocem meam deprecatoriam.

* *dixi: tu es spes mea:*

tibiq; dixi in cõfessione orationis meę, Spes mea in te omnis est, utpote quem scio & potentissimum ut ualeas, & optimum ut uelis salutem dare animæ meæ:

* *portio mea in terra uiuentium.*

tu quoque pars es & hæreditas mea omnis, quam expecto possidere, & qua spero frui in cœlesti illa patria semper ac beatè uiuentium.

8 *Intende ad deprecationem meam:*

Proinde, obsecro te, ô spes & hæreditas mea, ut intentum te exhibeas ad orationem meam, qua te deprecor pro salute mea exaudiasque deprecantem;

* *quia humiliatus sum nimis.*

quoniam afflixerunt & angustiauerunt me ualde inimici mei, ita ut ex mea uirtute, nisi tu adiuues, non uideam quomodo illorum manus effugiam.

9 *Libera me à persequentibus me:*

Tu me libera, qui solus potes, ab iis qui me ad mortem usque insanabili odio persequuntur.

* *quia confortati sunt super me.*

iam enim tempus est ut festines, quoniã ualde inualuerunt in me, & sæuierunt cõtra me; & penè præualuisse uidentur mihi: libera (inquam) ut in manibus illorũ non pereat anima mea, sed in manibus tuis custodita saluetur.

10 *Educ de custodia animam meam, ad cõfitendum nomini tuo:*

Educ domine, ad laudem & confessionẽ nominis tui, animam meam de custodia & obsidione qua me obsident inimici mei, perdere quærentes eam, ut saluã educas liberatione tua;

Item & de custodia siue carcere inferni & mortis libera animam meam, ne per fraudes atque insidias aduersantium unquam illuc ingrediar;

A Insuper & de custodia carnis huius mortalis, in qua ut in carcere multis pleno miseriis spiritus inhabitat, educas illum, cum tibi placitum fuerit. Inquieta est enim anima mea, donec ueniat ad te.

* *me expectant iusti, donec retribuas mihi.*

me expectant iusti omnes, q priores ad te ingressi sunt, cum expectatione & desiderio multo, donec à te accipiam retributionem fœlicitatis meę, uehementer cupientes impleri numerum fratrũ suorum, facturi festum magnum & gaudiũ super saluatione mea, q gaudiũ habent B etiã super peccatore pœnitentiã agente. Luc. 15.

## ANNOT IN PSAL. CXLI.

VEr. 1. Voce mea ad dñm clamaui. Pręmittitur huic psalmo titulus, Intellectus Dauid cum esset in spelunca, oratio. Qui titulus indicat extremam illã angustiã in qua erat Dauid cũ cogeretur in speluncis sese occultare, occasionẽ dedisse Dauidi, hunc psalmum per orationis modũ componendi. Non tñ ob hoc necesse est, totum psalmum peculiariter de illa angustia temporali profugi Dauidis exponi: quemadmodũ post psalmi ter C tii annotationes diximus: sed uerisimile est, præcipuam intelligentiam Christo accommodandam esse, ut de suæ passionis angustia ad patrem pro liberatione & resuscitatione clamanti. Tituli n. huiusmodi, non tam materiam, quàm occasionẽ psalmi plerunq; exprimũt, quẽadmodum in loco plenius, prolixiusq; per plura exempla deduximus. Optimè itaq; hic psalmus cõuenit Christo domino, de extrema illa angustia, in qua erat, cum iam esset traditus in manus hostium, cũ illũ uituli multi circundedissent, & tauri D pingues obsedissent, ad patrem totã suæ salutis anchoram exclamantem, illique suũ spũm lamentabiliter cõmẽdãtẽ. Quõ aũt in psalmo tertio diximus, qđ fm literam ad tẽporalẽ angustiã Dauidis in illa persequutione (cuius fit mentio in titulo) positi, posset ẽr referri, & sic de hoc dicẽdũ erit. Magis tñ utiliter ad vnũquẽque iustum passionibus Christi cõfiguratũ, in grauibus angustiis positum fm spiritualẽ expositionem accommodabitur. Et præcipuè ex hoc mundo abscendentibus Psl. 21.

 tibus

tibus in Dei gratia conueniet, quemadmodum sanctum hominem Dei, beatū Franciscū,in suprema uitæ hora,iamiam Deo redditurū oībus uirtutibus bene fragrantē spūm legimus,totū eū à capite ad calcē usq; perlegisse,atq; ita in uoce ultima dicentē: Educ de custodia aīam meā ad cōfitēdū nomini tuo, me expectāt iusti donec retribuas mihi beatā animam in patris sinū exhalasse.Applicādo itaq; Psalmū hunc Christo,principiū in cruce pendēti rectè competit. Illic enim uoce sua ad dominū clamauit,uoce sua ad patrē deprecatus est, effudit in cōspectu eius orōnem suā,& tribulationē suā annūciauit,deficiente ex eo spiritu suo:qn̄ (ut ex
Matt. 27 Euangelijs discimus ) in cruce pendens
Ibidem. exclamauit,Deus meus,Deus meus,quare me dereliquisti? Qn̄ tandem cum ela-
Hebr.5. more ualido exclamans.Pater in manus tuas cōmendo spiritum meum· beatā posuit aīam , qn̄ ( ut Apostolus ait ) preces supplicationesq; ad eum qui posset se saluum facere à morte cum clamore ualido & lachrymis obtulit.Atq; ita defectio illa spiritus ex ipso(de qua in uersu tertio) intelligitur emigratio animę à corpore. Defecit.n.in mortis articulo ex eo spiritus eius. Verùm si ad unum quēlibet de angustia corporali aut spirituali clamantē referamus intelligentiam , per defectionē illā,nō aliud quā grauis angustia & nimia anxietas accipietur.Iuxta.n.uulgatā loquendi consuetudinem,dicimus, in nobis uel ex nobis deficere spūm,aut à nobis abscedere, nos spū priuari, siue destitui eū in rē arduā,perplexam,aut penè disperatā inciderimus. unde spes nobis non uideatur emergendi.Atq; in hanc sententiam uertit Hier. Quum anxius fuerit in me spiritus meus:& Felix;Dum mœrore operietur in me spiritus meus , uel dū anxietate inuoluetur.Ver. 5. Respiciebā ad dexterā,& uidebā.Ex scripturarum cōsuetudine,à dextris esse dicimus,quasi
Psal. 15. ad auxiliū paratū assistere:ut ps. 15. Prouidebā dūm in conspectu meo semper ,
Ps.108. qm̄ à dextris est mihi, ne commouear. Et ps.108.Qui astitit à dexteris pauperis, ut saluam faceret à persequentibus aīam meam . Cum ergo hic dicit in angustia positus,se respexisse ad dexteram,significat ad auxilium se respexisse , an nullus ferret suppetias,uemo subueniret iniuste oppresso innocenti,an non alicunde ueniret sic uallato subsidiū.Et qd iterū addit,& uidebā,significat diligēter,& quasi cū obseruatione attendebā, quēadmodū solēt in graui metu positi anctissima obseruatione ad auxiliū aspicere an nō alicunde quicquā adueniat Quo tamē loquēdi mō nō intelligamus Christum anxiè quæsisse auxilium.An n putamus,qa non poterat ille rogare patrem,& dedisset ei plus quàm duodecim legiones an gelorum,siue in præsidium,siue in subsidium:Nō ergo ista dicit,quasi anxiè quęrens auxilium , & inuenire nō potens , sed ad significandum hoc loquēdi modo suam extremam derelictionē & destitutionem,qn̄ relicto eo(ut scriptum est in Euangelijs)oēs fugerūt,& nemo pro illo iā tradito, uel uerbo,uel opere quicquā auderet agere.Quidā sic exponunt,Considerabā ad dexterā,& uidebā,supplēteis, ad sinistrā,id est, ad oēm partem direxi aciē oculorū meorū,& nulla ex parte apparuit qui cognosceret me.Verū qd priori loco diximus, uidetur potius Quod aūt in uersu sequēti dr̄, Periit fuga à me, tātundē ualet atque,Nō patebat mihi effugiū,nō erat quò fugerē,nullus erat erectus effugiendi locus dū ita erā undiquaque circumcinctus hostibus, omni ex parte tētus atq; uallatus angustiis,ut nescirem quo me uerterē . A Christo uerò peculiariter fuga in passione periit,non quia nō potuisset effugere,sed quia iā hora uenerat & potestas teneb:arū,qn̄ à patre decretum fuerat,ut non effugeret, & qūo decretum fuit, ita & ille adimplere cuncta uoluit,quemadmodū in alio psalmo dr̄, Traditus sum & non egrediebar, uidelicet qm̄ nolebam egredi,eo ꝙ patris esset uoluntas,ut impleretur eorum, qui me obsederunt, malitia . Requirere quoque aīam longe aliter hic accipiat, quam in aliquot scripturæ locis significat quærere aīam.Aīam.n quærere, plerūq; significat quærere,ad perditionem, uel ad interitū:ueluti Exo.4. Mortui sūt oēs qui quærebāt aīam Moysi, id est, qui quærebāt interficere.Et.1.Reg.20.cōqueritur Saul de filio suo Ionatha,ꝙ quærat patris

Marginal notes (right column): Matt.26; Ibidem.; Lucæ 2.; Ps.87.; Exod.4.; 1.Re.20

Pſ.39. patris animam. Et in Pſal.39. Confun-
A dant,& reuereantur omnes,qui quærunt
animam meam,ut auferant eã. Et iterũ,
Pſ.62. ipſi uerò in uanũ quæſierunt aĩam meã.
Matth.2 Et apud Matthæum angelus Ioſeph allo
quit,dicẽs: Vade in terrã Iſrael;defuncti
ſunt q q̃rebãt aĩam pueri. Requirere au-
tẽ aĩam,hoc loco p contrariũ intelligit,
ad ſeruãdũ, q̃uo dr̃ paſtor ouem perditã
quærere ſiue requirere, ut perditã inue-
niat,ac ſeruet ne pereat. ¶ Ver.10 Educ
de cuſtodia aĩam meã. Cũ uerſum iſtũ
ut à Chr̃o prolatũ accipimus,intelligere
licet cuſtodiã ſiue carcerẽ mortalis cor-
B poris, uel cuſtodiã ſiue obſidionem ini-
micorum pſequentium,uel cuſtodiã ſiue
carcerẽ inferni aut lymbi. Primo mõ hic
eſt ſenſus:Educ pater cœleſtis aĩam meã
de corpore iſto pleno doloribus,& ago-
niæ grauiſſimæ finem impone, iube exi-
Pſ.15. re ſpũm meum,& ĩ manus tuas euolare,
Secundo mõ hic eſt ſenſus. Libera dñe
aĩam meã de iſta obſidione,qua obſidẽt
me diligentiſſime hoſtes mei,ut nõ in il
lorũ manibus me derelinquas,tanquam
unũ è mortuis ciciderunt gladio:ſed ter
tia die reſuſcitatum,fac illorũ manus eua
C dere. Tertio mõ hanc habes ſententiã: Li
bera dñe aĩam meã de cuſtodia lymbi,
ubi tãquã in carcere uincti cuſtodiunt,
& à glĩa detinent electi: nõ derelinquas
animã meã in inferno,ſed uiſitatis capti
uis,fac ẽt in corpus redire, & ad te una
cũ illo aſſumi in gloriã. Illud quoq; qd
adiungit:Ad confitendum nomini tuo,
expone, uel ego liberatus confitear no-
mini tuo,uel ut iuſti de mea liberatione
cõfiteant tuo nomini, Quãquã in idem
hęc duo cõueniunt,qm̃ qdẽ cõfeſſio fide
lium eadẽ & Chr̃i eſt atq; econtrario, q̃
Chr̃i,& membrorum eius ultima quoq;
clauſula pſalmi, Me expectãt iuſti donec
retribuas mihi:de Chriſto ſic exponitur.
O pater, feſtina me educere de corpore
mortis,de obſidione inimicorũ,de cuſto Hebr. 2.
dia inferni. Nã iuſti oẽs meã p̃ſtolantur
liberationẽ & ſalutẽ;utpote non potẽtes
ſine me conſũmari,me præſtolant,ut au
thorẽ & cãm ſalutis ſuę,abſq; quo diu ex
pectatã & multum deſideratã ſalutẽ non
poſſint cõſequi,& per quã ſciãt ſe illã ac-
cepturos, ſimulq; me cũ in beatã requiẽ
ingreſſuros ante cõſpectum tuũ. Me ex-
pectãt,donec mihi retribuas, qm̃ ſciunt
nõ prius ſe accepturos ſuã retributionẽ, Rom 9
niſi ubi ego meã accepero. Ego nanq; ut
primogenitus in multis fratribus,ut pri Apoc. 1.
mogenitus mortuorum & primitiæ dor
mientiũ,primã debeo beatæ remuneratio
nis hr̃ditatẽ accipere, ac deinde p me ut 1.Co.15.
primogenitũ & cõſubſtãtialẽ,illi ut ado-
ptiui, nã ſinguli ſũt accepturi gloriã. Si
uerò ad fidelẽ quẽq; pſalm⁹ applicet,ha-
bes ĩ Elucidatione multiplicẽ ĩtelligẽtiã.

## CXLII. PSALMI ARGVMENTVM.

*QVod hactenus in pſalmis illis, qui pœnitentiales nominantur, notauimus:idem in hoc quoque eius appellationis ſecundum ordinem nouiſſimo,quàm aperiſſime cernitur. A luctu enim graui incipit,& in ſecuro gaudio finit, ut in illo manifeſtè uidere liceat,quod in alio pſalmo legimus:Quoniam ſecundum multitudinem dolorum,conſolationes Dei lætificãt animas iuſtorum: & quod Paulus Apoſtolus ait: Quoniam ſicut abundant paſſiones Chriſti in* Pſ.39.
*nobis,ſic & per Chriſtum abundat conſolatio noſtra. Itaque preſſus graui mole tentationũ* 2.Cor.1
*ſeruus Dei qui cupit retinere iuſtitiam,ad dominum clamat pro exauditione, quam ut impetret ſuæ iuſtitię parum fidens diſtrictum iuſtitiæ iudicium non audet ſuſcipere;conſcius infirmitatis & miſeriæ ſuę,ſed miſericordiam magis exoptat:quam ut obtineat, mala quæ ab inimicis patitur,ſollicite diligenterque commemorat & inſolitę miſerationis priſtinorum temporum opera mentis oculis intendit. Ex quorum conſideratione,uerſu ſexto,ſpem erigens, concepta fiducia,manus fidenter expandit, & celerem poſtulat ſuccurſum iamiam deficiens,priuſquam in perditionem deſcendat per peccati conſenſum,uocẽ miſerationis diuinæ audire mane ſe depoſcit,uiam quoque uitę ſibi monſtrari,& in omnibus quæ ſunt ſalutaria ſpiritu ductore regi atque deduci. In cuius auxilio pleniſſime fidens, uerſibus duobus ultimis quaſi ſecurus de uictoria & ſalute, omnes inimicos ſuos fugandos atque etiam perdendos audacter denuntiat.*

CXLII. PSALMI ELVCID.



*OMINE exaudi orationē meam, auribus percipe obsecrationem meam:*
Domine Deus, orationē quam fundo ante cōspectum tuū, benignus exaudi, & aures tuas, ut humanum aliquid loquar sic intendas deprecationi meæ, benignumque illi auditum præbe;

** in ueritate tua exaudi me, in tua iustitia.*
secundum ueritatem promissionum tuarum, secundum æquitatem iustitiæ tuæ exaudi me, tibi corde humili supplicantē. Exigit n. hoc tua ueritas & iustitiæ æquitas, ut iuxta promissum pœnitentiæ peccatori misericordiā nō deneges. Neque. n. iustitiæ est, neq; ueritatis tuæ, promissum denegare postulanti humiliter.

2 *Et non intres in iudicium cum seruo tuo:*
Neque uerò me, Deus piissime, adducere uelis in districtum tuum iudicium, ut secūdum districtionem seueræ iustitiæ tuæ mihi retribuas, sed ad thronum misericordiæ tuæ confugio, & misericorditer mecum agi cupio:

** quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens.*
Nam sm districtionem & seueritatē iustitiæ tuæ, seposita misericordia, uix quisquam uiuentiū super terram, iustus per oīa ante conspectum tuum comperietur, qui non ulla unquā macula peccati uel fuerit, uel sit coīquinatus. Neq; quisquā soli iustitiæ, non præsupposita misericordia, innitens, se poterit iustum comprobare ante districtum eiusmodi iudicium tuum. Quanto minus ego peccator miserabilis, qui multorum malorum mihi sū cōscius, tui audebo iudicij districtionem H prouocare, uel expectare?

3 *Quia persecutus est inimicus animam meam, humiliauit in terra uitam meam.*
Ecce n. persecuti sunt me ad mortem aduersarij, & perdere quæsierūt aīam meā, eā in mortē præcipitare quærentes, & reuera uitam animæ meæ ualde afflixerūt, depresserunt, & contriuerunt usq; in terram, in interitum penè & infernum.

4 *Collocauit me ī obscuris sicut mortuos seculi;*
Constituerunt me, & habitare fecerūt in obscuritatibus, tenebris & horroribus in E ternis, tentationum multitudine & grauitate conscientiā uelut obtenebrantes, & spūs lumen obnubilantes, ad eū modum quo peccatores huius mūdi, qui in pfectis & ppetuis degūt obscuritatibus; Vel sicut eos qui olim mortui sunt qui iam in tenebris degunt;
uel sicut eos q in hoc mūdo morti addicti sunt, quos tenebrosi seruant carceres;

** & anxiatus est super me spiritus meus, in me turbatum est cor meum*
spiritus autem meus intra me factus est timore anxius, sibi metuens, ne forte obscuritatibus F eiusmodi inuolutus pereat in mortem, & huiusmodi metu turbata sit intra me anima mea.

5 *Memor fui dierum antiquorum, meditatus sum in omnibus operibus tuis:*
Cum uerò ita me conturbarent cogitationes meæ, non desperabā tamen, sed in memoriam reduxi sęcula præterita, quæ ab initio mundi fluxerunt, & considerani diligenter ad omnia opera tua, quæ fecisti in temporibus & generationibus præteritis, quomodo semper humilibus & pœnitentibus propitius miserator, impiis uerò seuerus ultor extiteris;

G ** & in factis manuum tuarum meditabar.*
& in iis quæ fecerunt manus tuæ, quæ tu fecisti in omnipotentia tua, diligentem apposui considerationem.

6 *Expandi manus meas ad te:*
Ex his uerò spe misericordiæ tuæ & liberationis meę cōcepta, expādere cępi fiducialiter brachia ad te Deū meū, q me possis a morte & ab oī malo facere saluum;

** anima mea sicut terra sine aqua tibi.*
anima mea tibi est, ad te sitit, te desiderat, & modo quodam præ ariditate tibi est apert-, [illegible] quis gratię & cōsolationis tuę per cupiens humectari atq; refocillari, quō terra arida & sicca, non habens aquæ humorem prę siti & ariditate fissa, aperitur, sititq; & anhelat ad pluuiæ irrigationem ut potetur & humectetur ab ea.

7 *Velociter exaudi me domine:*
Festina domine ad seruum tuum, ne tardes amplius; sed exaudi me quantocyus, & uelociter pręsta auxilium;

** defecit spiritus meus.*
Iam enim ī proximo est, ut deficiat spiritus meus, longa & graui nimiū inimicorum

sū prauitate confractus, nisi præsentissimum adsit tuū mihi auxiliū, nec uideo quemadmodum ex meipso ultrà ualeãt tantæ malitiæ resistere, cum penè nihil remanserit in me uirium.

A

8 *Non auertas faciem tuam à me;*
Nequaquam ultra differas ad me cõuertere benignum aspectum tuum, neque exaudire distuleris orationem meam;

* *& similis ero descendentibus in lacum.*
alioqui etiã si uel modicum adhuc auerteris aspectum tuum, iam similis ero ijs q in lacũ mortis & inferni demersi sũt, & unus ero de numero illorum, eritque cum illis portio & mansio mea.

B

9 *Auditā fac mihi mane misericordiā tuā,*
Mane diluculo, in serenitate & tranquillitate interiori, per tuum aduētum in anima mea immissā, te post noctem tribulationis exoriente ad uisitationem & cõsolationem in spiritu meo; atq; etiam matutino tempore, cum ad te attentius orauero, tunc quæso fac me audire uocem miserationis, fac ut me audiatur uox tuç consolationis, fac ut sentiam intra me dulcorem aduenientis misericordiæ tuç;

* *quia in te speraui.*
Ecce enim spem meam omnem & fiduciam plenam in te reposui.

10 *Notam fac mihi uiam in qua ambulem;*
Demonstra mihi uiam bonam, per quā ambulare debeam coram te, ut placeam tibi, & instrue me, ac dirige per uiam prçceptorum tuorum;

* *quia ad te leuaui animam meam.*
quoniam ad te Deus leuaui pauperculā & cæcutientem aīam meā, ut à te lumen accipiat & eruditionē, atq; ducatū bonū.

11 *Eripe me de inimicis meis.*
Libera me domine ab aduersariis & persecutoribus meis, qui malum quærunt animæ meæ, ut preualeant mihi;

D

* *domine ad te confugi, doce me facere uoluntatem tuam.*
tu es ô domine tutissimum meū refugiū, ad quem in omnibus obuenientibus mihi periculis fiducialiter confugio, tāquā ad patrem, dominum, & patronum meū, & à quo securitatem semper expecto; proinde tu me doce interno tuo magisterio, & spiritus tui illuminatione salutari, obseruare præcepta tua, & in omnibus tuæ sanctissimæ uolūtati fieri obedientē;

* *quia Deus meus es tu.*
tu enim es dominus meus & Deus meus, cui me parere in omnibus æquissimum est, quiq; solus me potes de omnibus quç ueritati sunt edocere.

12 *Spūs bonus deducet me ī terrā rectā.*
Sanctus tuus spiritus, q est ipsa essentialis bonitas, à quo omnis bonitas in omnibus per communicationem procedit, ac deriuatur, ipse mihi dux erit (uti postulo & confido) præstabitque ducatum, lumine gratiæ suç & directione sua sancta per uiā rectam & bonā, per uiam præceptorum tuorum;

* *propter nomen tuum domine uiuificabis me, in æquitate tua.*
propter gloriam magni nominis tui, & propter temetipsum, non propter mea Deus merita, uiuifico spiritu tuo uitam dabis animæ meæ, & in ea uita in finem usq; seruabis, pp iustitiā & fidelitatē tuā.

13 *Educes de tribulatione animam meam.*
Liberā ac saluam facies animam meā de omnibus tribulationibus, & angustiis suis, quibus premitur ab aduersantibus.

C

* *& ī misericordia disperdes oēs inimicos meos.*
& propter misericordiam tuam, cum tibi placuerit oculis tuæ misericordiæ meam afflictionem respicere, disperdes, dissipabis, fugabisque omnes qui mihi quærebant mala.

14 *Et perdes omnes q tribulant aīam meā.*
Et in perditionē atq; damnationem mittes, per seuerā ultionē iustitiç tuç, oēs qui tunc tribulant & affligunt spiritū meū;

* *quoniam seruus tuus ego sum.*
quoniam seruus tuus ego sum, bona uoluntate tibi desiderans seruire, & tu uicissim meus es dominus, qui me seruum tuum & nunc in tempore consolationibus destitui tui non patieris, & in uenturo sæculo unā cum omnibus sanctis tuis plena satietate lætificabis in sçcula sæculorum Amen.

## ANNOT. IN PSAL. CXLII.

Versu 4. *Sicut mortuos sæculi.* Per mortuos sçculi possūt intelligi peccatores huius mundi, iuxta quod in Elucidatione expressimus. Aut intelligi pñt mortui, à sæculo, qui olim in pteritis generationibus quasi à sæculo & mūdi ini

tio sũt mortui, quorũ nõ est ulla amplius memoria. Et huic sensui cõsonat beati Hieronymi ex Hebræo uersio, q̃ hēt mortuos antiquos, id est, olim mortuos. Aut p sæculũ intelligat̃ infœlix illud dãnatorũ habitaculũ locus inferni in quo oẽs q mortui sunt, ad uitam nõ resurgẽt amplius. Vel mortuos sæculi accipe eos qui fm iudiciũ huius mũdi condẽnati in obscuris locis seruant̃ ad mortẽ. ¶ Ver. octauo. Et assimilabor descẽdẽtibus in lacũ. Noua uī eloquutio, & noua admodũ cõiunctionis copulatiuæ acceptio, cum ita dr̃. Nõ auertas faciẽ tuã à me, & similis ero descẽdẽtibus in lacũ Ad intelligẽ tã enim & sermonis clari atẽ aptius dicendũ uideret̃, Alioquin similis ero: aut ita, Si n auertas adhuc faciẽ tuã à me, similis ero descendentibus in lacũ Et ad hãc sẽtentiã accipi debet pposita enunciatio. Similis acceptio cõiunctionis, &, inuenitur Ps. 27. cũ uersu primo dr̃: Ad te dñe clamabo, Deus meus ne sileas à me, nequando taceas à me, & assimilabor descẽdentibus in lacum. Aliquando uerò eadem coniunctio pro causali ponitur, ut Psalm. 59 Da nobis auxilium de tribulatione, & uana salus hominis, hoc est, quia uana salus hominis, quo ferè modo etiam hic potest accipi, in hunc sensum: Non auertas faciem, &c. nam si adhuc auerterit, assimilabor ego uel, sine te ego assimilabor, &c. ¶ Ver. nono. Auditam fac mihi mane misericordiam tuã, id est, fac ut à me audiatur; fac me audire, fac me percipere, ac persentire intra me misericordiam tuam. Et potest auditus accipi specialiter, sed spiritualiter, ut postulet hõ afflictus uocẽ Diuinæ consolationis & miserationis Dei interius loquẽtis, auribus spũalibus exaudire, iuxta illud Audiã q loquat̃ i me dñs Deus, qm loquetur pacẽ in plebẽ suã Postulat. n. ut dicat̃ sibi a dño, Dimissa sunt tibi peccata tua. Vade in pace, Fides tua te saluam fecit, Dimissus es ab infirmitate tua Fiat tibi sicut petisti, & alia huiusmodi Diuinæ cõsolationis uerba, quæ sicut olim in carne loquutus legit̃ Chr̃s dñs, peccatorũ dimissor, & infirmitatũ curator, ita ẽt nũc in cordibus pœnitentiũ & humiliũ loquit̃ p singulos dies. Aut gñaliter accipi poterit audire, p pcipere uel cognoscere, uel intelligere, queadmodũ freqũter, & uidere solet accipi, sicq; postulat afflictus cognoscere, sẽtire, experiri, & percipere Dei misericordiam, quã omnibus rebus anteponit. ¶ Ver. 12 Spiritus tuus bonus deducet me in terrã. Per terram rectam faciliori intelligentia accipe uiã rectam & bonam eo q super terrã sit uia quam calc t & ambulat hõ. Vnde Psalterium Romanum pro terra recta habet uiam rectã. Tametsi posset & ad Ecclesiam sanctam potissimũ triumphantem, congruè referri, quæ est, propter æternitatis stabilitatem, recta uerò propter perfectam iustitiam, quoniam nihil est ĩ ea coinquinatum, curuum, aut tortuosum, sed omnia in rectitudine sunt stabilita.

E Ps. 55.
F
G
Apo 21

## CXLIII. PSALMI ARGVMENTVM.

*Psalmum hunc Dauid composuisse uidetur recogitans plurimas sibi a domino Deo concessas uictorias Et licet ex titulo utcunque uideri possit, compositum esse ante tempus regni ipsius Dauid, eò quòd inscriptionem habeat aduersus Goliath, magis tamen apparet ex psalmi uerbis, tempore Regni fuisse decantatum in rememorationem priorum uictoriarum, inter quas quia omnia prima, atque adeo præcipua fuisset gigantis illius Goliath prostratio, idcirco non immerito titulum ab ipso sortitur particularem, cum tamen simul contra omnes aduersarios dirigatur Itaque statim in ipso psalmi initio Diuino numeri non sibijpsi ascribit omnem uictoriam eumq; susceptorem, protectorem, & saluatorem agnoscit, per quem populos sibi agnoscit factos esse, fierique, & permanere subiectos. Vbi obiter Dei magnificentiam considerans, & hominis uilitatem admiratur tãtam Dei erga genus humanum dignationem: moxq; relicta admiratione, uersu sexto, orationem dirigit contra aduersarios suos, & de manibus alienigenarum, & hominum peccatorum postulat liberari, qui ad agendum malè exercitatam habẽt dexteram, pro gratiarum actione canticum nouum liberatori promittens. Postq; uersu 13. hominum peccatorum in hoc mundo prosperitatem, in qua plerunque*

*si. rere*

*florere conspiciuntur enarrat, primum in prolis fœcunditate, deinde in diuitiarum copia, & multitudine gregum, in ommmoda tranquillitate, & securitate, in qua degere videntur huius saculi potentes, in quibus mundus fœlicitatem sitam male iudicat: contra quos vltimo Psalmi hemistichio sententiam fidelissimam omnino, atque verissimam pronunciat, in Deo solo astruens sitam esse vera beatitudini, fœlicitatem.*

## CXLIII. PSALMI ELVCIDATIO.

ENEDICTVS *dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium et digitos meos ad bellum.* Sit benedictus, sit laudatus & glorificatus dñs Deus meus, qui me docet pugnare, & præliari aduersum hostes meos, qui mihi manus roborat & digitos aptat ad dimicādū aduersū illos, ad resistēdū iis q me quærunt interficere, dās mihi uirtutē & agilitatē vt me defendere naleā ab inimicis meis, eosq; in fugam uertere. Quo.n mō doceri solēt tyrunculi ad pliandū corporaliter, qūo uidelicet manib. gladiū siue hastā gestare, eisq; uti debeant, qūo item digitos debeant uersare, agiliterq; mouere, iuxta iactū aduersarii ferientis, sic p oīa exactissimè & sollicitè Deus suos pugnatores instituit, ut plia dñi, aduersum rā uisibiles q̄ inuisibiles hostes ualeāt pliari.

2 *Misericordia mea & refugium meum:* Ipse est à quo omnis mihi procedit miseratio, ipse meum est tutissimum refugiū ad quem in omnibus mihi obuenientibus periculis confugio, in quo, ut in arce munitissima securus semper existo:

* *susceptor meus & liberator meus.* ipse est defensor meus, qui me suscepit in defensionē contra oēs me oppugnantes, & liberator meus: de omnibus periculis saluum me facturus in uitā æternā.

3 *Protector meus & in ipso speraui:* Protector meus est, & ī ipso salutis meæ summam, spemq; omnem constitui:

* *qui subdit populum meum sub me.* ipse est qui sua diuina mihi assistenti virtute, populos subiicit ditioni meæ cuius virtute barbaras subigo nationes p circuitum.

4 *Domine quid est homo quia innotuisti ei?* Considerans uerò tam beneficam erga nos homines magnificētiam tuā, obstupesco Deus, & admirās optimo iure clamito. Magne Deus, quę est humana natura, & qd in uniuerso hoīum gñre est ob qd tam peculiari & familiari dignatione teipsum sic nobis exhibes? cur iā familiariter manifestas homini teipsū, & tātis illi beneficiis innotescere tibi cōplacuit?

B

* *aut filius hominis quia reputas eum?* & quid sumus nos filii hominum homines de hominibus, de mortalibus mortales geniti, caro de carne, puluis de puluere, q tam singulari dignatione tua tanti nos facias, tāq; dignanter teipsum exhibeas nobis mortalibus? Ps. 38. Psal. 102

5 *Homo uanitati similis factus est:* Ecce enim hō uanitati subiectus est atq; assimilatus, & quasi uanitas quædam est, omnis homo super terrā uiuens, qui ad modicum quidem apparet, mox autē abscedit, & in puluerem redit, quasi flos agri perinde ac si non fuerit:

C

* *dies sicut umbra prætereunt.* dies temporis & anni durationis uitæ ipsius breues sunt, & pauci admodum, & cito nimis pertranseunt: ad eum modum quo umbra pertransit, nullam habēs durationis subsistentiam, q̄ postqnam ablata fuerit, sic est quasi nulqnam fuerit.

6 *Domine inclina cælos tuos & descende:* Sed desino mirari & admirationis huius abyssum relinquēs, ad solitum tuum deposcendum auxilium animi intentionē cōuerto. Tu dñe qui cœli es inhabitator, soli a tua miseratione descēde de sublimi solio, ut uenias mihi in auxilium, & mō quodā cœlos tuos sic inclina, ut ad me descēdas, in terris aduersū inimicos dimicantē, mecumq; plieris contra illos;

D

* *tange montes & fumigabunt.* & veni in terrore tuo contra inimicos meos, montes contingens in ira tua, ad ostensionem terribilis præsen iæ tuæ: & montes ipsi, te iubente, ad manifestandū præ-

præsentiam iræ tuæ, uelut ignes ardêtes fumum dabunt; Itê superbos sæculi principes, qui se ueluti montes eleuant super ppl'm tâge per ultionem iustititiæ tuæ; & ipsi præ ira, furore, & insania, ueluti fumum spirabunt, & quasi ignem uomêt.

7 *Fulgura coruscationem, & dissipabis eos:* Fulmina fulmina tua, id est, fulminãdo emitte fulmina siue fulgura tua, ad ostẽsionem terribilis præsentiæ tuæ: & ipsi cum conspexerint te pro me desuper pugnantem, in fugam uertentur confusi, & huc illucque diffugient;

* *emitte sagittas tuas, & conturbabis eos.* cum fulmina illa tua quasi sagittas terribiliter emiseris, cõturbabunť uehemẽtissimè, & dissoluenť corda eorũ ꝑ timore.

8 *Emitte manum tuam de alto:* Extende manũ tuã de excelso cœlorum habitaculo in quo inhabitas, & brachiũ omnipotẽtiæ tuę fac manifestũ in terra:

* *eripe & libera me de aquis multis:* eripe me de populis multis & multitudine aduersantium, qui in modũ aquarum magnarum & uehementiũ me quærunt opprimere, & suffocare animam meam: aut de multis & magnis periculis, in quibus innixus sum, & penè immersus;

* *& de manu filiorum alienorum.* de manu (inquam) & potestate alienigenarum, hominũ idololatrarũ, qui te nõ nouerunt, & nomen tuũ inuocare nesciebant, non tui, sed idolorum cultores, ꝑꝑ filij sunt alieni. De manu etiam prauorum dæmonum & aliorum peruersorũ, qui omnes à te sunt alieni, me libera, ut non mihi unquam præualeant.

9 *Quorum os locutum est vanitatem:* Qui alieni filii per os suum loquuntur, quæ falsa sunt, quæ uana, quæ inutilia, quæ noxia, quæ ueritatis & uirtutis sunt loqui nescientes,

* *& dextera eorum dextera iniquitatis.* & dextera eorum nõ nisi ad iniquitatem potens est, & malitiam omnimodam perpetrandam. Sunt enim uiri fortes atque potentes ad faciendum male, impotẽtes autem ad bene agendum, & in summa, quicquid meditẽtur, siue ore, siue opere, ac multo magis etiam cogitatione, uanitas est atque malitia, propter quod eripi postulo de manibus illorum.

10 *Deus canticum nouum cantabo tibi;* Et cum tu mihi liberationem iuxta uotum præstiteris, ego tibi pro gratiarum actione, in cordis mei lætitia, canticum nouitatis & iucunditatis decantabo;

* *& in psalterio decachordo psallam tibi.* & psalmos canam tibi in psalterio decẽ chordarum, instrumento ad laudem & gratiarum actionem accõmodatissimo.

11 *Qui das salutem regibus:* Siquidem tu es cuius munere & auxilio uictoria & salus contingit, non solum in infimę sortis hominibus, uerumetiã potẽtissimis principibus terrę, & regibus, magis quàm ex armorum potẽtia. In manibus enim tuis salus est atq; uictoria, & cui uolueris das ea;

* *& qui redemisti David seruum tuum de gladio maligno.* tu es qui me Dauid seruum tuum redemisti de omnibus periculis, angustiis & necessitatibus meis, & in hanc usque horã saluum custodisti, specialiter ab illo pessimo & oĩbus agminibus Israel formidabili gladio Golię, atque etiam Saulis mihi diu molestissimo.

12 *Eripe me, & erue me de manu filiorum alienorum, quorum os loquutum est uanitatẽ, & dextera eorum, dextera iniquitatis.* Et quomodo hactenus semper me custodisti, ita precor ut ꝑpetuus fias mihi protector, ut de potestate hominũ prauorũ, qui à te sunt alieni, semper me saluum facias, neq; illos unquam dominari mihi aut præualere permittas; qui filii alieni nisi uana, falsa & praua loquuntur, estq; eorum dextera ad omne malum facilis & ualida, sicut ad omne bonum tarda & impotens; potentes sunt ad malè faciendum, bene autem facere nesciunt;

13 *Quorum filij sicut nouellæ plantationes in iuuentute sua.* Qui filii alieni, homines mũdani & peccatores, in omni temporali prosperitate abundantes atq; florentes, filios habẽt pulchros atq; decoros, in adolescentia sua crescentes, & augmentum tam quãtitatis quàm roboris continuũ sumentes, admodum nouellarum plantationum, tenellos atq; delicatos, & omnib. delitiis copiose pastos atque impinguatos.

14 *Filiæ eorum compositæ:*

Filias

Filias habent multo ornatu & habitu decenter compositas & coaptatas, corporisque proceritate & coloris uiuacitate atque omni externa pulchritudine uelut pictas, ita ut statuæ magis artificiosissime pictæ, quam homines naturali ter progenitæ uideri possint:

* *circumornatæ vt similitudo templi.*

& sup hæc, uariis monilibus, torquibus, annulis, zonis, aliisque pretiosis eiusmodi ornamétis ita sunt circumpositæ, ita sūt circundatæ, illis hincinde ex omni parte dependentibus, ut quasi templa uidere te putes, aut in templis statuas, quæ solent ad hunc modū preciosis donariis, & exquisita arte fabrefactis plurimū adornari.

15 *Promptuaria eorum plena:*

Neque uero prole tantū sunt fœcundi, uerumetiam diuitiis & omnibus temporariis rebus abundantes, arcas, celaria, penaria, & repositoria omnia, omnibus rebus necessariis plena habentes:

* *eructantia ex hoc in illud.*

tam utique copiose, ut diuersorum generum & cibos & potus & alia humanis vsibus necessaria, abunde & diuitet ualeāt subministrare, ut quasi de genere uno in aliud genus, de una specie in aliam, præ nimia plenitudine eructent, effundantque largiter,

16 *Oues eorum fœtosæ abundantes in gressibus suis:*

Oues suas habent admodum fœcundas, abundantes in partubus suis, & in multo numero parientes agniculos, unde augmentantur greges illorum:

* *boues eorum crassæ.*

boues habent pinguissimos, & uelut pinguedine onustos, siue ad faciendum opera crassos, fortes, atque robustos.

17 *Non est ruina maceriæ, neque transitus;*

Et cum tāta ipsi ubique cōmoda percipiāt, nihil vel minimū dāni patiunt, neque quicquam sētiūt aduersū, ita ut neque maceria illis corruat, neque quisquam illis uel maceriā circum agros aut vineas diruat ad faciendum sibi trāsitum per agrum, aut uineas eorum, eo quod reuereantur omnes potentiam & diuitias illorū, propter quod nec in minimo quisquam illis nocere audet:

* *neque clamor in plateis eorum.*

neque ulla uox mali rumoris aut ullius tumultuū audiuntur in plateis eorum, aut circū locum habitationis eorum, sed in summa degunt tranquillitate, securitate, & gloria, neque quisquam uel hiscere præsumit aduersum illos, neque nisi prospera audiunt & læta.

18 *Beatum dixerunt populum cui hæc sunt:*

Huiusmodi populum cui hæc sunt temporaria, dicunt sæculi homines (in quibus non est scientia Dei) beatum, & in his ipsi beatitudinem, summamque fœlicitatem constituunt, errantes, & in errorē mittentes:

* *beatus populus, cuius dominus Deus eius.*

uerūm nequaquā ita res habet, neque hac in parte ego cū illis sentio uerū, iuxta meā senētiā sm ueritatem, beatus est populus ille, qui est cultor dñi Dei sui, & cuius uicissim protector atque saluator est dominus, qui ipsum agnoscit & habet Deum suum, qui illum colit & qui illū habet adiutorem ac protectorem suum. — 1. Tim. 3

ANNOT. IN PSAL. CXLIII.

VErsu 3. Qui subdit populum meum sub me. Quidam libri habēt subdis, sed cōmodior est psona tertia, & magis cū præcedentibus cōuenit, atque ita habēt exēplaria emendatiora, Qui subdit populum meum sub me. Ideo autem Dauid asserit dñm sibi subdere populū suū, qa ex ipsius uoluntate, electione, & uirtute, regnū obtinuerat super Israel & Iuda, & super plurimas p circuitū nationes. Generaliter ēt intelligi pōt hoc de oībus regibus, quatenus per ipsum (ut à Sapiente dr) reges regnant, quatenus ipse rex primus est à quo omne regnum & omnis potestas, quemadmodū Paulus ait, Non est potestas nisi a Deo. Quæ autē sunt, à Deo, ordinatæ sunt. Itaque sic generaliter loquendo, uerū est, Deum omnem populum suo principi subdere. Est tamē indubitatū, speciale aliquid uoluisse Dauidē. Agnoscens.n. paruitatē suam & progeniē humilē agnoscebat impossibile, hoc esse, ut sua aut suorum uirtute ad tā gloriosum regii culminis fastigium conscēdisset, nisi singulari Dei electione atque promotione eo fuisset benedictus, quo secūdi libri Regū capite 7. post susceptū regnum stabile, legimus eum in cordis humilitate protestātem, quando post auditos — Prou. 8. — Rom. 13

ditos sermones Nathan,ingressus est, & E
sedit corā domino, dixitque, Quis ego
sum dñe Deus, & quę domus mea, quia
adduxisti me hucusque? Sed & hoc parū
uisum est in conspectu tuo,dñe Deus,ni-
si loquereris ēt de domo serui tui in lon
ginquum. Si cui uerò hunc Psalmū spi-
ritualiter pronunciare coram Deo libue
rit pro uictoriis sibi frequēter de imma-
ni Goliath,(idest,aduersario diabolo,mū
do ēt & propria carne)reportatis ex Dei
auxilio poterit ille populum hunc intel
ligere cogitationes oēs & affectiones,&
& uniuersas operationes,quæ multæ ual F
de sūt in homine,& sunt quasi populus,
& quoddā uulgus ex sese tumultuosum
atque seditiosum, plerunque murmure
& rebellione, quem sanè populum, nisi
auxiliante grā Dei nunquā tibi subdere
poteris. Nam hic erat populus ille quē
ēt uas electionis expauescebat,cum uelut
territus nimio eius impetu,exclamaret,
Infœlix ego homo,quis me liberabit de
corpore mortis huius?quasi dicat.O me
Rom.7. miserum, & quantum me infœlicem,
nisi aduersus seditiosam turbam,quæ in-
tra meam hanc carnē inhabitat,cōtingat G
mihi auxilium,Cū uero e uestigio subiū-
git, Gratia Dei per Iesum Christum do-
minum nrūm, quid hoc est aliud, q̄ tu
meum populum subdes sub me, tuæ grāæ
auxilio tumultuosam hanc turbam com
pescere, & subigere ualebo? Impii uerò
q Dei nesciunt auxilium, uel qui in suis
propriis fidunt uiribus, hunc populum
nunquā sibi habebūt subditū, Est.n.hoc
inter iustos & impios discrimen, φ bo-
ni hunc populum sibi habent subiectū,
φ suis dominantur passionibus, & affe-
ctibus prauis imperat,eos sub rōnis con H
stringentes imperio, in malis uerò ecō-
trario,populus iste dominatur, sibiq; sce
ptrum usurpat, rectam Dei institutionē
& naturæ ordinē peruertēs ¶ Ver.5. Ho
Ps.38. mo uanitati similis fact' est. In alio psal
mo dr̄ non solum φ uanitati sit assimila
tus,uerum φ ipsa sit uanitas, imo uani-
tas uniuersa.Verumtn̄ (inquit) uniuersa
uanitas,omnis homo uiuens,qd q̄uo in-
telligendum sit,suo loco plenius declara
tum est. De inclinatione autem cœlorū,
quæ in sexto uersu ponitur,mentio etiā

fit psalmo 17.ubi hoc ut præteritum enū Ps.17.
ciatur,qd hic p modum deprecatorium
postulatur.Inclinauit(inquit)cęlos,& de
scendit & caligo sub pedibus eius. Rur-
sum de montium contactu & fumigatio
ne,Ps 103 dr̄,qui respicit terram, & facit
eam tremere,qui tangit montes & fumi
gant. Quę iterum sequuntur,uersibus se-
ptimo & octauo,per modum deprecato-
rium,eodem psalmo supracitato 17. per
modum indicatiuum,ut pręterita enun- Ibidem.
ciantur,his uerbis, Misit sagittas suas,&
dissipauit eos; fulgura multiplicauit,&
cōturbauit eos. Misit de summo & acce-
pit me, & assumpsit me de aquis multis,
& eripuit me de inimicis meis fortissi-
mis &c.¶ Ver.9. Dextera eorum dextera
iniquitatis.Per dexteram,solet in scriptu
ris nō raro significari uirtus siue potētia
ad agendum vel operādum aliqd. Vn̄ in Ps.117.
psalmis frequēter dextera domini & bra
chium dñi,p uirtute Dei ponit̄, ut Dex- Ps.43.
tera dñi fecit uirtutem, dextera domini
exaltauit me.Et iterū,Nō.n.in arcu meo
sperabo, & gladius meus non saluabit
me,sed dextera tua & brachium tuum.
Ac rursum, In brachio uirtutis tuæ dis-
persisti inimicos tuos. Sic & impiorum
dextera uel brachium intelligitur ipsa
eorum piās,potentia,& uirtus,siue per se
siue per suos,qd uoluerint operādi. Vn-
de in ps.9.orat iustus conteri brachium
peccatoris & maligni. Habēt ergo & im Ps.9.
pii dexteram,non sunt absq; brachio im
pii,& non raro pręualidum uidetur bra-
chium illorum; sed dextera iniquitatis
est, non dextera iustitiæ,qm̄ totam suam
potestatem atq; fortitudinem impendūt
iniustitiæ. Iustorum autem dextera est,
dextera æquitatis & iustitię,quoniā in ea
iustitię seruiunt ad defensionem bonorū,
uindictā autem malorum.¶ Ver.12.& 13. Rom.13
De gladio maligno eripe me,& crue me
de manu filiorum alienorum,&c. Secun
dum hanc distinctionem uulgo legimus
iuxta usum Gallicani psalterii,ut particu
la illa, Eripe me, iungatur cum præce-
dēti,De gladio maligno. Verum multo
uideret̄ distinctio aptior, si in caput uer
sus sequentis reiungeretur: illud autē de
gladio maligno,connecteretur statim p̄-
cedentibus,hoc modo, Qui das salutem
regibus

regibus, qui redemisti Dauid seruũ tuum de gladio maligno, ac deide diuisim, Eripe me, & erue me de manu filiorum alienorũ, &c. quam distinctionem habet Psalteriũ Romanũ, habent hĩc manifestissimè Græca, Hebręa, atq; Chaldæa exemplaria. Insuper & sensus est multò conuenientior. Illud aũt, gladiũ malignũ, cuius specialiter facit mentionẽ, intellige gladiũ Saulis, qui illi insigniter fuit molestus, & nimiũ diu: uel gladiũ Golię, qui terribilis fuerat oĩbus agminib. Israel. Cui manifestẽ fauet qđ habet Paraph. Chal. Liberasti Dauid seruũ tuũ à gladio prauo Goliæ. Propter qđ nos in Elucidatione distinctionẽ Psalterii Romani sequuti sumus, maximè cũ non in uocabulo ullo, sed in sola distinctione sit differẽtia. Neque rarò hoc occurrit, ut finis uersus pręcedẽtis debeat referri ad caput sequẽtis. ¶ Ver 13. Quorum filij sicut nouellę plãtationes. Nos hæc, & q̃ sequunt oĩa, exponimus de tpali fęlicitate & abundantia impiorum, qua illos suo occulto iudicio Deus patitur in hoc mundo gloriari, qbus nõ est spes futuræ salutis Alij tñ sanctis & iustis malũt applicare, eo φ non pauci iustorũ, non solũ in spũalibus, uerũetiã in tpalibus acceperint rerũ oĩum abundantiã, quẽadmodũ Abrahã, Isaac, & Iacob, & horũ cõplures similes, neque pauci eiusmodi inueniunt, ẽt sub tpe non uæ legis, q ĩ iustitia pseuerãtes, multis ẽt tpibus bonis à Deo donant. Prior ãt expositio, quã in Elucidatione ponimus, aptius quadrat Græcæ lectioni, & nr̃æ uulgatæ Latinæ, eo φ ubiq; sub tertia psona sermo fiat, quorũ filii, oues eorũ, filiæ eorũ, promptuaria eorũ, in plateis eorũ, & postremò, beatũ dixerũt populũ, q sane loquendi modus, satis indicat, nõ ad iustus q loquunt, sed ad impios de qbus iustos loquit, ptinere hæc oĩa, usq; ad ultimã psalmi clausulã, B. populus, &c. q̃ est uox iusti cõtradicẽtis impiorũ sentẽtię, Sic ecõtrariò lectio Hebręa magis fauere vr̃ posteriori expositioni, ut oĩa ad psonam referant iustorũ, eo φ in Hebræo oĩa dicantur sub prima persona, hoc modo, Filij nostri, filiæ nostræ, oues nostræ. In ultimo aũt uersu nõ est uerbũ tertiæ personæ dixerunt, sed tm̃ legitur, Beatus

A populus cui sic est, uel beatus populus eo ius talia sunt, ut deinde qđ sequitur, B. populus cuius est dominus Deus eius, nõ sit cõtradictio, sed quasi prioris cõplementũ. Nõ n. qui hęc habet, ideò beatus est, qa hęc hẽt, sed quia est dñs Deus eius, in hoc est ipsius solida fœlicitas. Et quidẽ manifestũ est, fm sentẽtiã beati Hieronymi, in sua uersione ex Hebræo, totam hanc Psalmi partẽ ad iustorũ fœlicitatẽ referri Sic n. hũc uersum cũ pcedẽtibus cõtinuat, Libera me, & erue me de manu filiorũ alienorũ, &c. ut sint filij nr̃i

B quasi plãtatio crescẽs in adolescẽtia sua, Filiæ nr̃ę, &c Similiter intelligere Chaldæũ Paraprasten ex adiectis aliquot uerbis fit manifestum Sic. n. hẽt, Quòd filij nostri sint sicut plantationes dactylorũ in doctrina legis nutriti à iuuentute sua, filiæ nr̃æ splendidæ & acceptæ sacerdotibus qui ministrãt in medio templi, qđ de filiis alienis nequaquã põt intelligi. Hoc tñ sciendũ est, φ nr̃a lectio & interpretatio conuenienter ex Hebræo accipi põt, neq; obstabit, qđ ita dr̃. filii nostri, filię nr̃æ, & c. sic tm̃ accipiamus uersus

C oẽs, usq; ad ultimũ, tanq̃ uerba probata, plata ab ipsis impiis. Nam in uersu pmissum est: Quorũ os loquutũ est uanitatẽ, ut si quęras, quã uanitatẽ? habeas hic ad oculũ uanissimũ sermonẽ sese de temporali sua fœlicitate iactantium, qđ quid uani⁹ põt dici, Tã. n. uanum est in hmõi gloriari, ac semetipsum iactitare, quàm est illorũ duratio momentanea, & minimè stabilis Et hac consideratione arbitror eos, qui ex Hebræo in Græcã uersionẽ fecerũt, ubiq; cõmutasse personã, p prima ponẽdo tertiã, ut ambiguitatẽ tollerẽt, & manifestũ facerent de temporali

D prosperitate impiorum, non aũt iustorũ debere oĩa intelligi. ¶ Ver. 16. Oues eorũ fętosę, abũdãtes in egressib. suis. Egressus nos sumus interpretati partus, ut oues esse abũdãtes in suis egressibus, sit eas fęcundas esse partubus, ut. s. uno quolibet partu multos effundant fętus, quo sic crescant greges. Nã hac uia maxime fit spẽi multiplicatio Quidã aũt putãt legẽdum, In egressibus suis, qđ si exponat, in itineribus, satis rectè consentit Hebręo, qđ habet in cõpitis uel in uicis nostris Similiter

nem, posteris uerò & filiis suis ad eruditionem & fidelem instructionem sibiinuicem quoque ad mutuam exhortationem & consolationem.

7 *Memoriam abundantię suauitatis tuę eructabunt:*

Ipsi tanquã pleni & uelut satiati tuę summæ bonitatis copiosissimis beneficijs, eloquentur quam senserunt abundantiã bonitatis atq; suauitatis tuæ, quam sensisse meminerunt, quamq; in se sunt optimè experti, quo sic & tibi dignas gratiarũ actiones persoluant, & itẽ proximos ad eiusdem desiderium accedant:

* *& iustitia tua exultabunt.*

& in iustitia, ueritate, atq; fidelitate tua, quam pstas seruis tuis magnifice lętabũtur & exultabunt, nõ frustrati spe & expectatione sua.

8 *Miserator & misericors dominus:*

Si requiris, quæ sit hæc abundantia bonitatis eius, quæque hæc sit erga seruos eius fidelitas, ecce dominus, Ipse est misericors natura, & misereri sciẽs, semperq; misericordiã præstare solitus ab initio;

* *patiens, & multum misericors.*

longanimis & patiens, non statim ostendens iram neq; exercens uindictam, sed patienter expectans peccatores, ut cõuertantur ad pœnitentiã, & sicut ad irã longus ac tardus est, ita est ecõuerso multũ misericors, ad miserẽdũ sẽp ppropitissim<sup></sup> quacunq; hora cõuertit se quis ab iniustitia sua, quantũuis ẽt fuerit illa magna.

9 *Suauis dominus uniuersis:*

Nequaquam morosus, durus intractabilis, aut difficilis est dñs, sed benignus est, bonus, dulcis, mitis, atq; suauis, neq; id quidem cum personarum acceptione, quibusdam tñ, aliis autẽ nõ, sed sine discreptione aut psonæ respectu, omnino erga oẽs qui requirunt bonitatem eius;

* *& miserationes eius super oĩa opera eius.*

& misericordia eius nõ particularis est, ut ad pauculos aliquot tãtùm se extẽdat, sed effundit tanquã generalissima & vniuersalissima super oĩa opera quæ fecit ipse. Est.n. terra plena misericordia eius, & miseretur oĩum quę fecit, estq; misericordia eius super oẽm carnem. Oĩa siquidẽ opera quæ fecit Deus, miserationes Dei suscipiunt, & ueluti in se persentiunt.

A 10 *Confiteãtur tibi domine omnia opera tua.* Pf. 32.

Proinde, cum nulla creatura expers sit miserationis tuæ, iustũ est ut ibi dent laudis cõfessionem omnia opera tua, id qd faciunt dum in suæ naturę subsistentia, tuam infinitam potentiam, sapientiam, atque bonitatem demonstrant; Sap. 11. Eccl. 18.

* *& sancti tui benedicant tibi.*

peculiariter uerò sãcti & fideles tui, quos per fidem & spiritũ tuum sanctificasti, debent laudẽ tibi & confessionẽ; utpote q nõ per substantiã suę naturæ, uerumetiã intellectu & affectu te laudare debẽt, atque etiam ore & opere siue uita cõfiteri.

B 11 *Gloriam regni tui dicent.*

Gloriam & magnificentiam regni, domini, atq; potestatis tuæ proloquent, quia nimirum iam gloriose regnas super omnia quæ in cœlo sunt, & in terris potestatẽ obtinens æternam, nõ utiq; ab aliquo cõmunicatã siue acceptam, sed à semetipso eam habens æternaliter, rex regum existens, & dominus dominantium:

* *& potentiam tuam loquentur.*

& potentiam uirtutis tuę admirabilem, cui nemo potest resistere, pronunciabũt. Apo. 19

C 12 *Vt notam faciant filiy hominum potentiam tuam, & gloriam magnificẽtię regni tui.*

Idque faciẽt ad instructionẽ & eruditionẽ posteriorũ suorũ, ut generationibus posterioribus sua confessione faciãt notam potentiã tuam, & magnificã illã gloriam regni tui, quemadmodum & ipsis est à te siue à suis maioribus, manifestata.

13 *Regnũ tuum regnũ omnium sæculorũ:*

Magne Deus, de tuo regno quid dicã? Ecce.n. regnum est nequaquã horariũ aut temporarium, sed sempiternũ, ac per oĩa semper sæcula ęternaliter duraturũ, neque temporis plenitudine aliquando defecturum, uel etiam imminuendum:

D * *& dominatio tua in omni generatione & generationem.*

& potentatus dominationis tuæ, quã dominaris super omnia, in omnibus generationibus sine fine perdurat in sẽpiternum, quę oĩa longẽ sunt regnis huius sæculi, quæ tẽporaria sunt, neque perdurãt nisi ad dies uel annos modicos, & subinde uel deseruntur omnino, uel transferũtur, atque mutantur. Regnum autẽ tuum, semper stabile manet, & indeficiens.

Fide-

feiet de ore meo in sempiternum:
*Et benedicat omnis caro nomini sancto eius in seculum & in seculum seculi.*
& hoc ipsum opto, ut oẽ qd uiuit, aut spiritũ uitæ hẽt super terram, itẽ sancto eius nomini confiteatur, & benedicat in æternum. Ita n̄ æquum est & iustum, optime Deus, ut creatura oĩs, potissimum autem ea in qua uitæ rationalis spiritũ posuisti, quã imaginẽ tuã creasti, tibi cõtinuo sit laude perenni & confessione sempiterna, in secula seculorum. Amen.

ANNOT. IN PSAL. CXLIIII.

Hic psalmus, quõ & 33. per alphabeticas literas est cõpositus, ita ut singulares aduersus in Hebræo s̃m ordinẽ literarũ Hebraicarũ a singulis literis icipiãt, primus uidelicet ab Aleph, secũdus à Beth, atq; ita deinceps, excepta sola litera, Nun, q̃ in Hebraico nullũ hẽt uersum quẽ inchoet. ¶ Ver. 4. Generatio & generatio laudabit opera tua. lã sępe diximus, hac repetitione dictionis eiusdem significari uniuersaliter, uel collectionẽ uniuersalitatis, ut sit sensus. Oĩs generatio laudabit opera tua sĩ & sæculũ & sæculi, p̄ æternitatis (in qua omnium seculorum duratio unita colligit) in scripturis ponit, uel in plurali, secula seculorũ. Sic apud Ezechielem dr̃, Hõ hõ ex filiis Israel, &c i. quicunq; ex filiis Israel. Ita qualis qualis, significat qualiscunque quãtus quantus, ualet quantuscunq, qs quis sonat quicuuq;. Sic frequenter, à p̄genie in progeniem, à generatione in generationem, significat in omnes generationes, per oẽs progenies: sic dicimus, de domo in domum, i. per omnes domos. Quidã uerò exponunt generatio, uel populus ueteris testamẽti, & generatio seu populus noui testamenti, laudabunt opa tua, sed melius accipitur uniuersalitas, ut significetur per oẽs g̃nationes laudãdus Deus. In sequenti aũt uersu, cum dr̃, Magnificentiã gloriæ sanctitatis tuæ loquentur in eo q̃ tria illa sic simul iungit, dicẽdo, Magnificentiã gloriæ sanctitatis, cum duo abũde potuissent sufficere, dicendo, Magnificentiam sanctitatis, uel gloriam sanctitatis, non aliud quam magna quædã exaggeratio ostenditur, & singularis

Ezec. 14.

Ps. 103

A tem ſ hrsis maiestatis Dei quàm cupit & conat, pro ut ualet utcunque exprimere. Fiet aũt oró clarior, si unum ti iũ illorũ abstractorũ uerterentur in concretũ, hoc pacto, Magnificã gloriã sanctitatis tuæ loquentur uel gloriosam magnificentiã sanctitatis tuæ quõ Beatus Hierony. in uersione ex Hebræo uersum septimum aliquanto reddidit clariorem per cõmutationem unius abstracti in concretum. Nam ubi nos legimus, Memoriam abundantię suauitatis tuæ eructabũt, ipse uertit, Memoriã multæ bonitatis tuæ
B loquentur. Sententia tñ eadẽ est. ¶ Versu 7. Memoriã abundantiæ suauitatis tuę eructabunt. Suauitas hic nõ accipiat, ut ad gustum referenda, sed pro benignitate sumitur. Nam in Græco, est χρηστότης qd significat benignitatẽ. Sic & in uersu nono, cũ dr̃, Suauis dñs uniuersis χρηστός, est Græco, i. benignus. Qua de re admonuimus & in annotationibus psalmi 33. ubi dr̃: Gustate & uidete q̃m suauis est dominus. Quod autem sequitur, & in iustitia tua exultabunt, eandem ur̃ habere sententiam, ac si per propositionem
C diceretur, Et in iustitia tua exultabũt, uel de iustitia, aut pro iustitia tua. Cui consonat quod uertit Hieron. Et iustitias tuas laudabunt. In eãdem quoq; sententiã. Felix, Et iustitiam tuam cantabunt, Vel sic & in iustitia tua exultabunt. Potest etiã aliter intelligi, Per iustitiam tuam exultabunt, id est, cum à te fuerint iustificati exultabunt per tuam iustitiam, qua scilicet tu illos iustificasti à peccatis eorũ. De iis autem quæ dicuntur in uersu sequenti, Deo attribuis, uidelicet quõ miserator sit, quõ misericors, & quomodo longanimis, in aliis pluribus psalmis
D iã ante prolixius ostensum est, speciali. et in psal. 102. Cum dicitur, Miserator & misericors dominus, longanimis, & multum misericors, non in perpetuum irascetur, &c. Et in psalmo. 110. ubi dicitur, Memoriã fecit mirabilium suorum misericors & miserator dominus ¶ Ver. 9. Miserationes eius supra opera omnia eius. Quidam istud interpretantur, Miserationes Dei superexcedunt omnia opera eius quoniam uidelicet super omnia opera eius emineant operationes

Psal. 33.

Psa. 102

Ps. 110

misericordiæ: quo apud Iacobum dicit, Superexaltat aūt misericordia iudicium: & sn id quod misereri peculiariter Deo quasi proprium quoddam solet attribui, iuxta quod oratione publica legitur in ecclesia, Deus cui proprium est misereri semper & parcere,&c. Quæ quidem expositio licet admodum piā habeat sententiā non, vt tñ proposi o conuenire Nem, super, hic non significat excellentiam vel supergressum. Quod enim hic dr, Miserationes oēs super oīa opera eius, nō aliud significat, quam ad omnia Dei opera miserationes eius pertingere. In quā snīam F vertit Hieronymus: Misericordiæ eius in E vniuersa opera eius: vbi manifestum est nullam indicari comparationem. Idipsum & ex Græca & ex Hebræa lectione facile cognoscitur. ¶ Versu 14. Fidelis dominus in omnibus verbis suis,&c. Versus iste hoc loco in Hebræo non habet, sed in sequentibus ponitur totus post versum decimum septimum, excepto q illic iustus ponitur loco fidelis. Quid autem in versu 17 sit aperire manum, diximus in psalmo 103. vbi eadem ponitur snīa. Omnia à te expectant vt des illis cibum in tempore. Dante te illis colligent: aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate. Ps. 103.

## CXLV PSALMI ARGVMENTVM.

*Qui nunc sequuntur psalmi ad finem vsque libri, numero sex & titulum eundem habent, & materiam penè eandem. Omnibus enim his titulis halleluia præfigitur, quod sonat, laudate Deum: & est laus Dei, omnium vna eademq; materia, tametsi diuersis rationibus & considerationibus sumpta. In hoc autem præsenti psalmo, seipsum fidelis ad laudem Dei excitat, & sperandum in eo, quod vanum sit in principibus, aut in quibuscunque filijs hominum salutis spem ponere, qui, velint, nolint, adueniente mortis tempore, hinc emigrare debent, resoluiq; in terræ puluerem, vnde formati sunt. In Deo autem spem ponere, multis rationibus & considerationibus beatum prædicat atque securum: tum quod potentissimus sit, nimirum creator cælestium atq; terrestrium, tum quòd fidelis sit in obseruatione verborum suorum, tum quòd erga afflictos atq; miseros plurimum sit misericors, index oppressorū pastor esurientium compeditorum liberator illuminator cæcorū, collapsorū erector, & amator iustorū, aduenatorum quoque, pupillorum & viduarum custos atque defensor, quem in æternum super populum electorum prædicat regnaturum.*

## CXLV. PSALMI ELVCIDATIO.

*LAVDA anima mea dominum:* Lauda dñm Deum tuum aīa mea, quæ tanta ab illo percepisti, & in creatione & in redemptione, beneficia, & cui parata sunt ab illo bona inuisibilia & inæstimabilia:

*2 laudabo dominum in vita mea; psallam Deo meo quamdiu fuero.* vtiq; laudare ego volo dñm meū donec viuā, psalmos illi & laudes canā, donec substitero in vita corporis, benedicam dominum in omni tempore, eritq; semper laus ejus in ore meo.

*Nolite confidere in principibus:* Nolite ô filij hoīum, spem, fiduciamq; vestram ponere in præcellentibus sæculi huius, qui excellunt siue potētia, siue prudentia, siue nobilitate mundana:

*in filijs hominum in quibus non est salus.* neq; vniuersaliter in quocunq; filiorum hominum à quibus vobis non pōt vera prouenire salus, neq; potestatem habent vos, imo neq; seipsos saluandi, sed spem vestram ponite in Deo viuo, cuius est saluare & perdere.

*3 Exibit spiritus eius & reuertet in terrā suā:* Nequaquā (dico) salus esse pōt in filiis hominum: Emigrabit.n. adueniente mortis tpe spiritus eorum de tabernaculo corporis, & reuertent ipsi in terram matrem suam, de qua sumpti sunt: qm puluis sunt, & in puluerem reuertentur, per corporis dissolutionem & incinerationem,

*in illa die peribunt oēs cogitationes eorū.* tunc quidem, sic adueniente mortis tpe peribunt, & in nihilum redigentur oīa

consi-

consilia, proposita, & cogitationes eorũ, ita vt prædicti morte non valeant quæ cogitauerant perficere. Ac proinde vanissimum est in eiusmodi spem ponere, quos certũ est morti esse subiectos, per quam oĩs eorum quæ videbãt potẽtia peribit.

4 *Beatus cuius Deus Iacob adiutor eius:*
At verò ille vir beatus est qui dominum Deum Israel, Deum viuum & verum, ponit & habet adiutorem suum:

* *spes eius in dño Deo ipsius qui fecit cælum & terram, mare & oĩa quæ in eis sunt.*
qui spem suam oẽm atq; fiduciam constituit in dño Deo suo, qui creauit de nihilo cœlum terram & maria, & oĩa quæ in eis sunt cœlestia atq; terrestria: per quã rerum omnium creationẽ, nota fit oĩpotentia eius, cui soli potestas competit verã salutem donandi.

5 *Qui custodit veritatem in sæculum:*
In hoc (inquã) qui sperat beatus est, quia præter q̃ est oĩpotens & saluare potens est, ẽt fidelissimus in oĩbus verbis suis, custodiens veritatem promissionum suarum, & fidẽ seruans in sempiternum ita vt mentiri aliqñ non possit, neq; fallere:

* *facit iudicium iniuriam patientibus:*
Ps. 144. qui in super, sm suam iustitiam, iudicium facit pro ijs qui opprimuntur, & iniuriam patiuntur ab oppressoribus, factũ sus pro illis vindictam in iudicio;

* *dat escam esurientibus.*
Titum. 1 qui ẽt cibum dat congruentem omnibus esurientibus, tam quoad corpus corporalem quàm quoad animam spiritualem.

6 *Dominus soluit compeditos, dominus illuminat cæcos.*
Ipse est qui potestatẽ habet vinctos soluendi, & cæcos illuminandi: idq; frequenter facit ẽt quoad corpus, eos qui corporeis cõpedibus vincti sunt à captiuitate liberando, cæcisq; oculis visum restituendo: quantũ verò ad spiritum & aĩam, per singulos dies, dum eis qui peccatorum vinculis iacent irretiti, impotentes ad omnẽ opus bonũ, vincula disrumpit euitatis ipsorum, & eos qui mentis oculos habẽt excæcatos, spiritualis lucis beneficio, per spiritũ sanctum illuminando sanat:

7 *Dominus erigit elisos.*
Dñs erigit, & subleuat eos qui elisi & collisi sunt siue confracti, & eos qui iam ad casum erant incuruati, suppositione manus suæ sustentat:

* *dominus diligit iustos.*
dominus diligit eos qui odientes malũ, diligunt & sequuntur iustitiam.

8 *Dominus custodit aduenas:*
Dñs custos est, tutor patronus, atq; defensor aduenarum & peregrinorum, qui in terra aliena inter exteros commorantes absque amicorum sunt patrocinio:

* *pupillum & viduam suscipiet:*
orphanos quoq; & pupillos absq; parentibus, & virorũ suorum solatio orbatas vere viduas, in suã tutelã, protectionẽ atq; defensionẽ suscipit, tanquã pater orphanorum, iudex viduarum, & pupillorum adiutor, eo q̃ soleant hmõi plus cæteris humano esse destituti patrocinio, Ps. 9.

* *& viam peccatorum disperdet:*
itinera aũt & actiones impiorũ disperdet, dũ pro eis perditionis æternæ & dãnationis præmia factoribus retribuet.

9 *Regnabit dominus in sæcula, Deus tuus Sion in generatione & generationem:*
Nolite timere Sion, popule fidelis, populus dñi, qui fide cognoscis dñm Deum tuũ, sed fidenter spera in illo. Siquidẽ idẽ ipse Deus tuus regnabit in æternitate, in oĩbus generationibus. Potestas enim tua Deus, potestas est æterna, & regnũ tuum, regnum est oĩum sæculorum, insuper dominatio & potestatus tuus, atq; imperiũ in omnibus generationibus præstabit in sæcula sæculorum Amen. Dani. 4. & 7. Ps. 144.

## ANNOT. IN PSAL. CXLV.

VErsu 2. & 3. Nolite cõfidere in principibus, in filijs hoĩum, in quibus nõ est salus. Exibit spiritus eius, & reuertet in terrã suã, in illa die, &c. Vide hic propheta quod monet, quod pulchrè demõstret, & quã efficaciter persuadeat. Nã vbi proposuisset, nolite cõfidere in principibus, in eam huius admonitionis suasionem subiungit, in filijs hoĩum, vt statim mortalitas & corruptibilitas eorum, ac minimè stabilis vita insinuat, ac deinde adiungit. In quibus nõ est salus, ut ostendat vanũ oĩno esse à tali sperare salutem, à cuius ptãte nõ est saluatio, vanũ est enim sperare qppiã ab aliquo, q̃ à ipsius facul-

tate non est. Causa ve ro ob quā non pos sit esse salus in filijs hoīum, dehinc exprimit, cū subiungit: Exibit spiritus eius, nempe filii hoīs, & reuertetur in terram suā, & tunc peribunt oēs eius cogitationes: tanquā si dicat, Etiā si te princeps aliquis salutare decreuisset, & saluandū suscepisset, et si ad id optima fuerit voluntate, poterit tñ subitò illū nihil cogitantē mors abripere, sicq; spes tua quæ tibi videbatur amplissima, tota collabitur in eine rē (vt dici solet) & pro spe tibi succeder desperatio, dū ille in quo spem oēm constitueras, morte absumitur, ne tuum possit cōplere desideriū. Aptissimè ergo ostendit, nullā esse spem certā in hoībus. Propter
Hie. 17. quod, apud prophetā Hieremiā maledictioni subiicitur. hmōi, qui Deo relicto confidit in hoīe: Maledictus hō (inquit) qui confidit in hoīe, & carnē ponit brachiū suum, & à dño recedit cor eius. Erit
Ibidem. .n. quasi myricæ in deserto, & non videbit cum venerit bonū, sed habitabit in siccitate in deserto, in terra salsuginis & inhabitabili. Contra verò benedictio subiūgitur illorum qui fiduciā habent in dño Benedictus vir (inquit) q confidit in dño: G & erit dñs fiducia eius. Et erit tanquā lignum quod transplantatur super aquas, quod ad humorem mittit radices suas, & non timebit cum venerit æstus. Et erit folium eius viride, & in tpe siccitatis nō erit sollicitum, nec aliqn desinet facere fructum. ¶ Vet. eodem, In quibus non est salus: hoc est, in quibus non est facultas siue potestas saluandi, neq; semetipsos, neque alios in quorum potestate non est vt salutem conferant. Hieronymus ex Hebræo in hanc ferre sniam vertit, In filio hoīs cui non est salus, id est, qui non ha H bet vt possit saluare. Vel in quibus, accipe, pro, à quibus, vt sit sensus, A quibus non pōt salus procedere. In eo quoq; qd sequeqr versu dr, Exibit spiritus eius, & reuertetur in terrā suam, singulare positum est pro plurali, eius pro eorum. Non .n. de aliquo in particulari fit sermo, sed generaliter de quolibet filiorum hominum. Suppositum quoq; verbi Reuertet, non est spiritus eius, sed ipse filius hominis. Non est enim sensus, Exibit spiritus filii hoīs, vel principis, & ipse spiritus re E uertetur in terrā suam, quasi significetur spiritus humanus simul interire cum corpore, & in terrā dissipari, quum id sanctæ nostræ fidei, neq; nostræ solū fidei, verumēt saniorum philosophorum sniæ sit contrariū. Sed hic sensus accipiendus est, Emigrabit spiritus filii hoīs, & ipse filius hoīs reuertetur in terram suam, nimirum fm corpus. Quæ aūt sit ista reuersio hoīs in terram, & quare dicatur non simpliciter in terrā, sed in terram suam, vtrunq; nobis illa sententia dñi indicat, quam protulit super Adam, dicens, In su- F dore vultus tui uesceris pane tuo, donec reuertaris in terram de qua sumptus es, quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Gene. 3.
Sic & in alio psalmo dr, Auferes spiritum eorū, & deficient, & in puluerē suum reuertentur. Profectò .n. noster puluis est, nostra terra est, qñ de puluere & terra formati sumus, quo aurum ipsius est ex eo cōpositæ aureæ statuæ, tanquam eius pars atq; materia. Quod si altiori consideratione, in terram suā accipere vellemus loco huius, in locum suū, id est, in locum sibi deputatū sibi competentē, sibi assignatū à Deo, posset absq; vllo fidei periculo, et Spiritus pro supposito verbi Reuertetur subiici, in hunc sensum. Exibit spiritus hoīs, & reuertetur spiritus ipse in locū quē illi Deus assignauerit, quēq; ille dum viueret actionibus bonis vel malis sibi velut præparauit, in loca occulta, vel ad æterna gaudia, vel ad sempiterna supplicia, &c. Illud tamē quod prius diximus, atq; item in Elucidatione explanauimus, non dubium est in præsenti loco Psalmistā voluisse, præcipue q in Hebræo habeat, non aretz (quod plerunq; pro terra ponitur, vt et, superna patria terra viuentium appellatur) sed adamaeh, quod significat humū, à qua primus hō Adam dr, sicut, Latinis ab humo denominatur homo, quasi factus ex humo, vnde beatus Hieronymus vertit, reuertitur in humum suam. ¶ Versu 4 Beatus cuius Deus Iacob adiutor eius. Felix aliqñ clarius si vertit, Beatus ille in cuius auxilio est Deus Iacob, vel cuius auxilium in deo Iacob. In iis autem quæ sequuntur per plures versus, vsque ad finem ratio ostenditur, ob quam beatus asseritur, cuius est spes in de-
Ps. 103.

in domino, quẽadmodum in uersu secũ A do & tertio ratio data fuit, ob quam uanum est sperare in principibus, aut filiis hoĩum. Quare aũt bonum beatumq; sit, fiduciam habere in domino, rõ assignãt multiplex. Et primum quidem eius summa potẽtia, quę innuitur hoc ipso uersu, quum dr̃, Qui fecit cœlum & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt. Deinde firmissima & indubitata Dei fides, qua tangit subiunges. Qui custodit ueritatem in sæculum, post hæc eius index iustitia cõtra eorũ oppressores, quã ꝓponit, dicẽs, Facit iudicium iniuriam patientibus. Deniq; eius erga miseros & egenos omnes inexhausta miseratio, quam prolixè declarat, cũ ꝓcedẽtibus adiungit. Dat escam esurentibus. Dñs soluit compeditos, dominus illuminat cæcos, & c. ad uersum usque penultimũ. Postremò indeficiẽtia regni eius, quam uersu ultimo pulchrè exprimit, dicens regnabit dominus in sæcula, Deus, &c. Illa aũt quæ dicuntur de esurientium pastu, cęcorum illuminatione, & alia huiusmodi, partim quidem tẽporaliter, potissimum uerò spiritualiter debent exponi, quomodo in Elucidatione satis aperte monstrauimus.

## CXLVI. PSALMI ARGVMENTVM.

*QVemadmodum in psalmo mox præcedente, atque etiam qui illum antecedebat 144. ita & in hoc exhortatio ponitur laudis diuinæ multiplici laudis materia ad id adducta & commemorata quemadmodum ipse per se psalmi processus facile quemlibet docet inspicientem. Neque opus est alio peculiari argumento aut epitomate.*

## CXLVI. PSALMI ELVCIDATIO.

*LAVDATE dominũ quoniam bonus est psalmus:* Celebrate laudibus dominũ fideles serui eius, C quoniã bonum est psallere illi & laudem dare,

* *Deo nostro sit iucunda decoráq; laudatio.* sit Deo nr̃o ex nobis seruis suis iocunda laudatio, sit illi placita, sit illi speciosa, grata & accepta laus q̃ illi optam⁹ canere.

2 *AEdificans Hierusalem dominum:* Ipse est dominus qui ciuitatẽ pacis, ecclesiam suam sanctam, ueram Hierusalẽ, ex sibi credẽtibus ædificat, quasi ex uiuis lapidibus:

* *dispersiones Israelis congregabit.* atque ad hoc extruendum congregat eleD ctos suos à quatuor uentis terrę, dispersos per uniuersum orbem, ex omnibus finibus orbis terræ, ex omnibus gentib⁹ linguis & populis, in unam fidem, unam spẽ, unum baptismã, unum spiritum, atq; in eandem ecclesiam sanctam, inque perfectam & omnimodam unitatem salutis. Quos enim peccati author diabolus, sua prauitate & fraude dispersit, ipse author iustitiæ colligit, & congregat in unũ ad ædificium sanctum suum.

3 *Qui sanat contritos corde & alligat contritiones eorum.*

Ipse pœnitentes & uera cordis contritione humiliatos sanat tanquam medicus bonus qui uenit sanare male habentes, & peccatores uocare ad pœnitentiã, sanat certè, languores peccatorũ tollẽdo & dolores mali reatus nostri in seipsũ assumendo dolores quoque, uulnera, & infirmitates eorum diligenter curat, ad eum modum quo medicus peritus iuxta ac diligens, loca uulnerum atq; infirmitatũ solet alligare, & fouere emplastris, donec quæ erant infirma ad firmitatem & sanitatem perducat. Matt. 9. Luc. 5. Esa. 25.

4 *Qui numerat multitudinem stellarum:* Ipsius sciẽtia tãta est ut uniuersitatẽ stellarũ firmamenti (q̃ sunt hoĩbus innumerabiles) habeat ueluti innumeratã, in cognitione sua oẽm earum numerum in sua scientia descriptum habens, exactissimeque etiam singulas pernoscens:

* *& omnibus eis nomina uocat.* & ita pernoscẽs, ut sit gulas uocet ꝓpriis suis noĩbus, sciatq; distĩcte uocare singulas, unãquãq; iuxta cõditionẽ naturę suę Ad qđ ꝓfecto non solũ necesse est illum stellarũ definitũ numerũ habere cognitum,

tũ,uerumẽt ſigillatim ſingulatũ ſtellarũ natură, atq; ꝓprietates habere pſpectas.

5 *Magnus dominus noſter, & magna uirtus eius, & ſapientię eius non eſt numerus.*

Sed qd unũ uel alterum ex infinitis Dei mirabilibus ꝓponimus, Ecce ſimpliciter in oĩbus,& per oĩa magnus eſt dñs Deus nr̃,& oĩno maxima eſt uirtus omnipotẽtiæ eius. ſapientię quoq; eius nõ eſt finis ſed eſt ut uirtus potẽtiæ,ita & ſapientiæ eius nobilitas infinita atq; immenſa.

6 *Suſcipiens manſuetos dominus:*

1.Pet.5. Ipſe eſt ſuſceptor defenſor atq; patronus manſuetorũ,q humiles ſuſcipi ad exaltationẽ, ut eos exaltet in tpe uiſitationis,

F

* *humilians aũt peccatores uſq; ad terrã:* ſuperbos aut peccatores qui ſe modò exaltant in inobedientia mandatorũ Dei ipſe deprimet & humiliabit confuſione maxima,& proſus in terram proſternet omnem altitudinem eorum.

7 *Præcinite domino in cõfeſſione:*

Præcinite ſerui Dei qui iſta cognoſcitis, ac ueluti cõtendentes ad laudem Dei, aliosq; ad eandem inuitantes,cantica cõfeſſionis & laudis priores incipite,vt uos audientes æmulentur cæteri:

G

* *pſallite Deo noſtro in cithara.*

pſalmos & laudes Deo nr̃o canite,ẽt citharis aliiſq; muſicis inſtr̃is adhibitis.

8 *Qui operit cælum nubibus,& parat terrę pluuiam.*

Ipſe eſt cuius potẽtia nubes generãtur,q in altũ ſubuectæ,cęleſtẽ machinã ſua dẽſitate,& caliginoſa obſcuritate obuoluũt quodãmõ & obſcurãt,ut nequeat uideri: cęlũ quoq; aereũ partẽ aeris ĩferiorẽ opeiiũt,dũ ſuperlatæ ĩ mediã ſuperiorẽ aeris portionẽ,illã inferiorẽ ueluti obducunt. & ipſe idẽ eſt q terris,per nubium cõdẽſationẽ,& ad naturã aquę diſpoſitionẽ. parat atque per earundem reſolutionem donat pluuiam,quando & ubi uoluerit.

H

9 *Qui producit in montibus fœnum:*

Ipſe eſt qui in montibus facit germinare herbam,ubi nulla adeſt cultoris hominis induſtria,labor,uel diligentia:

* *& herbam ſeruituti hominum.*

& terras facit gramina herbamq; progignere, in pabulũ iumentorũ cæterorũq; animalium,q̃ homini ſubſeruiũt,quęq; hoĩbus ſũt in uſum,ſiue quo ad cibũ, ut uaccæ,oues,boues,& alia huiuſmodi, ſiue quo miniſterium aut alium quẽlibet uſum,ut equi,cameli,atq; id genus alia.

E

10 *Qui dat iumentis eſcam ipſorum:*

Ipſe eſt qui in uniuerſũ omnibus iumẽtis cibũ dat conueniẽtem naturæ ipſorũ:

* *& pullis coruorum inuocantibus eum.*

peculiari quoq; miraculo, etiam pullis coruorũ eſcã præbet,ad ſe prę eſurire clamantibus,quos antequam plumeſcant atque nigreſcant, à parentibus derelictos ſine paſtu ipſe paſcit, abſq; ulla alterius pabuli per quãcunq; creaturam adminiſtratione,hoc ipſo patenter indicans,orphanorum omnium & derelictorum peculiarem ſe gerere curam.

11 *Non in fortitudine eq uolũtatẽ habebit:*

Cum uerò ſit ipſe Deus noſter potentiſſimus atq; fortiſſimus,non eſt tamẽ ei beneplacitũ, neq; cõmplacentiã aut oblectationem habet in fortitudine corporali,ẽt ſi quis æqui fortitudinẽ habeat,neque etiam in equorum gloriatur fortitudine,quemadmodum ſolẽt homines bellici atque mundani:

* *nec in tibiis uiri beneplacitum erit ei.*

neq; iterũ in fortitudine uiri oblectaſ, ſi cõſpexerit quempiã craſſis atq; robuſtis tibiis ualidum ad luctã ſiue ad pugnã,in quo ſolent homines mũdi huius gloriari,in his(inquã)& huiuſmodi non eſt beneplacitũ Deo,neq; iſta ſunt quę attẽdit in hoĩbus, aut pp quę homines diligat.

12 *Beneplacitũ eſt domino ſup timentes eũ:*

In quo ergo beneplacitũ eſt altiſſimo,Vtique cõplacentiã & oblectationẽ habet in eis,ac ſuper eos ponit benigni aſpectus ſui oculos, q reuerẽtur atq; diligũt eũ,obſeruantes ſtudioſè mandata ipſius.

* *& in eis qui ſperãt ſup miſericordia eius.*

& in eis qui ſpẽ ſuã ponunt & gloriant non in fortitudine corporali, neque itẽ in alia re qualibet temporali, ſed in altiſſima & immẽſa miſericordia eius. Nõ ergo glorietur fortis in fortitudine ſua, neq; potens in potẽtia ſua,neq; quomodolibet aliter præcellens in præcellentia ſua ſed in hoc glorietur,ſcire noſſe, atq; timere te,Deus piiſſime,& in tua ſuauiſſima miſericordia ſperare,quæ eſt ſemper omnes electos tuos æterna non auferenda in ſecula ſeculorum.

ANNO-

VErsu 1. Laudate dñm qm̃ bonus est psalmus, Deo nostro sit iucunda decoraq; laudatio, posteriorẽ partem ita sumus interpretati, Nostra sit Deo nostro iucunda & decora, vt speciosam, gratam, & suauẽ optemus fieri laudem illi quem celebramus laudibus, qũo in alio Psalmo dr̃, Iocundũ sit ei eloquium meum, ego verò delectabor in dño. Aliter ẽt accipi põt, vt exhortatio sit ad dignè apteq; Deũ collaudandum, in hunc sensum, Laudate dñm, qm̃ bonum est illi psallere, neq; verò quælibet illi laus sufficit, sed talis sit nostra laudatio, quæ sit iucunda & decora, q̃ sit speciosa & grata, vt placeat Deo. Insuper datiuus ille Deo nostro, qui fm vulgatã constructionẽ coniungitur sequentibus, põt & præcedentibus annecti, hoc mõ, Laudate dñm, qm̃ bonus est psalmus Deo nostro, id est, qm̃ bonũ est psallere & confiteri dño, qũo in alio Psalmo scribitur, ac deinde, Sit iucunda decoraq; nostrã laudatio. Et est hæc distinctio magis consona Hebræo, q̃ prior, quemadmodum priori magis Græca fauet lectio. Sic.n. Græcè est ἡ δυνθεῖν ἡ ἀινεσις, hoc est, dulcescat laudatio. ¶ Ver. 2. Aedificãs Hierusalem dñs, dispersiones Israelis cõgregabit. Possunt duæ istæ partes separatim legi, vt in priori intelligatur verbum substantiuum, hoc sensu, Dñs erit ædificans Hierusalem, & ipse dispersiones Israelis congregabit, vel coniunctim, vt totũ illud ædificans dñs, sit suppositum verbi congregabit, hoc sensu, Dñs qui ædificabit Hierusalem, congregabit dispersiones Israelis, vel dñs cum ædificauerit eã, &c. De hac aũt dispersionis congregatione, spiritualiter ad ædificium spirituale sanctæ Ecclesiæ nouæ relata, pulchrè Ioãnes meminit Euangelista, vbi in concilio Iudæorum, Cayphæ Pontificis consiliũ simul atq; Propheriã describit, capite sui Euangelij vndecimo, cuius hęc sunt verba, Vnus aũt ex eis Caiphas nomine, cum esset pontifex anni illius, dixit eis, Vos nescitis quicquã, nec cogitatis, quia expedit vt vnus hõ moriat̃ pro populo, & non tota gens pereat. Hoc autẽ à semetipso non dixit, sed cum esset pontifex anni illius, prophetauit, qa Iesus moriturus erat pro gente, & non tm̃ pro gente, sed vt filios Dei qui erant dispersi congregaret in vnũ. Hæc ille. Quã dispersionẽ, quis dubitet spiritualẽ debere intelligi, ex diuersis vitijs & erroribus, in vnam fidem, vnamq; sanctã Ecclesiam, non aũt tpalem? Vnde signanter dicit, vt filios Dei qui erant dispersi, congregaret in vnum, non aũt vt filios Israel. Alioqui de tpali congregatione loquamur, vr̃ mors Christi potius dispersionẽ fecisse filiorũ Israel fm carnem (intelligendo per occasionẽ) qñquidem pp eius interfectionẽ & suã infidelitatem, contriti sunt & dispersi in oẽs gentes, vsq; in præsentem diem, qũo apud Lucam de eis futurum prædicitur, Et ipsemet in Euangelio dominus confitetur, q; venit facere separationem fm corpus, Veni (inquit) separare filium aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suã, & nurum aduersus socrũ suam, &c. & inimici hominis domestici eius. ¶ Versu 4. Et omnibus eis nomina vocat hoc est, singulas stellas vocat suis proprijs nominibus, vel singulis indit siue imponit propria nomina. In quo indicatur magna & valde exacta Dei cognitio, qua pernoscit distinctè singula, eius.n.q nomen põt rei indere, est rem prius cognoscere, & quanto vniuscuiusq; rei naturã melius cognoueris, tanto eidem nomẽ aptius potius poteris indere. Cum.n. nomina debeant rei conuenire, vt cõgrua sit appellatio, omnino necesse est eũ, qui nomen imponit, vt conuenienter imponat, rẽ ipsam cognoscere. Veluti (exempli gratia) cum Adam adductã ad se vxorem vocat Issach, quod Latinè Hieronymus viraginem vertit; qũo id conuenienter fecisset, nisi cognouisset q; esset de viro sumpta? Et cum Adam singula animantia appellaret suis nominibus, ita vt quodcunque appellasset ea Adam, hoc esset vniuscuiusq; nomen (qũo in Genesis scribitur historia) indubiè significabitur, singulorũ animalium à Deo illi fuisse datam scientiam, & singulorum naturas atq; conditiones ipsum cognouisse. Alioqui, non ad illũ adduxisset dominus, vt videret qd vocaret ea. Ita ergo in proposito loco, cum dominum Propheta dicit stellas numerare,

Marginalia: Psal. 103. — Psal. 19. — Ioan. 11. — Luc. 21. — Matt. 10. — B — C — D

rare, & insup singulas suis propriis nomi- nare nominibus, significat nõ solum numerum stellarum, non latere Deum, verumetiã singularum naturam & conditionẽ exactissimè illũ pernoscere. A qua perfecta scientia, quantum nos absimus, imò quantum absint vniuersi Astronomi, vel illud nos docet verbum dñi ad Abrahã, Numera (inquit) stellas, si potes, quasi significare velit, nihil minus esse ho mini possibile, q̃ stellarum vniuersitatẽ numero certo in sua cognitione comprehendere: quanto minus ergo singulis vocare nomina, id est, singulis nomina imponere, vel singulas suis appellare nõibus? Quidã verò mysticè hic per stellas intelligunt electos, fide lucentes in Ecclesia, admodũ stellarum in firmamento Et in hoc quo dr̃ Deus multitudinẽ stellarũ numerasse, & singulis vocare nomina, significat Deum cognoscere, & definitũ atq; descriptum in suæ prædestinationis libro tenere electorũ suorũ numerũ, & singulos eorũ sibi esse optimè cognitos, iuxta illud Apostoli, Cognouit dñs, qui sunt eius. Quod si quis roget, cui proposito versus iste deseruiat, maximè si ad literam de stellis corporalibus exponamus, quod facit Elucidatio. Dicimus, q̃n in præcedentibus dixerat dispersiones Israelis à Deo congregandas in ædificationẽ Hierusalem, & sanandos infirmos, curandosq; vulneribus saucios, ne cui ista magnũ aliquid & quasi impossibile Deo videantur, sic dispersa posse colligere ex oĩbus gentibus, & in vnum congregare, aut sic infirmis singulis adhibere curã, adducit exemplum de stellis corporalibus, quæ cum plurimæ sint, & per firmamenti immensam latitudinẽ ab inuicem quam maximo spatio distantes, sic tñ singulæ subsunt exactissimæ Diuinæ cognitioni. Si verò mysticè exponas, continuatio manifesta est. In versu aũt sequenti, cum dr̃, sapientiæ Dei non esse numerũ, attende numerum poni pro mensura vel fine, vt significetur, non esse mensuram definitã, vel non esse finem magnitudinis eius. Et versu 6. quod dr̃ humilians peccatores vsq; ad terrã, accipe vt sit figuram dictum, pro humiliatione maxima & depressione infima. Qui enim ad terrã vsq; deprimitur, non põt vilior fieri atq; humiliari magis. ¶ Ver. 7. Præcinite domino in confessione. In Græco est verbũ ἐξάρξατε, quod significat incipite. Est. n. sensus incipite dño in confessione, Inchoate psalmos & cantica confessionis diuinæ vt excitetis proximos, qui prosequant vna nobiscum cœpta cantare carmina. In Hebræo aũt simpliciter est, canite. ¶ Ver. 10. Qui dat iumentis escam ipsorum, & pullis coruorũ inuocantibus eum. Ferunt pullos coruorum, iam æditos, vbi à parentibus conspiciuntur, non esse similes in plumis atris, vel (iuxta quorundam sententiã) quod implumes sint, vel (vt alii volunt) q̃ plumas ipsas quas habent, albas vel subalbas habeant, tanquã degeneres & parentum dissimiles, ab eis relinqui in nido absq; pabulo, donec suo tpe plumis enascentibus, & paternũ colorẽ referentibus, paratum ad se reuocent naturale studiũ. Interim verò, dum sic à parentibus relinquunt, Deus illos sua potestate sustentat, quanquã de sustentationis modò est nõnulla diuersitas. Quidã dicunt rore cœlesti eos pasci, alii, vermiculis in nido enascentibus Dei prouidentia. Alii, absq; omni cibo Diuina bonitate tantisper illos dicunt sustentari. In hoc aũt coruorum sic derelictorum pastu, euidentissime Deus monstrat, quam semper adsit rebus desperatis, & iis qui relicti sunt ab hoĩbus. Quod et considerãs alio in loco noster Psalmista, dicebat dño Pater meus & mater mea dereliquerunt me, Dñs aũt assumpsit me. Nam si ita coruorum pullis succurrit derelictis, quanto magis filiis hominum, cum in eandẽ venerint derelictionem? Nam & ipse nos dominus in Euangelicis exhortationibus iubet volatilia cœli respicere, atq; ex iis quæ circa illa agere conspiciuntur benignissima Dei prouidentia, spem nostram firmare. Respice (inquit) volatilia cœli, &c. ac deinde, Nonne vos magis pluris estis illis? De hoc aũt pastu coruorum ex Dei prouidentia, manifestè Dominus loquitur ad Iob dicens, Quis præparat coruo escam suam; quãdo pulli clamant ad Deum vagantes, eo q̃ non habeant cibos? In his tamen verbis, nihil de illa pullorum derelictione indicatur, sed

Gene. 15. — 1. Tim. 2 — Psal. 26. — Matt. 6. — Iob. 38.

sed tñ dr, clamantibus pullis, Deum prouidere cibum petentibus, quem videlicet adferant suis pullis præ fame clamantibus. Vnde & in proposito loco, si cui nõ placerent illa de pullorum coruinorum derelictione, puto illum posse locum præsentem commode exponere, absq; mentione rei illius, in hunc sensum, vt dicatur Deus pullis coruorum e nido ad ipsum clamantibus, atque præ fame crocitantibus, prouidere de necessario victu, idq; per parentes, quibus Deus donat, vt inueniant quæ in pastum afferant pullorum. Verùm si ita dixeris quæstio tibi restabit, quamobrem magis de pullis coruorum dicatur, quòd eis cibum præbeat Deus, quam de pullis aliarum auiũ cum sit hoc commune omni speciei volatilium, imo non tantum volatilium, sed etiam gressibilium super terram, & in aquis natalium? Cui quæstioni responderi poterit, ideo specialiter de coruis dictum esse, quia carniuoræ aues sunt, insuper & multi cibi, ob vehementem calorem quo abundant: propter quod, difficilius vt & maioris miraculi, illos sufficienter pasci vna cum suis pullis, quàm alta volatilia, quæ fere quibuslibet oblatis vescuntur, & pauco sustentantur nutrimento, ac proinde non ita multo negocio & se & suam nidularem familiam sustentant. Vel forsitan ob contemptum singulariter dici potuit de coruis, quoniam

A vulgo hæ aues triste aliquid referunt, & quasi infernale quiddam repræsentant, tum ipso colore atterimo, tũ crocitatione per quam inamœna, tũ voracitate humanæ carnis, quibus omnibus, aliqua ex parte, cum odiosissimo nobis inimico diabolo, auium hoc genus videtur conuenire, propterea quod hæ aues hominibus in delitiis non sunt vt aliæ plurimæ, neq; multum hominum aspectibus sese offerunt. Atque ita quasi per defectũ accipi posset quod hic dicitur in hunc sensum. Qui dat escam omni carni etiã B pullis coruorum ad eum clamantibus, etiam aues illas quæ nobis qua execrabiles sunt, sua vniuersali ac generalissima benignitate pastu congruo sustentans. Verum nos ista tantum proposuimus: elige tibi lector quicquid malueris. Illud tantum aduerte, quod coruorum hæc inuocatio, non aliud intelligitur quàm clamor. Deum enim præ defectu cibi è nido clamant, quasi Deum nutritorem inuocant, quemadmodum cum in stabulis consistens iumentum, & pabulo carens, clamorem emittit suæ naturę congruum C vtpote ouis balatum, bos mugitum, equus hinnitum, hoc suo clamore testantur iumenta indigentiam, & quasi dominos suos inuocant, vt pabulum vel potum præbeant. Vnde in Hebræo hoc loco habetur, Pullis coruorum qui clamant.

## CXLVII. PSALMI ARGVMENTVM.

*Considerans Psalmista, quæ & quanta vtriusque Ecclesiæ oues à Deo percipiant beneficia, ad laudem bene factoris sui in spiritu exhortatur vtramq;, & primum quidem illam supernam triumphantem, cuius seræ sunt vectibus obfirmatę, in qua est plena benedictio omnis boni, quæ pace est per Deum circummurata & pinguedine satiatur Diuinitatis eius. Post hoc verò, de ea quæ adhuc militat loquitur, cui Deus verbum suum misit saluatorem, atque per eũ verbum fidei, & pędicationis Euangelicę, quo velociter orbem vniuersum percurrente, spirituali generatione plurimos sibi regenuerit, & terra infidelitatis, atq; uitiorum nigredine, pulsa uirtutum, & ueritatis candore dealbauit, quasi niuem & lanam, caliginosos spiritus, qui uelut nebula harent in ęre, fugere cogens, longeque abscedere de cordibus credentium, eos autem qui corde obdurato noluerunt obedire ueritati, in damnationẽ proiecit & pœnas intolerabiles in qua ẽt Eccle sia, ut nemo prorsus desperet, quotidie Deus per operationẽ uerbi sui gelida peccatorũ corda liquefacit, ex: olitque ad compunctionem & pœnitentiam, & flatu spiritus sui quæ prius arida fuerant peccatorũ corda sinę salutaris gratię imbribus perfundit. Nouissime autem, legis Euangelica beneficiũ magnificans, & uelut peculiare beneficium plurimum efferens, utpote cuius indigentiam omnes patiantur qui extra Ecclesiam sunt: ita terminat Psalmũ exhortationis.*

CXLVII. PSALMI ELVCID.

LAVDA Hierusalem dominum:
O Vrbs beata Hierusalem, ò ciuitas pacis superna, quę in pace æterna triumphas secura, tu lauda dominum Deum tuum:
* *Lauda Deum tuum Sion.*
sed & tu ò militãs iustorum Ecclesia quæ per fidem adhuc ambulas, & specularis in enigmate, nondum per speciem facie ad faciem, laudare etiam debes dominum Deum tuum.
2 *Quoniã confortauit seras portarũ tuarũ*
1. Cor. 13 Et est pfecto causa iustissima, cur vtranq; hæc Ecclesia, tã triumphans illa, quã hæc militans, laudare debeat dñm. Et primũ quidem, quantum ad te, ò cœlestis Hierusalẽ, ppea quod ipse dñs portas tuas nõ so
Psal. 90. lum teris clausit, verumẽt seras ipsas portarum cõfirmauerit, vectibusq; corroborauerit, vt sit firmissima clausura atq; custodia tua, ita vt nullum possit ad te accedere malum, nullum possit flagellum intro ire, atq; ẽt vt nemo omnium qui intra se sunt vnquam ab illa; quam intus possidet, fœlicitate possit eijci, vel exire vel excidere, vel exerrare:
* *benedixit filijs tuis in te.*
filios quoq; q in te sunt, id est ciues, & incolas tuos, idẽ ipse Deus benedictionibus æternæ beatitudinis copiosè impleuit.
3 *Qui posuit fines tuos pacem:*
Ipse tibi fines posuit & terminos tuos constituit in pace, perfectamq; & imperturbabilem pacem tibi pro muro dedit, & pace te quasi per circuitum circundedit ac veluti, circummurauit, vt nihil ad te valeat accedere quod possit tuam quietem conturbare:
* *& adipe frumenti satiat te.*
1. Co. 13 & quod oĩbus maius est, aspectu diuinitatis suæ (quæ est tanquã adeps & pingue
Psal. 36. do frumẽti, cibus delicatissimus & preciosissimus) ipse te satiat, & oẽs q in te sunt
Ioan. 1. ciues tuos: dum suã diuinitatem vobis dat videre facie ad faciem, sicq; satiamini apparente vobis gloria ipsius.
4 *Qui emittit eloquium suum terræ:*
Et tu quoq; ò Sion militans, tametsi, hæc nondum in te persentias, neq; adhuc tanta acceperis, habes tñ in quibus, & pro quibus iustum est te laudare dominum Deum tuum, qui verbum suum, filium suum vnigenitum emisit è sinu suo in mundum ad salutẽ Ecclesiæ suæ, atq; per hunc verbum prædicationis Euangelicę, verbum salutaris fidei, à Iudæa (vbi per se Dei filius ipse prædicauit) emisit per Apostolos cæterosque fidei prædicatores, in omnem terram, & in omnes fines orbis terrarum:
* *velociter currit sermo eius.*
B & verbum hoc eius, vtpote magnæ efficaciæ & virtutis, velociter cucurrit, celerrimeq; peruolauit, dum ipso cooperãte, & sermonẽ illorum confirmante, breuissimo tpis spatio in oẽm terram exiuit sonus prædicationis eorum, & verba eorũ in fines orbis terræ peruenerunt. Matt. 28 Psal. 18.
5 *Qui dat niuem sicut lanam:*
Currente aũt sic verbo sanctæ prædicationis, ipse nouam regeneratorum, & ad modũ niuis candidatorum fidelium multitudinem dat, & nasci facit, in candore ac mundiitia præcellenti, in omnibus virtu
C tibus & gratijs, vt sint quasi lana albissima atque mundissima.
* *nebulam sicut cinerem spargit.*
caliginosas aũt & terrenas aereas potestates, quæ sunt quasi nebula atra per malitiam, caligiuosa per ignorantiã, & sterelis per defectũ oĩs bonæ operationis, has ipse per virtutem prædicationis Euangelicæ spargit, dissipat, disijcit, fugat, & expellit, quemadmodum cinis & puluis aridus flante vento dissipatur atq; dispergitur, non valens subsistere, & quemadmodum nebula solaribus rãdijs dissipatur adue-
D niente sole in virtute sua.
6 *Mittit crystallum suam sicut buccellas:*
hoĩes quoq; obstinatos & induratos, in sua malitia, q sunt quasi crystallus & glacies indurissima, vltra non liquefactibilis, hoĩes corde incredulo & inobedientes (qui per verbũ Euangelicæ prædicationis non voluerunt emolliri, neq; resolui ad pœnitentiã) hos ipse à facie sua in tenebras exteriores proijciet cum diabolo & angelis eius, dabitq; eis velut in cibũ, vt sint partes & portio vulpium, quemadmodum proijci solet buccella panis ante

con-

conspectum canum in escam:

*ante faciem frigoris eius quis sustinebit:* Quis uerò hanc iram eius non timebit? Aut quis stare poterit ante cōspectum indignationis eius? Quis ferre poterit hāc iram intolerabilem.

7 *Emittet uerbum suum, & liquefaciet ea:* Attamen cum emiserit ipse uerbum suū siue per internam inspirationem, in cordibus hominum loquendo interius, siue ēt per exteriorem prædicationem sanando exterius, liquefaciet & resoluat ad pœnitentiā corda multorum, quæ glaciata, cōgelata, aut aliquousq; indurata esse cœperant, & aliqua ex parte crystalus erant, & flante, operante atq; inspirante in eis spū domini, ueluti aquę resoluentur per pœnitentiam, quemadmodum cū glacies dissoluitur à facie caloris liquefaciētis atq; resoluētis. Potens est enim uerbum Dei quasi ignis, & quasi malleus cōterēs petram, etiā frigidissima nonnunquā, & quę uidebātur obdurata corda in quibus nihil erat diuini amoris, & ueritatem & pœnitentiam conuertens:

*flabit spiritus eius, & fluent aquę.*

Hier. 23 flat quoq; in Ecclesia spiritus ille sanct' à patre atq; filio missus, per influxum & elargitionē donorum suorum in cordibus fidelium, & quocunq; peruenerit benignus flatus eius, fluūnt, copiosēq; scaturiunt in eis aquæ uiuę, (aliēies in uitā æternā, aquas lachrymarū excutiens de saxosis cordibus penitētiū, aquas aūt grārū in cordibus scaturire faciēs ꝓficiētiū.

8 *Qui annunciat uerbum suum Iacob.*

Ioan. 4. ipse est dominus Deus q uerbum fidei & salutaris Euāgelicæ doctrinæ, uerba quoq; mādatorum suorum annunciari facit populo fidelium Ecclesiæ suæ sāctę,

*iustitias & iudicia sua Israel.*

populo suo Israeli, id est fidelib' suis, annunciari facit omnes uoluntates, præcepta atq; iudicia sua, quæ obseruari uult ab ipsis, & secūdum quæ iudicium faciet in die retributionis.

9 *Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua manifestauit eis.*

Neq; uero paruum est hoc beneficium tametsi forsitan in aduersētibus & ingratis hoc ita uideatū, sed peculiare & grande est donum Non enim sic fecit oībus nationibus gentium & cęterorum populorum, qui adhuc in infidelitate perseuerant, quemadmodum nobis fecit fidelibus suis qui intra Ecclesiam sanctā sumus, & iudicia, pcepta, ac uolūtates, suas non fecit omnibus manifesta, sicuti fecit nobis. Sunt.n. plurimi extra Ecclesiā populi, apud quos magna est fames uerbi Dei, quo nos, qui intra illā permanemus copiose, reficimur & satiamur.

## ANNOT. IN PSAL. CXLVII.

Vers 1. Lauda Hierusalem dñm, lauda Deum tuū. Sion. Nos in Elucidatione partē priorē retulimus ad Ecclesiam triumphantem, posteriorem ad militantem. Itē uersus duos proxime sequētes, Qm̄ confortauit, &c. Qui posuit, &c. accommodauimus triumphanti Ecclesiæ: quæ uerò deinde sequuntur militāti. Quæ distinctio satis manifeste in Elucidatione monstratur, ut hic iterū replicare non sit opus. Possent tñ oīa ista cōmodè intelligi de sola militante Ecclesia, q̄ Hierusalem appellatur, ratione ueræ pacis, q̄ Christus donat eius ciuibus, illius (inquā) pacis, de qua Saluator abscēdēs aiebat discipulis, Pacē meā relinquo uobis, pacē meā do uobis: Non q̄uo mūdus dat, ego do uobis. Appellatur & Sion, ratione contemplationis, in qua sunt per fidem incolæ eius, Huius aūt Ecclesiæ seras portarū cōfirmasse dicimus Christū, eo q̄ illam sic ualide muniuit cōtra oēs aduersarias potestates, ut nec portæ inferri possint præualere aduersus illā, neque ulla omnino inimici quantumlibet sæuientis potentia uel astutia eā ualeat expugnare. Porro, q̄uo filiis qui in ea sūt benedixerit dominus, nemo ignorat eorū, qui, ut ueri Ecclesiæ filii & ciues, non numero tm̄ nominis, uerumetiam uirtute & merito bonæ conuersationis, eā inhabitant, cum (iuxta Apostoli uerbū) diuites fiunt per Deum in omni bono ita ut nihil eis desit in ulla gratia & (q̄uo alibi noster Psalmista ait) accepta à legislatore benedictione, aūt de uirtute in uirtutem, ut uideant Deum deorum in Siō. Fines quoq; militantis Ecclesiæ Deus posuit pacē, i. pacem circūmuniuit & circūdedit per circuitū, quasi inexpugnabilē, dum

Ioan. 4.
Matt. 16
1. Cor. 1.
Ps. 38

dum (ut supra diximus) ipsam securã cõ E stituit, & firmam, reddidit in pace firma, quã mũdus ut nõ potuit dare ita, neq; au ferre, & quã euertere itẽ nõ ualeat oĩs vir
Ioan. 14. tus inimicorũ. Adipe quoq; frumenti ci ues Ecclesiæ satiat Chr̃us, qñ de pingue-
Ioan. 1. dine spiritualium gratiarum eius (quam ab eius plenitudine credẽtes accipiunt)
Ephe. 4. abũde reficimur, pascimur, oblectamur & corroboramur, ut crescamus in uiros
Ps. 108. perfectos, in mensurã ætatis plenitudinis Christi, mq; alacres simus, & potẽtes ad currendũ in fortitudine uiam mãdatorũ domini. Nã hæc pinguedo grãæ spi- F ritualis, recte adeps frumenti põt nuncu pari, frumenti. s. quod est Christus, quẽad modum ipse se in Euangelio appellat di
Ioan. 12. cens, Nisi granum frumenti cadẽs in ter rã mortuum fuerit, ipsum solum manet proculdubio sese designare uolens mor te afficiendum, atq; intra terrę uiscera ad tp̃s condendum, donec resurgens à mor tuis fructum faceret centuplum. Huius ergo frumẽti adeps est, quicquid ab eius plenitudine in membra eius, in Ecclesię ciues manat. Aut per adipem frumenti, accipe illum delicatissimũ atq; pinguissi G mũ panem sancti corporis dñi, quo satiantur, quo pascuntur, & copiose quasi eximiis deliciis reficiuntur oẽs fidelium animæ, quæ ipsum dignè & cum iudicio manducauerint, de quo ẽt illud intelligi põt, quod in alio psalmo scribitur, & cibauit eos ex adipe frumenti, & de petra melle saturauit eos. Satiare aũt in hac ex positione accipi debebit, nõ fm plenitudinem suæ significationis, iuxta quã dici
Ps. 89 tur in alio Psalmo, Satiabor, cum apparuerit gloria tua, sed ut significet sufficien tẽ, imo copiosam & delicatã & refectio- H nẽ. Nã prior illa satietas à peregrinantibus nobis longe est, tametsi posterior ijs
Ps. 16 dẽ nequaquã denegetur. ¶ Ver. 2 Qm̃ cõ fortauit seras portarũ tuarũ, benedixit filijs tuis in te, Vigilanter attende, q̃ non simpliciter Propheta hic dicit, Deum cõ fortasse aut seris clausisse portas Hierusalem, uerum q̃ seras portarum eius con fortauerit. Plus enim hoc ũr, ẽr seras por tarum cõfortasse, q̃ tantum portas cõfor tasse, uel seris clausisse. Nam ita solent ciuitatum portæ, contra hostiũ ingressũ & insultum, duplici claudi & obfirmari munimine, Primũ. n. seris maximis & fortissimis concluduntur, deinde uectes adhibentur ferrei, aut ligneæ trabes magnę, ferramentis crassis quasi circulis fabrorũ artificio obligatæ & corroboratę, quibus ea clausura quæ serarũ est, ueluti cõfirmat, cõfortatur, & secura rẽddit, ne ulli forsitan impetui uel concussioni ho stili possint seræ nõ cõfirmatæ cedere, quomodo & priuatarum domorũ plæra rumq; nõ tñ ostia seris simplicibus clau dunt, sed insuper & pessulo seralis illa. clausura uelut firmatur. Videtur aũt mihi fm hãc cõsiderationẽ dixisse Propheta, non simpliciter, Clausit portas, sed cõ fortauit seras portarũ tuarũ, uolens nimirum fortissimam & pœnitus infrangibilẽ clausurã securitatẽq; maximam atque inexpugnabilem hmõi uerbis significare. Nã si de illa loquamur securitate cęlestis Hierusalẽ, certũ est, nullis unquã uerbis satis illam posse explicare. Si verò de hac terrestri loquamur Hierusalẽ, ipsa tamẽsi non eadem qua illa prior perfecta gaudeat securitate, ut prorsus malum nullum, nedum superans, sed nec tentãs aut uexãs ad eã possit accedere, ex ipsis tñ dñi uerbis, tantã cognoscimus esse ẽt huius securitatem, ut nulla possit hostili oppugnatione, ab ipsis qdẽ iferri portis, deuinci aut expugnari, qũo in Euãgelio ait Saluator, Et portę inferi nõ p̃ualebũt aduersus eã. Quòd si quæras, qs hãc præ stat serarũ confortationẽ, id est, summã securitatem, & firmã custodiam: Ipse uidelicet est, q in Euangelio loquitur, di- Matt. 16
cens, Ego uobiscum sum usq; in cõsummationẽ sæculi, de quo ĩ alio psamo dr̃, Deus in medio eius non commouebit, adiuuabit eam Deus, &c. quasi dicat, Ideo
non commouebitur illa ciuitas, quoniã Matt. 28.
dñm habet in sui meditulio, qui ciuitatem suam nunquã patietur expugnari, q Ps. 45
semper illi laboranti aderit, feretq; suppetias in ea pugnantibus, ne prorsus suc cumbãt, Rursum attende, q̃ tota hæc cõ fortatio dño adscribitur. Nõ. n. dr̃ simpli citer, Qm̃ confortatæ sunt seræ portarũ tuarũ, sed dñs id fecisse memoratur. Qm̃ (inquit) confortauit, nimirum ipse Deus tuus, seras portarum tuarum. Videlicet

delicet quia, vt in alio psalmo scribit, Nisi dñs custodierit ciuitatē, frustra vigilat qui custodit eā. Postremò & hoc aduertendum est, q̄ ciuitatis huius plenā beatitudinē volēs describere, duo hæc simul iungit, nempe q̄ seras portarū eius Deus confirmauerit, & filiis eius benedixerit. Nam tunc ciuitas aliqua rectè valet, cum talis est portarum atq; murorum fortitudo, vt sit tuta ab hostibus & insup abundantia est eorum quæ ad vitā agendam fuerint necessaria. Nā alterum sine altero nequaquā sufficit. Si.n. ciuitas quælibet, vel validissimas portas, aut quā maximè confortatas portarum seras habuerit, si intus defectum patiatur panis, aquæ salis aut aliarum rerum quæ sunt ad vsum humanum necessariæ, non ex sola portarū fortitudine erit bene tali ciuitati. Rursum non satis fuerit ciuitati, abunde habere oīa eiusmodi quæ humanis apta sunt vsibus, neq; hoc vnicum ab hostiū expugnatione illos poterit securos facere, si portas habuerint nimiū infirmas, aut imbecilles muros, vt facile queant hostes irrūpere. Neutro, inquā, horū modorū ciuitati bene pōt esse prospectum. Nā illi penuria ac fames hosti portas aperire cōpellit, hi, portarum infirmitas hosti irrumpenti & insultanti quantocyus cedens, præbet aditum. Verum vbi hæc simul duo eadē ciuitas habuerit, nempe vt portarū seras habeat confortatas, contra hostiū insultū, & rerum oīum necessariarum intra se abundantiā, vt non cogantur qui intus existunt, sese dedere in manus hostiū, ibi scilicet oīa secura sunt, ibi in tuto degūt ciues. Atq; hoc pacto, in præsenti nunc loco Propheta perfectā volens Ciuitatis supernæ securitatem designare in priori parte primū insinuat, cum ait, Confortauit seras portarū tuarum, in altera aūt posterius cū subiungit, Benedixit filiis tuis in te. Siquidē benedictio hæc, oīs boni à Deo liberalis donatio & prouisio est. Videntur aūt quæ in hoc versiculo obscurius dicta sunt, eadem proxime sequenti clarius exponi. Cum.n. subiungit, Qui posuit fines tuos pacem, vī hoc priorē partem iā dicti versus declarare, velut exprimendo quid voluerit per confortationē serarum intelligi. Et cum deinde adiicit, Et adipe frumenti satiat, te procul dubio illa apertè exprimit benedictio, cuius in præcedenti versu mentionem fecerat. Ciuium.n. supernorū hęc est benedictio Diuinitatis adipe satiari. ¶ Ver. 3. Et adipe frumenti satiat te. Iam supra in annotatione prima ostendimus, qūo adeps frumenti, & ista ex adipe satietas intelligi debeat, si militanti applicemus Ecclesiæ. Verū si triumphanti, vt in Elucidatione, voluerimus accōmodare, ponderandum hoc nobis & expendēdum videbit, q̄ nō simpliciter Psalmista dixerit. Et frumento satiat te, sed plus dixit, frumēti adipe. Nā sicut in tritico est separare adipē sine medullā q̄ in ipso est, ab ea quæ remanet grossiori magisq; crassa substantia, ita in Christo hoīe, qui seipsum grano frumenti in sancto Euāgelio cōparat, duplicem consideramus naturā, Diuinā.s. atq; humanā. Illa, vel ut adeps delicatissimus est, & medulla pinguissima. Hæc autem, licet crassior sit, & minus ex se digna, tū simul est cū illo adipe in eodem frumento cōiuncta. Non solum aūt tritici adeps, verumēt reliqua eius substantia esui apta est, & paululum congruum. Et licet sit ille regum cibus, iste tū posterior inferioribus ēt bonus est. Ita & nos in proposito loco duplex consideramus pabulū. Nā adipe Diuinitatis medulla illa delicatissima, iā satiantur qui sunt in conspectu regis Christi nostri, ipsi simul cum eo reges & sacerdotes in sæcula sæculorū hac (inquā) satiantur, qm̄ eā vident facie ad faciē, & in ea oblectantur plenissimè ad oēm sufficientiam & abundantiā, supra quā dici, imò vel cogitari pt. Nos verò interim hic super terrā adhuc peregrini, adhuc miseri, adhuc exules, illo nondum adipe satiamur, attū ne deficiamus ī via, miseret nobis frumentū nostrū, & quasi de crassiori substantia nos pascit de sua humilitate, dum nobis de sua plenitudine cōicat quantum ipse voluerit, & nobis necesse fuerit spiritualis gratiæ, & dum suo nos benedicto corpore pascit. Non omnino tū deest nobis peregrinantibus ille adeps; illa medulla, sed latet nos, & occultatur adhuc: neque nobis crassius illud corporaliter proponitur. Atque ita sane dicere possumus; quod de frumenti

Margin notes: Psal. 126. (beside "si dñs custodierit"); B; D; Ioan. 12; Apoc. 1; 1. Co. 13.

menti adipe, peculiariter beatos in gloria
Dei satiat ¶ Ver. 5. Qui dat niuẽ sicut la-
nã nebulã sicut cinerẽ spargit. Mittit cry
stallum suum sicut buccellas. In his ver-
bis, affectus describit virtutis verbi Dei,
& Euangelicæ doctrinæ, cuius in versu
statim præmisso fiebat mentio. Tria n.
hæc potissimũ operata est Euangelij per
orbẽ prędicatio, videlicet niuis sicut lanę
apparatũ, nebulæ dispersionẽ vt cineris
& crystalli in modum buccellarum pro-
tectionẽ. Euangelio namq; rutilante, ni-
uem dedit Deus quasi lanã, id est, electos
suos fideles, candidissimos reddidit, vt fie
rent quasi lana naturali colore albissima
ẽt ij qui ante per peccata fuerant nigerri
mi, aut velut coccinũ siue vermiculus ma
xime rubri, quemadmodum per prophe-
tã dr̃, Si fuerint peccata vestra quasi coc
cinum, velut nix dealbabunt̃ & si fuerint
Esa 1. rubra sicut vermiculus, velut lana alba
erunt Et in psalmo quinquagesimo. La-
uabis me, & super niuẽ dealbabor. Potest
verò in niue non solũ candor, sed & alia
ratio considerari ob quã electi comparen
tur niui. Nix. n. dum cadit, flocci videntur
diuisi innumerabiles, qui tñ mox vbi ce
ciderint, pariter coadunantur, & quasi
vnã efficiunt telam, adeò vt nemo artifex
tã aptè possit filum filo iungere texen-
do, q̃ flocci niuei sibijnuicẽ coniungunt̃.
Atq; ita fideles in Ecclesia, ad Euangelicã
prædicationẽ, tametsi ex diuersis generi-
bus, tribubus, populis, linguis, & statibus
congregent̃, in summa tñ vnitate, in vna
fide, vna spe, vna charitate, & omnimoda
vnitate, per Deum vniunt̃. Nebulã verò
per Euangeliũ dispersit Deus vt cinerẽ,
qui ante faciẽ venti nequit consistere,
sed rapit̃ & dissipatur, id est, aerea spote-
Psal. 118 states fugauit de cordibus credentium, fe
citq; euanescere, vt nõ possent in suis ha-
bitaculis quæ obsederant consistere, quẽ-
admodũ in alio psalmo dr̃, Exurgat Deus
& dissipentur inimici eius, & fugiant qui
oderunt eum à facie eius. Sicut deficit
fum⁹, deficiãt̃ sicut fluit cera à facie ignis
sic pereant peccatores à facie Dei. Ter-
tius aũt effectus, qui ex Euangelij prædi-
catione scribitur consequutus, crystalli
est in modũ buccellarũ proiectio, i. homi
nũ prauorũ, & in suæ infidelitatis ac alio

E rum vitiorum frigiditate permanere eli-
gentiũ reprobatio. Vbi nota, non de qua
libet glacie generaliter. Mittet glaciem si
cut buccellas, sed tñ de crystallo. Oẽs. n.
peccatores qui extra Dei charitatẽ sunt
verè glacies dici possunt, videlicet qm̃ ni
uium frigus illorum cor obsedit, & con-
gelari fecit, atq; concrescere, iuxta illud,
Coagulatum est sicut lac cor eorũ: suntq;
ante Deum qualibet glacie frigidiores, à
quorum cordibus abest amor Diuinus, Hebr. 12
qui ignis consumens & liquefaciens est, Psal. 67.
vt cordis congelationẽ non patiat̃. Quili
F bet. n. peccator, glacies est; & quo quisq;
ab amore Dei magis elongatus, eo magis
glacies dici debet. Verum non itẽ oĩs pec
cator crystallus est. Crystallus. n. siue cry-
stallum, est res induratissima, & ita cõcre
ta atq; congelata vt igne adhibito admit
tat dissolutionẽ, cum glacies igne adhibi
to facile se patiat̃ resolui. Ita sanè pecca-
tores illi qui audito verbo veritatis, per
pœnitentiã ad Deũ emolliti sunt, velut
igne Diuino liquefacti, glacies corã Deo
quidẽ fuerant, sed nõ crystallus, atq; ideo
non sunt proiecti quasi buccellæ siue fra-
G gmenta panis, idcirco non sunt facti re-
probi. Qui verò audito verbo veritatis,
non solũ emolliti sunt vt agerent pœni-
tentiã, sed magis ẽt indurati sunt & dete-
riores facti: hi nõ glacies tñ, sed crystal-
lus indissolubilis reputant̃, indissolubilis
dico, rõne obstinatę prauitatis, nõ ob ver
bi Diuini impotẽtiã: atq; ideo sicut buc
cellæ, sicut panis fragmenta, fuere ꝓiecti.
Quibus aũt pronunciant̃, In Elucidatio-
ne manifestat̃ apertius. Veruntñ dissimu
landũ nõ est quod Gręce κρύσαλλος ẽt gla
ciem significat: quemadmodum psalmo
H proximè sequenti, ignis grando, nix, gla
cies, &c. neq; hoc loco aliud quã glaciem
vertunt Hieronymus ac Felix. Atq; ita si
nos quoq; crystallum hic sumamus pro
glacie, necesse erit nos istã glaciei proie-
ctionẽ intelligere de glacie, in modũ cry
stalli indurata: non indiscriminatim de
qualibet glacie. Nam (vt suprà ostensum
est) non indifferenter quamlibet glaciẽ
Deus vt buccellã proijcit, sed illam tantũ
quæ vt crystallus est indurata, vt nolit ver
bo Dei liquefieri. Ver. eodẽ, Ante faciem
frigoris eius quis sustinebit? Per fri-

gus

gus istud dñi, nos intelligimus iram do A
mini, qua ab obstinatis hominibus ma
net auersus, Vbi notandũ, ꝙ ira domini
aliquãdo per calorem significat̃, aliquã
do per frigus. Per calorem significat̃ ps.
18. quũ dr̃, Non est qui se abscondat à
calore eius. Sic ira Dei dr̃ subinde exar-
Ps. 88 descere uelut ignis, quemadmodum in
psalmo alio, Vſquequo exardescet velut
Ps. 17 ignis ira tua. Ac rursũ, ignis à facie eius
exarsit. Contrariis ergo similitudinibus,
Dei ira exprimitur secundum diuersas
cõsiderationes, q̃uo item Christus domi
nus noster nunc leo, nunc agnus figura B
tur. Ira ergo Dei, quatenus grauem vindi
ctam, & seuerã ultionẽ excitans, quasi ad
perditionẽ, & consumptionẽ exigens im
pios, igni assimilat̃, & feruori semper cõ-
sumere, semper ignire desideranti, & sem
per ut uorei gliscenti Eadẽ uerò, Dei ira,
frigus dr̃, quatenus per iracũdiã, Deus,
ab obstinatis, sui salutaris caloris sub
trahit beneficiũ, & dulces sui luminis ra
dios ab eis abscondit, quos super iustos
ac penitẽtes benigne effundit ad salutẽ
aiarum ipsorum. Quemadmodum uide-
licet solẽ corporalẽ imaginari possumus C
duabus rõnibus irascentẽ. Si.n. quẽquam
tã impetuosẽ tamq; nimium uiolenter
iaciat suos flagrãtes radios, ut illũ incen
dat atq; consumat, huic quasi per calorẽ
irasci illũ intelligimus. Cõtra uerò si ter-
ræ alicui ꝓrsus suos neget radios, ita vt
oĩno nolit uel ut luminis uel ardoris sui
bñficiũ illi cõicare, & reliquas terræ par
tes illuminans, atq; calore tẽperato fecũ
dans, hãc solã terræ portionẽ nolit suis
radiis contingere, huic dicemus illũ suo
frigore irasci, quemadmodũ uidelicet in
tpe passionis domini dicere possumus, D
terræ iratum fuisse suis tenebris solẽ, qñ
noluit super terrã suũ lumen effundere.
Hebr. 12 Ad hunc sane modum, dñs Deus nr̃ qua
tenus erga impios in tpe ultionis ad iu
dicium & perditionẽ per suã iustitiã fer-
uet, quasi ignis gliscens ad inflammatio
nẽ circumpositæ materiæ, eatenus eius
ira caloris feruori assimilatur: pp qd, ẽt
alibi Deus noster ignis cõsumẽs esse dr̃,
Quatenus uerò ab iisdẽ illis, omnis lu-
minis & oĩs spũalis boni oblectationẽ
abstrahit, quatenus illis nõ suo benigno

A aspectu illucescit, quasi frigore suo illos
affligit, quibus ita suum gratum calorem
& uultũ benignum abscõdit. Pulchrẽ ve-
rò secundum ordinem, duplicem hãc irã
inuenimus descripsisse Moysen ĩ suo cã
tico prius quidem de ira frigoris, post de Deut. 32
ira caloris loquentem Sic.n. habet, Vi-
dit dominus, & ad iracundiam concita- 2. Pet. 2.
tus est, quia prouocauerunt eum filii sui
& filiæ. Et ait, Abscondiã faciẽ meam ab
eis, & cõsiderabo nouissima eorũ. Gene-
ratio.n. peruersa est, & infideles filii. En ha
bes frigoris irã cũ ait, Abscondam faciẽ
B meam, &c. Hoc.n. facit ira frigoris. Post
pauca deinde subiungit̃, Ignis succẽsus
est in furore meo, & ardebit usque ad in
ferni nouissima, deuorabitq; terrã cũ ger
mine suo, & montium fundamenta cõbu
ret Congregabo super eos mala sagittas
meas cõplebo in eis. Cõsument̃ famẽ, &
deuorabunt eos aues morsu amarissimo
Dẽtes bestiarũ immitiũ in eos, &c Foris
uastabit eos gladius &c. Et dixi, Vbinam
sũt, &c. Hęc oĩa qs non uidet ad exarde
scẽtẽ ignis iracundiã pertinere, Admodũ
aũt pulchra vr̃ respondentia duarum ista
C rum partiũ adinuicem, ut cum in priori
parte dixisset de proiiciendo crystallo, ꝙ
utiq; frigidum est opponat ex aduerso di
uinæ iustitiæ frigus ulciscẽs & puniẽs il
lud crystalli impiũ frigus, id est, obstina
torũ hominum impietatem & impœnitẽ
tiã. Tanquam si dicat propheta, Eligunt
impii nunc quidẽ crystallum esse, & suũ
frigus eligũt, inq; eo pm nere uolũt, &
non se patiuntur emolliri diuini uerbi
ardore, sed huic illorũ frigori cõtinget
frigus aliud intolerabile, ꝙ crystallus il-
la ferre non poterit, ꝙ crystallus illa ne-
D quaq̃ ambit, ad significandũ, ꝙ frigori
humanæ obstinatiõis, frigus ex aduerso
opponetur diuinæ ultionis. A facie aũt
frigoris illius nemo poterit sustinere,
uel quia nemo poterit illud subterfuge-
re, aut quia nemo poterit resistere, aut qa
definitã ex ira Dei ultionẽ nemo pote
rit ferre, q̃uo Petrus Apostolus dicit an-
gelos malos, licet uirtute hominibus po
tentiores, non ferre tñ aduersum se exe-
crabile Dei iudiciũ. ¶ Ver. 7. Emittet ver
bũ suũ, & liquefaciet ea. Difficultas est in
relatione huius ꝓnominis EA. Non. n.
uidetur

uidetur aliquid aperte præmissum qđ referat. In Elucidatione indicauimus relationem fm intellectũ magis quàm fm uocem hoc modo, Emittet uerbũ suum, & liquefaciet ea, nempe corda glaciata, q̃ sunt ut glacies, uel aliquo modo ut crystallus. Non debet tamen fieri relatio ꝓ iisdem secundum numerum, qui significantur in uersu illo præcedenti. Nam idẽ illi proiecti sicut buccellæ, non hic dicũtur liquefieri, sed illi qui fuerunt quidẽ aliquando crystallus uel glacies, at nõ ita obdurati in suo frigore, quin se igne uerbi Dei emolliri sustinuerint, quales uidelicet glacies illi erant, de quibus ait Apostolus, Scitis qm̃ cum gẽtes essetis, ad simulachra muta, ꝓut ducebamini eũtes, &c. Et alibi, Neq; fornicarii, neq; idolis seruientes, neq; adulteri, neque molles, &c. regnum Dei possidebunt. Et hæc aliquando quidem fuistis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis, in nomine domini nr̃i Iesu Chri, & in spũ Dei nr̃i. Posset tamen relatiuũ istud referre simul etiam niuem, ad hũc sensum, Emittet Deus uerbum suum, & liquefaciet ea, nempe & niuem & glaciem. Sanctos enim, ẽt eos q iam nihil obdurati sunt, sed iã olim emolliti, adhuc tamen liquefacit Deus, ut magis ament, ut magis mollescant magisque calescãt in amore Dei, iuxta illud Apocalypsis, Qui sanctus est, sanctificeť adhuc. Vnde sponsa in canticis, licet iam prius liquefacta, tamẽ quasi nouo modo se fateť liquefactã, statim ut sponsum audiuit loquẽtem. Anima mea (inquit) liquefacta est statim ut dilectus locutus est. Eos uerò qui adhuc glacies sunt, resoluit & liquefacit, conuersione pœnitentię. De aquis aũt illis, quæ fluunt ad flatum emissi spiritus, nota q̃ non eædem semper aquæ sunt, quas excutit emissus spũs. Nã ubi super glaciem cadit, primum aquas progignit amaritudinis, i. lachrymas pœnitẽtiæ, cuius egregium exemplum præbuit illa peccatrix fœmina, q̃ uerbo dñi exterius, simul & spiritu eiusdem interius tacta accurrens ingressa est domum conuiuii illueq; largiter aquas per oculos euomuit, ut lachrymis sui scribať rigasse pedes eius, cuius uerbo & spũ tacta fuerat. In sãctis uerò, q iã olim glacie esse desierunt, atq; defluunt dulces spũaliũ gratiarum, de quibus Saluator ait in Euang. Qui credit in me, sicut dixit scriptura, flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ. Ac rursum Aqua quam ego dabo fiet in eo fons aquæ uiuæ salientis in uitã æternã. Sciendum tamen est, quosdam penitus literæ inhærentes, & prædicta de Hierusalẽ & Siõ temporaliter intelligentes de pristina fœlicitate restituenda post Babylonicam captiuitatem ista omnia q̃ hactenus cõgruis mysticis intelligentijs exposuimus, temporaliter & corporaliter intelligere in hunc modum, O Hierusalem, lauda dñm Deum tuum, qui te aliqñ ẽ reædificaturus, & restituturus in statũ pristinũ, ut habeas portas cõfortatas, & oĩum rerum in te abundantiam, ut habere omnia soles ante desolationem tuã. Quæ uero deinde sequunť de niue, glacie, & liquefactione, ita exponunt, Neque uerò est q̃ desperes, ô Hierusalem de tua reædificatione, sed crede uerbo domini, qui potens est, ubi uoluerit, omnia cõmutare, uel solo uerbo quod currit uelocissimè, id est, quantocyus adimpletur, & cui parent omnia, id qđ euidentissimè ostendit, dum subito niuem ad modum lanę cãdidissimam, super terram facit descendere, & ubi uoluerit, nebulam, siue pruinam mittit, rursumq; glaciem, siue grandinem ad modum fragmentorũ panis, cuius glacies, uel grandinis frigus foret hominibus intolerabile, qm̃ est uehementissimum, statim quoq; ubi iusserit Deus, solo eius uerbo ista (nẽpe nix pruina grãdo, & glacies) dissoluuntur ĩ aquã & flante spiritu, siue uento calido, ista cõuertuntur in aquas, ut fluant quæ prius erãt constricta, & uelut solida, ut uidelicet hoc exemplo suum populum animet, atque in spe cõfirmet, quasi hoc indicare uolẽs, si tantam Deus possit solo uerbo suo mutationẽ efficere in eiusmodi creaturis, posse ẽt & Hierusalem, quãquam nunc desolatam, suo tempore, ubi iuberet, in pristinum statum restituere. Quę expositio, ut sufficiat pro literæ rudi intelligentia, & admodum facilis sit, nos tamen eam non ut præcipuam sequmur, quoniam altiora in his omnibus & penitiora arbitrati sum⁹ latere mysteria, quæ

Margin notes: 1.Cor.11 / 1.Cor.6. / Apo.22. / Cant.5. / Luce. 7. / Ioan.7.

quæ pro nostro modulo secūdū Dei gratiā, vt potuimus, elucidare conati sumus.

¶ Versu penult. & vlt. Qui annunciat verbum suum Iacob. &c. Non fecit taliter oī nationi, &c. Videntur hi duo versus ad literam facere mentionem, de veteri populo Israelitico, cui Deus pro speciali beneficio, & quasi singulari quadam prærogatiua, dedit Mosaicam legem, quam aliis

A

non dedit populorum nationibus. Nos tamen in Elucidatione ista spiritualiter ad uerum Israelis semen secūdum spiritum, id est, ad fidelem in Ecclesia populū accōmodauimus, de noua euangelica lege exponentes: per nationes uerò, qbus non similiter fecit Deus, uniuersos accipientes incredulos, qui non acquiescūt ueritati, credunt autem iniquitati. Rom. 2.

## CXLVIII. PSALMI ARGVMENTVM.

*Psalmus iste, omnium creaturarum inuitatio est atque exhortatio, ad laudem* Dei, *qui creauit omnia. Et primum quidem, ordine congruo cælestes creaturæ inuitantur ad laudem, nempe spiritus angelici & cælestes omnes exercitus, sol quoque, luna & stellæ, quæ solo uerbo creata atque stabilita sunt, ut in æternum perseuerant & suis arctata legibus, quas inuiolabiliter obseruare debent.* Deinde, *quæ in inferiori hoc mūdo cernuntur, ad laudem item aduocantur: primum omnium dracones, quos siue terrestres, siue marinos possimus accipere, qui in abyssis gignuntur & habitant, quos uerisimile est propter nimiam corporis immensitatem, ac etiam super alia animalia terrorem & potestatem, priori loco nuncupari. Post hos aduocātur ea, quæ in superiori uel media aeris regione generari, atq; ex ea conspiciuntur descendere, nempe ignis, qui ab exhalationibus inflāmatis in aere gigni conspicitur, grando, nix, glacies, & spiritus tempestatis, quæ omnia, diuino uerbo obediunt. Montes deinde & colles, & ligna tam fructifera, quàm alija apta usibus aduocantur, bestiæ quoque & serpentes & uolucres, ac postremo omnium genus humanum uniuersum, nullum omnino neque statum, neque ætatem, neque sexum excipiendo propter celsitudinem* Dei, *cuius confessio nimium sublimis, cælum & terram superexcedit; qui præter omnia magnificentissima creationis suæ opera, etiam glorificatione populi sui, hymnos & laudes ab omnibus fidelibus seruis promeretur ac postulat.*

## CXLVIII. PSALMI ELVCIDATIO.

AVDATE *dominum de cælis.*

Laudate dominum creaturæ omnes, tam cælestes quàm terrestres; & primū quidem, uos quæ de cælis siue cælestes estis, laudate cæli dominū.

.* *laudate eum in excelsis.*

laudate ipsum uos ò sublimes creaturæ, quarum est in excelsis mansio, quibus pro sua dignitate deputatus est locus supremus in altissimis.

2 *Laudate eum omnes angeli eius;*

In primis aūt uos, ò angelici spiritus, au date dn̄m Deū uestrū, q uos tā nobiles spiritus fecit, tāq; magnifice glorificauit;

.* *laudate eum omnes uirtutes eius.*

laudate eum uniuersi cælestes exercitus, qui estis in circuitu eius, ministrantes in millibus millium, & in decies centenis milibus assistentes ei omni tempore.

3 *Laudate eum Sol, & luna;*

C

Laudate illum sol & luna, duo luminaria magna, & præ cæteris insignia, facta à Deo ut præsitis diei ac nocti, illuminetisque terram, & in distinctionem sitis temporum; Dan. 7.

.* *laudate eum omnes stellæ & lumen.*

Laudate etiam illum uos stellæ omnes, quas ad illuminationem noctis creauit altissimus, & lumen omne quod siue à sole, siue à luna, siue à stellis est, laudet pariter increatum illum patrem luminum, & lumen increatum, a quo creatum lumen omne procedit. Gen. 1.

D

4 *Laudate eum cæli cælorum, & aquæ quæ super cælos sunt:*

Oēs quoq; cæli, ipsum præcipue summū empyreum cælum, quod alios omnes tegens, atq; in se concludens, est ueluti cælorum cælum, laude date Deo, qui vos mira claritate adornat; cælum quoq; crystallinum, siue aqueum, quod est super firmamentum, naturam quandam & condi

tionem aquæ participans,

*laudent nomen domini.*

hæc (inquam) superna omnia laudēt nomen domini, qui cuncta ea incorruptibilia condidit, ac perpetuo stabilia.

5 *Quia ipse dixit, & facta sunt, ipse mandauit, & creata sunt:*

Idcirco autem uos, ô nobiles & præcellentes creaturæ, laudē Deo debetis, quoniā solo uerbo uos ab illo factæ estis, & sola uolūtatis eius iussione creatæ estis absque ullius laboris molestia, absq; ullius alterius cooperantis adminiculo.

6 *Statuit ea in sæculū & in sæculū sæculi:*

Statuit quoque uos firmauit atque stabiliuit in stabilitate essentiæ uestræ ut perpetuò maneatis, atque in sempiternum in uestra essentia persistatis nunquam interitura:

*præceptum posuit:*

præceptum quoque posuit nobis, quō & quousq, moueri, & in omnibus quid, quā, & qualiter agere debeatis, quomō in terras influere, quibus temporibus ubi apparere, quando terras relinquere, quādo easdem reuisere, & ita in cæteris omnibus leges & regulas motuum, atque operationum uestrarum omnium ab illo accepistis conditore uestro:

*& non præteribit.*

& præcepta illa atque statuta Dei nunquam fient per uos irrita, nunquam uos ea trāsgrediemini, neq; aliud quàm quod uobis præstitum est facietis.

7 *Laudate dominum de terra:*

Vos quoque terrestres creaturæ, quæ sub cœlis estis in elementari mundo, laudate eundem dominum, qui sicut cœlestium, ita etiam uester est dominus:

*dracones, & omnes abyssi*

uos in primis dracones, siue interris uenenosa animalia, siue in mari cete grādia quę estis animalia magnitudine & mole, singulariter eximia atque insignia: oēs quoq; profunditates immensę, siue terrarum, siue marium, in quibus dracones isti siue maris nascūtur, siue inhabitant.

8 *Ignis grando, nix, glacies, spūs procellarū:*

Ignis etiam & grādo, nix & glacies, & spiritus turbinis, ac uenti tempestuosi, etiā uos laudate dominum:

*quę faciunt uerbum eius*

quæ nullā habentes stabilitatem subsistētiæ uestræ, obeditis uerbo, & iussioni eius, ita ut cum ille iusserit, mox exurgatis uel cessetis, siue ad consolationem & liberationem iustorum, siue ad pœnā & ultionem malorum, siue ad aliam quam libet diuinæ uoluntatis adimpletionem.

9 *Montes & omnes colles:*

mōtes etiam maiores, & monticuli minores, qui ascenditis in locum præfinitum, & terminos custoditis, quos ille posuit uobis ut non cōueriamini operire terrā: Ps. 103.

*ligna fructifera & omnes cedri,*

ad hæc ligna omnia & arbores quæ nascimini è terra, & fructū fertis humanis potissimum usibus accommodum, cedri quoque proceritate nobiles, & ad ædificia construenda humanis usibus plurimum conducentes.

10 *Bestię & uniuersa pecora, serpentes & uolucres pennatæ.*

Bestiæ item irrationales & pecora uniuersa, cuiuscunque sint generis, cuiuscunque tandem naturæ, serpentes etiam qui repunt super terram, & aues quæ pennas habent ad uolandum in aere:

11 *Reges terrę, & omnes populi, principes, & omnes iudices terrę.*

Postremò uos, ô rationales homines, cuiuscunque tandem status, conditionis, ætatis, uel sexus fueritis, siue reges qui dominamini in orbe terrarum, siue subiecti illis populi, siue principes atque iudices super terram.

12 *Iuuenes, & uirgines, senes cum iunioribus laudent nomen domini:*

Adolescentuli, siue adolescentulæ, senes atq; iuuenes, pariter omnes laudē & confessionem dent nomini domini, neq; ullus omnino hoīm à laude cesset creatoris:

*quia exaltatum est nomen eius solius,*

quia nomē eius solius uerè est excelsum & magnificatum, & solus ipse iuxta suā celsitudinē est omni laude dignissimus.

13 *Confessio eius super cælum & terram:*

Cōfessio & laus eius altior est cœlo & terra, neq; cœlo vel terra comprehendi pōt, neq; usquā illi, siue hic, siue illic, digna & sufficiens potest dari laudis confessio:

*& exaltauit cornu populi sui.*

& ipse exaltare decreuit fortitudinem, potestatē, & gloriā populi sui, magnificare

salutem

salutem electorum suorum, eos a captiuitate diaboli liberando, & in libertatē veram, atq; in adoptionem filiorum Dei sublimādo; quod super alia omnia creationis opera fidelibus maior adhuc debet esse laudis materia.

14 *Hymnus omnibus sanctis eius, filijs Israel populo appropinquanti sibi.*

Hymnus, laus, & benedictio pertinet, & competit omnibus credentibus in eum, verò secundum spiritum Israeli populo, qui per fidem, & rectum cultum illi appropinquare studet, illiusq; & dici, & esse populus conatur. Decet. n. sanctos, & electos Dei seruos, laudibus & hymnis illum celebrare, qui in omnibus tam quæ ad creationem, quàm quæ ad recreationem spectāt, vsqueadeò sese exhibuit gloriose mirabilem, & mirabiliter gloriosū, qui in trinitate summe vnus, & in vnitate verè trinus regnat in perpetuis æternitatibus sæculorum. Amen.

## ANNOT. IN PSAL. CXLVIII.

Versu 1. Laudate dnm de cęlis. Ita accipienda est hæc oratio, ac si diceretur, Laudate dnm uos qui estis de cęlis, i. ciues cœlestes; ac deinde, Laudate eum in excelsis, i. qui estis in altis, qui in supernis moramini. Similiter in ver. 7 cū dr, Laudate dnm de terra, sensus est: Laudate dnm vos creaturę terrestres, siue q̄ estis de terra. Hunc sensum manifeste indicat Chaldaica paraphrasis, quę in 1. versu sic habet, Laudate Deum creaturę sanctæ de cœlis, laudate eum angeli excelsi. Posset tñ ēt aliter nostra lectio exponi, Laudate dnm de cœlis, & de iis quæ considerant, geruntur in illis, laudate eum in, vel de sublimibus illis, de iis quæ in sublimib. agūtur, vel habitant in eis. Oīno tñ prior expositio huic posteriori præferenda vr. In 2. aūt versu, virtutes debere accipi pro exercitibus, ex iis quæ iam sæpius in pręcedētibus dicta sunt, præsupponimus manifestum. ¶ Ver. 4. Laudate eum cœli cœlorum, & aquæ quæ super cœlos sunt, laudent nomen dñi. In hoc versu duplex potest accipi constructio. Prior est, vt noīatiuus ille, aquæ quæ super cœlos sunt, supponat verbo Laudent; ad hūc sensū. Laudate dominū cęli cœlorum: ac deinde, Et aquæ quæ super cœlos sunt laudent nomen dñi, eius uidelicet qui eas sic mirabiliter super firmamētū in maxima perspicuitate & limpiditate cōdidit, & continet. Altera est constructio, s̄m quā nominatiuus ille, aquę quæ super cęlos sunt, cōiungit uerbo secundę personæ, in principio versus posito, Laudate; finis aūt versus, ad omnia præcedentia refertur, hoc sensu. Cœli cœlorum, & aquæ quæ super cœlos sunt, laudate dnm: oīa (inquam) iā enarrata laudent nomē dñi, qm̄, &c. Atq; hanc distōnem, vt magis veram in elucidat. sequimur, quam in Græco licet aptissime videre, vbi nō s̄m numerum pluralē dr, Aquæ quæ super cœlos sunt, sed p numerum singularem τὸ ὕδωρ τοῦ ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν, hoc est, ipsa aqua quę super cęlos est; verbū aūt sequit̄ in numero plurali, αἰνεσάτωσαν, i. laudēt; vt manifestum sit illū noīatiuū, qui est numeri singularis, nō posse supponi huic verbo numeri pluralis. Quare ꝯformiter ēt in lectione Latina ꝓstat distōnē posteriorem eligere. Insuper & Hebræa lectio eidem distōni manifestē cōsentit, in qua totum illud, Laudent nomen dñi, penitus separat a p̄cedentibus, in c. 9. versus, hoc mō, Laudate eū cœli cœlorū, & aquæ q̄ super cœlos sunt. Laudent nomē dni, quia ipse mandauit & creata sunt. Nā qd in nr̄is & Græcis codicib. adiicit̄, Quia ipse dixit, & facta sunt, Hebræa oīno nō habēt, sed illud tm̄ qd sequit̄, Ipse mandauit & creata sunt. Cæterū, de aquis illis quæ super firmamentū sunt, qd sint, & quare ita appellent̄, & quo loco ꝯsistāt, cuiusue sint naturæ, plenius suo loco ex intētione tractanimus in libris de consid. rer. naturalium, c. 12. lib 7. cui titulus est, De cęlo & mundo. ¶ Ver. 6. Præceptū posuit, & non præteribit. Quidā putant, singularem numerum positum pro plurali, præteribit, pro p̄teribunt, vt sit sensus. Posuit Deus illis cœlestib. corporib. præceptum, & ipsa non præteribunt; hoc est, nō transgredient̄ illud. Pōt tñ nō minus rectè accipi in numero singulari, maximè cum & in Gręco & in Hebr. singulare habeat̄, iuxta sensū in elucid. expositū, vt suppositū verbi p̄terībit, sit p̄ceptum; hoc modo. Præ-

ceptum, non præteribit, id est, non fiet irritum, non erit inane, sed implebitur & obseruabitur diligentissime. Secūdū quē modum Saluator in Euangelio loquitur dicens: iota unum, aut apex unus nō præteribit à lege donec omnia fiāt. Et uerū, Cœlum & terra transibunt, uerba autem mea non præteribunt, uidelicet significare uolens, omnia plenissimè implenda.

Matt. 5. & 24.

¶ Ver. 7. Laudate dn̄m de terra, dracones & oēs abyssi. Illud de terra (ut suprà admonitum est) ualet uos qui de terra estis: ubi ēt generaliter accipi debet, de terra, ꝓ omnibus quæcunq; in hoc mundo inferiori existunt infra regionem cœlestem. Nam hoc uersu ab illis quæ in superiori cœlesti habitant regione delabitur, descē ditq; ad ea quæ in elemētari ista & inferiori regione uidentur, ut sic ordinato progressu per oēm transeat creaturā, nihilq; relinquat qđ non in laudem ꝓponat, atq; ēt excitet sui conditoris. Dracones aūt hic intellige, immanis quantitatis siue terrestria, siue aquatilia aīalia. Nā cete grandia, ēt dracones appellant, quēadmodum in Ps. 103. Draco iste quem formasti ad illudendum ei. Et annotat in hunc locum Beati Hieronymus legi hic posse, Cete & oē abyssi, eadē abyssi, eadēq; aīalia hic dracones appellari, q̄ in principio Genesis cete nominantur, ubi dr̄, Fecit Deus cete grandia. Quare manifestè uanum est, quod quidam dicunt legendū traeones per t, non per d, dicentes traeones esse subterraneos meatus occultos. Nā & ex Græco & ex Hebręo manifestū est, dracones per d, legendum, non per t. In sequenti quoque uersu attende, ut spiritum procellarū non intelligas tempestatē maris, sed flatum turbinis, id est, uētū turbidū. Vñ Hieronymus ex Hebręo, pro spū procellarū, legit, Ventus turbo. Felix similiter, Ventus turbinis. Versu penultimo, Et exaltauit cornu populi sui. Diximus in annotatione ultima psalmi 111. per exaltatiōnē cornu intelligi sublimationem alicuius, & magnificationem dignitatis atq; gloriæ eius: quēadmodum illo in loco dr̄ de uiro iusto Cornu eius exaltabit̃ in gloria, & quō Anna Samuelis mater, accepta fœcunditate, per quā super æmulam fuit exaltata, canit suum

1. Reg. 2.

cornu esse exaltatū ī Deo. Ita sane Deus cornu populi sui exaltabit, ita oēs suos electos magnifice exaltabit: iuxta quod Paul. ait: Quos iustificauit, hos & magnificauit. Rursum ad memoriā reuoca, qđ in psalmū diximus 131. In declaratione uersus penultimi, Illic producam cornu Dauid, &c. Per cornu uidelicet intelligi illo in loco Christum dominum, per quē ecclesia contra inimicum diabolum prę ualuit, sicut per cornu animalia sese defendunt ab impetentium feritate. Iuxta quam acceptionem, in præsenti loco nō incommodè per cornu intelligere poterimus Christum dominum, ut post omnē in creaturis enarratam Dei magnificentiam, illud quod omnium maximum est, & priora omnia in immensum superat, in admiratione subiungat de Messiæ nostri exaltatione. Ad qđ te pexisse ṽr in suo cantico Zacharias, cum ita canit. Benedictus dominus Deus Israel, quia uisitauit & fecit redēptionē plebis suę, & erexit cornu salutis nobis in domo Dauid pueri sui. Cornu. n. istud appellat cornu salutis, utpote p quod salus rū erat faciē da, estq; iam facta humano generi. Estque hoc cornu populi Dei, quasi pro populi liberatione productum atq; erectū, nimirū ut per illud seruent̃ electi. ¶ Ver. ult. Hymnus omnibus sanctis eius. Intelligendum est uerbum substantiuum, uel modi indicatiui; hoc sensu, Hymnus est omnibus sanctis eius, id est, fideles habeāt laudem quam illi efferant, quāq; illum celebrent. Vel per modum imperatiuum ut ſm exhortatiōnē accipitur sēsus, Hymnus uel laus sit omnibus sāctis eius, &c. fideles illi canent ac dent gloriā. Vel sic intellige, Hymnus debet esse, uel conuenit omnibus sanctis eius, ſm eum sensum quo dicitur in alio psalmo, Rectos decet laudatio, id est, ipsi sūt qui possunt laudare & debent, possunt quidem, quia est speciosa laus in ore rectorum, debēt uerò, qa ab eiusmodi Deus requirit laudē. Nā peccatori (ut in alio loco scribit̃) dixit De⁹, quare tu enarras iustitias meas & assumis testamentum meū per os tuū? Tu uerò odisti disciplinā, &c. Ecōtrario uero iusto dr̄, Immola Deo sacrificium laudis, & redde altissimo uota tua.

Rom. 8.

Lucæ. 1.

Ps. 23.

Ps. 49.

Ibidem.

## CXLIX. PSALMI ARGVMENTVM.

*Quomodo in psalmo praecedẽti posita fuit exhortatio totius creaturae, tã rationalis, quàm irrationalis, ad laudem creatoris: ita in hoc praesenti specialis ponitur inuitatio Ecclesiae huius militantis, ad laetandum in domino Deo suo, illiq; laudem & confessionem debitã persoluendam, propter beneplacitum ipsius in suis fidelibus, & propter mirificam ac gloriosã electorum exaltationem, ad quam illos perducturus est in regno uenturi saeculi qui nunc in militante Ecclesia fidelem ipsi seruiunt seruitutem. Vbi occasione oblata, magnificentiam gloriae & exaltationis illius uenturae late & pulchrè describit, potissimum autem gloriosam illam exultationem & laetitiam ineffabilem, quam ex diuinitatis conspectu in coelestibus mansionibus sunt consecuturi, & potestatem, authoritatemque iudiciariã, quã à Christo domino primario iudice sancti sunt accepturi, ad faciendum simul cum Christo iudicium, aduersum oẽs tam inuisibiles quàm uisibiles ueritatis aduersarios, etiam si reges illi, aut quantumuis nobiles exstiterint, Placet enim Deo, huiuscemodi gloriosa potestate suos electos glorificare.*

## CXLIX. PSALMI ELVCIDATIO.

1 *ANTATE domino canticum nouum:*
Cantate, ò fideles omnes, Domino deo nostro canticum nouitatis, iucunditatis, atq; laetitiae:

** laus eius in Ecclesia sanctorum.*
uera enim, summa, atque grauissima laus eius est in congregatione fidelium, in populo electorum suorum; & à uobis quicunque de Ecclesia sanctorum estis, laus illi debetur, hancque solam sibi gratã & acceptam habet, quae à iustorum congregatione persoluitur, non eam quę est à synagoga sathanae. C

2 *Laetatur Israel in eo qui fecit eum:*
Laetetur populus fidelis gaudio spũali, in Deo factore, creatore, & saluatore suo, qui ipsum fecit: primum quidem secundum naturam creando, deinde secũdum adoptionem regenerando:

** & filię Sion exultent in rege suo.*
fideles quoque, & deuotae animae, quae sunt filiae matris Sion, matris sanctae Ecclesiae, ipsae exultent, & magnificè glorientur in Deo, qui regnat in eis, nunc quidẽ per suam bonam gratiam, in futuro autem per plenam gloriam. D

3 *Laudent nomen eius in choro;*
In testimonium autem perfectae laetitiae, chorum facite, & congregamini pariter in laudem nominis eius, ut uno corde & ore collaudetis dominum:

** in tympano & psalterio psallant ei.*
adhibẽtes etiam exteriora musica instrumenta, tympana, & psalteria, in quibus psallatis ei.

4 *Quia beneplacitũ est domino in populo suo.*
Si causam fortè requiritis, qui ad cantandum exhortamini, huius laetitiae & exultationis causa certè iustissima est, eo quod beneplacitum sit domino, & complacentiam, bonamq; uoluntatem & oblectationem habeat dominus in populo suo, in seruis suis, in iis, qui diligunt eum, obseruantque praecepta ipsius:

** & exaltauit mansuetos in salutem.*
& ipse ad declarationem beneplaciti & dilectionis suae, exaltare decreuit humiles atq; mansuetos populi sui in magnificam salutem, imò iam exaltauit, data illis potestate, ut filii Dei mereantur & nominari, & esse, qui credũt in nomine ipsius.

5 *Exultabunt sancti in gloria:*
In illa autem salute cum ad illam perducti fuerint, ibi sancti illi coelestes ciues exultatiõne inenarrabili oblectabuntur in gloria sempiterna:

** laetabuntur in cubilibus suis.*
& laetitia inenarrabili, incontaminata, incorrupta, immarcessibili, & sempiterna gaudebũt in coelestibus mãsionibus (quę multae sunt in domo patris) in cubilibus illis, ubi somno suauissimo & quiete sẽpiterna potiuntur omnes beati; Ioan. 1. 1. Ioan. 3.

6 *Exultationes Dei in gutture eorum.*
Cantica exultationis, & magnificae laudis diuinae erunt in ore ipsorum, qualia in hoc spe, in his annis exilii, inq; his ignorãtiae latibulis, meditati nõ pōt nostri 1. Petr. 1. Ioan. 14.

ſtri ingenii paruitas, & hebetudo intelle
E
ctus:

** & gladij ancipites in manibus eorum.*

dabitur quoque eis poteſtas iudiciaria ad faciendum iudicium unà cum domino, ſuper duodecim tribus Iſrael, & ad iudicandum ſuper omnes impios, qui noluerunt obedire ueritati quos, ut Chriſti coaſſeſſores & aſtipulatores, ſententia damnationis quaſi gladio ferenti utrinque ſcindẽte, nimirum corpus & animã in perditionem mittente.

*7 Ad faciendam uindictam in nationibus:*

Rom. 2 Accipiant (dico) poteſtatem hanc, ut faciant uindictam & iudicium ĩ incredulis nationibus, quę ueritati noluerunt obedire, obedierunt autem iniquitati:
F

** increpationes in populis.*

uſque in populos eiuſmodi incredulos exerceant ſententiam increpationis & cõdemnationis, unà cum Chriſto uenturo iudice.

*8 Ad alligãdos reges eorum in compedibus:*

Vt reges illorum incredulorum, nempe principes tenebrarum, rectores mundi huius, atque etiam alios tyrannos miniſtros illorum alligent compedibus ſempiternæ condemnationis;
G

** & nobiles eorum in manicis ferreis.*

& nobiles atque inclytos eorũ tyrannos, reges, duces, atque præfectos terrarum, alligẽt uinculis ferreis, uinculis indiſſolubilibus mortis æternæ, q̃ in æternũ ſolui nõ ualeant, & in quibus eis in ſempiternum manus erũt colligatæ, id eſt, poteſtas omnis erit ablata, qua pollere in mundo uidebantur. Manifeſtum eſt enim quoniã ſancti etiam angelos malos iudicabunt, & qui in eis, & per eos iudicabitur mũdus.

*9 Vt faciant in eis iudicium conſcriptum:*
H

Data eſt autem ſanctis & fidelibus iudiciaria hęc poteſtas, ad hoc ut in prauos dęmones atque incredulos homines exerceant ſimul cum Chriſto, ad maiorem damnandorum confuſionem, iudiciũ illud condemnationis, quod eſt in libro diuinæ præſciẽtiæ deſcriptum, ad quod conformiter ipſi ferent iudiciũ, ut aſſeſſores & approbatores latæ per eum ſentẽtiæ, cui ſe in iudicando ſancti omnes cõformabunt:

** gloria hæc eſt omnibus ſanctis eius.*

eſt aũt hæc glorioſa poteſtas danda, & data oĩbus fidelibus ſeruis eius, qui nũc illi fideliter ſeruierunt. Qui enim uicerit & cuſtodit uſque in finem opera tua, magnificentiſſime Deus, dabitur illi poteſtas ſuper gentes, & reget eas in uirga ferrea, quomodo & ipſe filius tuus Ieſus Chriſtus à te accepit, tanquam primogẽnitus mortuorum, & princeps regum terræ omnium in cœlo & in terra poteſtatẽ, qui tecum & cum ſpiritu ſancto unus Deus regnat per æterna ſæcula. Amen. Apo 2. & 12. Mat. 28.

ANNOT. IN PSAL CXLIX.

Verſu 1. Laus eius in Eccleſia ſanctorum. Duobus modis hoc exponitur, uel (ut in elucidatione indicatũ eſt) laus Dei uera & accepta eſt in congregatione iuſtorum, à ſanctis & fidelibus uult Deus laudari; quomodo in 32 Pſalmo dicitur Rectos decet laudatio: & in pſalmo proximè præcedenti, Hymnus omnibus ſanctis eius. Vel ſic intellige, Præcipua laudis materia eſt in uel de Eccleſia fidelium, id eſt de iis quæ fecit in Eccleſia ſancta, quæ nimirum in ea, & pro ea uel iam operatus eſt, uel adhuc operari decreuit in futuris generationibus uſque ad conſummationem ſæculi. Nec enim tantam præbet diuinæ laudis materiam, cœli & terræ & omnium quæ ſunt in eis potentiſſima creatio, quantam benigniſſima, & ſuauiſſima erga humani generis reparationem curatio. & erga electorum ſalutem dulciſſima prędeſtinatio, eorumque in uenturo ſæculo poſt paululum reuelanda glorificatio. Ac de his prolixè ſimul atque dilucidè hic pſalmus tractat, cum dicit, beneplacitum eſſe domino in populo ſuo, manſuetos exaltandos in ſalutem, ſanctos exaltaturos in gloria, & gladios habituros in manibus, ad faciendum iudicium, & cæ quę ſequuntur ad finem uſque pſalmi. ¶ Ver. 2. Et filiæ Sion exultent in rege ſuo. In Græco eſt hiloi. id eſt filij, in genere maſ. non filiæ, ſimiliter in Hebręo per genus maſ. habetur, filij Sion, quomodo uertit etiam Hieron. Dicũt quoque ita habere p̃ alterium Romanum. Verum ſententia eadem eſt, ſiue filii Sion, ſiue filiæ Sion legamus. Intelliguntur enim ciues & inhabitatores eccleſiæ, ſiue qui in ea ſunt geniti. Alibi ue- Pſ. 32. Pſ. 148.

rò iidem filiæ Iudæ appellantur, ut psalmo 47. Lætetur mons Sion, & exultent filię Iudæ propter iudicia tua domine. Interdum etiam singulari numero totus populus qui in ecclesia est, filia Sion appellatur, ut apud prophetam, Dicite filiæ Sion, ecce rex tuus uenit tibi, &c. Et iterum. Noli timere filia Sion. Quemadmodum per contrarium, totus populus Babylonis appellatur filia Babylonis: cũ in Psalmo 136. dr. Filia Babylonis misera. In numero aũt plurali, filii huius mũdi, uel huius sæculi nominantur, qui ad sęculum istud mundi huius pertinẽt.
B ¶ Ver. 4. Quia beneplacitum est domino in populo suo. O uox nimium suauis, dulcior faucibus nostris super mel & fauũ, super mel dulcis gutturi nostro, auribus nřis amabilior, & desiderabilior omnibus quæ audiri possint. Ecce.n hæc ipsa uos de nobis in psalmo nunc sonat in ore prohetæ, quã in sancto Euangelio, pater ĩ cęlis de nube super filiũ protulit, dicens, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui, in quo mihi est cõplacitum, In quo, inquit ille de nube resonans, mihi complacui. In quo mihi est
C beneplacitum. Et nũc, quid de nobis hic propheta loquitur, Beneplacitũ (inquit) est domino populo suo. Ergo non in solo illo filio, qui per columbæ descensum naturalis & cõsubstãtialis fuit demõstratus, Deo patri est beneplacitum, uerumetiã in nobis, in omni populo suo. Sed uigilanter attendendum est, q̃ nõ dr, Beneplacitum est domino in omni populo, sed cũ restrictione loquẽdo in populo suo, tantum alit Deo esse beneplacitũ. Atque ita consimili obseruatione, etiam angelum Matthæus in suo Euangelio re
D fert loquentem, cum nomen dulcissimũ Iesu patri Ioseph exponens, diceret, Vocabis nomẽ eius Iesum: ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Populum (inquit) non quemlibet, sed populum suum. Qui autem sint de populo eius, statim inueniemus, si ad patrem subsequentem procedamus. Subiungitur enim, Et exaltauit mansuetos in salutem. Sunt ergo mansueti populus eius in quo est ei beneplacitũ. Et si requiras, quos nã uerè debeamus appellare mansuetos, audi quod per prophetam dicit dominus: Ad quem respiciam, nisi ad pauperculum, & contritum spiritu, & trementem sermones meos? Hi enim sunt, quos hic mãsuetos dicimus: hi sunt qui de populo domini computantur suo tempore exaltandi in salutem. Cæterum, exacerbatores illi eloquiorum Dei, qui nõ acquiescunt ueritati, credunt aũt iniquitati, qui uerba Dei non cum debita reuerentia, & obedientia suscipiunt in corde bono, sub odio Dei sunt, nunquam exaltandi in salutem, sed reprobandi suo tempore in damnationem: quæ distinctio pulchre etiã in alio loco a propheta indicata est, his uerbis, Suscipiens mansuetos dominus, humiliãs autem peccatores usq; ad terram. Cæterum q̃ in quibusdam codicibus per tempus præteritum legitur, exaltauit, melius legitur per futurũ, exaltabit, quomodo in Græco ὑψώσει, itẽ & in Hebræo, & quomodo habent emẽdatiores Latini codices. ¶ Versu 5 Exultabunt sancti in gloria, &c. Omnia ista ad finẽ usq; psalmi, nos de gloria, & exaltatione sanctorũ in futuro sæculo in Elucidatione sumus interpretati, quam interpretationem ipsa psalmi uerba, si diligenter considerentur, manifeste mõstrabunt. Possunt tamen fidelibus in militante Ecclesia non omnino male accommodari, qui etiam in hoc mundo exaltãtur in salutem, quando Dei gratia à diaboli potestate eximuntur, & salui fiunt à peccatis suis, quomodo in Ps. 26. glorians dicit uictor, In petra exaltauit me, & nunc exaltauit caput meum super inimicos meos. Exultant iidem nunc in gloria & honore, quo affecti sunt a Deo in gloria adoptionis filiorum Dei, quẽadmodum Apostolus ait, Gloriamur in spe filiorum Dei: Insuper lætantur in cubilibus suis, idest in cordibus & consciẽtiis suis, dum testimonium perhibet in cordibus eorum spiritus Dei, q̃ filii sint altissimi, & gloria eorum est testimoniũ conscientiæ ipsorum. Ita dum gloriantur in sua conscientia, quasi in cubilibus lætantur. Est enim unicuique pro cubili, sua tuta conscientia, in qua molliter requiescit, bonum est testimonium quasi pro lectulo habens. Qua etiam ra-

Marginal notes: Ps. 47. Esa. 66. Rom. 2. Ps. 146. Mat. 3. Lucæ. 3. Matt. 1. Rom. 5. Rom 8. 2. Cor. 1.

Pro.15. tione apud Sapienté dicitur, Secura mēs, quasi iuge ȝuiuiū. Quō aūt exaltationes
Ps.118. Dei sint in gutture sanctorum, hic ēt in peregrinatione degentiū, manifeste indi
Esaię 38 cat, q dicit, Cātabiles mihi erāt, uel (ut in Hebræo legit) Cātica mihi erāt iustifica tiones tuæ in loco peregrinationis meę. Et alius qdā, Viuēs uiuēs ipse cōfitebit ti bi, sicut & ego hodie pr filijs notā faciet ueritatē tuā, Dñe saluū me fac & psalmos nr̄os cantabimus cūctis diebus uitę nr̄æ
Ps.44. in domo dñi. Gladios aūt ancipites in manibus fideliū, appellabimus eadē illa ueritatis ac Euangelicæ doctrinę eloqa,
Psal.119. q alibi sagittæ acutæ appellant, & sagittæ potētis acutę. Sed & Paulus apertē uerbū
Ephe.6. Dei gladiū appellat cū Ephesijs scribit, ac cipite gladiū spūs, qd est uerbū Dei. Ac
Heb.4. rursū Hebræis, Viuus est sermo Dei & efficax, & penetrabilior oī gladio ancipiti, pertingēs ad diuisionē aīę ac spūs, &c. Hos gladios ancipites habēt in manibus sancti, ut in eis pugnēt ac dimicēt cō tra oēs aduersarios, quēadmodū materia lē gladiū in manibus tenēs, hoc facit, ut defendat se atq; ēt impugnet & feriat ho stes. Tenēt (inquā) hos gladios sancti in manibus, ad faciēdā uindictā in nationibus, & increpationes in populis. Ad alligādos reges eorū ī cōpedibus, & nobiles eorū ī manicis ferreis, hoc est, ad subigē das sibi incredulas nationes, ad expugnā das & deuincendas aereas pātes, potētes quoq; & sapiētes sæculi superādos, & populos ad ueritatē fidei de manibus eorū
Psal.44. eripiēdos. Qd in alio psalmo per cōparationē sagittarū ita dr̄. Sagittæ tuæ acutę,
1.Cor.10 populi sub te cadent, in corda inimicorū regis. Paulus Apostolus, de hac sancto rū uictoria apertē scribit, cum ait, Arma militię nr̄æ nō carnalia sunt, sed potētia Dei ad destructionem munitionū, cōsilia destruētes, & oēm altitudinem extollētē se aduersus scientiā Dei, & in captiuitatē redigentes oēm intellectū in obsequiū Chri, & in prōptu habētes ulcisci oēm obediētiā. Hoc aūt est iudiciū cō criptū, hæc ultio est, quā ab æterno ꝑposuit facere per filiū suū, atque eius discipulos
Psal 117 Deus, contra principem mūdi huius hęc
Ps.131. est illa ultio, de qua trina replicatione gloriatur Ecclesia, cū ait, Oēs gentes circuierūt me, & in noīe dñi, qa ultus sum

E in eos. Circūdātes circūdederunt me si- Deut.32
cut apes, & exarserūt sicut ignis in spinis, & in noīe dñi, quia ultus sum in eos. Hoc illud est iudicium, de quo alibi dr̄, iudicabit dn̄s populum suum, & in seruis consolabitur siue deprecabitur. Et in E-
uang dn̄s, Nunc iudiciū est mundi. Iam Ioan.12.
princeps mundi huius eiicietur foras. Est postremo hæc oīum sanctorum communis gloria, ꝙ absq; humana potentia, absq; humana sapiētia, sola Dei uirtute, ita potētes sint perdendum sapientiā sapientium, & reprobandū prudentiā pru-
F dentiū, atq; deuincendū & subigendum 1.Cor.1.
oēm mundi potentiā & talia ꝑfecto sint
hæc oīa, pro quibus meritō debeat canta Esai.29.
ri canticū nouū, in quibus lætari debeat
uerus Israel & filij Sion, qūo in alio ps. di Ps.47.
citur, Lætetur mons Sion, & exultēt filię Iudæ pp iudicia tua domine. Digna profecto sunt, ob quæ debeamus illo in choris tympanis atq; p alterijs canere, quo-
mō nos iste modō Psalmus exhortatur, 2.Cor.2
Sunt sane iudicia potētissima, certissimaque testimonia, ꝙ beneplacitū sit dño in
G populo suo: hic effectus sunt magnificæ exultationis, qua suos electos ēt in pn̄ti sæculo Deus exaltat, faciēs illos mūdum uincere & semper in oī loco triūphare in Chr̄o Iesu filio suo Hęc aūt expositio, nequaq̄ illi præiudicat, quā nos in elucidatione de gloria & fęlicitate superna de dimus, imō potius ordinatur una ad alteram; quēadmodū illa q̄ est electorū exaltatio, illi⁹ post uētutæ glorificationis quod dā est prænunciū. Cæterū, qd quidā hęc de tpali fęlicitate conantur exponere Iu dæorum, post captiuitatem Babylonicā
H pristinā gloriā aliqua ex parte recuperātū intelligētes gladios materiales & tpa les uictorias atq; ultiones, & iudiciū con
scriptū intelligentes iudiciū, qd in libro Deut.32
Moysi. promissum fuit filijs Israel à suis iniquitatibus ad Deū se cōuertentibus, quo uidelicet promissa illis erat ultio de inimicis, si ab iniquitatibus se cōuerterēt ad seruiendum dño, quemadmodū econtrario à Deo recedētibus promissa fuerat captiuitas & subiectio: hæc (inquā) expositio, ut nimium Iudaica & crassa, nobis digna uisa nō est quam prosequeremur.

## CL. PSALMI ARGVMENTVM.

*QVasi in ebrietate spiritus raptus Propheta, considerans nullum esse laudis diuinæ modum neque terminum ipsum in sanctis & firmamento fortitudinis in medio angelicorum exercituum gloriosè residentem & inhabitantem iubet, adhibitis omnis generis musicis instrumentis, propter subtilitate modi humani quibuscunque fieri possit medijs collaudari, ut quod agnoscit neque corde, neque ore plenè implere posse, ad id etiam exteriora corporis membra, quantum possint, adiuuent.*

## CL. PSALMI ELVCIDATIO.

*AVDATE dominum in sanctis eius:*

Laudate dominum in sanctis eius, in quibus tam mirabilem se ac gloriosum B in potentia, sapientia, & bonitate demonstrauit, dum ipsos ad suam imaginem creauit, ut diuinæ capaces essent naturæ, dum illos a peccatis saluauit, à morte redemit, dum ex filiis iræ filios Dei constituit, nunc eos gratia iustificans, salute autem æterna eos glorificare in sæculo uenturo disponens:

* *laudate eum in firmamento uirtutis eius:*

Sap. 11. Lucæ 1. Gene. 18

laudate quoque eum in firmamento fortitudinis suæ, in cœlesti palatio, mansione fortissima, & firmissimo habitaculo suo, in quo cum sanctis omnibus sine fine regnat & gloriatur.

2 *Laudate eum in uirtutibus eius:*

Laudate eum in potestatibus, fortitudinibus, siue potentiis, ac uirtutibus eius, id est, in tua maxima & infinita potentia, cui subest cum uolueris posse, & cui pęnitus nihil impossibile est, imò neq; difficile.

* *laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius.*

laudate eum iuxta magnitudinem immensæ omnipotentiæ & infinitæ uirtutis eius, hoc est, laudate quantum potestis, & quantum præualebitis, quia propter immen- D sam gloriam eius digne satis nunquam laudari poterit.

3 *Laudate eum in sono tubæ, laudate eum in psalterio & cithara.*

Et quia neq; corde, neq; ore ad laudandũ sufficitis, ut et manus & membra cætera attestari ualeant perfectæ laudis (ad quam non sufficitis) desiderium & bonam volũtatẽ adhibete, & assumite etiam exteriora quælibet instrumenta musicę harmonię, in quibus laudes illi decantetis, videlicet in tubarum clangoribus personantes, & buccinis cõcrepantes, in psalteriis quoque & citharis suauẽ edẽtes melodiam.

4 *Laudate eum in tympano & choro, laudate eum in cordis & organo.*

Adhibete tympana, & personate in eis, choros facientes ad pariter collaudandum dominum, in instrumentis quoque chordarum, & in organis laudes illi decantate.

5 *Laudate eum in cymbalis bene sonantibus: laudate eum in cymbalis iubilationis:*

Collaudate eum in cymbalis bene resonantibus, laudate eum in cymbalis dulci sono bene tinnientibus, & hoc suaui tinnitu ueluti iubilantibus.

* *omnis spiritus laudet dominum:*

C Quid plura ego dicam? Quam inuitabo ultra creaturam? quem adhuc laudis modum exprimam? Ecce per singulos percurrens deficio, nec inuenio quid ultra commemorem Generali proinde exhortatione concludens, omne quod spiritum habet uitæ, & omne quod subsistit creatum ab ipso, inuito in laudem eius quem pro suæ magnitudinis præcellentia constat digne satis nunquam laudari, neque glorificari posse. qui est solus super omnes laude sempiterna laudabilis Deus trinus & unus in omnia sęcula benedictus. Amen.

## ANNOT. IN PSAL. CL.

PSalmorum liber, cõuenientissimum maximeq; decentem finem accipit hoc ultimo Psalmo, utique deuotionis iubilo plenissimo. Cum enim totus Psalmorum liber hoc pręcipue spectet ut ad laudem Dei homines adhortetur, partim ex ijs quę in ipso sunt perfectionibus, partim ex consideratione mirabiliũ

eius

eius operum,& prouidissimæ, benignissimaq; eius erga humanum genus dispẽsa- E
tione,quo ad electorum salutem cuncta disponit, disposuitq; ab initio, decens fuit,ut tali aliquo Psalmo clauderetur liber qui nihil esset, nisi laudis excitatio: cuiusmodi proculdubio hic est, si est ullus. Nihil enim aliud esse uidetur quàm purum hallelnia, id est, mera laudis exhortatio, cum nihil aliud proponat, quàm hallelu,hallelu,id est, laudate. Est autem in hoc psalmo quasi defectio laudantis,cum præ magnitudine, iam multis,iamq; frequentibus & feruentibus ex- F
hortationibus propositis, uelut fatigatus iam deficit inuitator,& quasi deficiẽs laudi imponit terminum, cum post toties repetitum, & in prioribus duobus Psalmis,& in hoc nouissimo,laudate,cãtate, talẽ ponit totius suæ exhortationis clausulam: Omnis spiritus laudet dominum,hoc est, omne quod spirat, omne quod uitam habet,laudet dominum: sub hoc quod particulariter dictum uidetur, intelligendo uniuersaliter, omne quod uitam & esse habet. Nam Deo(uiuunt omnia,in quo(ut ait Ioannes)uita erat quic- G
Ioan.1, quid factum est. Cæterum, quantum ad instrumenta quæ hic plura explicantur, in quibus iubetur laudare dominum,non ita quod ea omnia secundum mysticas intelligentias moraliter exponi possunt, quemadmodum ante nos plures in Psalmis laborarunt, diligenter explicarunt, apud quod facile erit ista requirentibus inuenire. Nos tamẽ nihil illorum attigimus, neque arbitramur Prophetam illa principaliter spectasse, tametsi pie & deuote contẽplantibus ita exposita sint, sed ex spiritus ebrietate & plenitudine deuo- H
tionis, ex nimia inflammatione cordis gestientis magnifice celebrare dominũ, putamus omnia hæc musica instrumenta hic nominari, ut hoc modo significaretur,dignus esse Deus noster qui in omnibus musicis instrumentis,quibuscunque modis fieri posit,collaudetur, & celebretur,quemadmodum in ps. 148. à rationali creatura omnis inuitabat ad Dei laudem,etiam irrationalis,etiam insensibilis,etiam inanimata creatura,ut sic tali inuitatione protestaretur laudans,solum se non sufficere ad digne laudandum tã laudabilem dominum. Qui enim auxilium postulat ad rem aliquam perficiendam, hoc ipso monstrat se non esse per se solum sufficientem ad rem eius modi,ut dignum est peragendam. Alioqui, quid opus fuerit alienum inuocare auxilium,si tu solus tuo sufficis,qđ quæris,transigendo negotio? ¶ Versu 1 Laudate dominum in sãctis eius. In Græco, atq; in Latino, ambiguum est genus, ut intelligi possit,in hominibus uel angelis sanctis genere masculino,uel in sanctis, genere neutro,id est,in cœlestibus,quomodo in Psalmo 133. dicitur: In noctibus extollite manus uestras in sancta,id est,ad cęlos,qui (rati one inhabitantium sanctificatorum)peculiariter aliquando sancta appellantur,quomodo etiam Paulus Apostolus Christum dicit per proprium sanguinem semel introisse in sancta,æterna redemptio inuenta,proculdubio cœlos significare uolens & mansionem beatorum,quæ sunt uera sancta. Similis ambiguitas est in uersu ult. Ps. 67. Mirabilis Deus in sanctis suis,&c Nos in Elucidatione exposuimus per genus masculinum,in hominibus sanctis siue fidelibus eius,quomodo etiam Beatus pater. August. interpretatur,ut quomodo etiam alterum illum locum Psalmi 67. sumus loco suo interpretati. Quòd autem in secunda parte dicitur, In firmamento uirtutis eius,nos exposuimus de cœlesti habitaculo,accipientes uidelicet firmamentum uirtutis,pro cęlesti habitaculo,quod Paulus appellat tabernaculum non manu factum,id est, non huius creationis, id est,quod non est factum manu uel sapientia hominum artificum, sed potẽtia uirtutis Dei:propter quod,specialiter firmamentum appellatur uirtutis eius. Atque huic interpretationi bñ cõuenit qđ Felix uertit, In firmamento fortitudinis eius,item quod alii uertunt, In expansio uirtutis uel fortitudinis eius, hoc est, in cœlo.quod secundum uirtutem suam expandit sibi, quomodo dicimus tendere tabernaculum. Vel intelligi posset firmamentum uirtutis Dei,eo quod ibi specialiter releceat Dei potentia; nimirum circũ dãtibus illic ministris mille milibus,qui

Hebr. 9.

Ibidem.

Dan. 7.

mini-

ministrant ei, & decies centenis milibus, qui ei assistunt. Alii uero sic intelligunt, In firmamento uirtutis eius, id est, in uirtute eius, quę est firmissima & potentissima, ut firmamentum accipiatur quasi pro firmitate, uel fortitudine, uel stabilitate, quomodo in alio Psalmo diximus, Non est firmamentum in plaga eorum, id est, non fortitudo, non est duratio & stabilitas in plaga impiorum, ut sit sensus, Non est impii in hoc sęculo grauis plaga, aut diu durans, aut multo grauans afflictio, quemadmodum suo loco expositum est. Atque huic expositioni nō omnino dissonat quod uertit ex Hebræo Hieronymus. Laudate eum in fortitudine potentiæ eius: & quod dixit Felix uerti posse, In extensione uirtutis eius, uel (ut alij) in extensa aut forti uirtute eius. ¶ Ver. 2. Laudate eum in uirtutibus eius. Ne mireris, si uirtutes (quod hactenus fere ubiq; interpretati sumus exercitus) iā aliter interpretemur, nēpe fortitudines. Nam in aliis locis, ubicunque uirtutes interpretati sumus exercitus, ut domine Deus uirtutum (quod frequēter in Psalmis ponitur) Non egredieris Deus in uirtutibus nostris, ac in alijs huiusmodi locis: ubicūque (inquam) sic sumus interpretati, si Hebræam lectionem inspicias, inuenies haberi illic sabaoth, quod signat exercitus, in numero plurali, Itē si Græca inspicias, inuenies δυνάμεων, quod frequentissime pro exercitibus ponitur, eo quod in exercitu sit uirtus belli. Hoc autem loco, neque Hebræa sabaoth, neq; Græca dynameon, sed in Hebræo est geburoth, numero plurali, quod robora, fortitudines, uirtutes, uires, potentias, uel potentatus significat. In Græco autem est δυναστείαις, quod potētatus significat, uel prævalentes fortitudines. Quę ambæ dictiones, tam Græca, quàm Hebræa ponuntur eodem in Psalmo 91. vbi nos habemus, Si autem in potētatibus octoginta anni, quod illic diximus ab alijs legi, In robusticitatibus, vel in prævalentibus fortitudinibus. Hoc ergo consilio cognoscito, nos hic uirtutes dixisse modo quam hactenus exposuisse, Vnde & Hier. ex Hebręo hic uertit, In fortitudinibus, nō (vt sole:) in exercitibus. Et Felix multiplicē ponit uersione, In virtutibus potentiis, fortitudinibus, potestatibus, potentatibus. ¶ Versu ult. Laudate eum in cymbalis iubilationis. Tinnitus hic uocatur iubilatio, quemadmodum exprimit lectio psalterii Romani, quod hoc loco habet, In cymbalis bene tinnientibus. Vnde cap. 13. Epistolæ prioris ad Corithios, vbi nos habemus, factus sum uelut æs sonans aut cymbalū tinniens, in Gręco est ἀλαλάζων. i. iubilās, quemadmodū ἀλαλαγμὸς iubilationem significat. Vnde sicut illic recte versum est cymbanū tinniens pro iubilans: ita hic pro cymbalis iubilationis legi recte poterat, cymbalis tinnitus vel tinnentibus, id est, bene sonoris. Quod autem sequitur. Omnis spiritus laudet dominū, non solū huius Psalmi, sed totius libri Psalmorum est egregia & congrua clausula. Et post omnia subiūgitur, halleluia, qd caput est & finis totius lib. Ps. qui sēper & vbique nō aliud clamat quàm halleluia, nihil nobis aliud loquitur, quàm laudate Deum. Quæ exhortatio utinam sic modo capiat in cordibus nostris, vtinam sic tota possideat nostra pectora; vt iam iam lingua, quàm uita ita sese nūc exerceat, ut cum beatis supernis ciuibus perpetuum illud & indeficiens halleluia olim cantare mereamur in conspectu Dei & agni, qui cum suo cōsubstantiali patre & spiritu sancto viuit ac regnat in omnia sęcula sęculorum. Amen.

FINIT EXPLANATIO LIBRI PSALMORVM

Deo laus & gloria.

In illo tempore acceptabili, in temporis plenitudine, uos qui intra Ecclesiam eritis fideles, credituri in nomine eius, abũdanter accipietis aquas cœlestis gratię & spiritualium charismatum, de plenitudine Christi saluatoris quasi de fontibus plenissimis; accipietis de plenitudine
Ioan. 1. eius, qui plenus est gratiæ & ueritatis, habens non ad mensuram spiritum: & sic accipietis, ut tamen illius plenitudini nihil decedat: quemadmodum cum ex fon
Ioan. 3. tibus aquam hauris, quantuncunq; hauseris, ob contiguam scaturiginem, nõ deficit, neque diminuitur fontis aqua:

* *& dicetis in illa die.*

& in illa die salutis ac gratię, in illo tẽpore acceptabili, dicetis uos fideles, quicũque estis credituri in nomine eius, & hęc multo maxima beneficia in Ecclesia suscepturi; dicetis (inquam) uobis inuicẽ, ad exhortandum pro gratitudine.

*5 Confitemini domino inuocate nomen eius.*

Ioel. 2. Confitemini domino ex corde fideli &
Rom. 8. animo grato, qui tanta uobis cõtulit bona, quæ non fecit omni nationi, neque generationibus pristinis: & confitentes ad gratiarum actionem, simul etiã inuocare nomen eius fiducialiter, eum inuocate paratum adhuc maiora uobis cõferuare. Oĩs enim quæcunq; inuocauerit nomen domini, saluus erit:

* *notas facite in populis adinuẽtiones eius;*

Et quo salus hæc omnibus alla a magis diuulgetur & agnoscatur, uos qui iã Deo credidistis, & agnoscitis hanc salutem, studete eam annunciare populis & gentibus, prædicantes mirabiles cogitationes & mirabilia consilia eius quæ cogitauit super genus humanum, & quibus perfecit salutem nostram:

* *mementote, quoniam est nomen eius.*

& hoc ad memoriam reuocate, hoc recogitate, ac rememorando prædicate, ꝙ nomen eius qui hanc salutem est operatus
Philip. 2 excelsum est & sublime super oẽ nomẽ. Saluatorem enim nostrum Deus exaltauit, dans illi nomen super omne nomen, ut in nomine eius omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum.

*6 Cantate domino, quoniam magnifice fecit.*

Gaudentes cãtate domino, ꝙ magnificè admodum fecerit, quod suam magnificẽtiam mirabiliter demonstrauerit pro reparando & saluando populo suo, ut eos à morte restitueret uitæ, ab ira ad gratiã, à captiuitate, ad libertatem, à damnatione ad gloriam;

* *annunciate hoc in uniuersa terra.*

hoc opus tam admirabilis potentię, sapientiæ & bonitatis, sed proclamate & annunciate in omnem terram & fines orbis terrarum.

*7 Exulta & lauda habitatio Sion;*

Exulta, & lauda, o beate populus qui habitas in Sion; gaudete & exultate quicunque intra sanctam Eclesiam inhabitatis, credentes in nomine saluatoris uestri;

* *quia magnus in medio tui sanctus Israel.*

& meritò uos quidem gaudere debetis & exultare, pp illum qui habitat in medio uestri, uidelicet qm̃ magnus est ille sanctus Israel dominus Deus uerus saluator uester; qui habitat in medio uestri, tanquam protector, defensor, propugnator, pastor, & rector in medio populi sui, sicut pater in medio familiæ & filiorũ suo Matt. 18
rũ, qui pollicitus est, ubicunque duo aut Matt. 28
tres fuerint congregati in nomine suo, ibi se futurum in eorum medio, qui insuper pollicitus est uobiscum esse ac pmanere usque ad consummationem sæculi.

ANNOT. IN PRAE. CANT.

Ver. 1 Confitebor tibi domine, qm̃ iratus es mihi, cõuersus est furor tuus. Sic intellige, ac si cõiunctim hę partes proferentur, ut confessio nõ ad partẽ illam referatur, qm̃ iratus es mihi; sed ad totum hoc, qm̃ iratus es mihi, cõuersus est furor tuus, ad hunc sensum, Confitebor tibi quoniam cum iratus olim fuetis mihi, iam conuersus est tñ furor tuus atque cessauit, & es me consolatus, quo ferè loquendi modo, Paulus Romanus Rom. 6.
ait, Gratias ago Deo, quod fuistis serui peccati, obedistis autem ex corde in eam formã doctrinæ, in qua traditi estis, hoc est, Gratias ago Deo, ꝙ cum olim fueritis serui peccati, nunc facti sitis obedientes, &c. Secundum sententiam uero pulchre ista reconciliatio & conuersio irę Dei apud Psalmistam exprimitur, cũ in Psalmo 84. sic loquitur, Benedixisti dñe Ps. 84.
terram tuã, auertisti captiuitatem Iacob. Remisisti iniquitatem plebis tuæ, operuisti

Ps. 84. misisti omnia peccata eorum. Mitigasti omnem iram tuam, auertisti ab ira indignationis tuæ. ¶ Versu 3. Quia fortitudo mea & laus mea dominus. Laudem, potes intelligere gloriam. Dominus enim, laus & gloria nostra est, in quo solo gloriari & laudari siue lætari debemus, quomodo in psalmo dicitur, In domino laudabitur & gloriabitur anima mea. Potest tamen aliter intelligi dominus esse laus suorum fidelium, id est, laudis obiectum siue materia, quatenus uidelicet ipse est, quē pro suis maximis beneficiis & admirabilibus operibus laudare debent fideles. Vel laus est dominus suorum, quatenus ipse ratio est unde sui laudentur, Lau-

E dabilis.n. populus & beatus, cuius est dominus Deus. Quemadmodum enim Salomonem gloriosum præ regibus aliis recte dicimus fuisse laudem & gloriā sui regni atque sui populi, sic Christum multo magis dicere possumus laudem populi sui. ¶ Versu 4. Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris. Per fontes Ps. 33. istos saluatoris, piè quidā intelligunt sacramēta Ecclesiæ à Christo instituta, ex qbus hauriuntur aquę, quatenus ex Christi institutione per ea purgant peccata, & confertur gratia. Piè item quidā fontes istos intelligunt uulnera Saluatoris, ex B qbus aquas haurimus in gaudio qm̄ ex eius passione tota nobis nr̄a sal' pcessit.

## ARGVMENTVM IN CANTICVM EZECHIAE.

cuius initium est, Ego dixi in dimidio dierum meorum.

*Capite 38. Esaia legimus, post superbum & blasphemum Sennacherib percussum per angelum domini occisis in castris eius centum octoginta quinque milibus uirorum, ęgrotasse Ezechiam usque ad mortem, adque ipsum egrotantem missum fuisse Esaiam Prophetam, qui illi diceret, Dispone domui tuę, quia morieris tu, & non uiues: sed cum ille conuersa ad parietem facie orasset dominum fletuque magno fleuisset, sententiam illam fuisse reuocatam & retractam ut diceret illi dominus per eundem Prophetam qui prius mortem sibi denunciauerat, Hęc dicit dominus Deus Dauid patris tui, Audiui orationem tuam, & uidi lachrymas tuas, Ecce ego adijciam super dies tuos 15 annos, &c. dans ei signum retrocessionis umbrę solaris in horologio Achaz. Pro hoc ergo sanationis suę beneficio, quod subsequitur canticum, Ezechias cecinit quemadmodum titulus indicat his uerbis, Scriptura Ezechię regis Iuda, cū ęgro esset & conualuisset de infirmitate sua. In hoc ergo cātico rememorat amaritudinem & tristitiam illam in qua fuit, cum audisset nuncium mortis suę (in ętate adhuc florenti) & uelut in dimidio dierum; quoniam (ut tradunt in hac re fide digni authores) annum agebat. 39. cum de Sennacherib à Deo acciperet uictoriam, quam subsequuta est ista infirmitas. Multum etiam dolet, quod absque semine esset dicessurus, & quod in eo generatio Dauid esset acceptura finem, id plorat, dicens; Generatio mea ablata est, &c. Dicunt.n. tunc temporis nondum illum genuisse liberos. Reliqua insuper oīa ad finem usque per querimoniam proponuntur. Sic enim loquitur, secundum eum effectum quo tum erat, cum esset in angustia, antequam hac conualescentia erat ex Dei uoce instructus; & maximè morbi sui grauitatem exaggerat, quo Dei beneficium amplius extollat; pro quo concludens pollicetur illi ad gratiarum actionem, sempiternæ laudis cantica. Est autem per se euidens ac manifestissimum secundum literam totum hoc cāticum exponendum esse de Ezechia & eius infirmitate atque conualescentia, neque in Elucidatione aliam ponemus intelligentiam. Veruntamen secundum mysticum sensum, poterit etiam accōmodari illi qui similiter in spiritu fuerit affectus, ut Deo gratias agere uelit pro liberatione à morbo animi, vel recogitare statum ægrotantis animæ per Deum iam sanatæ: quomodo Ezechias hic de corporali infirmitate sanatus, suam curationem ad gratiarum actionem commemorat. Vel etiam ad totum genus humanum per Christum sanatum, secundum mysticum sensum potest accommodari.*

# ELVCIDATIO CANTICI EZECHIAE.

GO *d xi;*

Positus in infirmitate, ubi audissem per Esaiā Prophetam ex ore domini nuncium mortis meæ, illo dicente; Dispone domui tuæ, quia morieris tu & non viues, cum magno dolore cordis & fletu uocis dixi ego uelut coram Deo proponendo querimoniam;

* *in dimidio dierum meorum uadam ad portas inferi*

B

ecce in medio dierum meorum secundū huius decreti nuncium cogor è uiuis abscedere, iam in ætate florida ante senectutem, adhuc robore fortis, uegetus, atq; robustus, præmatura morte cogor occumbere & abire è terra ista uiuentiū ad portas inferni, i. ad loca mortuorum; secundū corpus quidē ad sepulchrum, sm animam uerò ad lymbum patrum maiorū meorum, qui ante me illuc descenderūt.

2 *Quæsiui residuum annorum meorum:*

Quamobrem conuertens caput ad parietem lectuli fletu magno postulaui, & requisiui à dño Deo meo residuum annorū meorū; postulaui ut misereretur mei, adhuc ī ætate florida uigē tis, quasi in medio uitæ meę, robore consistentis; & petii residuum annorum mihi ex Dei misericordia adiici, petii mihi adiici saltem annos aliquot uitæ meæ, & prolongari terminum.

C

* *dixi non uidebo dominum Deum in terra uiuentium.*

Et dixi, conquerendo atq; lamentando, Si morte iamiam cogar abscedere è terra uiuentium, ergo non ultra dabitur mihi hic super terram uidere dñm, nō vltra potero ascendere in domum domini, ut ibi eum uideam, siue uisitem, & adorem.

D

3 *Non aspiciam hominem ultra:*

Neq; modo aspiciam hominem ullum in hoc mundo, postquam morte (iuxta hoc quod audiui nuncium) absumptus fuero, non ultra erit cum hominibus super terrā conuersatio mea, neque uidebo ego illos neque illi me, neque sciam omnino quid illi agant in terris;

* *& habitatorum quietis.*

neque uidebo populum meum post Sennacherib percussum & contritum paci restitutum, in sua pace & quiete habitantem, populum iam secure inhabitaturū terram, absq; inimicorum timore, non dabitur mihi, quod tamen uehementer optarem, si mihi posset contingere.

4 *Generatio mea ablata est;*

Et quod me omnium maximè cruciat, ecce generatio mea cessauit & ablata est; si moriar penitus moriar, quoniam semen nondum suscitaui, neque relinquā similem mei, qui possit mihi in regno succedere; ita ablata est mea generatio, quoniam prolem non habeo;

* *& conuoluta est à me quasi tabernaculum pastorum.*

& quomodo tabernaculum pastorū, ubi uoluerint migrare, uoluitur in unum & complicatur, quo portetur commodius, nec ultra extenditur ut ante; ita mea generatio conuoluta uidetur, à me incipiē do finitur series lineæ regię & regii generis; à me, si iam moriar ab q; liberis, qua si tabernaculum pastorum conuoluetur generatio, quoniam in me finietur, & nō extenderetur amplius. Atque ita, quomodo fieri poterit, ut iuxta promissionem factā Dauidi, non deficiat de semine eius qui regnet super domum Iacob? quomodo Messias ille desideratus cunctis gētibus de Dauid nascetur, si ego absque liberis iam nunc morte absumar?

5 *Præcisa est uelut à texente uita mea:*

En uita mea in medio suo ualidissimo cursu subito per infirmitatem hanc abrūpitur & præcidi tur, ut non ultra decurrat uel progrediatur longius; quomodo subinde texens rumpit filum & frangit in cursu medio, uel quomodo ille cum uoluerit subito uno impetu filum rumpit, & frangit;

* *dum adhuc ordirer, succidit me:*

uix mihi uidebar adhuc incepisse uiuere, & iam ego succidor, iam finitur mihi cursus uitæ meæ. Nā in infantia uix homo uiuit ut homo, dū rōnis usum nō habet; in pueritia que & adolescentia, uix ut homo uiuit, dum non sui iuris, neque ad suum arbitriū permittitur uiuere, & dum

in mul-

in multa uiuit afflictione & insipientia, propter iuuentutem & inexperientiam. Mox autem ubi florere incipio in ætate perfectiori, præmatura morte hinc abripior, uix dum in flore uiuere exorsus:

** de mane usque ad uesperam finies me.*

absumes me, & morte finies, de manu usque ad uesperam expectantem & præstolantē, quomodo solent ægri de mane expectare uesperā, & uespere expectare mane, quasi sperantes temporis mutatione aliquod sui morbi leuamentum.

*6 Sperabam usque ad mane:*

Itaq; expectabam usque mane, si aliquid sentirem leuaminis, quod subinde solet ægrotis tempore matutino contingere;

F

** quasi leo sic contriuit omnia ossa mea.*

uerum morbus iste, qui me ex Dei iudicio corripuit, totum me depascit, cōsumit & deuorat, vsque ad ossa nihil mihi relinquit fortitudinis, omnibusq; exhaurit viribus, idq; in admodum modico tempore magno impetu, & multa violentia: quē admodum leo deuorat prædam suā quā rapuerit, aut quæ illi tradita fuerit, absq; mora magna violentia.

*7 De mane usque ad uesperam finies me:*

G

Ita me finies de mane ad vesperam vsque expectantem & præstolantem: si sic pergas, & nisi alleuies a me manum tuam, ita me absumes expectantem, id quod ex continuo defectu, & destitutione manifestè percipio, dum me sentio de die in diē, de hora in horam, magis magisque destitui uiribus & quo diutius præstolor, eo vicinius ad finem tendere.

** sicut pullus hyrundinis sic clamabo, meditabor ut columba.*

H

propter quod ego ad te clamaui cum magno fletu & gemitu; sicut pullus hyrundinis cum magno, quantum potest, vocis stridore clamitat; & meditatus sum, & excitatus loquendo, & gemendo, sicut columba; idest ex amaro animo, & ardenti affectu ad te clamaui, in bona fiducia, quē vnum sciebam mihi posse ferre auxiliū, & præterea neminem.

*8 Attenuati sunt oculi mei suspicientes in excelso.*

Oculi quoque corporis mei præ nimia, & cōtinua suspectione ad cęlū attenuati & debilitati sunt, cōtinuò suspicientes, & sursum dirigentes aspectū. Facit.n debilitari & attenuari oculos illa cōtinua defixio visus in rem vnam, maximè cum in superna leuantur, & defigūtur in ea quæ sursum sunt, vt eleuari eos oporteat.

E

*9 Domine vim patior;*

O domine (dicebam ego) vides tu, quomodo ego vim, & violentiam magnam patior a morbo isto, qui me sic absq; cessatione consumit, & penitus deuorat, ut nihil relinquat in me virium,

** responde pro me.*

tu pro me responde, pro me loquere, pro me age contra hunc tam rabidū leonem. Deut. 32

Non.n. ego video remedium, neq; puto quenquam esse hominum vel medicorū, qui possit me saluum facere, nisi tu solus; qui percutis & sanas, occidis & uiuificas.

** quid dicam aut quid respondebit mihi, cum ipse fecerim?*

Sed quid dicā ego? Quorsum istam dño Deo propono querimoniam? Aut quid ipse mihi respondebit? Quid ab illo expecto responsi, lutum a figulo, a creatore creatura, cū ipsius scit oē quod patior, cum ipse omnia hæc fecerit, cū ex ipsius iudicio, voluntate, & dispositione in hoc vitæ discrimen venerim? Nō igitur quasi oīno contendens, aut quasi murmurans, ista quæ dixi propono, cū sciam te quæcūque facis in iusto iudicio facere, & nō obligari ad respōdēdum mihi, sed posse te facere quod volueris. Attamen in misericordia confidens postulo, & mea querimonia non murmurationis, aut cōtentionis est, sed humilis deprecationis.

*10 Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.*

Et quo ad me exaudiēdum fias pronior, ecce volo ante oculos tuos rememorari omnia tempora præterita vitæ meæ, quibus vixi super terram, idq; in amaritudine, & dolore cordis mei: pro omnibus quibus te offendi malis, ne forte in me sint delicta iuuētutis aut ignorantię, propter quæ indignus inueniar tua exauditione, ecce volo tibi rememorari omnia tempora mea cum amaritudine pœnitentiæ; Item rememorabor coram te totum tempus præteritum vitæ meæ, cū dolore cordis mei totū tibi proponam ante oculos, vt consideres quam breue fuerit vniuersum

sum tempus uitæ meæ, & q̄ pleuū mise-
riis,& quàm in illo omni tempore uitæ A
meæ studuerim coram te ambulare per-
fectus,ut uel sic te inflectā ad adiiciendū
tā modico œuo meo,vel pauculos annos.

11 *Domine si sic uiuitur,& in talibus ui-
ta spiritus mei:*

O domine(dicebam ego in hoc amaritu
dine positus) hæccine est uita hominis,
siccine uiuit hō,ad tempus tam modicū?
non aliud est hominis uita, quàm talis
qdā uelut vmbræ horarius,imò penè mo
mentaneus trāsitus? & est vita spūs mei
in talibus?uita mea an cōsistit in tā mo B
dica & breui duratione,& tā modica uo
luptate,tantis commixta malis,tam ple-
na ærumnis?talis est uita hominis super
terram?quam vulgo æstimant homines
magnum quid esse,non attendentes ad
breuitatē durationis,& finis uelocitatem:

* *corripies me & uiuificabis me;*

O domine,tu me ī tuo iudicio corripui
sti,& erudis morbo isto grauissimo, sed
cum volueris,iterū me uiuificabis in tuo
beneplacito, poteris me sanare qui per-
cussisti:& hoc ut facias peto,propter mi-
sericordiam tuam:

* *ecce in pace amaritudo mea amarissima.* C

ecce enim iam qū pacem ex tuo mune-
re nactus fueram,post victoriam de bla-
sphemo Sennacherib,quando sperabam
viuere in pace cū populo meo,venit mi-
hi repente dolor alius maximus,& ama-
rissima amaritudo;ex morbo isto qui iā
quærit extorquere è corpore aīam meā.
Propter quod,te precor, vt iam salutem
mihi dedisti ab illo hoste, ita & ab hoc
morbo geminata tua misericordia sanes.

12 *Tu autem eruisti animam meam,vt non
periret:* D

Tu aūt domine,qui semper ad miseren
dum es pronus,atq; ad exaudiendum fa
cilis,exaudisti orationem meā,& eruisti
aīam meam a perditione, seruasti a mor
te vitam meam:& qūo a morte spirituali
me præseruasti,ita ēt a morte temporali,
cum alioqui secundum naturæ cursum
aduersus hoc malū nullū esset remediū.

* *proiecisti post tergū tuū oīa peccata mea.*

omnia peccata mea proiecisti post tergū
tuū,dimisisti mihi omnia peccata mea,
quæ in annis præteritis commisi:oīa de-

licta iuuentutis meæ, & ignorātias meas
non attendisti,neq; rememoratus fuisti,
vt propterea non exaudires deprecantē;
& omnino nō attendisti ad illa vniuersa,
quomodo non attendit homo,neque re
spicit ad ea quæ post tergum sunt.

13 *Quia non infernus confitebitur tibi;
neque mors laudabit te;*

Quoniam illi qui in inferno sunt,nō da
bunt tibi confessionem laudis,& mortui
qui in damnatione sunt, non vllas tibi
laudes dabunt, quoniam in inferno, &
morte non audietur vox laudis,vbi non
est nisi fletus,& stridor dentium:propter
quod complacuit tibi dimittere peccata
mea,& ea post tergum proiicere,quoniā
manis, vt inter viuentes & iustos te col-
laudem,quàm inter dānatos & mortuos
perpetuò a tua laude sileam;

* *non expectabunt qui descendunt in la-
cum ueritatem tuam.*

qui descendunt in lacum profundum in Matt.25.
ferni & damnationis æternæ,ipsi nō ex-
pectabunt veritatem,& fidem tuam,nihil
vltra præstolabuntur a te,non vllam ha
bebūt spem salutis; quoniam in inferno
nulla est redemptio.

14 *Viuens uiuens ipse confitebitur tibi, si-
cut & ego hodie:*

Sed is qui viuit nō solum corporis vita, Psal.44.
verumetiam vita spiritus,talis confessio-
nem laudis dabit tibi,domine Deus,cius
modi te laudabit, ut laudari dignus es,
quemadmodum & ego hodiè,adhuc ui-
uens in corpore & anima, te pro omni-
bus acceptis beneficiis laudo, & sicut te
laudāt iusti oēs quicunq; super terram:

* *pater filiis notam faciet ueritatem tuā.*

imò parentes docebunt filios suos ueri-
tatem tuam, docebunt patres suos filios,
quàm sis tu uerax & fidelis in omnibus
uerbis & operibus tuis,erunt sollicíti pa
rentes,etiam suos posteros in Dei cogni
tione instituere,ut discant & ipsi laudare
dominum,quoniam bonus,quoniam in
sæculum misericordia eius.

15 *Domine saluum me fac;*

O domine concludens propono postu
lationem meam,postulans saluus fieri,&
secundum corpus ab infirmitate hac hu
mana opera & arte incurabili, & secun-
dum animam ab omni peccati periculo:

* *& psalmos nostros cantabimus cunctis diebus uitæ nostræ in domo domini.*

& nos in gratiarum actionem, tum pro hoc beneficio, tùm pro omnibus aliis cātabimus cantica laudis, in domo tua, in

E templo sancto tuo, & in sancto populo tuo, cunctis diebus quibus uiuemus super terram, perpetuum exhibebimus tibi famulatum, & in sempiternum seruiemus tibi.

## ARGVMENTVM IN CANTICVM Annæ matris Samuelis.

*ANNA Samuelis mater, cū diu fuisset sterilis, atque ob sterilitatē uehementer illi fuisset molesta æmula Fenenna, & ipsa uxor existens Helchanæ, ita ut etiam exprobraret illi, q. dominus conclusisset uuluam eius contristata super sterilitatis opprobrio, & impudenti exprobratione æmulæ corā domino in Silo in amaritudine animi sui effundens orationem, uotumque faciens à domino exaudita est, concepitq́; & peperit filium Samuelem quem (iuxta promissū) ubi fuisset ablactatus, obtulit domino ac deinde cōcepit & peperit tres filios & filias; ut nō solum esset ab ea ablatum sterilitatis opprobrium, id quod unica prole sufficienter poterat fieri, uerumetiam fœcunditatis gaudium illi daretur multiplicatum pro afflictione quam tulerat. Videns itaque Anna, fecisse secum dominū misericordiam, in data sibi fœcūditate cecinit domino gratulatorium hoc cāticum in quo sibi factam à Deo misericordiam gaudiose commemorat, & p ablato approbrio gloriatur in Deo, et gratias agit, Deo soli opus illud ascribēs, cuius sāctitatem & fortitudinem prædicat, in quo solo dicit gloriandum, cum ipse solus omnia possit pro suo arbitrio cōmutare: vt fortes reddat infirmos, atq; ecōtrario, infirmos fortes: uictos uictores, atq; econtrario uictores uictos: pauperes diuites, atq; econtrario. humiles excelsos, a que econtrario steriles fœcundas, atq; econtrario: & ita in cæteris eiusmodi: in quibus magnifice Dei omnipotentia commonstratur eadem illa qua terræ fundamenta posuit. Nouissimè uerò singularem Dei erga electos curam describit, & contra impios iram, cum eum dicit seruare pedes sanctorum, & impios in tenebris concludi, ut ibi confusi conticescant, & formidinis eum fore impijs, quando super illos de cælis tonabit in terrore suo. Vltimo tandem uersu Christi aduentū aperte satis designās, ipsi dicit à patre dandum imperium, ut pro sanctis suis faciat iustum iudiciū. Quanquam autem singuli pene uersus mystice exponi possint, referendo omnia ad Ecclesiā gētium, cuius Anna typum gessit, vt Fenenna à ueteris synagogæ: nos tamen in Elucidatione simpliciter canticū istud ad literam, Annæ gratulationi, & gratiarum actioni accommodamus. Erit.n p quā facile hūc intellectū capientibus, ecclesiæ gentiū omnia suo modo applicare.*

## ANNOTATIONES IN CANTICVM ANNAE.

*EXVLTAVIT cor meum in domino:*

Cor meum, & spiritus meus præ gaudio gestiuit & exultauit in domino, qui fecit mihi magna, secundum magnam misericordiam suam:

* *& exaltatum est cor meum in Deo meo.*

& cornu meum sublimatum est in Deo meo: exaltata sum ego & magnificata vehementer atq; glorificata, & sic exaltata sunt cornua mea per Deum authorem salutis meæ, qui mihi exaltauit cornua, sicut econtrario hostium meorum cornua confregit.

2 *Dilatatum est os meum super inimicos meos:*

H Tanta autem bona conferendo, Deus mihi quasi os aperuit, & late aperuit ad gloriandum super & contra inimicos meos, vt audacter loqui iā possim & gloriari contra eos, qui me prius deridebās, atque etiam super illos, & præ illis:

* *quia lætata sum in salutari tuo.*

qm̄ lętificauerit me salutare dn̄i Dei mei, quoniam Deus saluator meus tali me affecit lętitia, ut meritò possim sup meos inimicos confusos lætari & gloriari.

3 *Non est sanctus ut est dominus:*

In ueritate hoc sentio, & prædico, quod & expertus loquor neminē esse uel in cœlo vel

lo uel in terra, uel ubicunq; tandem locorum qui si cõparandus domino Deo nostro in sanctitate, qui sic ut dominus noster sit fidelis & sanctus in omnibus uerbis & operibus suis, qui sic firmus & uerax, certus & fidelis sit in cunctis promissis suis, & in adiuuãdo super omnes in se sperantes;

Psal. 144.

** Neque enim est alius extra te, & non est fortis sicut Deus noster.*

nam præter te, domine Deus, alius non est ita sanctus & fidelis; non est quisquã ita fortis & potens, sicut Dominus Deus noster: cuius fortitudo omnem excellit fortitudinem, cui uni subest eum uolue rit, posse, qui omnia quæcunque uoluit fecit in cęlo & in terra, in mari, & in omnibus abyssis, denique cui nihil est neq; impossibile, neque difficile.

Sap. 12. Psal. 113. Gene. 18 Lucæ. 1.

4 *Nolite multiplicare loqui sublimia gloriantes.*

Ac proinde caueãt sibi homines, ne multa garriant, & superbe loquãtur in elatio ne cordis sui, gloriando uane in iis, quæ sibi Deus dederit, in despectum & contemptum proximorum: caueant a multiplicatione uerborum iactantię, quibus eloquantur superba atq; tumentia, inaniter gloriando propter ea quæ à Deo forte donari sibi contigerit. Nam superbam hanc gloriationem meritò debet compescere consideratio fortitudinis & omnipotentiæ Dei, cui facile est donare ei, qui nõ habet id propter quod despicitur, uel auferre ei, qui habet id in quo extollitur.

5 *Recedant uetera de ore uestro:*

Vetera illa uanæ gloriationis, & superbiæ uerba recedant de ore uestro, o illusores & cõtemptores mei: qui me olim quasi sterilem spernebatis, & tanquã infœcundæ insultabatis, cessate a uerbis superbiæ, & tumentis gloriationis:

** quia Deus scientiarum Dominus:*

quoniam Deus est dominus scientiarũ, qui omnia nouit, quem nihil latet, cuius oculis nuda & aperta sunt omnia:

Hebr. 4.

** & ipsi præparantur cogitationes.*

& ipsi pręparantur cogitationes, hoc est, ab eo præparantur cogitationes, ipse pręparat cogitationes, ipse separat ad agendum quæcunque cogitauerit, non aspicit quid nos iactemus gloriando, sed q̃ sibi uidentur bona facit, & frequenter longe alia quã hõis cogitatio comprehendat. Insuper & cogitationes nostræ omnes illi pręparantur, cogitationes hominum omnes coram eo sunt, ipsiq; denudatæ, ut nulla illum possit latere.

6 *Arcus fortium superatus est:*

Facit ipse, cũ sibi uisum fuerit commutationes admodum mirabiles, efficiens nõ rarò, ut fortes confidentes in arcubus, sagittis, hastis, & armis bellicis, superentur: ita ut illis nihil prodesse possint arma bellica, in quibus confidebant, & tumebant, quasi inuicti & insuperabiles:

** & infirmi accincti sunt robore.*

cõtra uerò illi qui imbecilles uiribus, & impotẽtes uirtute reputabant, ut induãtur fortitudine, fortes fiant, De auxilio confortati in prelio, ut etiã aduersarios suos prius sibi formidabiles, & se prius multo fortiores, possint superare.

7 *Repleti prius pro panibus se locauerunt:*

Item facit non rarò, ut illi qui ante saturi erant, pleni & abundantes omnibus bonis, postmodum ad summam deueniant egestatem, adeo ut cogantur seipsos locare, & suam operam quasi uendere pro necessario simplici pabulo, ut ad mercedem seruire cogantur, ad acquirẽdum uictui necessaria:

** & famelici saturati sunt.*

illi uerò qui prius multũ indigentes fuerant, etiam rerum necessariarum, uictus s. & uestitus penuriam magnam patiẽtes, postmodum admirabili commutatione acquisierũt eorum, quibus ante indiguerant, abundantiam, & saturati sũt boni.

8 *Donec sterilis peperit plurimos, & quæ multos habebat filios infirmata est.*

Deniq; & hoc non rarò contingit, ut illa quæ prius ut sterilis & infœcunda despiciebatur, tandem ex Dei munere fiat admodum fœcunda, & pariat plurimos filios, ubi illa quæ prius multis plibus ornata erat, & admodum fœcunda, humiliatur, uel parere desinens, uulua propter superbiam clausa à domino, uel morte pereuntibus prolibus, ut relinquatur mater orbata filiis.

9 *Dominus mortificat & uiuificat:*

Dominus est qui occidit cũ uoluerit, &

cum uoluerit,resuscitat ad uitam;qui potestatem habet super omnes uitæ ac mortis,ut uiuentes possit morti tradere, & mortuos reuocare ad uitam;

* *deducit ad inferos & reducit.*

deducit ad inferos usque homines;& reducit,usque ad portas mortis, in discrimina uitę maxima adducit homines, ut iam in portis,& sub umbra mortis sibi uideantur degere, ut sibi uideantur morti & infernalibus claustris proximi; atque iterum cum uoluerit, educit hominem de periculis etiam maximis eum liberãdo,ac restituendo ad uitam.

10 *Dominus pauperem facit,& ditat:*

Ps.146. Dñs quos vult facit pauperes, et si ante fuerint diuites; & cũ uult diuites facit

Lucæ 1. eos qui fuerãt pauperes, multos facit à paupertate peruenire ad amplas diuitias;

* *humiliat,& sublevat.*

pro suo quoq; placito homines exaltat & humiliat,quemadmodum superbos & peccatores humiliat usq; ad terrã, eosq; deponit de sedibus,& in locum eorum exaltat humiles;facitq; non raro uiles & īfimæ sortis homines ad amplissima fortunas conscendere; quemadmodum Dauidẽ pastorem de gregibus ouium sumpsit ad augustissimi regni fastigiũ, & superbum Saulem inimicum eius penitus humiliauit,ut non relinqueretur de semine eius qui regnaret pro eo.

11 *Suscitat de puluere egenum, & de stercore eleuat pauperem;*

Suscitat,erigit,& eleuat pauperẽ de puluere,id est,de uilitatẽ maxima,in qua iacet quasi sordibus & ignobilis,exaltat eum; & pauperẽ illum in humilitate sua quasi in stercore sordentem, & despectum ab oĩbus,ipse cũ voluerit magnificẽ exaltat, & in sũmũ prouehit altitudinis gradũ;

* *ut sedeat cum principibus,& solium gloriæ teneat.*

ita ut sedeat etiã cum principibus, cum iis qui nobilitate & dignitate habentur præcellentes, atq; ita solium gloriosum obtineat,& thronum magnificum dignitatis suæ ex ignobili puluere ad sublime solium enectus, & ab infima sorte sublimatus ad celsitudinem maximam; qũo etiam humanum genus secundũ corpus penitus uile & ignobile,ad tantam sublevat dignitatem ; tunc quidem in gratia, ac post in gloria superna,ut nobilissimis illis angelicis principibus coæquetur.

12 *Domini enim sunt cardines terræ,& posuit super eos orbem.*

Neq; uerò mirum cuiquã uideri debet, Ps.105. si tam admirandis commutationibus pro suo bñplacito cuncta possit agere Deus, si tam potenter simul ac mirabiliter possit omnia commutare. Ipse enim est,qui in omnipotentia sua creauit terram:& super stabilitatem suam fundauit eam,quasi super cardines suos eam appendens:& ipsius sunt cardines siue ba'es aut fundamenta terræ,& in sua manu ea habet, qđ proculdubio non nisi eius est qui omnia potest,& multò uidetur maius,quàm fortes infirmare,aut debiles cõfirmare,pauperem ditare; aut diuitem pauperem facere,sterilem facere fœcundam,aut fœcũdam sterilem,aliaque huiusmodi.

12 *Pedes sanctorum suorum seruabit;*

Dominus semper obseruabit gressus fideliũ seruo ũ suorũ,& eorũ pedes custodiet,ut non declinent in uias malas; aut si declinauerint,ut quantocyus reuertantur à mali ia,neq; stent in ea, nec sinet offendi ad lapidem scandali pedes eorum:

* *& impij in tenebris conticescent;*

impij uerò qui non studuerũt esse de numero seruorũ eius,in tenebris æternis, in damnatione inferni permanebunt,in silentio perpetuo,in summa tristitia,ærũna atque miseria,ubi erit taciturnitas, & silentium à laude Dei & omni uerbo bono,neque audietur ulla uox lætitiæ, sed tantum fletus & stridor dentium,& heu atque uæ sempiterna;

* *quia nõ in fortitudine sua roborabitur uir.*

non enim confirmabitur homo,aut corroborabitur,siue præualebit in fortitudine sua, vt speret se posse Deo resistere, aut manus eius, atq; iudicium effugere. Matt.25

14 *Dum formidabunt aduersarij eius, & super ipsos in cœlis tonabit.*

Atq;ob hoc etiam formidabunt dñm in sua potentia præualentẽ oĩbus cuncti aduersarij eius; & aduersum illos de cœlis aduenies tonabit,tonitru terribile emittet aduersum inimicos suos,quo omnes eos uehementissime perterrefaciet.Cum enim uenerit dominus in maiestate sua,

& appa-

& apparuerit in prævalenti fortitudine sua, tunc præmisso sonitu terribilis tubæ, formidabunt omnes impii aduersarii eius, & ille proferet de supernis aduenies in modum terribilis tonitrui horribilem sententiam aduersum istos damnationis æternæ dicturus; Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. A

Ibidem.

15. *Dominus iudicabit fines terræ:*

Et si requiras, quisnam iste sit, qui hæc ita sit facturus, ecce dominus Deus omnipotens ipse iudicabit fines terræ, ipse dominabitur super uniuersos habitatores terræ, ab Oriente usq; ad occidentē, & à Septentrione usque ad Meridiē, super omnes imperabit & dominabitur, principemque aget & iudicem, & suo tēpore de omnibus faciet nouissimum B unius examinis iudicium;

* *& dabit imperium regi suo:*

atque hoc imperium, hoc dominium, Deus pater omnipotens dabit Christo filio suo; qui in temporis plenitudine nasceetur inter homines:

* *& sublimabit cornu Christi sui.*

& Messiam, siue Christum suum, illū quē nasci faciet in plenitudine temporis, ipse exaltabit, magnificabit, & glorificabit: exaltabit caput siue cornu eius, ipsumq; super omnia excelsum ponet præ regibus terræ, & ita ut nominetur, & sit princeps regum terræ, rex regū, & dominus dominantium: quum data illi fuerit omnis potestas à patre in cœlo & in terra, acceperitque potestatem iudicium facere, constitutus iudex uiuorum atque mortuorum.

Psal. 71.
Apoc. 1 & 19.
Matt. 18
Ioan. 6.
Act. 10.

## ARGVMENTVM IN CANTICVM FILIORVM Israel, cuius initium; Cantemus domino, &c.

*Posteaquam stupēdo miraculo filij Israel, diuiso mari rubro, & alueo siccato aquis ex utraque parte quasi pro muro stantibus, transissent salui per medium siccati maris, Aegyptijs uerò & ipsi ingressi ad persequendum Israelem, aquis redeuntibus, & dissolutis fluctibus, fuissent submersi, pro gratiarum actione composuit Moyses canticum istud, cuius subsequitur explanatio, quod simul cum filijs Israel cecinit, ut habes Exo. 15. Tunc (inquit) cecinit Moyses & filij Israel carmen hoc domino: & dixerunt, Cātemus domino, &c. In hoc itaq; cantico gratulatorio, primum in Deo præmittens exultationem, enarrat miraculosam & uerè admirabilem sui populi liberationem atque ex aduerso persecutorum condemnationem. Post quæ enarrata, transit deinde prophetico spiritu ad illa commemoranda, quæ adhuc restabant post annos plures exhibenda prodigia: sic tamen enuncians futura, quasi præterita, & adhuc patranda, quasi iam completa uidelicet de introductione in terram promissionis, & introductionem illam præcedentibus gloriosis uictorijs.* Exod. 15

## ELVCIDATIO IN CANTICVM FILIORVM ISRAEL.

*CANTEMVS domino, gloriose enim honorificatus est:*

Cantemus Domino cantica laudis, & carmen gratiarum actionis, quoniam fecit nobiscum magnifice, & gloriose admodum magnificatus est, in patenti exhibitione prævalidæ omnipotentiæ suæ, faciens pro nobis contra inimicos nostros uictoriam:

* *equum, & ascensorem deiecit in mare.*

Dnā equos simul & eos qui super equos atque currus ascenderant Aegyptios, ad persequendum, nos ipse excussos è curribus, & de equis prostratos, proiecit & & demersit in mare.

2 *Fortitudo mea & laus mea dominus:*

Omnem hanc uictoriam cum laude, & cantico adscribo ego domino Deo nostro, qui est fortitudo mea illa tota, per quam iam præclara mihi contingit de inimicis uictoria, quam meis proprijs uiribus spes nunquam fuisset consequendi: & ipse est laus mea, ipse meum canticum; mea gloria,

quem solum vt saluatorem meum sempiternis celebrabo canticis.

*Et factus est mihi in salutem.*

nimirum ipse factus est mihi ad salutẽ, exhibuit se mihi saluatorem, per quem sum liberatus de potestate inimicorum.

3 *Iste Deus meus, & glorificabo eum:*

Iste est Deus meus uiuus & uerus, & extra eum alius nemo. quem unum colere & adorare uolo, quem solum pro Deo, ut est, propono agnoscere, & illi uni, ut dignum est, dabo honorem & gloriam diuinitati debitam, ipsum solum adorabo ipsum inuocabo:

*Deus patris mei & exaltabo eum.*

neq; verò Deus recens est iste meus saluator, sed est ipse idem Deus quẽ coluerunt patres mei Abraham, Isaac, Iacob, ac cæteri, qniq; et illis fuit semper protector & saluator, & cũ magnificabo quantum potero in laudibus, & canticis

4 *Dominus quasi vir pugnator:*

Hic dominus quasi uir pugnator pro me liberando apparuit, tanquam hõ pugnator demõstratus fuit hostibus meis, mittens de nubibus fulgura & tonitrua quasi sagittas, in Aegyptios, & rotas curruum eorũ subuertens, ut terreretur in profundũ: ad eũ modũ quo pugnatores uiri è fortalitijs in hostes eiaculãtur iacula sua, & quo in prælio currus solent destruere atq; subuertere, ut excutiantur pugnãtes in curribus, ita ut ipsi Ægiptij persentientes manum pugnantis domini aduersum dicerent Fugiamus Israelem, quia dominus pugnat pro eis:

*omnipotens nomen eius:*

si requiras, quis iste sit pugnator tã ualidus, & qđ nomen eius, ecce nomen eius est dominus omnipotens: hoc est illi nomen peculiare, quo ab omnibus secernitur, Nemo enim alius præter hũc vnũ est, aut uere dici potest omnipotens:

*currus Pharaonis, & exercitũ eius proiecit in mare.*

currus Pharaonis regis Ægypti, & vniuersum exercitum eius ipse coniecit in mare, & demersit in eo.

5 *Electi principes eius submersi sunt in mari rubro, abyssi operuerunt eos, descenderunt in profundum quasi lapis.*

Nobiles principes eius, qui illum vt suũ regem fuerãt comitati, submersi sunt in mari rubro: aquarum abyssi & immensæ moles, inuoluerunt, operuerunt & absorbuerunt eos: demersi sunt in profundum aquarum absq; impedimento, & subito ex ultione domini cui nihil potest resistere: ad eũ modum quo lapis absq; mora in profundum subsidit suo pondere, quum fuerit in aquas iniectus.

6 *Dextera tua domine magnificata est in fortitudine:*

Omnipotẽs brachium tuũ, Deus potentissime, glorificatum est in fortitudine: in hac tam potenti ultione, manifestam fecisti, & supra modum magnificasti fortitudinem omnipotentis brachii tui:

*dextera tua domine percussit inimicum, & in multitudine gloriæ tuæ deposuisti aduersarios meos*

omnipotens brachiũ tuum, ita percussit inimicos meos, & in maxima gloria tua humiliasti aduersarios meos Ægyptios, qui persequebantur populũ tuũ quẽ de Aegypto eduxeras: In ista Aegyptiorum humiliatione & contritione maximam tuæ fortitudini comparasti gloriam.

7 *Misisti iram tuam quæ deuorauit eos sicut stipulam:*

Misisti iram indignationis tuæ, quæ deuorauit eos, & penitus consumpsit: exercuisti, & exercere uoluisti ultionem tuam contra eos quæ eos absumpsit, & penitus ad nihilum redegit absque ulla difficultate, ad eum modum quo stipula sicca consumitur à facie flammæ ardẽtis:

*in spiritu furoris tui cõgregatæ sũt aquæ.*

& in indignatione furoris tui, quo aduersus illorum indignabaris superbiam congregatæ sunt aquæ & derelinquẽtes naturalem fluxibilitatis suæ cõditionẽ, ex utraque parte collectæ sunt in cumulos, ut fieret populo tuo iter per siccũ alueũ, quẽ paulo ante occupauerãt aquę.

8 *Stetit unda fluens, congregatæ sunt abyssi in medio mari*

Ad imperiũ iussionis tuę steterũt aquæ, prius fluentes, & totũ occupãtes alueũ, steterũt quasi pro muro à dextris & à sinistris aquarum cumuli maximi, q sunt uelut abyssi, agglomerabantur, & coniũgebantur in unũ in medio mari, ut iter pberẽt populo per mediũ transeundi in sicco

sicco alueo, sicq; populus tuus saluare-
A tur de manu persequentium.

*9 Dixit inimicus, persequar & coprehēdā. diuidam spolia, & implebitur anima mea.*

Videns autem inimicus Pharao cum populo suo, quod transiret populus tuus p siccum mare, hortati sunt se mutuo, ut sequerent transeuntem, intrarentq; & ipsi siccatum alueum, sic putantes facile posse se comprehēdere quos quærebāt: dixeruntque se inuicem exhortantes, & iam quasi certam uictoriam reputātes, Persequemur illos transeuntes per mediū maris, & facile pręualebimus in for-
B titudine nostra, ut comprehēdamus eos quibus comprehensis, auferemus spolia eorum, & quęcunq: illi attulerunt secū ex Aegypto, nos recuperabimus nobis, referemusq; in Aegyptū uniuersa, & saturabitur desiderium nr̄um, tam in punitione filiorum Israel fugitiuorum nostrorum qua in spoliorū diuisionibus.

*10 Euaginabo gladium meum, interficiet eos manus mea.*

Insuper uelut ante bellum adorantes uictoriam, dixerunt adinuicem: Vbi illos comprehenderimus non parcemus ani-
C mabus illorum, neq; iterum reducemus in Aegyptū, unde fugerūt uiuos, sed euaginatis gladiis feriemus illos manus nostræ in gladio interficient eos, neq; erit q illos possit liberare de manibus nr̄is.

*11 Flauit spiritus tuus & operuit eos mare:*

Illis uero sic cogitātibus, & præsumptione nimia post populum tuum, ad persequēdum ī mare ingressis, tu domine flare fecisti spiritum tuum, tu domine propugnator populi tui, misisti spiritum iræ & indignationis, quo dissipatæ sunt oēs cogitationes illorum, quo factū est
D ut redeuntibus aquis in statum pristinū post tergū populi qui iā transierant iterumq; se coniungentibus, & ad locū suū quē ad tps dereliquerant reuertentibus, illi omnes operirentur aquis maris:

** submersi sunt quasi plumbum in aquis uehementibus.*

submersiq; sunt, & absorpti aqs illis uehementibus, in aquis nimijs, & admodū tumultuantibus subitò & quasi in momento, in ictu oculi, quemadmodū plūbum suo pondere, statim ubi in aquas fuerit iniectum, absque mora subsidit, neque quiescit, donec ad profundum usque perueniat.

*12 Quis similis tui in fortibus domine?*

O domine quis poterit assignari similis tui siue æqualis tibi ex uniuerso numero eorum, qui fortes existimantur, siue in diis, siue in hominibus?

** quis similis tui magnificatus ī sanctitate?*

Quis sicut tu magnificus est in sāctitate te? Quis assignari poterit tam gloriose sanctus & fortis?

** terribilis atq; laudabilis faciēs mirabilia.*

merito terribilis omnibus impiis etiam regibus terrę, utpote qui hēat ptātem auferendi spiritum, etiam principum & regū terrę, & e contrario amabilis, atq; laudabilis piis omnibus, quibus tam benignū Ps. 75.
& fidelissimum te exhibes defensorem, quippe q facis aduersū impios p bonis mirabilia signa atq; pdigia, quemadmodū p nobis fecisti aduersū Aegyptios.

*13 Extēdisti manum tuam, & deuorabit eos terra.*

Extendisti ad uindictam ultricem manū tuam, ad percutiendum persecuteres populi tui: & ex ultione tua absorbuit eos mare, & perierunt, tanquam, si uiuentes subito fuissent absorpti à terra:

** dux fuisti in misericordia tua populo quem redemisti.*

Neque uerò hoc satis tibi uisum fuit, liberasse uidelicet populū tuum de manu Aegyptiorum, ac per mare rubrū saluos transuexisse, sed insuper iam traducto & liberato populo, te ducē præbuisti in superabūdanti & inexhausta misericordia tua quæ nunquā finem habet miserēdi.

*14 Et portasti eum in fortitudine tua:*

Et deduxisti eum, ac velut in manibus portasti, absq; offensione & periculo, ad eū modū quo gestat mater in ulnis filium, necessaria omnia abundè sppeditās, & mala cuncta depellens, per fortitudinem omnipotentiæ tuæ; quæ potest omnia & aduersus quā nihil pōt alius:

** ad habitaculum sanctum tuum.*

usq; in habitaculum sanctum tuum, usque in terram promissionis, quam peculiariter elegisti, & peculiari electione velut sanctificasti ac mancipasti tibi, ut tu habites in ea, una cum populo tuo, quē

in tuum elegisti peculium.

15 *Ascenderunt populi & irati sunt:*
Audiétes uerò nationes populorum quę erant vel circiter locum transitus nostri, uel in terra illa promissionis, ad quam pergebamus, ascenderunt & exurrexerūt ac pręparauerunt se aduersum populum tuum in prælium, & uehementer indignati sunt aduersum nos;

* *dolores obtinuerūt habitatores Philisthijm.*

Num. 20. dolores inuidiæ, & indignationes malæ occupauerunt inhabitantes Palæstinam locaq; terræ ꝓmissionis finitima, ægrè hoc acceperunt de nobis, quod ascendere
F tentaremus ad occupandum terram nobis promissam.

16 *Tunc conturbati sunt principes Edom:*
Tunc principes Edom conturbati sunt; nolentes neque audentes nobis licet postulantibus, & conditiones pacis offerentibus prębere transitum:

* *robustos Moab obtinuit tremor*

Num. 21 robustos quoq; & principes Moab, ubi audissent quæ facta fuerant Amorrhæo & Chananæo, obtinuit magnus timor & tremor, adeò ut ipse rex eorū Balach plurimum suo regno metuens, multis
G precibus & pollicitationibus quæreret à Balā propheta maledici populo tuo, dicens maioribus natu Madian: Ita delebit hic populus uniuersos qui in nr̄is finibus commorantur, quomodo solet bos herbas usque ad radices carpere:

* *obriguerūt omnes habitatores Chanaan.*

habitatores autem terræ Chanaan, auditis iis quæ fecerat dominus pro nobis ꝯ Aegyptios, & quæ facta fuerant trans

Ibidem. Iordanem Amorrhęo, Chananęo, Basan & Moab, pro sus obstupuerunt, & obriguerunt tanquam desti uti uiribus præ
H terrore nimio. Irruit enim eos terror nr̄, & elanguerunt, pertimuerunt que, & elanguit cor eorum, nec remansit in eis spiritus ad introitum nostrum.

17 *Irruat super eos formido & pauor in magnitudine brachij tui.*
Ita domine, te sic operante, irruat in eos

Iosue. 2. formido & pauor, timor & tremor apprehendat eos, propter magnitudinem, celsitudinem, & fortitudinem omnipotentis dexteræ tuæ, ita consternati, & aio reddantur destituti, propter magnitudi-

E nē præclarissimorum operum tuorum, q̄ tu ꝓ nobis operatus i fortitudine tua.

18 *Fiant immobiles quasi lapis, donec pertranseat populus tuus domine, donec pertranseat populus tuus iste quem possedisti.*
Obrigescant, (inquam) & timore obstupescant, ut fiant immobiles admodū lapidis, ut quomō lapis immobilis iacet, nec se pōt mouere: sic & illi non se possint ad nos inuadēdum mouere, aut nobis quomodocunq; obsistere, donec populus tuus, ò potētissime Deus: populus (inquā) tuus iste (qui sumus nos) quē in peculiū & singularē possessionē elegisti tibi ex oībus gētibus trāsierit ad terrā q̄ pollicitus es patribus nostris possidēdā.

19 *Introduces eos, & plantabis in monte hæreditatis tuæ:*
Tu domine, in uirtute omnipotētię tuę, expulsis & eiectis ante faciem eorum impiis inhabitatoribus, introduces eos atque eradicatis illis malis & infidelibus incolis, quorum erant iam consummatę iniquitates, in locum horum plantabis eum, & firmiter habitare facies in illo monte hæreditatis tuæ in locis illis mōtosis, in terra promissionis, quam elegisti tibi ut habitares in ea, unà cum peculiariter electo populo tuo tanquam in hæreditate & possessione tua:

* *firmissimo habitaculo tuo quod operatus es domine.*

in illa firmissima & stabili habitatione tua quam tu præparasti tibi domine, & quam tibi cōparasti in fortitudine tua, ut habitaret in ea populus tuus, tuq; in medio populi tui. Neq; enim in gladio nostro possidebimus terram illam, sed brachium tuum & dextera tua illam nobis comparabit.

20 *Sanctuarium tuum domine, quod firmauerunt manus tuæ*
In illud (inquā) sanctuariū induces populum tuum, in illū locū tibi singulari electione sanctificatū, quē ad hoc firmauerūt & parauerūt man' tuę, ut expulsis illis alienigenis idolatrarū nationibus, populus sāctus tuus habitaret ī eo simul & tu in medio ei', quasi ī sāctuario tuo.

21 *Dominus regnabit in æternū, & ultra.*
Hic nē dn̄s Deus omnipotens, qui omnia ista ꝓ nobis mirabilia operatus est,

non

non habet regnum simile regnis terrenis, quod aliquando possit deficere, aut superari, aut transferri, sed regnum habet in æternum, stabile, quod in perpetuum nō possit deficere aut in aliū trāsferri. Regnum enim ipsius, regnum est oīum sæculorū: & regnū ipsius oībus dominabitur, & potestas eius potestas ęterna est, quæ nunquam auferretur ab eo. Propter qđ nemini mirū uideri dēt si tā ta ꝓ suo populo ille possit aut potuerit.

22 *Ingressus est enim eques Pharao cum curribus & equitibus eius in mare: & reduxit super eos dominus aquas matris.*

Ps. 44. Danie. 7. Concludens uero canticū in gaudio, peculiariter illud placet repetere qđ nobis est in præsentiarū causa nostri gaudii, videlicet quod ingresso Pharaone equite (quo esset ad persequendum paratior, & expeditior ad comprehendum quos q̄rebat filios Israel) simul cum comitatu uniuersorum curruum, & equitū suorū in mediū maris, dum insequerētur prçeuntem Isrelem, dominus illum cū uniuerso comitatu suo fluctibus maris, absorpsit, reducens super eos aquas, quæ donec Israel transiret, stabant agglomeratæ quasi pro muro ex utraq; parte, ut inuoluerent aquarū sibi occurrētiū fluctibus ita ut nec unus effugeret ex oibus.

23 *Filij autem Israel ambulauerunt per siccum in medio eius.*

Populus autē domini, filii Israel, maximo miraculo transierunt salui per medium maris rubri, per siccū alueū, aqua sese ad utrunque partem continente, donec ille transisset, neq; submersus est vel unus ex omnibus filiis Israel. Tantam in hoc die, tāq; manifestā posuit distinctionem dominus inter populum suum & persequutores ipsius: quod & semper facturū illū non dubitamus usq; in consummationem sæculi, qui nouit semper quō pios à tentatione ac persequutione impiorū eripiat, impios autem condēnet, propter quod, iustum est à populo suo dari illi semper laudem & benedictionem, in sæcula sæculorum Amen. 2. Pet. 2.

## ARGVMENTVM IN CANTICVM ABACVC, cuius initium est, Domine audiui.

*Canticum Abacuc, cuius initium Domine audiui auditum tuum, & timui tantæ est difficultatis, ut ab Hebræorum magistris inter quatuor difficillima scripturarum loca censeatur: pp qđ aliqui Iudæorum titulum cātico præmissum, pro ignorantijs vel pro ignorationibus, sic intelligunt, quia cāticum istud talia proponat quæ ignorentur & non capiantur à quoquā, donec uidelicet ille ueniat Messias, in cuius tēpore ea dicūt reseranda atq; cōplenda. Quā tituli explanationem, nos quoque rectā arbitramur. Idcirco enim pro ignorationibus canticū istud inscribi putamus quia de illis tractat, & illa proponit sub diuersis similitudinum & figurationum ac prouerbialium loqutionum inuolucris, quæ uulgo ignorantur, quæque tum adhuc latebant occulta, neque cognoscebantur nisi ab ijs quos Deus speciali illuminatione de ijs dem instruxisset, ut Dauid Esaiam, ac cæteros, quibus incerta & occulta sapientiæ suæ Deus antequam fierent uoluit manifesta facere. Et uerè dicunt Iudæi, non posse canticum istud intelligi, neque sensum uerborum eius capi, donec ueniat Messias qui eius sensum aperiat. Profectò n. impossibile foret, sensum eorū quæ hic dicūtur, cōprehendere, nisi ea se oīa implēdo Christus dominus noster ea explicasset, nisi ipse qui habet clauē Dauid & cīs prophetiæ, clausa aperuisset nisi signacula ille agnus in sanguine suo occisus confregisset, & aperuisset signatum prophetiæ librū. Illud tamen uanissimū est qđ adhuc Iudæi de huius cātici intellectu diffidūt, donec adueniat Messias alius, quē ipsi somniāt. Iā n. clauē habemus, in qua aperire & possumus, & audemus qđ clausum fuerat. Nō ultra clauē expectamus aliā: & quantumuis ipsi expectent, non aliam accipient: quā quia respuunt, & quia uti ea ad scripturarū apertionem nolūt, meritò foris stare adhuc obfirmato eis ostio cōpelluntur. Nos uerò (ut iā diximus) clauē habentes huius diligētissime signati cātici, pro nostra uirili illud explanabimus de admirabilibus operibus q; in generis humani saluatione, & Ecclesiæ gētiū ædificatione, in tpis plenitudine, Deus pater per filiū suū uoluit operari. Post namq; præmissam stuporis admirationē propheta à diuino collustratus radio statim in initio cantici, Christi in mundū aduentū, & incarnationē, ac natiuitatem*

Apoc. 3. Apoc. 5.

*natiuitatem describit, ipsius deinde cruce uictoriam, de morte atque diabolo, mundi reparationem, Ecclesiæ gentium ædificationem, & conuersionem populorum gentilium licet Aethiopibus, de montibus, & illorū ministris Madianitis (id est, persequutoribus fidei) inuidentibus & repugnantibus. Post hoc, Dei erga gentes propitiationē describit amotam, dicens à fluminibus iram per Apostolorum prædicationem, quos equos Dei & quadrigas appellat. quam uelut arcū fœderis dicit in Ecclesia positam, ad implendam promissiones patrum. Sæcularis quoque sapiētiæ confutationem & destructionem describit scindendos dicens terræ fluuios, licet contraluctantibus sublimibus sæculi, qui persequutionis gurgitem suscitauerunt Ecclesiæ abysso inferorum contraclamante, & sæculi potestatibus arma contramouentibus aduersum, quos tamen omnes præualuit verbum Dei, & tam Christi gloria, quam Ecclesiæ splendor opprimi non potuit, sed verbum Dei potentia signorum confirmatum præualuit omnibus, Deo cooperante suis prædicatoribus, illorumq́; sermonem signis sequentibus (vt ait Marcus) confirmante, ipse*
Mar.16. *verò princeps mundi percussus fuit, & maledictus, vnà cum omnibus sibi adhærentibus, populumq́; Dei oppugnantibus. Post quæ omnia, a magnitudine eorum quæ audierat Propheta se dicens conturbatum, & stupefactum, pleno cordis voto optat populo illi beato, generationi vēturæ coniungi, per quos tanta Deus erat operaturus mirabilia, libenti aīo se paratum offerens ad quantacunque perferenda huius mūdi mala, ita ut etiā usque ad ossa eius ingrediatur putredo tantum ut requiem cum illo populo Dei expedito possit accipere, quam præuidebant per Christi victoriam fidelibus tam fore gloriosam atque perfectam: vbi per occasionem imperiū futuro sæculo egestatem & tribulationem. ac omnis boni egestatem, per defectum fructuum uineæ, ficus, oliuæ & agrorum describit: se uerò una cum populo domini semper ait in domino gauisurum, & ad excelsa ex Dei uictoria deducendum, cum gaudio & psalmorum canticis.*

## ELVCIDATIO CANTICI ABACVC.



*OMINE audiui auditionem tuam:*
Domine aurib. internis cordis mei & interiori spiritus auditu percepi uerbum tuum, quod in me loqui & quod à me audiri uoluisti secretum tuum: intellexi, te mihi reuelante arcanum consilij tui admirabilis, quod cognita facere in tempore suo:

* *& timui.*
& ab auditione, eiusmodi tam admirabilis consilii stupefactus extimui, & præ admiratione nimia quasi in ecstasim raptus obstupui.

2 *Domine opus tuum in medio annorum uiuifica illud.*
O domine, opus illud tuum, de quo mihi aurem reuelasti, tu uiuificabis in medio annorum, in temporis plenitudine, ante mundi consummationem quasi in annorum sęculi medio, opus illud adimplebis, perficies, & quasi uiuere facies non frustrabitur effectu suo uerbum illud quod audiui ex te, non permanebit, mortuum, tametsi adhuc in longinquū sit differenda eius adimpletio: sed quādo uenerit plenitudo temporis ad hoc definitū, ante finem mundi uiuificabitur opus illud, & sicut multo ante prædictum fuerat, uere exhibebitur.

G

3 *In medio annorum notum facies:*
In plenitudine temporis opus illud manifestū facies, & reali exhibitione monstrabis in oculis omnium.

* *cū iratus fueris misericordiæ recordaberis.*
Non enim in perpetuum durabit ira tua, qua offensus es propter præuaricationem primi parentis humano generi sed postquàm tempus iræ finitum fuerit in plenitudine temporis, in tempore acceptabili, & die salutis, obliuisceris iræ tuæ, desines irasci: & memor eris misericordiæ, conuerteris ad miserendum humano generi, ut ipsum tibi reconcilies, quando pro eius reconciliatione ad mirabile tuum illud consilium perficies.

H

4 *Deus ab austro ueniet:*
Veniet nanq; in tpis plenitudine ad homines Deus, ut inter homines hō factus uiuat, & cum hominibus cōuersetur, ueniet Dei filius uerus Deus ab austro, siue à meridie: id est, è sinu patris sui, ubi nunquam nisi meridies est, apud quem

perpetua

perpetua & perfecta claritas est, quasi splendor solis in meridie, ubi tenebræ non sunt ullæ:

* *& sanctus de monte Pharan*.

Lucæ. 2. & ipse sanctus sanctorum ueniet de mõte Pharan: id est, de monte sublimi excelso & glorioso: hoc est, à celsitudine Matt. 2. maiestatis paternæ, qui est quasi mons excelsus & gloriosus, altior osbus. Vel de mõte condenso & umbroso, de patris gloria, qui lucẽ habitat inaccessibilẽ, quẽ nemo hominũ uidit unquã, neq; uidere põt sic ut uiuat. Ita (inquam) Dei filius exhibit à patre, & uenier in mũdũ, ad operãdũ opus redẽptionis humanæ.

5 *Operuit cælos gloria eius:*

Ipso autem aduentente, operuit cœlos gloria eius: ipso nato, manifestata est in supernis gloria eius, angelis in cœlo cũ magna claritate apparentibus gloriamq; Deo ĩ altissimis cõcinnentibus, stella insuper noua ad ortus ipsius manifestationẽ exteris in cœlo gentibus reuelata, quę nati regis testaretᶜ maiestatẽ:

* *& laudis eius plena est terra*.

& laudis eius plena est uniuersa terra, eum post manifestatum celebrarũt laudibus uniuersi populi habitãtes ĩ terra.

6 *Splendor eius ut lux erit:*

Ioan. 1. Effulsit in mũdo hoc pleno caligine errorum atq; uitiorum, sicut lux in tenebris lucet: erat lux uera quæ illuminaret omnem hominem uenientem in hunc mundum sicut lucerna accensa & super cãdelabrum posita illuminat omnes qui in domo sunt, itã splendore doctrinæ conuersationis, atque miraculorum illuminauit mundum:

* *cornua in manibus eius*.

& (quod prę omnibus maximẽ est admirãdum) post peractum doctrinæ, & uitæ suæ cursum, fuerunt in manibus eius cornua crucis; affixæ sunt manus eius cornibus, crucis post peracta õia, morte turpissima cõdemnatus fuit, & in cruce extensus, fueruntq; affixæ cruci, & in eius cornibus siue lateribus fuerunt extensę manus eius; tantam cã nostri ille subiit humilitatem, talem sustinuit aduersus semet ipsum pro nobis contradictionẽ, ut perficeret opus redẽptionis nostræ, nosq; suo redimeret pretioso sãguine, quẽ sic in cruce pẽdẽs effudit in redemptionis & salutis nostræ preciũ.

7 *Ibi abscondita est fortitudo:* Hebr 11.

Ita fuit abscõdita, tecta, & occultata fortitudo eius, cum ita in cruce humiliatus Esai. 53. pẽdebat, sublatum fuit in humilitate iudiciũ eius, nõ se tũc manifestauit illa diuinitatis fortitudo, quæ tamen ei semp cũ patre est coæqualis & coæterna, sed quasi infirmus hõ apparebat, in nullo ostendens potentiã diuinitatis suę, permittẽs cõpleri & consummari in se oĩa quæcunq; secundum consilium diuinæ uolũtatis & prophetarũ uaticinia erant implenda. Et fuit quidẽ ipsa diuinitatis fortitudo in hac humilitate dupliciter abscõdita: uidelicet & in seipsa dũ se mõstrabat in aliquo, sed pro libito sitit inimicos agere quæcunq; uoluissent: & in hominibus aliis, qui pp nimiam humilitatem scandalum passi credere recusauerunt diuinitatis in eo uirtutem, ita ut ẽt scãdalum & stultitia fiat uerbum crucis. 1. Cor. 1.

Attamen uere ẽt illic in cruce pendenti fortitudo diuina fuit, quæ illum nũquã dereliquit, pp qd, credentibus uerbum il Ibidem. lud crucis fuit Dei uirtus & sapientia:

* *ante faciem eius, ibit mors*.

& quidem tanta fuit eius illic, licet abscondita fortitudo, ut ante faciem suam cogeret mortem abscedere. In crucis nãque triumphalibus cornibus extensus agnus Dei, fecit uictoriam, & summæ fortitudinis opus: quoniam sua morte Ioan. 1. nostrã superauit mortẽ. Occisus enim tulit peccata mundi, & redemit nos à Ephe. 2. morte ad uitã, in sanguine suo, & p mortẽ in corpore suo reconciliauit Deo sic que ante faciem eius in crucis cornibus appẽsi, mors aufugit, & lõge profligata est.

8 *Egredietur diabolus ante pedes eius:* Ioan. 8.

Simul & ipse author mortis, homicida primus, diabolus, serpens antiquus, qui per serpentem decepit & morti tradidit hominem, per illum crucis cornibus ap Ioan. 16 pensum, deuictus ac superatus est, nec potuit coram eo cõsistere princeps huius mundi diabolus, condemnatus est per eum atq; proiectus foras:

* *stetit & mensus est terram*.

resurgens uerò post paululum; & morte Matt. 28 deuicta rediens ad uitam, accepta tam à patre

pre ptāte oīum acceptis gentibus in hæreditatē & in possessionē terminis terræ, ipse tanquam orbis dominus ftetit, & mensus est terram: quomodo nobilis rex uindicato de manu tyranni regno aut ciuitate, cum diruta ac dissipata per iniustū possessorē reparare uoluerit, & restaurare q̄ ille demoli-us fuerat aut noua erigere ædificia, stat in terra eiusmodi, & considerat, ac metitur locū ædificiorum suorū. Ita post resurrectionem suam dñs uindicato sibi regno mūdi huius, & pulso foras tyranno diabolo) qui oīa demolitus fuerat p idololatriā & enormia facinora, in qbus seruire fecerat gēte (cogitauit de restautōne & reparatione dissipati orbis, & noui ædificii erectione: id est, ædificatione Ecclesiæ sāctę ex gētibus.

6 *Aspexit & dissoluit gentes:*

Aspexit oculo benigno misericordię suę gentium populos, quos inuenit prostratos & iacentes in imis sordibus, aspiciēs misertus est miseriæ illorum, & corda illorū ind urata ut lapis, sua gratia emolliuit, atq; dissoluit per pœnitentiā, dans ei pro corde lapideo cor carneū, spiritū contribulatum & cor contritū pro corde indomito & efferato uitiis:

* *& contriti sunt montes sæculi*

imò & montes sæculi contriti sunt in misericordia aspectu illius, non pauci potentum atq; sapientū sæculi per pœnitētiā cōtriti sūt: egerūtq; de malis suis pœnitētiam à uanitatibus auersi ad Deū uiuum sese conuertentes.

10 *Incuruati sunt colles mundi:*

Colles mūdi illi, qui in sæculo, altitudine quacunque præfulgebant, siue potentia, siue sapientia siue honoribus, siue diuitiis, ex omnibus non pauci incuruati & humiliati sunt, colla sua cum humilitate submiserunt ueritati:

* *ab itineribus æternitatis eius.*

ab itineribus æternitatis siue diuinitatis eius, quando ille fm diuinitatē suā (fm quā æternus est) in Ecclesiā & corda hominum aduenerit. Illo enim adueniente montes & colles humiliātur, & maxime & mediocriter excelsi, omnes illi se subdunt, cum nemo illi possit resistere.

11 *Pro iniquitate uidi tentoria Aethiopiæ:*

Cum uerò sic dissoluerentur gentes ex aspectu Dei, atq; et montes & colles humiliarentur sub manu domini; uidi tentoria Aethiopum propter iniquitatē & inuidiam malitiose conturbata, habitationes impiorum dæmonū (qui per malitiam consummatā, sunt quouis Aethiope, imo quouis carbone nigriores) uidi conturbatas & frementes præ dolore in uidiæ, indignantes se superari, regno priuari, & auferri sibi prædam:

* *turbabuntur pelles terræ Madian.*

simul et cum his Aethiopibus conturbabuntur tabernacula Madianitarum. i. persequutorum populi dñi, æquales enim fuerunt Madianitæ, tempore Gedeonis, qui grauissime opprimebant Israelem.

12 *Nunquid in fluminibus iratus es domine? aut in fluminibus furor tuus, uel in mari indignatio tua?* Iudic. 6.

Sed nunquid tu dñe aduersus flumina; aduersus aquas multas (qui sunt populi gētiū) irā tuā seruabis? nunquid in tpe illo qñ opus tuū (cuius ego auditum audiui) facieς aduersus flumina populorum multorum, perseuerabit furor tuus, aut indignatio tua? nunquid etiam tunc aduersus mare pmanebit obfirmata id est, aduersus mundū ac genus humanū uniuersū, qūo olim fuit ꝯ eos ira, indignatio & furor tu'. An pmanebit ira tua aduersū pplos ppetua? an nō uel tūc finiet, vt illis fluminib. & mari fias placabilis?

13 *Qui ascendens super equos tuos:*

Non poterit fieri Deus, ut et tunc perseueret indignatio tua, quoniam quidem illo in tēpore tu ascendens super equos tuos, super equos candidos & ueloces sanctos Apostolos tuos, per quos ueheris super oīa flumina qui te prędicabunt per uniuersum orbem terrarum: qñ in oēm terrā exhibit sonus prædicationis eorū, & in fines orbis terræ uerba eorū: Ita te quasi sessorem, illi quasi equi cādidi & ueloces portabunt super mare præsentis sæculi, & super uniuersa flumina gentiū: qd nequaquā fieret, si adhuc esset in fluminibus aut mari indignatio tua, si nō iā uelles illis te exhibere placabilē: Ps. 85.

* *& quadrigæ tuæ saluatio.*

ipsæ tuæ quadrigæ, quib. sic ueheris, nō aliud q̄ saluatio sunt, quocūq; tu p quadrigas tuas siue currus eiusmodi) quos iam

iam equos appellauimus) aduecheris, pręstas salutem omnibus, ubique credentes saluos faciens à peccatis eorũ, dansq; eis potestatem filios Dei fieri. Quo ergo adhuc in fluminibus aut in mari poterit pstare indignatio tua? Quomodo nõ eris placatus gentibus & uniuerso humano generi, qui tantã oibus præstabis gratiã?

14 *Suscitans suscitabis arcum tuum:*

Itaque irasci desines, atque etiam propitiationis signum pones in terra hoibus. Quomodo enim olim post illud celebre diluuium quo in ira tua periit mundus pene uniuersus, arcum posuisti nubibus in signum fœderis, quod non ultra aqs diluuii esses perditurus sæculũ; ita & in hoc tpe grã suscitans suscitabis, & firmiter statues signum fœderis atq; recõciliationis sempiternę, inter te & genus humanum, qd signum arcus ille erit Euãgelicę prædicationis & uerbi tui sancti, qd quamdiu permanebit in fidelibus (pmanebit ut autem usque in cõsummationẽ sęculi) tamdiu placatus permanebis erga electos tuos, nunquã in ira tua repelles eos, ut perdas uniuersam carnem: sed pp arcum tuũ hunc in Ecclesia, pp sanctum uerbum tuum, semper tibi seruabis electos usque in consummationem sæculi;

* *iuramenta tribubus quæ locutus es.*

& suscitabis, pręstabis, atque implebis iuramenta siue promissa populis, quę locutus es ad patres eorum; illa quæ iurasti atque promisisti Abrahę de seminis sui multiplicatione ad modum stellarum cęli, item & de benedictione omnium gentium in semine eius, hæc suscitabis tum in illo tempore acceptabili, & adimplebis sicut fuisti pollicitus.

15 *Fluuios scindes terrę:*

Et scindes tũc quidẽ ac diuides fluuios terræ ut fiant pertransibiles electis tuis, & absorbeant in illis oẽm sæculi sapiẽtiã, omnem scientiam mundanam, atq; terrenã, siue animalem, siue diabolicam tu exhauries. & superabis tua cœlesti sapientia, ut nihil sit ab ea periculi fidelibus tuis; qd tũ facies, qñ tuis illis eqs & quadrigis dabis os & sapientiam, cui nõ possint resistere omnes eorum aduersarii, qñ perdes sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabis, stul- Lucę 21 1.Cor.1

tamq; te facies huius mundi sapientiam:

* *uiderunt te, & doluerunt montes:*

uiderunt te sic fluuios scinderem mõtes superbi sæculi, gloriantes in animali sapiẽtia & prudẽtia sua, uiderũt suã doctrinã euacuari, suamq; sapientiã ut stultiam reprobari; & dolore inuidiæ uehemẽter afflicti sunt, ita ut striderent dẽtibus aduersum prædicatores tuos, & quęrerent uel dentibus eos discerpere, si possent:

* *gurges aquarum transiit.*

atq; hinc grauis psequutio exorta est seruis tuis; multæ tribulationes & mala plurima uenerunt super prædicatores tuos, ita ut quasi gurges & impetus magnus aquarum super illos transierit, qui tñ gurges non super illos mãsit, neq; in eo fuerũt absorpti, sed absq; nocumẽto trãsiit per Dei adiutorium, in qua terrenã persequutionis pertransiit Ecclesia, quam alio qui forsitan habuisset intolerabilẽ, & cuius aquis facile fuisset absorpta.

16 *Dedit abyssus uocem suam:*

Suscitata est seruis tuis persequutio grauissima tum à dæmonibus, tum ab hominibus in sublimi positis. Nam abyssus & dæmones inferni conclamauerunt & restiterunt sua uasa iniquitatis, quantũ potuerunt, ueritati: item & prauitas cordis atque ingenii humani, qd in malo quasi abyssus est prauum & inscrutabile & qd in malis adinuentionibus atq; mẽdaciis nunquam penitus exhauriri potest: Ps. 113.

* *altitudo manus suas leuauit.*

quibus adiuncta est altitudo & potentia sæculi huius, quæ manus suas leuauit cõtra sanctos tuos, ut ueritatem opprimeret, qñ in primordiis nascentis Ecclesię tuæ, pene oẽs potentes & sublimes sæculi principes potentiam suam & uirtutem opposuerunt ueritati, minis, tormẽtis, & grauissimis persequutionibus, hoc agentes, ut Dei uerbum sileret, & maneret in suo uigore sapientia hominum. Ita illis uocem dãtibus, & quasi per rationem sęculari sapientia pugnantibus, hi manus leuant, & uiolentia agunt, sicque persequutio facta est seruis tuis grauissima.

7 *Sol & luna steterunt in habitaculo suo:*

Sed nunquid hãc ob cãm tu implere destitisti quæ uoluisti, in ædificatione Ecclesię gentiũ & cõuersione populorum? Nequa-

quaquam. Sol. n. & luna moti non sunt, sed firmi pmanserūt in habitaculo suo: Christus dñs, uerus sol iustitiæ, lux uera, & luna Ecclesia, ab illius luminis participatione illuminata, non sūt priuati suo lumine, quātūuis illi cōtra nisi fuissent, sed firmi & stabiles pmāserūt ī loco suo, neq; de splēdore suo quicquā pdiderūt:

Ioan. 1.

* *in luce sagittarum tuarum ibunt:*

Nam in splendore sagittarū tuarū ibūt, tam prædicatores Apostoli, quàm auditores populi: ambulabunt & pergent in saluationem, non obstante persequutionum gurgite, in splendore & luce uerborum tuorum, quæ sunt quasi lucidæ sagittæ, illuminantes oculos hominum, ut uideant quo pergendū sit, & nihilominus corda trāsfigentes, ut nō possint ambulare nisi ut ipsæ ambulandū mōstrauerint.

* *splendore fulgurantis hastæ tuæ.*

simul & in splendore coruscantis hastæ tuæ, id est, in potentia faciendi miracula, quæ quasi hasta est coruscans, sic ualida & efficax, ut uel inuitum modo quodam cogere uideatur ad credendum ueritati, tā potētibus signis confirmatæ. Illis nāque sagittis lucentibus & hac fulgurante hasta armati prædicatores ueritatis, equi tui & quadrigæ, constantes & intrepide ibunt & peragrabunt terram, & in iisdem ambulabūt ad salutem homines, qui prædicatione illorum crediderint.

18 *In fremitu conculcabis terram:*

Ita in his sagittis acutis & fulgurante hasta conculcabis, pessundabis, ac penitus superabis terram in fremitu suo, corda terrena quantumuis frementia:

* *& in furore obstupefacies gentes.*

Ps. 29.

& gentium populos in suo furore licet reluctantes, obstupefacies, quamuis uideantur furere & insanire aduersum te, attamen per tam potentia iacula tua, & p hastam illam præualidam (quæ erunt testimonia nimis credibilia) in stuporē cōuertes eos: & plurimos quidem salubriter conculcabis & obstupefacies, alios uerò in damnationem, qui tam patenti ueritati recusauerunt acquiescere.

19 *Egressus es in salutem populi tui:*

Ps. 10.

Neque uero mirum, si in tempore illo acceptabili tanta uenerit salus in terra, talis facta sit conuersio populorum. Tunc enim ibi Deus pater omnipotens, egredi placuit ad salutem populi; tunc uenit tempus miserendi, impletum est tēpus quo exire uoluisti p operationē salutis, ad populū tuū, ad operādū illi salutem:

* *in salutem cum Christo tuo.*

egressus es (in quā) tu pater in populi tui salutē, non solus, sed unà cum Christo filio tuo, per quem tibi placuit humani generis operari salutem. Neque tu solus aduenisti nobis saluator, neq; solus tuus filius: sed uenisti tu cū filio, & tecum uenit tuus filius, neque dubium quin & spiritus sanctus (qui non potest non adesse ubi pater est & filius) quo sic nostra redēptio totius opus esse monstraretur beatæ Trinitatis.

20 *Percussisti caput de domo impij:*

In saluando populum tuum percussisti, uulnerasti, & superasti eum, qui est caput de domo impij, principem domus impietatis; hoc est, principem huius mūdi diabolū, qui est caput domus impii siue impietatis: id est, caput & princeps impiæ Babylonis, quæ ex omnibus impiis constat in hoc mūdo. Ipse enim primus homicida fuit ab initio, mendax, & pater mēdacii, omnisq; peccati principiū: hoc caput tu pcussisti, cōtriuisti, cōdēnasti, ac superasti in fortitudine diuinitatis tuæ:

* *denudasti fundamētū eius usq; ad collū.*

& confusione permaxima affecisti, totā eius turpitudinem & impudicitiam atq; simulatam nequitiā, simul & ipsius ignominiosam deiectionem, & contemptibilem conculcationem manifestando, & reuelando omnibus, tanquam si aliquē multum leprosum aut aliàs sordidum, uestibus spolies, eumq; denudes à fundamento usq; ad collum: id est, à parte infima usque ad supremam, quomodo per talem uestimentorum ablationem, siue denudationem totalem, uehementissima confusione sordidus ille perfunditur, reuelata omni turpitudine sua.

21 *Maledixisti sceptris eius:*

Maledixisti tu dñe regno, imperio, & potestati eius, destruxisti eius regnum & imperium: & potestatem imminuisti, sicque uelut sceptra eius, quibus sub tēpore iræ dominabatur in mūdo, cōfregisti:

* *& capiti bellatorum eius.*

& male-

& maledixisti quoq; capitibus & ducibus bellatorũ eius, maledixisti principibus sæculi, qui se exhibuerunt capita & duces pugnantiũ pro diaboli regno, qui ꝑ veteri idololatria ac pristinis malis, & antiquo diaboli regno cõfirmando, tota sua virtute agebant, & his maledixisti, & hos humiliasti atq; deposuisti de sedib᷒:

* *uenientibus ut turbo ad dispergendum me.* insuper & omnibus illis exercitibus ac populis maledixisti, qui admodum turbinis magna uiolentia uenerunt contra sanctã ecclesiã, contra populum tuũ electum, ad oppugnandum dispergendum, atq; delendum eum de terra & his maledixisti, & hos humiliasti, uirtutemq; eorum comminuisti, & confregisti, ut præualere non potuerint.

22 *Exultatio eorum sicut eius qui deuorat pauperem in abscondito.*

Exultatio eorum qui ueniebant ad dispgendum me, magna erat, ueniebant contra me in magna petulãtia & exultatione quasi certam habentes uictoriam, sicut est exaltatio latronis aut prædonis, qui pauperem in abscõdito deuorat, spoliat, prædatur, aut etiã interficit in occulto, & cũ ꝑualuerit, facit ei quicquid libuerit, & omne suum adimplet de eo desiderium, quoniam in occulto existens, ubi præualuerit, neminem habet qui ferat oppresso auxilium, aut qui illũ ab eo quodcũq; uoluerit impediat. Ita de Ecclesia tua sperabant principes mundi exercitus, facilem reportare triumphũ, & agere qd quid eis fuisset collibitum.

23 *Viam fecisti in mari equis tuis, in luto aquarum multarum.*

Tu autẽ domine per mare sæculi huius, licet tã multis persequutionũ fluctibus æstuans & intumescens, fecisti uiam eqs tuis: tua uirtute prædicatores uerbi tui mare totum istud pertransierunt, in omnibus finibus eius facientes operationẽ suam, sic illos ueloces, sic expeditos, sic agiles fecisti in tui spiritus uirtute, deduxisti per medium lutum & cœnum aquarum multarũ per malitiam omnium populorum, ita ut nusquam infixi hæserint, sed omnibus superatis malis, cõtemptis minis & tormentis uniuersis, abierunt quocunque missi fuerant.

A 24 *Audiui & conturbatus est uenter meus, à uoce contremuerunt labia mea.*

Omnia hęc iã miranda, tam stupenda, tã humano iudicio incredibilia, te interius in me loquente, & aurem mihi reuelante audiui, & plurimum conturbata est anima mea, mens mea prę admiratio ne nimia uelut in ecstasim rapitur, à uoce ista sermonis tui, q̃ te interi᷒ loquẽte audiui contremuerunt labia mea præ nimio pauore & stupore, quem intra me gignit tantę indignationis admiratio.

25 *Ingrediatur putredo in ossibus meis: & subter me scateat.*

B Ego autem, tantis his auditis à te, quæ ꝑ hominum salute in temporis plenitudine operari decreuisti, toto cordis desiderio populo illi qui hæc præsentiet adnumerari exopto. Et quanquã simul audierim illos multa aduersa passuros ab oppugnante malitia, nõ ob illotum id sortem aduersor, sed etiam ad maiora (si fieri põt) paratum offero, ita ut ẽt computrescant ossa mea & tabescãt præ afflictione & tẽporalibus malis, & caro mea ita computrescat, ut subter me putredo scateat, libenter summam huius mundi afflictionem, & despectionem subire uolo.

C 26 *Vt requiescam in die tribulationis:*

Vt unà cũ illis seruis Dei requiem postmodũ accipere merear in illa salute, q̃ audiui in tempore malo, in die afflictionis & miseriæ, in tempore qñ impii (qui nunc florent, & gaudent) erit pessime, quando illi in pœnis degent æternis:

* *& ascendam ad populum accinctum nostrum.*

ut ascendere possim ad populum istũ nostrum accinctum, ad illum expeditum & fortem populũ dñi, de quo iam auditu

D ꝑcepi ad illos equos accinctos paratos, atque expeditos ad omnia opera domini, ut ad hunc populum ualeam ascendere, & unà cum illis in eandem salutẽ me reat suscipi. Prorsus nihil æstimo, quicquid potuerit in hoc mundo afflictionis & despectionis contingere, modò ad illũ accinctum populum, & simul cum illo ad eandem fœlicitatem mihi detur conscendere: libẽter illis cupio particeps fieri in tribulationibus & laboribus, vt ad eãdem mihi detur pertingere requiem.

*Ficus*

27 *Ficus enim florebit, & non erit germen in uineis.*

Nam quantum ad impios, illo in tempore requiei sanctorum uerè dies tribulationis erit, uerè tempus summæ miseriç, vbi erit egestas maxima, & omnis boni defectus. Illic enim non erunt florentes ficus, neq; germinantes uineæ, unde haurire possent: quibus pascantur, ut solent cum in mūdo essent florētes in delicijs.

28 *Mentietur opus oliuæ, & arua non afferent cibum.*

Opus oliuæ illic mentietur: hoc est, illic deficiet; quoniam non erit ibi oliua, quæ eis fructum præbeat; & nulli erunt agri, nulli campi qui producant cibum.

29 *Abscindetur de ouili pecus: & non erit armentum in præsepibus.*

Auferetur pecus omne de ouili, nō habebūt oīa ouilia ouibus plena, neq; armenta boum, aliorumq; maiorum aīaliū ad præsepia, quæ possint mactare eū uoluerint, eo modo quo solēt facere, cū in hoc mundo uiuerent. Tūc enim omnis abūdātia malorū, qua floruerāt, penitus deficiet; & qui in hoc mūdo omnibus abūdant, nempe ficubus, oliuis, & uineis, unde fructus accipiebant ad delicias, greges quoque & armenta, & cuncta abundātia, iam prorsus omnibus sint nudi & egeni, omnibus relictis in sęculo. Atque hinc admirabilis ualde fiet commutatio, ut qui in uita præsenti satiari solebant, tūc esuriant; qui inebriati, sitiant; qui lætari & cōsolati, lugeant, & affligātur in sæcula.

30 *Ego autem in domino gaudebo;*

Ego uero ab his toto corde me separans & elongās, & populo illi accincto seruis fidelibus Dei mei me adnumerans, & uoto cordis associans, non accipiam cōsolationem, non delectationē aliam quàm in domino Deo meo, qui pro hominū salute tam magnifica cogitauit consilia:

* *& exultabo in Deo Iesu meo.*

& magnificè glotiabor, atq; exultabo in Deo Iesu, id est (iuxta nominis interpretatione) saluatore meo; lætabor in patre, & exultabo in filio, per quē illa omnia tam magnifica nobis perficientur in tempore suo, simul & in spiritu sancto, qui non potest non adesse ubi adsunt pater & filius.

31 *Deus dominus fortitudo mea;*

Dn̄e Deus meus trinus & unus, pater mittens, filius missus, spūs sanctus utrunque cōiungens, & ab utroque procedēs, ipse est fortitudo, & uirtus mea, sine quo nihil possum, & in quo possum omnia; Ioan. 15 Philip. 4

* *& ponet pedes meos quasi ceruorum;*

& ipse pparabit pedes meos, ut sint quasi pedes ceruorum: faciet me quoque accinctum esse, expeditū, atq; uelocem ad impletionem mandatorum suorum; ut possim huius mundi ima transcendere. i. prospera & aduersa despicere, atq; in altitudinē montium expeditus currere, ad cœlestia festinate atque euolare, quō cerui altitudines mōtium sua celeritate petūt.

32 *Et super excelsa mea deducet me uictor in psalmis canentem;*

Et ipse qui prior fecit uictoriam, qui ut mihi uincendi daret fiduciā, prior uincere uoluit mūdum, diabolū, & mortē, ipse me quoq; deducet sup excelsa mea, ad illa excelsa & alta cœlestis mansionis tabernacula, ad quæ contendo, ad quæ suspiro, ut sit et nunc in corpore mihi uiuēti in cœlis conuersatio, ac post in uita futura firma habitatio; ita (inquā) uictor me deducet sibi in psalmis canētem, laudum cantica sibi persoluentem, pro tā magnificis mihi, & uniuerso humano generi exhibitis, præparatis bonis quibus perfruemur in sęcula sęculorum; Amen.

## ANNOT. IN CANT. ABAC.

Canticum istud, ob nimiā suā difficultatem (de qua in argumēto dicimus) admodum uariis modis à diuersis interpretibus exponitur; potissimum ob hoc ꝙ penè omnia in hoc cantico parabolicis & similitudinariis elocutionibus dicantur, in quibus solet uaria esse significatio. Nos in Elucidatione unicū sensum explanare contenti fuimus expositionum multitudinē, effugiēdæ perplexitatis causa diuitantes; quum etiam absque sensuum plurium confusione, præ nimia difficultate uix capi possit simplex eius intelligētia. Hoc admonitum uoluimus lectorē, ne forte cū apud alios longe alios sēsus in quibusdā cōpererit, nostra Ltinus quasi inania fastidiat, q̄ nos post

post diligentē & non oscitanter adhibi- A tā considerationē, vt magis consentanea toti processui cātici pro nostro modulo diximus. Expositionē tituli, qui est, oratio Abacuc prophetæ, ꝓ ignorationibus, in argumento posuimus ex nostra sententia, ignorationes accipiētes pro occultis & latentibus mysterijs quæ ignorantur, & occulta latent. Qđ alij tñ interpretanť, pro ignorantijs diuinorum iudiciorum; vel pro peccatis ex ignorantia. Interpretes aūt septuaginta, loco huius, pro ignorationibus, ponunt cum cantico, signāter dicentes hanc esse orōnem cum cantico: B qm̄ videlicet orando hic propheta canit, & canendo orat, dū quę audit ventura precatur, & quæ ventura præuidet glorificado canit. ¶ Versu 1 Dñe audiui auditū tuū. Auditum Dei intellige id quod loquitur Deus. Nā quod Deus loquiť, quatenus à Deo dr̄, verbum, aut sermo, aut eloquiū Dei appellatur, ac rursum idem ipsum auditus dr̄, quatenus auditur ab hoīe. Eodē hoc vocabulo in eandem significationē vsus est Esaias, cap. 53 dicens, Dñe, quis credidit auditui nostro? id est ijs quę nos à te audiuimus, quæ tu loquutus es no- C bis Quod aūt in altero versu sequitur, Viuifica illud nos exposuimus per futurū indicatiui. Frequenter. n. solet imperatiuus pro indicatiuo poni. Potest tñ & per deprecationem accipi non minus conuenienter, vt postulet impleri propheta qđ futurum audit: Medium quoq; annorum in eodem versu nō accipiendum fm exactam supputationem Arithmeticam. Nō enim opus incarnationis Christi, & redēptionis humanæ viuificatum aut notificatum est sic in medio annorum sæculi, quasi tantum tpis post sit relinquēdum, D quantum ante præcesserat Venit. n. Christus in ætate vltima, & velut circum cōsummationem sæculi, pp quod Ioannes ait, Filioli, iam nouissima hora est. Et Paulus ait: In quo fines sæculorum deuenerunt Et Esaias nouissima appellauit ipa dicens, Erit in nouissimis diebus præparatus mons domus dñi, & cætera Sed medium istud annorum generaliter intellige tps quod post initium, & ante finē interiacet: vt sit sensus, ante temporis consummationē. Quidā admodū subtiliter

Esa. 53.

1. Ioan. 1

1. Co. 10.

Esa. 2.

istud mediū annorū exponunt, nō de medio annorū sæculi, sed de medio annorū vitæ hoīs, viuere potest homo, fm consuetum, quo naturæ cursum in bona qualicunq; valetudine. Hoc enim tps in psalmis assignantur anni septuaginta, cū dr̄; Dies annorum nostrorū in ipsis septuaginta anni. Si autem septuaginta diuidas in duas partes æquales, tempus medium habes annos triginta quinq;. Christus aūt dñs salutem humani generis in cruce operatus anno ætatis suæ tricesimotertio qui numerus admodum parum distat à tricesimoquinto. Vnde opus illud humanæ salutis rectè in medio annorū vitæ hoīs dici pōt viuificatum & notum factum. Alii annos istos duos accipiunt duo testamenta, annum scilicet seruitutis & annum libertatis, qui et apud Esaiam annus dñi acceptus appellatur Quasi aūt in horum annorū medio perfecit Deus opus redemptionis nostræ, quia consummato veteri, & nondum manifesta o nouo, passus est Nam post passionem cœpit annus acceptus notus fieri, & prædicari in gentibus. Neq; tacendum quod hoc loco septuaginta interpretes habent, In medio duorū aīalium cognosceris. Qđ admodum diuersimodè exponitur. Intelligi n. potest, cognoscendum Christum in medio duorum latronū cruci appensum: qꝙ satis impletum constat, qñ signis admirabilibus in cruce pendens clarificatus fuit, ita vt diceret Centurio, Verè filius Dei erat iste, & reuertentes percutiebant pectora sua. Cui ēt consonat quod ante suā passionē ipse prædixerat, Quum exaltaueritis filium hoīs, tunc cognoscetis, quia ego sum. Alii duo testamenta intelligunt, quasi viuentia quædam aīalia & vitā spirātia. Alii duo Cherubin, in quorū medio Deus sedē habere videbať sup veterē arcā, Alii in medio duorum populorum à quorū vtroq; post peractam salutem Christus est agnitus in vna Ecclesia, quidam ex nostris simplici pietate intelligunt de animalibus quæ credunt fuisse in eodē hospitio, vbi natus est Christus dñs. Nam quod sæpe ibi fuerit nasci voluit, apertè exprimit Euangelista Lucas, quum ait. Maria peperit filium suum primogenitum, & pannis eum inuo-

Psal. 91.

Psal. 91.

Lucæ. 4

Matt. 28.

Lucæ 23.

Ioan. 8.

Lucæ 2

 luit, &

luit,& reclinauit in præsepio.Quod autē E ibi aīalia tū adfuerint, & si non apertè exprimat scriptura,piè tñ credi pōt. Vbi. n. præsepia sunt,solent illic iumenta stabulari,& maximè in noctibus,vt inter iumēta in humiliate maxima credat fuisse natus dñs noster.Atq; in hanc sñiam pietas quorundā ēt illud accōmodat, qd Esaiæ primo capite dr̄,Cognouit bos possessorē suū,& asinus præsepe dñi sui. Quam sñiam in celebri illo & tritissimo Christianis cātico,cuius initium, Puer nobis nascit,sequitur pietas deuota laudatiū, quū ita canit,In præsepi ponitur sub fœ- F no asinorū. Cognouerunt dñm Christū regē cœlorū,quod indubitatū est de agnitione iumentorum intelligi.Pro quo etiā facit solenne illud responsoriū,quod sm ecclesiasticū vsum(qui non est leuiter cōtemnēdus)quarto loco in nocte natalis dñici canitur,his verbis, O magnum mysteriū & admirabile sacrum,vt aīalia viderent dñm natū,iacētē in præsepio:beata virgo,cuius viscera meruerunt portare dñm Christum,&c. ¶ Ver 4. Deus ab Austro veniet, & sanctus de monte Pharan. Ab Austro,siue à meridie, nos inter- G pretati sumus,à patre vel è sinu patris, vbi nimirū perpetuò non aliud q̄ meridies est,claritas semper plena,absq; oī tenebrarum obscuritate,sicut in meridie,sole lucente in virtute sua. Idem quoq; per secundā partē intelligimus,vbi dr̄,Et sanctus de monte Pharan. Siquidem Pharan apud Hebræos(vt ait sanctus Pagninus, vir in Hebraicis literis non mediocriter eruditus)significat gloriam, vel glorificationē,vel gloriosum.Mons ergo Pharan,dr̄ mons gloriæ,vel mōs gloriosus. In quo rectè Dei patris gloriosam altitudinē in H telligimus,vt significet ab illa altitudine summa paterni sinus aduenturus Dei filius.Cui ēt astipulat,q septuaginta interpretes pro monte Pharan verterunt,mōtem condensum & vmbrosum. Maiestas .n.& altitudo patris,mons condensus & vmbrosus rectè dr̄, pp occultationē suā,
Ioan.1. qm̄ Deum(vt in Ioanne dr̄, nemo vidit vnquam, & lucē habitat inaccessibilem.
3.Reg.8. Propter quod,āt alibi dr̄ dñs habitare in caligine.Et alibi, Nubes & caligo in circuitu eius.In prima aūt parte, quidā per

Austrum intelligunt spiritū sanctū. Auster.n.vel meridies,calidus est Et spiritus 2.Par.6.
sanctus calor vel ignis appellatur,sicut & amator. Vnde & in linguis igneis apostolis apparuit,& datus fuit.Et de eo Christus dñs ait in euangelio,Ignem veni mittere in terrā,& quid volo nisi vt accendatur? Peculiari verò modo sic ab austro Dei filius venire dr̄:qm̄ ex maximo amore & charitate summa erga nos accessit ad nos,vt nos faceret saluos ab oī malo, in vitā æternā, quemadmodum sanctus ait apostolus,Christus dilexit nos,& tradidit semetipsum pro nobis. Et dilectus dñi discipulus in sacræ Apocalypsis exordio.Qui(inquit) dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo.Apertissimè quoq; ipse dñs in Euāgelio de patris dilectione restat,dicens, Sic Deus dilexit mundum,vt filium suum vnigenitū daret,vt oīs qui credit in ipso nō pereat, sed habeat vitā æternam. Quidā in hoc aduentu Christi ab Austro,intelligunt natiuitatē eius in Bethleem, quam dicunt sitam esse ad merediem.¶ Ver.6.Cornua in manibus eius.Cornua ista (iuxta sanctorum patrum rationabilem æque, ac piam interpretationem)exposuimus cornua crucis,Sed quare cornua ista dr̄ fore in manibus Christi, & non magis ecōtrario manus ipsæ in cornibus crucis? Nam ita magis videbatur dicēdum. Qui simpliciter intelligere voluerit,dicet, per trauspositionem dictum esse vnum pro altero,Cornua in manibus eius:pro, Manus eius in cornibus: quemadmodum apud poetā,Perflauit fistula buccas: loco huius,Perflarunt buccæ fistulā. Et in Ps. 1 1.Cinetē tanquā panē manducabā: quidā loco huius accipiunt,Panē tanquā cinerē manducabā. Altiori tñ consideratione poterit attribui mysterio,q cornua significanter dicantur esse in manibus Christi,ad significandum videlicet q non violenter teneretur in cruce,quasi nō posset ipse,si vellet,se liberare,manus detrahere & clauos quibus affixę erant manus depellere,sed ex amore & voluntate sua. Verius enim ipse se in crucis cornibus tenebat,aut ipsa tenebat crucis cornua, quàm cornua crucis illū tenuerint. Qđo enim ait , Potestatem habeo ponendi ani-

Psal. 96. Act.2. Luc.12. Ephes.5. Apoc.1. Ioan.3.

aiam meã,& iterum ſumendi eam,& nemo tollit eã à me, ſed ego pono eã à me ipſo,ita proculdubio poteſtatẽ habebat tenendi in cornibus crucis manus ſuas; & ptãtem habebat,ſi voluiſſet, iterum reſumẽdi eas:& nemo quaſi per uim expandit illas in cornibus crucis, ſed ipſe eas poſuit,& dedit vt affigerẽtur illis. Poſſunt ẽt per cornua in manibus, intelligi illi cornuti & rudes claui,qbus beatæ manus in crucis arbore cõfoſſę & cõfixæ fuerũt. Rurſum ad ſimilitudinem arcus poterimus accipere ſermonem. Habet.n.arcus B duo cornua,i.duo latera. Atq; hoc modo quod dr̃,Cornua in manibus eius, ſignifi A cat Chriſtum accepiſſe arcum in manu ſua,ad ſagittas videlicet ſuas iacendum, & fugandum diabolum. Vnde & ſubiungitur, Ante faciem eius ibit mors. Egredietur diabolus ante pedes,quaſi non ferẽs arcum illum potentis,ſagittas iã acutas iaculãtis. Atq; ita ferè per totum hoc canticum, ſinguli verſus varijs poſſent modis exponi, & poſſent ſingulorũ ferè verſuum diverſæ aſſignari intelligentiæ. Nos tamen ne nimiũ prolixi efficiamur, aut magno aceruo interpretationum rem amplius inuoluamus, iis quæ in Elucidatione diximus contenti, de huis cantici verbis plura non adiicimus.

## ARGVMENTVM IN CANTICVM MOYSI, cuius initium, Audite cœli.

*Moyſe iam appropinquante morte, pranoſcens dominus prẽuaricationes filiorũ Iſrael, qbus eum ad iracundiam erant prouocaturi, poſt introductionẽ in terrã promiſſionis: quæ videlicet ad idololatriã, atq; alia turpiſſima facinora, Deo cæli abiecto, & lege eius prorſus cõtempta, deflecterent, iuſſit Moyſi deſcribere cãticum iſtud, cuius initium, Audite cœli, &c vt eſſet poſteris cãticum iſtud in teſtimoniũ in quo vniuerſa mala quæ illis pp. tranſgreſſionẽ ex Dei iuſtitia erant superuentura apertiſſime pariter atq; ſeueriſſimè proponeret, quo magis forent inexcuſabiles. Ac primum quidem in hoc cantico cælum & terrã in teſtimonium legiſlator aduocat, conteſtaturus duræ ceruicis populum. Deniq; magnificentiã & perfectionẽ in oĩbus & operibus & uerbis ante oĩa proponit, ob quæ uel maxime dẽt eſſe mortalibus veneranđus, ſtatim ad increpationem peruerſę generationis uerba conuertens, ꝙ creatorem & patrẽ oĩum Deum derelinquerent, à quo prę̈ter illud creationis & generationis beneficium oĩbus gẽtibus cõe, tã ſpãli electione fuerant electi in peculium ſiue in populum peculiarem prę omnibus gentibus, & pro quibus tã multa ſtupenda ſigna atq; pdigia fuiſſent ædita, ex oĩpotentia domini in eductione de Aegypto, & deductione per deſertum atque introductione in terrã lacte & melle manantem i oĩum bonorum quæ ad agendã vitã ſunt opportuna, abundantia affluentẽ; poſt quę oĩa ſuſcepta beneficia, diſſoluti prę delicijs ingrati filij Iſrael, dereliquerunt dominum & conuerſi ſunt ad idolorum culturã atq; ſacrificia, quibus rebus grauiſſimè ad iracundiam prouocarunt dominum: pp quod ultionem eis grauiſſimam cum magna ſeueritate denunciat uniuerſorũ malorũ, adeò ut ẽt penitus gentem illã tã ingratã & perfidã voluiſſet delere, ſi nõ pp ſuperbiã inimicorum, iactantiamq; & exprobrationem id facere omiſiſſet Atq, hæc pluſquã dimidiũ cantici occupant. Poſt quæ, mentem ſaniorem & prouidentiam venturorum malorum optans inſipienti populo, iterum malitiã eius deſcribens, vineã de Sodoma & Gomorrha eum appellat & abominationes eorum, vuas fellis, botroſq; amariſſimos: fel item draconum, & uenenum aſpidum, illorũ doctrinã peſſimã, p quibus oĩbus, ſub perſona domini (quẽ ſubito introducitur loquens, ac dicens: Nonne hæc condita ſunt apud me, &c Mea eſt vltio, &c.) pœnam cõminatur condignam aduenturam in proximo. Erga tamen populum ſuum & ſeruos ſuos prophetas dominum ſemper ſuam miſericordiam ſeruaturum promittit, quantumuis erga impios ſeuerum ſe vltorem oſtendat. Iterumq; ingrato populo exprobratur ſuper falſis dijs quos coluerũt, ꝙ auxilium in anguſtia poſitis præbere non poſſint ſuis cultoribus: ex aduerſo aũt domini loquẽtis ſubito perſona adiungitur. Vide, ꝙ ego ſum ſolus, &c ubi ſuã tremendam & terribilem illã iudiciariam poteſtatem, multa verborum magnificentia exprimit vſq; ad uerſus duos nouiſſimos: qui, exhortatio ſunt Prophetæ ad populum gentium, quem in ſpiritu præuidebat in temporis plenitudine Deo adiungendum.*

## ELVCIDATIO IN CANTICVM MOYSI.

VDITE *cæli quæ loquar, audiat terra verba oris mei.* Contestatur vos ego hodie populum duræ ceruicis, & seriò ventura omnia ex Dei præcepto illi denunciaturus, inuoco vos, ò cœlum & terra, ad audiendum hæc verba quæ ex præcepto domini loquar per os meum, vt sitis mihi in testimonium contestationis huius, quam facturus sum audientibus:

2 *Concrescat ut pluuia doctrina mea:*
Doctrina hæc quam loquar per os meũ, audientibus vobis, & vniuerso populo isto, coalescat & cõcrescat ad modũ pluuiæ: quomodo pluuia ex concretione & coagulatione tenuis nubis concrescit, coagulatur, & condensatur, vt non amplius hæreat suspensa in aere, sed pondere suo cadat in terram: ita hæc mea verba quæ loquar, cupio suo pondere super corda audientium cadere, non quasi leuia auolare in auras, aut ventis dissipari: quod contingit nubibus quæ non concrescunt, non congelantur in pluuiam:

** fluat ut ros eloquium meum.*
verbum contestationis meæ fluat ad modum roris, sic dulciter labatur super auditorium corda, & fructũ faciat in eis, quo modo ros super terram cadens, eam fœcundam ac frugiferam reddit.

3 *Quasi imber super herbam, & quasi stilla super gramina:*
Quemadmodum imber cadens super herbas, & pluuiales guttulæ super gramina, vigere simul & virere faciunt humectata, ita verbum istud contestationis meæ opto in audientium cordibus humorem bonũ mittere, & fructum fidelis ac mansueti cordis facere:

** quia nomen domini inuocabo.*
Dignum est enim vt non sine fructu uacuum egrediatur verbum istud meum, quod loquar in nomine domini, quoniam iam in exordio sermonis mei nomen inuocabo domini, ex cuius loquor imperio. Non enim à meipso quæ locuturus sum, loquar, sed domini E erit verbum, cuius tantum ego ministrum me offero.

4 *Date Magnificentiam Deo nostro:*
Ante oĩa verò, ò popule dñi, filii Israel, Psal. 85.
vos hortor ac moneo, Deo nostro, vni
uiuo ac vero (cui non est similis in diis, Apoc. 4
& præter quem nõ est alius) dare gloriã & 5.
magnificentiam & honoré, sicut dignus
est omnem gloriam, omnem honorem,
& omnem benedictionem accipere:

** Dei perfecta sunt opera.*
Dei enim nostri omnia opera perfecta &
integra sunt, ita vt nihil in omnibus ope
F ribus eius quisquam reprehẽdere possit,
aut ostendere quicquam aliter factũ esse, quam fieri debuerit, aut non ita ab eo factum, vt debuit fieri:

** & omnes viæ eius iudicia.*
& omnes actiones eius, quibus agit cum Titum. 1
humano genere, sunt iustissimæ & in iudicio dispositæ secundum plenissimam æquitatem.

5 *Deus fidelis, & absq; vlla iniquitate iustus & rectus:*
Deus ipse noster verax & fidelis est, qui Ps. 144.
mentiri non nouit, neq; fallere, & absq; Ps. 110.
G omni iniquitate, perfecte iustus & rectus
est: fidelis est in omnibus verbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis, omnia quæcunq; fecit, in vero facit iudicio, suntque opera manuum eius veritas & iudicium, vt falsitatis nihil, nihil iniquitatis in eo possit inueniri, propter quod ex ipsius parte nõ est qd nos queramur de tã perfectissimo, tam fidelissimo, tam iustissimo, tam rectissimo domino Deo nostro, neque in eo nos desiderare quicquam possumus.

** peccauerũt ei, & nõ filij eius in sordibus.*
H verum nõ aduersus hunc talem ac tantum dñm peccauerunt trãsgressores impii, in sordibus peccatorum suorum, qui cum filii Dei & populus ipsius nominari velint, vere tamen appellationem hanc nõ merentur propter inobedientiam peccati, sed potius non filii, & non populus eius merentur appellari.

6 *Generatio praua atq; peruersa: haeccine reddis domino, popule stulte & insipiens?*
O praua atq; puersa generatio, ò popule stulte & insipiens, popule duræ ceruicis, semper diffidens, semper obmurmurans

tans creatori suo, hæccine mala sunt quę tu reddis dño Deo tuo? murmuratio, tentatio, blasphemia, diffidentia, cultus idolorum, & alia hmôi peccata pessima, in quibus dominũ Deum vestrũ offendistis multipliciter, istane sunt quæ domino Deo vestro tam eximio, tam perfecto, tam iusto, tam fideli, pro gratiarum actione persoluitis? istine sunt fructus, ô vinea amata, quos satori & cultori uestro profertis?

7 *Nunquid non ipse est pater tuus, qui possidet te:*

Nonne dominus Deus vester, in quẽ peccastis, ipse est: verus ac primus pater vestrum omnium, qui vos in possessionem elegit, atq; peculium ex omnibus gentibus, & cuius uos possessio estis, subiectiq; eius dominio?

* *& fecit & creauit te?*

qui ẽt sua oĩpotentia, sapientia, & bonitate vos plasmauit, tam ſm corpus, quàm secundum animam: & creauit de nihilo, vt essetis aliquid, & non solum aliquid in rerum natura, uerumetiam creaturæ rõnales. Huic ergo electori, possessori, factori, & creatori vestro, ô praua generatio, rependitis?

8 *Memento dierum antiquorum: cogita generationes singulas.*

Sup quæ vobis, ô Israel: cum cæteris gentibus sunt cõia, reuoca in memoriã dies antiquos, tpa præterita, & quæ in eis gesta leguntur pro patribus uestris, ante mẽtis oculos ponite, & reuoluite singulas generationes & secula, & quæ per diuersas generationes atq; diuersa sęcula pro patribus uestris magnificè à Deo gesta legunt.

9 *Interroga patrem tuum & annunciabit tibi, maiores tuos, & dicent tibi.*

Vos posteri, q post generationes multas venturi estis, quos necdũ ẽt natos, & adhuc absentes alloquor nõ minus, quàm præsentes, qui ipsi forsitan non vidistis mirabilia, q̃ fecit pro populo suo Deus, discite à parẽtibus vestris, interrogate patres uestros, & ipsi vos docebunt mirabilia illa, quæ tam peculiari miraculo pro populo suo fecit maiores & seniores interrogate, & ipsi vobis hæc indicabũt, uel quę suis oculis ipsimet viderunt, uel auditu fide digno à suis maioribus acceperunt. Ipsi vobis indicabunt, quanta quàm magni

A fica ostenderit dominus populo suo, vt sic discatis, quanto debito obstringamini domino Deo uestro, præ omnibus gentibus, & quã debeatis illius esse serututi addicti, qui iam magnificè egit vobiscũ, & cum patribus uestris.

10 *Quando diuidebat altissimus gentes quãdo separabit filios Adam.*

Cũ ipse altissimus post diluuium gentes diuideret, & filios Adã iã rursum p Noe multiplicatos separaret, cum in ædificatione turris Babel confunderet linguas ædificantium, vt non audiret unusquisq; B vocem proximi sui, sicq; eos diuideret ex eo loco in vniuersam terram, & super faciem cunctarum regionum terræ: alijs ad Orientem, alijs ad Occidẽtem, alijs ad Meridiem, alijs ad Septentrionem, diuersa loca occupantibus.

12 *Constituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Israel.*

In hac (inquam) diuisione hoĩum, populos admodum multos constituit, atq; separauit, & in eodem pene numero, in quo postmodum filij Israel descenderunt in Aegyptum. Nam sicut Iacob descendente C in Aegyptum, omnes animæ domus eius fuerunt septuaginta, ita in hac diuisione terræ, secundum eundem fere numerum diuisæ sunt gentes.

13 *Pars autem domini populus eius:*

Et quum in tanto numero diuisæ essent gentes ab inuicem, non elegit tamen dominus vllã ex illis gentibus: sed populũ suum, filios Israel, nondum natos, postautem nascituros, in partem sibi separauit:

* *Iacob funiculus hereditatis eius.*

Populus Iacob factus est funiculus hæreditatis, i. sors & portio hæreditaria eius: D solum populum Israel ex tot gentibus & linguis uoluit eligere sibi in populũ, & in peculiũ ex oĩbus, quæ peculiaris Dei electio, haud dubiè maximæ fuit dignationis, & digna, quæ à posteris cum summa cordis gratitudine recogitetur attentius.

14 *Inuenit eum in terra deserta, in loco horroris & vastæ solitudinis.*

Populus aũt iste Israel ñ erat ab exordio, quum primum diuiderentur gentes, sed nouus & recens populus est multo post genitus, quẽ dominus post eductionẽ de terra seruitutis, de Aegypto, inuenit ĩ terra de-

ra deserta, in loco horrido, & in uasta solitudine, quē post liberationē de seruitute Aegypti, quodāmodo inuenit quasi nouū populū, eo ꝙ tunc inciperet se ostendere illius populi singulariter dominum, liberatorē & custodē, & illicóq; in loco deserto cœpit eius gerere curā, illumq́, in suam curam tanquam filium suscipere.

15 *Circumduxit eum,*

Neq; defuit paterno officio suo dominus erga populum suum, sed diligenter circū duxit eum, præcedens in columna nubis per diem, & in columna ignis per noctē ad demonstrādum iter ignotum populis quò deberent pergere, ad locum sibi promissum:

** & docuit,*

eundéq; p Moysen docuit, & lege æquissima instituit, vt sciret, quō Deum suū colerent, quidq; agere, aut omittere deberēt, quod maximum fuit diuinæ bonitatis beneficium:

** & custodiuit quasi pupillam oculi sui.*

insup & custodiuit, ac protexit illū summa diligētia atq; solicitudine, defendēdoq; ab omnibus hostibus, & quibuslibet noxijs ad eum modum quo in corpore humano oculi pupilla naturali solicitudine custoditur diligentissimè.

16 *Sicut aquila prouocans ad uolandum pullos suos & super eos uolitans.*

Quō aquila se hēt erga pullos suos, puocando eos ad volatū, & ad hoc super eos iterū atq; iterū volitās, & hoc pacto quasi doceat & moneat volare pullos, quū iam ad volandū sufficere cœperint, ita dñs se habebat erga populū suum filios Israel, omni studio velut laborans ad leuandū illos de terra & peccatis suis, vt murmurationem, infidelitatē, tentationem, ac concupiscentias suas desererent, fidem, verò & obedientiam discerent.

17 *Expandit alas suas & assumpsit eum, atque portauit in humeris suis.*

Quō aquila, donec adhuc impotentes sunt ad volandum pulli, expansis alis suis portat illos quò voluerit, cū sedes fuerit mutāda, fuerit q; migrādum, sic dominus omnipotēs, hunc populum affectu paterno cōplexans, quasi in expansis alis suæ misericordiæ gestauit, quum eum de se impotentem Aegyptiacam seruitutē euadere mirabiliter eduxit, atq; emigrare fecit, assumpsitque eum quasi in humeros suos, atq; ita eduxit eum, qui ex semetipso nunquam a ferrea illa captiuitate potuisset effugere.

18 *Dominus solus dux eius fuit:*

Quum aūt migraret populus iste, & exiret de Aegypto, dñs oīpotens, Deus cęli, solus fuit dux eius, non habuerunt alium liberatorē, alium propugnatorē, alium' ducē, ꝙ dñm Deum suum, qui per manū Moysi serui sui educebat illos in fortitudine brachij sui, ac postmodum eductis ducatum', & defensionem præstitit,

** & non erat cum eo Deus alienus.*

solus (inquā) Deus verus erat cum eo, ad protectionē atq; ducatum, & non erat cū eo vllus Deus alienus, præter dominum Deum cœli fortissimum: propter quod ipsi soli debetur pro tanto beneficio gloria & gratiarum actio.

19 *Constituit eum super excelsam terram ut comederet fructus agrorum.*

Neq; vero solū de terra seruitutis eduxit eum, sed eductum, suo tpe posuit & habitare fecit in mōtanis, in locis sublimibus terræ pmissionis, in terra alta & maxima fertili, vt ad abundantiā frueret delitijs & fertilitate agrorū, quæ est illic maxima, adeo vt iure dicatur melle & lacte manare.

20 *Vt surgeret mel de petra, oleumq́; de saxo durissimo.*

vt surgeret & comederet mellis dulcedinē, cuius est ibi multa copia, qđ in illa terra sponte producunt apes in petrosis locis, ob nimiā terræ dulcedinē: simul & oleum pingue, quod manat de saxis durissimus, in locis saxosis, ubi oliuæ abundāt, & fructificando præbent oleum, pro terræ dignitate præstantissimum.

21 *Butyrum de armento, & lac de ouibus, cū adipe agnorum et arietum, filiorum Basan.*

Vt de armento & gregibus vaccarum butyrū acciperent pinguissimū, simul & lac de ouibus, vna cum adipe agnorū & arietum talium, quales nutriunt filii Basan, i. possidentes & nutrientes in terra sua agnos & arietes tantæ pinguedinis, quante sunt in terra filiorum Basan, ubi sunt arietes & agni delicatissimi, propter uberrima quæ habent pascua.

22 *Et hircos cum medulla tritici:*

Hircos

Hircos quoq; & triticum plenum medul A
la siue adipe, triticum delicatissimũ, hoc
est, vt abundanter & copiose acciperent
omnia quæ ad esum spectant, tam in car
nibus, quàm in pane, & in alijs quę esui
solent accommodari:
* *& sanguinem vuæ biberent meracissimũ.*
& pro potu verò acciperent ex fęcundita
te terræ sanguinẽ vuæ meracissimum, id
est, liquorem vini fortissimi & preciosissi
mi, quod colorem referat sanguinem, in
testimonium suæ præcellentiæ.
23 *Incrassatus est dilectus & recalcitrauit:*
His aũt oĩbus ex Dei dono acceptis bene B
ficijs populus iste sic à Deo dilectus, cui
tanta dilectionis iudicia monstrauerat,
non motus est ad seruiendũ suo benefa
ctori, vel ad gratias reddẽdum illi pro tã
tis vltro & gratis collatis beneficijs, sed im
pinguatus atq; incrassatus ex vsu ipsiũ
donorum, murmurauit & rebellauit con-
tra dominum, diuersis modis & pluribus
vicibus tentando, murmurando, in idolo
latriam declinando, Deum verum relin
quendo, alienos adorando:
* *incrassatus, impinguatus, dilatatus.*
ita est incrassatus, & impinguatus, & dila C
tatus populus iste secundum corpus: sederunt vt
comederent & biberent, ac post surrexe
runt ludere, & Deos alienos colere.
24 *Dereliquit Deum factorem suum:*
Exod. 32 Post oĩa Dei pcepta beneficia, dereliquę
querunt dominum Deum factorẽ & crea
torem suum, solum vnum viuum & verũ
Deum, qui illos & secundum corpus &
secundum animam fecit & condidit:
* *& recessit à Deo salutari suo.*
& recesserunt à Deo salutari suo, q̃ solus
illis salutẽ pstiterat de manibus oĩum ini
micorũ, & qui solus illos saluare potens D
erat, aduersus oẽs Deos gentium, & na
tiones terrarũ, quantumlibet fertilissimas.
25 *Prouocauerunt eũ in dijs alienis, & in abominationibus ad iracundiam cõcitauerunt.*
Irritauerunt eum per adorationẽ Deorũ
alienorũ, & in abominationibus quas fe
cerunt, insequentes exẽplum idololatra
rum, prouocauerunt eum ad iracundiã,
dñm Deum, per idololatriã, offenderunt
grauissimè, & per abominanda sacrificia,
quæ illis idolis faciebant contra præce
pta dñi, sm consuetudinem nationum in
fidelium, quæ erant in circuitu.
26 *Immolauerunt dæmonijs & non Deo.*
Fecerunt.n sacrificia & oblationes ido-
lis, & in ipsis dæmonijs, contempto & re
licto Dño Deo vno, viuo, & vero, & præ
elegerunt seruire ac sacrificia facere diis
falsis (quæ dæmonia sunt, & non dii veri)
potius quam domino Deo suo:
* *dijs quos ignorabant.*
diis (inquã) falsis & vanis, quos patres ip-
sorum ignorauerant, quibus non seruie-
rãt patres eorum, imo quos ipsimet igno
rabant, quorum potentiam nunquã ipsi
fuerant experti, quos nunquam vlla vi
derant edidisse mirabilia, quemadmodũ
dñm Deum Israel cognouerant, ex signis
& prodigiis potentiam Diuinam certissi
mè attestantibus.
27 *Noui recentesque venerunt, quos non coluerunt patres eorum.*
Nouos & recẽtes Deos introduxerunt si-
bi ad colendum, quos patres eorũ nõ co
coluerant, contra Dei imperiũ, qui prçce
ptum illis dederat, vt non esset inter eos
Deus recens neq; alienus, sed vnum ado
rarent dominum Deum suum.
28 *Deum qui te genuit dereliquisti, & oblitus es domini creatoris tui.* Psal. 70.
Ita, o generatio praua atq; peruersa, per
idololatriã dereliquisti cultum dñi Dei
tui, qui te & sm corpus & sm animam
formauit de nihilo: & oblita es eius q
te creauit à quo habes hoc ipsum quod
es, & cuius est munus quicquid habes bo
ni, huius oblita es, hunc contemnis &
abiicis, quoniam ab eius cultu recedis, &
præcepta eius transgrederis.
29 *Vidit dñs & ad iracundiã cõcitatus est:*
Considerauit dñs hanc pessimã infidelita
tem & ingratitudinem populi sui, cui tan
ta dilectionis iudicia iam monstrauerat,
& iratus est vehementissimè
* *quia prouocauerunt eum filij sui & filiæ.*
Nam ad iracundiam eum prouocauerunt
filii & filiæ, illi qui nomen gerebant filio
rum & filiarum, quos ipse habeba: tãquã
filios & filias, quos vicissim decebat erga
Deum se exhibere vt filios & filias, quod
ab his, inquam, prouocatus, à quibus de-
cebat vel maximè paternum honorem
accipere, hinc vehementissimè ad iracun
diam concitatus est.

30 *Et ait: abscondam faciem meam ab eis, E & considerabo nouissima eorum.*
Iratus aūt dñs, ita apud se̊se loquutus est, ad exercendam vltionem pro transgressione impietatis. Abscondā à trāsgressoribus istis faciem meā, non me illis præsentem demonstrabo in protectione & custodia, quomō olim feci, donec mihi essent obedientes: subtraham aliquantulum fauoris mei præsentiam, & quasi absens considerabo, quid tandem illis euenturum sit, posteaquam à me derelicti fuerint, videbo ad quantam miseriā & quantā humilitatem deuenturi sint, vbi ego ab F scondero ab eis faciem meam vt vel hoc modo discant, quātum accipiant ex mea præsentia atq; fauore beneficium, sicque vel vexatione dante intellectum, cognoscant quid egerint.
31 *Generatio enim peruersa est, & infideles filij*
Et profecto digni sunt quibus hæc faciā, quoniam populus prauus & peruersus sunt isti, & filij rebelles, infideles atq; ingrati, non sic erga me fideliter officium seruāt filiorum, quomodo erga illos ego exhibeo patris officium, & paternū mon G stro affectum.
32 *Ipsi me prouocauerunt in ea qui nō erat Deus, & irritauerunt in vanitatibus suis*
Ipse me ad iracundiā prouocauerūt: atq; offenderūt, in cultu idoli vel dęmonis, q nō est, neq; dici meret Deus: & ad iracūdiā me prouocauerunt in abominationibus suis, in idolorū cultibus & sacrificiis suis vanissimis, quæ sm ritum nationum contra legem meam faciunt.
33 *Et ego prouocabo eos in eo qui non est populus, & in gente stulta irritabo illos*
Et ego vicissim, vt pœna respōdeat culpę, H eos ad iracundiā prouocabo (hoc est, puniam, voluntati eorū faciendo cōtraria) in eo qui non est populus: hæc est, per gētes vilissimas, & nullius quasi reputationis, quas ipsi vix populi aut gentis noīe olim dignati fuerant appellare, puniam eos: populos. s. prius ab eis contēptos, & despectui habitos, illis præponendo.
34 *Ignis succensus est in furrore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima.*
Ignis vltionis meæ exardescit & iā succensus est, in iracūdia furoris mei: & nō cessabit ardere hic furor iræ meæ, donec ad nouissimū illos perducat in ignē inferni, in iracundia mea incipiam eos punire nunc in hoc sęculo, donec postmodū in ignem eos coniiciam sempiternum, qui paratus est diabolo & angelis eius.
35 *Deuorabit terram cum germine suo, & montium fundamenta comburet.*
Ignis iste furoris mei absūmet terrā cum germine suo, terrā praua: icatorū, & oēs qui sunt in ea consumet, qui ignis montium etiam fondamenta cōburet, id est, quantumuis sublimes, potentes & gloriosos consumet, & penitus quasi vsque ad fundamenta comburet.
36 *Congregabo super eos mala: & sagittas meas complebo in eis.*
Ego dñs, adducam ex diuersis mundi partibus, & congregabo super eos mala plurima, & plagis diuersis affligam illos, tanquam si è pharetra mea semel vniuersas meas sagittas in illos plenè effunderem: neque erit vlla plaga, qua non feriam illos, vt non videatur restare modus alius quo puniam illos.
37 *Consumentur fame:*
Nam primum quidem, tamen maximā, defectumq; & penuriam cibariorum sm mittam super illos, quæ plaga, proculdubio est non minima:
* *& deuorabunt eos aues morsu amarissimo.*
insuper & gentē velocē atq; rapacē a longe adducā cōtra eos, qui in modū auium rapacium deuorabunt eos amarissimo morsu, id est, interficient crudeliter, & absque vlla misericordia.
38 *De bestiarum immittam in eos:*
Immittā in eos dētes bestiarū, hoīes crudeles, immanes, irrationabiles, & immisericordes, & in similitudinē bestiarum, ad ducam eis, qui sua sęuitia, & miseranda crudelitate illos perdent, ad eū modum quo crudeles bestiæ solent dentibus suis dilaniare, & perdere, & ēt aduersum eos mittam furribundas & insania exagitatas venenatas bestias, repentes atq; serpentes super terrā hoc est, gentes pessimas crudelitate & malitia plenas, non aliud quærentes quàm suæ malitiæ virus effundere atq; effusione veneni perdere.
* *cum furore trahentium super terram atque serpentium.*

Non-

Nonnunquã & corporales bestias illis A immutá, simul & serpentes diuersi gñris, qui rebelles creaturas rationales puniāt.

38 *Foris uastabit eos gladius, & intus pauor:*
Non erit eis requies, neq; in ciuitate, neque extra ciuitatem, neq; in domo, neq; extra domum. Nam foris, id est, extra domum, ciuitatem uel regionem, interficientur, gladio ubicunq; fuerint reperti ab hostibus suis: intus aūt. i. in ciuitate, uel in latibulis, aut domibus suis, pauor mortis & timor hostium excruciabit eos:

* *iuuenem simul ac uirginem, lactantem cū homine sene.* B
ita(inquā) oēs in uniuersum gladius & pauor uastabunt, cuiuscunq; cōditionis, ætatis, aut sexus fuerint, tam adolescentulos, q̃ adolescentulas: tam infantes adhuc lactentes, q̃ homines senes atq; decrepitos. Non. n. ulli ætati, neq; ulli sexui parcet hostium crudelitas.

39 *Et dixi, ubinam sunt? cessare faciā ex hominibus memoriam eorum.*
Et dixi admodum hominis plurimū ira cundias exardescentis, ubinam sunt præuaricatores isti? digni profecto sunt, si rigorem persequar meæ iusticiæ, quos fun C ditus deleā, ita ut pereat de terra memoria eorum, digni sunt ob suam nimiā ingratitudinē, qui ita penitus deleantur de terra, ut nec memoria relinquatur eorū super terram in hominibus, quiq; fiāt quasi nunquam fuerint.

40 *Sed propter iram inimicorum distuli:*
Licet autem hoc illorum ingrata infidelitas merito exposceret, nolui tamen quantocyus id perficere, sed complexionē huius punitionis distuli pp superbā iracūdiam, uel iracūdā superbiā inimicorū:

* *ne fortè superbirent hostes eorum.* H
uidelicet ne hostes illorū superbirēt & cōtra me, sibi ascribendo uictoriam, atque de triūpho sibi plaudendo, non meū agnoscendo iudicium.

41 *Et dicerent, manus nostra excelsa:*
Ne in superbia gloriantes dicerent ad inuicem. Ecce manus nostra excelsa & gloriosa est in fortitudine, brachium nostrū præpotens est atq; præualidum, in quo nos omnem hanc peregimus uictoriam de populo Iudaico:

* *& non dominus fecit hęc omnia.*
& nō fecit ista omnia Dominus, sed nos ipsi propriis uiribus nostris in multitudine exercitus & fortitudine armorum cuncta peregimus. Ob hāc uidelicet causam, ne occasionē præberem sic superbè gloriandi aduersariis, ac simul & meum nomen blasphemandi distuli, ne penitus delerem populum meum, licet ex se optimè, hoc suis malis commeritum.

42 *Gens absq; cōsilio est & sine prudētia:*
Gens stulta & populus iste meus, absque cōsilio & absq; prudentia, non secundū rectæ rōnis iudicium uitam instituens, neq; eū prudētia debita quid agat cōsiderās, populus absq; sano iudicio est, nō attendunt quid agat considerans, populus absq; sano iudicio est, nō attendunt qd æquū ac rectū, quid decens atq; cōueniens, deniq; quid sibi utile aut expediēs, sed inconsultè aut imprudenter nimis, ea eligūt & agūt, quæ sibi & summè inutilia sunt, & maximè noxia,

* *utinam saperent, & intelligerent ac nouissima prouiderent.*
utinam saperēt, nō sapientia carnis, quæ mors & est inimica Deo, sed sapiētia spiritus, sapientia uera, quæ desuper est, utinam intelligerent atq; cognoscerēt suorum peccatorum magnitudinem & multitudinem, legem item & omnia quę illis tradita sunt, ad obseruandum ea, ac cum iudicio nouissimo prospicerent tā præmia quàm tormēta ęterna haberent ante mentis oculos. Rom. 8.

43 *Quomodo persequebatur unus mille, & duo fugarent decem millia?*
Si uel hoc attenderēt & intelligerēt, quomodo unus ex hostibus persequebat' mille eorum, & duo ex hostibus fugabāt decē millia ipsorum, id est, paucissimi numero hostes maximum exercitum deiecerint, cuius rei uel solius cōsideratio, meritò admonere illos debuisset, q ob sua peccata omnia illa mala paterentur.

44 *Nonne ideo, quia Deus suus uendidit eos, & dominus conclusit illos?*
Quam enim aliā ob causam ita in captiuitatem uenerunt, & subiectionē hostibus suis, nisi quia dominus Deus eorum ob peccata sua tradidit eos, & quasi uēdidit in ptātem ac subiectionem hostibus? quia dominus uoluit eos in captiuitatē &

seruitutem concludere?

45 *Non enim est Deus noster ut dii eorū.*
Nam Deus noster non est sicut dii gentium infidelium, qui de suis cultoribus non faciunt ultionem, neq; puniunt eos, si qñ offēderint, quoniam potestatē non habent se ulciscendi, aut uindictam ullā faciendi, sed Deus noster populum suum quātocyus arguit & corripit uariis plagis, ubi declinare cœperit, nimirū iustus ipse, & potestatem habēs exercendi iudicium in populum suum, ubi transgressus fuerit præceptum suum:

* *& inimici nostri sunt iudices.*
cuius rei testes & iudices siue comprobatores sunt ēt inimici & aduersarii nři, infideles, principes & populi, qui subinde manum Dei, & potestatem eius in seipsis grauissimè experti sunt, quemadmodum uidelicet Pharao cum sibi subditis, & alii reges atq; populi horū consimiles plurimi iudicium Dei & ptātem eius in semetipsis euidentissimè experti. Esaiæ.5.

46 *De uinea Sodomorum uinea eorum, & de suburbanis Gomorrhæ:* 3.
Ratio aūt quare dominus ita illos de populo suo uoluit tantis affligere malis, in signis & nimia ipsorum malitia fuit. Nā uinea eorum fuit de uinea Sodomorum, & de locis Gomorrhæ, id est, assimilati sunt uel æquati i peccatis populo Sodomorū & Gomorrhæorum, qui erāt peccatores nimis coram domino, & hoīes pessimi, & cum illos Deus plantauerit ut uineā Soreth, uineam electam, de stirpe Patriarcharum, ipsi pp malitiam suā cōmutati sunt in uineam pessimam, tāquā si de Sodomitis & Gomorrhæis nati essent, non de sanctis patriarchis.

47 *Vua eorum uua fellis,*
Vuę, quas uinea ista pducit, amarissimæ sunt admodum fellis, & botros producunt amarissimos, id est, fructum malorū faciunt, & opera pessima, qualia faciebāt peccatores Sodomitę coram domino: Esaiæ.5.

* *& botrus amarissimus.*
& nō uuas dulces aut botros suaues, quales proferebat quondā patres eorum. Ita vinea ista alienata à primo radice sua cōuersa est in amaritudinem, quæ expectata est ut faceret uuas, & fecit labruscas, q̃ expectata est ut faceret iudicium, & ecce iniquitas, iustitiam, & ecce clamor.

48 *Fel draconum uinum eorum, & uenenū aspidum insanabile.*
Vinum insuper eorum, id est, doctrina qua alios vūt potare, doctrina pessima est sicut uinum draconum, non solū pessimos ipsi faciunt fructus, sed insuper & alios docent similia, & est uinum hoc eorū sicut uenenum aspidum, quod est insanabile, quo uidelicet perdunt aīas proximorum, ut sanari non possint, & morte perimunt, unde nunquā saluabuntur.

49 *Nonne hęc condita sunt apud me, & signata in thesauris meis?*
Hæc omnia an putatis me latere, & non cognoscere ea quæ nos agitis aut dicitis? An nō hæc oīa diligentissimè apud me seruantur cognita, quasi in libro meo descripta, & in occulto cognitionis meæ, quasi in thesauris meis conseruata conclusa & obsignata? quæ licet nūc, ut clausa seruenť abscondita, tn̄ suo tpe reuelabuntur, quando ueniet iudicii tps, qñ libri aperientur, qui iam sunt clausi, & iudicabuntur mortui secundum ea q̃ in libris scripta sunt, quando illuminabunť abscōdita tenebrarū, & manifestabunť consilia cordium, quando cūcta quæ fecerūt homines, adducētur in iudicium. Apoc.20 1.Cor.4.

50 *Mea est ultio:*
Vtiq; tunc hæc mihi nō incognita, & in cognitione mea omnia ista seruanť. Ad me nanq; spectat in iudicium & ultionem facere pro peccatis, & oībus quę inique gesserint homines, ego potestatē habeo faciendi iudicium, & exercendi uindictam in omnes peruersos:

* *& ego retribuam eis in tempore,*
& ego retribuam unicuique secundum opera sua cum tempus aduenerit faciendi iudicium, cum accepero tēpus, ego iustitias iudicabo. Psal.68

* *ut labatur pes eorum.*
& quidē in impios illos & infructuosos hoīes talem exercebo ultionem, ut non ualeāt stare in iudicio cum bonis, sed labanť pedes eorū, & cadant in profundū inferni, quo illos iubebo vnà cū apostaticis spiritibus descēdere in ignē æternū. Psal.74.

51 *Iuxta est dies perditionis, & adesse festinant tempora.*
Et ne quis sibi blandiatur de moræ lōgitudine

tudine & nimia & iudicii huius distãtia, A scitote, q dies ista perditionis & dãnationis impiorũ propè est ianuis, nec longe adhuc distat, sed quãtocyus aderit, citius q quisquam credat aut existimet, & tempus illud ad iudicium definitum, adesse properat, accedit, imo accurrit, imo aduolat, & plus q aduolat celerrimè, vt longè abesse non possit. Mille enim anni ante oculos domini sunt, quasi dies hesterna quæ præteriit, & omne tempus celeriter finem habebit.

52 *Iudicabit dominus populum suum: & in seruis suis miserebitur.*

Verũtũ populũ suum dñs iudicabit, & faciet pro eo iudicium, atq; erga suos se exhibebit propitium ac misericordẽ: quanquã erga infideles seruos & peruersos tam sæuerum se vltorẽ monstrabit, semper tñ erga populum suum fidelem & obedientem, erga seruos bonæ voluntatis, paternum seruabit affectũ, facietq; pro illis iudiciũ, defendendo illos, & vindicando ab oĩbus aduersarijs, & misericordiã suã eis ostendet. Illis etiã qui prius rebelles & inobedientes fuerãt dño Deo suo, si conuerti velint ex corde ad dñm, C & rursum serui eius fieri ac populus eius faciet Deus pro eis iudicium contra opprimentes aduersarios, & misericordiam ostendet illis.

53 *Videbit quòd infirmata sit manus.*

Videbit enim dñs, & attendit miseriam illorum, quomodo videlicet omnis eorum virtus & potestas ad nihilum redacta sit, vt vltra non valeant suis hostibus quicquam resistere.

* *& clausi quoque defecerunt residuiq; consumpti sunt.*

& q illi quoq; qui in carcere & captiuitate D erant conclusi iã defecerunt, p̃q miseria & afflictione, & q reliquiæ pene in totum consumptæ sint, q vix pauculæ reliquiæ relictæ sint, adeo vt nisi dñs exercituum relinquat illis semen, fiant sicut Sodoma, & similes Gomorrhæ, vt pereat vniuersa posteritas.

54 *Et dicent vbi sunt dij eorum, in quibus habebant fiduciam?*

Et cũ in hac miseria pro suarũ iniquitatũ demeritis fuerint constituti, dicent insultantes aduersarij, vel sic dicetur & exprobrabit impijs à bonis, si q inuenti fuerint: Vbi nunc sunt dij eorũ quos coluerunt, & in quibus habebant fiduciam?

55 *De quorũ victimis comedebant adipes.*

Quibus sacrificia faciebãt & oblationes, neglectis sacrificijs Dei viui, & de quorũ victimis illis oblatis ipsi comedebãt pinguia quæq; & delicatiora, & adipes qui in sacrificijs Dei viui ipsi cremabantur.

* *& bibebant vinum libaminum.*

& in quorũ decorũ sacrificijs bibebãt vinum quod libauerãt & obtulerant illis.

56 *Surgant & opitulentur vobis, & in ne B cessitate vos protegant.*

Exurgãt nunc dij illi in auxiliũ vobis, & opem ferant positis in tãta miseria, vel in tanta necessitate iã protegant cultores suos si potestatẽ habent, si quod habent, sunt, id est, dii veri, si saluare possunt sibi sacrificãtes, quare nunc silent? quare suos cultores nõ defendunt? non ferunt suppetias seruis suis tãta calamitate oppressis.

57 *Videte quòd ego sum solus, & non sit alius Deus præter me.*

Attẽdite & videte, q solus sim ego Deus viuus & verus, & q præter me non sit alius quisquã verus Deus, qui potestatẽ habeat Diuinam, cum alii oĩs dii gentiũ nec minimum quid possint: quod maximè tñ posse debere videntur, si dii veri sunt, vt habentur. Ad Deum namque spectat, suos posse cultores defendere & in aduersarios vindictam facere: quod cum eorum, qui dii habentur, nemo possit, ego autẽ possim, & cum voluero faciã, videre & cognoscere meritò debetis, qđ ego sim solus, & non sit alius præter me Deus verus.

58 *Ego occidam & ego viuere faciam:*

Ego namq; potestatẽ habeo vitæ ac mortis, vita & mors sunt in manibus meis potestati habeo afficiendi morte, vel temporali vel æterna, quos vulnero, & potestatẽ habeo viuificandi quos voluero, id est ad vitam perducendi, qui prius in vita non fuerant, vel etiam ad vitam resuscitandi, qui mortui fuerunt.

* *percutiam & ego sanabo.*

possum percutere atq; vulnerare plagis & verberibus, pro meo placito, sicut mihi expediens visum fuerit, & iterum sanare percussos, ac de malis liberare, cum elegerint

Marginal notes: 2. Pet. 3. — Ephes. 3. — Psal. 3 — Ps 1 3. — Esa. 1.

gerint pœnitentiam:

* *& non est qui de manu mea possit eruere.* & oĩno non est quisquam qui possit de manu mea eruere eum, quẽ voluero occidere aut percutere, q mihi possit resistere, aut me impedire in ijs quæ ego voluero agere: oĩa quæcunq; voluero, & sicut voluero, facio, nec est qui obstare possit aut impedire, quo minus ego exercẽam mea iudicia pro mea sñia: superiorẽ aliũ non agnosco iudicẽ, potentiorẽ nõ scio dñm, cuius iudicio aut potestate suspẽdi vel impediri possit executio decreti mei.

59 *Leuabo ad cœlum manum meam, & dicam viuo ego in æternum.*

Qũo solent hoĩes iurantes leuare manũ ĩ cœlũ, ita & ego dñs leuo manũ meã ad cœlum, id est, iuramento loquor & affirmo, dicens, Viuo ego in æternum, & per meam vitam, per memetipsum (qui in æternum viuo, & vita æterna sum) iuro, & tanquam firmissimum ac prorsus indubitatum hoc pronuncio.

60 *Si acuero vt fulgur gladium meum:*

Si acuero, aptauero, & parauero ad vltionẽ gladiũ meũ vindicem, sicut fulgur, vt sit quasi fulgur maximẽ penetrans: si rõ-phea meam vltricem ego parauero ad celerem & terribilem vltionem, quam iamdiu vibraui & ostentaui ad terrorẽ delinquentium, cum tandem suo tempore eã cœpero executionem exercere:

* *& arripuerit iudicium manus mea.* & cũ vltrix manus mea conuersa fuerit ad faciendũ iudiciũ, cum iustitia mea cõuerteẽ ad iudicium, & potentia mea executionẽ facere voluerit iustitiæ, quæ hominibus in longinquum differri videẽ.

61 *Reddam vltionem hostibus meis:* Tunc manifestum fiet, qũo vltionẽ reddam, & vindictam exercebo in aduersarios meos, q mihi infideles & inobediẽtes sp se præstiterunt, nec me coluerunt neq; mihi seruierunt vt iustum erat:

* *& ijs qui oderunt me retribuam.* & iis q me oderunt atq; contempserunt, sequentes Deos alienos, contra præcepta mea, tum ego retribuam condigna sceleribus præmia, nempe pro admissis sceleribus æterna supplicia.

62 *Inebriabo sagittas meas in sanguine & gladius meus deuorabit carnes.*

E Tum ego meipsum ostẽdã in similitudinẽ crudelis pugnatoris, cuius sagittæ copiosæ perfundunẽ & rubricantur sanguine interfectorũ ab ipso, & cuius gladius plurimorũ corpora trucidat, sicq; carnes veluti deuoratã interficiã tum ego plurimos, & damnatione consumam æterna.

63 *De cruore occisorum & de captiuitate nudati inimicorum capitis.*

Inebriabo (inquã) sagittas meas, & gladiũ meum commaculabo de sanguine eorũ quos interfecero, & singulariter de captiuitate nudati capitis inimicorũ, id est, de 2.Tim.2

F iis quos nudato capite captiuos adduxerũt, & à me elongauerunt inimici mei, de iis q se captiuos teneri permiserunt dæmonũ laqueis & vinculis, vt me relicto, illorum insequerentur voluntatẽ, & de illis qui se à me abduci atq; alienari p idololatriã & abominationes suas permiserunt, captiuitate vtiq; fœdissima, vilissima & miserabili: quemadmodum cũ in bello victi, capite nudato, in confusionis signũ aguntur vincti ante victores gloriantes: de hac (inquã) captiuitate nudati capitis, quã tenuerunt inimici diaboli, inebriabo sagittas meas, & gladiũ meũ, illos videlicet interficiendo & perdendo condamnationis sententia.

64 *Laudate gentes populum eius:*

Vos aũt, o populi gentium, o nationes, q̃ olim quasi reprobæ habebamini, alienæ à testaměto & promissionibus Dei, Ephes.2. vos laudate, glorificate, & magnificate populũ dñi, beatum dicite populum cuius est dñs Deus eius: vos hoc magni æstimate, q vetus ille populus visus est parui admodum facere, videlicet populum aliquem esse populum dñi, & dñm esse Deũ

H eius, noliie facere sicut populus iste ingratus, cui in hoc cantico exprobraui, Psal. 32. qui pro nihilo ducentes hoc, videlicet populum esse dñi, maluerunt fieri populus deorum alienorum, sed agnoscite, laudabilem esse populum, & beatam gentem, Ps. 143. cuius est dominus Deus eius, & cuius Deus Iacob adiutor est:

* *quia sanguinẽ seruorum suorũ vlciscet.* Ps. 147. idcirco (inquã) populum eius laudate, & hoc magnificate, esse populum dñi, qm ipse defensor est, & vltor populi sui, facietque vindictam de aduersarijs seruorum

rū suorum, & aduersum illos se opponet, qui quęsierint opprimere seruos suos eo rumq; effundere sanguinem, & si effuderint, si occiderint, nequaquam tantam impietatem ipse patietur inultam.

66. *Et uindictam retribuet in hostes eorū.* Et uindictā faciet in hostes populi sui atque seruorum suorum, quod non possūt facere dii alii, nisi hic solus uiuus & uerus Deus, & omnipotens dominus,

* *& propitius erit terrae populi.* terrę aūt populi sui erit semper ꝓpitius, à populo suo (quicunq; tandem fuerit, siue Iudæorum siue gentium) qui illum co lueriit, nunquā auferet misericordiā suā, sed permansurus est cū eis usq; ad seculi, cōsummationem, semper curā habiturus de custodia & salute seruorum suorū vt de eo aut eius fide nemo hæsitare debeat, sed hoc im̄ oēs curare, ut eis debitā præstent fidē & inobedientiā, caueant aūt ab omni malitia & inobedientia, ob quę in hoc cantico ex Dei pcepto, præuaricatoribus Iudæis dira sum cōminatus præstituris aūt obedientiam gentibus bona denunciaui ex ore domini, Amen.

## ARGVMENTVM IN CANTICVM TTIVM PVERORVM Hebræorum, cuius initium, Benedicite omnia opera domini.

Deut. 3. *EX historia libri Danielis cognoscimus, quid tribus uiris captiuitatis filijs Hebræis Ananie, Azaria & Mizaeli (quos, mutatis nominibus, Nabuchodonosor rex Babylonis appellaret Sidrac Misac, & Abdenago) acciderit in Babylone quōuidelicet contēpto regis præcepto de adoranda aurea statua, ex sententia furibundi principis, in ignis ardentis fornacē fuerint coniecti, sed Dei gratia (ob cuius fidem regi restiterant) liberati, salui exierunt, & absque omni nocumento, ita ut nec pilus de capite eorum ignis uirtute deperisset Insuper & tantam illis Deus contulit grām ut ignis ardore uerso in tēporem roris, in medio camini, tāquā in templo Dei canticum iucunditatis suo liberatori canerent omnem creaturam ad Dei laudē inuitantes à supremis angelicis spiritibus & cælestibus corporibus, p media que in aere desup gignunt, ad inferiora descendentes, quæ in terra, & quæ in aquis ac super terrā habitant, donec tādem ad hominem tanquam ad ultimū omnium corporalium finem deueniant, ubi peculiariter populum dn̄i electum & sanctos eius, ac nominatim seipsos ad laudem adhortantur eius, q sua benignissima miseratione & potentissima uirtute erga ipsos signa innouabat antiqua Hoc aūt canticū, licet apud Danielem ita legamus descriptū ut per singulos uersus replicet, Laudate & superexaltate eū in secula, uel laudet & superexaltet eum in secula Ecclesiastica tn̄ cōsuetudo secundum quā in officio laudū matutinalium hoc cantico utimur, non per singula id replicat nisi in principio, & ubi terra inuitat sub persona tertia similiter, & Israel ac tandem uersu ultimo, ubi nominatim seipsos ad laudē īuitāt, dicentes, Benedicite Anania, &c. In reliquis aūt duo simul diuersa connectimus Quem et modū nos in Elucidatione & locato ex aduerso cātici textu seruauimus. Et qm̄ frequens admodū imò quotidianus ferme huius cantici est usus Ecclesiasticis uiris, idcirco prolixiorē aliquāto in singulis facimus morā, quid in unaquaque creatura p laudis materia possit assignari, paucis īdicantes, quorū et pleraq; multo plenius in libris de cōsideratione rerū naturaliū ad Dei gloriā hoc ipso anno per nos editis suis locis tractauimus.*

## ELVCIDATIO IN CANTICVM TRIVM puerorum Hebræorum.

*BENEDICITE omnia opera domini domino,* Opera omnia quęcunq; fecit Deus, iuxta magnificētiam suam, siue in cœlo sursum, siue in terra deorsum atq; in profundis terrarum & marium, benedicite & laudate iuxta modum naturæ uestræ dominum Deum creatorem uestrum eiusque magnificētiam & gloriam iuxta conditionem uestræ naturę testemini, ac uelut proclamate, qui uos secundum summam potentiam, sapientiam & bonitatem suā creauit, & quidem omnia ualde bona, ut merito ab omnibus suis creaturis de

beat

beat laudari:

** laudate & superexaltate eum in sæcula.*

laudate(inquam)creaturę omnes, & quantum potestis exaltate, atque iterum exaltate eum in sæcula, laude sempiterna collaudate illum, ut dignus est:

Ipsum quoque qui est in sæcula benedictus Deus æternus, laudate & quantum valetis, supereleuate super omnia,

*2 Benedicite angeli domini domino:*

In primis autem nos ô nobiles spiritus angelicę creaturæ, laudate dominum Deum, non solum secundum naturæ uestræ substinentiam, uerumetiam per intellectum & affectum quibus duabus nobilissimis potentiis estis præditę, illius agnoscentes beneficia, & pro uiribus gratias agentes laudesque referentes illi q nos iã nobiles fecit esse creaturas, ut primi sitis dignitate in ordine omniũ creaturarum, qui ẽt uos à lapsu sua gratia pręseruauit, cum rudentibus inferni de cęlo detraherentur apostatici spiritus, & ipsi eiusdem uobiscum naturæ, ne simili auersione ab eo separemini ac post ita in gratia & gloria uisionis suę firmauit, ut im perpetuũ amô separari ab eo aut ab ei' G felicitate ulla rõne excidere nõ ualeatis,

** benedicite cæli domino.*

secundo autem loco, & inter creaturas inanimatas loco primo, uos ô cœlestia corpora laudate dominum, uos ô cœli oẽs, quos Deus mole amplissimos, & secũdũ naturam incorruptibiles, itemq; impassibiles fecit, nouissimisq; corporeis qualitatibus perfecit ĩ uestra nobilitate, qua cæteras omnes inanimatas p̃cellitis creaturas laudate Deũ à quo p̃cedit quicqd est in nobis excellentię & pręcellentiæ,

*3 Benedicite aquæ omnes quæ super cælos* H *sunt domino,*

Specialiter uerò aquę quæ super cœlos sunt cœlum aqueum, siue crystallinum, quod super firmamentum est, ac cœlos aliorum planetarum à Deo conditum, ac singularibus qualitatibus aliorum astrorum qualitates contemperandas, prouidè à Deo formatum, lauda dominũ, qui te ita super firmamentum constituit, eoque diuisum esse uoluit aquis quæ sunt sub firmamento,

** benedicite omnes uirtutes domini domino.*

E & uos, o cœlestes spiritus, motores horũ cœlestium orbium, quorum ministerio & uirtute uis naturæ gubernator Deus, Gene. 1. ad cœlorum continuum & regularẽ motum, laudate dominum Deum uestrum, ex cuius iussu hoc fungimini ministerio fine officio, tantam utilitatem ex Dei p̃cepto præstantes hominibus, atque adeo uniuersis uiuentibus & creaturis inferioribus quæ absq; cœlorum motu requirent consistere,

Item & uirtutes omnes cœlestibus corporibus à Deo inditæ, & influentiæ uariæ, F quibus influunt cœli in omnia inferiora, laudate dominum à quo proceditis,

*4 Benedicite sol & luna domino.*

Singularem etiam laudem Deo adferte Psal. 135 nos, ô duo magna luminaria, quę prę cęteris luminaribus in cęlis creauit, luce & efficacia uirtutis insignia, uos (dico) sol & luna, sol quidem ut positus à Deo ĩ potestatẽ atq; dominatum dici, cuius tanta est super hæc inferior uirtus, ut ipsius accessu atque recessu res inferiores generentur & corrumpantur, eius aduentu oĩa reuirescãt, atq; reflorescãt, eius abcessu omnia contristentur, & emoriantur, qui totum terræ hemisphærium, cui apparuerit mirabiliter suo fulgore collustrat, hac in re patentissimam diuinitatis gerens imaginem, & referens similitudinem, luna uerò ut facta in potestatem atq; dominium noctis, quæ similiter sua admirabili, & tñ ordinatissima mutatione, diuersimode illuminata, nunc secundum partẽ superiorem, nunc secundum inferiorem nunc secundum latus unum, nunc sm latus alterũ ac iuxta uarios ad astra cætera respectus, mirabiles operatur in his inferioribus effectuũ aduersitates, cuius ẽt tractu maria crescunt, ac decrescunt, Ibidem. itẽq; fluunt ac refluunt, ossium quoque medullæ augentur, ac minuuntur secundum plenilunium, & nouilunium, & oĩo multa est eius in his inferioribus efficacia,

** benedicite stellæ cæli domino*

stellæ quoq; & omnia astra cęli domino benedicite, qui nos prę cęteris cœlorum partibus speciali luce donauit, vt cęlũ uestro pulcherrimo fulgore, quasi uariis depictum flosculis, adornetis, ut terram p̃ noctem illuminetis, & effectus quos nouit

uit Deus singulares,in inferioribus ope-
ramini,ipsum laudate dñm Deum vestrũ
qui vobis hanc donauit claritatem atque
virtutem,qui vos fecit & magnitudine mi
rabiles, & multitudine innumerabiles,
D adeò vt solus ipse vestri nouerit multitu-
dinem,sicut & singulas pôt vocare nomi
natim:magnitudine verò inæstimabiles
& immensurabiles,vt vix credere possint
homines,quantæ sitis magnitudinis,cũ
tamen vix aliud quam puncta humanis
oculis videamini.

*5 Benedicite imber & ros domino.*

Post hæc aũt cęlestia,impassibilia & incor
ruptibilia corpora ad inferiora transeun-
tes,quæ in supernis generantur, ad Dei
laudẽ suo ordine inuitare volumus,prius
quam ad infima descendamus.Itaq; vos,
o imber,siue pluuia,& ros(quæ ex vapori
bus sursum virtute astrorum eleuatis ge
neramini in regione aeris,ac deinde su-
per terram ad eam fœcundandam ex Dei
institutione descenditis) dominum Deũ
vestrum laudate,qui vos pro sua volunta
te,vbi voluerit, omni facit ad vtilitatem
terrę nascentium:

** benedicite omnis spiritus Dei domino.*

C Oẽs quoq; vẽti & flatus, in quacunq; sitis
diuersitate,è quacunq; proficiscamini re
gione,cuiuscunque sitis qualitatis,lauda-
te dominum Deum, qui vos producit
quasi de thesauris suis,vt vix percipi pos-
sit,vnde veniatis, aut quò proficiscamini,
qui vos de visceribus terræ educit,& per
aerem circum terras modis varijs moue-
ri iubet.

*6 Benedicite ignis & æstus domino:*

Lauda dñm o ignis,creatura pulchra,cã-
dida,rubicunda,lucens,& flagrans, miri
D quoq; in agendo roboris,&(ad assimilan
dum tibi quicquid inuaseris potentissi-
ma,multum itẽ valens ad immunda pur-
gandum,mala consumendũ,& species di
uersas separandum:in quibus oĩbus ad-
modũ pulchræ cum tuo creatore conue-
nis,q & ipse ignis consumens est,purgãs
atq; perficiens.Item & æstus, siue ardor,
& calor,q ſp igni es coniũctus,lauda dñm
per cuius ministerium, agunt ignis &
sol,cuius virtute fiunt miranda.

** benedicite frigus & æstas domino.*

Insuper frigus siue hyems,quod est frigo
ris tps,& æstas,laudate dominum,qui mi
rabili & terris vtilissima cõmoditate di-
sposuit,vt nobis inuicem succedatis ordi
ne congruo,vt neq; semper frigus sit neq;
semper æstas,sed per quatuor anni partes
qualitatibus diuisis,in vere calor sit remis
sus ad initia frugum,in æstate calor intẽ-
sus ad decoctionẽ fructuũ terræ: in autũ- Heb. 12.
no,frigus remissius, ne subitaneo nimio
frigore radices terræ nascentiũ,& semina
absumãtur & pereant:in hyeme verò fri-
gus intensius,ut missa in terram semina,
B cum fuerint bene congelata atq; mortifi
cata,postmodum vere redeunte, fructum
multum afferant; atq; vt arboribus ipsis
& cæteris fructiferis calore interno ad ra
dices confluente, ob circunstans inten-
sum frigus quasi vires reparentur, iterũ
frondes, flores, & fructus emittẽdos suo
tpe.Siquidem viuentibus oĩbus,nõ mul- Sapien. 8
to minus necessariũ est frigus hyemis, q̃
calor æstatis. Propter quod hæc omnia
sic prouidè disposita à Deo,summã illi ca
nũt gloriã,qui disponit omnia suauiter.

*7 benedicite rores & pruina domino:*

Benedicite dño rores & pruina,q̃ ex nube
aquea nõ multũ eleuata generamini qua-
si in aeris regione infima, ita ut si in a-
queas guttulas illa vertatur,fit ros;si verò
cõgelatio fiat ante conuersionem, habea
tur pruina, quæ magis fit in tempore fri-
gidiore, quemadmodũ ros in suaui & tẽ-
perato ueris nocturno frigore:

** benedicite gelu & frigus domino.*

benedicite dño ẽt gelu,per quod mirabili
modo aqua ex se alioqui fluida, stringit,
& compingitur,ut non dilabantur abin-
uicem partes, manente tamẽ eadẽ aquæ
specie:& frigus,quo talis fit congelatio.

*8 Benedicite glacies & niues domino.*

Benedicite insuper glacies siue grãdines,
& niues dño:q in supnis locis aeris gene
ramini,ex vaporib. aqueis sursum eleua-
tis atq; ↄdensatis in nube;q̃ si post cõuer-
sionem in aquam,ob nimium frigus sup
ueniens,per guttas aqueas cõgelatur,grã
do fit,si verò ante conuersionem nubis
in aquam nubes ipsa ob frigus nimium
congelatur,nix descendit,quæ sua albedi
ne maxima nimij frigoris euidens perhi
bet testimonium, quę quia aqua nõ fuit,
nisi secundum præparationem materiæ,
idcirco

idcirco difficilius dissoluitur, aut ĩ aquã E
resoluitur, quàm grando, q̃ aqua fuit, & tantũ aqueæ guttulæ sunt gelu ↄstrictæ:

** benedicite noctes dies domini.*

noctes quoque & dies benedicite domino, quæ uobis inuicẽ ex ordinatiõe quotidie succeditis, ut post diem (quã solis super nostrũ hemisphęrium efficit præsentia) succedat, nox quã facit solis absẽtia, q̃ diuersitas sic à Deo prouide ordinata est pp utilitatem fructuum, & maxime pp quietem animalium, ut per noctis tempus quiescendo uires reparent diurnis operationibus defatigatæ. F

9 *Benedicite lux & tenebræ domino:*

Benedicite domino lux & tenebræ, quæ sunt luminis priuatio, quarum illa diẽ facit, ista noctem, utraque mortalibus apta, qm̃ in luce illuminantur & uiuificãtur omnia, per tenebras autem sub dulci & necessario continentur silentio:

** benedicite fulgura & nubes domino.*

benedicite ẽt domino fulgura, quę mirabiliter apparetis ad terrorem hominũ generata ex vehementi concussione, vel impetuosa disruptione nubium, qbus (u
Esa. 133 binde Deus ad ultionem utiẽ impiorũ, G
siue ad terrorẽ eorum. Item & nubes omnes, quas ab extremo terræ, siue à terræ superficie Deus educit, vt ex ipsis prædicta omnia, nẽpe pluuia, imber, ros, pruina, grando, & nix, gignantur.

10 *Benedicat terra dominum, laudet, &*
Psal. 135 *superexaltet eum in sæcula.*
Iam verò à supernis descẽdẽtes in infi-
Psa. 103 ma, te imprimis ò terra (quæ es firmata à Deo sup aquas, & fundata, vt nõ mouearis in sæculũ) ad laudẽ tui creatoris hortamur, vt eum laudes, & efferas laude sẽpiterna, qui te ita creauit, & solidam tibi H
stabilitatẽ loci dedit, ac veluti totius mũdialis machinæ centrũ, immobilem constituit, vnique ex elementis oibus requiẽ à motu dedit, quum agitentur, & fluant cętera elementa, ignis, aer, & aqua, nec vnquam habeant à motu requiem, tu aũt sola immota persistis, & immobilis, solius Dei beneficio. Te ẽt in principio aquis circundantem tertio die aqs nudauit ex magna parte, ut apta fieres habitationi animalium & fęcunditatem dedit tibi mirabilem, atque ornatum uariium, vt germinares herbam uirentem, & ligna pomifera diuersorum generũ produceres, in quibus omnibus multa tibi est diuinæ laudis materia.

11 *Benedicite montes & colles domino:*

Montes & colles; eleuationes in terra Gene. 1
tã maiores quàm minores, benedicite domino, qui ita ad terræ nascentium cõmoditatem, quasdam terræ partes voluit esse eleuatiores prę cæteris, quas magis ex directo radiorum solarium aspectus contingeret, subius autẽ ualles locauit, & loca demissiora constituit, ad quæ ve lut ex obliquo à montibus, radiorum solarium ictus deflecteret, ut illic quidem commodiorem habeant locũ terrę nascentia illa quæ fortem requirunt solis contactum & calorem ardentẽ, quem admodum vineę & huiusmodi, hic verò locum acciperent sibi magis commodũ, illa quæ minorem exposcunt calorem, nec ferunt intensum, cuiusmodi sunt triticum, hordeum & similia:

** benedicite uniuersa germinantia in terra domino.*

denique in vniuersum omnia quæ germinant in terra, omnes herbę virentes, & ligna pomifera, aut alia quæcunq; de terræ fœcunditate nascentia, laudem date domino creatori vestro, qui suæ iussionis verbo, quædam quidem vltro, alia verò cultura & diligentia, adhibita, & de iacto in terram semine, aut planta to ramusculo, hæc omnia de indita terræ fœcunditate facit procedere.

12 *Benedicite fontes domino:*

Benedicite dominõ fontes aquarũ, qui modo mirabili de terrę visceribus absq; cessatione, tam per diem; quam per noctem, aquas copiosè præbetis, multis modis humano aptas vsui, idq; per annos plurimos & multa sęcula, absque ullo vnquam defectu aquarum, adeò ut æstimare non sufficiat humanum ingeniũ, vnde tam indeficiens aquarum copia queat procedere, & quo modo non uel tandem exhauriamini post tantam euomitatam aquarum abundantiam:

** benedicite maria & flumina domino.*

benedicite domino cõgregationes aquarum quę appellauit Deus maria, q̃ creata estis ab initio, quando iussit Deus, vt

congregarentur aquæ in locum vnū, ut A
Gene. 2. appareret arida. Item & flumina aquarū
cōgregationes minores, quæ ex fontibus
uel uno uel pluribus habētis uestri fluxus
exordium, quorum quædam magna
sunt, ualde profunda, & lata, alia medio-
cria, alia minima, iuxta fontium a qui-
bus oriuntur magnitudinem, uel multi-
tudinem, quæ flumina percurrentia terrā
regionem à regione diuidunt, & p ciuita-
tes ac pagos transeūtia, maximo sunt ho
minibus & iumentis solatio, utpote sine
quibus penitus perdurare non possit ho
minum cohabitatio, p quæ ēt ratibus na B
uigantes homines, adinuicem mercibus
Ibidem communicant, & quasi mutuum defectū
regiones diuersæ supplent, quod huic de
est loco, illi per fluminum ministerium
abunde suppleatur.

13 *Benedicite cete, & omnia quæ mouent in aquis domino.*

Laudate dominum cete grandia, natatilia molis immensæ, quæ a principio fecit Deus ut inhabitarent abyssos mariū, simul & omnia quæ in aquis natant, pisces maiores atq; minores, quorum sunt plurimæ in aquis species, adeo ut certo C numero comprehendi nequaquam possit, multo ēt minus qua species illæ animalium quæ reperiuntur in terra,

* *benedicite omnes uolucres cœli domino.*

benedicite domino omnes aues quæ uolatis in aere, maiores atq; minores, unaquæque in specie, atque natura sua, plumis & pennis à Deo donatæ, quibus celerrime mouemini per aera, siue sursum, siue deorsū, siue dextrorsum, siue sinistrorsum, quocunq; uisum fuerit, celeritate volatus in aere longè excedentes pisces in aquis natantes, & animalia super terram D gradientia, quemadmodum & habitationis locū sortiti estis sublimiorem illis,

14 *benedicite omnes bestiæ & pecora dño.*

Insuper bestiæ oēs iam syluestres quā domesticæ, tam cicures q̄ indomitę, laudate dominum, qui uestrā speciem creauit sexta die distinctionis rerum, post formatos pisces & uolatilia, die sexto dixit ut produceret in terra animam uiuentem in genere suo, iumenta, & reptilia, & bestias terræ secundum species suas:

* *benedicite filij hominum domino.*

omnium autem nouissimè ad laudē creationis inuitamus filios hominū, id est, speciem humanā uniuersam. Siquidem homo opus nouissimū Dei fuit, quem post omnia consummata uoluit Deus formare, ad iudicandū ipsum esse aliorū oium corporalium prius conditorum finem, propter quem facta essent omnia.

Quē etiam omnibus aliis corporalibus prius cōditis multo nobiliorē & digniorem fecit, ad imaginem & similitudinē suam formans eum, duabus potētiis nobilissimis, intellectu & uoluntate, illū cū
ctis corporalibus præferēs, & ex hac par
te, quātum ad spiritum, penè coæquās an
gelis, cui etiā omnia subiecit sub pedi-
bus terrā sibi subiiceret, & præesset pisci Psal. 8.
bus maris, & uolatilibus cœli, & uniuer-
sis quę mouentur super terram. Quas ob Gene. 1.
causas hominem ita constat plus cæteris
omnibus Deo esse deuinctum ad laudē
illi & benedictionem iugiter persoluen
dum, non solū ut cæterę creaturæ secun
dum suę naturę essentiam, uerumetiam
modo peculiari, secundum intellectū &
uoluntatem.

15 *Benedicat Israel dominum laudet & superexaltet eum in sæcula:*

Peculiari tamēn modo inuitandi ueniūt ad Dei laudem illi qui sunt de populo domini, uerus Israel secundum spiritum, populus fidelis agnoscens dominum Deū suum, eiq; obediens, qui dominum Deū suū laudare debet & quantum potest laudare laude sempiterna, à quo tanta susceperunt maximę charitatis beneficia, pro quibus à peccatis, damnatione mortis, & iugo diaboli redimendos, caro fieri, & in cruce morte turpissima uoluit mori, ut sua passione auferrēt peccata mundi, & sua morte nostram mortem destrueret, uitamque resurgendo repararet.

16 *Benedicite sacerdotes domini domino,*
Heb. 5. Inter eos uerò qui sunt de populo fidelium & electorum, laudibus domini insistere debēt peculiarius sacerdotes ipsius quos sibi elegit & assumpsit ex hominibus, ad offerēdum dona & sacrificia pro peccatis populi, & peragendum in tēplo Dei omnia quæ ad ipsius cultum spectāt legitimū, hos decet, pro omnibus uacare sanctis Dei laudibus,

* *benedicite serui domini domino.* E
& omnes qui seruitio Dei specialius addicti sunt, ad peragendum quæ ad illius cultum immediatius spectant, curate recte vestro fungi officio, cum timore & tremore persoluite vestra ministeria, vnusquisque in gradu & ordine suo.

17 *Benedicite spiritus & animæ iustorum domino:*

Ioan. 4. Spiritus siue animæ hominum iustorum benedicite domino, qui spiritus est, & nō
Prou. 23 caro, & ab ijs qui adorāt eum velut in spi
Mat. 15. ritu & veritate adorari, quiq; super oīa si
bi cor præberi postulat, & de corde puro F
ac conscientia nō ficta gaudet laudari, pro
Esaiæ. 19 minimo, imò pro nihilo reputans, labiis honorari, vbi cor defuerit:

* *benedicite sancti & humiles corde domino.*

Eccl. 15. Deniq; in vniuersum omnes sancti & humiles corde, laudibus celebrate dominū.
Psal. 32. A talibus enim. i. rectis & humilib. laudari postulat, & taliū laudes habet acceptas. Nam peccatoris laudes non postulat, quoniam non est speciosa laus in ore peccatoris. Rectos autem decet laudatio.

18 *Benedicite Anania, Azaria, Misael domino laudate & superexaltate eum in secula.*

Postremo omnium, nosipsos quoq; huius cantici authores nominatim ad Dei laudem adhortemur, ac postquam vniuersum creaturarum ordinem ad Dei laudes excitauerimus, soli ipsi tam pulchro desimus certamini. Nos itaq; Hebræi iussu regis in fornacem missi, ob contemptam idololatriam, Dei autem gratia ob fidem ei seruatam in medio ignis, quasi in medio roris, cum quarto quasi Dei filio, in consolatione residentes, quibus nomina sunt, Ananias, Azarias, & Misael, benedicamus domino Deo nostro, qui non derelinquit sperantes in se, sed in nobis ostendit admirabilem, tum potentiam, tū misericordiam suam, qui nobis tam potēter innouauit sua mirabilia, quę olim faciebat ꝑ patribus nostris, nos ipsum laudemus & superferamus præconijs quantum possumus, in omnia sæcula: quomodo dignus est omnem accipere gloriam, honorem, & benedictionem, in sæcula sæculorum. Amen.

DEO VNI ET TRINO, PATRI INGENITO, FILIO vnigenito, & spiritui sancto paracleto, pro laboris huius consummatione, sit laus, honor, & gratiarum actio in omnia sæcula. Amen.



# ANNOTATIONES
## EX HEBRAEO ATQ. CHALDAEO
## *in omnes Psalmos,*



Quibus in vnoquoque psalmo distet originalis lectio Hebræa à nostra vulgata Latina, demonstratur. Diuersorum quoq; ex Hebræo interpretum, variæ versiones explanant, Per fratrem Francisc. Titelmanum Hassellensem.

### ANNOTATIONES in psalmum primum.

VErsu. 1. Et in cathedra pestilētię non sedit. Pro cathedra pestilentiæ ex Hebræo vertitur cathedra derisorum, quod fm rem non ita multū dissonat à cōmuni lectione. Qui enim prauos se doctores exhibent, qd aliud q̃ illudunt, derident, atq; misere decipiunt sibi credentes? quibus veritatē & viam rectam pollicētur, cùm nihil præstent minus. Posset tñ derisores intelligi, ēt quantum ad Deum. Verè. n. illusores sunt maiestatis Dei, & irrisores gratiæ eius, quicunque eius mandata transgrediuntur. Specialiter autem hypocritæ, cuiusmodi erant scribæ & pharisæi, & cuiusmodi sunt ēt nunc falsi Christiani, qui cum ore confitenē Tim. 1. se nosse Deum, factis negant, manifestè se irrisores Dei cōmostrant. Beatus autem est, qui in hmōi irrisorum cathedra nō considerēt. ¶ Versu 5. Sed tanquam puluis. Vocabulum Hebraicum quod pro puluere ponitur, ait Felix nō propriè puluerē significare, sed leuissimum illud purgamentū, qđ dum triticū ventilatur, in altum à vēto eleuatur & circunuoluitur, aut paleam minutissimam. Quidam vertunt quisquilias, alii gulmā. Conuenientia omniū est in re minutissima, leuissima & vilissima, q̃ sit nullius ponderis. Huiusmodi enim sunt impii. Et quantū abest leuis puluisculis, uel quisquiliæ, vel gluma ab arbore, tantum impii distāt B à iustis. Cæterū, illud à facie terræ, Hebræa nō habēt, sed tantum, quē proiicit vētus. i. quē agitat aut ꝓpellit uētus, quemadmodum Felix habet translatio. ¶ Versu 6. Neq; peccatores in cōcilio iustorum. Ex Hebræo fit manifestum, cōcilium, hoc in loco nō debere scribi per s, sed per c: licet superius versu 1. econtrario debuerat scribi ꝑ s, nō per c. In Hæbræo enim habetur ꝓ concilio, dictio adah, quæ significat cōgregationem, cœtum siue concionē, C hoc est concilium. Vnde beatus Hieronymus & Felix, pro concilio vertērunt congregationem.

### IN PSALMVM SECVNDVM.

VErsu 3. Proiiciamus a nobis iugū ipsorum. Pro iugo vertit B. Hieronymus laqueos, alii funes. Felix tñ nobiscum iugum seruat, nec vertit aliud. Sententia aūt in his eadem inueniri potest siue versum iustum (iuxta D supra posita in annotationibus principalibus Psalmi) tanquam à fidelibus dictum accipiamus, qui laqueos & funes eadem nunc appellant, quæ in priori parte vincula, nimirum erroneas sētentias & in qua iudicia, quibus sunt impliciti increduli, quos & Apostolus ait captiuos teneri diaboli laqueis ad 2. Tim. 2. ipsius voluntatem. Hos enim laqueos à se proiicere volunt boni ac fideles, vt non similiter ab illo tyranno male captiui teneatur. Siue ex persona infidelium ista accipiantur dicta, qui sanctissi-

ctissimas Christi fidelium leges, præcepta & consilia, vincula & laqueos appellant, quemadmodũ & hodie Antichristi nostri (qui multi sunt valde) impudenter asseuerant. Hos aũt (ut ipsi vocant) laqueos siue funes, increduli per rebellionẽ seinuicem adhortatur abiicere. ¶Versu 6. Ego aũt cõstitutus sum rex. In Hebræo non per verbũ passiuũ fit sermo, sed ꝑ verbũ actiuũ, hoc modo, iuxta Hieronymi translationẽ, Ego aũt vnxi regem meum super Siõ montẽ sanctum meũ, Atque ita vr vox patris esse de filio loquentis. Nos autẽ per passiuum habemus, quasi vocẽ de seipso loquentis filii. Ego (inquit) constitutus sum rex ab eo super Siõ. Neq; est in re ulla diuersitas. ¶Versu 9. Reges eos in virga ferrea. Verbum Grçcũ ποιμανεῖς, pascere potius q̃ regere significat & (vt plenius exprimatur) pastoraliter regere, queadmodũ & beatus Hilarius in hunc locum diligẽter annotauit, quod verbum & alias nonnunquàm cùm de Christo in modum pastoris in bonã partem fit sermo, solet vsurpari, velut ibi, Dominus regit me, & nihil mihi deerit. Vnde regimẽ istud, de quo nostra lectio loquit, accipiẽdum est ad eum modũ quo pastor regit oues, in bonũ, qđ est pascere. Atque ita etiã ex Hebræo uertit beatus Hieronymus, Pasces eos in virga ferrea. Et iuxta hanc lectionem, oportet primã partem versus de bonis intelligi, secundam de malis, debebitque relatiuum eos priori loco positũ ad alios referri, q̃ in secundo, sicuti in Elucidatione manifestum est videre. Nisi ẽt secundam partem quis malit iuxta sensum in annotatione demonstratũ in bonum intelligere: Alii autem pro reges vertunt conteres. Iuxta quã lectionem, eadem vtriusque partis sñia foret essetque secunda, tantum maior expressio prioris. ¶Versu 12. Apprehẽdite disciplinam. Vbi nostra lectio hẽt, Apprehẽdite disciplinam. Hebræa lectio admodum fecunda est, & modis variis reddi potest. Hieronymus uertit, Adorate pure. Felix vertit, Osculamini filium, vel amplexamini filiũ, vel adorate filium. Vertit ẽt posset, Osculamini disciplinam, vel munditiã, siue amplexamini, apprehendite, suscipite illã, aut ẽt armamini ea. Omniũ autẽ horũ, neq; incõmoda, neq; iucunda neq; difficilis intelligẽtia est. Debemus .n. filiũ patris osculari, & amplexari, i. cum honore debito suscipere, non ut infideles abiicere, debemus insuper disciplinam salutaris fidei eius, & munditiam vitæ ẽt conuersationis bonæ, quam ipse nos docuit, osculari, amplexari, apprehendere, eamque non relinquere. Atque hic ipse modus est, quo pure adoramus filium, & quo eũ osculari & amplexari possumus. Demum, per hæc omnia rectè venturam iram effugimus. Vnde fit, ut singula hæc & sñiam commodam habeãt & loco nõ inepte quadrent. Qui autem osculamini filium vertunt, vel adorate filiũ, dicunt, quod hìc dr̃ de filio osculãdo, vel adorando, opponi illi quod superius dictum fuerat, aduersus Christũ eius, queadmodũ id qđ præcedenti statim versu dictũ fuit. Seruite dño &c. opponit parti priori, s. aduersus dñm, ut sicut vtriq; infideles sese opposuerũt, ꝑsequendo, ita vtriq; recõliarentur humiliando. ¶Versu vltimo, Cũ exarserit in breui, Particula Kimeat, q̃ i Hebræo habetur, ambigua est, & diuersimode reddi põt. Vel. n. ad tempus refert, ut significet post paulolum, q̃uo uertit beatus Hierony. Alii eam ad iræ quantitatem referunt, vertuntq; ceu paululum aut certè modicum, dicentes, Cũ exarserit paululum, vel certè minimũ ira eius. Prior tñ sñia videtur plenior.

1. Ioã. 2 · Psa. 22 · s. mi

## IN PSALMVM III.

Dicendum est hoc loco aliquid de dictione quadam obscura, q̃ in plerisque Psalmis inuenitur posita, non

non tanquam vllius versus particula, A sed post finem versus præcedentis an te alterius incoationem. Hæc autem di ctio apud Hebræos est Sela, pro qua Græci ponunt diapsalma, pro qua nonnulli latinorum ponunt, semper. De vi autem huius particulæ, multa diuersitas est. Quidam enim dicunt eam significare semper vel in æternum vel in sæculum: alij verè, siue veritas, alij profectò vel certè. Alij nihil eam dicunt significare, sed tantum esse anhelantis ac optantis quadam anxietate & nimio affectu B rei euentum. Alij dicunt esse signum admirantis dictę rei nouitatem vel magnitudinem. Alij signum esse dicunt magni & rari alicuius affectus. Alij putant significari vocis mutationem atq; eleuationem. Alij signum esse dicunt discontinuationis psallendi, vt scilicet vbicunque hoc signum inuenitur, aliqua fiat mora, prius quàm progressus fiat ad sequentia. Atque hoc magis verisimiliter apparet significari per dictionem diapsalma, quam huius loco 70. C interpretes posuerunt. Quemadmodum enim symplasma significat continuationem concentus versuum, ita per oppositum, diapsalma, diuisionem quandam, & discontinuationem per moram innuit. Huic etiam satis consentit Rabbi Dauid sententia, qui eleuationem vocis dicit significari. Forsitã enim ad vocis commutationem, ista diuisio & mora innuebatur. Expensis autem omnibus, & locis in quibus huiusmodi particula maxime solet constitui D diligenter consideratis, arbitramur satis rectam esse illorum sententiam, qui asserunt prędictam particulã esse signũ diuisionis siue pausationis, inter versũ decantatum atque decantandum, primum quidem propter admirationem eius quod dictum præcessit: deinde, ad inueniendum eius sententiæ, quæ subsequitur ab ea quæ præcessit magnam diuersitatem: propter quam diuersitatem, verisimile est (vt secundum aliam sententiam) ad huius signi conspectum, cantores vocem mutare atque eleuare sint soliti. Atque ita fieri potest, vt plures prædictarum significationum in unum conglobatæ, totalem & plenam eius particulæ vim exprimant. Illud tamen considerandum est, plerunque vbi istud sela interponitur, inter illud quod præcedit, & quod sequitur, magnam esse differẽtiam, nec posse (vt ait beatus Augustinus) ea in vnum sensum coniungi, sed plenam sensus diuisionem semper efficit. Declaremus exemplo Psalmi ppositi, quod dicimus. In duobus primis versibus, clamat quasi tribulatus, contra hostiũ multitudinem & exprobrationes iniquas, quod multiplicati sunt, &c. multi, insurgunt, &c. dicunt animæ meę, &c. post hoc autem, sela ponitur, quasi indicans terminatam quærimoniam, & aliud aliquid longe diuersum subsequuturum. Itaque post sela, totus tranquillus, festiuiorem & iucundiorem vocẽ resumit, dicens, Tu autem domine susceptor meus es, gloria mea, &c. Voce mea ad dominum clamaui, & exaudiuit me de monte sancto suo. Ecce nulla hic, vt prius, auditur quærimonia. Hic verò rursum sela constituitur: quoniam id quod sequitur, nouum aliquod mysterium (nempe dormitionis & resurrectionis) proponit. Propter quod, iterum cõcentus interrumpitur & ad nouam rem canẽdam vox reparatur. Ita & in Psalmo sequenti, duobus primis versibus de clamore suo ad Deũ loquitur pro misericordia, mox verò sela interijcitur, quasi finiens deprecationem: statim verò post sela, non vltra deprecatio vt ante ponitur, sed grauis querimonia & expostulatio proponitur aduersum peccatores, & bona ad ipsos eruditio. Ita & in alijs per seipsum diligens lector expendat.

¶ Versu 3. Tu autem domine susceptor meus es. Pro susceptore, quod defensorem in præsenti loco, & pene vbiq;

Sela, q d significet.

significat ) in Hebræo ponitur dictio magen,q̃ significat clypeũ aut scutũ. Vñ beatus Hiero.vertit, Tu aũt domine,clypeus circa me,alius scutũ ꝑ me. Cõstat aũt,siue circa medicat,siue pro me,eandẽ pene esse sñiam. Quid autẽ est clypeus pro me,aut scutũ circa me, siue super me,nisi defensor aut susceptor meus? Neq;. n. aliud q̃ defendit clypeus.Itaq; sñia in idem reuertit. Et hoc compluribus in locis sic obseruatũ agnosce ꝙ vbi in Hebræo Deus asseritur scutum aut clypeus noster plerunque ab interpretibus Græcis positũ fuerit ἀντιλήπτωρ vel ὑπερασπιστής, hoc est,susceptor vel defensor, aut simile aliquid, quẽadmodum ꝑꝑ pene vbiq; posuerunt firmamentũ ad fortitudinẽ.Sicut n.clypeus defensionem sic petra firmitatem hẽt & stabilitatẽ.

## IN PSALMVM IIII.

Versu 1. In tribulatione dilatasti mihi,Tametsi vulgata Græca habeat per accusatiuum, dilatasti me, quemadmodum etiam Romana habeat editio, nostra tamen lectio quæ datiuum habet, magis respondet Hebræo.Nam pronomen Li apud Hebræos, menifestum est esse casus datiui. Vnde beatus Hieronymus & cæteri omnes,quotquot ex Hebræo translationes fecerunt,datiuo verterunt, iuxta modum nostræ lectionis.Quapròpter,non facilè id per temeritatem debet immutari. ¶Versu 3. Filii hominum,vsquequo graui corde ?Hebræa lectio longè secus habet,quàm Græca aut Latina.Hieronymi enim versio sic habet,Filii viri, vsquequo inclyti mei ignominiose diligitis vanitatem quærentes mendacium ? Est enim hæc uox Dei,hominibus suæ originis nobilitatem proponentis,& conquerentis, siue expostulantis de sua conculcatione, tanquam si dicat, O vos filii uiri, de rationali creatura nobilissima pro

E geniti, inclytæ & sublimes creaturæ meæ,quos ego tã sublimi gradu creaui & condidi,quousque vestræ dignitatis immemores,ad uestram propriã ignominiam & vilipensionem diligitis ea quæ longe infra vos sunt, rebus vanis & fallacibus inhærentes? Felicis autem uersio sic habet,Filii viri vsquequo gloria mea opprobrio , supple erit aut fiet,à vobis?hoc est, quandiu gloriam meam verteris in opprobriũ & ignominiam , pro me scilicet (qui
F solus sum amandus & colendus) vanitatem diligentes & mendacia ? Quã sententiam quidam adiecto uerbo expressit aliquanto clarius, hoc pacto, Filii uiri, vsquequo gloriam meam verteris in ignominiam?Sententia autem pene eadem est,quam sæpius in Elucidatione & annotationibus prioribus prolixius expressimus. Filios autem viri, intelligunt aliqui filios Abrahæ,uel Israelis.Nam quod ponitur hoc in loco Hebræum Isch , virum nobilem &
G quasi vel cæleste significat. Nos tamen paulò ante aliam intelligentiam indicauimus , huic non præiudicantes. ¶Versu 4. Et scitote quia mirificauit dominus sanctum suum.Pro eo quod nos habemus mirificauit, in Hebræo habetur Hiphlech, quod diuersimode transferunt, Nam Felix testatur rectè uerti posse mirificauit, nostro more, vel etiam mirabilem reddidit quomodo uertit & Hieronymus , ipse tamen i textu ꝑ mirificauit,legit,segregauit.
H Quæ licet secundum uocem differre videantur,secundum rem tamen coincidunt.Quid enim aliud sibi vult , segregauit dominus pater sanctum suũ, nisi quòd cum eo mirificè egit,quodque non cæterorum more cum illo egerit, sed nouo quodam & eximio modo,non dans ei spiritum ad mensuram quemadmodum cæteris , sed gratię & veritatis plenitudinem , de qua omnes acciperent? Hoc autẽ dum nulli aliorum præstat sanctificatorum Ioan. 3.

ad

Ioan. 1. ad mensuram: nonne rectè illum dici-
tur segregare aut separare, tanquã pri-
mogenitum & naturalẽ ab adoptitijs?
Et hoc rursum, nonne est mirificare, &
mirabilem reddere præ cæteris? Quem
Gen. 25. admodum (exempli gratia) cum de A-
braham legimus, quod filijs concubi-
narum dedit munera, Isaac autem vt
vnigenito filio primariæ coniugis, totã
disposuit hæreditatem: nonne hac ra-
tione rectè dicitur & separasse filium
suum Isaac, siue segregasse nimirum à
filijs concubinarum, similiter & mirifi- B
casse, siue mirabilem reddidisse præ cæ-
teris: vtpote quem in solidum institue
rit bonorum omnium hæredem, alijs
tantum accipientibus sua munera, vi-
uẽte patre Abraham, & preterea aliud
nihil expectantibus. Sed & iuxta aliam
Hebr. 7. considerationem apertè attestatur Pau
lus in Epistola ad Hebræos, quòd Chri
stus Põtifex noster segregatus sit à pec-
catoribus, semper assistẽs vultui patris.
1. Cor. 1. Cæterum, pro sancto in Hebræo vox est
Chasid, quam ait Felix significare san- C
ctum vel misericordem, vel gratia ple-
num, quæ omnia quam rectè cõueniãt
Christo domino, nemo ignorat fideliũ.
Ioan. 1. Quomodo enim non sanctus sit & mi
sericors, quem Paulus testatur factum
esse nobis à patre iustitiam & sanctifi-
cationem, & redemptionem? De pleni-
tudine autem gratiæ testatur dilectus
discipulus, quod vidimus eum plenum
Ioan. 3. gratia & veritate. Et alter ille, eiusdem
nominis seu diuersi officij, Baptista, ami
cus sponsi huius quòd non ad mensu- D
ram illi pater dederit spiritum, perhi-
buit testimonium. ¶Versu 5. Irascimi-
ni, & nolite peccare. Priorem partem
huius versus per omnia nobiscum ver
tit ex Hebræo sacer Hieronymus. Alij
tamẽ ex Hebræo alium sensum eliciũt.
Ps. 110. Nam Felix vertit, Contremiscite, & no
lite peccare, quod ad eandem senten-
tiam, quam supra posuimus in Elucida
tione, facilè est reducere. Debemus e-
Eccle. 1. nim, si ad hunc sanctum admirabilem

A conuerti voluerimus, irasci pristinis
vanitatibus, & contremiscere pro eis
atque pauere & timere salubriter: quo
niam initium sapientiæ timor domini.
Et beatus homo, qui semper est paui- Prouer. 28.
dus. Neque qui sine timore est, poterit
iustificari. Ea verò quæ sequuntur, vidẽ
tur ex Hebræo habere diuersam sentẽ
tiam. Hieronymi lectio sic habet, Loq
mini in cordibus vestris super cubilia
vestra, & tacete. Cuius sensus est, Agite Thre. 3.
pœnitentiam in cordibus vestris, in spi
ritu contribulato & corde contrito, re
cogitantes in amaritudine peccata ve
stra, & in silentio præstolantes salutare
domini, donec ipse vos consoletur gra
tia remissionis & visitationis suæ. Bonũ
est enim cum silentio præstolari saluta
re domini. Et per se ipse docuit Chri- Matth. 6
stus, clauso cubiculo orare patrem in
abscondito, & dicere, Pater, dimitte no
bis debita nostra, &c. ¶Versu 7. Signatũ Luc. 11.
est super nos lumen vultus tui domi-
ne. Ex Hebræo vertunt, Leua super nos
vel eleua, vel exalta, vel magnifica super
nos lumen vultus tui, pro indicatiuo,
scilicet modo imperatiuum siue depre
catiuum ponentes. Vult autem ista de
precatio hanc sententiam. Dicunt qui-
dem mali & increduli, qui excusatio-
nes quærunt in peccatis, Quis ostendit
nobis bona? Verùm tu domine es, qui
nobis bona demonstras. Tu tantum le-
ua & exalta super nos, imprime in api
cem spiritus nostri lumẽ salutaris gra
tiæ tuæ, & dabitur lætitia in corde no
stro, & docebimur, erimusque instru-
cti in omni veritate. Quomodo autem
eleuatio luminis diuini vultus sup nos
& signatio, in idem possint conuenire,
non vsque adeo difficilè est considera-
re, si attendamus tantum ad denarium
super quem imago per ictum desuper
imprimitur. Quemadmodum enim
nõ potest denarius accipere regis ima-
ginem, nisi desuper suo radio nobis sui
imprimat similitudinem. Alij autem
vertunt, Erige super nos vexillum lu-

minis tui. Sed neque hoc proposito E incommodum est. Quemadmodum enim ad signum exaltatum sese gubernant milites, sciuntque quid agẽdum aut quando cessandum: ita lumen vultus diuini quod in nobis fulget desuper, dux nobis est itineris & actionum nostrarum, per omnia nobis demonstrans, quid agere, quidve fugere debeamus. Et in huius vexilli erectione est lætitia cordibus fidelium, qui amant signa magni regis sui. Qui autem tardi sunt & pigri milites, non aspiciunt ad F vexillum illud, & ideo in mortem miserunt, dum vitam male quærunt, quẽadmodum qui in prælio extra vexilla aberrant. ¶ Versu 9 in pace in idipsum dormiã. Particula in idipsum, idem valet, quod pariter vel simul, quemadmodum ex Hebræo vertit Hieronymus, ac cæteri interpretes. Similiter & alijs in locis accipi debet, vbi eam poni contigerit: vt Psalm. 120. Cuius participatio eius in idipsum. Et Psal. 33. Exaltemus nomẽ eius in idipsum. ¶ Versu vltimo, G Singulariter in spe constituisti me. Hieronymi versio sic habet, Singulariter securum habitare fecisti me. Felicis autem translatio habet, Singulariter vel specialiter tuto facies me habitare vel sedere. Coincidunt autem hæc cum nostra lectione, secundum sententiam. Nam singulariter in spe cõstituere, idẽ est quod specialiter securum facere, & singulariter tutum constituere. Neque aliud est, facere singulariter securum habitare, aut specialiter tutò sedere. Se H curitatem enim quietis, vtrunque designat. Potest autem illud, singulariter referri vel ad spem, & securitatem hominis iusti, iuxta expositionem suprà positam, vel ad ipsum dominum constituentem, vt sit sensus, Tu domine singulariter constituisti me securum: id solummodo, tu solus, in spe & securitate posuisti me, siue habitare fecisti me. Atque ita sonat lectio quam in textu ponit Felix. Quoniam tu domine solus in spe locabis me. Cui accedit quod alius vertit, Tu domine solummodo confidenter habitare facies me.

Ps. 120.
Ps. 33.

## DE TITVLO PRAECEDENTIS PSALMI.

Habet Psalmus iste quartus titulum, qualem hactenus tres præcedentes non habuerunt. In quo difficultas quædam sese offert, hoc in loco explicanda, pro uniuerso libro Psalmorum. Similis enim titulus ferè ante omnes Psalmos præmittitur. Titulus ergo Psalmi præsentis talis est, in finem, Psalmus cantici Dauid. Difficultas autem quam diximus, in illa particula latet, in finem: quam quidam Latinorum interpretum absque magna difficultate referunt ad Christum dominum, quoniam (iuxta Apostoli sententiam) finis legis est Christus, ad iustitiã omni credenti. Ipse autem est, ad quem vniuersa hæc laus Psalmorum referri debet, & ad cuius laudem decantata atq; cõscripta est. Non est enim Psalmus qui non vel ipsius Diuinitatem prædicet, vel de mysterijs assumptæ humanitatis, secundum spiritus illuminationem, prophetet. Rectè ergo titulus iste in finem, penè omnibus Psalmis præmittitur: quoniam ad Christum quæcunq; in eis decantata sunt, spectare dignoscũtur, & in Christi laudem, & amorem dirigunt fideliter modulantes. Sciendũ tamẽ est, quòd dictio lamnasseach quæ loco illius, in finem, in Hebræo ponitur non finem uidetur vllo modo significare, neque in finem, quam beatus Hieronymus vbique in Psalmis vertit Victori, accipiens literam Lamed præpositam, vt sit signum datiui casus. Felix etiam in contextu vbique Vincenti vertit, in annotatione tamen marginali ponit, danti æternitatem, vel effundenti sanguinem, asserens fuisse congruum, ut Dauid qui in Psalmis & diuinitatem Christi canere volebat, secundum quã

Ro. 10

æternus creditur: & humanitatem,se cundum quam passionem erat suscepturus & sanguinē effusurus, talem præponeret dictionem, quæ vtrunq; significaret, existimans datiuos illos sic positos esse, vt significent, in laudē vincentis siue superantis, ac effundētis sanguinē, siue cruentantis, siue sanguinolenti, aut dantis æternitatē. Sūt aūt hæc meo quidem iudicio, ex fideli illius pectore piè dicta, ac diligenti meditatione contēplationeq́, vtiliter admodū inuēta, & digna quæ pijs mētibus cū suauitate ruminent. Neq; penit' dissonat hęc dispositio, ab ea quā superius posuimus de titulo Psalmorū Græco atq; Latino, In finē. Victor enim iste & cruentans aut sanguinem effundēs aut sanguinolentus, itē & ipse æternitatem dans: quis alius est nisi Christus dñs, quē Latini expositores, iuxta Pauli sñiam, finem interpretantur? Sunt tñ qui dictionē supradictam aliter intelligunt, videlicet vt litera Lamed præposita nō sit articulus datiui casus, sed valeat potius ad vel in, sicq; dictionē illam totam lamnasseach, interpretātur ad victoriam. Quā sñiam ponit B. Hieronymus in prologo primi libri cōmentariorum in Danielē, dicēs id ꝙ à 70. interpretibus versum est, In finē, potius significare, pro victoria. Atq; ad hūc modum, in expositione titulorum, ex Rabbi Salomone adducit vir in scripturis sacris nō vulgariter eruditus, neq; mediocriter bene de eis meritus Nicolaus à Lyra, qui ex eiusdē sñia dicit, p hunc titulū significari conatū illum quo sese cantores in cantando cū iubilo superare ac vincere conabantur omnes sic aio psallētes, vt quasi pro victoria viderentur contendere. Quemadmodum cum in honesto aliquo exercitio plures simul & diligentissime & summa sedulitate singuli laborant dicuntur ad victoriam agere, & quasi pro uictoria siue palma certare. Atq; id dici solet, etiā si nequaquam seinuicē superare aut vincere intendant, sic in eadem re diligenter laborantes. Sicque Psalmis hunc titulum non male præponi dicunt, qui istam sententiam sequuntur: ad indicandum, quanto affectu debeant Dei laudes canere serui eius, secundum extremum videlicet conatum & summam diligentiam. Vigilanter enim & omni attentione psallendum est tam summo tamque altissimo domino. Huic ēt intelligentiæ suprà nominatus author Nicolaus accōmodat non male titulum nostrū vulgatum, in finem: quoniam videlicet secundū summam diligentiam & extremum conatum quasi secundum vltimum virtutis in psallendo laborant: quemadmodū ij qui pro victoria contēdunt, ēt finē & vltimū virtutis solēt adhibere ad id in quo consistit victoria, iuxta illud quod Paulus ait, Omnis qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet vt corruptibilem accipiat coronā. Nam, vt in alio loco dicit, qui certat in agone, nō coronabitur, nisi legitime certauerit. Atq; quidem quantum ad hanc particulam videbantur posse sufficere. Nō videtur tamen prætereunda hoc loco Ioannis Reuchlinii, viri in Hebræis literis doctissimi, super proposita dictione sententia. Is enim in expositione quē super pęnitētiales Psalmos edidit, lamnasseach dicit significare, ad Inuitatorium. Vocem enim exhortantis & excitantis ad exercitium aliquod, quæ facit facere opus & officium institutū, dicit appellare menasseach, sicq; adiecta litera Lamed, fit, ad inuitatorium. Quomodo aūt omnes psalmi rectè dicantur cani ad inuitatorium vel ad inuitationē, nemini difficile est intelligere, propter exhortationem ad laudē Dei, & omnis virtutis amorem, vitiorumq; detestationē. Idem quoq; libro de rudimētis Hebraicis, verbū nasseach dicit significare idem quod instituit,

1. Cor. 9
2. Tim. 2

coegit, sollicitauit, vrgebat: allegãs qđ scribitur. 2. Paral. 2. Præpositosq; eorũ tre milia, i. prouocatores, sollicitatores, & operarum hortatores. Et Esdræ 3. Vt instarent super eos qui faciebant opus. Et rursum, Vt vrgerent super opus dñi. Atque hinc accipi pôt, vel illa superior sñia, ad inuitatorium vel ad inuitationẽ, prouocationẽ, excitationẽ, siue exhortationẽ, vt videlicet litera mem adiecta suprapositæ radici nomẽ efficiat: lamed verò ꝓ ad positum accipiatur. Aut secundũ aliã intelligentiã exponi poterit, ipsi præposito vel ꝓuocatori, in instrumẽtis musicis, vel in carminibus .i. cantorũ magistro siue præfecto: quo nonnulli rectè putãt verti posse. Chaldaica aũt translatio pro hac particula lamnasseach, quã supradiximus, tã variè ab Hebræis reddi, ponit tm̃, in laudẽ: qđ sicut nullam prædictarum sñiarum plene cõprehendit, ita nullam excludit, eãq; modo quodam generalis, & vniuersalis ad omnes quæ suprapositæ sunt. Intelligi aũt pôt, in laudem ipsis cantoribus: q̃m psalmi illis facti sunt, vt per eos laudent, & cantent ad victoriam. Aut in laudem ipsi victori, vel effundenti sanguinem, vel dãti æternitatẽ, &c. Verùm hęc de particula proposita dicta sint satis. ¶ Nunc autẽ ad alteram particulam exponendam transeamus, dicamusq; quid sibi velit q̃ nõ simpliciter in hoc titulo dr: in finẽ, psal. Dauid sed cũ adiectione, psal. cantici Dauid. Dicũt aũt Latini interpretes, specialem aliquam lætitiã cõmemorari in psalmis talibus, qui huiusmodi titulo prænotantur, propter quam sit eximiè gaudendũ atq; lætandum: quẽadmodũ hic in fine psalmi expressa sit mentio de illo iucundo & gaudioso lumine, quod super nos signatum, dat in cordibus nostris lætitiam, deq; fœcunditate frumẽti, vini, & olei, & spe dulciter in Christo cubantiũ. Quidam aũt libri hñt: In finẽ, in carminibus, psalmus Dauid: atq; ita hẽt lectio Græca, in hymnis, siue in carminibus. In Hebræo aũt hr̃ binginoth quod B. Hieronymus vertit, in cãticis. Felix autẽ putat verti posse, in choris, vel in canticis simul cum instrumentis musicis: vt innuat titulus debere nos lætari (vt ipse ait) & choros ducere, laudesq; proferre in honorem ipsius redemptoris nostri, qui nos redemit suo sanguine. Sed & ipsa vocis origo rectè huic sententiæ consentit. Nam (teste Ioanne Reuclinio, in li. de rudimẽtis Hebraicis) neggam verbũ, significat, lusit in instrumentis musicis: quemadmodum organista, vel citharœdus, siue musicus quilibet manualis. Atq; hinc ait titulũ præsentis quarti psalmi habere inscriptionẽ. Quo autẽ in musicis instrumentis Deo cantari instituerit rex & propheta Dauid, pulcherrimè atq; plenissimè descriptum inuenies, cap. 15. primi libri Paralip. Verum de his hactenus.

2. Par. 2. Esdræ 3.

## IN PSALMVM V.

VErsu 4. Mane astabo tibi & videbo. Vertit ex Hebræo sacer Hieronymus, Mane præparabor ad te, & cõtemplabor Felix autem vertit actiuo genere: Mane præparabo tibi, vel ordinabo ad te, supplẽs, orationẽ: vt sit sensus, Mane præparabo tibi, vel ordinabo ad te orationem & speculabor, siue contemplabor. Hæc autẽ manifeste sibijnuicem & lectioni Latinæ vulgatæ, quantum ad sententiam consentiunt. Quid enim aliud est astare domino, quam diuino cõspectui nosipsos per orationem & meditationẽ facere præsentes? Neque enim corporis pedibus, sed cordis affectibus Deo assistimus cum post tenebras noctiũ (id est obscuritates viciorum, aut turbam malarum passionum) mane nobis fuerit exortum, id est, claritas & tranquillitas pectoris. ¶ Versu 8. Adorabo

rabo ad templum sanctum tuum. Bea A tus Hieronymus ex Hebræo vertit, Adorabo in templo sancto tuo: quomodo ét Felix asserit rectè verti posse. Ipse tñ in textu ponit iuxta modũ lectionis nostrę, Adorabo ad templum. Pôt aût inter hæc duo, nõnulla assignari diuersitas: qm̃ ét absentes in spiritu possumus ad tẽplum Dei adorare, loquendo de corporali siue manufacto

Dani. 6. Dei tẽplo: quemadmodum de Daniele legimus, quòd in terra captiuitatis positus, apertis fenestris cœnaculi sui B contra Hierusalem, hoc est, versus Hierusalẽ (vbi patribus locus fuerat adorationis) genua flectebat, & adorabat, confitens domino. Atq; ita & nos matutino tempore, cum intra cubile reclusi consistimus, adorare possumus in spiritu, ad templum etiã materiale domino dedicatum, licet corpore simus absentes. In templo aût nõ adorat, nisi qui in templo præsens existit. Verisimilius tamen est, Dauidem hic principaliter sermonem facere de tẽ- C plo spirituali .i. de præsentia diuinæ maiestatis. Illud quoq; aduertẽdũ est, ꝙ pro verbo adoro Hebræi ponũt iachach, quod secundum proprietatem significare dicunt incuruationem, siue genuflexionem: ac deinde, qm̃ adorãtes Deum nosipsos incuruamus ad summæ humilitatis protestationem: aut genua flectimus, velut ex cõsequẽti significare adorationẽ. Vnde & in alijs compluribus scripturæ locis, genuflexionẽ inuenimus pro adoratio- D ne positam. Veluti cum dicit apud ꝓphetam dominus, Viuo ego, quia mihi flectetur omne genu. Et cum Apostolus ait, Vt in nomine Iesu omne genu flectatur. In his nanq; adoratio significatur. ¶ Versu 9. Dirige in conspectu tuo viam meam. In Hebræo vř cõtrario modo haberi, Dirige in cõspectu meo viã tuã: hoc est (vt habet versio B. Hieronymi) dirige ante faciem meam viam tuam, vel corã me. Quã- A quam aût hæc videatur verbis differre, sñia tñ ꝓrsus vna est. Via n. nostra in conspectu Dei dirigitur, qñ vitã nostram cęlesti gratia sic ducimus, vt placeat Deo. Et hoc ipsum (licet aliquanto obscurius) significat ét illud alterum quod ex Hebræo vertitur. Via n. Dei .i. obseruantia præceptorũ & mãdatorum eius, nobis est ante oculos, quando in eam iugiter diuina gratia adiuti intendimus in lege domini voluntatem & mentẽ habentes, atq; ita B secũdũ eam cęlesti ducatu dirigimur, vt ab ea nõ aberremus. ¶ Versu 11. Linguis suis dolosè agebãt. Pro eo quod nos habemus, dolosè agebant, iuxta Hebræum hř, lenificant, vel leuificant, vel leuigant: hoc est, blandiuntur, & dulcia loquuntur, sermonesq́, mollificant, nimirum ad facilius decipiendũ innoxias animas. Neq; multum secũdum sñiam ab his distat, lingua dolose agere. ¶ Versu 33. Habitabis in eis. B. Hieronymus vertit, Proteges eos, C Alij vertũt, Obumbrabis eos. Sed neque hic sensus diuersus est. Siquidem Deus habitat in nobis ad protectionẽ, & in nobis habitando nos protegit, atque obumbrat.

## DE TIT. PRÆCEDENTIS PSALMI.

Psalmi iam explanati titulus est. In finem, pro ea quæ hæreditatẽ consequitur, psalmus Dauid. Quod La- D tini expositores ad ecclesiam populũque fideliũ referũt. Est. n. psalmus iste oratio fidelis populi, siue totius ecclesiæ cõtra impiorũ malitiam, suam innocentiam protestantis coram domino. Ipsa autẽ ecclesia est, quæ ꝑ Christum hæreditatem consequitur, hæreditatem .s. vitæ æternæ, regniq; cœlestis, de qua etiam in fine huius psalmi fit mentio. Per ipsum nanq, (facti ipsius cohæredes) hæredes facti sumus Dei, secundum spem vitæ æternæ. In Rom. 8.

Esaię 45 Rom. 15 Philip 2

Hebræo autē habetur, albanechiloth: quod Beatus Hieronymus vertit, Sup hæreditatibus: poteſtq; exponi ſecundum eandem ferè ſniam, qua titulus Latinus iam expoſitus eſt. i. pro populis, ſiue eccleſijs fidelibus, quæ ſunt hęreditates Dei. Aut pro hæreditatibus, plurali numero dictū eſt: qm̄ in pſalmo hoc mentio fit & de hæreditate Dei, quæ eſt populus fidelis ſeſe præparans, & aſtans in conſpectu domini, & de hæreditate ipſius populi, quæ econtrario eſt ipſe Deus: qui (vt in fi- F ne dicitur) inhabitabit, & quaſi ſcuto bona voluntate ſua coronabit illos. Alij hanechiloth putant eſſe nomē inſtrumēti muſici, in quo videlicet pſal. præſens erat decantandus. Interpretari tamē rectè hæreditates, vt diximus ex Hieronymi ſententia, eſt manifeſtū ex radice Hebræa machal, quæ ſignificat hæreditauit. Felix autem multiplicem ponit verſionem, dicens præter prædicta verti etiam poſſe, pro infirmitatibus, vel vulneribus, aut pro cō- G gregationibus, vel ſocietatibus, aut iuxta torrentes, vel ſuper torrentes, ſimul oſtēdens quomodo ſingula hæc non male propoſito reſpondeant, & Chriſto valeant aptari, cui pſalmum tribuit: quæ apud illum licet require re, nos, vitandæ nimiæ prolixitatis gratia, pertranſimus.

## IN PSALMVM VI.

Verſu 2. Qm̄ infirmus ſum. Infir H mum intellige, non male habētem, vel languidum, i. languoribus autem morbo laborātem, ſed debilem, aut imbecillē: quomodo ex Hebræo vertunt Latini interpretes. Proponitur enim fragilitas & imbecillitas generis humani, de qua in Elucidatione ſimul & Annotatione præmiſſa latius eſt dictum. Vbi autem nos habemus, Conturbata ſunt oſſa mea, & anima mea turbata eſt, quomodo ēt legit Hieronymus: alij vertūt, Obſtupuerunt oſſa mea: & anima mea ſtupefacta eſt nimis: quod clarius aliouā to lāguorē exprimit, à quo deſiderat peccator curari. Per peccatum enim in homine vires omnes obſtupeſcūt, & ſtupefiunt, velut ad bonū inhabiles & ad virtutem rigidæ atq; inflexibiles: aīa verò quaſi iudicio & ſenſu priuatur, queādmodum cū homo obſtupeſcit, aut attonitus conſiſtit præ ſtupore, quaſi in extaſi poſitus, non eſt tū compos iudicij, & penè extra ſemetipſum fit. Atq; ita re vera cum ijs agiť qui peccato ſe ſubdunt. Statim. n. incipit aīa hoīs peccatoris rectū iudiciū & ſenſum perdere, ſimiliter & vires omnes obrigeſcunt, & quaſi inflexibiles ad bonum fiunt. Quemadmodum (exēpli gratia) Dauid ipſe qui ante peccatum aīam habebat & oſſa viuaciſſima, vt ēt minima quæq; perciperet, vbi vni ſe peccato ſubdidit, cum Berſabee delinquēs, obſtupefacta eſt ſtatim anima eius, & oſſa eius obriguerūt, ita vt iam poſt, cùm ēt ad inebriationē Vriæ laboraret, imò & occiſionē meditaretur, atq; perficeret, nihil perſentiret in anima, nihil in oſsibus cōmoueretur. Iam enim obſtupuerant omnia, donec veniente Nathan propheta domini, reſtitutus eſt ſanitati, ꝑ amaram pœnitentiam. ¶Verſu 3. Sed tu domine vſq; quo? Complet hanc ſententiam Chaldæa paraphraſis, dicens: Et tu domine, vſquequo dabis dilationem mihi? Quod Elucidationi ſatis apte reſpondet. Eſt enim ſenſus, Vſquequo differes miſereri, vſquequo prolongabis auxilium, & longe facies miſericordiam tuam? Alij ſic complent ſententiam: Domine vſquequo conteres me? in Hebræo tamen, vt in vulgata lectione, incompleta ſententia eſt. ¶Verſu 4. Conuertere domine. Pro Conuertere, interpretes omnes vertunt, Reuertere, & eadem eſt ſententia. Dei enim reuerſio, conuerſio eſt.

2. Re. 11

2. Re. 12

conuersio est. Cum enim ad peccatorem benigno suo aspectu, & vultu propitio conuertitur, donans peccati remissionem, & gratiæ auxilium; tunc ad illum & reuertitur: quemadmodum econtrario, cùm ab homine propter commissum peccatum vultũ suum benignum subtrahens auertit, tunc abscedit ab illo. ¶ Versu 6. Laboraui in gemitu meo. Laborare in hoc versu significat afflictionem, quomodo & aliàs nonnunquàm solet accipi. Vnde Felix vertit, Afflictus sum in suspirio meo, Cæterum, quod hic dicit, Lauabo per singulas noctes lectum meum: Beatus Hieronymus vertit: Natare faciam lectum præ abundantia videlicet lachrymarum, ita vt lauari possit in lachrymis, Dicitur autẽ hoc iuxta vsitatam loquendi consuetudi-
Psal. 119. nem per quendam excessum. ¶ Versu 7. Inueteraui inter omnes inimicos
Hebr. 8. meos. Inueteraui exponitur, cõsenui, siue nimium demoratus sum, vt plangat pœnitens nimiam suam inter inimicos demorationem: quemadmodũ in alio psalmo ait, Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est. Aut potius accipiatur Inueteraui, pro Consumptus sum, aut defeci, siue ad nihilum redactus sum. Quod enim antiquatur, & senescit, propè interitũ est. Atq; huic sententiæ respondet aper-
Psal. 48. tius Hieronymi versio ex Hebræo, quę habet consumptus sum ab vniuersis hostibus meis. Accipitur autem interdum hæc dictio inueterascere, siue veterascere, pro consumi, siue deficere. Veluti psalm. 46. Et auxilium eorum veterascet in inferno à gloria eorum, id est, consumetur peribit, deficiet. ¶ Versu vltimo, Erubescant valde velociter. Valde velociter, in
Pro. 29. Hebræo sonat subitò, repentè, in instanti, siue in puncto, Nam impijs (iuxta verbum Sapientis) repentinus superueniet interitus.

A DE TIT. PRAECEDENTIS PSALMI.

Sextus psalmus talem habet titulũ, In finẽ in carminibus Psalmus Dauid, pro octaua. Ex Hebræo autem B. Hieronymus vertit, Victori in canticis, super octaua, atq; ita vertit & Felix super octaua. Omnia autem quæ ad hunc titulum spectant, iã supra exposita sunt excepta particula illa, pro octaua, siue super octaua. Hanc autem
B Latini expositores nostri ad diem iudicij referunt, quæ q̃m post septẽ dies per quos omne tempus voluitur, id est, post tempus præsens, sequitur, benè quasi octaua dies potest nuncupari. Rectè aũt pro octaua secundũ hũc sensum inscribitur præsens psalmus, quoniam pro iudicij illius magni terrore à pęnitente canitur, vt scilicet irã diei illius effugiat. Vnde mox incipit, Domine, ne in furore tuo arguas me: ac deinde, Miserere mei, dicens subse-
C quenter, etiam ossa & animã esse cõturbata, propter octauã illam, id est, iudicij diem. Potest & per octauam significari subsecutura beata æternitas quæ post euolutum septem dierum spatium, id est, post transactum vitæ præsentis tempus, quasi octaua subsequitur: Erit enim dies illa quasi perpetua quędã octaua, postquam dies isti septem qui nũc voluuntur, suum decursum compleuerint. pro hâc autẽ octaua consequenda gemit nunc pec-
D cator, & agit pœnitentiam. Aduertẽdum tamen est, vocem Hebræam quę in loco ponitur seminith, teste Felice, varie admodum exponi. Quidam enim dicunt esse nomen instrumenti cuiusdam musici octo cordas habẽtis, quod octochordiũ dicitur, in quo huiusmodi psalmus canendus erat. Cui apertè consonat Chaldæa translatio habẽs, In laudẽ, laudatorio citharaq; octo fidium. Atq; huiusmodi instrumentum conuenienter etiã intel-

ligi

ligi poteſt in titulo Latino, ꝑ octauã. E triũphũ. Quur non ergo ſuper octauam iſtud canatur triumphale canticum? Ponit inſuper Felix alias quaſdam aliorum ſententias de prædicto nomine: ſed quæ potiora ſunt, iam latius explicata ſufficiant.

Poteſt.n. ab octo cordis inſtrumentũ eiuſmodi rectè dici octaua. Vnde Paralipo..i 5. vbi habemus iuxta verſionẽ Hieronymi de cantoribus, quod in citharis pro octaua canebãt epiniciõ: in Hebræo, loco dictionis octaua, hr̃ idem vocabulum quod hic ponitur, ſeminith. Ex quo loco rectè etiam ſatis colligi põt, inſtr̃m iſtud quod ſeminith appellatur ab octo chordis, aptũ fuiſſe ad decantandum triumphalia carmina. Pro epinicio.n. quod vertit F Hierony. in Hebrço ponitur lenaſech, quod, teſte Ioanne Reuclinio, lib de rudimentis Hebraicis, Græce dr̃ epinicion, Latine aũt triumphale carmen. In citharis ergo pro octaua, i. ſuper octauam canebant epinicion, ſiue carmẽ triumphale. Sed hic exclamet forſitan aliquis, & velut rẽ abſurdam audiens dicat, Qũo huic pſalmo inſtr̃m tale præmittitur, in quo epinicion canatur, ſiue triumphale carmen, cũ luctum magis & horrorem proponat G furorem, ſ. Dei, miſeriam propriã, oſſium & aiæ cõturbationem, gemitus, fletum, & alia hmõi? Hæc aũt triũphali carmini non videntur competere. Sed aduertendũ eſt, à fine magis fieri debere denominationem. Pſalmus.n. qui inchoatur in magna amaritudine confeſsionis & pœnitentiæ, videquãto gaudio, imò quanto exultationis tripudio terminetur: ita vt inimicis etiam inſultet, infiducia remiſſionis peccatorũ, & exauditione lachryma- H

1. Io. 5. rum ſuarum. Nimirum hæc eſt vera victoria quæ uincit mundum fides noſtra: per quam peccatorum noſtrorum conſequimur remiſſionẽ, & ꝑfectã de inimicis qui nos in peccata pertraxerunt, victoriã. Clamor quoq;, gemitus, fletus, lachrymæ, animæ, & oſſium cõturbatio (quæ in hoc pſalmo deſcribuntur) ipſa ſunt arma, quibus veram conſequimur victoriam, & glorioſum reportamus de peſsimo hoſte

## IN PSALMVM VII.

Verſu 9. Si reddidi retribuentibus mihi mala. Hũc verſum ex Hebræo vertunt in hunc modũ. Si reddidi habenti pacẽ mecum malum, oppreſsi tribulantes me ſine cauſa, vel ſpoliaui inimicos meos gratis. Cui ẽt conſentit Chaldaica trãſlatio, Si reddidi patrono pacis meæ malũ, & ſtrinxi eum qui me angebat fruſtra. Hæc autem ſecũ dum ſnĩam aliquanto minus hñt, q̃ noſtra lectio. Maius.n. & perfectius eſt quod in noſtra proponitur, nõ reddidiſſe malum retribuẽtibus ſibi. i. ijs qui ſibi malum fecerãt non reddidiſſe malum pro malo, q̃ quod illorum verſio habet, non reddidiſſe malum pacificè ſecum cõuerſantibus, aut non oppreſſiſſe inimicos ſine cauſa. Hoc.n. & Ethnici pleriq; faciunt, vt ijs qui ſecum pacificè cõuerſantur, nõ inferant nocumentũ, neq; ſine cauſa ẽt noceant inimicis. ¶ Verſu 7. Et exurge domine Deus in præcepto quod mandaſti. Hieronymi verſio ſic habet, Conſurge ad me iudicio qđ mandaſti. Felix autem vertit, Exurge ad me, iudicium præcepiſti, vel, Excita pro me iudicium, quod præcepiſti. Conſonat quoque prædictis translatio Chaldaica, Accelera mihi iudiciũ quod mãdaſti. Horum autem eadem intelligentia eſt, Fac pro me iuſtitiam & iudicium, qui iudicium & iuſtitiã præcepiſti. Omnia autem hæc admodum & apertè conſonant intelligentiæ, quam in Elucidatione explicauimus, de faciendo iudicio qđ præcepit Deus: videlicet vt ipſe qui ſuis iudicibus ſuper terram, atq; etiã vniuerſis

præ-

præcepit facere iudicium & iustitiā, ad iudicium consurgat, cámq; sibi cō mendatā iudicet. ¶Versu 9. Et sc̄dm innocentiā meā sup me. Huius versus partē secundā aliquanto clarius vertit B Hierony. hoc modo, Et sc̄dm simplicitatē meā quæ est in me. Eadē aūt est sñia, quæ supra exposita est. ¶ Versu 10. Consumetur nequitia peccatorum. Quod passiue habemus, Consumetur nequitia peccatorum, rectè habemus: atq; ita etiam B. Hieronymus vertit. Posset tñ secundum actiuū genus verti: hoc modo, Consumet malū impios. i. perdet impios malitia eorū. Pōt insuper per modū optantis accipi, in hunc sensum, Finiatur obsecro tandē malitia impiorū, tua nimirum potentia cōpressa, & dirigas iustū. Cui sñiæ apertè cōsentit trāslatio Chald. sic habens, Destruatur nunc malitia impiorum, confirmentur iusti. ¶Versu 11. Iustum adiutorium meū à dño. Primam dictionē huius versus (népe iustum) Hebraica lectio iungit cū fine versus præcedentis: ad hunc modum, Scrutans corda & renes Deus iustus: ac deinde, Adiutorium meum à dño. Vtraq; aūt connexio bonam hēt intelligentiā. Pro adiutorio aūt vocabulum qđ in Hebræo ponitur, clypeum vel scutū significat. Atq; ita ex Hebræo Hieronymus vertit, Clypeus meus in Deo. Felix aūt hēt, Scutum meum sup Deo, & alius Clypeus meus est Deus. Quæ oīa manifestum est non aliud significare, nisi q nostra lectio apertius indicat auxiliū iusti à Deo, & in Deo esse, ac Deum se habere auxiliatorem. ¶Versu 12. Nunquid irascetur p singulos dies? Hieronymi versio hēt affirmatiuè, absque qōne: Cōminans tota die. Quòd diuersām quidem, sed non aduersam habet nostræ lectioni sententiam. Nam licet Deus nō irascaī per singulos dies. i. irā suam non ostēdat, neque exerceat, cōminatur tñ iugiter peccatoribus, p inferendā certissimò vindictā, nisi fuerint cōuersi. Alij verò ex Hebræo interpretes vertunt, Irascitur tota die, vel oī die, vel per singulos dies. Et licet hic iā aperta videatur cōtradictio aduersus lectionē veterē, eo q hæc indicet Deum non irasci p singulos dies, illa aūt dicat irasci eum iugiter oī die, siue tota die, docuit tñ Hieronymi versio, qūo hanc apparentē dissonantiam oporteat dissoluere. Irasci. n. aliter atq; aliter accipitur. Nā cōminando cōtinuò irascit, vltionem exercendo non semper. ¶Ver'u 14. Sagittas suas ardentibus effecit. Hieronymus vertit, Sagittas suas ad cōburendū operatus est. Neq; magna est sñiæ diuersitas, si nostra lectio iuxta sñiam in Elucidatione positā intelligaī. Nā cum dr̄ Deus sagittas suas operari, aptare seu fabricare rebus ardētibus, siue ignitis, nō ad aliud intelligaī hoc facere, nisi ad cōburendum & incendendū igne æterno eos, in quos fuerit hmōi sagittas iaculatus, quēadmodum milites cū sagittas, quas in ciuitates iacere volunt, rebus aptant ardētibus ad cōburendū indubiè id faciūt. Alij aūt vertēdū putant: Sagittas suas persequentibus operatus est: aut (qđ dilucidius est) in persecutores fabricatus est. Quibus cōsonat Chaldaica Paraphrasis, Sagittas suas persecutoribus iustorum operabitur.

## DE TIT. PRÆCEDENTIS PSALMI.

Habet psalmus iste septimus titulum aliquanto prolixiorē, hūc videlicet, psalmus Dauid, quē cātauit dño p verbis Cus filijs Iemini. 2. Re. 16. Hūc aūt titulū varijs modis exponūt. Pro cuius intelligentia aduertēdum est, nō debere scribi Chusi p duas syllabas, vt vulgo Latini codices hñt, vt sit nomē amici & cōsiliarij Dauid eius q Absaloni se iunxit ad dissipandum cōsiliū Achitophel, de quo et nonnulli titulum

titulum præsentẽ intelligũt, quod ne quaquam vſ cõueniens ſe i monoſyllaba dictio poni debet trium literarũ, Cus videlicet: quæ apud Hebræos appellatus eſt, & ſignificat Aethiopẽ. Per hunc aũt Aethiopem, quidam intelligũt populum Iudæorum Chriſti perſecutorem, fœdum, i. illud & execrandum impiorum conſilium, quod fremuit aduerſus dñm, & aduerſus Chri-
Pſal. 2. ſtum eius, qui pp nigrorem veſaniæ, inuidiæ, atq; malitię ſuę, rectè Aethiopis noīe ſignificantur. Erant. n. ſecundum nigrorem illum, quouis Aethiope nigriores. Filij aũt Iemini erãt hic Iudæorum populus, i. filii dexterę, qm̃ ſecundum carnem filii promiſsionis, filii electi patriarcharum: cæteræ verò nationes, quaſi ſiniſtræ filii repu-
Epheſ. 2 tabãtur, qui, vt Apoſtolus ait, ſine Deo erant, promiſsionis ſpem non habentes, & alieni à teſtamento Dei. Et qui hoc modo titulum intelligunt, ad Chriſtum pſalmum totum accõmodant, dicentes eum eſſe orationẽ Chri contra perſecutores ſuos impios, in qua ſuã innocentiam proponens, illorum malitiam cõdemnari optat à pa-
1. Re. 15 tre. Alii verò Aethiopẽ iſtum Saulem intelligunt, odio, inuidia, crudelitate, & multiplici malitia valde denigratũ. Nã & inobediens fuit voci domini in reſeruatione Amalech: & excuſationes in peccatis adiiciens, cũ redargueretur à Samuele proiici meruit, ita vt ab eo recederet dominus, & apprehẽ-
1. Reg 16 deret eum ſpiritus malus. Deinde, capitali odio contra Dauid innocentem peſſimè affectus fuit, ita vt illum obſtinatiſſimo corde, quem innoxium ſciebat, ad mortẽ inqreret: qui ſacerdotes domini præter oẽm cauſam interfecit, atq; circiter vitæ ſuæ finẽ de dño prorſus diffidens, ẽt phytoniſſã
1. Re. 22
1. Re. 28 cõſuluit. Mirum profectò, nigror tantus tanquam multiplex ſi nõ Aethiopem faciat. Hic autẽ filius Iemini erat quia de ſtirpe Beniamin. Vnde & Felix pro filio Iemini, vertit, ſtirps Beniamin. Eſt enim frequens in ſcripturis, filios Iemini dici eos qui de tribu Beniamin. Sic. n. Dauid maledicentẽ ſibi Semæi vocabat filiũ Iemini. Quanto 1. Re. 22
magis, inquit, hic filius Iemini maledicet mihi? Et Saul ſuę ſtirpis hoĩes alloquens, dicebat, Audite me filii Iemini. Huic aũt expoſitioni de Rege Saul apertè ſubſcribit Paraph. Cald. q̃ hẽt in titulo, Pro interitu Saul filii Cis, de tribu Beniamin. Secundum hanc aũt ſnĩam, pſalmus iſte proteſtatio eſt ipſius Dauid de ſua innocentia coram Deo iudice, & iniquitati aduerſantiũ propoſitio ad impetrandum à Deo iudicium, & expurgatio de falſa accuſatione, qua illum apud Saulem accuſabant nonnulli, quaſi regi inſidiantẽ: quemadmodum ipſe Dauid in hiſtoria Regũ indicat, cũ ad Saulẽ clamat, Quare audis verba hominum dicen- 1. Re. 14
tium, Dauid quærit malum aduerſũ te? Imò & Saul ipſe, vt ſuorum aĩos aduerſum Dauid concitaret ardentius, falsò criminabatur illũ, quaſi ſuo regno inſidiantem. Sic. n. legimus apud ſuos ſeruos, in teſtimonium praui ſui doloris, ita concionantem: Audite me 1. Re. 22
inquit, filii Iemini, nunquid oĩbus vobis dabit filius Iſai agros & vineas, & vniuerſos vos faciet tribunos & cẽturiones, quoniam cõiuraſtis oẽs aduerſum me, & non eſt qui mihi renũciet: maxime cum & filius meus fœdus inierit cum filio Iſai? Non eſt q vicem meam doleat ex vobis, nec qui annunciet mihi, eo quòd ſuſcitauerit filius meus ſeruum meum, aduerſum me inſidiantem mihi vſq; hodie. Ecce quàm grauem impius concionator, plenus fraude & dolo, aduerſus eum quem optime ſciebat innocentem, proponit querelam. Secundum hanc quoque intelligentiã, apte admodum correſpondent verſibus aliquot huius pſalmi, quæ Dauid pro ſua innocentia loquitur apud Saulẽ, poſtea

quam

quàm hastam abstulisset & scyphum, qui erat ad caput eius. Quam ob causam,inquit, dominus meus persequitur seruum suum? Quid feci,aut quod malum est in manu mea? Nunc ergo audi, oro, domine mi rex, verba serui tui. Si dominus incitat te aduersum me, adoretur sacrificium. Si autem filii hominum, maledicti sunt in conspectu domini, quia eiecerunt me hodie,vt non habitem in hęreditate domini,&c. Ac post pauca concludens, Dominus,inquit,retribuet vnicuiq; secundum iustitiam suam,& fidem. Tradidit enim te dominus hodie in manū meam, & nolui extendere manū meā in Christum domini. Et sicut magnificata est aīa tua hodie in oculis meis, sic magnificetur anima mea in oculis domini, & liberet me de omni angustia. Quàm pulchrè autem ista cum huius psalmi dictis consentiant, conferens quilibet facile aduertit. Puto ergo satis consentaneam esse vero, hanc suprapositam tituli intelligentiam,& arbitror Saulis,ac suorum nimiam malitiam ipsi Dauidi occasionem præstitisse huic psalmo conficiendo. Quomodo tamen in psal 3. in annotationibus principalibus diximus, ita & hic dicimus,quòd vtilius vel ad Christum, vel ad fidelem vnumquemque contra hostium malitiam Deo se commendare volentem, potest accommodari. Alij verò per Aethiopem istum intelligunt maledicum illum Semæi, qui, vt historia libri Regum indicat, de progenie Saulis erat,i.de stirpe Beniamin, atque ita filius Iemini,q̄ cōtra Dauid fugiētē in ꝑsecutione filij ex aduerso clamitās, pulueremq; spargens,& lapides iactitās,ipsum appellabat virū sanguinum, & virum Belial,raptoremq; regni Saulis,improperās,q̄d redditurus esset dominus sanguinē domus Saul suꝑ caput ipsius. Atq; ita hunc psalmū dīc fecisse Dauid in protestationem suę innocētiæ, q.s.à crimine illo immunis esset,

1.Re.26 (margin)

A

B

C

2.Re.16 (margin)

D

6 (margin)

quod illi impiè obiectabat ille maledicus. Iuxta quā expositionem,cùm dr̄,Si feci istud intelligendum foret,illud q̄d hic mihi improperat, de effusione sanguinis domus Saul: & si est iniquitas,talis scilicet vel ista quæ mihi improperat, in manibus meis. Hæc aūt sn̄ia quāquā nōnullis præ cæteris arrideat,mihi certè multum probari non potest:præcipue quum legamus Dauidem tanta humilitate & patientia tam suauiter tolerasse,atq; ēt bono corde accepisse istas Semæi contumelias:Dimittite eum,inquit,vt maledicat mihi. Dn̄s præcepit ei,vt malediceret mihi. Vnde non arbitror,illum tā prolixum psalmū,& tam vehementem, vt finis atq; processus sonant,pro hac iniuriatā patienter acceptа cōposuisse. Neq; verisimile est,cōuitia hoīs illius nihili, adeò magni fuisse ab illo reputata,vt pro illorum expurgatione psalmum talem æderet:potissimum quū manifestissimè constaret à vero lōgissimè abesse,quæ ille obiectabat de effusione sanguinis domus Saul. Neq; .n. ipse Saulem, neq; quenquam de domo Saulis interfecerat, neque regnum vlla violentia à Saule rapuerat: sed diuina dispositione, & concordi totius Israelitici populi electione, ad ipsum regni fastigium peruenit Saul autē & filios eius in bello à Philisthæis occisos,nemini cōstabat. Hæc quum nulli non essent nota quorsum pro horum cōuitiorū expurgatione, psalmo opus fuerat: nos proinde,quod nostrum tenue iudicium attinet, priores duas sententias,huic tertiæ longè arbitramur præferendas. ¶Po st hæc verò aduertendum est,in Hebręo primam dictionem huius tituli esse figaion: quæ non significat psalmū,vt nos habemus, psalmus Dauid, sed ignorationem, quemadmodum Hieronymus ex Hebræo vertit: similiter quoque Symmacus, & Aquila,teste Ioanne Reuclino. Quod secundum eam sententiam accipi potest, quoniam in sui excusationē fecit hunc

Ibidem. (margin)

psal-

psalmum Dauid, protestans nescire se quicquam omnino, quo Saulis irã fuisset promeritus, & se omnino nullius rei esse sibi conscium, propter quod ille iustè tantam concitaret persecutionem, & planè non agnoscere, neque scire in sese quæ illi falso in odium Dauidis contra ipsum obiectabant. Alij verò dicunt dictionem illam Hebraicam significare exercitationem, aut angorẽ, aut sollicitudinem, quidã etiam interpretationem, cui translatio Chaldaica consentit, quę habet in titulo: Interpretatio confessionis, qua laudem cecinit coram Deo, dixitq; canticũ pro interitu Saul filij Cis de tribu Beniamin. Hæc aũt omnia non est difficile ad aliquam congruam intelligentiam adducere, ijs quibus in huiusmodi latius meditari fuerit collibitum. Nonnulli verò asserunt, sigaion significare musicum instrumentum, verùm id perparum videtur habere certæ authoritatis.

## IN PSALMVM VIII.

VErsu 1. Quàm admirabile est nomen tuum: Beatus Hieronymus vertit, Quam grande est nomen tuum. Felix autem, nostro amore. Quàm admirabile & terribile. Chaldaica translatio duo cõiungens. Quàm forte (inqt) & laudabile est nomen tuum. Omnia autem hæc in idem recidunt. ¶Versu 2. Quoniam eleuata est magnificentia tua. Hieronymi versio habet, Qui posuisti gloriam tuam super cœlos. Quę lectio, vtranque sententiam in Elucidatione propositam rectè patitur, & eam videlicet, quæ de celsitudine loquitur diuinæ laudis, & eam quæ de Christi super cœlos exaltatione. Nam de secundo sensu clarum est, tunc Deum patrẽ suam gloriam super cœlos posuisse, quando suum filium exaltauit sup omnes cœlorum ordines in æqualitatem suæ dexteræ. Iuxta priorem autem sententiam, posuit Deus super cœlos gloriam suam, quando adeò suam gloriã magnificauit, sicque eam exaltauit, ut longè omnibus esset cœlis superior, vt nullo modo à cœlis valeat comprehendi. Altior enim est cœlis. Propter quod alio in loco dicitur, Excelsis super omnes gẽtes dominus, & super cœlos gloria eius. Atque huic posteriori sensui cõsonat Felicis versio, Qui eleuasti laudem tuam, vel quoniam eleuata est celebratio tua super cœlos. Consonat, & lectio paraphrasis Chaldaicæ, Qui constituisti laudem tuam altissimam plus quam cœlos. Putat tamen Felix, iuxta suam sententiam rectius vertẽdum, in hunc modum, Quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra, quæ dedit confessionem tuam super cœlos. Quod adimpletum dicit, in conuersione omnium gentium ad Christũ. Tunc enim vniuersa terra dedit confessionẽ & laudem Christo Deo, sedenti super cœlos, ad patris dexteram, & admirabile adorabile habuit benedictum nomen eius. ¶Versu 3. Perfecisti laudem. Beatus Hieronymus nobiscum vertit, Perfecisti laudem. Cæteri ex Hebræo interpretes vertunt, Fundasti fortitudinẽ vel virtutem. Vnde colligitur eandem esse vtriusque lectionis sententiam. Fundauit enim Deus (id est, firmauit, & corroborauit) suam fortitudinem, eamq; firmam, ac solidam demonstrauit, ac proinde perfectam, & perfectè laudabilem fecit, dum ex ore infantium & lactantium suam gloriam magnificauit. In secunda autem parte, quum in psalterio Romano habetur, Vt destruas inimicum & defensorem, necesse est accipiatur Defensor pro Vltore, siue (vt ita dicam) vindicatore: quemadmodum iuxta vulgatam lectionem Latinam capite duodecimo epistolæ beati Pauli Apostoli ad Romans legimus, Non vosmetipsos defendentes charissimi, sed date locum iræ, vbi Defendentes, significat Vlciscentes, aut Vindicantes, quomodo & in eo quod sequitur ex Moy- Rom. 12 Deu. 32.
sis

ſis cantico,Mihi vindictam. Tertullianus antiquus author quodam loco adducit,Mihi defenſam, & ego retribuā, Vnde patet, apud antiquos ſolere Defenſam dici,pro Vltione,vel vindicta,& Defendere,pro vlciſci, ac ꝓinde Defenſorem,pro vltore, de qua re nonnihil diximus in noſtris Collationibus ſuper epiſtolam beati Pauli ad Romanos.Debere autem hoc loco Defenſorem nō aliter accipi,quàm prædictum eſt,tam Græca quàm Hebræa demonſtrant. In Græco enim ἐκδικητὴς ponitur, quod manifeſtè vltorem ſignificat.Ex Hebræo quocunque concordiier omnes interpretes Vltorem vertunt. ¶Verſu 6. Minuiſti eum paulominus ab angelis. Ab angelis,quantum ex Hebræo originali, rectè verti poſſet,A Deo,quomodo vertit beatus Hieronymus, Minues eum (inquit) paulominus à Deo. Nam in Hebræo Elohim ponitur, quod nomē in ſcripturis Deus verti ſolet, quemadmodum primo ca.libri Geneſeos quotieſcūq; dicitur,Dixit Deus,vidit Deus, aut huiuſmodi,ſemper vocabulū iſtud Elohim poſitum eſt. Huius autem lectionis ſententia eſt,Chriſtum Dei filiū (qui ſecundum diuinitatem, quatenus verbum patris,coæternus ei erat,& coæqualis)factum eſſe in ſua humanatione,ſecundum aſſumptam formā ſerui, patre ſuo minorem:quemadmodum, & de ſe ipſe teſtatur,dicens,Pater maior me eſt. Inſuper & iuxta poſteriorē in Elucidatione poſitam expoſitionem ad totum genus humanum accommodaretur iſta pars pſalmi, aptam nihilominus habebit intelligentiam,hanc videlicet,Humanum genus in tanta ſublimitate,dignitate,atque nobilitate cōdidiſti,vt non ita multum abſit à ſimilitudine diuina, feciſtique hominem non vſque adeo tibi diſſimilem,dum inſpirans ei,rationalem animam,ad imaginem & ſimilitudinem tuam creaſti illum. Hac enim parte, valde diuinæ nobilitati appropinquamus.Vnde etiā

Io. 14.

A habemus,vt Dei capaces ſimus,& deiformes effici valeamus, Et quanquam re vera maxima adhuc diſtantia interſit inter diuinam & humanam conditionem,dicitur tamen homo paululū à Deo minutus,ſecundum comparationem loquendo, & relationem ad cæteras omnes corporeas creaturas, quarū nulla ſic per ſimilitudinem imaginis appropinquat Deo,vt humana natura. Rectè itaque ex Hebræo vertit beatus Hieronymus, A Deo: & quod vertit ſanam

B habet intelligentiam Veruntamē ſeptuaginta interpretes Elohim hoc loco verterunt angelos,dicentes,Minuiſti eum paulominus ab angelis,quomodo etiam in epiſtola Pauli ad Hebr. ca pi.2.locum iſtum adductum habemus tam in Græcis quàm Latinis codicibus. Quamobrem non ſatis circunſpecte quidam agere videntur, qui hanc lectionem noſtram vulgatam prorſus è libris delendam putant, dicentes omnia tam Græca quàm Latina hoc loco

C caſtigari debere,vt loco, Ab angelis,ponatur,A Deo, Neque ſolum hunc locū in pſalmis, ſed illum etiam in epiſtola ad Hebræos quem ſupra citauimus, ſimiliter commutari volunt,ob hoc videlicet quod in Hebræo Elohim habeat, quod ſignificat Deum. Primum enim illud aduertendum eſt, ſi omnia quæ in pſalmis inueniuntur apud ſeptuaginta interpretes diſſonātia ab Hebræo debeant ſecundum Hebraicam ſcripturam immutari, pene vniuerſam illorū

D interpretationem neceſſariò debere cōfundi, ſimiliter & vniuerſis prophetarum libris, cum plurima ipſi conſilio & ſpeciali diuini ſpiritus inſpiratione (vt piè,religioſè,& verè creditur) immutauerint,de qua re Auguſt.in libris De ciuitate Dei, atq; De doctrina Chriſtiana multa diſſerit, quædam etiam hoc multo vetuſtior Irenæus, in libris quos contra hæreticorum errores cōſcripſit,nos quoque pro noſtro modulo paucula quædam diximus in præfatione

tione. Collationum, quas pro veteris ecclesiasticę Latinę interpretationis noui testamenti defensione, ferè ante biennium edidimus: propter quod, impræsentiarum ista non repetimus. Addo & illud, si ea quæ in Euangelijs atque apostolicis literis citantur ex septuaginta interpretibus, debeant corrigi ad Hebræam literam, quemadmodum isti hoc loco fieri postulant, pleraque etiā in sacris Euangelijs esse immutanda, similiter in ipsis apostolorum literis. Plerunque enim illi veteris testamenti authoritates ex septuaginta interpretibus adducunt. Oportebit itaq; (secundum istorum sententiam) & hęc obelo confodi, & iuxta Hebræam cuncta restitui. Quemadmodum, exempli gratia, illud quod in cap. 15. epistolæ ad Romanos ex Esaia secundum septuaginta interpretes adducitur: Erit radix Iesse, & q exurget regere gentes, in eum gentes sperabunt, dicent obelo transfigēdum, & eliminandum de libris omnibus, tā Græcis quàm Latinis. Nam ex Hebræo aliter vertit Hieronymus his verbis, In illa die radix Iesse qui stat in signū populorum, ipsum gentes deprecabuntur, &c. Hæc autem si quis attentet, nō solum, vt in epistola ad Hebræos, interpretem arguit Paulinæ epistolæ, qui eā ex Hebræo vertit in Græcum, verum ipsas etiam Pauli manuscriptas epistolas, cogetur suis articulis emendare: siue, vt verius dicam, temerare, atque commaculare. Itaque, etiam si cōstaret, Hebraice Elohim non significare nisi Deum, neque aliquando pro angelis posse accipi, non tamen statim vnius hominis iudicio deberet psalterium, neque Pauli ad Hebræos epistola Græco sermone scripta emendari, neque è libris sanctorum interpretationes huic literæ respondentes, eliminari, & eradicari. Sup hæc autem & illud aduertendum est, vulgatam istam lectionem quæ ab Angelis habet, nequaquam Hebræo aduersari. Nam Elohim etiam angelos potest

Esaiæ 11.

significare, Vnde Chaldaica translatio habet, Minuisti eum minimo ab angelis, gloria & splendore coronasti eum. Felix quoque ordinis Eremitarum sancti Augustini, tametsi in contextu ponat à Deo, ad marginem tamen ponit, ab angelis. Sanctus verò Pagninus Prædicatorij ordinis, vir nō mediocriter in literis; & linguis sacris eruditus, non aliud vertit, quàm quod nos habemus, ab angelis. Nunquam autem isti ex Hebræo interpretes, Elohim vertissent angelos, nisi vocem id rectè significare indicassent. Sed & Reuclinius ille citra controuersiam Hebraicę literaturę peritissimus, in rudimētis Hebraicis, authoritatē inducit Moysis Aegyptij, in lib. perplexorum dicentis, prædictum nomen Elohim conuenire Deo, angelis & hominibus admiratione dignis. Ipse verò super hęc inueniri ait, pro idolis & iudicibus, quod etiam exemplis confirmat. Cæterum quod ad sententiam pertinet, in Elucidatione atque respondentibus annotationibus, arbitramur satis dilucide mōstratum conuenientissimam esse vulgatæ lectionis intelligentiā, eamq; multiplicem. Sed & Sanctorum authoritates euidētissimè hoc ipsum confirmat. Sententiam .n. de Deo impiam, nunquam tulissent pijssimi illorum animi. ¶Versu eodem. Et cōstituisti eum super opera. Constituisti, hoc in loco non significat simpliciter posuisti aut collocasti videlicet ſm eminentiam & excellentiā: sed valet pręposuisti, vel pręfecisti, quasi habentem ptātem: Vnde B. Hieronymus ex Hebræo vertit, Dabis ei potestatē super opera. Felix habet, Cōstituisti eum dominatorem: alij, dominari eum fecisti: quæ omnia illam quam diximus sonant intelligentiam.

## DE TITVLO PRÆCEDENTIS PSALMI.

Psalmus 8. Præter particulas supra expositas, habet in titulo dictionē quandam

quandam hactenus nusquã repertam neq; explicatã. Inscribitur.n. pro torcularibus, quò et B. Hieron. ex Hebręo vertit. Manifestum aũt est, debere nos hæc torcularia ẜm mysticum aliquẽ sensum accipere. Intelligunt.n. nõnulli Latinorũ doctores ꝓ torcularia ista, Christi Ecclesias: inter quos ille est eximius doctorum sanctus pater Aug. in huius tituli explanatione rõnes plures adducens, quibus Ecclesiæ dici debeãt torcularia. Illa aũt præcipua est, qua sic dicit Ecclesiam torcular esse, quò & areæ assimilatur, iuxta verbum Ioannis Baptistæ, dicentis de dño, ꝙ permundabit aream suam: videlicet ꝙ in ea hoc tp̃e boni cum malis sint commixti. Quẽadmodũ n. in area nõ solum est triticum, sed sunt insuper tegumenta siue folliculi in quibus nascitur & crescit triticum, sunt ẽt sustẽtamenta & defensoria inter quæ proficit, custoditur & augmentatur, & sine quibus nunquam triticum bonũ nascitur: ita in torcularibus non solus est vuæ sanguis, vt ita dicam, neq; solũ vinum, sed insuper vinacia sunt atque folliculi, in quibus gignitur, & coquitur: sunt & lapilluli, qui interitus implent & distendunt vinaciorum vteros. Atq; ita applicando similitudinẽ, dicimus ẽt in sancta Ecclesia malos esse cũ bonis cõmixtos, imò bonos per malos quodammodo sustentari atq; ẽt confirmari, & ꝓficere in bonũ. Discernit tñ nunc Deus in torcularibus vinacia atq; lapillos à sanguine vuarũ siue a vino: futurumq; aliquando est, vt vina colligat in cellaria sua, vinacia verò proiiciat ante canes & porcos, vt impleantur de eis ventres ipsorũ: quò de area dr̃: ꝙ cum ea dñs permundare volet, triticũ angeli collecturi sunt in horreum, paleas aũt conijcient in ignẽ inextinguibilẽ. Super hæc verò q̃ pr̃ Aug. pulchrius & latius declarat, adijciendũ merito existimamus, torcularia in scripturis diuersam hĩc significationem. Quodam.n. loco interrogantibus angelis illũ qui de Edom veniebat, tinctus vestib⁹, de Bozra, quare rubrum esset vestimentũ eius: rñdisse eũ legimus, qm̃ torcular calcasset. Hoc aũt torcular, sancti patres ad passionem Christi pertinere veridica expositione interpretati sunt. Videndũ aũt, ne forte illud sit torcular, pro quo hic psal. inscribitur. De passione siquidem domini præsentem Psalmũ loqui, Apostolus scribens Hebręis euidenter declarat: atque idipsum monstrat aperte præmissa Elucidatio. Neque est quòd pluralis numerus quenquam moueat. Nõ enim simplex erat torcular, quod calcauit noster sponsus sanguinum. i. non vnica erat passio, sed abundantiam passionum atq; tormentorum multiplicium, tam interius quàm exterius, ꝓ nobis subijt agnus victor, cui Psal. inscribitur. Denique sub torculari domini licebit, & seruorum torcularia comprehendere. Calcarunt enim singuli martyres suum torcular. Imo (generaliori quodam loquendi modo) omnes qui pie volunt viuere (secundum Apostoli sententiam) persequutionem perferre debẽt, suum habent singuli torcular. Legimus insuper in lib. qui Ecclesiasticus inscribitur, de alio quodã torculari, quod impletur à sapientia. Sic.n. illius operis authorẽ inibi audiuimus loquentem, In benedictione Dei, & ipse speraui, & quasi qui vindemiat repleui torcular. Ac deinde, Respicite, quoniam non mihi soli laboraui, sed & omnibus exquirentibus disciplinam. Quid verò per torcular impletum ad modum vindemiantis intelligimus, nisi cor vitali sapientia repletum, & ita repletum, vt non sibi soli sufficiat, sed vniuersis inde bibere volentibus. Atque hoc modo videamus ne forte corda infantium horũ & lactentium, de quibus in Psal. fit mẽtio, ꝓ quos laus Dei

Margin notes: Luc 3. — Esaiæ 63 — 1. Tim. 3 — Eccl. 33.

perfecta est, similiter ex aduerso & inimicorum confusio, ne horum (inquã) corda sint ista torcularia repleta admodum eius q̃ vindemiat. Vere.n. quod sequitur ipsis optimo iure proclamare licet: Videte, q̃a nõ nobis solis laborauimus, sed & oĩbus q̃ exquirunt disciplinã. Q̃ũo.n. ex torcularibus vinum oẽ procedit quo potatur mundus & oblectatur, sic ex horũ infantiũ & lactẽtium pectore, Ecclesia vniuersa suauiter potata est, & mirabiliter viuificata. Et ex his torcularibus
Prou. 9 propinat sapientia ijs quos inuitauerit vinum, quod se illis dicit miscuisse: quemadmodũ & ex his horreis panẽ suuũ depromit innitatis. Panis.n. verbi Dei, & vinũ sanctæ sapientiæ oẽ quod in Ecclesia est, ex his horreis, & torcularibus (.i. de plenitudine & diuitijs spũalib⁹ Apostolicorũ pectorũ) deprõptũ est, atq; ꝓpinatũ Ecclesię. Ecce verò, qũo iterũ in infantes & lactentes istos prolapsi sumus, à quibus & in alteris annotationibus vix tãdẽ
Mat. 21. auelli potuimus. Possemus verò de torculari illo nonnihil adijcere, qđ in vinea sua extruxisse legitur dominus vineæ, qui illam agriculis locauit. Cæ-
Apoc. 19 terum, torcula illud de quo in Apocalypsi legimus lacus videlicet ille magnus iræ Dei, in quem conijciuutur botri vineæ terræ, qui extra ciuitatẽ calcatur, ita vt sanguis exeat vsque ad frenos equorum, item & illa torcula-
Iob. 24. ria de quibus in Iob dr̃, calcatis torcularibus sitiunt, proposito nr̃o nulla ratione posse cõuenire. Insuper & illud aduertendum est, q̃ dictio Hebræa, q̃ hoc loco ponitur Gitth, ab alijs asseritur fuisse instrũ quoddã artis musicæ, quod ex Gath Philisthinorum ciuitate fuerat allatum, forsan & inibi repertũ. Cui snĩæ paraphrasis Chald. aperte consentit, quæ sic habet, In laudem cithara allata de vrbe Gath. Felix autẽ putat gẽtilem populũ hac dictione significari, dicens eam esse patronymicam, à Gath ciuitate deriuatam, tãquam si dicamus effícto vocabulo populum Gathicum. Vult aũt per hoc significari populũ gẽtiũ, sicut & ꝑ Philisthijm in scripturis, compluribus in locis, gẽtilitas significatur. Dicit itaq; sensum tituli esse, Pro populo gentiũ, videlicet quia gentilitatis ad fidẽ Christi cõuersionẽ per spũm sanctum præuidens Propheta, in huius Psalmi verba erupisset. Hacten⁹ de Psalmi titulo.

## IN PSALMVM IX.

Versu 5. Increpasti gentes, & perijt ĩpius Chaldaica paraphrasis, hoc loco sic habet, Increpuisti populum Palestinorum, perdidisti Goliã impium. Vnde patet, q̃ in titulo præmittit ꝓ morte viri qui egressus est de castris, De Golia Philistæo authorem huius trãslationis intellexisse, de quo in expositione tituli plura inuenies. Nos aũt Goliam diabolũ vel Antichristũ, & Philisthęos impios idololatras interpretati sumus. Alioqui, quid nobis cum Golia aut Philisthæis illis, qui in baratrũ iã olim absorpti sunt? Versu 6. Ex Hebræo vertit B. Hieronymus, Inimici cõpletæ sunt solitudines in finẽ. Quod intelligi potest de populis gentiũ, qui erant deserta, & solitudines inhabitatæ a draconibus & serpẽtibus, cum idola colerent. Hæc aũt deserta cõpleta sunt, finita sunt, i. solitudines diaboli esse desierunt. Sunt.n. in aduentu Christi facta habitacula ipsius & Dei. Et sic idẽ vult hæc particula qđ statim sequẽs, Destruxisti ciuitates eorũ in quibus, s. habitauerant, dũ populos gentium ipse in possessionẽ ad inhabitandum occupasti. In sequẽti aũt versu, ex Hebræo vertunt cõcorditer oẽs, Perijt memoria eorũ cũ ipsis, neq; fit de sono vel, sonitu vlla mẽtio. ¶ Versu 9 Et factus est dñs refugium pauperi. Pro refugio, priore loco, & adiutore secundo loco, in Hebræo

bræo eadem dictio est mi'gab, qđ B. Hieronymus vtrobiq; vertit eleuationem. Erit dñs(inquit) eleuatio oppresso, eleuatio opportuna in angustia. Felix priori loco munimentum, secũdo protectionẽ trãstulit. Cõueniunt aũt hæc oĩa in idẽ. Pauperibus n. dñs refugium est, ad quẽ securũ possint & debeant habere recursum: est eis adiutor, in auxiliũ paratus: est exaltatio & eleuatio, qm̃ de pondere tribulationũ & oppressione eos subleuat, & exaltat, ꝑ liberationẽ, facitq; vt nõ succũbant, sed victores magis euadant: est
Phil. 4. munimentũ, est protectio atq; defensio eorum: est insuper & fortitudo eorum, in quo gloriantur sese oĩa posse, & oĩa facile perferre atque superare. ¶Versu 17. Cognoscetur dñs iudicia faciens. Hunc versum aliqñ secus vertunt ex Hebræo interpretes. Hieronymi versio sic habet, Agnitus est dñs, iudicium faciens. Felix vertit, Notus dominus, iudiciũ fecit. Quod de diabolo & eius cultoribus, impietatis contra Deum & Christum ꝓmotoribus, rectè intelligitur. Iam. n. experti iudicium dñi, agnouerũt illum quẽ prius contẽpserant, & agnoscere recusabãt. Aut accipiatur tp̃s præteritũ pro futuro secundum expositionẽ quæ in elucidatione posita est. Sequẽtẽ aũt partẽ vertunt, In opere manuum suarũ corruit vel illaqueatus est impius, quod nostrã lectionẽ clarius explicat. In fine aũt huius versus, particula quędam in Hebræo ponitur, s. Higaiõ, qua si separatim, absq; cõnexione cũ vlla vel præcedenti, vel sequenti dictione: neq; tamen sensum vllũ ꝑ se põt cõpletum efficere. Pro qua dictione, in translatione beati Hierony. oĩno nihil versum inuenitur, Felix aũt dicit eam significare canticum, vel meditationem, vel loquutionẽ. Ita aũt exponit hanc particulam, vt ad statim præcedentem vltionẽ impiorum referatur, vt sit sensus, Cantabunt siue exultabũt iusti, supple de hac vltione. Aut meditatio vel loquutio. i. vnusquisq; meditabitur & loqueť de hac vltione. Sanctes Pagninus paraphrastice ita legit, Meditatio in sæculum, est salus hæc. Et Chald. paraphr. Gaudebunt iusti in æternum. ¶Versu. 21. Constitue dñe legislatorem super eos. B. Hieron. vertit pro legislatorẽ timorem, hoc modo, Pone dñe timorem eis. Cui consentit translatio Chald. Incute domine timorẽ eis. Iuxta quã lectionẽ petitur, Ps. 66.
B vt super gentes veniat timor domini, nimirum vt cognoscant & metuant eum oẽs fines terræ: quanuis posset, & in malã partem interpretari. Rectè tñ nostra lectio habet legislatorem. i. rectorem, doctorem, præceptorẽ. Vox enim Hebręa vtranque hẽt significationem, vnico tm̃ puncto uariata. Nã si morh legatur, significat timorẽ vel terrorem. Si verò moreh ꝑ segol legatur, doctorem & præceptorem significat. Felix aũt vertit in contextu, Pone
C domine iugũ ipsis. Quod rectè de iugo illo accipi põt, de quo Saluator in Euangelio ait, Iugũ meũ suaue est, iugũ, s. fidei & legis Euangelicæ, per qđ humilitatẽ discunt hoĩes qui ipsum suscipiunt, & suæ vtilitatis memores libenter se Deo subijciũt. Vnde & Saluatorẽ audimus in Euangelio clamãtem, Tollite iugum meum super vos, Matth. 11
& discite à me quia mitis sum & humilis corde. Ad idẽ referri põt timor ille, si tamen sanctus, castus, atq; Euã
D gelicus timor intelligatur. Itaq; hæc diuersitas potest in vnitatem facile reduci. ¶Versu 26. Pro inquinatæ sunt &c. B. Hieronymus vertit, parturiunt (inquit) viæ eius in oĩ tp̃e. Põt aũt parturitio ista intelligi (secundũ qđ in Psal. 7. dictum fuit) de impio parturiente iniustitiam. Semper. n. parturiunt ipsi & meditantur, quõ innocentes opprimãt. Vnde Felix vertit, Dolore afficiẽt viæ eius, iustum videlicet, contra quẽ in omnibus vijs suis meditať impijs.

Alij vertunt, Prosperabuntur viæ eius in oĩ tpe.¶Versu 27. Auferuntur iudicia tua a facie eius. Ex Hebræo vertit Felix. Excelsæ iudicia tua à conspectu eius, vel excelsa iudicia tua, quod clarius aliqñ verti posset. In altitudine sunt iudicia tua coram eo. Clarissimè verò reddidit Hieronymus, Lõge sunt iudicia tua à facie eius. Oĩum aũt horum simul nostræ vulgatæ lectionis, vna eademq; snĩa est. Quod.n. excelsæ vel in altitudine supra nos est, id à cõspectu nostro elongatum est, à facie nostra ablatum vel absconditum, vt non videamus. Atq; ita sunt Dei iudicia in altitudine posita, & ablata siue remota à facie impiorum. Nesciũt.n. videre aut considerare illa.¶Versu 32. & 33. Insidiatur vt rapiat pauperem. Iuxta distinctionem quæ in Hebræo est, vltima particula prioris versus iũgitur cum principio posterioris ad hũc modum, Insidiatur vt rapiat pauperem, rapere pauperem, dum attrahit eum in rete suum, aut in laqueũ suum. Quod aũt sequitur, humiliabit eum, inclinabit se, & cadet, &c. admodum diuersimode diuersi transferũt, Beatus nanq; Hierony. sic legit, Et cõfractum, s. pauperẽ subijciet, & irruet viribus valenter: quod per oĩa apte respondet illi snĩæ, quam in Elucidatione expressimus. Felicis aũt versio sic hẽt, Subsidebit, humiliabitur, & cadet in fortitudine eius exercitus contritorum. Cuius lectionis snĩa est, impios interdum abscondere se, & occultare fraudulentiam, vt deinde in tota fortitudine irruant, quasi ex improuiso: quemadmodum aucupes subsidunt, & inflectunt sese, vt non videantur à multitudine auium, quas cupiunt in rete suum attrahere, sicq; ex improuiso oẽs illaqueant. Potest etiam intelligi secundum hoc quod frequenter tã diabolus q̃ ministri eius infirmitatẽ simulant, vt magis sæuiant: qũo in vita magni Antonij legimus, spiritum malignũ in specie nigri pueruli se se pedibus viri sancti prostrauisse, quasi victum sese confitendo, vt eum sic vel in gloriã eleuaret, vel in securitatẽ adductũ facilius post deciperet. Huic snĩæ consonat, quod vertit Felix contritum humilemq; se ostenderet, &c. & quod habet Chalda. paraphrasis. Simulat ægritudinem & debilitatẽ, caditq; in fortitudine insidiarum eius pauper.

## DE TIT. PRÆCEDENTIS PSALMI.

Psalmus 9. Titulus præmittitur, iuxta vulgatã lectionẽ, Pro occultis filij. Quod sancti doctores referũt ad Christi aduentũ in carnẽ: qui verè occultus erat, quoniam sub forma serui dñs apparebat, & sub humanitate diuinitas latebat abscõdita. Et de hoc aduentu fit in hoc Psalmo mentio, qñ de generis humani deliberatione, inimici destructione, & gentium conuersione, prolixa narratione multa describuntur. Item & de iudicio discretionis, quo nunc electos Deus à reprobis separat secundum meritum, illis gratiam misericorditer largiens, hos iusto suo iudicio in odio & reprobatione derelinquens. Est autẽ & hoc iudicium admodum occultum, hinc enim Apostolus præ admiratione exclamabat, dicens, O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei, quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius. Sed & secundus Christi aduentus & extremum iudicium, de q̃bus in hoc Psalmo fit mentio, tametsi tunc cum fient, manifesta erunt omnibus, nunc tamen occulta sunt & abscondita. Propter quòd, ꝑ his omnibus occultis filij Dei Christi domini, rectè dixerimus cantari hũc psalmum, & intitulari pro occultis. Ex Hebræo tamen aliter vertunt interpretes. Nam Hieronymus vertit

super

sup morte filii: quō ēt Symmachū ait ex Hebræo transtulisse. Verum super hoc titulo quæstio exoritur, quare super morte filii hic Psal. inscribatur, cū de morte filii nulla hic fiat mētio, sed potius de victoria Christi, in dæmonis humiliatione & gentiū conuersione, maxime vsq; ad vers 22. à quo loco secūdū Hebræorū distinctionē Psal. alius inchoatur. Pōt aūt hæc difficultas facile solui dicendo, ob hoc intitulari Psalmum pro morte filii, qm̄ oīs illa de diabolo victoria & humani generis liberatio, gentiumq; ad fidē cōuersio, & à portis mortis extractio per filij mortē perfecta fuerunt. Moriens enim filius agnus Dei, fecit oēm illā victoriā. Ait B. Hieronymus septuaginta interpretes Christi mortē & resurrectionē (q̄ ignota prius mūdo fuit) per verbū ascensionis celare voluisse, ne à gentibus illo tpe facile hoc mysterium nosceretur. Et secundū hanc snīam occulte idem indicatur per abscondita filii, quod per filii mortem. Alii vertunt. Pro iuuentute filii. quomodo B. Hierony testatur vertisse Aq lem interpretē. Atq; ita per filiū pulchre intelligitur populus fidelium, in tēpore grāæ, quasi in iuuentute sua flo rēs primitiis spūs, & gratiæ, doctrinæ, atq; miraculorū splendens. Vel per iuuentutē filii intelligatur resurgentis & victoris Christi glorificatio. Alii rursum vertunt, pro iuuentute: sed particulam sequētē labē, dicunt significare candidā vel splendidā, vertuntque, pro iuuentute splendida, vel Psalmus iuuentutis splendæ: qm̄ videlicet de splendore & pulchritudine nascētis, ac proficientis Ecclesię, Psalmus potissimum loquitur, similiter & de Christi post resurrectionē triūpho & gloria, quæ aliquo modo potest iuuētus splendida appellari. Rursum alii vertunt quidem cum Hieronymo & Symmacho, pro morte uel super morte, sed sequentem in Hebræo dictionē laben, accipiunt pro insipiente per trāspositionē literarum, putantes laben dictū esse pro nabal, q̄ stultū sonat, vel insipiētē, iuxta quod exponit Abigail loquens de viro suo coram Dauid, pro salute domus suæ, ac dicens, Ne ponat oro dn̄s meus rex cor suum super virū istum iniquum Nabal, qm̄ secundū nomen suū stultus est, & stultitia est cum eo. Iuxta hāc itaq; intelligentiā vertunt, super morte insipientis. Qd̄ pōt intelligi de destructione hostium Christi, vt pote vel diaboli, qui insipiētissimum sese demonstrauit, atq; etiā num monstrare non desinit, cum se Deo & Christo opposuit & vsq; modo repugnare non cessat. Huius.n. interitus & mors, initio statim Psalmi describitur. Aut de populo Iudæorū: nimis insipienter missum sibi saluatorem respuente & oppugnante: q̄ Ecclesia gentium surgente, excæcati sūt, atq; ita vere mortui. Itē & de oībus impiis, quorum interitus & mors per Christi iudiciū in præsenti psalmo describit. Specialiter quoq; ad illum vessimum Nabal, & superbe nimiū stultum Antichristum aptari pōt titulus, de quo pars psalmi posterior spālius loquitur. Licet.n. psalmum hunc videant ur Hebræi distinguere, quia tñ nō pręmittit sequēti vllus titulus, qua si sub isto simul in vnum cōprehendit iuxta multorū snīam. Nonnulli verò, ēt ad literam putant hunc psalmum à Dauid pro morte insipiētis Nabal fuisse cōpositum, cū audita morte illius dixisset, vt Regum narrat historia, Benedictus dominus qui vindicauit causam opprobrii mei de Nabal, & seruū suum custodiuit à malo, & malitiam Nabal reddidit dominus i caput eius. Alii, Goliat Philisthæum intelligunt: verum hæc postrema minus apparēt probabilia. Quæ prius dicta sunt, plus videntur habere auctoritatis ac que dignitatis, quantum ad sententiæ pondus attinet.

Marginalia: A; 1 Reg. 25; B; C; D; 1. Reg. 25

## IN PSALMVM X.

VErsu.2.Ex Hebræo vertunt in secunda parte versus, Posuerunt vel præparauerũt sagittas suas super neruũ: pro quod nos habemus, Parauerunt sagittas suas in pharetra. In illo apertius denotatur malorũ cupidus ad nocendum aĩus. In hoc autem occultum insidiarum, & fraudolẽtia nocere cupiẽtium apertius insinuat: quõo in annotationibus alteris, latius explicauimus. Sñia aũt idẽ reuertitur. ¶Versu 3. Qm̃ quæ perfecisti destruxerunt. Dictionẽ hasathoth varijs modis transferunt interpretes. Septuaginta enim verterunt, quæ tu fecisti vel perfecisti.i. perfecta. B. Hieronymus vertit, leges Qm̃ leges, inqt, dissipatæ sũt. Felix vertit, fundamenta. Qm̃ fundamenta, inquit, Chald. translatio similiter habet, Si fundamenta subuerterit, iustus quare operatus est bonum? Alij vertunt retia, quõo & Felix testatur rectè trãsferri posse. Videretur aũt gñalius vertere, & minus sñiam stringere qui verteret, quæ posita sunt. Hic.n. & leges, & fundamenta & retia manifeste comprehenduntur. Hæc.n.oĩa poni dñr. Sed & ea quæ perficiuntur ab aliquo, & in sua perfectione stabiliuntur rectè poni dicimus. Prædictorum verò expositionem per singula nõ prosequimur, contenti ea quã in Elucidatione, ac post eam in annotatione expresſimus, Ex his.n. difficile non erit versiones alias intelligere. ¶Versu 5. Oculi eius in pauperẽ respiciunt. In Hebræo nõ additur in pauperem, sed simpliciter hr̃, Oculi eius vident vel respiciunt: ad significãdum videlicet, diuinis conspectibus patere vniuersa, neq; omnino quicquam esse quod illum licet in altissimis residentem, possit latere. Loco aũt verbi interrogant, Hieronymus similiter & alij interpretes cõstituunt verbum probat: quod secundum eandem intelligentiã accipiendum est, secundum quã supra exposuimus interrogant. ¶Versu 6. Qui aũt diligit iniquitatem, odit aĩam suã. Huius versus secundã partẽ aliter ex Hebræo vertunt, quàm habeat vulgata lectio, in hunc videlicet modum, Diligentem iniquitatem odit animam eius: vt eius referatur ad dominum, sitq; sensus, Animam Dei odio habere eos qui diligũt iniquitatem. Cuius dicti sñia clarissima est, si tm̃ intelligatur quõo in scripturis attribuatur anima Deo: qui tamen sicut non corpus, ita nec animam habet. ¶Versu vlt. Aequitatem vidit vultus eius. Secundã hanc partem versus, diuersimode ex Hebræo transferunt. Hieronymus.n. vertit, Rectum videbunt facies eorũ: hoc est, vultus eorum quos Deus dilexit, videre debent, probare, atq; sectari quod rectum & bonum est. Atq; in eãdem ferè sñiam vertit Felix ad marginem, Rectè aspicient facies illorũ. Alij vertunt, Rectũ videbit facies eius. Quod si secundum genus neutrũ intelligatur, idem est cum vulgata nostra lectione: Similiter & illud quod Felix in contextu vertit, Rectum aspicient vultus eius. Erit n. sententia, Dei vultum aspicere quod rectum est. hoc est, æquitatem. Si verò secundum genus masculinum, sententia est, Deum aspicere rectos & simplices. Rursum verò ab his omnibus diuersam sẽtentiam habet Chaldaica paraphrasis in hunc modum, Recti videbunt iocunditatem facierum eius.

## IN PSALMVM XI.

VErsu 4. Labia nostra à nobis sũt. Ex Hebræo vertunt concorditer interpretes, Labia nostra nobiscũ sũt. Iuxta quem modum habet etiam psalteriũ Augustini, pro, à nobis, ponens, apud nos, quod est nobiscum. Puto autem illud nobiscũ accipi debere, vel vt idem sit quod à nobis: quoniã videlicet

delicet ex naturali generatione lin- A guam vt cætera membra, accipiunt homines: vel vt sonet, in potestate nostra: quasi dicant impij, Linguam nostram in potestate nostra habemus, quur non loquamur quodcunque visum fuerit? Pro magnificabimus aût vertunt ex Hebræo roborabimus, qđ eandem ferè habet sñiam. Nam & vulgo robustam aut fortem linguam habere dñr, aut in lingua robusti esse ac fortes, qui linguam habent magniloquam atq; superba iactantem. ¶ Versu B 5. Propter miseriam inopum? Pro miseria ex Hebræa concorditer vertunt vastitatem. Quod Euangelico sermoni satis apte respondet, cum Saluator turbas aspiciens, describitur earũ misertus, qm̃ erant iacentes, vexati & desolati, tãquam oues non habentes pastorem, ac proinde (quod necessario consequitur) luporum morsibus parentes. Propter hanc ergo vastitatem, & miseriam, pollicetur nunc exurgere dominus: quemadmodum & illo C in loco misericordia motus est vt mitteret operarios in messem suã, mitteretq: discipulos in prædicandum regnum Dei ¶ Versu 6. Ponam in salutari, fiducialiter agam in eo. Quantum ad secundam partem attinet, aliter ex Hebræo vertunt interpretes, sed variãt inter sese plurimum. Beatus. n. Hieronymus oĩum facillime vertit, iuxta sẽtentiam ferè nostræ lectionis, Ponam in salutari auxilium eorum. Felix in cõtextu vertit, Ponam in salute, loquetur pro ipso. Cuius sententia est, Ponam pauperem & inopem in salute. i. saluum faciam illum, & pro ipso loquar, pro ipso agam, ero illi aduocatus, patronus, & liberator. Ad marginem autẽ ponit, illaqueabit, quod exponit, Eripiam ipsum iustum ab illo qui posuit laqueum illi. Sãctes Pagninus paraphrastice vertit in hunc modum, Ponam eum in salutem, ab eo qui deridendo sufflat in eum: hoc est,

Matth. 9

Ibidem.

saluabo eum de manu opprimentis, qui ipsum habuit pro nihilo, atq; cõtempsit. Alius ex Hebræo vertit, Ponã in salutẽ: flatus erunt, vt prius ad pauperes referatur liberandos, posterius verò ad malos & dæmones opprimentes, qui ante faciem Dei exurgentis erunt quasi flatus, & sicut fumus deficient. Chaldaica paraphrasis diuersã adhuc à prædictis habet sententiam: Statuam, inquit, redemptionẽ populo meo, impijs verò testificabitur malitia. Cuius sensus esse videtur, q̃ impijs prædicabitur & manifestabitur per Christum saluatorem sua malitia. Quod bene quidem in Christi persona impletum agnoscimus, quem propter increpationem malitiæ peccatorum, crucis mortem per inuidiã sustinuisse credimus. Deinde, ꝑ eius spiritum post ascensionem demissum, ꝑ vniuersum orbẽ cognoscimus latius pleniusque perfectum, quoniam ipse est, qui per Apostolos cæterosq; fideles (iuxta Christi promissum) mundũ arguit de peccato: quiq; vsque hodie non desinit testificari impijs malitiã suam. ¶ Versu 7. Argẽtum igne examinatum, probatum terræ, purgatum septuplum. Hunc versum ex Hebræo diuersimode transferunt interpretes. Beatus enim Hierony. ita legit, Eloqa domini, eloquia munda, argẽtũ igne probatum, separatum à terra, colatũ septupliciter. Quæ lectio non discordat à nostra, nisi quòd probatum terræ clarius vertit, separatum à terra, D cum eadem sit sententia. Felix loco illius, Argentum igne examinatũ, probatum terræ, vertit argentum conflatum vel examinatum à domino terræ: quod non habet difficilem intelligentiam, quandoquidem omnem mũdiciam quæ in eloquijs domini est. i. oẽm veritatem, fidelitatem, vtilitatẽ, & quicquid in eis boni est, manifestũ est à domino terræ (qui est Deus) & non aliunde procedere. i. non ab hu-

Ioan. 16

mana sapientia aut eloquentia, sed ex E virtute Dei. Chaldæa ait paraph. loco prędictę particulæ ponit vas alchimicum siue infusoriũ: q̄m in hmõi vasis purgatur argentũ. De qua re in prioribus annotationibus nonnihil dictũ meminimus. ¶ Versu penultimo, Tu dñe seruabis nos. Quod nos habemus sub prima p̄sona, seruabis nos: vertit beatus Hieronymus tertia p̄sona, gñe neutro, dicẽs, Tu dñe custodis ea: vt q; referri debere snia ad eloquia, vt sit sensus, Tu seruabis eloquia tua, tu ad- F implebis p̄missa tua: & verba q̄ procedunt de ore tuo, nõ facies irrita. Alij vertunt gñe masculino, Tu dñe seruabis eos, iustos. s. quõ expresse ēt habet Chaldæa translatio, Tu cõseruabis iustos, custodies eos, &c. q̄ lectio nostræ concordat. ¶ Versu vlt. In circuitu impij ambulant: scd̄m altitudinẽ tuam multiplicasti filios hoĩum. Hũc versũ quantũ ad partẽ scd̄am, longe aliter ex Hebręo vertunt interpretes, q̄ hẽat vulgata nr̄a lectio septuaginta interpretũ. Sed neq; ipsi inter sese consentiunt, q ex Hebræo versiones fecerũt. B. n. Hieronym' sic hẽt, In circuitu impij ambulant, cũ exaltati fuerint vilissimi filiorũ hoĩum Cuius lectionis poterit valde cõueniẽs assignari snia, s̄m expositionẽ in annotationibus præcipuis monstratã, de exclusione à regno superno, vt p̄ vilissimos filiorũ hoĩum intelligantur pauperes & inopes, de quibus in superioribus versibus dictũ fuit: q sane in hoc mundo ab hoĩbus H huius sæculi despiciuntur, contemnũtur, & quasi vilissimi filiorum hoĩum reputantur: quemadmodum ipse de

1.Cor.4 sese testatur Apostolus quodam loco, sic dicens, Puta q Deus nos Apostolos quasi nouissimos ostendit, tanquam morti destinatos. Et iterum. Tanquã purgamenta huius mũdi facti sumus oĩum perispema vsq; adhuc Et in lib.

Sap.5. Sapiẽtiæ dicunt de iustis impii, Hi sũt quos aliq̃n habuimus in derisum, & in similitudinem improperii. Nos insensati vitã illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore. Hi itaq; vilissimi ac despectissimi filiorum hoĩum, cum fuerint per Dei misericordiam exaltati, cõputatique fuerint inter filios Dei & sorte inter sanctos acceperint, ambulabunt impii in circuitu. i. foris stare cõpellẽtur, clausa ianua, pueris in cubili existentibus: Mat.25. Luc 11.
& veluti plorantes atq; eiulantes ambulabunt per circuitum ciuitatis, à qua se exclusos conspexerint. Põt tñ & aliter hæc lectio intelligi, de exaltatione tp̄ali quæ in hoc mundo est, ad hunc sensum: Cum in hoc mũdo exaltati fuerint, & in ptãte siue authoritate eleuati (quod non rarò fieri videmus) hoĩes impii, nequissimi atq; vilissimi, qui non sunt digni vt ferantur à terra, sur tq; velut fex & sordes terrę: tunc in circuitu eorum ambulant impii adulatores & ministri eorũ, & adglomerantur in circuitu eorum peruersi in magna multitudine, adhærentes eis, ad consummationem malitiæ suæ. Vr aũt prior snia magis cõueniẽs. Chaldaica paraphrasis hoc loco sic habet, Circumeuntes impii ambulãt, tãquam sanguisuga, quę sugit sanguinẽ filiorum hoĩum. Quæ lectio aperte fauet expositioni supius positę in prioribus annotationibus, de cupiditate nocendi impiorum contra bonos: neque difficilem habet intelligẽtiam. Felix vertit, Cum exaltabuntur opprobria filiis Adam, vel, cum exaltabitur vilipendia filiis Adam. Rursum aliter Sanctes illud, Cum exaltati fuerint, iũgit cum præcedẽtibus, ad hũc modũ, In circuitu impij ambulant, cum exaltati fuerint: ac deinde subiungit, Vtilitas est filijs hoĩum. Iterum alius vertit, Cum exaltati fuerint epulones aut commessatores filijs hoĩum. Nos verò singulorum prosequi expositiones omittimus, ne supra modum efficiamur prolixi: maximè cum in prioribus

bus

bus annotationibus, atq; êt nũc in his ipsis, abunde multiplex huius loci assignata sit intelligentia.

DE TIT. PRÆCEDENTIS PSALMI.

DE titulo huius Psalmi, qui inscribitur pro octaua, iam superius copiosè dictum est post annotationes Psalmi sexti, qui eandem tituli habebat inscriptionem. Tantum hoc loco videtur indicandum, quomodo huic Psalmo talis conueniat titulus. Dicendum ergo quòd si octauã intelligimus, iudicij diem, non male hic Psalmus pro octaua inscribitur, qui contra peccatorum abundãtiam profertur, postulans saluationẽ misericordiæ a terrore illius diei, im piis aũt perditionẽ quæ tum futura est, prænũcians cum ait, Disperdat dominus, &c. Si verò octauã pro requie æterna accipimus, nec sic Psalmo titulus male conuenit, qm̃ statim in principio ad illam aspirat, clamans, Saluũ me fac: in medio quoque Saluator promittitur, & in fine electorum ad illam multiplicatio. Rursum, si pro instro musico octo chordarum accipimus octauam, dixerimusq; (vt superius dixisse nos meminimus) epinicia esse .i. læta victoriæ cantica quæ in eo cantãtur, non multum aberrabimus à veritate. Tametsi.n. Psalmi principium sit gementis hominis, medium tamẽ magnæ victoriæ per Christum saluatorẽ depromit mysterium: & finis gloriosum narrat electorum fœlicitatis æternæ triumphum.

IN PSALMVM XII.

VErsu 1. Vsq; quo domine obliuisceris me in finem? Obliuisceris legendum est penultima longa. Est enim temporis futuri, Quemadmodũ ex Græco atq; Hebræo est manifestum. Vtrobique enim futurum tempus aperte conspicitur. Obliuisci autẽ in finẽ, est oĩno derelinqui: quomodo illorum obliuiscimur, quorũ vltra nõ recordamur. Atq; in hanc sẽtentiam clarè vertit ex Hebræo Hieronym. Vsquequo domine obliuisceris mei penitus? Alii vertunt, semper, vel in sæculum vel in æternum. Omnia autem eandem sententiam habẽt. In secunda tamen parte tempore præsenti est legendum, Vsquequo auertis faciem tuam? quoniam ita habet Græca lectio, tametsi Hebræa etiam hoc in loco habeat futurum. ¶ Versu 2. Dolorem in corde meo per diem. Pro dolore vertit Felix anxietatem, & eadem sententia est. Dolor enim cordis, quẽ sibi inesse confitetur, gemens in hoc Psalmo, non aliud quàm anxietatem & angustiam animi tribulati, propter persequutionis grauitatem & lapsus periculum, maxime autem ob diuinæ consolationis absentiam significat. ¶ Versu. 4. Obdormiam in morte. In Hebræo sonat, ac si dicas, Dormiam mortem, hoc est, dormitionem mortis, quod est dormire morte, siue obdormire in morte. ¶ Versu 5. Si motus fuero, intelligi potest, si lapsus fuero, si cecidero, aut si declinauero, quẽadmodum habet Chaldæa paraph. Si declinauero à semitis tuis, Aut si mutauero, hoc est, ad casum fuero inclinatus, vel si cadere cœpero, aut etiam si hæsitauero, aut cespitauero à via iustitiæ. Tam enim cupidi sunt inimici perditionis nostræ, vt non solum gaudeant, cum nos viderint iam prolapsos, & extra uiam positos, verumetiam cum ad casum tantum declinantes aut lapsui propinquos conspexerint. Quemadmodum econtrario gaudium est angelis Dei cæterisque fidelibus salutis proximorum percupidis, non solum cum peccatorem vident resurrexisse ad pœnitentiam, sed mox êt vbi illũ viderint pro- Lucæ. 15

posi-

positum concepisse resurgendi, agendiq; pœnitentiam. ¶ Versu 6. Et psallam nomini dñi altissimi. Hæc particula in Hebræo non hr. Et pro eo qđ habemus, qui bona tribuit mihi, non habetur nisi, qui retribuit super me, vel qui reddidit mihi. Quod manifestum debere accipi secundum sententiam nostræ lectionis, qui bona retribuit vel dedit mihi. Vnde Chald. paraphrasis habet, Laudes dicã corã Deo, quoniam mecum benigne egit.

## IN PSALMVM XIII.

VErsu 1. Corrupti sunt & abominabiles facti sunt. In Hebræo habentur verba actiua, tãquam si dicas, Corruperunt, abominabile fecerunt: sic in priori parte subaudiri oportet accusatiuum, semetipsos, vel viã suã, vel studia sua. Hierony. nobiscum vertit, per verba passiua, Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt, sed pro eo quod sequitur, in studijs suis, vertit studiose: quod secundum eandem sententiam potest accipi. Versu 3. Si est intelligens aut requirens Deum loco illius, requirẽs Deum, Chal. parap habet, quærens eruditionem a cõspectu Dei. Secundum quem intellectum, requirere Deum, est illum vt præceptorem requirere, & illuminatorem in uia iustitiæ. Videtur tñ prima facie cõuenietius, vt intelligatur quęrere Deũ qui illi cupit & studet placere. Alterũ aũt in altero includitur. ¶ Versu 4. Simul inutiles sunt, B. Hierony. vertit ex Hebræo, Simul conglutinati sunt, Qđ intelligendũ puto de consensu & societate malorum in sua prauitate. Adhærent namq; fortiter sibiinuicẽ, ꝑ malam viscositatem iniquitatis, quæ eos veluti in vnum compingit & cõtinet. Alij vertunt nobiscum, abominabiles sunt, aut corrupti sunt, siue cõputruerunt, vel fœtuerunt. Sunt autẽ hæc adinuicem ferè cõiuncta, neq; est

E inter ea secundum rem multa distantia. Res n. corrupta, consequitur, eam ad nihilum vltra esse vtilem, non aliquo iam conducere, neq; vllam amodo habere gratiam, sed ipsa fit ad omnia inutilis, ac proinde despecta, odiosa, contempta, & abominabilis: quẽadmodum de sale ait dñs, quod cum infatuatum fuerit vel euanuerit, (hoc est corruptũ fuerit, suaq; virtute priuatum) ad nihilum vltra valet, nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Matth. 5

F Carnes quoque mox vt corrumpuntur, abominabiles fieri incipiunt, tam quo ad esum, quàm quo ad olfactum, & prorsus fiunt inutiles. Atque ita per omnia impij declinãtes à iustitia, quasi sale sapientiæ priuati, mox inutiles fiunt & abominabiles, & fœtent in naribus domini Sabaoth atque sanctorum eius. ¶ Versu 5. 6. & 7. Sepulchrum patẽs, &c. Versus hi tres in Hebræo, non hñr, hoc sane in loco: in alijs tamẽ Psalmis, partim eos licebit diuersis in locis inuenire. Quinti

G enim versus pars, prior videlicet, Sepulchrum patens est guttur eorũ, linguis suis dolose agebant: psalmo quinto continetur. Quæ sequitur aũt, Venenum aspidum sub labijs eorum. Ps. 139. illud autem quod proxime sequitur, initium versus sexti, Quorum os maledictione, & amaritudine plenũ est. In psal. 9. habes. Reliqua aũt q̃ sequuntur, finis, s. versus sexti, & principium septimi, id est, totũ hoc, Velo-

H ces pedes eorũ ad effundendũ sanguinẽ Contritio & infelicitas in vijs eorũ & viam pacis non cognouerunt, non videntur vsquam, nisi forte secũdum sñiam in psalmis haberi. Apud Esaiã aũt inueniuntur libri eius, ca. 59. Sciẽdum tamen est, ꝙ Paulus Apostolus 3. c. epist. ad Roma. omnes hos versus tanquam ex contextu psalmi recitat, & adducit in testimonium. Quapropter mirum valde est in nullis non solum Hebraicis neque Chaldaicis, sed

neque

neque in Græcis exemplaribus, tres illos versus inueniri. Satis .n. apparet in Græcis codicibus iuxta septuaginta interpretes partem istam olim fuisse habitã ex allegatione Pauli, qui incitando plerunq; solet illorum translationé adducere. Quã suspicioné siue opinionem ét confirmat Augustinus Iustinianus episcopus Nebiensis, vt in diuersis linguis apprime eruditus, ex vtraq; Arabica interpretatione, Syra videlicet & de Aegyptia, in quibus ista dicit haberi, q̃ Hebræa & Græca modo non habent: quas interpretationes, Syram videlicet & Aegyptiam, non dubitat ipse ex Græco esse desumptas: simul ét adducés quod modo diximus ex allegatione Pauli in epistola ad Romanos. ¶Versu 8. Qui deuorant plebem meam sicut escam panis. Ex Hebræo vertit Felix, Comedentes populum meum, comederunt panem: q͏̃d ipse tantundem valere ait, ac si dicat, Comedentes populum meum, ac si comedissent vel comederent panem. Ad modum autem rectè hæc, cõsonat cũ sñia, quã supra in Elucidatione expressimus. In sequẽti aũt versu ex Hebræo non habetur, Vbi non erat timor, sed tãtum, Illic timuerunt timore. Quod nõnulli ad statim sequens referunt, dicentes impios illic timere, inde timorem concipere, q͏̃ dominus in generatione iustorum habitet, tanquam eorum protector, & vindex. In Græco tamen habetur, iuxta quod nos in Latinis habemus exemplaribus. Et forsitã interpretes subaudiécũ illud existimarunt, quod adiecerunt. Neq; multum dissimilis est lectioni nostræ paraphrasis Chald. quæ & ipsa supra Hebraicam literam nonnulla verba adijcit, habet in hunc modum, Ibi timuerunt timore mendacium, quod non docebat timere.

## IN PSALMVM XIIII.

Versu 2. Qui ingreditur sine macula. Quod nos habemus, sine A macula, ex Hebræ ouertũt aliqui, Qui ambulat perfectè, vel in perfectione: quod cum nostra lectione coincidit. Sine macula .n. ambulat qui perfectè ambulat: & econtrario. Beatus auté Hieronymus, item & Felix nostro more vertunt, Sine macula. ¶Versu 3 Qui non egit dolum in lingua sua. In Hebræo habetur vocabulum Ragal: q͏̃d significat annotare, deferre, accusare, diffamare, detrahere, vt ait Ioannes Reuchlinius in rudimentis Hebraicis, B addens præsentem locum psalmi rectius transferri potuisse. Qui non detulit sup lingua sua. Felix vertit, Qui nõ detraxit, detulit, vel susurrauit lingua sua. B. aũt Hieronymus diuersum ab his omnibus uidetur reddidisse, dicens: Qui non est facilis in lingua sua. Quod tamen secundum sñiam cum prædictis conueniet si intelligamus, facilis ad delationem, detractionem, aut accusationem. Cui etiam cõsonat quod habet paraphrasis Chal C daica, Non facile detrahit lingua sua. ¶Versu 5. Qui iurat proximo suo, & non decipit. Initiũ huius versus multo aliter in Hebræo habetur, quã uulgata habeat lectio. Sic .n. uertit sacer Hieronymus, Iurat ut se affligat, & nõ mutat. Felix similiter. Iurauit affligere uel ut cõteret, aut humiliaret (supplẽdo seipsum uel corpus suum) & non mutabit. Atq; ita habet etiam Chald. translatio intelligitur aũt hæc lectio de firmitate propositi, uoti, & iuramẽ D ti boni: cuiusmodi est semetipsum affligere per pœnitentiam atq; opera uirtutis, quæ circa difficilia sunt, & secundum sensum affligunt hoies. Regnum enim cœlorum uim patitur, & uiolenti rapiunt illud. Et (iuxta saluatoris uerbum) odio habere oportet etiam animam nostram, si ipsum sequi uolumus: quòd profectò absque sui ipsius afflictione nequit fieri. Et quia minimum est proponere, uouere, iurare, nisi impleatur Matth. 11 Lucæ 9.

pro

promisſio, idcirco dicitur, Iurauit af- E
fligere, & non mutat.

IN PSALMVM XV.

VErſu 1. Bonorum meorum nõ indiges Ex Hebræo iſtud ambigue vertitur. Quidam .n. iuxta ſniam prædictæ lectionis vertunt, Bonitas mea non eſt ſuper te, vel pro te, vel ad te: hoc eſt, bonum meum nõ confert tibi, neq; tu indiges bonorum meorum, intelligendo per contrariũ: ſed F
tua bonitas pro me eſt, & confert mihi, & ego tuis egeo. Alij autem vertũt, Bonum meum non eſt niſi à te: aut, Bene mihi non eſt ſine te, vt habet Hieronymus. Cui lectioni cõſentit quod habet Chald. paraph. Bonum meum non procedit niſi à te. ¶ Verſu 2. Sãctis qui ſunt in terra eius mirificauit oẽs volũtates meas in eis. Hebraica lectio ad verbum ſic habet, Sanctis qui ſunt in terra, & admirabilibus vel magni-
ficis vel fortibus, omnis voluntas mea G
in eis: qđ clarius dici poſſet, hoc modo, In ſanctis qui in terra ſunt, & admirabilibus vel fortibus eſt omnibus voluntas mea. Intelliguntur autẽ hic admirabiles, ſiue magnifici & fortes, ijdem qui & ſancti. Et rectè quidem Chriſtus patrem ſuum orans pro ſalute membrorũ, allegat omne beneplacitum ſuum eſſe in ſanctis, & admirabilibus vel fortibus fidelibus ſuis. Molles .n. & vitijs ſubiectos, qui ſe fortes
in bello, & in pugna cõtra antiquum H
ſerpentem non exhibẽt, habet exoſos: neq; eſt ipſius bona voluntas in illis. Cui conſonat qđ in oratione deuotiſsima poſt cœnam vltimam ad pa-
Ioan. 17 trem loquitur dicens, Non pro mundo rogo, ſed ꝑ iis quos dediſti mihi. Neq; tñ pro illis tãtum pauculis, ſed & pro omnibus qui crediturі ſunt ꝑ verbum eorum. Hi enim ſunt fortes illi ſiue admirabiles, in quibus ſibi iã dicit filius Dei bene placitum. Poſsũt verò præſentis Hebraicæ lectionis plures aliæ aſſignari expoſitiones atq; cõnexiones, quas conſulto prætereũdas exiſtimamus, ne nimia multitudine lectoris animus obruatur potius, quã ædificetur. ¶ Verſu 3. Multiplicatæ sũt infirmitates eorum, Pro infirmitatibus, Ex Hebræo quidam vertunt, idola: ex quibus eſt B. Hierony. Alij autẽ iuxta communem lectionem, dolores vertunt, Quæ diuerſitas ex æquiuocatione procedit dictionis Hebraicæ. Nã azab Hebræa dictio, per z daggeſſatũ, ſignificat idolum vel ſculptile. Significat etiam ærumnas, dolores, languores: vt Gen. 3. Multiplicabo ærumnas tuas. Sequẽtem autem particulã, Gen. 3.
Poſtea accelerauerunt, ex Hebræo vertunt aliqui, poſt alterum acceleraueruntq; exponunt poſt alterum Deũ, id eſt, poſt deos alienos. Secundũ quã ſniam paraphraſtice vertit Sãctes Pagninus, Multiplicentur dolores eorũ qui alteri Deo donauerunt, hoc eſt, q ſeſe dederũt ad ſeruiendũ alteri Deo. Atq; hoc pacto de reprobatione infidelium pars iſta foret intelligenda. ¶ Verſu 4. Non congregabo conuenticula eorũ de ſanguinibus. Hebraica lectio habet, Non libabo libamina eorum de ſanguine: quod exponunt aliqui, Non libabo libamina illorũ, quorũ libamina eſt ſanguinis, hoc eſt, nolo particeps fieri operum illorum: neque cum eis conuerſari Alij, Non ordinabo poſthac ſacrificium de ſanguine pecorum immolatitiorum, vt.ſ. exigã ab ijs qui conuerſi fuerint oblationẽ ſanguinis aĩaliũ. Quæ poſterior expoſitio nr̃ę expoſitioni in Elucidatione poſitæ ſatis rectè cõſentit. ¶ Ver. 7. Qui tribuit mihi intellectum. Pro dedit mihi intellectum, in Hebræo habetur, Conſuluit mihi, vel conſilium dedit mihi. Pene autem in idem poteſt reduci ſentẽtiam. Cum enim Deus interna ſua illuminatione hoiem erudiens, facit eum præeligere hæreditatem

tem cœlestem,atq; Deum ipsum,cęteris oĩbus quęcunq; in mũdo sunt desiderabilibus,nihil dubium, quin simul & intellectum illi dat, vt cognoscat hãc esse hæreditatẽ optimã,& lõge præstantissimã, atq; ẽt cõsilium vt hãc oĩbus præeligat, & præ omnibus requirat. Pro increpuerunt aũt, alii vertunt, Castigauerunt,alij Erudierũt quæ facile ad sententiam superius expositam valent applicari.

## DE TIT. PRAECEDENTIS PSALMI.

Habet psalmus iste titulum spãlẽ ante hac nusquam expositum, q iuxta vulgatã lectionẽ talis est: Tituli inscriptio ipsi Dauid. Qđ facile exponitur,dicendo, huius psalmi titulũ inscribi Dauid.i.Christo,qui est verus Dauid,vt alias frequẽter diximus: qm̃ videlicet ad ipsum spectãt quæ in hoc psalmo tractantur. In Hebræo aũt maior est difficultas propter nimĩã ambiguitatẽ vocabuli Michtã, quod varie admodum reddunt interpretes B aũt Hierony. vertit, Humilis & simplicis Dauid, sequutus Aqlã & Symmachũ.

Matth.11 Est aũt simplex iste & humilis Dauid,

Mat. 5. cuius auditur vox in Euãgelio, ad humilitatem & mansuetudinem oẽs inuitans, Discite,inquit,ã me,quia mitis sũ & humilis corde. Et iterũ B. pauperes spiritu. & Beati mites, qm̃ ipsorum est regnum cœlorum, & ipsi possidebunt terram. Alij dicunt Michtam,significare aureum insigne, regiæ nobilitatis indiciũ,vel signũ militaris dignitatis. Quod rectè ẽt ad Christum accommodatur,qm̃ in hoc psalmo de victoria,decore & gloria resurrectionis eius fit mentio, per quã de diabolo & morte victor triũphauit. Alii plagã integram vel perfectã dicũt significare: quod ẽt Christi accommodant,in quo plaga perfecta fuit, quã præter meritum & culpam pro salute generis nostri maximã & crudelissimã sustinuit. Alij instrumenti musici asserunt esse nomẽ,in quo psalmus iste erat decantandus. Nos lectori iudicium liberum liberamq; electionẽ relinqmus, vt sectet quod maluerit.

## IN PSALMVM XVI.

Versu 4. & 5. Igne me examinasti,& nõ est inuenta in me iniqtas,Vt nõ loquatur os meũ opera hominũ,&c. Longe secus habent Hebręa hoc loco,q̃ vulgata lectio. Sic.n. vertit Hiero. Conflasti me, & non inuenisti cogitationes meas transire os meũ. Ac deinde, In opere hoĩum propter verba labiorum tuorum ego obseruaui vias latronis. Cuius lectionis hæc est sententia,Conflasti me: id est, igne examinasti,& diligenter probasti, atque examinasti:& non inuenisti quòd trãsierint cogitationes malæ per os meũ, ꝙ murmuratio aut impatientia(quæ sese cogitationibus meis iniecerunt, vel in cogitationibus occurrerunt) transierint per os meum, vt scilicet consensum præbuerim malis occurrẽtibus cogitationibus, aut suggestionibus prauis: sed cõpescui labia mea Iob. 1.
& os meum: quomodo de sancto Iob dicitur, ꝙ in omnibus afflictionibus non peccauit labijs suis, nec stultum aliquid contra Deum loquutus est. Non enim cauere potest homo, ne cogitationes malæ exurgant in corde: est tamen eius abijcere male suggesta, vt non de illis tractet, loquatur, aut consulat perficiendis. Vnde & in alio Psalmo dicitur, Quæ Ps. 4.
dicitis in cordibus vestris, & in cubilibus vestris compungimini: quod suo loco in eandem sententiã à nobis supra expositum est. Quod sequitur autem, In opere hominum, propter verba labiorum tuorum,ego obseruaui vias latronis: hanc habet sententiam,In operibus hominum,in actio-

actionibus atq; negotijs oibus, quibus occupabar, & quibus occupari solēt hoies pp verbum labiorum tuorū, pp præcepta atq; mādata tua, ego ob seruaui vias latronis, diaboli, qui homicida & latro est ab initio, qui non aliud quærit quā nos occultè in mor-
Ioan.8. te mittere præcipites. Valde aūt oportet huius latronis vias obseruare, qm̄ occultæ sunt valde, & vix nisi à diligētissime contuentibus, perceptibiles. Et in oī opere hoīum quo nos occupari contigerit, semper necesse est nos huius latronis esse memores, eiusq; semper vias obseruare: qm̄ ipse vt noceat, nusquā non adest, nusquā non se ingerit, vt nostras actiones vel aliqua ex parte commaculet. Hoc.n. est summū & vnicum illius latronis peruersi studium efficere, vt nihil eorum quę nos agimus placeat Deo. Pro latrone vertunt alij, dissipatorem: quod ęquè diabolo conuenit, & secundum eandem penè rationē quæ iā exposita est: qm̄ hominis bona oīa dissipare, & disperdere laborat, iuxta quod in alio psalmo dī, Quæ tu perfecisti, destruxerūt.
Psal.101 ¶ Versu 9. A resistentibus dexteræ tuæ custodi me. Principium huius versus in Hebræo continuatur cū statim præcedenti, ad hunc modum, Mirifica misericordias tuas q saluos facis sperātes in te, a resistentibus dexteræ tuæ: vt præpositio à, iungatur ad saluos facis: ac deinde diuisim legatur, Custodi me vt pupillam oculi, &c. Illud autem, A resistentibus dexteræ tuæ, ex Hebræo uertitur, Ab insurgentibus in dexteram tuam, vel, Ab insurgētibus in dextera tua. Ac iuxta hanc duplicē versionē, duplex item assignari potest intelligentia. Secūdum priorem, cum legitur casu accusatiuo, insurgentibus in dexteram tuam, idē valet quod resistentibus dexteræ tuæ, vel oppugnantibus dexteram tuam. Secundum casum verò ablatiuum, pōt particula illa, In dextera tua, coniungi verbo saluos facies, ad hūc sensum, Qui in dextera tua, siue per dexteram tuam, saluos facies sperantes in te, ab insurgentibus: i. ab hostibus & impugnātibus. Cui sententiæ suffragatur paraphras. Chald. quæ sic habet, Redēptor confidentium, vlciscere illos qui insurgūt in eos, manu dextera tua. Beatus autē Hierony. iuxta modum nostræ lectionis, legit: A resistentibus dexteræ tuæ: tametsi (vt iam prædictum est) cū præcedentibus particulam istam coniungat. In sequenti autem parte: pro pupilla oculi, vertit Hierony. pupillā intus in oculo: alius, pupillam filiā oculi: alius, nigrum pupillæ oculi. Chald. translatio, pupillam dicit orbiculatā, quæ est in medio oculi. Quæ omnia ad maiorem teneritudinem spectant, & sniam in Elucidatione atq; annexis annotationibus expositam satis adiuuant. ¶ Versu 11. Inimici mei animā meam circundederunt. Principiū huius versus ex Hebræo sic ad verbum conuerti posset, Inimici mei, in animā vel ad animam, vel propter animam circundederunt me, hoc est, Circūdederunt me obsidendum & circumeūdum propter animam meā. Quod.n. nos circumeunt quasi leones rugientes, inimici diaboli nō propter rapiēdas diuitias aut temporalia bona faciunt, sed propter animam, vt eam rapiant, mactent, & perdant. Ferè autē eandē sniam hæc lectio exprimit, quā supra exposuimus. Quę autē sequuntur diuersimodè, à diuersis interpretibus vertuntur, atq; exponuntur beatus.n. Hierony. sic vertit, Adipe suo cōcluserunt, & ore suo locuti sunt supbe. Cuius lectionis cōmoda facilè dabitur intelligentia, si per adipem intelligamus potentiam & astutiam, vel etiam diuitias si de temporalibus inimicis loquamur. Sic.n. adipe diuitiarū aut potentiæ austitiæq; suæ, animas pauperum concludunt & obsident p circuitum impij, vt eos perdant. Aut sim-

ſimpliciter intellige, Adipem ſuũ concluſerunt: i. omnes ſuas diuitias, oẽm ſuam potentiam in vnum collegerũt pariterq; coniunxerunt, vt facilius nocerent. Sanctes Pagninus ad cõplendam ſententiam adiicit aliquid, hoc modo paraphraſtice vertẽs, Adipe ſuo cõcluſerunt corpus ſuum: ac deinde, Ore ſuo loquuti ſunt ſuperbe. Felix verò ſecundum aliam connexionem legit in hunc modum: Adipe eorum clauſerunt os ſuum, loquuti ſunt cũ ſuperbia. Cui etiam cõſentire vr̃ Chaldaica paraphraſis, quæ habet, Diuitiæ eorum multæ, adipe eorum aperit os eorum, loquuntur arroganter. Prior autem lectio magis probanda videt̃, vt pote commodiorem habens intelligentiam: quæ noſtræ ẽt lectioni vulgatę accedit vicinius. ¶ Verſu 13. Suſceperunt me ſicut leo paratus ad prędã. Hebræa lectio habet, Similitudo eius ſicut leonis, &c. Per quod ſignificatur
1. Pet. 5. ꝙ dicit Petrus Apoſtolus aduerſariũ noſtrum tanquam leonem rugientẽ
C ad nos perdendos circuire. Verti etiã poſſet, Imaginatio ei⁹, quaſi leonis deſiderantis vel anhelantis vel parati ad prædam. Qũo. n. leo cum ad prædam anhelat, imaginatur, phantaſiatur, atque cogitat de ea: ſic faciunt & rapaces iſti aduerſarij. ¶ Verſu 14. Ab inimicis manus tuæ. Hebraica lectio iſtud ſeparat in caput verſus ſequentis. Sic enim habet, Eripe animam meam ab impio, framea tua: ac deinde ſeqtur, A viris manus tuę, &c. Quod aũt ſecũ
D dum hanc lectionem dr̃ ab impio, framea tua, primo hanc habet intelligẽtiam: Ab impio, qui eſt gladius tuus. Eſt. n. peccator iuſtum ꝑſequens quaſi gladius & flagellũ Dei, in quo ſuos dominus exercitat. Atq; in hunc ſenſum vertit Hieronymus, dicens, Ab impio, qui eſt gladius tuus. Poſſet quoq; ablatiuus ille (framea tua) iungi verbo eripe: ſicq; ſenſus erit: Gladio tuo eripe animam meam ab impio, id eſt, A tua iuſta vltione, ſua ſeuera vindicta. Chaldaica paraphraſis aliquid ſupplẽdum putat, & diuerſam à prædictis facit ſniam: Sic. n. habet, Erue animam meam ab impio, qui meretur interfici gladio tuo. ¶ Verſu 15 Domine à paucis de terra diuide eos in uita eorum, Hic verſus adeo difficilis eſt intelligentię in Hebraica lectione, & tam incertæ ſententiæ, vt nec vnus interpretum cum alio conſentiat. B. Hieronymus ita uertit, A viris manus tuæ,
B domine, qui mortui ſunt in ꝓfundo, quorum pars in vita: hoc eſt, ab hominibus malis ſuper quos eſt in manus tua, & vltrix vindicta, q̨ in profundo peccatorum & cõcupiſcentiarũ mortui ſunt coram te, qui portionem fœlicitatis ſuæ habent in vita iſta præſenti: quemadmodum epulo ille euangelicus bona receperat in uita ſua. Alii vertunt, A viris qui ſunt manus tua, vel flagellum tuum, ac deinde, A viris ex tempore vel de ſæculo: hoc eſt, ab hominibus huius mundi, vel ab hominibus modicæ ſubſiſtentiæ, quorum poteſtas non diu durabit. Chaldaica paraphraſis in bonam partem ſonat, & iuſtorum (inquit) qui deuouerunt animas ſuas propter te in mortem, de terra, pars eorum in uita æterna. Cuius lectionis ſententia eſt, Eos qui ꝓpter Deum animas ſuas tradiderunt in mortem corporalem, habere portionem ſuam & mercedem, uitam ęternam. Similiter & quod ſequitur ad fęlicitatem iuſtorum refert, cum ſubiungit. Theſaurus tuus bonus adimplebit thecas eorum: quoniam corda eorum & nũc implet, ad ſufficientia gratia ſpiritus, & poſt implebit pleniſſime gloria ſempiterna. ¶ Verſu vltimo, ego autem in iuſtitia apparebo conſpectui tuo. Hunc verſum ita ex Hebræo trãsfert Hieronymus, Ego in iuſtitia videbo faciem tuam implebor cũ euigilauero, ſimilitudine tua. Cuius lectionis ſnĩa eſt. Ego in iuſtitia

Lucæ 6.

peruenıam

perueniam ad aspectum vultus tui, & tunc implebor, atq; perfectè satiabor plenitudine fœlicitatis æternæ, quod corpus & animam, cum a mortuis resurgam in similitudine, i. assimilatus tibi per corporis & aiæ glorificationẽ. Erimus n. vt Ioannes ait, similes illi, & iuxta Pauli sermonem, apparebimus & nos cum illo in gloria. Quam sententiam plurium & potiorum interpretum firmat authoritas. Vnde Augustinus Iustinianus circa huius versiculi ptractationem, ita ait, Satiabor, non in hoc sæculo sicut impij, quorũ pars est in hac uita, sed in sæculo futuro, inq; æterna vita, vbi euigilauero à somno mortis, videboque similitudinem tuam, imò gloriã tuam, imò teipsum, qui es tota gloria mea. Chaldaica paraphrasis sic habet, Ego autem in veritate uidebo iucunditatem faciei tuæ, satiabor in tempore quo euigilauero à gloria similitudinis tuæ: vbi uidetur illud, à gloria similitudinis tuæ, coniungi verbo, satiabor, ad hunc sensum, In tempore quo euigilauero, cum surrexero à somno mortis, tunc satiabor à gloria similitudinis tuæ, à gloria quæ me faciet similem tibi. Alii autem vertunt, Satiabor, dum surrexerit similitudo tua: quod secundum prædictum sensum intelligi potest, Dum surrexerit mihi, cũ mihi venerit similitudo tua. Alius vertit, Cum expergefacta fuerit imago tua: quod iterum ad eandem sententiam potest accommodari: dicendo, Cum ego qui sum imago tua, qui sum factus ad imaginẽ & similitudinẽ tuã, fuero expergefactus in nouissimo die. Atq; ita ex his oĩbus videmus in hac lectione Hebraica nõ solũ mẽtionẽ fieri de gloria aiæ, vt in vulgata lectione Grçcorũ atq; Latinorum, sed etiam de corporis resuscitatione.

1. Io. 3.

Coloss. 3

E F G H

## IN PSALMVM XVII.

VErsu 1. Diligam te domine. Ait Felix uerti posse hoc loco, Quæro misericordiam à te: siue, Ambio miserationes tuas. Rectius tamen habet diligam, quomodo uertit Hieronymus atque ipse etiam Felix in contextu. ¶ Ver. 4. Laudans inuocabo dominum. Hũc versum uarie ex Hebrço licet uertere. Vel iuxta modũ nostræ lectionis, Laudans inuocabo dominũ uel per passiuum hoc modo, Laudatũ inuocabo dominum: quemadmodũ uertit Hieronymus, Quod eandẽ hẽt cum priore lectione intelligentiam: hoc est, inuocabo dominum cum laude. Cui uidetur consonare quod hẽt Chaldaica paraphrasis, Dixit Dauid, inter laudandũ, ego orabo coram Deo. Verti ẽt posset. Laudatus inuocabo dominum: hoc est, ut Felix ait, Cum meruero laudem, inuocabo dominũ. ¶ Versu 12. Et ascendit super Cherubin Felix vertit. Equitauit super Cherub, & uolauit: quod expositioni in Elucidatione positæ satis respondet. ¶ Versu 19. Assumpsit me de aqs multis. Aquas multas intelligimus multos populos persequentes, uel multas tribulationes obuenientes: quam duplicem expositionem in Elucidatione indicauimus. Priori tamen de multitudine populorum persequẽtium fauet Chaldaica paraphrasis, habens in hunc modum: Direxit me, & eripuit me de populis plurimis. In sequenti autem uersu, loco illius, Quoniam cõfortati sunt super me: clarius uertit Hieronymus, Quoniam robustiores me erant. Felix autem, Multiplicati sunt, uel præualuerũt super me. ¶ Versu 22. Saluum me fecit, quoniam uoluit me. Hanc partem ita uertit Hieronymus, Liberauit me, quoniam placuit ei. Felix, Quoniam dilexit me, uel quoniam complacuit sibi in me. Chaldaica translatio, Quoniam uoluntas eius fuit in me. Quæ omnia, cum nostra lectione consentiunt, eademque explanant. ¶ Versu 24. Nec impiè gessi à Deo meo. Intelligi potest, à Deo, aduersus

uersus Deum: uel non recessi impiè agendo à Deo meo. ¶ Ver. 28. Cũ sancto sanctus eris. Ita quidem recte ex Hebræo transfertur. Potest tamẽ uerti, Cum misericorde misericors eris: quemadmodum secunda pars, Cum innocente innocens eris: uerti potest Cum perfecto perfectus eris. Sic in uersu sequenti, priori loco verti posset, Cum fideli vel simplici, fidelis & simplex eris: vel, Cum mundo mundus eris. Quæ omnia similem habent intelligentiam. Pro illo autem verbo peruerteris, aliqui uertunt, Peruersus eris, quomodo etiam psalterium habet quo utitur Augustinus. Alii, Peruersus uideberis vel iudicaberis. Verti etiam pōt, Peruerse ages, quemadmodum in priori uersu, loco illius Cum uiro innocente innocens eris. Hiero. vertit, Cum uiro innocente innocenter age. In Græco autem habẽt μετὰ τοῦ στρεβλοῦ διαστρέψεις: hoc est Cũ eo qui est prauus, astutus, siue peruersus, tu peruertes, id est, praue siue duriter ages, vel peruersus eris, aut durus, cōtrarius, & repugnans il li. ¶ Versu 31. Illumina tenebras meas. Intelligi potest, Illuminando fuga & expelle tenebras quæ sunt in me: aut illumina tenebras meas: id est te nebrosæ cordis mei, & si quæ adhuc latent in occulto in tenebris, ea detege lumine tuo, ut sim coram te omnino perfectus. ¶ Versu 32. Quoniam in te eripiar à tentatione, Hier. uersio habet. In te .n. curram accinctus, hoc ē, Fiducialiter & alacriter aggrediar et gratia, oĩ abiecto torpore, p̄paratus ad impletionem uoluntatis tuæ. Felix uertit, In te conteram militum cuneum, vel, In te perrumpam, vel percurram per militum cuneum id est, absq; nocumento transibo. In sequenti autem parte pro Transgredi murum, vertit Hier. ac cæteri, Transiliam murum, qđ maiorem explicat vehementiam. ¶ Versu 36. Qui p̄fecit

A pedes meos, tanquam ceruorum, B. Hier. ita uertit, Coæquans pedes meos ceruis, hoc est æquales faciẽs ĩ uelocitate pedes meos cum pedibus ceruorum, ut curram. f. velocissime ĩ via Dei. Felix ht, ē Posuit pedes meos tanquam ceruorum. Chal. translatio habet, Pones pedes meos agiles tanquā ceruorum: Quæ oĩa, lectionem nr̃am clariorem reddunt, & eandem sn̄iam retinet. ¶ Vers. 39. Disciplina tua ipsa me docebit. Huius loco in Hebræo sic

B habetur, Mansuetudo tua multiplicauit me, vel mansuetudine tua multiplicasti me: hoc est, confortauit uel auxit fortitudine, ut sufficerem expugnãdis meis hostibus. Vel, Mansuetudo tua, siue humiliatio tua multiplicabit me: i. quum me humilias, magnum me facis & exaltas. Prior autẽ particula: Disciplina tua correxit me in finem, omnino in Hebræo nō habẽt, neq; in psalterio Romano habẽt tñ eā septuaginta interp̄tes. ¶ Ver. 40.

C Nō sunt infirmata vestigia mea. Clarius ex Hebræo vertit Hiero. Non deficient tali mei. Felix, Non sunt lapsi malleoli vel tali mei. ¶ Versu 43. Confringam illos, nec poterunt stare. Hieronymus ex Hebrǫo, Cædam illos & non poterunt surgere. Felix, Vulnerabo, percutiam, confringam eos, & non poterunt surgere. ¶ Ver. 44. Inimicos meos dedisti mihi dorsum. Ex positione de fuga, quam in Elucidatione posuimus, consonat Chal-

D daica paraphrasis, habens in hunc modum, Patronos inimicitiæ meæ fecisti vertere terga in conspectu meo. Beatus autem Hieronymus vertit, Inimicorum meorum dedisti mihi dorsum. Quod vel ad fugam modo prædicto: uel ad percussionem, vulnerationem, & interfectionem pertinet hostium. ¶ Versu quadragesimosexto. Vt lutum platearum delebo eos. Hierony. ex Hebræo, Vt lutum platearũ p̄iiciā

eos, quod Felix interpretatur, Sicut lutum platearum euacuabo illos scilicet ut fieri solet de luto platearum cum extra viam eiicitur, & in cumulos congregatur, quasi dicat, Cadauera mortuorum se in cumulos congesturum ex victoria virtutis Dei. Chal. autem translatio, quæ habet, Vt lutū platearum conculcabo eos, nostræ expositioni in elucidatione positæ manifeste respondet. ¶ Versu 40. Filii alieni mentiti sunt mihi, &c. Felix ita vertit, Filii alienigenę mentientur mihi, F Quod sic exponit, Negabunt mihi veritatem, & non audebunt eam in p̄sentia mea confiteri, dicentque præ timore, non fuisse se aduersum me. Quod autem sequitur, sic uertit, Filii alienigenæ inueterassent, id est, deficient, & timebūt, ex penetralibus suis vel ex clausuris suis, id est, ex locis occultis in quibus se occultauerunt, & absconderunt præ timore. Beatus autem Hiero. pro ultima hac particula vertit, Deficient, & cōtrahentur in an G gustiis suis. ¶ Versu ultimo, Magnificans salutes regis eius Beatus. Hier. aptius secundum Grammaticam cōnexionem vertit cum datiuo, Magnificanti salutes regis sui, & facienti misericordiā Christo suo, &c. Est enim sensus, Confitebor tibi magnificanti: id est, qui magnificas.

## IN PSALMVM XVIII.

VErsu 1. Cœli enarrant gloriam H Dei. Chal. paraph. sic habet, Qui suscipiunt cœlos, enarrant gloriam Dei: & opera manuum eius annunciāt qui suscipiūnt in aera. Quę lectio, manifeste de corporalibus cœlis uidet intelligenda. Neque omnino dissonat à vulgata lectione, si de cœlis corporalibus intelligatur: quoniam non alia ratione dicuntur cœli enarrare gloriam Dei, nisi quia in se monstrāt Dei gloriam, ita ut rationalis creatura illam valeat in his contemplari, & ex eis magnificare. Sequentem autem versiculum, eadem paraphrasis sic habet, Dies diei apponit, & manifestat verbum, & nox nocti nunciat scientiā. Hoc est, quod quis diutius fixiusque contemplatur, & suspicit magnificentiam creaturarum Dei, hoc amplius proficit in cognitione & laude Dei creatoris. ¶ Versu 3. Non sunt loquelæ neque sermones. Hūc uersum uarie admodum transferunt interpretes. Hieronymi lectio sic habet. Non est sermo, & non sunt uerba q̄bus non audiatur uox eorum. Quod intelligendo de apostolis iuxta sentētiam in Elucidatione suprà expositā, accipi poterit in hunc sensum, In omni genere sermonum, & idiomatum, siue linguarum auditus est sermo p̄dicationis apostolorum, ut quibus accipiatur, pro in quibus. Vel aliter, Non sūt homines ullius loquelæ, uel cuiuscunque sermonis, à quibus non fuerint uoces apostolorum auditæ, ut quibus ualeat, à quibus. Felix autem in contextu sic habet, Non sunt loquelæ, & non sunt sermones, ut nō audiatur uox eorum. Vel aliter, ad hunc modum, Absq; sermone, & absque uerbis, etiam si nō audiatur uox eorum. Quæ lectio uidetur intelligenda de cœlis corporalibus, qui cū sermone non edant, neque loquelā habeant, nec omnino audiri possit uox eorum, annunciant tamen gloriam Dei, ut in Annotationibus prioribus declaratū fuit. Hoc ēt consonat quod uertit Sanctes Pagninus, Non est sermo, & nō sunt uerba, uon audit̄ uox eorū. Vers. 4. In omnem terrā exiuit sonus eorū. Septuaginta interpretes hoc loco sonū posuerunt, q̄uo ēt apostolus 10 ca. epistolæ ad Romanos citat in testimoniū, & Hiero. uertit ex Hebręo. Alii tn̄ interpretes, pro sono, uertūt lineam uel regulam. Quod intelligi pōt de regula uel linea p̄dicationis

tionis apostolicæ, siue euangelicæ doA ctrina, quę per apostolorũ prædicationẽ in totũ orbẽ extensa est: vel de linea cursu siue motus cœlestiũ corporũ, quæ vniuersam terrã circuierunt, atq; perambulant. Ioãnes Reuchlinius in libro de rudimentis Hebraicis explicans significationẽ dictionis Kau, quę in hoc loco ponit, dicit eã significare regulã, normã, lineã, directoriũ, vel perpendiculũ: & quia per illa mensurarũ directoria ædificat, idcirco tale vocabulum ad ædificationẽ aut archite B ctonicam ai ttransfflum. Vnde hoc in loco rectius dicit transferendum, In oẽm terram exiuit norma, directio, regula, ædificatio, & architectonia eorum; Quod aptisśime sanctis apostolis euangelicæ doctrinæ annunciatoribus cõuenit. Ipsi.n.tanquam architecti, & præcipui operatores ædificii noui (.i. ecclesiæ nouæ ædificandæ) sunt egressi per vniuersum orbẽ cũ suo perpendiculo, atque norma ædificationis directoria, quæ erat uerbum C euangelicæ veritatis, quod à Christo acceperant, Vnde ex his quidã dicebat, Vt sapiens architectus fundamẽtum posui. Et iterũ, Dei adiutores sumus. De illis autẽ qui in hac fide instruebant, & in ędificium ecclesiæ coædificabantur, dicebat, quę factura essent & ædificiũ Dei. Quanquam aũt ſm vocẽ prima facie plurimũ interesse videat inter sonum & regulam, siue lineam, ſm hanc tñ intelligentiã res eadẽ est. Ipse.n.sonus siue uox doctrinæ euã D gelicæ est regula ista, quam circunferebant architecti apostoli. Felix putat uerti posse, In omnem terrã exiuit cursus eorum: quod tam de cœlorum circa terram raptu, quã de velocissima apostolorum prædicatione põt intelligi. Chal. autem para. habet, In terram extensi sunt effectus eorũ, Potestą; & hoc æquè ad utrunq; prædictorum sensuum accomodari. ¶Ver. 5. In sole posuit tabernaculũ suũ. Secus in Hebræo legit, Soli posuit tabernaculũ vel tẽtoriũ in eis: quõ Beatus Hier. ac cæteri ex Hebræo interpretes concorditer oẽs vertunt. Quã lectionẽ accõmodando apostolis, dicimus Deum patrẽ tabernaculũ posuisse, & mansionem fecisse Christo filio suo (qui est uerus sol iustitiæ) in sanctis apostolis, ut per eos ad omnes partes terræ veheretur, ad illuminandũ vniuersam terrã. Et ex eis, quasi de tabernaculo suo, debellaret, eiiceretq; mũdi principẽ de populis orbis terrarũ: quõ soli corporali Deus tentoriũ & locum posuit in medio cęlorum in medio firmamenti, quo vehit ad illuminandum mũdũ. Est.n. sol quasi rex in medio aliorum planetarũ locum habens, & quasi regnum inter illos tenens in magnifica gloria splendoris sui: quẽadmodũ latè & plenè demonstrauimus, in libris quos De consideratione rerũ naturaliũ edidimus, ca. pi. 22. lib. septimi. ¶Ver. eodem, Et ipse tanquam spõsus procedens de thalamo suo, Quæ in hoc uersu atq; in sequentibus dicuntur in Elucidatione & in Annotationibus prioribus ostendimus, quõ Christo per omnia aptisśime conueniant. Possent tñ aptẽ ẽt ad corporalẽ solem referri. Nã hanc processionem in modũ sponsi, intelligere possumus in ipso solis ortu, quñ ob occasu rediens, suum iubar terris glorioso refundit, & totus festiuus redit mortalibus. Quam expositionem Chal. para aperte indicat, his verbis: Ipsi in mane tanquam sponsus procedens de thalamo suo pulcherrime, & dum diuiditur dies, lætat ut gigas, & obseruat ad currendam in fortitudine viam occasus vespertini. Ab extremitatibus cœlorum egressus eius, & fortitudo eius sup latera eorũ; & non est qui se abscõdat a feruore eius. Quam ẽt expositionẽ plenius & pulchrius tractatam inuenies ca. 23. libri septimi iã antè citati, vbi

totus hic passus à proposito de sole corporali exponitur. ¶ Versu 8. Lex domini immaculata, conuertens animas. Felix dicit, pro cōuertens, verti posse quietās: vt sit sensus, Lex dñi quietat aīas. Illis.n. solis est vera quies & pax, qui obseruatores sunt legis Dei, & in ea iugiter meditantur. Beatus tñ Hieronymus, ac cæteri ex Hebræo interpretes, nobiscū vertunt, Conuertēs aīas vel aīam: quod ipse quoq; Felix ponit in contextu versionis suæ. Pro F dictione aūt (paruulis) quæ in secunda parte versus ponit, in Hebræo hr̄ Peti, quod significat hoīem simplicē, flexibilem persuasibilem siue puerilē. Huiusmodi.n. hoībus lex dñi præstat sapientiam: illis verò q̄ superbi sunt, immites, rigidi, duræ ceruicis, inflexibiles, & impersuasibiles, non præstat lex Dei sapientiam: verbum.n. Dei (vt Saluator aiebat) non capit in illis. Et

Ioan. 8. in maleuolam aīam non intrat sapiē

Sapien. 1 tia. Superbis.n. Deus resistit, humili-

1. Petr. 5 bus aūt dat gratiā. ¶ Ver. 9. Præceptū G dñi lucidum. Pro Lucido (qđ etiam Hieronymus habet) alii interpretes vertunt, immundum vel purum. Neque multa differentia est. Solemus.n. quod mundū oīno, ac purum est, lucidum dicere. Quod.n. sordibus obductū est, non rectè lucidum esse pôt ¶ Ver. 10. Iudicia dñi vera. Ex Hebræo Iudicia dñi veritas. Quod aūt sequit. Iustificata in semetipsa, in Hebræo hr̄, Iustificata sunt pariter vel simul. Cuius sensus pôt accipi, In totū ac prorsus iustificata sunt, ita vt nihil sit commixtum iniustitiæ, nihilq; desit veritatis. ¶ Ver. 11. Desiderabilia super aurum & lapidem preciosum multum. Multum, hoc loco non est aduerbiū, vt determinet adiectiuum preciosum quasi dicatur, multum vel valde preciosum: sed est nomen adiectiuum, determinans totum hoc lapidem, preciosum, secundum hanc constructionem super aurum & multum lapidem preciosum. Quæ loquutio similis est illi, qua dicere solemus, Multum aurū, vel multū frumentū: debere aūt ita accipi multum nominaliter manifestè demōstrat lectio Hebræa, q̄ ꝑ multū habet nomen rab: similiter & Græca, quæ habet πολὺ, quod ēt nomen est, non aduerbium. In secunda aūt parte versus in Hebræo nō simpliciter sup fauum hr̄, sed cum additione excellentiæ sup fauum redundantē (vt vertit Hieronymus) id est, copiosum & delicatum. Pro quo Felix vertit. Succum fauorum. Sanctes verò paraphrastice sic legit, Dulciora melle & fauo, placentis melle confectis: Chaldaica aūt translatio habet, Super pinguedinē lactis. ¶ Ver. 12. Etenim seruus tuus custodit ea. B Hier. vertit, docebit ea. Sanctes illustrabit in eis. Felix, cautus fuit in ipsis, prouidus fuit & circunspectus in illis. s. obseruandis. Cui cōsentit quod translatio Chaldaica habet, Equidem seruus tuus est diligens in eis. Qđ aūt sequit In custodiendis illis retributio multa hunc habet sensum, In custodiendo illa, est multa merces: hoc est, dum illa custodiunt, vel ꝑ hoc φ ille custodiunt, & obseruant serui Dei, est eis multus fructus, multū lucrum, multa merces: & (vt Felix ait) præmium multum & magnum. Nimirum ad vitam ingredientur, qui seruant Dei mādata ¶ Versu 13. delicta quis intelligit, B. Hierony. vertit errores, pro de- H lictis. Neq; multa est inter hæc diuersitas, si errores accipiantur pro peccatis leuibus, quæ velut per surreptionē aut errorem quasi inaduertenter committuntur, Huiusmodi enim peccata minora, quæ etiam iustis per surrectionem, & velut ignoranter contingunt, per delicta in Elucidatione indicauimus intelligi: eademque sunt illa occulta, à quibus postulat mundari.

IN PSALMVM XIX.

VErsu 5. Holocaustum tuum pingue fiat, Patrem istâ ex Hebræo duobus modis transferunt. Quidam enim dicunt, Holocaustum tuum impinguescere faciat, vel pingue faciat, id est, iuxta sententiam In elucidatione expressam; tanquam pingue reputet Deus habeatque valde acceptum. Atq; huic lectioni confert beati Hieronymi versio: Aliter uertunt, holocaustum tuum incineret, uel in cinerem conuertat, quod secundum sententiam cum priore lectione idem valet, id est, gratum habeat & acceptũ. In scripturis enim legimus, Deũ gratas sibi hostias igne de cœlo demisso solere absumere, quemadmodum de oblatione Abel in libr. Gene. legimus item & de oblatione Manus in lib. Iudicum & in libris Regum, holocausto. Heliæ ¶ Versu 5. Et in nomine Dei nostri magnificabimur. Hiero. ex Hebræo, In nomine Dei nostri dicemus choros. Felix, Erigemus uexillum vel cãtabimus, i. triumphabimus, & triũphalia carmina decantabimus, à quo nõ omnino dissonat magnificabimur Ioannes Reuchlinius in dictione degel, huius loci faciẽs mentionẽ, putat magis proprie transferri posse, In nomine Dei nr̃i isignes & notabiles fiuerimus nobiles. Et neq; ob hoc dissonat lectio nr̃a vulgata. Indubiè. n. magnificantur, qui nobiles fiunt & insignes præ cæteris. Et planè attentius consideranti facilè patebit, hæc omnia quanuis secundum vocem videãtur prima facit admodum diuersa, re tamen in verbo magnificabimur cõuenire. Qui enim triumphant de inimicis in nomine domini, nonne magnificantur? Sic & qui propter triũphum cantant, atque choreas ducũt vexilla explicant, ut solent in victoriis fieri, nonne vehementer magnificantur? nonne notabiles fiunt & in

Gene. 4. Iudi. 13. 3. Re. 19

A signes? ¶ Versu 8. Nos autem in nomine domini Dei nostri inuocabimus. Ex Hebræo vertunt interpretes In nomine domini Dei nostri recordabimur, uel memorabimur: quod clarius dici posset, nomen Dei nostri recordabimur vel memorabimus, & hoc ad inuocandum in prælijs & periculis, plus confidentes in inuocatione diuini nominis, quam in virtute armorũm. Felix recordabimur exponit clamabimus, ut faciunt B existentes in bello, quo modo de exercitu fortissimi illius Iudæ Machabæi legimus, ꝙ tubis clangebant inuocantes Deum cœli, à quo sperabãt salutem, & paucos illos cum Gedeone gloriosos factos victores, clamasse legimus, Gladius domini & Gedeonis. In priore autem parte, cum dicit, Hi in curribus, & hi in equis, oratio est defectum patiens: ad quam implẽdam subaudiri oportet uerbum confidunt, vel veniunt aduersum nos, vel C simile aliquid. ¶ Versu 9. Ipsi obligati sunt, & ceciderunt. Ex Hebræo uertit Hiero. ac cæteri interpretes. Incuruati sunt, & ceciderunt, quod clariorẽ habet sn̄iam quàm vulgata electio. In secunda autẽ parte pro erecti sumus: Felix vertit, Exaltati vel corroborati sumus: alij, Validiores facti sumus. ¶ Versu vlti. Domine saluum me fac regem. In Hebræo alia distinctio est. Sic enim distingũt, Domine salua vel saluum fac, ac deinde, Rex exaudies D nos, vel exaudias nos in die qua inuocabimus, quod apertius habet Chaldaica paraphrasis in hunc modum. Verbum Dei redime nos, rex fortis accipe operationem nostram in die inuocationis nostrę. Atque ita uerbum hoc ad regem Christum dirigitur. Quod vr̃ quidem prima facie non satis apte consonare nr̃æ expositioni quã in elucidatione posuimus de rege tẽporali, attamẽ profundius consideranutibus nullũ videri dẽt in-

1. Mac. 3 & 4. Iudic. 7.

 conue-

conueniens, si hoc vltimo versu transitus fiat ad regē Deum, cuius rex temporalis (pro quo in psalmo oratur) vices tātum gerit, vt verius administrator sit regni vice Dei, quā rex ipse dicendus. Nequaquam tamen repugnamus illis, qui totum hunc psalmū regi messiæ Christo domino applicare malunt.

## IN PSALMVM XX.

VErsu 3. Præuenisti in benedictionibus dulcedinis. Pro benedictionibus dulcedinis ex Hebræo vertūt, benedictionibus bonitatis vel boni, i. benedictionibus, vel benedictionibus gratiæ. In secundam autem partem, vertunt coronam de obrizo: id est, auro precioso & præstantissimo, hoc est, coronam aureā, vel coronam auri preciosi. ¶Versu 4. Vitam petijt à te & tribuisti ei, longitudinem dierū. Vulgo ita hanc sententiam distinguūt, vt post tribuisti ei, fiat distinctio, eiusque quod sequitur velut quædam separatio, ad hunc modum. Vitam petijt à te, tribuisti ei, ac deinde longitudinem dierum in sæculum & in sæculum sæculi. Secundum quam distinctionem sensus est, Petijt à te vitā, & vitā tribuisti ei: dedisti (inquam) ei lōgitudinem dierum in sæculum sæculi, i. vitam æternā. Facilior tū esset sententia, si sic fieret diuisio, vt accusatiuus vitam non nisi à petijt regeretur: alter autē ille longitudinem, à verbo tribuisti, hoc modo, Vitam petijt à te & tribuisti ei longitudinem dierum in sæculum & in sæculum sæculi. Iuxta quam cōstruxionem, omnes ex Hebræo habent interpretes. ¶Versu 6 Lætificabis eū in gaudio cum vultu tuo: Hieronymus vertit, apud vultum tuū. Alij vertunt, ab aspectu tuo: quā sententiā in elucidatione positam clarius exprimunt. ¶Versu 7. In misericordia altissimi non commouebitur. B. Hieronymus vertit: Non diripietur. Felix autem nobiscum, Non cōmouebitur. Et facile est, hęc in eundem sensum reducere. ¶Versu 8. Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis. Hierony. actiue vertit. Inueniet manus tua oēs inimicos tuos. Quod cum nostra lectione idem valet, si tū illud inueniatur inimicis: intelligatur, vt debet, ab inimicis. Sanctes Pagninus hoc loco vertit: Sufficiet manus tua omnibus inimicis tuis, dextera tua sufficiet odio habentibus te. Cuius lectionis sensus est: Potens vltio & satis valida, & fortis erit ad punitionem omniū inimicorum. Pœna. n. intolerabilis vindicta Dei omnes eos afficiet Chald. translatio sic habet. Apprehendet ictus manus tuæ, cunctos patronos inimicitię tuæ, & punitio dexteræ tuæ inueniet omnes qui te oderunt. Quæ lectio nostra paraphrastice explanat. ¶Versu 9. Pones eos vt clibanum ignis, in tēpore vultus tui. Hieronymus nobiscum vertit, in tempore vultus tui. Felix autem vertit, In tempore iræ tuæ. Quæ res testimonio est illi, quod in Elucidatione indicatum est, tempus vultus hoc loco pro tempore iracundiæ positum esse. In eo aūt quod sequitur, Dominus in ira sua conturbabit eos. Hierony. vertit, præcipitabit: quod recte ad submersionem in infernum potest referri. Translatio aūt Chald. hēt, Deus igni inflammabit eos, & consumet eos incendio gehennę. ¶Versu penultimo, Quoniam pones eos dorsū. B. Hieronymus hāc partem vertit iuxta modum nostræ lectionis, Pones eos humerum, scilicet non mutans nisi dorsum pro humero. Felix autem vertit, Sepones eos, aut pones eos partem vel dorsum: hoc est (vt ipse interpretatur) separabis eos a iustis, Ex qua interpretatione monstratur, nostræ vulgatæ lectionis posse, præter eam quæ in elucidatione à nobis exposita est, aliā dari intelligentiam, hanc videlicet, Tu illos

illos inimicos tuos, pijcies quasi post A tergum tuum vt non videant faciem tuam in æternū, neq; lætentur in aspectu vultus tui. Nam iusti & beati quasi ante faciem Dei sunt, & lætantur cū vultu vel ante vultum, i. in aspectu vultus eius: qđ quia impijs imperpetuū nō dabitur, rectè illos dicimus in dorsum ablegari, vel dorsum poni: sicq; poni in dorsum vel in partem, & sepo ni, atq; post tergum proijci, idem valent. ¶ Versu eodem, In reliquijs tuis præparabis vultum eorum. Hanc par B tem longe secus vertunt ex Hebræo interpretes. Hieronymus sic habet, Funes tuos firmabis contra facies eorū. Quod potest intelligi de funibus, vel laqueis damnationis impiorum, qui sic firmati sunt contra facies eorum, vt nulla ei sit spes illos effugiendi. Felix vertit aliter, Cum neruis tuis diriges contra vultus eorum, subintelligē do sagittas, quod adijcit Sāctes in sua versione. Atq; ita sensus est pene idē qui antè, Tu diriges in neruis tuis, vel C cum neruis tuis: (id est, in arcu tuo) sagittas contra facies illorum, hoc est, sagittas vltrices sententiæ tuæ, quibus anima in morte mittitur, diriges, & (vt ita dicam) sagittabis, atq; fulmina bis contra eos ex aduerso, cum videlicet dices, Discedite a me maledicti in ignem æternum. Hæ autem lectiones, quanquam verbis multum differant à nostra vulgata Latina lectione, secūdum rem tamen manifestè coincidūt quoniam & ipsa de damnatione impiorum loquitur. D

Mat. 15.

## IN PSALMVM XXI.

VErsu 1. Deus Deus meus respice in me. Illud respice in me, nō habetur in Hebræo, neq; Christus in cruce illud proferebat: sed tantū, Deus Deus meus, quare me dereliquisti, vt sit manifestum ex sacris euangelijs. In eo autem quod sequitur, pro verbis delictorum, ex Hebræo vertūt concorditer interpretes, verba rugitus, Longe à salute mea verba rugitus mei. Cuius sensus est, Quantumuis clamem & rugiam, non liberor, non saluor, sed maneo derelictus. Aliqui, verba lamentationis vel eiulatus vertūt: & hoc eādem habet sententiam. ¶ Versu 2. Et non ad insipientiam mihi. Secus habetur in Hebræo, et non est silentium mihi, i. non cesso clamare, nō desino orare, secundum infirmam humanitatem, quæ continuo horret passionem, vt auferatur à me calix. ¶ Versu 6. Ego aūt sum vermis, & non homo. Pro homine in Hebræo non habetur enos, quod hominem vilem significat, & miserijs subiectum, sed isch, quod significat virum egregium, præcipuum atque nobilem, quemadmodum Adam hominem plebeium. Vnde Felix & Sanctes transferunt, Ego sum vermis, & non vir. Chald. aūt Paraphr. manifeste hanc emphasim exprimit, dicens, Et ego vermis, & debilis, & nequaquam fortis. In sequenti autem parte, pro opprobrio hominū, ponitur, portans vituperia hominū. ¶ Vers. 7. Loquuti sunt labijs. Huius loco, B. Hieronymus vertit, Dimittūt labium. Felix, Aperient labia, aperiēt cū labio, vel erumpent in sermone. Chalda. translatio, Garriunt malum labijs suis. ¶ Ver. 9. Quoniam tu es qui extraxisti me de ventre. Hieronymus aliter vertit, Tu autem domine propugnator meus ex vtero. Cui sententiæ facile conformabimus lectionem vulgatam, si extractionē intellexerimus de periculis liberationem: Felix tamē nobiscum vertit, Quoniam tu extrahens me de ventre. Vnde recte admodum quadrare videtur illa intelligentia, quam de Christi ex materno vtero processione in elucidatione posuimus. Quod autem sequitur, Spes mea ab vberibus matris meæ: alij malunt vertere, Spes mea vel fiducia mea sup

Mat. 27.

vber vel vbera matris meæ: quod ean E
dem habet cum nostra lectione sen-
tentiam, videlicet ꝙ Deus pater spes
Christi fuerit iam tũc, cum super vbe
ra matris quiesceret, cũ ex illis lactis
pabulum exurgeret. Vltima autẽ par-
ticula, In te proiectus sum ex vtero,
præter sensum in elucidatione expres-
sum, duplicem adhuc recipit intelligẽ
tiã. Prior hæc est, Ex vtero proiectus
sum in te, siue super te: quasi dicat, Tu
me ex vtero matris procedentem su-
scepisti, super te cadebam, & tu me su F
scepisti in manibus tuis: quoniam vi
delicet tui solius cura saluabar cũ na-
scerer, & fuisti mihi quasi pro obste-
trice. Posterior est, Tu me eduxisti de
vtero in tua virtute, & per te egres-
sus sum, processiq́, de vtero miro mo
do, clausis videlicet virginalibus ial-
uis. Quod.n. sic ex vtero proiectus sũ
siue egressus, non humanæ erat infir-
mitatis, sed diuinæ virtutis. Priori in-
telligentiæ consonant interpretes, q̃
vertũnt, Sup te proiectus sum ex vul G
ua. Posteriori magis fauet Chald. Pa-
raphrasis, sic habens, In roboratione
tua leuaui me à visceribus ventris ma-
tris meæ. ¶Versu 14. Dispersa sunt om
nia ossa mea. Hierony. ex Hebræo, se-
parata sunt oĩa ossa mea, i. abinuicẽ
diuisa, ꝓ defectu videlicet vigoris vix
cohærentia adinuicem, vel distracta
abinuicem, & è suis locis mota præ a-
cerbitate tormentorum. ¶Ver. 15. In
medio ventris mei. Ex Hebræo vertit
Felix, In medio intestinorum meorũ, H
hoc est, in medio interiorum meorũ,
quæ in elucidatione per ventrẽ diximus intelligi. Ver. 18. Foderũt manus
meas & pedes meos. Hieronymus vertit, Fixerũt, quod idẽ vult cũ foderũt.
Cæteriq́; interpretes ex Hebræo simi
liter vertunt, Magna tñ de hoc loco a-
pud Hebræos disputatio est, quã vide
re poteris apud Felicem in annotatio
nibus Psalmi præsentis, similiter & in
Augustino Geuuensi, qui hunc locũ
prolixius & exactius tractãt, & aduer-
sus Iudæorum calumnias defendunt.
¶Ver. 25. Qm̃ non spreuit neq; despe
xit deprecationẽ pauperis. Pro depre
catione, Hierony. vertit modestiã Fe-
lix humilitatẽ, afflictionẽ vel oratio-
nem. ¶Vers. 27. Apud te laus mea. Fe-
lix vertit, Ex te vel de te laus mea, in
Ecclesia multa: quod faciliorem ha-
bet intelligentiam.

## DE TIT. PRÆCEDENTIS PSALMI.

Titulus huius psalmi, iuxta vulga-
tam lectionẽ est, In finẽ, pro su-
sceptione vel assumptione matutina,
psalmus Dauid. Cõuenientissime aũt
ꝑ hanc susceptionẽ vel assumptionẽ
matutinã accipiamus resuscitationẽ
Iesu Chri, q̃ primo mane ante dilucu
lum facta est: de qua manifestum est
psalmum, post passionis descriptionẽ
terminatam, facere mẽtionẽ. Intelligi-
tur aũt assumptio ista siue susceptio,
velut patris ad filiũ: qm̃ videlicet in re-
surrectione pater filium suscepit & as-
sumpsit de morte ad vitã, vel ipsius fi
lij ad corpus & animã: quæ quidẽ se
cundum aliquẽ loquendi modum di
cere possumus ab eo velut deposita,
quando illa permisit ad tempus sepa-
rari, volens esse pro viuificando hoĩe
homo mortuus. Assumpsit aũt siue su
scepit & aĩam & corpus qñ ea iterũ
couniuit, vt fieret iã iterum homo vi
uus, qui paulò antè fuerat mortuus.
In Hebræo aũt, pro susceptione ponit Apoc. 1.
dictio aieleth, quæ à diuersis diuersi-
mode exponitur. Quidam.n. interpre
tantur ceruũ vel ceruam. Vnde B. Hie
rony. vertit, Pro ceruo matutino. Fe-
lix, pro cerua auroræ, vel cerua matu
tina. Quod facile, iuxta sententiam
suprà expositam, accõmodari poterit
resurrectioni: qm̃ primo mane ante
auroram vel in aurora, Christus tan-
quam ceruus summa alacritate exilijt
à morte

à morte,in qua tempus modicũ, do-
nec uoluiſſet,fuerat detentus.Poterit
& propter paſſionem, ceruus matuti-
nus vel cerua auroræ Chriſtus domi-
nus appellari:quoniam primo mane
à pontificibus,principibus & vniuer
ſo populo, tanquam à rabidisſimis
canibus agitatus fuit & quæſitus ad
mortem,cum à cõſilio ad Pilatum, a
Luc.23. Pilato ad Herodem,rurſumq; ab He
rode ad Pilatum, ac deinde vſque in
Caluariæ locum, eundem ſæuisſimè
pertrahendo,ad mortẽ agitarẽt. Alii
verò Hebræorum, ſtellam matutinã
vertunt, qđ ẽt Chriſto rectè cõpetit,
vel quia ab æterno de patre ut lumẽ
de luce procedit, vel quia in mundũ
adueniens ſolem nobis ſuæ diuinita-
tis aduexit ſiue ãnnũciauit,quemad-
modũ ſtella matutina (quã venerẽ vo
cant)ſolis eſt nũcia,& auroræ vectrix
vel ẽt quia in reſurrectione quaſi
ſtella lucis plena, poſt tenebras mor-
tis apparuit. Cald.parap. hẽt,Pro for
titudine ſiue uirtute ſacrificii iugisq;
immolationis.Et hoc in Chriſtum re
ctè quadrat, quæ in conſummatione
temporum ſemel factus hoſtia pro
peccatis (iuxta verbum Pauli) conſũ
mauit in ſẽpiternum ſanctificatos,eſt
ipſe ſemel oblatus,quaſi iugis hoſtia
& iuge ſacrificium in conſpectu Dei.
Diuinare autem prorſus videntur,
Heb.10. qui inſtrumentum muſicum ſignifi-
cari dicunt. Fidelibus & piis menti-
bus ea magis hoc loco acceptanda
erunt,quæ Chriſto Meſſiæ, vel ſecun-
dum paſſionem vel ſecundum reſur
rectionem cõueniunt, maxime cum
& ab euãgeliſtis, atque adeò ex ipſius
pſalmi verbis certisſimũ habeamus
teſtimonium debere hunc pſalmum
non niſi de Chriſto intelligi, quicqd
tandem rabido ore latrent inſani at-
que amentes Iudæi, ſemel abiecta ve-
ritate ad omnia figmenta promptisſi
mi, atque in abſurdis ſenſibus (ſi ita
dicere liceat)fœlicisſimi.

A IN PSALMVM XXII.

VErſu 1.In loco paſcuæ ibi me collocauit.Hiero.ex Hebręo,In paſcuis herbarum acclinauit me, id eſt,conſtituit me, quieſcere fecit. Felix vertit,in habitaculis germinis,vel in pulchris amœnis, alius, in ſpecioſis germinibus vel virentibus herbis quæ omnia recte ad amœnitatem & virorem paſcuæ eccleſiæ accommodari ſpiritualiter poſſunt ſicuti ĩ elu B cidatione monſtrauimus.Eſt.n. eccleſia veluti vireutisſima atque floridisſima paſcua, omnibus habitantibus in ea.¶Ver.2.Super aquas refectionis educauit me.Felix, Iuxta aquas placidas uel aquas requiei(id eſt ubi libẽter requieſcunt homines) enutriet vel ſuſtentabit me, vel deducet me. Sunt.n.aquæ iſtæ quietis & refectionis,aquæ quas ſcaturire facit in nobis ſpiritus Ieſu,qui,iuxta prophetã,uena eſt aquarum viuentium, veræ aq̃ C refectionis,ueræ aq̃ placidæ, verę aq̃ requiei, tum quia libentisſime illic ſolent ſancti requieſcere, in dulcisſimo decurſu aquarum iſtarum oblectationem habentes maximam, tum quia quietisſimas faciunt animas electorum.In his enim aquis, nec alibi requiem inuenire poſſumus animabus noſtris.¶Verſu eodem,Animam meam conuertit.Hiero. Animam meam refecit.Felix,Animam meam reſtituit, refocillauit, quietauit, & il- D lius eſſet dicit, qui laborauit in agonia,qui in priſtinum ſtatum reſtituitur. Recte tamen etiam vulgata lectio habet conuertit uel reduxit, ſicut paſtor reducit ouiculam, & ab errore conuertit. ¶ Verſu quinto. Virga tua & baculus tuus. Felix pro baculo ponit pedum: id eſt baculum paſtoralem, quo in viam diriguntur oues errantes,per quod ſignificat diſciplina dñi, ut in elucidatione expresſimus,à qua nõ ſolũ non ab horrent

horrent electæ oues domini, verum- B etiam diligunt eam plurimum, & cõsolationem accipiunt in ea: quemadmodum oues bonæ à pedo sui pastoris nequaquam abhorrent, sed consolantur magis in præsentia sui pastoris, cum illum viderint pedo innixũ, suæ custodiæ intendere, pascunturq; sub pedo quietius, vtpote à luporum morsibus securæ. Chald. translatio ꝑ uirgam intelligit disciplinam & castigationem domini, & per pedum legẽ Dei, per quam dirigitur homo in bo F no, vt oues in via rectè per pedum diriguntur. Sic enim habet. Castigationes tuæ rectæ, & lex tua, ipsæ me consolatæ sunt. ¶Versu penultimo. Misericordia tua subsequetur me. Hebræa lectio sic habet, Bonitas & misericordia sequentur me, vel benignitas & misericordia subsequentur me.

IN PSALMVM XXIII.

VErsu 2. Super flumina præparauit eum. Ex Hebræo vertit Hieronymus, stabiliuit. Felix similiter aut direxit, siue præparauit: quæ secundũ eandem sententiam debent accipi. ¶Versu 4. Qui nõ accepit in vano animam suam. Hieronymus ex Hebræo, Qui nõ exaltauit frustra aĩam suã, i. qui nõ per superbiam seipsũ vane erexit, qui non superbe de se sensit, præter rationẽ, cum nihil habeat de quo se debeat exaltare. Felix in cõtextu vertit, vt nostra habet lectio, Qui non ac H cepit in uano animam suam. Ad marginem autem ponit, Qui uon iurauit in vano animam suam, quam lectionem clarius explanat lectio Chal. trãslationis, Qui non iurauit super falso ad damnationem animæ suæ. ¶Versu 5. Et misericordiã à Deo salutari suo. In Hebræo manifestum est non habere misericordiã hoc loco, sed iustitiã. Sensus tamen non omnino diuersus est a lectione vulgata. Qui enim a Deo accipit iustitiam, per quam solam illi potest placere, nihil dubiũ, quin hoc ipso ab eodem recipiat misericordiã. ¶Ver. 7. Attollite portas principes vestras. Ex Hebræo longe secus vertunt hunc versum interpretes, quam hẽat vulgata lectio. Non enim faciunt vllã principum mentionem, sed tãtum ad ipsas portas dirigunt sermonem: hoc modo. Attollite portæ capita vestra: sicq; id quod sequitur, Et eleuamini portę ęternitatis, vel portæ perpetuę. Expositio est præcedentiş particulæ. In eleuatione enim spiritus, portas cęlestis regni alloquitur propheta sanctus, vt sese erigant & eleuent, vt sua capita sustollant, vt sese aperiant in latum & altum venienti in propria victori domino. Chald. paraphr. hoc loco sic habet. Leuate portæ domus sanctitatis capita uestra, & eleuamini excelsa æternitatis, vel portæ sæculi siue perpetuæ. Erigite portę paradisi, horti deliciarum, capita vestra, & eleuentG excelsa vel portæ æternitatis, vel erigãtur gradus æternitatis, & ingrediatur rex gloriæ. Cæterum huius psalmi cũ duobus præcedentibus rectã & ordinatam consequutionem pulchre declarat Felix, dicens, post passionẽ & resurrectionẽ capitis, psal. 21. expressã, ac deinde psalm. 22. ecclesiæ corporis eius & fidelium mẽbrorum gaudiũ atque bonum statum exposita nunc demum in hoc 23. psalmo, de Christi dominio & victorioso ad cęlos ingressu, ordine congruo fieri sermonem.

IN PSALMVM XXIIII.

PSalmus iste 24. in Hebræo, secundum alphabeticas literas, sicut & alij plures, est compositus, ita vt ꝑ ordinem, versus singuli in capite habeãt alphabeticam literam, consequenti ordine alteram alteri succedentẽ. ¶Versu 5. Te sustinui tota die. Hieronymus ꝓ sustinui, vertit, expectaui, quo verbo

bo apertius explicatur, quod per verbum sustinui significetur. Sustinere enim dominum est, cum patientia expectare ¶Versu 9 Dulcis & rectus dominus. In in Hebræo priori loco habetur dictio rof, significans bonum. Vnde ex Hebræo vertunt interpretes, Bonus & rectus dominus. Et in Græco χρηστὸς donit, i. benignus, bonus. Propter quod in eandem significationē accipi oportet nomē dulcis, quod habet vulgata lectio. In secunda autem parte pro legem dabit, vertunt, docebit vel instruet peccatores in uia. Et eadem est, sed apertior, cum lectione vulgata sententia. Sic uersu 13. quod dicitur, Legem statuit ei inquam elegit: clarius uerti posset, Docebit eum uel instruet eum in uia quam elegit. Item psal. 118 quod obscure dicitur, Legem pone mihi domine uiam iustificationum tuarum clare uerti posset ex Hebræo, Doce me domine, uel me fac intelligere uiam iustificationū tuarum: uel instrue me in uia. ¶Versu 14. Anima eius in bonis demorabitur. Chald. paraph. bona venturi sæculi exponit, dicēs, Anima eius in bonis mundi uel sæculi uenturi demorabitur, & filii eius hæreditabunt terram. Huic utcunque consonat quod Felix uertit, Anima eius in bono dormiet. Bonum autem in quo sancti dormiūt bonum summum & sempiternū est. Beati enim qui in domino moriunt. ¶Versu 16. Firmamentum est dominus, timentibus eum. Ex Hebræo uertit Hierony. ac cæteri interpretes, pro firmamento secretum, hoc modo, Secretum domini, timentibus eum. Cuius lectionis sensus apertus est, secreta domini fieri palam timentibus dominum: iuxta quod in alio psalmo dicitur Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectū dat paruulis. Et iuxta hunc sensum habet Chalda. paraph. Secretum domini manifestū est his qui timent eum, quod autem

Ps. 118.

Apoc. 14

A sequitur, Et testamentum ipsius, ut manifestetur illis, sic uertit Hieronymus Pactum suum ostendet illis. id est docebit illos testamentum suum, intelligere faciet eos præcepta & promissa sua. ¶Versu 18. De necessitatibus meis erue me. Necessitates uidentur pro angustiis accipiendæ. Vnde Hieronymus ac cæteri hoc loco uertunt, De angustiis meis educ me, Quod & in aliis locis, ubi eadem uox ponitur considerari debebit. ¶Versu 19. Et dimitte uni-B uersa delicta mea Ex Hebræo, Porta omnia peccata mea: quòd secundum rem idem est, neque est nostra lectio uulgata aliud quàm huius expositio. Portare enim Deum peccata nostra, est auferre à nobis: id est dimittere. Sic & in uersu 11. quod uulgata lectio hēt, Propiciaberis peccato meo, ex Hebræo uertit Felix, tolles uel accipies uel portabis peccatum meum, i. parces peccato meo, & dimittes mihi peccatum. ¶Versu 16 Odio iniquo C oderunt me. Odium iniquitatis uertit Felix, Chalda. translatio dicit odiū rapinæ: alius transfert, odium iniuriosum. Potest intelligi odium crudele, & impium quo iniusti persequuntur bonos usque ad rapinam, iniuriam, & mortem. Vel accipiatur iniquum odium, illud pro quo iustam causam non habent odientis, quasi odium irrationabile & iniustum, Qui enim erga nocentem (qui prior malum intulit) odium gerit, secundum aliquem D modum æquo odio illum habet exosum, à quo malū prior accepit. Prorsus uerò iniquum est, & nihil habet uel apparentis æquitatis aut rationis aduersus innocentem qui tibi nil unquam nocuit graue gestare odium utramque hanc expositionē breuiter in elucidatione attigimus. ¶Versu 21. Innocētes & recti adheserunt mihi. Aliter habetur in Hebræo, quàm habeat nostra lectio. Sic enim illa habet, innocentes & æquitas custodiant me.

&

& simplicitas & rectitudo, &c. Quæ sententia perfectam veritatem habet. Saluantur enim electi in innocentia & iustitia sua, quemadmodum damnantur impii in suis iniquitatibus & iniustitiis.

## IN PSALMVM XXV.

Versu 2. Vre renes meos & cor meum. Felix uertit, Exanima renes meos. Alius, Funde renes meos Alius. Purifica renes meos. B. Hieron. nostram lectionem nihil mutat, sed Vre nobiscum vertit. Sciendum autè est pro horum concordia & huius versionis intelligentia, quòd vocabulū Hebraicū hoc loco positum tzarap, significat sublimare vel purgare metalla, à quo verbo deriuatum nomē uerbale, ponitur psal. 17. Eloquia domini igne examinata, quod Hebraicè, secundum Ioannem Reuchliniū sic ad uerbum esset transferendū: Sermo domini purgatus & excoctus scilicet, sicut metallarius aurum excoqt & in sublime educit, purgando. Ait quoque idem Reuchlinius, omnia deriuata ab hoc verbo significare probationem, expurgationem & soliditatem atque firmitudinem. Ex quo patet, præsentis verficuli hunc esse sensum, Proba me domine, & tanquam metallarius in camino me pone, ut probes, ut examines, ut purges, probatumque, & solidum, atque firmū facias per patientiam, excoque renes meos & cor meum, ut absumat omne quod impurū est & alienæ, id est uitiosæ, commixtionis. ¶ Versu 3. Cōplacui in ueritate tua. In Hebræo habetur, Ambulaui in ueritate tua, qđ tamen in eandem sententiam cū nostra lectione satis conuenit. Quod. n. uir iustus dicit sibi esse complacitū in ueritate Dei, id indubiè intelligitur, ad ambulandum in ea. ¶ Verf. 4. Et cum iniqua gerentibus non introibo. Hieronymus vertit, Cum fu perbis. Felix, Cum uersutis uel cum occultis, hoc est, cum iis qui aliud habent in corde, & aliud in ore. Vel cum occultis, id est, cum iis qui in occulto se abscondunt, uel parant insidias, ut aliquid mali faciant, uel alicui noceant. Et hunc posteriorē sensum indicat Cald. para. quę sic habet, Cum occultantibus se ut noceant, nō introibo: Manifestum est autem, quo modo ista lectionem nostram uulgatam non nisi explicent, & plenius exprimant ¶ Versu 6. Laui inter innocētes manus meas. In Hebræo, Lauabo in innocentia manus meas, id est, nō ero impius cum impiis, non polluar illorum cōsortio atque commercio. ¶ Versu 7. Vt audiam uocem laudis. In Hebræo, Vt audire faciam in uoce laudis uel confessionis, quod beatus Hieronymus paraphrasticè secundū aliquem modum clarius uertit, dicēs Vt clara uoce prædicem laudem, & narrem omnia mirabilia tua. Qui. n. prædicat clara uoce Dei laudes indubie audiri facit eas. ¶ Versu 8. Domine dilexi decorē domus tuæ. In Hebræo non habetur decorem, sed habitaculum uel habitatio, ad hunc sensum, Dilexi habitaculum uel habitationē domus tuæ: id est in qua tu ut in domo inhabitas. ¶ Versu 9. Ne perdas cū impiis. Hierony. Ne auferas cum impiis animam meam, quod potest secundum sensum in eundem accipi, quem habet uulgata nostra lectio. Felix autem uertit. Ne claudas, uel ne congreges aut comungas peccatoribus animam meam, in eandem scilicet retributionem damnationis æternæ ¶ Versu ultimo. Pes enim meus stetit in directo. In directo, clarius diceretur, in rectitudine, ut uertit Felix uel in recto, ut habet Hiero. pro rectitudine, uel uia recta, ut habet psalterium Romanum, In secunda autem parte, loco in ecclesiis, habet Chaldaica

daica paraphrasis, in congregationibus iustorum.

IN PSALMVM XXVI.

VEr. 4. Ipsi infirmati sunt & ceciderunt. Hieronymus ex Hebræo. Ipsi impegerunt, & ceciderunt. Felix corruerunt & ceciderunt. ¶ Ver. 8. Et uisitem templum eius. Hieronymus. Et attendam templu m eius. Felix: ut explorem vel diluculo surgam, & quæram templum eius. In contextu tamen nobiscum uertit, vt uisitem. Et poterunt hæc facilè in eandem reduci sententiam. Qui enim mane surgit ad explorandum, & uidendum agrum, hortum, aut vineam recte hunc dicimus illa visitare. Et potest in hoc dulce admodum accipi mysterium. Qui enim toto corde cælestia amant, & desiderant supernam patriã inhabitare in æternitate, hi nunc donec in hac vita agunt, C visitant quotidie templum domini, & explorant attenduntque & respiciunt in illam quam expectant hæreditatẽ, quomodo ij qui villas aut possessiones habẽt valde caras, etiam si non in illis inhabitant, frequenter tamen respiciunt ad illas, easque visitant & explorant, & oblectantur sic in visitatione atque aspectu illarum. Iuxta quem modum omnino decens est, vt nos modò elongati à patria nostra, toto desiderio interim ad illam anhelemus, D atque ad eam uisitandã, perlustrandam, ac diligenter percipiendam mane diluculo consurgamus, ne aliquando sanctum ipsius desiderium in nobis incipiat refrigescere. ¶ Ver. 14. Non declines in ira à seruo tuo. Ita quidẽ nobiscum vertit. Hieronymus, nullo variato, Felix tamẽ aliter uertit, Ne expellas in ira seruum tuum, aut ne declines in ira ser-

A uum tuum hoc est ne sic irascaris aduersum me, vt ob hoc mea sperneris, abiicias, aut repellas à te, id est, à te aberrare sinas. Verti etiam potest, Ne declines in iram seruum tuum, hoc est, Ne sinas me seruum tuum venire in iram tuam, vt fiam sub ira tua. Verti etiam posset, Non declines in ira ad seruũ tuũ, hoc est, Ne uenias ad seruum tuum in iracũdia, in iudicium & ultionem, quomo B do venturus es impiis, Omnia autem hæc in vnum sensum primariũ reducere, per seipsum intelligens lector facilè poterit. ¶ Versu 16. Dominus autem assumpsit me. Hieronymus, Dominus autem colligit me, id est congregauit me, quomodo ea quę dissipata & derelicta sunt colligi, & congregari solent, vt foueantur & non pereant. ¶ Versu 17. Legem pone mihi domine. Rursum occurrit quod in psalmo 24. de uerbo legem ponere annotauimus. Nam & hic ex Hebræo rectius ac clarius verteretur, doce me, vel ostẽde mihi domine viã tuam, vt ex Hebræo uertunt Hieronymus ac cæteri interpretes. ¶ Versu 18. Ne tradideris me in animas tribulantium me. Anima pro uoluntate ponitur. Vnde quidam ex Hebræo interpretes vertunt, Ne tradideris me voluntati vel in uoluntatem tribulantium me. In altera autem parte, quod nostra lectio habet, Mentita est iniquitas sibi, id ex Hebræo aliter uertunt interpretes. Hieronymus sic habet, surrexerunt contra me testes falsi, & apertum mendatium, vbi ad complendam intelligentiam videtur aliquid esse subintelligendum, uidelicet loquuti sunt, Vel sic intellige, Apertum mendacium fuit testimonium illorum. Felix simpliciter vertit insurrexerunt in me testes falsitatis, & loquens iniqtatẽ, vel efflans siue effundẽs vel ꝓponens iniqtatẽ, id est, malũ & iniquũ mẽdaciũ.

DE

DE TIT. PRAECEDENTIS PSALMI.

Notandum, quod in Hebræo nullus inuenitur titulus specialis huic psalmo præmissus, sed tantum habet nudè prænotatum Dauidis nomen. In Græcis tamen codicibus similiter & in Latinis titulus specialis præmittitur psal. in hunc modum, psalmus Dauid, priusquam liniretur. Pro cuius intellecta notanda est. Dauidis triplicem in scriptura inueniri unctionem. F Primum enim vnctus fuit à Samuele in medio fratrum, in domo patris sui in Bethleē. Deinde Saule mortuo, in ciuitate Hebron, à viris Iuda unctus fuit, ut regnaret super domum Iuda. Tertia autem unctio eius fuit, mortuo Isboseth filio Saul, quando à senioribus Israel vnctus fuit, ut regnaret super Israelem. Ex his ergo vnctionibus tribus, una potissimū accipienda est, de qua sermo fieri intelligatur in præsenti titulo. Commodissimum autem videtur, ut accipiatur media illa unctio, dicaturque Dauid ipse ante hanc vnctionem mediam, pro psalmi præsentis exercitium, cor suū in domino Deo suo exercitasse, & sāctam unctionem ita sese paratum reddidisset. Antè primam siquidem unctionem, quoniam necdum expertus fuerat vllum hostium insultum, neque à parentibus fuerat adhuc derelictus, idcirco nō uidetur psalmus tunc pronunciatus ab vngendo Dauide, nisi quis forte dicat per spiritū illum præuidisse quæ sibi erant euentura, & futura prophetico more, qua si præterita prænarrasse. In secunda autem vnctione, nemo ignorat illum optimè & frequentissimè expertum hostium sæuissimos insultus, & grauissimam illam ac nimium diuturnam Saulis persequutionem, à quibus tamen omnibus quia se non solum liberatum cognoscit, sed etiam ad regni sublime fastigium contritis hostibus pertigisse, merito fidentissime in hoc psalmo, loquitur sperans, qualem hactenus sensit talem semper se habiturum dominum, protectorē scilicet & in omnibus liberatorē. Ab hac autem secunda vnctione vsque ad tertiam, nullam legimus peculiarem persequutionem aut oppugnationē concitatam aduersum Dauid ab ullis aduersariis, quod dicere possit corruisse & cecidisse, & contra quos ita ardenter hic loquatur. Commodius ergo videtur, ut ante secundum linitionem Psalmus compositus & decantatus accipiatur, velut in præparamentum sanctæ regiæ vnctionis.

1.Re.16
2.Reg. 2
2.Reg. 5

## IN PSALMVM XXVII.

Vers. 1. Deus ne sileas à me, Hūc uersum in nostra vulgata lectione satis obscurum, ex Hebræo clarius vertit Hieronymus, hoc pacto, G Ne obsurdescas mihi: ne forte taceente te mihi, comparer iis qui descendunt in lacum, Quæ lectio eandem omnino sententiam lucidioribus verbis exprimit, quam continet lectio vulgata, & quam in elucidatione explicauimus. ¶Ver. 2. Ad templum sanctum tuum. In Hebræo habetur nomen debir, quod significat adytum siue locum secretiorem templi, unde videlicet dantur oracula & responsa. Vnde beatus Hieronymus vertit, Ad H oraculum sanctum tuum. Felix, Ad abditum siue locum secretum templi. ¶Versu 10. Et refloruit caro mea, & ex voluntate mea confitebor ei. Secus habetur in Hebræo, Exultauit vel gauisum est uel iocundatum est cor meum & in cantico meo confitebor illi Quæ lectio apertam habet sententiam. Lectio autem vulgata hanc velu ti includit. Ex magno enim cordis gaudio, & magna hilaritate animi procedit reflorescentia, & (ut ita dicam)

reuigoratio carnis. Qui autem corde gaudio, sic in alacritate, cantico. Deum celebrat, nònne rectè dicitur ex uolūtate confiteri domino? ¶Ver. vltimo, Et rege eos. Iterum hic regere accipiendum est (ut suprà admonuimus psalmo 2. & 22.) pro pastoraliter regere, siue pascere. Nam idem & in Græco & in Hebræo vocabulum hoc loco ponitur, quod in locis istis prius annotatis.

## IN PSALMVM XXVIII.

VErs. 1. Afferte domino filii Dei, afferte domino filios arietum. Notandum, quòd loco harum duarum partium, in Hebræo non nisi vna pars uersus ponitur, quam propter sui ambiguitatem 70. interpretes recte duabus partibus expresserunt. Beatus enim Hieronymus ex Hebræo tantum vertit, Afferte domino filios arietum; Felix autem & alii nonnulli vertunt, Afferte domino filii Dei, uel filii deorum, uel potentum, uel principum, Quæ diuersitas ex æquiuocatione vocabuli elim, procedit. Interpretes ergo 70. vtranque significationē complecti uolentes, duabus partibus explicare sunt conati, quòd unica plene fieri non potuit. Quid autem per filios Dei intelligatur, & per filios arietum ex elucidatione est manifestum. Illud tamen specialiter aduertendū est, priorem partem, Afferte domino filii Dei, quantum ex sese orationem esse defectiuam, & compleri debere per ea quæ sequuntur, in quibus quæ debeant afferri domino, indicatur Chald. paraph. habet, Afferte domino laudes choros angelorum. Vnde patet, illa per filios Dei intelligere angelicos spiritus, qui etiam in libro Iob filii Dei appellantur, ubi inter filios Dei Satan adfuisse memoratur. ¶Ver. 6. Et comminuet eos tanquam uitulū libani. Ex Hebræo uertit Felix, Saltare fecit uel exilire fecit eos tanquam vitulum. Hoc est, iuxta sententiam in Elucidatione indicatā, fecit eos quos conuertit saltare, ut solet dici, ad suū placitum, uertit, & conuertit ut uoluit, & agitauit quocunque libuit, quemadmodum tener uitulus facilè regitur, & agitatur quocunque quis voluerit. Quod si per nominatiuum casum verterimus hoc modo. Comminuet eas quasi uitulus libani, quomodo habet uersio Hieronymi, habebimus etiam sic aptissimam sententiam: Christus enim dominus non quasi leo in mundo pugnans ferociter, sed tanquam agnus mansuetus, & tanquam vitulus delicatus uicit patienter sicq; ut vitulus sibi subiugauit electos. Occisus enim & immolatus fecit uictoriam, & redemit populum suum. Recte ergo tanquam vitulus libani, tanquam delicatissima immolatitia hostia cōminuit cedros. ¶Ver. 7. Vox domini concutientis desertum, & commouebit dominus desertum Cades. Herony. Vox domini parturire faciens desertum, & parturire faciet dominus desertum Cades. Quod ad eandem sententiam potest accomodari, quam in Elucidatione assignauimus lectioni nostræ vulgatæ. Quum enim Deus ad pœnitentiam conuertit populos siue Gentium siue Iudæorum, quasi parturire fecit eos. Sunt enim pœnitentes parturientibus similes, & dolor pœnitentium dolori assimulatur parturientium: quemadmodum plenius declaratum est à nobis in annotationibus principalibus psal. 46. circa versiculum illum, Ibi dolores ut parturientis. Alii vertūt, Dolore afficiet desertum: quod uel secundum prædictum sensum intelligatur de dolore pœnitentiæ, uel ad dolorem inuidiæ dæmonum atque malorū, qui à Deo deserti sunt, potest in malum referri. ¶Versu 8. Vox Domini præparantis

Marginalia: A (by "corde"); B (by "habebimus"); Esaię. 50 (by "non quasi leo"); C (by "desertum"); D (by "dolori"); Iob. 1. (by "filii Dei appellantur").

ceruos: In Hebræo habetur dictio E
cholel, id est, obstetricans uel præpa-
rans partum. Iuxta quam significatio
nem uertit Hieronymus. Vox domi-
ni obstetricans ceruis. Significat ta-
men suprà posita dictio Hebraica fa
cere, formare, parare, creare. Vnde le
ctio nostra iuxta hanc intelligentiã
exponi potest, Vox domini formauit,
parauit, fecit ceruos uel ceruas, perfe
ctos fecit uiros euangelicos qui alta
conscenderent, & contra diabolum
pugnarent, iuxta sententiam in Elu-
cidatione explanatam. Vel secundum F
primam significationem exponatur,
Vox domini præparans ceruas, sup-
ple ad partum, quod est obstetricans.
Atque ita fœmineum genus magis
Gala 4. côuenit, quod etiam habent plerique
1.Cor.4 ex Hebræo interpretes. Ceruæ autem
istæ quas præparat filiorum multo-
rum, quoscunque per euangelium
Christo gignunt. Ex quibus vnam ali
quam ceruam insignem, multorum
ceruorum progenitricem, audimus G
in parturiendo clamantẽ, Filioli mei
quos iterum parturio, donec formeť
Christus in uobis. Et ad eos quos iam
verbo Dei obstetricãte progenuerat:
In Christo Iesu (inquit) per euange
lium ego uos genui. Non enim ceruę
istæ sibi valent obstetricari, parere nõ
valent, nisi obstetricante illis uoce
domini. Hęc enim est quę de il-
lorum vtero fętus educit, quæ pare-
re illos facit partum salutarem filios H
Dei & regni. ¶ Versu eodem, Et reue
labit condensa. Hieronymus, Reuela
bit saltus. Felix, Detexit vel denudauit
syluas. Syluæ enim condensæ dicũtur
propter frondium, foliorũ, & ramo
Psal. 117 rum dẽsitatem. Vnde in alio psalmo.
Constituite diem solennem in condẽ
sis, vbi Hiero. vertit, In frondosis, secũ
dum quem modum & dici posset Re
uelauit dominus frondosa, id est, oc
culta & obtecta obuolutione figura
rum & ænigmatum, iuxta sententiã
in Elucidatione expositam. ¶ Versu
vlt. Dominus diluuium inhabitare fa
cit. Hieronymus: Dominus diluuium
inhabitat. Quod intelligi potest de
multitudine copiosa fidelium popu
lorum, quam Deus in ecclesia sua in-
habitat. Aquæ enim multæ, populi
multi in ecclesia, quasi diluuium fa
ciũt & sunt, in quo diluuio inhabitat
Christus, & sedet, vt rex super illos in
æternum. Alii vertunt Dominus ad Apo.17.
diluuium sedit, vel in diluuio sedit.
Pro qua lectione conueniens foret p
diluuium intelligere generale & uni
uersale iudicium domini. Tũc enim
pariter in unum congregabuntur
omnes in uniuersum populi, ex om
nibus mundi partibus terraque &
mari, qui fuerunt ab initio vsque in
consummationem sæculi, multitudo
proculdubio multò maxima, & innu 2.Cor.5
merabilia, qui omnes ad unum illud Ioan.5.
tribunal pariter confluant, quod in
medio positum erit, in quo residebit
is cuius potestas facere iudicium,
Christus Iesus, dñs & iudex noster.

DE TITVLO PRAECEDEN-
TIS PSALMI.

HIC Psalmus in Hebræo nullũ
habet peculiarem titulum, ni-
si tantum iuxta communem præno-
tationem, Psalmus David. Græci ta-
mẽ codices, & Latini omnes adiectũ
habent, in consummatione taberna-
culi. De tabernaculo autem isto legi
mus capite 15. primi libri Paralipo 1.Par.15
menon, vbi Dauid ædificasse narratur
locum arcæ domini, eiq; tetendisse
tabernaculum, & præparasse mansio
nẽ, vbi & constituta à leuitis & sacer
dotibus quemadmodum proxime se
quenti capite monstratur. Nemo ve
rò existimet, quoniam hic de taberna
culi consummatione fit mentio id-
circo totum psalmum debere huic
tabernaculo accomodari, & non ad
illa

illa nouæ legis mysteria, de quibus interpretatur Elucidatio. Quid enim vanius posset excogitari, quam tanta tamque splendidissima mysteria quæ psalmus hic continet, solius tituli gratia opprimi, & uelut sepelliri? Præsertim cum nec secundum literam quicquam ex omnibus quæ hic dicuntur, valeat ad hoc Dauidis tabernaculum applicari, nisi forte hoc tantum ꝙ initio ad efferendum hostias homines pruocanẽ. B Cæterum, illa omnia de uoce domini tam magnifica, nihil ad rem illam attinere videntur. Tituli ergo huius inscriptio, non nisi occasionem uel tps compositionis psalmi huius determinare videtur, ut accipiamus Dauidem in tabernaculi prædicti cõsummatione spiritus radio illustratum, deq; mirabilibus illis mysteriis venturi tabernaculi (cuius illud erat q̃dã figura) magnifice edoctũ tale cecinisse cãt. cũ, in quo illa oĩa cantãdo cõprehenderet, q̃ per spũs illustr. õem sibi manifestata pspexerat. Et sanè uidetur id conueniens admodum esse, ut eo tepore quo consum- C mauit rex tabernaculum arcę domini in figura ædificationis ecclesiæ nouæ, quam ædificaturus erat patri suo Christus dominus in hoc mundo, idem ipse propheta de ijs quæ in hoc præfigurato ædificio futura erant illuminaretur, & psalmum caneret. Consummatio autem ista accipiatur, vel quando perfecte præparatus fuit locus in quo debebat arca requiescere, vel post intro ductionem & constitutionem arcæ in loco præparato: vt tunc consummatũ D accipiatur tabernaculum, quando arcam in se tenebat, cui fuerat pręparatum. Quasi enim imperfecta est adhuc habitatio, quando ab eo cui preparatur, nondum inhabitatur.

## IN PSALMVM XXIX.

VErsu 1. Quoniam suscepisti me. B. Hieronymus uertit, Saluasti: alii, Eleuasti, exaltasti, id est, liberasti. ¶ Versu 3. Saluasti me à descendentibus in lacum. Hieronymus, Viuificasti me, ne descenderem in lacum: hoc est, viuificando me præseruasti, ne cum illis venirem qui prolapsi sunt in puteũ inferni. ¶ Versu. 5. Quoniam ira in indignatione eius. Secus in Hebræo legitur, Ad momentum est ira eius, ut vertit Hieron. vel, Instans est ira eius, aut momentum est in ira eius: hoc est, breuissime irascitur, non diu irascitur, si conuerti uolumus, facillime placatur. Ezec. 18 Quacunq; enim hora conuersus fuerit peccator & ingemuerit, agens pœnitentiam, auertensque se ab impietate sua omnium peccatorũ eius nequaquam vltra recordabitur dominus. Tã breuis, tam ad momentum est ira eius. Nequaquam enim est Deus ut morosi homines, qui semel offensi, vix precibus ullis uel obsequiis ualent placari. atq; ad sententiam accedit, licet obscurius, uulgata nostra lectio quæ habet, Ira in indignatione eius. Significatur enim hoc sermone iram Dei non esse permanentem, sed transitoriam, quẽad modum uerbum quod in indignatione subito commoti homines dicunt, facile reuocant atq; retractant. Sic & Deus quia facile iram retractat, & ultionem reuocat, quã ex iusta indignatione decreuerat vel intulerat, quasi in indignatione tantum uidetur habere iram: iuxta quod in Elucidatione plenius expressum meninimus. Chald. paraph. hoc loco sic habet, Vna hora indignatio eius uita æterna bona voluntas eius, hoc est, Indignatio & ira eius non diu durat, nõ ex beneplacito Dei est. Ibidem. Mallet enim (ut ita loquar) nunquã indignari, nunquam irasci; qui non cupit mortem peccatoris, sed omnes cupit fieri saluos, & ad ueritatis agnitionem peruenire, 1. Tim. 2. tamen cogitur subinde irasci & indignari, nostris culpis id exigentibus. Vitam autem non vult ad horam, non ad momentum, nobis be

ne uult; sed æterna bona uoluntate semper optat nobis bonum; & peccatori ēt vt conuertatur & uiuat. ¶ Versu 6. Ad uesperū demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia. Præter intelligentiam quæ in Elucidatione ponitur ualde literalem, potest etiam hæc assignari; Donec in tentationibus agimus & afflictionibus, demoratur in nobis tristitia, grauamur tristitia desolati ad tēpus, & destituti præsentia consolatoris nostri. Verum ubi consolatio spiritus redierit, vbi hic illuxerit, tū redibit lætitia, laus, & gratiarum actio. Aut intelligatur uespere, in tentationibus & afflictionibus debere nos memorari iniquitates nostras, & eas in amaritudine recogitare, quibus afflictionem promeruimus, quemadmodum faciebat in captiuitate
Dan. 3 Daniel orans pro populo suo, ac dicēs, Peccauimus, iniquè egimus in omnem iustitiam tuam, &c. Mane uerò redeunte consolatione, debere nos Deo laudes & gratiarum actiones offerre in lętitia. Cui expositioni satis consonat quod habet Chald. paraphr. Ad uesperum iubet immorari fletum & mane iubet persistere in laude. Adde & alteram expositionem, quòd secundum temporis opportunitatem, magis accommodum est uespertinum tempus ad deflendum peccata, quàm tempus matutinum; ecōtrario autem, tempus matutinum ad laudandum in lætitia magis conuenit propter sensum omnium viuacitatem, & reparationem uirium somno perfectam, id quod experientia facile quisque in sua exercitatione poterit deprehendere. ¶ Versu 7. Ego autem dixi in abundantia mea. Hieronymus vertit nobiscum, In abundantia. Alii autem aliqui interpretes uertunt, In prosperitate, fœlicitate, vel quiete mea. Chald. trāslatio, Cum sederem in fiducia; quæ omniam idem volunt. ¶ Versu 8 Domine in uoluntate tua præstitisti decori meo uirtutē. Hieronymus ex Hebręo, Statuisti monti meo fortitudinem; hoc est, fecisti monti meo perstare & permanere suā fortitudinē, uel posuisti in mōte meo fortitudinē. Spiritualiter āt (iuxta psalmi in Elucidatione expositā intelligentiam) per montem hunc cui præstat & firmat Deus suam uirtutem, conueniens fuerit intelligere cumulū fœlicitatis & illius abundantiæ, de qua in priori uersu habitus fuerat sermo. Atque ita sensus idem est, quo in Elucidatione exponitur vulgata lectio. Aut mons iste intelligatur fiducia animi, vel animus ipse in spe & fiducia Dei confirmatus. Cui præstat & firmat Deus fortitudinem, quoniam si modicum auerterit ipse faciem suam, statim homo cōturbatur, quantumuis antè uidebatur firmatus aque stabilitus.

## DE TITVL. PRAECEDENTIS PSALMI.

PSalmo huic in omnibus exemplaribus, etiam in Hebræis titulus, peculiaris præfigitur, talis; Psalmus cantici i dedicatione domus Dauid. Quæ dedicatio cum ad literam nusquam inuenietur in ulla sacra historia, uidetur secundum mysticam intelligentia requirenda. Vnde qui de Christi passione & resurrectione psalmum exponunt, dedicationem illam domus Dauid ad gloriam resurrectionis Christi domini referunt dicentes, tunc dedicationem domus Dauid celebratam fuisse qn̄ Christi caro fuit a mortuis in gaudio resuscitata, sicq; in templum animæ fuit quasi post destructionem reædificata. Alii, qui totum psalmum etiam cuilibet iusto applicant, sic affecto vt psalmus indicat, dedicationi domus Dauid eū dicunt inscribi; quia tunc maxime est proferendus, cum Deus animam per gratiam inhabitare sentitur, & quia de huiusmodi inhabitatione Dei in anima potissimum loquitur; & quia

de

de inuocatione hominis per gaudium spiritus post lamenta facit mentionem. Vnde in conclusione dicitur, Concidisti saccum meum, & circundedisti me lætitia, vt cantet tibi gloria mea: quòd animam quasi de nouo Deo dedicatam sanare uidetur.

## IN PSALMVM XXX.

VERSV secundo: Accelera vt eruas me. Hieronymus, & Felix clarius, Velociter libera, uel eripe me. ¶ Versu tertio, Esto mihi in Deum protectorem, & in domum refugij. In Hebræo, Esto mihi in lapidem fortissimum, & in domum munitam, vt habet Hieronymus; vel in lapidem fortitudinis, & in domum propugnaculi: vt habet Felix. Ac deinde in uersu mox sequenti, Quoniam petra mea & munitio mea, uel munimentum meum tu es. ¶ Versu nono. Saluasti de necessitatibus animam meam. Hieronymus, Cognouisti tribulationes animæ meæ. Felix, Cognouisti in tribulationibus animam meam. Et hæc eandem habent cum uulgata lectione sententiam. Cognoscere enim dicitur Deus tribulationes animæ, vel cognoscere eam in tribulationibus, quando ad angustias animæ patientis, sic aspicit, & attendit, vt eam ab illis expediat. ¶ Versu decimotertio, Infirmata est paupertate uirtus mea. In Hebræo, pro paupertate, habetur iniquitas. Sic enim vertit Hieronymus; Infirmata est iniquitate fortitudo mea. Et Felix, Infirmata est propter delictum meum fortitudo mea, vel, Corruit in delicto meo uirtus mea. Quod de uirtute spiritus omnino videtur intelligendum. Per peccatum enim ipsa debilitatur & infirmatur; quoniam peccatum dispositionem aliquam relinquat necesse est ad male agendum: & quanto quisque ad male agendum fortius dispositus est eo ad bonum, inuenitur infirmior. ¶ Versu 14. Super omnes inimicos meos factus sum opprobrium vicinis meis valde. In Elucidatione præpositionem Super, interpretati sumus propter, quo modo ex Hebræo vertunt quidam, Propter omnes hostes meos fui opprobrium. Felix uertit, Ab omnibus tribulantibus me; quod ad eandem sententiam facillime accommodatur. Beatus autem Hieronymus vertit, Apud omnes hostes meos factus sum opprobrium, & uicinis meis nimis: hoc est, omnibus inimicis meis factus sum opprobrium, etiam uicinis meis valde. ¶ Versu 16. In eo dum conuenirent simul aduersum me. Clarius sic ex Hebræo transferetur, Cum conuenirent simul; uel cum inirent concilium pariter aduersum me, accipere animam meam cogitauerunt, vel potius impiè cogitauerunt. ¶ Versu 18. In manibus tuis sortes meæ. In Hebræo habetur, In manu tua tempora mea; quomodo habet & Romanum psalterium. Sententiam autem eadem potest accipi; Ecce enim in manu Dei tempora nostra aduersitatis, prosperitatis, afflictionis, & consolationis, vitæ & mortis, nihil aliud est quàm sortes nostras esse in ipsius manibus, idemque orationis sensus recte accipitur. Chaldaica paraphra. habet, In manibus tuis dies redemptionis meæ. ¶ Versu 20. Illustra faciem tuam super seruum tuum. Illustra valet, illumina, vel lucere fac, vel ostende cum illuminatione, siue irradiatione. Chaldaica paraphr. habet, lucere fac iocunditatem faciei tuæ super seruum tuum. ¶ Versu vigesimosecundo, Qui loquuntur aduersus iustum iniquitatem. Beatus Hiero. vertit,

quæ loquuntur aduersus iustum vete- E
ra, id est, diu excogitata mēdacia, & ini
quitatem multum elaboratam, diuq;
in corde uelut parturiendo gestatam.
Vel uetera, id est, corrupta & putrida,
malaq; & sordida: hoc est impia Alii.
uertunt, grauia vel dura, iniqua, super-
ba, vel opprobria. ¶ Ver. 24. Perfecisti
eis qui sperant in te. Perfecisti, id est, o-
peratus es sperantibus in te, ut habet
Hieronymus. Vel operatus es pro spe-
rantibus in te. Cæterum, illud quod se
quitur, In cōspectu filiorum hominū, F
in Elucidatione cōiunximus cum par-
ticula subaudienda: hoc modo, Quam
reddes eis in cōspectu filiorum homi-
num. Cui astipulatur Chal. paraph. sic
hēns, Operatus es sperantibus in te, vt
reddas eis præmium bonum in cōspe
ctu filiorum hominum. ¶ Versu 30.
Veritatem requiret dominus. Hierony
mus. Fideles seruat dominus. Quod cū
lectione communi facile concordari
potest, si intelligamus Deum require-
re fideles ad saluādum eos quomodo G
reqrit pastor oues, ne pereāt, & salua-
tor eos quos saluare velit. Hoc enim
modo requirere ueritatem vel fideli-
tatem, idem censebitur quòd custodi
re vel saluare fideles, & facientes veri-
tatem.

## IN PSALMVM XXXI.

VErsu. 4. Conuersus sum in ærū-
na mea, dum configitur spina.
Hæc lectio quam habeat intelligentiā, H
ex Elucidatione patuit. In Hebræo au-
tem secus habetur. Sic. n. uertit Hiero.
Versatus sū in miseria mea, cum exar-
desceret messis iugiter. Quod ita po
test intelligi, Tribulatus, & afflictus sū
in miseria mea, cum viderem iu-
giter peccata mea maturescere, &
appropinquante æstu diuini iudicii,
quasi ad propinquam retributionem
parari. Quò enim diutius peccator q-
libet peccatis absq; pœnitentia & con

fessióne dissimulando perseuerat, eo
ad rationem punitionis magis magis-
que appropinquat, & uelut exardescit
coquitur, & maturescit cōtinuò mes
sis eius ita vt iudicio per singulos dies
fiat propinquior. Aliter uertunt Felix
atque alii nonnulli interpretes: Immu
tatus est humor meus in siccitates ęsta
tis: vel, Versus est uiror meus in siccita
te ęstatis: hoc est, Quicquid añ peccatū
in me fuerat viroris & humoris, ex gra
tia Dei, velut exsiccatum est, quomo-
do æstate nimio æstu solet exsiccari
terra. Vel sic, Cōuersa est siue uersa pin
guedo mea, siue humidum meum in
siccitatibus, id est, (iuxta Felicis inter-
pretationem) factus sum macillentus
& exsiccatus, ac si positus fuissem ad ra
dium solis in æstate. Atq; ita ad corpo-
ris afflictionem hæc lectio secundū li-
teram referetur, vel etiam ad animā se
cundum spiritualem intelligentiam.
¶ Versu 9. Tu es refugium meum à tri
bulatione q̄ circundedit me: exultatio
mea, erue me à circūdantibus me. Hūc
uersum ita transfert Hieron. Tu es pro
tectio mea, ab hoste custodies me, laus
mea, saluans, circundabis me. Quæ le-
ctio ex seipsa claram habet intelligen-
tiam. Alii partem illam posteriorem
exultatio mea, &c. aliter vertunt; Can
ticis liberati circundabis me; hoc est
cum circundabis me ad protectionem
& liberationem, accipies à me cantica
liberationis, quæ pro gratiarum actio-
ne tibi decantabo liberatus. ¶ Versu
10. Firmabo super te oculos meos.
Beatus Hieronym. Cogitabo de te o-
culo meo. Felix, Innuam super te
oculo meo. Sanctes, Consulam ti-
bi oculo meo. Prouenit autem ista
diuersitas, ex ambiguitate vocabuli
Hebraici iaatz, cuius hic futurum po-
nitur, quod (teste Reuclinio) signi-
ficat decreuit, cogitauit, consulta-
tione conclusit, Statuit. Est autem
sensus prædictarum versionum ferè
idem; nempe hic, Ego dñs habebo (vt
di-

dici solet ) oculum, & respectum ad te, conuertam oculos, & aspectum meum ad te, vt te dirigam in via quam ambulare debes: vt si forte errare volueris à rectitudine, ego tibi indicē atque mōstrem errorem: & si forte ignorare contigerit quò pergere & quid agere debeas, ego tibi indicem quid placitum sit mihi. Et loquitur Deus secundum cōsuetudinem hominum, qui ambulantium per ignora itinera gressus oculo & aspectu prosequuntur, vt de recto bonoque itinere admoneant, & ab errore deuiorum viæ ignaros custodiant. Aut secundum modum quo parentes præeuntibus in via filijs, qui viā tamen ignorant, continuò oculos habēt ad viam filiorum, vt illis iter rectū demonstrent. Hæc autem intelligētia etiam in Elucidatione comprehenditur, tametsi pleniorem illa assignet interpretationem. Nostræ autem lectioni & expositioni videtur apertius consonare quod habet Chald. paraphr. Ponam vel firmabo super te in bonum oculos meos.

## DE TIT. PRÆCEDENTIS PSALMI.

IN titulo huius psalmi vna dictio pponitur, quæ hactenus nusquam occurrit, videlicet Mascil, pro qua septuaginta interpretes in Græco verterunt συνεσιν, quod Latinè intellectus dicitur. Beatus Hieronymus eruditionem trāsfert, quod ferè idem valet. In Chal. translatione habetur intellectus, vel eruditio Bona. Cur autem huic psalmo titulus præmittatur bonæ eruditionis, vel boni intellectus, facile pcipiemus, siquid nos hic psalmus doceat, attendimus. Docet autem nos intelligere quomodo peccati remissionem assequi debeamus: & in hoc nos erudit, atq; prudentes facit, quomodo vera pœnitentia ad Deum conuerti, eiusque iram ef-

A fugere valeamus, & in peccatis cōmissis nequaquam permanere. Quis autē dubitet optimam hanc esse eruditionem & intellectum preciosum vtilissimamque prudentiam? Docet enim salubriter lugere, quo nihil est in hac vita homini magis vtile, vel magis necessarium. Beati enim qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.

## IN PSALMVM XXXII.

B VErsu 1. Rectos decet laudatio. Felix, Rectis decora vel formosa est laus: hoc est, rectos decet: quemadmodum illud quod apud Sapientem ponitur, Non est speciosa laus in ore peccatoris: tantundem valet, atque, Non decet peccatorem, Dei Laudatio. ¶ Versu 3. Bene psallite ei in vociferatione: Hieronymus, Diligenter psallite in iubilo. Felix, Bene psallite cum iubilatione: vel, Facite bonam melodiam & tripudium cum iubilatione, vel musicis instrumentis bene canite cum iubilatione. ¶ Versu 5. Diligite misericordiam, & iudicium. In Hebræo non habetur misericordiam, sed tzedalzad, id est, iustitiam: coniungendo iustitiam cum iudicio, vt frequenter in scripturis fieri solet. ¶ Versu 6. Spiritu oris eius omnis virtus eorum. Hieronymus, Omnis ornatus eorum, quod cum lectione vulgata habet eandem interpretationem. Vnde, & Felix non aliud, quàm virtutem vertit. Alij autem aliqui interpretes vertunt, Omnis exercitus eorum. Cuius lectionis sensus est, Non solum cœlos maximos orbes in sua amplitudine a Deo fuisse solo verbo creatos, verum etiam cœlestes exercitus, & immensum illorum spirituum numerum, qui in eis est, simul ab initio in sua multitudine fuisse spiritu oris Dei in sui generis nobilitate conditos. Atque in hanc sententiam conuenienter interpretari posset etiam communis lectio,

per virtutem intelligendo exercitũ: E quemadmodum frequenter, & aliàs fieri solet. In Hebræo.n. hoc loco habetur tzebaam, quod sonat exercitũ, vel militiam, vel virtutẽ eorum. ¶Versu 7. Congregans sicut in vtre aquas maris. Felix, Congregans sicut cumulũ, aut velut in cumulo aquas maris. ¶Versu 9. Quoniam ipse dixit, & facta sunt. In Hebræo singulari numero habetur, Quoniam ipse mandauit, & factus est: ipso pręcipiente, stetit: totus videlicet orbis, & vniuersa mũdi machina ad imperium domini esse F accepit, & in sua subsistẽtia consistit. ¶Versu 10. Dominus dissipat consilia gentium. Hieron. Dominus dissoluit cõsiliũ gẽtium, irritas fecit cogitationes populorũ. Felix, Amouit vel ꝓhibuit cogitationes populorũ. Eadẽ est horũ cum nostra lectione sñia. ¶Ver. 14. De præparato habitaculo suo respexit. Hieronymus, De firmissimo solio suo prospexit vniuersos habitatores terræ. Felix. De habitaculo sessionis vel habitationis suę prospexit oĩbus habitatoribus terræ, vel ꝓuidit: G quod ipse interpretatur, Prouidentiã habuit de eis. Vel simpliciter. Respexit omnes habitatores terræ. ¶Versu 15. Qui finxit sigillatim corda eorũ. Hoc loco videtur prima facie aliquã donare cõtrarietatem litera Hebręa, atque lectio septuaginta interpretũ vulgata. Hæc enim habet κατὰ μόνας, idest, sigillatim vel singulariter. In Hebræo autem iachad ponitur, id est, simul siue pariter. Vnde B. Hierony. ac cæteri in Hebręo interpretes vertũt, H Quæ fingit pariter cor eorum. Videtur autem contrarietas aliqua esse inter eũ qui dicit, Deum finxisse sigillatim vel singulariter corda filiorum hominum, & eum qui diceret, Deum pariter finxisse corda eorum. Sed aduertendum est, quod Hebraicæ literæ sensus nequaquam vult Deum pariter, i. simul tempore, fecisse corda filiorum hominum: sic quasi (iuxta hæreticorum quorundam errorem) omnes animas à principio Deus creasset: quemadmodum vniuersam angelorũ multitudinem simul tempore creauit. Id enim prorsus impiũ & catholicę doctrinæ est aduersum. Neq; omnino litera Hebræa hũc sensum patitur, quoniam non plurali numero dicit, Qui finxit pariter corda eorum: sed numero singulari, Qui finxit pariter cor eorum. Vnde nequaquam potest ille sẽsus accipi de concreatione animarũ hominum, id quod attendenti ꝓprietatem & vim elocutionis vnicuiq; facile potest fieri manifestum: Et forsitan speciali concilio ac Spiritus sancti instinctu, septuaginta interpretes prauam intelligentiam, ac sensum peruersum amouere volentes, lectionẽ posuerunt: quæ illi falsæ sententiæ videretur non solum non fauere, sed ẽt aduersari dicentes, Qui finxit sigillatim corda filiorum hominum. Quæ lectio pulchre intelligi potest ad firmationem catholici dogmatis, quòd singulas hominum vitas & animas (quę per corda significantur) Deus creauerit sigillatim vel singulariter siue sepãratim, tunc videlicet vnamquanque de nouo creans in illo ipso momẽto, quo in corpus proprium eam infundit. Quæ intelligentia manifestę aduersatur erroneo dogmati, cuius ferunt Auerroim vel authorem, uel assertorem extitisse. In litera autem Hebraica illud iachad, id est, pariter, vel simul, secundum virtutem valere videtur, etiam, vt sit sensus: Qui finxit etiam cor eorum, & intelligit omnia opera eorum. Nam in tali significatione solet nonnunquam pariter vel simul vsurpari: velut cũ dicimus, Deus de nihilo creauit nos, & pariter nos ad imaginem suam fecit, simulq; capaces fecit suæ gloriæ: tantũdem est, ac si dicatur, Qui etiam nos ad imaginem suam creauit, atque etiam capaces

ces fecit suæ gloriæ. Et iuxta hunc sen-
sum apta valde habebitur connexio,
cum eo quod præcedit atque subseq-
tur, in hunc modum, Dominus de suo
habitaculo prospexit super omnes in
habitantes terram, qui etiam fecit cor
da eorum, & intelligit omnia opera
eorum. Quasi dicat Propheta, Nõ mi
rum si super filios hominum prospi-
ciat Deus, si ipsius erga illos prouidẽ
tia extendatur: quandoquidem etiam
intima illorum formauit, & vitam, at
que adeò vitæ totius principium (qđ B
in corde est) inspirauit in eis, ac pro-
inde omnia eorum cognoscit opera.
Posset etiam illud (pariter) aliter in-
telligi, Qui format pariter, supple cũ
corpore, cor eorum: id est, simul cum
corporis plasmatione animam creat,
& infundit vniendo corpori: quod
etiã errori supra citato manifeste ad-
uersatur. Atque huic sensui videtur
vtcunque accedere Chald. paraphra-
sis habens in hunc modum, Creans
vel formans eos, vnit corda eorum, C
& vestigat omnia opera eorum. ¶Ver
su 17. In abundantia autem virtutis
suæ nõ saluabitur. In Hebræo per ã-
ctiuum genus habetur, In abundãtia,
vel multitudine roboris sui aut forti
tudinis suę non saluabit, vel non libe
rabit. Quod eandem facit cum no-
stra lectione sententiam, si intelliga-
tur. Non saluabit sese equus, neq; ses
sorem suum. Nam & nostram lectio-
nem quæ passiuum habet in Elucida-
tione sic ambigue ĩterpretati sumus, D
Non saluabitur neque equus ipse, ne-
que sessor illius. ¶Ver. 19. Et alat eos
in fame. In Hebræo, Et viuificet eos
in fame. quod in idẽ redit. Qui.n. alit
alioqui moriturũ, quasi viuificat, dũ
vitã sustentando, vitã quasi præbet.

## IN PSALMVM XXXIII.

Psalmus iste per alphabeti Hebrai
ci literas (vt sup. diximus de psal-
mo 24.), pcedit, singulis versibus sin-
gulas literas secundum ordinẽ alpha
beticum in cap. præferentibus. ¶Ver-
su 2. In domino laudabit anima mea.
De verbo Laudabit, diximus in prin-
cipalibus annotationibus, quod pro
Gloriabitur ponatur. Vnde Felix v-
trunque vertit, quasi sub differentia
constituens, laudabitur vel gloriabit.
Sanctes vertit in domino laudabit se
anima mea, quod est gloriari. Qui.n.
gloriatur, quasi secundum modum a-
liquem se laudat, vel sibi complacet
in illo in quo gloriatur. Denique et
vulgo cum gloriari volunt homines,
ita solent dicere, Laudabo me, quod
hoc illudve egerim, aut quod illi rei
nõ consenserim. i. glorior & gaudeo.
¶Versu 5. Accedite ad eum, & illumi-
namini. Hierony. Respicite ad eum,
& confluite. i. Leuate oculos vestros
ad eum, & cumulatim vniuersi ad eũ
accurrite, & vultus vestri nõ confun-
dentur. Felix, Respexerunt ad eum, &
cucurrerunt, siue confluxerunt, aut re
spexerunt in eum, & illuminati fue-
runt, & vultus eorum non confundẽ
tur. ¶Versu 7. Immittit Angelus Do-
mini in circuitu timentium eum. Hie
rony. Circundat angelus domini in
gyro timentes eum, & eruet eos. Fe-
lix, Moratur, vel quiescit, vel castrame
tatur Angelus Domini per circuitũ
timentium eum. Quæ versiones sen
tentiam vulgatæ lectionis, quę in Elu
cidatione priori loco exponitur, cla-
rius exprimunt ¶Versu 9. Non est in
opia timẽtibus eum. inopia, id est, nõ
est deficientia vel defectus, quod cla-
rius exprimitur in psalterio Romano
nihil deest timentibus eum. ¶Versu
10. Diuites eguerunt & esurierunt. In
Hebræo habetur, Leones vel catuli
Leonum siue leonculi depauperati
sunt, vel inopes facti sũt, & esurierũt
id est, egestatem passi sunt. Nimirum
diuites huius sæculi, qui per fas & ne
fas congregant, & fraudant, Deũ nõ

habentes præ oculis, rectè ob suã rapacitatem leones vel leonum catuli appellantur. In secunda autem parte, cũ dicitur, Inquirentes autem dominum nõ minuentur omni bono: impropriè admodum videtur accipi verbum Minuentur, pro Deficient, vt habet psalterium Romanum, Vel defectum patiẽtur, vel indigebunt. Vnde Hieron. vertit, Quærentibus autem dominum nõ deerit omne bonum. ¶ Versu 16. Vultus autem domini super facientes mala. Beatus Hieronymus nobiscum vertit, Vultus domini. Felix autem vertit sub indifferentia, Vultus uel iræ domini. Nam (vt supra diximus in annotationibus Psalmi 20.) vultus domini aliquando pro iracundia accipitur, propterea quòd in vultu ira soleat relucere, dum toruo, & seuero vultu aspicimus eos, quibus irascimur. ¶ Versu 21. Mors peccatorum pessima, Hieronymus. Interficiet impium malitia, & odientes iustum culpabuntur. Hoc est, peribit impius, & morte æterna punietur propter malitiam: & odientes iustum, culpabiles inuenientur & rei peccati in iustos. Vel culpabuntur, id est, accusabuntur atque condemnabuntur. Vnde Felix vertit. Odientes iustum desolabuntur, vel destruentur. ¶ Versu vltimo, Et non delinquent omnes qui sperant in eo. Hieronymus iuxta sententiam nostræ lectionis vertit, Non peccabunt omnes sperantes in eo. Felix autẽ vertit, Non desolabuntur, vel non pœnitebit sperantes in eo.

## DE TIT. PRÆCEDENTIS PSALMI.

HVIC Psalmo præmittitur titulus historicus, in hunc modum, Dauid, cum immutauit vultum suũ vel os suum coram Abimelech, & dimisit eum, vel eiecit eum, & abijt. In quo titulo difficultas est, etiam secundum hi-

E storiam propter nomen Abimelech, Si enim pro Abimelech diceretur Achis, facilis esset intelligentia ex historia primi lib. Reg. In cuius c. 21. describitur, 1. Re. 21
quomodo a facie Saulis fugiẽs Dauid, postquam ab Abimelech panes propositionis accepisset, & Goliæ gladium ad regem Geth Achis nomine, confugit, sperans ibi se saluandũ a facie Saulis. Verum cum fama nominis Dauid illic quoq; vulgaretur, dicentibus ministris Achis, Nonne iste est Dauid rex
F terræ, cui cantabant in choro, Percussit Saul mille, & Dauid decem milia? Territus Dauid, furere se simulauit, & vultum atq; os immutauit coram rege Achis, collabi se sinens inter manus eorum, & in ostium portæ impingens, pque barbam saliuam emittens, adeò vt obiurgans rex Achis seruos suos, diceret, Quare adduxistis ad me hominem istum insanum, vt fureret me præsente? Ac deinceps, Dimittite illum hinc, ne ingrediatur domum meam. Cui sanè
G historiæ per omnia titulus optime quadrat, q de immutatione vultus Dauid, & de eiectione siue expulsione, atque abitu siue euasione eiusdem expressã facit mẽtionem. Ac si ita diceretur, Dauid post euasionem, primum quidẽ de manu Saul, deinde de manu Achis regis Geth, psalmum istum composuisse in gratiarum actionem, non pro hac solum liberatione, sed in generali, pomnibus beneficijs Dei, quæ simul memori mente & animo grato recogitabat:
H ita tamen vt ista particularis liberatio occasionem præstiterit generalis gratiarum actionis. Verum obstare videtur huic dicto quod dicitur, coram Abimelech, non coram Achis. Quod incommodum Iudæorum quidam Rabbini soluere conantur, dicentes eundem esse, qui & proprio nomine Achis nominabatur, & à communi regni sui appellatione Abimelech: quo nomine reges Palæstinorum appellabantur antiquitus: quemadmodũ reges Ægypti Pharaonis

tionis nomine solebant appellari, sicut ex sacris literis, facile potest comprobari. B. August. prolixa interpretatione mysticè hæc exponit ad Christi passioné, & per resurrectionem ab omni periculo euasionem, ea referens, vt sit Christi ad patrẽ pro se, & omnibus membris, proque sua & omnium liberatione, gratiarum actio. Qui de his plura cognoscere desiderat, apud patrem S. Augustinum in tituli expositione abunde multa inueniet.

## IN PSALMVM XXXIIII.

Versu 1. Iudica Domine nocẽtes me. Hieron. Iudica dñe aduersarios meos. Felix, Contende cum contẽdentibus mecum, i. contra illos litiga, vel pugna, vel dimica q me oppugnãt, vel contra me dimicant mihi nocere cupiẽtes. ¶Versu 3. Effunde frameã, & conclude aduersus eos qui persequuntur me. Hiero. Euagina gladium, & pręoccupa ex aduerso persequentes me: C hoc est, euaginato gladio occurre persequutoribus meis in prçlium, exurge in occursum illis, & irrue in illos, vt eos tua potentia expugnes. ¶Ver. 9. Superuacue exprobrauerunt animã meã. Secus habetur in Hebręo, Sine causa fecerunt foueam; vel foderunt foueã aię meæ, i. sine causa & meo nõ merito posuerũt mihi isidias. Atq; ita prior pars versus, nẽpe, Gratis absconderunt mihi interitum laquei sui, eadem est cum posteriori iam explicata. ¶Versu 9. Veniat illi laqueus quem ignorat. Pro laqueo, Hieronymus vertit calamitatẽ, alij contritionem vel desolationem: Felix strepitum, tumultum vel deuastationem; Sententia autem in his oĩbus manifeste eadem est. ¶Versu 12. Eripiẽs inopem de manu fortiorem eius. Accommodatius ad Grammaticam congruitatem diceretur, De manu fortiorum eo. Vnde Felix vertit, Eripiens inopem a fortiori illo. ¶Versu 14. Retribuebant mihi mala pro bonis, sterilitatẽ aiæ meæ. Felix hanc particulã, sterilitatem aiæ meæ sic interpretatur. Q̃d faciunt mihi, malum pro bono reddẽtes, est vt mors an:mę meæ, & quasi cã sterilem faciunt, & reddunt eam semimor tuã, & eam in illa ponunt anxietate, in qua mulier solet esse post partum. Quę expositio satis cum Elucidatione nostra concordat. Posset etiã sic exponi, Retribuebant mihi malum pro bono, per quod sterilem fecerunt animam meam: id est, vitam meã, quia sua ingratitudine fecerunt vt illis nihil ꝓfuerit uita mea, quam pro eis expandi, & erogaui frustrã: quę expositio satis apte quadrabit, cum ad Christum psalmus applicabitur. ¶Versu 15. Ego autẽ cum mihi molesti essent, induebar cilicio. Hieronymus, Ego autem cum infirmarer ab eis, induebar cilicio, id est, cũ tribularer, affligerer, molestarer ab eis: quod cum nostra lectione idem valet. Aliter vertit Felix, Ego autem, cum ipsi infirmarentur, indumentum meum saccus vel cilicium: hoc est, non reddidi malum illis pro malo, sed cum ipsi infirmarentur, aduersa paterentur, tristarentur, ego cõdolebam illis, nõ gaudebam super malo afflictionis illorum sed afflixi meipsum ieiunio & oratione, lugens cum lugentibus, ſm charitatis fraternæ expostulationem. Verũ q a oratio mea locũ nõ inueniebat, nec effectũ in eis ad me redijt, & in meã vtilitatẽ est conuersa. ¶Versu 17. Quasi pro- D ximum & quasi fratrem nostrũ, sic complacebã. Lectio nostra Latina hoc loco non facilem habet intelligentiam, & videtur in sermone esse incommodũ, Facile autem vtrique mederi posset, si tãtum adiiceretur præpositio AD, hoc modo, Quasi ad proximum, & quasi ad fratrem nostrũ sic complacebã. Aut si casus accusatiuus mũtaretur in datiuũ, hoc modo, Quasi ꝓximo, & quasi fratri nostro sic complacebam. Atq; ita per casum datiuũ habet lectio Gręca

Rom. 12.

ὡς ἀδελφῷ ἡμετέρῳ οὕτως εὐηρέστουν. Iuxta priorem modum cum præpositione vertit Hieronymus, Quasi ad amicum & quasi ad fratrem meum sic ambulabam. Posset etiam verti per nominatinum, hoc modo, Quasi amicus, quasi frater, sic placide conuersabar erga illos, sic æquum & placidum illis me i cõuersatione exhibui. ¶Versu eodem, quasi lugẽs & contristatus, sic humiliabar. Hierony. Quasi lugẽs mater, tristis incuruabar, id est, sic humiliabar, & tristitia grauabar pro malo inimicorum meorum, sicut mater tristatur, dolet, & luget sup mortuo, vel infirmo filio suo. Aliter Felix, Sicut lugens matrem, nigerrimus humiliatus sum, id est tanquam lugens matrem nigris indutus lugubribus uestibus sic humiliaui me, afflixi atq; contristaui pro inimicis meis. ¶Versu 18. Et aduersum me lætati sunt. Hieronymus, In infirmitate mea lætabantur. Felix, Cum ego autem attritus essem vel confractus, vel claudicarem, lætati sunt. Alij, In claudicatione mea lętati sunt. Quæ omnia eandem habẽt sententiam, hanc videlicet, Cum ego infirmarer, vel deficerem viribus, siue claudicarem atque vel modicum vacillare siue deficere inciperem, inimici mei letabantur in malo meo. Quòd autem sequitur, Congregata sunt sup me flagella: beatus Hieronymus vertit, Collecti sunt aduersum me percutientes: quæ lectio nostræ vulgatę est quędã explanatio. Felix claudos vertit, Congregati sunt (inquit) aduersũ me claudi, i. homines abiecti, vt ipse interpretatur. ¶Ver. 19. Dissipati sũt, nec compuncti, tentauerunt me, subsannauerunt me subsannatione. Ex Hebręo, Sciderunt & non tacuerunt, in simulatione verborũ fictorũ. Hoc est, lacerauerunt me iniurijs & maledictijs, & nõ prohibuerunt linguas suas ab huiusmodi verbis ad derisionem fictis & compositis, mihi illudẽtes. ¶Versu 23. Quoniam mihi quidẽ pacifice loquebantur, & iracũdia terræ loquentes dolos cogitabant. Hieronymus ex Hebræo, Non enim pacẽ loquuntur, sed in rapina terræ verba fraudulentia concinnant: quod sensum habet apertum, Non loquuntur, quæ pacis sunt, sed vt male rapiãt, dolos componunt. Alij vertunt, Non. n. pacem loquuntur, & super humiles, vel mansuetos terræ verba fraudulenta cogitant, vel componunt, vel concinnãt. ¶Versu vltimo, Et lingua mea meditabitur iustitiam tuam. Pro meditabitur in Hebræo habetur futurũ verbi hagag, quod (vt Ioannes Reuchlinius testatur) significat meditatus est, dissertauit, disputauit, rationatus est, loquutus est, sonos seu verba composuit. Vnde hoc loco transferri potest, Lingua mea tota die loquetur, vel sonabit vel modulabitur, uel dissertabit iustitiam tuam.

## IN PSALMVM XXXV.

VErsu 1. Dixit iniustus, vt delinquat in semetipso. Hierony. Dicit scelus impij in medio cordis eius, non esse timorem Dei ante oculos eius. Cuius sensus est, Iniquitas & peccatum impij hoc ipsi persuadent, vt cogitet in corde suo & existimet, nõ debere se timorem Dei ante oculos habere. Quod translatio Chal. clarius sic exprimit, Dixit scelus siue iniquitas impio in medio cordis eius ne ponat timorẽ Dei ante oculos suos. Vbi per scelus intelligi potest, vel peccatum, & iniquitas ipsa, quæ peccatorẽ excæcat, & facit non timere neque attendere hominum iudicia, & velut psuadet cordi peccatoris, Dei timorẽ abijcere: vel diabolus scelestus & author peccati. Nam & ipse hoc maxime cordibus hominum psuadere conatur, vt Deum nõ habeant præ oculis, quo sibi seruiant liberis. ¶Versu 2.

Vt inueniatur iniquitas eius ad odiū. Ad odium beatus Hieronymus vertit, ad odiendum. Quod potest exponi passiue, vt odio habeatur, scilicet à Deo, quomodo nos in Elucidatione explicauimus: vel actiuè, ad habendū odio, subaudiendo bonum. Quod ēt aptè quadrabit, ꝓposito Psalmi, quoniam ad consummatam impietatem hoc pertinet, sic in iniquitate defigi, & illi adhærere vt virtus habeatur odio. Nam qui ex infirmitate qualibet peccant aut fragilitate humana, & si ad tēpus passionis subiecti præeligāt iniquitatem, non inuenitur tamen eorum iniquitas ad odium boni. Diligunt enim bonum, & amant eos qui bene agunt, licet propter fragilitatē, & passionem præeligāt malum. ¶Versu 3. Noluit intelligere vt bene ageret. Hieronymus, Cessauit cogitare benefacere, hoc est, eousque in impietate sua progressus est impius, vt non vltra cogitet de faciēdo bene, sed absque freno iam in omne malum abeat præceps. Quod à nostra lectione non dissonat, Noluit intelligere vt benefaceret, id est, noluit cognoscere, noluit cogitare, quomodo benefaceret, vel de faciendo bene: quod clarè habet Chald. paraphrasis, Abscidit intellectum a bene operādo. ¶Versu. 11. Prætende misericordiam tuam sciētibus te. Dictio quæ in Hebræo habetur loco prætēde, à verbo masach venit, qđ significat duxit, traxit, extendit, vel tetendit. Vnde hoc loco Hieronymus vertit, Attrahe misericordiā tuā scientibus te, hoc est, trahe misericordiam tuam ad scientes te, aut impartire misericordiam tuam fidelibus tuis. Et idem sibi vult verbum prætēde, quod habet nostra lectio.

## IN PSALMVM XXXVI.

Versu 1. Noli æmulari in malignantibus. Hieronymus, Noli

A contendere cum malignis. Felix similiter, vel noli commisceri velut in cōtentionem cum eis, quod facile ad sētentiam nostræ lectionis applicatur, hoc modo, Noli zelo commoueri intra te super malignantibus, nō te moueat impiorum prosperitas, ita vt cū eis velis ob hoc in contentionem misceri, vt cum eis tu velis contendere. Verti etiam potest, Ne inuideas malignantibus, neq; ira commouearis cōtra illos. Chald. paraphrasis alteram

B sententiam explicat, dicens, Ne æmuleris malignos, ne similis fias illis, & non æmuleris facientes iniquitatem. Hanc autem vtranque intelligētiam, in Elucidatione clare satis indicauimus. ¶Versu. 2. Quoniam tanquam fœnum velociter arescēt. Ex Hebræo, Tanquam gramen, vel fœnum velociter succidentur vel conterentur, & sicut olus viride marcescent, vel sicut viror herbæ aut germinis deficient. ¶Versu 3. Inhabita terram, & pasce-

C ris in diuitijs eius, In Hebræo non habetur in diuitijs eius, sed pascere fide, vel ueritate. Ponitur enim nomen æmunach, significans veritatem, vel fidem. Rectè autem secundum sententiam huius lectionis iubemur sperantes in domino pasci veritate. Veritas enim & fides promissionum Dei, nos debet in bono nutrire, sustinere, educare & ad incrementum iustūm ꝑducere. Ad illam enim intendentes, cōfortamur, consolamur, confirmamur

D in ea & ad virtutis exercitia alacres atque potentes reddimur: quemadmodum solet confortare cibus edentes. Si enim vulgato sermone dicūtur homines quidam spe ali & viuere, maxime autem amantes (de quibus tritum prouerbium est, Spes alit amantes) cū tamen huius mundi spes frequenter nimium sperantes confundat & fallat: quanto magis optimo iure dicere poterimus, de sancta spe (quæ in Deum est) quæ iuxta Apostolum non confundit, Rom. 5.

vt-

Gal. 5. (vtpote illius innixa veritati, qui mẽtiri nequit) quòd alere atque pascere sufficiat amantes atq; fideliter sperantes. E
Potest etiã intelligi de fide quę in nobis est, quod ipsa nos debeat pascere, quoniam per dilectionem debet fides operari virtutis opera, quæ pabulum,
Iaco. 2. & cibus sunt animę. Fides enim quæ sine operibus est, mortua cum sit, nescit pascere se habentes, neque vitam dare, quæ vitam nõ habet. Eadem quoque intelligẽtia de veritate commode assignari potest, tam de veritate fidei, F
1. Cor. 4 q̃ vitæ. Potest etiam aliter intelligi, Pascere in fide, ad hunc sensum, Interim donec gustare non datur illam perfectam satietatem, quæ exhibenda est in patria, in fide pascere, in fide oblectare, per eam & in ea contemnendo, quæ videntur temporalia: ea autẽ quæ nõ videntur æterna tota mente contẽplando, & iam nunc per fidem vera charitate perfectam, in cœlis habendo côuer-
Philip. 3 sationem. Ex Chald. Parap. vertit August. Genuensis, Negociosus esto in fi- G
Matth. 6 de, quod illi consonat verbo Euangelico, Negociamini, dum venio: hoc est, Cura, donec tempus est operandi, dicues fieri in operibus bonis, quẽadmo-
1. Tim. 6 dum Apost. ait. Et thesaurizare thesaurum bonum atque indeficientem in cęlis iuxta sermonem domini Adiuro te hoc loco, Christiane lector, côsideres & ipse tecum expẽdas, quàm ampla atque angusta sit scripturarum sanctarũ maiestas, & quam abundans nimium fœcunditas, quæ in unico verbulo tã H multiplicem complectimur intelligentiam, & singulas pio animo ad ruminãdum suauissimas. O vere fœlices nimium, sua si bona norunt agricolæ sancti, quibus in hoc agro dominico concessum est atque complacitum, ingenij sui vires expendere. Illud quoque aduerte, priusquam hinc dimittaris lector quòd istæ ex Hebræo uersiones iam adductę & expositę facile possunt cum lectione vulgata concordari, si

pronomen eius, cum dicitur, pasceris in diuitijs eius, referat dominum, ut sit sensus, Pasceris in diuitijs domini. Fides enim recta quæ per dilectionem operatur, sunt verè diuitiæ domini, q̃bus scilicet efficimur in Deo diuites. Imò & si referat terram, modo terra spiritualiter intelligatur terra cordis (vt in annotationibus principalibus prolixè deducitur) facile erit inuenire concordiam. Verè enim diuitiæ cordis nostri sunt, fides & opera Deo digna, quæ illa operatur: ¶ Vers. 4. Delectare in domino. Delectare. i. diuitias tuas si ue delectationem tuam accipe, habe, pone in domino, quomodo vertit Felix. ¶ Ver. 5. Reuela domino viam tuã. Hieronymus, Volue super dominũ curam tuam. i. (iuxta Petri uerbum) om- 1. Pet. 5.
nem solicitudinẽ proiice in ipsum: quę sententia secundum rem cum nostra lectione satis conuenit. Qui enim domino sua omnia reuelant, ad hoc faciũt, vt ipsi totum committant quod sibi incumbit. Siquidẽ ad hoc manifestamus nostras miserias, ad hoc cõmunicamus consilia, ut subleuemur, ut iuuemur in eo quod per nosipsos non possumus. Felix uertit, Circumuolue secus dominum uiã tuam, hoc est, quicquid agas, quocunque ambules, semper cum Deo permane, & ab eo ne discede, semper illi adhæreas optimo adiutori in omnibus. Quandiu enim in conspectu illius ambulas, & iuxta illum circumuoluis uiam tuam, securus eris: quemadmodum pulli ab accipitre securi sunt, donec circunuoluunt secus matrem uiam suam. Quòd si longius abscedant in itinere suo inuenient periculũ. ¶ Versu 6. Subditus esto domino, & ora eũ. Pro subditus esto, in Hebræo habetur imperatiuus uerbi damam, quod significat quieuit, siluit, expectauit. Vnde ex Hebræo uertendum esset, Quiesce domino, uel tace domino, quomodo uertit Hieronymus. Tacet autem domino, uel silet, uel quiescit, qui non mur-

murmurat de iudiciis domini, æquanimiter fert quicquid Deo permittente conspicit euenire, prosperitatem scilicet malorum, suam afflictionem, atq; similia, & in nullo obmurmurat. Quid verò aliud est in proposito loco subditum esse domino? Patet ergo, quomodo hoc quod nostra lectio habet, cum prædictis conueniat. Pro altera autem parte, Et ora eum, uertunt, Et expecta illum uel parare illi: quod quomodo rectius quam oratione perficitur? Vnde non dissonat quod habet nostra lectio, Et ora eum. ¶ Versu 10. Quæres locum eius, & nō inuenies. Hieronymus, Cogitabis de loco eius, & non subsistet hoc est, considerabis & uidebis ad locum in quo prius peccator erat, ad statum in quo florebat; & non inuenies eum in eo statu & loco in quo paulo ante videras. Vnde Felix vertit. Considerabis locum eius (.i. intellectum & considerationem adhibebis) & non adest. Verti etiam posset, Tu ædificaberis super locum eius, & nō erit, supple, ipse impius. Quod in Dauide impletū cognoscimus. Saul. n. interfectus est, & ipse successit in regnum illius. ¶ Vers. 12. Obseruet peccator iustum. Dictio Hebraica zamam, quę hoc loco habetur; significat, pręsumpsit, statuit, cogitauit. Atque ideo verti posset hoc loco, Præsumpsit impius contra iustum, vel statuit aut decreuit peccator, intellige; malas suas cogitationes contra iustū, aut cogitat cōtra iustum, vel de iusto, vt vertit Hieronymns. Felix vertit, iniquam cogitationem cogitat impius aduersus iustum. Alij, malitiose vel dolose cogitat, quod est pręsumit ¶ Ver. 15. Vt trucident rectos corde. In Hebræo habetur, Vt trucident vel interficiāt rectos via, in uia, quod secundum rem idem est cum eo quod habet lectio vulgata. Qui enim recti sunt corde, iidem sunt & recti uia, vel in uia sua. ¶ Versu 21. Inimici verò domini, mox ut honorificati fuerint & exaltati deficiētes quemadmodum fumus deficient. Hieronymus, Inimici domini gloriātes vt monocerotes. cōsumetur sicut fumus consumitur. Quod apertam habet intelligētiam, si tantum intelligatur gloriari ut monocerotes, idem esse quod gloriari in fortitudine & potentia sua tanquam si monocerotes essent; quomodo solemus dicere fortes gloriari tāquā leones, hoc est, quasi de leonino robore. Felix ita uertit, Inimici domini uelut adeps agnorum, vel, sicut preciosum agnorum defecerunt, in fumo defecerunt. i. sicut adeps agnorum nullam habens resistentiam ab igne consumitur, & in fumum resoluitur; sic inimici domini igne gehennæ cremabuntur. Aut accipiatur hic sensus, Inimici domini qui sunt tenerrimi & delicatissimi & pinguissimi sicut preciosum agnorum, vel sicut adeps agnorū, ipsi deficient subito, & igne peribunt ęterno. ¶ Ver. 23. Quia benedicentes ei hæreditabunt terram. Hieronymus ac cæteri ex Hebræo interpretes vertunt per participia significationis passiuæ, in hunc modum, Benedicti eius, uel benedicti ab eo hæreditabunt terram, maledicti autem eius, vel maledicti ab eo, peribunt. ¶ Ver. 25. Cum ceciderit, non collidetur. Felix exponit, Cum cœperit cadere, non erit penitus proiectus: quem sensum in Elucidatione indicauimus. Quod autem sequitur, Quia dominus supponit manum suam: in Hebræo, habetur, Dominus sustētat vel sustinet manum eius, scilicet viri iusti: hoc est, ne cadat, vel irreparabiliter cadat apprehendit illum manu, atq; ita tenet; quemadmodum tenere solent matres filiorum manus, vt etiam si palpitare cęperint illorum crura debilia, materna sustentatione è casu præseruentur, aut certè priusquā se allidant, mox eleuent eos manu quem tenent Et hoc manifestum est quomodo cum vulgata lectione in eūdem sensum possit reuocari. ¶ Ver. 26.

Non

Non uidi iustum derelictum, nec semẽ eius quærens panem De hac posteriori parte in priorib. annotationibus quæstio mota est,quomodo ueritatem habeat quod dicit Psalmista,nunquam vidisse se semen iusti quærens panem, cũ multi conspiciantur hostiatim quæritare victum & uiuere mendicato. Cui quæstioni responsio adhibita est,explicando,quid intelligi debeat quærere panem,iuxta sententiam literæ præsentis. Faciliori tamẽ modo etiam alia via posset quęstioni fieri satis,repetendo vocabulum,derelictũ,ad semen quærens panem,hoc modo,Non uidi iustum derelictum,nec etiam semen eius quærens panem uidi derelictum;hoc est, iustũ derelictum non uidi,& filios iusti,etiã si ad tantam egestatem deuenissent,ut cogerentur mendicato quęrere panẽ, nunquam vidi derelictos,quin illis(quã quam in uerecundia & sobrietate, sufficienter tamen ) præbuerit dominus quæ uictui sunt necessaria. Quæ sententia quanquam non se offert prima facie,quia tamen & facilis est, & absque omni incommodo,nec Grecæ nec Hebrææ lectioni repugnans aut dissonens, nequaquam venit aspernãda.¶ Ver. 27. Tota die miseretur & commodat. Caue ne commodare hic intelligas,commodo esse,uel commodum facere,siue prodesse,quomodo per contrarium dicunt incommodare,obesse, & damnũ facere. Non enim hoc sonat originalis lectio,neq; Hebræa,neq; Græca:Gręcè enim habet verbum δανίζει, quod manifeste significat mutuo dare vel accomodare,quod significat hoc in loco cõmodare; cuius uerbi actiui passiuum ponitur uersu huius Psalmi 22. Mutuabĩt peccat. Græce enim est δανεῖται. i. mutuum accipiet.¶ Versu 32. Os iusti meditabitur sapiẽtiam. Eiusdem uerbi futurum est hic, de quo diximus in annotatione vltima ex Hebræo,in Ps. 34. in expositione versus ultimi,Et lingua mea meditabitur iustitiam tuam. Vnde

E posset & hoc loc uerti,Os iusti loquetur,sonabit, dissertabit, modulabitur, vel pronunciabit sapientiam.¶ Ver. 33. Et non supplantabuntur gressus eius. Hieronymus,Nõ deficient gressus eius. Felix,Non cõmouebuntur gressus eius, vel non labetur aliquis gressuum eius, vel non mutabunt,aut aberrabunt gressus eius,aut non claudicabunt.¶ Versu 35. Et non damnabit eum,cum iudicabitur illi. In Elucidatione ita exposuimus, ut eum priore loco referat iustũ;

F datiuus autem,illi,posteriori loco referat impium,ad hunc sensum,Dominus non condemnabit iustum,cum iudicabitur impio. Posset tamen ex Hebraica lectione vtraque relatio ad unum referri,ad hunc sensum,Deus non condemnabit iustum, cũ iudicabitur ipsi iusto; hoc est,cum uiri iusti fiet iudicium,ipse non condemnabitur iudicio Dei. Atque in hanc sententiam accepisse uidetur Hieronymus. Cuius uersio sic habet,Nec condemnabit eum(scilicet iustum) cum iudicabitur. Felix adiicit re-

G latiuum,dicens;Cum iudicabitur ipse, scilicet iustus. Tanquam si dicat Propheta,Iustus, quãquam nunc ante tempus iudicetur ab impiis, & irrideatur, in die tamen iudicij, quando verum fiet iudicium,non condemnabitur á Deo, nec irridebitur,sed in iustitia sua saluabitur.¶ Versu 37. Vidi impium superexaltatum & eleuatum,sicut credros libani. Hieronymus,Vidi impium robustum & fortissimum, sicut indigenam

G virẽtem. Felix,Vidi impium robustum & integrum aut recentem,fortem siue extendentem radices, sicut laurus viridis,vel sicut arbor vegeta. Dicit quoque Felix,vocabulũ ezrach, cuius loco nos cedrum habemus, significare apud Hebræos uirum qui auita nobilitate floret,& in bono nomine uirescit; quam significationem respiciebat sacer Hieronymus,cum in uersione diceret,indigenam virentem. Chald. translatio habet,Vidi impium fortem & validum,sicut

cut

cut arborem transplantatam & abundantem foliis;& transiuit de mũdo, & ecce non erat. Manifestum est autẽ, omnia hæc florem & apparentem gloriam prosperitatis impiorum significare. ¶ Ver. 39. Quoniam sunt reliquiæ homini pacifico. Hieronymus, Ad extremum erit viro pax, id est, homini qui nunc in simplicitate & æquitate uiuit, tametsi nunc sit tribulatio & iugis afflictio, erit tamen pax & bonum illi in nouissimo. Pro malis enim quæ in præsenti vita ac
Luc. 16. cepit bona, tunc cõmutato ordine (iuxta patris Abrahæ vocem) recipiet. Alij sic legunt, Merces vnicuique pax. Cuius sensus est, unicuiq; uiro nunc custodiẽti innocentiam & obseruanti æquitatẽ erit pax æterna, pax vera, in mercedem & beatam retributionem. Huic lectioni consonat, quod ex Chal. paraphrasis vertit Augustinus Genuensis, Finis hominis, pax. ¶ Ver. 40. Iniusti autẽ desperibunt, simul reliquiæ impiorum interibunt. In Elucidatione & contextu ita distinximus præsentem uersum, vt aduerbium simul ad posteriora adiunximus. Alii tamen malunt in præsentem partem referre, hoc modo, Iniusti aũt disperibunt simul; ac deinde, reliquiæ impiorũ interibũt. Quæ lectio facilem hẽt sensum, omnes impios simul unius ictu sententiæ, in ęternam perditionem deturbandos. Atque huic posteriori lectioni magis fauent tum Græca, tũ Hebræa exemplaria, atque etiam nonnulla vetusta Latina. ¶ Versu eodem, Reliquiæ impiorum interibunt. Clarius dici posset, Reliquiæ impiorum, vel nouissimum, seu merces impiorum, perditio & interitus. Felix, Nouissimum impiorum peremptum est: hoc est, impiis nihil est relictum bonæ mercedis.

## IN PSALMVM XXXVII.

VErsu 2. Confirmasti super me manum tuam. Hieronymus, Tetigit me manus tua. Felix, Depressa est super me manus tua: vel, Depressisti super me manum tuam. ¶ Versu 7. Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus. Beatus Hieronymus vertit, Lumbi mei impleti sunt ignominia. Felix, Ilia mea repleta sunt combustione. Aut legi potest pro illusione, vilitas, contemptus, aut immunditia. Habent autem hæc eandem sententiam cum vulgata lectione. Malæ enim concupiscentiæ æstus, de quibus hoc loco manifestè videtur fieri mentio, rectè illusiones dicuntur, & ignominia; combustio, & ardor. Vnde Apostolus Paulus talem indicare volebat combustionem, 1. Cor. 7 cum diceret, Melius est nubere, quàm vri. Quantam quoque habeant vilitatem, despectum, & immunditiam, quilibet naturæ honestate docetur. ¶ Versu 8. Afflictus sum, & humiliatus sum nimis. Hieronymus, Euigilaui, & afflictus sum nimis. Felix, Collisus sum, & contritus sum vehementer. Aut, dissolutus, relaxatus, mutatus sum, & confractus vsque nimis; hoc est, prorsus impotens factus sum ad bonum, quasi confractis, & dissolutis omnibus viribus. Pro gemitu quoque cordis idem Felix palpitationem, vel strepitum vertit. ¶ Versu 1. Cor meum conturbatum est in me. Hieronymus, Cor meum fluctuabat. Felix, Cor meum circuiuit, vel in orbem iuit; hoc est, sic conturbatum est, vt videretur palpitare, & quasi præ anxietate sese voluere, atque gyrare; quẽadmodum euenire solet iis, qui vehementer anxij sunt animo. ¶ Versu 11. Amici mei, & proximi mei aduersum me, &cæt. Hieronymus, Chari mei, & amici mei, quasi contra lepram meam steterunt. Felix, ex aduerso plagæ meæ steterunt: hoc est, contra vulnus, & morbum meum steterunt, vt magis ipsum augerent, quàm lenirent, uel minuerent, & ad deterius potius adducerent, quàm in ullo dolori proficerent. Posito nauque in doloribus pœniten-

pœnitentiæ, omnis amicorum & pro- B ximorum consolatio, maxime quæ secũdum carnem proponitur, oneri potius est quàm consolationi, & dolorẽ pœnitentis aggrauat magis quàm lenit. ¶ Ver. 19. Cogitabo pro peccato meo. In Hebræo habetur futurum verbi daag, quod significat solicitus, fuit, timuit, formidauit. Vnde hoc loco verti posset, Solicitus ero ꝓ peccato meo (vt uertit Hieronymus) aut anxius ero, vel timebo, vel formidabo. Atque ita etiam accipi debet in nostra lectione verbum cogitabo, uidelicet cum solicitudine, & anxietate, quemadmodum solent uarijs cogitationibus solicitari, qui sunt in timore positi.

## DE TITVLO PRAECEDENTIS PSALMI.

Titul. huius Psal. iuxta Hebræũ est, Psalmus Dauid, in commemoratione, Nam quod additur in Latinis, atque Græcis exemplaribus, sabbathi, id in Hebræo non habetur sed tantum G in commemoratione, vel ad reminiscẽdum, vel ad commemorationẽ. Quod facilem intelligentiam habet de recordatione peccatorum quoniam, in hoc Psalmo potissimum fit mentio de peccatorum rememoratione, cõfessione, & exaggeratione, ad consequendã veniam peccatorum. Aut in commemoratione propriæ fragilitatis, infirmitatis atque miseriæ, quæ in nobis est ex nobisipsis, maxime dum a Deo derelin- H qui uidemur. Et de hac fit in Psalmo prolixa mentio. Si autem iuxta uulgatos codices adiiciamus, in commemoratione sabbathi, significatur, Psalmũ conuenire peccatori, de sabbatho subsecuturo uitæ & requiei æternę solicito, & ipsam perdere formidanti, ac proinde pœnitentiam agenti. Vnde mox in principio Psalmi clamat, Domine, ne in furore tuo arguas me, &c.

## IN PSALMVM XXXVIII.

Ver. 2. Posui ori meo custodiam. Felix pro custodia vertit clausuram, capistrum uel fiscellam: qui idem sonant, & idem, uolũt, quod custodia. Beatus Hieronymus, Quid illud claustrum siue capistrum sit, quo hos claudi debeat, in sua uersione demonstrat, cum ait; Custodiam os meum silẽtio. Nimirum silentium, oris capistrũ clausura & custodia est ¶ Versu 6. Vt sciã quid desit mihi. Felix Cognoscã quàm F breuis temporis ego; vel, Quanti tẽporis ego, id est, quanto tempore viuam, vel quando deficiam. Iuxta quem modum habet Chal. paraphra. Vt sciẽ quãdo deficiam à sęculo ¶ Ver. 7. Ecce mẽsurabiles posuisti dies meos. Hieronymus uertit, Breues posuisti. Felix, Ad mẽsuram pugillorum posuisti, vel pugillos dedisti, id est (vt ipse ait) iuxta minimam mensuram pugillorum. Sãctes dicit, Vt mensuram quatuor digitorũ. Quæ omnia breuitatem nimiã sonant vitæ præsentis. & cum lectione nostra facile intelliguntur coincidere. Dum enim mensurabiles dies ait positos vitæ, significat eos ualde breues esse & paucos, ut facile minimo negocio queant numerari uel mensurari. Psalterium Romanum habet, Veteres posuisti dies meos, quod etiam cum prædictis coincidit; quoniam quod antiquatur, veterascit atque senescit, propè interitum est: & quæ vetera sunt non longam possunt obtinere durationem. Quod autem sequitur, Et substãtia mea tanquam nihilum ante te. Ex Hebręo uertitur, Vita mea, uel tempus meum, uel æuum meum, quasi non sit, in conspectu tuo. Nam (vt Petrus Apostolus ait) ante dominum dies unus, sicut mille anni; & mille anni, sicut dies unus. Et Psalmista confitetur domino, quoniam mille anni ante oculos tuos sicut dies hesterna quæ præterit; quanto magis anni pauculi, vel

Heb. 8.

2. Pet. 3.

Psal. 89

10. vel 20. vel 40. uel 60. aut potentatib. 80. aut amplius aliquátulum, & hoc ipsum tamen labor, & dolor. Vt meritò dici posset, quòd tempus uitæ hominis, quasi nihilum sit ante oculos Dei, cuius est æterni duratio. ¶ Versu 8. Veruntamen vniuersa uanitas omnis homo uiuens. De hoc uersu latius tractatum est in annotationibus Psalmi principalibus; Adijciendum tamen uidetur, qđ hoc loco habet Chal. paraph. in hûc modum. Omnia nihil reputantur, uerû omnes iusti surgent ad uitã æternam: quod facilem quidem habet & pulchrã intelligentiam, sed à uulgata lectione & ijs quæ circa eam exponêdo dicta sunt prorsus extraneam. ¶ Versu 9. Veruntamen in imagine pertransit homo. Psalterium Romanum habet, In imagine Dei. Verum huius genitiui adiectio tam ex Hebræis, quàm ex Græcis & Latinis correctioribus codicibus probatur superflua. Neque satis loco conuenit, de imagine Dei facere mentionem. De particula autem illa, Veruntamen, aduerte, ꝙ non aduersatiue accipienda est, sed potius expletiue uel asseritiue, ut significet, Et quidem, vel & certe. Vnde Felix uertit, Certè. Hieronymus, tamen, Tantum (inquit) in imagine ambulat hô. ¶ Vers. 11. Opprobrium insipienti dedisti me. Ex Hebræo deprecatiue vertunt, Opprobrium insipiêtis vel stulti ne ponas me; hoc est, non sinas illos mihi dominari, vel (ut postulare solet) gaudere sup me. ¶ Versu 14. Et tabescere fecisti sicut araneam animam eius. Hieronymus, Posuisti quasi tineam desiderabilia eius; hoc est, omnia in quibus oblectatur diues in hoc sæculo, tu facis quasi tineam fœtida & corruptioni obnoxia, vel à tineis corrodi facis. Felix uertit ferè similiter cû Hieronymo. Tabescere fecisti uelut tineam, preciosum eius. Aut liquefacere fecisti, uel putrescere fecisti desideratû ab eo sicut araneam ¶ Versu ultimo. Remitte mihi ut refrigerer. Hieronymus. Parce mihi, ut rideam, antequam vadam, & non subsistam. Felix, Declina a me, & corroborabor: uel, relaxa te à me, & confortabor, & consolidabor, antequam vadam & non ero. Quæ omnia, non nisi explanant vulgatæ lectionis sententiam.

## DE TIT. PRAECEDENTIS PSALMI.

Titulus Psalmi est. Pro Idithum, canticum Dauid, Quod intelligit de Idithum cantore, cuius vocibus hic Psalmus traditus fuit decantandus. De hoc enim Idithû legimus primi libri Paralipomenon. 16. cap. quòd rex Dauid, ubi arcam domini intulisset in domum suam, ipsum simul cum Heman constituerit ad confitendum domino, quoniam in sæculû misericordia eius, vtque tuba canentes & cymbala quatientes, & in alijs quoque musicorum instrumentis dulci modulatione sonâtes, laudem concinerent. Ex nomine verò Idithû, quod interpretatur, transiliens, mystica accipitur intelligentia: secundum quam, hic Psalmus pro transcendente inscribitur, quia mundû & omnia quæ transitoria sunt côtênendo transeuntur, & supersilientem ad æterna depingit; qui huius uitæ labilis & caducæ pertæsus dissolui cupit, & esse cum Christo, & in solo domino (contemptis omnibus & reputatis pro nihilo, quasi uanissimis) ponit expectationem suam. 1. Par. 15 Philip. 1

## IN PSALMVM XXXIX.

Versu 6. Beatus vir cuius est nomen domini spes eius; & non respexit in uanitates & isanias falsas. Hieronymus, Beatus uir, qui posuit dominum confidentiam suã, & non est auersus ad superbias pompasq; mendacii. Qua lectione velut exponitur, quid in nostra lectione per uanitates & insanias falsas intelligatur. Felix vertit, Et

non respexit ad arrogantes vel superbos & diuertentes vel circumeuntes mendacio, id est, non adhæsit nec assimulauit se superbis, & iis qui operátur vel loquũtur mendaciũ, vel circumeuntes mendacium, i. defendentes, aut fouentes falsitatẽ & errores malos. ¶ Ver. 7. & 8. Cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi. Annunciaui & loquutus sum, multiplicati super numerum. Lõge aliter vertunt ex Hebræo interpretes. Hieron. sic habet, Multa fecisti tu domine Deus meus mirabilia tua & cogitationes tuas pro nobis. Non inuenio ordinem coram te: si narrare voluero, & numerare, plura sunt quàm vt narrari queant. Cuius lectionis sensus est, Multa fecisti mirabilia, domine, & specialiter cogitationes tuas mirabiles & occulta consilia tua, pro nobis cogitasti, & pro nobis operari voluisti. Sunt autem corpora tua & cõsilia ista tua tam multa, ut non possim ordine debito cuncta recensere, neque inuenire numerum, ita ut nesciam unde potissimum queam incipere sermonem, neque sufficiam enarrandis omnibus, tam sunt multa, tam uaria, tã magna. Felix eandem inducit sententiam, qua supra Hieron. sed multo obscurius & intricatius. ¶ Ver. 9. Aures autem perfecisti mihi. In Hebræo ponitur uerbũ, carach, quod primo significat fodit, in cidit, aperuit: iuxta quam significationem, B. Hieronymus ex Hebræo vertit, Aures fodisti mihi. Significat etiã prædictum verbum, ordinauit, disposuit, parauit, vel apparuit: iuxta quam significationem habet communis lectio, Aures perfecisti mihi. i. aptasti & parasti, interiores uidelicet aũi, per quas audiam quid in me loquaris, vt fiam tibi obediens. Vnde Chal. paraph. sic habes, Aures autem ad auscultanda præcepta tua formasti mihi. Et secundum hanc expositionem idem uidetur esse aurium perfossio, quod auriũ perfectio. Spiritualiter enim aures apertas habẽt vel incisas, vel perfossas, qui Diuinæ voci eas habent semper patentes, ut possit ipsa intus introire ad intima humani cordis: quemadmodum ecõtrario, clausas aures intellligimus habere spiritualiter eos, quorum auditus nõ est apertus ad suscipiẽdum interius Dei sermones. Vnde & incircuncisæ apud Hieremiã dñr aures obstinatorum in præuaricatione sua, quasi non incisæ, vel non perfossæ, vel non apertę ad suscipiendum sermones Dei. Notandum autem, ꝙ septuaginta interpretes hoc loco habẽt, Corpus aptasti uel perfecisti mihi. Iuxta quam lectionem etiam Paulus Apost. 10. ca. Epistolæ ad Hebr. adducit hãc partem Psalmi in testimoniũ. Cuius lectionis expositionẽ simul cum nſa atq; Hebræa in Elucidatione pariter implicauimus, & quasi in vnã compegimus sententiam. ¶ Ver. 11. In capite libri scriptum est de me, &c. Hęc atq; præcedentia in Elucidatione atq; annotationibus principalibus supra exposuimus in persona Christi, ꝑ ꝑ authoritatem beati Pauli Apostoli: qui in in Epistola ad Hebræos, hæc vt uocem Christi in mundum ingredientis, adducit. Veruntamen iuxta Hebraicam lectionem, Pauli Apostoli authoritate seclusa, facile totam lectionem cuilibet iusto liceret accõmodare, hoc modo, Tu domine nõ exigis à me uictimas & & oblationes corporales pro expiatione peccatorum, sed obedientiam requisisti, & obedire me fecisti voci tuæ: & ego meipsum obtuli promptum ad ꝑficienda mandata tua, dicens, Ecce adsum. In volumine enim libri tui in scriptura sãcta, aut in prędestinatione tua scriptum est super me: vel de me, hoc mihi iniũgitur, hoc à me exigitur, vt faciam uoluntatem tuam, non autem vt victimas feriam, aut holocausta corporalia. Atque ita cõsequenter cętera omnia satis quadrant, Sed & Chald. parap. nihil omnino hoc loco de Messias uidetur indicare. Neq; iuxta hanc expositionem

Hier. 6.

sitionem tantam facere oporteret difficultatem de commutatione modi loquendi, quantam indicauimus in argumento atq; in annotationibus. Secũdum tamen Apostolicam authoritaté, omnino cogimur, hanc scripturã Christi personæ accommodare, vt ex superioribus euidens est ac manifestũ. Notandum quoque, quòd in Hebræo nõ habetur in capite libri, sed in uolumine libri: quod facilius est accommodari cuilibet iusto quàm prior lectio quę habet, In capite libri.

## IN PSALMVM XL.

VEr. 9. Verbum iniquũ constituerũt aduersum me. Hieronymus, Verbum diaboli infundebant sibi: hoc est, proposuerunt in animo, & firmauerunt in proposito cordis sui cõsilia pessima, quorum diabolus in ipsis author extitit. ¶ Ver. 10. Qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem. Hieronymus ex Hebręo vertit, Qui manducabat panem meum leuauit contra me plantam vel calcaneũ, quõ etiam apud Ioannem ex ore Saluatoris adducitur. Felix tñ & cæteri magis vertunt, iuxta modum nostrę lectionis, Magnificauit super me supplantationẽ, vel magnificauit aduersũ me calcem siue calcaneum. Est autem horum eadem sententia, Iudam proditorem fraudem magnam & dolum nimis insignem perpetrasse contra dominum suũ, a quo nutriebatur, & nimis indigne illũ optime meritũ cõculcasse, atq; velut pedis calcaneo ꝓtriuisse.

## IN PSALMVM XLI.

VEr. 1. Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarũ. Felix, Quemadmodum ceruus vociferat super inundationibus aquarum, sic aĩa mea uociferat ad te Deus. Quod sic exponit, Sicut ceruus præ desiderio clamat ad, uel propter inundationes atque torrétes aquarum, vt eos scilicet inueniat, & eis refocilletur: ita anima mea, ò Deus, præ desiderio ad te clamitat. Aliter uertit beatus Hieronymus, Sicut areola præparata est ad irrigationes aquarum, sic anima mea præparata est ad te Deus. ¶ Ver. 8. Memor ero tui de terra Iordanis & Hermoniim, à mõte modico. Hunc versum quidam ita exponunt, Memor ero mirabilium, quæ tu fecisti circa Iordanem fluuium & in monte Hermoniim. Quod autem sequitur, A monte modico, beatus Hieronymus vertit, A monte minimo. Alij autem uocabulum Hebraicum tenent non uersum, dicentes à monte Mizhar, quasi nomen sit proprium, nõ appellatiuum. ¶ Versu. 9. Abissus abissum inuocat. Clarius uerti posset, Abyssus ad abyssus clamat, id est, alia aliam vocat, iuxta expositionem in Elucidatione, & annotationibus latius expressam.

## DE TITVL. PRAECEDENTIS PSALMI.

PSalmus iste, primus est inter eos qui inscribuntur filiis Core. Nam plures ex psalmis hac inscriptione cõstat prænotari, de qua inscriptione sancti Patres, maxime autem inter hos pater Augustinus, mysticas plures & pulchras ediderunt sententias, ex ipsa nominis Core interpretatione, quod caluitium, uel caluariam sonat; vt spiritualiter illi intelligantur filij Core, qui filij sunt illius qui in caluariæ loco voluit crucifigi, illi videlicet, qui Christo domino fide, & charitate firmiter adhærentes, cuncta huius mundi despiciunt, & toto affectu ad cœlestia anhelant: qui non nisi in caluaria, non nisi in cruce domini gloriari volunt, terrenam oẽm cõsolationem, ꝓp passionis dominicæ memoriam penitus respuentes. Et quidem facile hoc

fuerit aduertere, attente considerantibus, quod ferè Psalmi qui prædictã habent inscriptionem exprimant vel magnum uitæ præsentis fastidium, vel ardens futuræ desiderium. Secundum literalem autem expositionem, dicere licebit, Psalmos quosdam filiis Core inscribi; quoniam ipsis canendi dabatur, & ad ipsorum spectabat officium, psalmos istos peculiariter (qui sic prænotati sunt) Domino in musicis instrumentis decantare.

## IN PSALMVM XLII.

Ver. 3. Ipsa me deduxerunt, & adduxerũt in montem sanctũ tuũ, & in tabernacula tua. Hieronymus per futurum vertit, Ipsa deducent me, & introducent in montem sanctum tuum, & in tabernaculum tuum. De quo in prioribus annotationibus diximus. ¶ Ver. 4. Ad Deum qui lætificat iuuentutem meam In Hebræo habetur, Ad Deum lætitiæ & exultationis meæ, id est, qui me facit gaudere, lętari, & exultare in spiritu meo.

## IN PSALMVM XLIII.

Ver. 6. Qui mandas salutes Iacob. In Hebręo per imperatiuum modum dicitur, Manda salutes Iacob; uel præcipe pro salutibus Iacob, ut vertit Hieronymus, hoc est præcipe ut saluatio fiat populo tuo. Te enim iubente ueniet salus. In uersu autem sequenti, ubi nostra lectio habet, Ventilabimus cornu; psalteriũ Romanum nõ habet cornu, neq; etiã uersio Hieronymi ex Hebræo, sed tantum, ventilabimus. Vocabulum tamen nagach, significat cornu petiit, vel cornibus percussit aut offendit, aut insultauit, impegit, inuasit, significatq; proprie impulsum & insultum animalium, qualem uidelicet animalia cornibus faciunt. Vnde patet Hebraicæ vocis emphasim hac circũlocutione, ventilabimus cornu, non male neq; infœliciter explicatam. In secũda autem parte pro spernemus, Hieronymus uertit, Conculcabimus: Felix, ad nihilũ deducemus. ¶ Versu 10. In Deo laudabimur tota die. Hieronymus ex Hebræo, In domino gaudemus tota die. Vnde patet, quod supra psalmo 33 de uerbo laudari diximus, uerum esse nimirum laudari interdum pro gloriari, gaudere, & lætari accipiendum. Ver. 11. Et nõ egredieris Deus in uirtutibus nostris. Virtutes pro exercitibus accipi debent quomodo & alibi, Dominus uirtutum, ipse est rex glorię. Vnde Hieronymus, Felix ac cæteri, hoc loco vertunt, In exercitibus ¶ Versu 12. Auertisti nos retrorsum post inimicos nostros. Hieronym. Vertisti terga nostra hosti. Felix, Conuertisti nos retrorsum a tribulante: id est, fecisti nos fugere à facie inimicorum nostrorum: vel, fecisti nos posteriores inimicis nostris, q̃bus olim eramus priores. ¶ Ver. 13. Dedisti nos tanquam oues escarum. Hieronymus; Dedisti nos quasi gregem ad uorãdum, Felix, Dedisti nos sicut oues in cibo, videlicet vt nos deuorent inimici nostri pro libito. ¶ Versu 19. Et iniquè non egimus in testamento tuo. Ex Hebræo, Non mentiti sumus, vel nõ falsi fuimus, vel nõ fecimus falsitatem in testamento siue pacto; hoc est (ut clarius habet nostra lectio) non egimus iniquè contra testamentum tuũ. ¶ Versu vigesimoprimo. Quoniam humiliasti nos in loco afflictionis. Hieronymus, Deiecisti nos in loco draconum. Felix, Contriuisti nos in loco draconis: hoc est, in loco captiuitatis, in medio infidelium & peruersorum idololatrarum, aliisq; vitiis deditorũ, in loco in quo regnat draco ille serpẽs antiquus diabolus. ¶ Versu ult. Redime nos propter nomen tuum. In Hebræo habetur, propter misericordiam tuam.

IN PSALMVM XLIIII.

VEr.1.Eructauit cor meum verbum bonum. In Hebræo ponit verbum rachas,qđ rectius quidē trāsferri nōn potuit,quàm in uerbū Eructauit. Attamen emphasim habet peculiarem quæ Latino verbo non satis exprimitur. Nam(vt Fœlix ait)proprie significat cordis locutionē cum nondum ad os peruenit,& quærit illā cor emittere,& circumuoluitur,& mouetur huc atq; illuc, & uolutatur quærens eam mittere ad os,& præ lętitia quandoq; nequit: vt uidentur facere vermiculi,cum aufertur operimentū eorum quo fuerunt operti,siue terra, siue aliud quolibet in quo prius fuerāt inclusi. Iuxta quam emphasim dr diuinus psaltes sese hoc verbum bonum diu animo volutasse, & gestiisse effari, antequam proferre posset, & penitus emittere in aures spōsi.¶ Ver. 3.Speciosus forma præ filiis hominū. Hieronymus, Decore pulchrior es filiis hominū.Speciosius forma vel maxima pulchritudine præ filijs Adam. Chal.parap.habet, Pulchritudo tua, rex mesia,superabundat à filiis hominū,vel maior est quā sit filiorū hominū. Quæ oīa sententiam nostrę lectionis tm̄ explanant.¶ Versu eodem,Diffusa est gratia in labiis tuis.Pręter sententiam in Elucidatione propositam, potest etiam hęc assignari:Gratia noui testamenti, Euangelij pacis & doctrinę veritatis est diffusa & data in labiis tuis,nimirum a Deo patre p spiritum sanctum,cuius benedictionem non ad mēsuram accepisti. Siquidem ad euangelizandum Euangelium pacis missus est Christus dominus.Chal. translatio habet. Diffusus est vel datus est spiritus ,pphetię in labiis tuis. Quę lectio non male ad iam dictam quadrat sententiam.¶ Versu 5. Specie

Ioan 3. tua & pulchritudine tua intēde,,pspere ,pcede,& regna.Hieronym',Gloria tua,& decore tuo prospere ascende; hoc est,prospere procede, vel fœliciter progredere,in opere scilicet ad qđ te mittet pater tuus. Chal.aūt parap. pulchre de Mesfia sic habet,Cinge ensem tuum super latus tuum,ò fortis, quo iterficias reges & potestates splēdore tuo & gloria tua.Gloria aūt tua multiplicabit filios, sicq; prosperabis vt equites super thronos regios vel super equos regni, pp causam vel negocium fidei,& ueritatis,& mansuetudinis,& iustitiæ:& docebit te Deus operari timenda, vel terribilia manu dextera tua:vel docebit te dn̄s vt terrorē inferas cum manu dextera tua. Quę valde dulcia sunt ad ruminandū pio erga Christum verum nostrum Messiam affectui, & ex Elucidationis uerbis atq; annotationibus annexis,intellectu sunt facilia.¶ Ver.11. Astitit regina a dextris tuis, in uestitu deaurato circūdata varietate. Hieronymus,Stetit cōiunx in dextera tua,in diademate aureo.Nam pro toto hoc, In uestitu deaurato,circundata varietate,non vertit nisi, in diademate aureo. Alii vertunt,cum massa auri ophir, uel cū insignibus aureis.¶ Ver.13.Ipse est dominus Deus tuus,& adorabunt eum. Hieronymus habet per imperatiuū, Et adora eum.Vel per futurum verti potest,hoc modo, Et adorabis eū, tu scilicet quę placere cupis sponso tuo.

DE TIT. PRAECEDENTIS PSALMI.

PSalmus hic titulū habet admodū singularē,In finem,pro iis qui cōmutabuntur filiis Core,ad intellectū, canticū pro dilecto.In quo titulo.Per eos qui cōmutabuntur, intelligi vn̄r populi gentiū,qui ante Christi sponsi aduentū idololatrię fuerant dediti,& prorsus vitiis oībus miserè subiecti. Christi aūt aduētu facti synceri cultores vnius Dei,oībusq; virtutib. studiosissime

fissime addicti, vt merito iã tũ futura prophetico spiritu contemplans psalmista, illos diceret commutandos, quorum tam mirabilis futura erat ad veritatem Christi conuersio. Pro his autem rectè psalmus præsens inscribitur, quoniam de eis sic commutandis potissimum loquitur, cum eos dicit sagittis transfigendos, subque sagittante casuros, item post regem vt virgines adducendos in templũ, hisq; similia. Cæterum, canticum dicit̃ pro dilecto: q̃m sponsi dilectissimi iucundo gaudiò, gloriam triumphum amabilem decantat. Ex Hebræo aũt vertũt aliter titulum interpretes, pro iis qui commutabuntur, ponentes (lilia) titulum psalmo præfigẽtes super lilia, vel
Cant.2. pro lilijs. Quæ tamen lilia facili intelligentia commode possunt intelligi iidem ipsi fideles, qui iuxta uulgatam lectionem appellantur commutandi, propter candorem.s. spiritualis gr̃ę & virtutis interiorem ornatum, Vnde & in cantico canticorũ de dilecto dr̃, ꝙ pascatur inter lilia. Alii aũt uocabulum Hebraicum, qđ hic ponitur sosannim, dicunt significare genus musici instrumenti, in quo psalmus cantari debebat. Alii pro septuaginta iudicibus spiritu plenis à Moyse ordinatis accipiunt: quos lilia appellantur, ꝑp candorem spũalis gr̃æ, & æquitatis iudicii Dei. Ac de his quidem manifeste interpretatur Chal. parap. quę habet in hunc modum, In laudem, pro sedentibus iudicibus ordinatis à Moyse, dicta spiritu prohetico per manum filiorum Core, intelligentia bona & laudatoria confessio. Secundum hanc autem intelligentiam arbitror ob hoc fieri in titulo horum iudicũ mentionem, quoniam dicitur in fine psalmi, Pro patribus nati sunt filij cõstituendi principes super omnem terram. Nam septuaginta illi à Moyse ordinati iudices, typus erãt & figura eorum qui post in ecclesia pro Christo

E & loco eius futuri erant vsq; in consummationẽ sæculi iudices & doctores. Quemadmodum.n. illi spiritus, q̃ in Moyse erat, consequuti participiũ, facti sunt in eius adiutorium in iudicando, dirigendo, & erudiendo populum: ita sancti Apostoli, atque discipuli Domini, & post hos etiam hodie in ecclesia viri apostolici, atque diuini, spiritum Iesu qui in cælos ascendit participãtes, præsunt populo Dei, dicẽdo, dirigẽdo. erudiẽdo, iudicãdo.
F Atq; hi sũt q̃ pro patribus illis primis iudicibus filij atq; posteri ordinati sunt, ac principes constituti super vniuersam terram. Cæterum quod iuxta uulgatam lectionem in fine tituli dicitur, canticum pro dilecto, id ex Hebræo uertit Hieronymus, Canticum amãtissimum: alii cãticum amorum vel dilectionum: quoniam uidelicet amabilissima & deliciosissima canit sponsi ac spõsæ, regis atq; reginæ connubia, & castissimos dulci modulatio
G ne exprimit amores, quibus ad inuicẽ & sponso sponsa, & sponsæ spõsus, mirabiliter cohærent.

## IN PSALMVM XLV.

VErs.1. Adiutor in tribulationibus quę inuenerũt nos nimis. Hieronymus ex Hebræo, Auxiliũ in tribulationibus inuentus es ualidum. Felix eandem sententiã, Auxiliũ in tribulationibus inuentus est ualde, uel
H inueniemus nimis. ¶ Vers.4. Fluminis impetus lætificat ciuitatẽ Dei. Hoc loco de conuersione gentiũ Ecclesia loquens. Chal. paraph. pulchrè sic habet. Populi velut flumina & scaturigines eorum, vel tanquã impetus eorũ ueniẽt, & lætificabũt ciuitatẽ Dei, & orabunt in domo sanctitatis Dei, in tabernaculo altissimi. Ex qua lectione patet, præter expositiones supra assignatas, posse per hunc impetũ fluminis intelligi copiosum concursum popu

lorum ex gẽtilitate ad Christianismũ A sese conuertentium, atq; ad ecclesiæ unitatem confugientiũ. ¶ Ver. 5. Adiuuabit eã Deus mane diluculo. Hieronymus, Auxiliabitur ipsi Deus in ipso ortu matutino: quod idem valet cũ lectione nostra, mane diluculo. Felix in eandẽ sententiã vertit, In prospectu aurorae, vel iuxta prospectum matutinum. Psalterium autẽ Romanũ hoc loco habet, Adiuuabit eam Deus uultu suo: quod uidetur quidem secundum verborũ faciẽ, diuersum esse ab B eo quod habent Hebraicæ & uulgatę lectiones, secundum rem tamẽ in idẽ facile reducitur, Cum enim Deus opportuno tempore post noctem aduersitatis & tenebras tentationum, benigno consolationis fauore illucescit, velut requiescere aliquantulum iubens afflictam ecclesiam, tum quasi mane diluculo, vel quasi ortu matutino, siue in prospectu auroræ, adiuuat eandem. Neque dubium quin tũc ẽt rẽcte dicatur, idque secundum eandem penè sententiam suo vultu uel C suo respectu Deus adiuuare Ecclesiã sanctam ciuitatem suã. ¶ Ver. 8. Quæ posuit prodigia super terram. Hieronymus, Venite, & uidete opera domini, quantas posuerit solitudines in terra. Felix vertit, desolationes. Intelligũtur aũt istæ desolationes euersiones idolorũ, & idololatriæ destructiones: qñ uidelicet ẽ populis gentium idolorum cultus profligatus est, & ueri Dei cultus ꝓ nequissimã impietate introductus Atq; hæ ipsæ desolationes siue D solitudines, rectẽ pñt accipi prodigia illa, ad quę contẽplanda nos propheticus spiritus adhortatur. Nã & Felix testatur uerti posse mirabilia, pro desolationibus. Chal. translatio habet, Videte opera Dei, qui posuit desolationem in impios terræ: qđ de contritione principũ & potentũ rectẽ intelligitur. ¶ Ver. penultimo, Vacate, & uidete. Hieronymus, Cessate, & cognoscite qm̃ ego sum Deus. Felix Supersedete, vel deponite, scilicet idololatriam, & cessate ab operib⁹ malis, vel relaxate. Chal. parap. habet, Discedite, vel cessate à bello, quo scilicet vos infideles cõtra Deum pugnatis.

## DE TIT. PRAECEDENTIS PSALMI.

Psalmus iste ex tituli pręmissione filiis Core inscribit̃, pro arcanis, id est, pro occultis: quoniam uidelicet de mysterio ecclesiæ, eiusq; post grauissimas ꝑsecutiones liberationis mirabili cõsilio tractat. Valde. n. occultũ Dei consiliũ est, magnũ est arcanũ, qđ sic potẽtissimus dñs in primordiis ecclesiæ nascentis, permiserit grauissimis eam tribulationibus obrui, & tamen opportuno tp̃e ita mirifice contritis hostibus, eandem in pace constituerit. In Hebræo aũt habetur, pro arcanis dictio halamoth, quam beatus Hieronymus interpretat̃ iuuentutes, scribens psalmum, pro iuuentutibus. Qđ rectẽ prædictæ sententiæ cõuenit qm̃ de primordiis & initiis afflictę nascentis ecclesiæ commemorat, eiusq; iucunda & tempestiua liberatione. Felix vertit, pro occultis: quod lectioni vulgatæ suprà positæ consonat: vel, ꝓ iuuentute, quod cum Hieronymo facit: vel pro iuuẽculis siue uirginibus: hoc est, pro fidelibus cordibus tenere Deũ sponsum diligentibus, illique indiuulse adhærentibus, quibus ipse opportuno tp̃e liberationis suæ impẽdit beneficiũ. Alii halamoth, nomen asserunt esse musici instrumẽti. Trãslatio aũt Chal. titulum præsentem multis verbis protrahit, dicens, Ad laudandũ per manus filiorum Core, per spiritũ propheticum in die quando absconditus fuit pater eorum ab eis, & illi liberati sunt, & dixerunt canticum. Si mysticam intelligentiam vt oportet requiramus, oĩno dulce mysteriũ in

ueniemus in hac abſconſione patris Core,& filiorum eius liberatione. Filii nãque Core ſpirituales nos ſumus fideles oẽs qui in Chriſtũ Dñm in caluariç monte crucifixum,credimus,iuxta qđ ĩ expoſitione tituli Pſalmi prçcedentis latius declarauimus. Ipſe.n. Chriſtus dominus pater noſter eſt Core. Hic autem pater noſter in tempore tribulationis & anguſtiæ quaſi abſconditus eſt à nobis. Reputatur.n.occultare ſeſe, dum laborantibus filiis differt ſuccurrere. Attamen opportuno tpe,mane diluculo liberati,manifeſtante ſeſe patre noſtro & apparente in adiutorium,tunc laudem hãc in gaudio cordis noſtri, atque in gratitudine ſpiritus decantamus. Fuit etiã abſconditus Chriſtus pater noſter,qñ in cruce paſſus,& in terræ uiſceribus eſt ſepultus. Nos quoque tunc liberati ſumus de poteſtate diaboli, & canimus canticum gratiarum actionis.

## IN PSALMVM XLVI.

VEr. 4. Elegit nobis hæreditatẽ ſuã. Clarius iuxta ſententiã Elucidationis habet Romanũ pſalteriũ, Elegit nos in hæreditatem ſibi. Ex Hebręo autem uertunt, Elegit nobis hæreditatem noſtram. Vbi ſi intelligatur verbum Dare,erit ſenſus. Elegit nobis vel diſpoſuit nobis,ex bona uidelicet voluntate ſua,dare hrẽditatẽ nr̃am:ſua bona voluntate elegit nos facere hæredes ſuos,& filii ſuj cohæredes. Atq; ad hanc ſentẽtiam ſatis accedit quod habet Chal.parap. Elegit nos ad hæreditandum,vel ut hæreditaremus hæreditatem noſtram. ¶ Ver.ultimo, Dij fortes terræ,&c. Hieronymus, Dii ſcuta terræ uehementer eleuati ſunt. Qđ in nullo à noſtra lectione diſcordat, niſi quòd pro fortibus ſcuta uertit: quanquam & hoc ſecundum rẽ idẽ eſt. Dicuntur enim ſcuta terræ ſancti Apoſtoli, quoniam terræ protectores & fortes propugnatores ſeſe exhibuerunt ad introducendam veritatem,& expellendam falſitatem.

Rom. 8.

## IN PSALMVM XLVII.

VEr. 2. Fundatur exultatione uniuerſæ terræ, mons Sion, latera Aquilonis, ciuitas regis magni. Hieronymus, Specioſo germine, gaudio vniuerſæ terræ, monte Sion, lateribus Aqlonis, ciuitatula regis magni: hoc eſt, pulchra iocunditate,& magna amœnitate totius terræ, in monte Sion & lateribus Aquilonis, quæ ſunt, vel ex quibus eſt ciuitas regis magni, iuxta intelligentiam in Elucidatione expoſitam. Felix vertit per nominatiuum, Formoſa nympha, vel pulchra ſpõſa, pro ſpecioſo germine. Deus in domibus eius cognoſcetur, cum ſuſcipiet eam. Vocabulum Hebraicũ arenom, quod pro domibus hic ponitur, proprie ſignificat palatia magna & munita. Vnde B. Hieronymus ac cæteri uertunt, In palatiis eius quod recte ad eccleſiarum dignitatem atque auguſtã maieſtatem pertinet, quç optimo iure palatia valent, propter illum qui in ipſis à Deo eſt, decorem & protectionem, nuncupari. Quod autem ſequit: Cum ſuſcipiet eam, B. Hier. vertit, in auxiliãdo. Deus.n. in eccleſijs agnitus eſt, cum in die ſalutis miſertus eſt populi ſui,& cor appoſuit, vt auxiliũ aduerſus hoſtis tyrannidem prçberet eis. ¶ Ver. 6. In ſpiritu uehementi cõteres naues Tharſis. Hierony. interpretatur, In uẽto vredinis. Felix, Cum vento Noto, aut cũ ſpiritu uehementi vel auſtrali: alii, cum vento Orientali. Chald. tranſlatio habet, In uento Noto ualido, qui egreditur à conſpectu Dei. Omnia autem hæc recte ad Spiritum ſanctum poſſumus referre, qui uentus ualidus eſt, ventus vredinis: quoniam ignis conſumens eſt atque etiam Orientalis, vtpote ab illo fluens & flans, cuius eſt Oriens nomen eius.

Gen. 3.

¶ Verſu

¶ Versu 8. Suscepimus Deus misericordiam tuam. Hier. Aestimauimus Deus misericordiam tuam: id est, reputauimus, & magnificauimus, cum omni ueneratione & cultu honoris debiti suscepimus, in medio templi tui. Felix uertit, expectauimus. ¶ Ver. 11. Circundate Sion, & complectimini eam. Hieronymus, Circundate Siō, & circuite eā: numerate turres eius. Atq; in eundem modum uertit etiā Felix. Quæ lectio admonet nos decorem ciuitatis Ecclesiæ sanctæ diligenter cōsiderare: quemadmodum solet ciuitas ab iis qui decorem eius contēplari volunt, circuiri, & numerari solent turres atq; propugnacula eius. ¶ Versu vltimo, Ipse reget nos in sęcula. In Hebræo habetur halemur, quod uertit Hieronymus, In morte. Ipse (inquit) erit dux noster in morte. Sanctes, Ducet nos usque ad mortem. Felix, Ipse diriget nos per iuuentutem, uel in iuuenili ętate, aut pedetentim, ut pueri diriguntur à matribus, vel iuxta mortem. Alii autem rectius uersum putant à septuaginta interpretibus, in sæcula, vel ęternaliter. Alii rursum uertunt, Deducet nos in suauitate, vel suauiter.

Hebr. 11

Zach. 6.

## DE TIT. PRAECEDENTIS PSALMI.

HVic Psalmo in Hebræo pręmittitur titulus, Canticum psalmi, vel canticum psalmus: hoc est, canticū quod est psalmus, quoniam videlicet in ipso mirabilis lætitia concinitur, vt meritò cāticū psalmi potuerit inscribi. Cæterum, quod addunt Græci atq; Latini codices, pro secunda sabbathi, id in Hebræo prorsus non inuenitur, neq; aliud quicquā eius loco. Exponit tamē beatus Augustinus hāc secundam sabbathi, secūdam diē post sabbathū, vel a sabbatho, quæ est dies secunda inter dies distōnis rerum. Siquidem prima sabbathi, id est, prima post sabbathū, quæ apud nos dies dominica dr, fiebat lux, & diuisa est à tenebris. Sequenti autē die, hoc est, secūda post sabbathum vel à sabbatho, factum est firmamentum, quo diuisæ sunt aquæ ab aquis: Notū autem est per firmamentum interdum ecclesiā significari: potissimum autē ipsos ecclesiæ primates atq; principes: quéad modum psalmo 18. Opera manuum eius annunciat firmamentum. Quod ergo hic psalmus secundam sabbathi in uulgato titulo pręfert, ad hunc intellectū s̄m mysticam intelligentiam, conuenienter accipiendum uidetur, qm̄ de spirituali firmamento, id est, de ecclesiæ fundatione, atque ēt primoribus eius, manifestum sermonem facit. Potest etiam mysticæ ędificatio ecclesiæ ad secūdam diē sabbathi referri cōparōe facta ad priorē diē; qm̄ sicut firmamētum factum est secunda die, postquam in prima facta fuerat lux, ita post Christi resurrectionem (quæ in prima post sabbatum die, id est, die dominica facta est) ædificata est ecclesia, atq; ita quasi secunda die sabbathi, quia post primam diem sabbathi, id est, post dominicam resurrectionem

Gen. 1.

Psal. 18.

## IN PSALMVM XLVIII.

VEr. 1. Oēs qui habitatis orbem. Felix uertit, Oēs inhabitantes tp̄s, vel sæculum, in quo scilicet tēpus cōsummatur & circumuoluitur. Ait enim significari vocabulo Hebraico, tempus, breue citò deficiens. Alii uertunt, habitatores terrę vel orbis. Hier. habitatores Occidētis. Vna omnium sententia est, admonere vniuersos vbicunque locorū, ab Oriente vsq; in Occidentē, quicunq; temporis angustia cōstringuntur, & in tempore sunt ac degunt, attendere ad ea q̄ sunt narrāda, tāquā ad verè vtilia ex æquo vniuersis. ¶ Ver. 2. Quiq; terrigenę & filii homi-

hominum, Ex Hebræo ad uerbum sic habetur, Etiam filii Adam, et filii Ish: id est uiri nobiles & præcipui. Hæc.n. differentia est inter Adam & Ish, qđ Adam significet hominem plebeium unum aliquem è uulgo, Ish verò hominem patritium & nobilē, vt ait Ioānes Reuclinius in rudimentis Hebraicis, vbi propositum psalmi locum rectè sic putat uertendum, Tā filii plebei, quā filii patricii vel nobilis: id est, tam nobiles quā ignobiles. ¶ Ver. 12. Homo cùm in honore esset, non intellexit. Hier. Hō in honore non commorabitur, assimilatus est iumētis, & exęquatus est. Quibus verbis significat, homines huius mūdi nō diu in honore & gloria permansuros, sed breui in cinerem & puluerem redigendos: sicque, quod ad corpus attinet iumētis necessario assimilari, & exæquari per huiusmodi corporis dissolutionem & incinerationem. Atque huic sentētiæ satisfauet versio Felicis, quæ sic habet, Hō in magnificentia nō dormiet, aut in honore non morabitur, siue nō permanebit, similis factus est quadrupedibus uel iumentis, quæ exterminata fuerunt. Cæterum Chal. parap. magis fauet sententię, quam in Elucidatione expressimus de hominis ꝓ peccatum abiectione, & usque ad brutalem vilitatem deiectione. Sic.n. habet, Homo peccator in honore non commorabitur cum iustis, assimilatus est bestiæ mutæ. ¶ Ver. 15. Et auxiliū eorū veterascet in inferuo à gloria eorū. Hier. Et figura eorum conteretur in inferno post habitaculum suū: hoc est, postquam ex habitaculo suo emigrauerint, ex habitaculo corporis sui uel terrenæ mansionis, figura eorū in inferno consumetur, non ultra apparebunt in illa specie & pulchritudine in qua hic mundus illos ostētabat cōspiciēdos. Felix sic reddidit, Fortitudinem eorum consummet fouea ꝓ habitaculo suo: id est, infernus eorū robur & oēm gloriā cōsumet, pro eo ꝙ in perpetuū futura sit habitatio eorū. ¶ Ver. 19. Quia anima eius in uita sua benedicetur. Beatus Hieronymus actiuo genere uertit, benedicet. Aiæ suæ (inquit) in uita sua benedicet: hoc est, Benedicet. & placentia loquetur aīæ suę ad delicias illam inuitans, more stulti illius diuitis: Comede, bibe, epulare aīa mea, habes multa bona reposita in annos plurimos, & cętera q̄ saluatoris parabola in Euangelio Lucæ commemorat. ¶ Versu eodem. Cōfitebitur tibi cum benefeceris ei. Hieronymus, laudabunt te, cum benefeceris tibi, quō uertit et Felix. Huius autem lectionis sententia ad hominem malū (de quo suprà mentio facta est) referri debet ut dicatur impio, Laudabunt te adulatores tui, & beatum te prædicabunt homines sæculi cum tu tibi ipsi benefeceris, cū tibi huius mūdi bona curaueris, cū te feceris afflūētem diuitiis, atq; deliciis diffluentem. Lucę 16

# IN PSALMVM XLIX.

VEr. 2. Ex Siō species decoris ei⁹. Hieronymus, De Sion, perfecto decore Deus apparuit. Felix, Ex Sion perfectæ pulchritudinis Deus splendidè apparuit: quæ secundum nostram in Elucidatione interpretationem, facile est primo Christi in mundum ad uentui accomodare. Tunc.n. in perfecto decore apparuit, plenus gratia & ueritate, & præ filiis hominum forma speciosus. Ioan. 1. ¶ Versu 6. Qui ordinant testamentum eius super sacrificia. Hieronymus, Qui feriunt pactum meum in sacrificio. Quod sic potest intelligi, Qui obseruant, vel custodiunt testamētū meū in sacrificiis suis: qui uidelicet non satagere se putant, si corporalia mihi sacrificia offerant, hircos & boues. verum insuper soliciti sunt ferire pactum meum, obseruare, & ratū facere obseruandoq; velut confirmare Ps. 44.

re testamentū meum. Quod à lectione vulgata, iuxta datam expositionē, A non omnino dissonat. ¶ Ver. 11. Iumēta in montibus & boues Hieronymus uertit, Pecudes in montibus milium. Felix. Quadrupedes in montibus mille. Significat multitudinem infinitam & uniuersitatem bestiarum in sua esse possessione, & suę ditioni subiectā. ¶ Ver 12. Pulchritudo agri mecū est. Hieronymus pro pulchritudine agri, vertit, Vniuersitatem agri: hoc est, quicquid in campo pulchrum est, & omne speciosum, in mea potestate est. Felix B vertit, Ferę campi mecum sunt. Dictio enim Hebraica hoc loco posita ziz, æquiuoca est, & à diuersis iterpretibus Hebraici idiomatis peritis admodum diuersimode redditur. Quidā.n. amœnitatē vertūt, alii pinguedinē, alii multitudinem, alii omnimodum, alii speciē vel speciositatem, alii vniuersitatē. Scribunt quoque Hebręorum Rabbini, hanc dictionem genus esse ad omnia animalia, fera & agrestia. Valde autem nouū est qđ hoc loco ex Chald. C paraph. vertit Augustinus Genuensis, in hunc modum: Gallus syluester, cuius pedes quiescunt in terra, & cuius caput attingit cælum, cantat corā me. ¶ Ver. 21. & 22. Hæc fecisti, & tacui: existimasti inique, ꝙ ero tui similis. Hieronymus, Hęc fecisti, & tacui: existimasti me futurum similem tui. Arguā te, & proponam te ante oculos tuos. Quod manifestius sententiam continet in Elucidatione expositam. Libet quoq; adiungere quæ pulchè habet hoc lo- D co paraphrasis Chal. in hunc modū, Has opationes malas operatus es. Ego uerò expectaui conuersionem tuā: existimasti permāsurum te in æternū pacificū, dixisti in corde tuo, ero fortis sicut tu, arguam te in hoc mundo, & & ordinabo gehennam in mundo futuro coram te. Quæ verba admodum fidelem habent sententiam, si modò illud rectè intelligatur, qūo ī hoc mū do arguuntur impii iuxta illud uidelicet quod in Euangelio dicitur, Qui non credit, iam iudicatus est: & quod Paulus ait, de ijs qui proprio iudicio sunt condemnati. ¶ Versu vltimo Sacrificium laudis honorificauit me; & illic iter quod ostendā illi salutare Dei Hieronymus, Qui immolat confessionem, glorificat me; & qui ordinat viā (hoc est, qui vitam suam & conuersionem rectè debiteq; instituit & ducit uel qui viam præceptorum Dei ante oculos suos constituit) ostendā ei salutare Dei Similiter & Felix uertit, nisi quod in secunda parte dicit, Qui posuerit iter, ostendam ei, &c. quod eandem necesse est efficere sententiā. Dignum quoq; notatu est quod in hoc loco habet Chald. paraph. de concupiscentiæ malæ refrenatione, hoc modo, Domanti fomitem prauum veluti sacrificium laudis imputabitur ei; & honoranti me & obseruanti (scilicet ad declinandum) semitas prauas ostendam ei salutem Dei, vel respicere faciam illum in redemptione Dei. Ex quo loco, simul & aliis aliquot, colligimus, authorem huius Chaldaicæ translationis, per sacrificiū iustitiæ, in psalmis nonnunquam intelligere mactationem propriæ carnis: id est concupiscentiæ malæ domationem atq; subiugationem. Sic.n. in psalmo 4. loco eius quod habemus, Sacrificate sacrificium iustitię, eadem hæc paraphrasis de concupiscentia domanda manifeste loquitur, dicens, Domate concupiscentiam vestram, & reputabitur vobis sicut sacrificia iustitiæ, & sperare in Deo. Quæ cousideratio admodum pietati & Christianæ doctrinæ consona videtur, si rem ipsam profundius penitiusq; introspexerimus. Quid.n. iustius, æquiusq; aut rōnabilius, quid Deo mortificare & iugulare rectius poterimus, quàm id quod Deus maximè exigit vt mactetur atq; perdatur: hoc est, carnē propriā, imo animam

Ioan. 3. Tit. 3.

Matt. 10 & 16.

Lucæ 9. animam propriam,quam odire, quā abnegare,quam perdere toties euangelica voce iubemur? Quomodo aūt Mar.8 carnē perdemus, qūo aīam odiemus, Rom. 1. nisi ſm prauam quæ in ipſa eſt uitioſa origine inſita cōcupiſcentiam, & fomitē prauū ſemper ad maculas ꝓcliuem? Multò profectò iuſtius eſt ſic noſipſos abnegando, & corpora noſtra mortificando, concupiſcentiamque domando, rōnalem atque uiuentem Deo offerre hoſtiam, quàm mutorum animantium & irrationabiliū pecorum ſanguinē fundere, quo non oblectatur Deus.

IN PSALMVM L.

VEr.1.Sec.mag. miseric.tuam. In Hebræo tm̄ habetur, Secundū miſericordiam tuam, ſine adiectiuo magnam. Et in verſu ſequenti, plurali numero dr̄, Dele iniquitates meas, vel tranſgreſſiones meas. Pro verbo aūt Miſerere, in Hebr. hr̄ imperatiuus verbi Chanan, qđ ſignificat miſertus eſt, uel per gratiam donauit aut ēt gratificauit: ſiue gratiam fecit. Vnde hoc loco dici pōt, Miſerere mei: vel, Dona mihi per gratiam, peccatū: aut, Gratiam fac mihi. ſ. i peccati dimiſſione. ¶ Ver. 4. Peccatum meū contra me eſt ſemper. B. Hieronymus, Nobiſcum uertit, contra me: alii verò, coram me, vel in conſpectu meo, aut ex aduerſo mihi. Et eſt eandem omniū ſententia, peccatum. ſ. ante oculos eſſe pœnitentis ad iugem diſplicentiam atque iuſtum pœnitentiæ dolorem. ¶ Ver. 5. Tibi ſoli peccaui. Pulchra emphaſi hæc ſententia in Hebraica lectione exprimitur, tanquam ſi dicamus per replicationē pronominis, Tibi ſoli peccaui, & illud malum in oculis tuis feci. Quod autē in ſecunda parte uerſus dr̄, Vt vincas cū iudicaris: id ex Hebræo verti pōt, Vt purifices te, vel mundū oſtēdas, cū fueris iudicatus: qđ idē eſt cū nr̄a lectione. Vincit. n. Deus iniuſte calūniātes & male ipſum iudicantes, qn̄ per miſericordiæ exhibitionē re ipſa monſtrat, & cōprobat, non ita eſſe ut illi calūniat. ſ. vt nequiter cōfingūt. Pōt quoque ita iſta ſecunda pars uerſus ēt ſic verti: Vt tu iuſtifices te, vel iuſtificeris, cū fueris locutus: & purifices te, vel mūdū facias cū iudicabis. Quæ lectio huiuſmodi ſēſum habet, Coram te ſolo peccaui, & in tua ptāte prorſus eſt dimittere peccatū meū: ꝑpē, tu cum loquutus fueris verbū gratiæ & remiſſionis, vt mihi dones veniam peccati, iuſtus eris, & mundus apparebis, qm̄ tibi licet hac in re agere ꝓ tuo libito, cum tibi ſoli peccauerim; & tu mundus ac purus comprobaberis, cū iudicabis, de iniquitatis ſcilicet meæ remiſſione, vel cū iudicaberis tanquā nimiū ſeuerus, & crudelis ſcelerū detētor, iuxta modum in Elucid. expoſitū. Verti ēt p̄t, Proterea mūdabis me, cum loquut' fueris, & purificabis me, cum iudicabis. Qđ apertā hēt intelligētiam: quia peccaui tibi ſoli, idcirco tu vel ſolo uerbo me potes mundare iudicio tuo. ¶ Ver. 6. Ecce. n. in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis cōcepit me mater mea. Hier. Ecce. n. in iniquitate cōceptus ſum, & in peccato peperit me mater mea. Felix, Ecce. n. in iniquitate genit' ſū, & in peccato cōcepit me, vel fouit ceu calefecit me mater mea. Quæ verſiones aſtipulātur iis q̄ in principalibus annotationibus diximus de peccato originali p̄ſentē verſū intelligendū, nō de peccato actualis parentū libidinis. Simul ēt notādum, qđ ſingularis numerus hic, nō pluralis ponitur. ¶ Ver. 7. Ecce enim veritatē dilexiſti, Hieronymus ferè nobiſcum vertit, Ecce enim ueritatē diligis, abſcōditum & arcanum ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi. Alii aūt aliter vertunt, Ecce. n. veritatē diligis, in intimis vel abſconditis vel in renibus: hoc eſt, requiritis veritatē nō ſolum exterius ſm ſimulationē operis, ſed in intimis etiam cordis: id eſt, inten-

intentionis & affectus rectitudinẽ, nõ solum operis bonitatem. Deinde adiũ A gunt, Et in occulto notã facies mihi sapientiam, vel docebis me sapientiam. Nam ut suam sapientiam Deus homini notam faciat, cordis requiret munditiam & rectitudinem, sine qua nequit uideri Deus. ¶ Ver. 8. Asperges me domine hyssopo. Pulchrè hoc loco habet Chal. paraphrasis, Infunde super me sicut sacerdos infundit super mundũ aquam aspersionis, cum hyssopo & cineribus vaccæ, & mundus ero. Quæ lectio pulchrè cõsonat intelligentiæ quã B in Elucidatione exposuimus, simul & iis q̃ in annotatione adiũximus. ¶ Ver. 9. Exultabunt ossa humiliata. Ex Hebræo, Exultabunt ossa quæ contriuisti, vel confregisti: id est, humiliari, cõfringi, & conteri per peccatum permisisti. ¶ Ver. 11. Et spiritum rectum innoua in uisceribus meis. Hieronymus, Spiritum stabilem vertit. Nostra translatio tamẽ bene habet, rectum. Vtrunque. n. Hebræa uox significat, & æquali sẽtẽtiæ congruitate spiritus sanctus & rectus C & stabilis dicitur, quoniam scilicet hominem rectum ac stabilẽ facit ¶ Ver. 13. Spiritu principali confirma me. In Elucidatione, atque annotationibus prioribus ĩterpretati sumus spiritum sanctum, spiritum principalem, iuxta uulgatam literam: aut spiritum potentem, iuxta versionẽ Hieronymi; aut spiritum munificum uel liberalem, iuxta aliorum interpretationes: & quomodo hæc omnia huic sancto spiritui diuino conueniant, ibi monstrauimus. Posset nihilominus rectè ẽt de spiritu humano intelligi, vt postulet penitus, qui collapsus fuerat nimium turpiter, iam amodo in spiritu principuali cõfirmari: hoc est, in spiritu potenti & ualido, qui sufficit resistendis malis concupiscentiæ montibus, & prauis occasionibus peccatorum, vt non vltra succũbat passionibus, neque seducatur persuasionib' carnis, sed potẽter & validè resistat tentamẽtis, & expugnari se nõ patiatur. Talem enim sic robustum spiritum, sic validũ, sic Dei gratia stabilitum in bono, apte potentem spiritum uel principalem uel regium, nominare poterimus. Videtur tamen alia expositio potior & principalior. Quidã pro, spiritu principali, dicunt, spiritum uoluntariũ, vel spiritum uolũtatis, aut spiritum libertatis. Chal. parap. habet, spiritum propheticum. Et hęc facile ad p̃dicta possunt accommodari. ¶ Ver. 17. Quoniam si uoluisses sacrificium, dedissem vtique. In Hebræo obscurius habetur, Quoniam non diligis sacrificium, & dabo: hoc est, Si uoluisses, dedissem, sed non concupiscis, non requiris. Q̃d clarius expressit versio Hieronymi, Nõ enim vis vt uictimam feriam, nec holocaustum tibi placet.

## IN PSALMVM LI.

VEr. 1. Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate? Ex Hebræo uertit aliter Hieronymus, ac cæteri ĩterpretes, Quid gloriaris in malitia, potens misericordia Dei tota die? Cui consonat & Chal. para. quæ sic habet, Quid laudaris lingua iniquitatis, qui potẽs es ut damnes sanguinem iustum? misericordia Dei adest tota die. Cuius lectionis sensus est, Tu qui in malitia potens es, qui ad perpetrandã iniquitatẽ potentiã habes, quid gloriaris, quid teipsum iactas, quid tibi places in malis, quæ committis? Cur non magis D teipsum defles atq; deploras tua facinora pessima? Ecce misericordia Dei sẽper & ubique præsens adest, nunquam deficit, nemini vno tp̃e clauditur, quæ te ẽt requirit & expectat, lõganimiter differendo vindictam, ut benignitate inuitet ad pœnitentiam, aut certe contempta in maiorem te & intolerabilẽ abripiat punitionẽ. ¶ Ver. 4. Dilexisti oĩa verba præcipitationis, lingua dolosa pro uerbis præcipitationis. Hieronymus

nymus uertit, Verba ad deuorandum. Rom.2. Felix, Verba depresfionis. Eadem autē sunt, verba præcipitationis, & uerba ad deuorandū, siue uerba depresfionis aut oppresfionis, uerba scilicet fraudulentiæ, quibus opprimuntur, præcipitanē, deuorantur, atque perduntur pauperes & inoxij. ¶ Versu. 7. Et præualuit in vanitate sua. Felix, Corroborat⁹ est, vel præualuit in prauitate sua, vel in corruptela sua. Hier. Confortatus est in insidiis suis. Quibus lectionibus idē significatur nimirū impios homines cōquirere sibi fortitudinē per insidias atq; malitiam suam, hisque mediis super iustū acquirere dominium. In quam sententiam facillime nostra quoque vulgata lectio vocabitur, si tantū per uanitatē intelligamus iniquitatem. In Elucidatione, diuitias & sæculi potentiā interpretati sumus: cui ēt consentit qđ habet Chal. para. Fortis factus est in pecunia sua. ¶ Ver. 8. Ego autem sicut oliua Psal. 1. fructifera. Alii uertunt oliuam uiridē, G alii uirentem, alii frondosam, Nostra aūt translatio pleniorem facit sententiam, cum dicit, fructiferam oliuam. Iusti nanque non solum non defluunt folia, sed & fructum facit in tēpore suo: & omne quod fecit, prosperabitur.

## IN PSALMVM LII.

ANnotationes in psalmum hunc quinquagesimum secundum, require in Annotationibus psalmi deci- H mitertii. Eosdem enim versus hic atq; ille complectuntur, versu. 7. excepto, qui est, Quoniam Deus disſipauit ossa eorum qui hominibus placent: confusi sunt, quoniam Deus spreuit eos, Circa quem aduerte ex Hebræo variis modis illum transferri posse. Hiero. uertit, Deus disperſit ossa circundantium te: confunderis, quoniam Deus proiecit eos, Cuius lectioni sensus est (ad impiū in potentia gloriantem sermonem dirigendo) Deus confringet potentiam E & uirtutem eorum in quibus habes fiduciam, qui te circundant vt ministri tui, tanquam exercitus in circuitu ducis sui, in quibus confidis te omnia posse horum ossa Deus confringet, horum robur auferet: & tu confunderis cum te uideris destitutum auxilio eorum, & nihil posse ab illis adiuuari, quoniam Deus percusſit, & abiecit illos. Atque in hanc sententiā facilè reduci potest quod habet Chald. Paraph. Deus disperdet robur exercituū peccatorū: erubuerunt, quoniam uerbū Dei F abiecit eos. Sunt qui vertūt, Deus dissipauit ossa dedicationis, exponētes corpora luxui & libidini dedita: huiusmodi enim Deus dissipat, & in perditionē mittit æternam. Alii vertunt, Deus dissipauit ossa hostium tuorum, vel ossa castrametantium aduersum te. Atque ita ad uirum iustum sermo dirigitur, cui promittitur inimicorum persequētium confusio.

## DE TIT. PRAECEDENTIS PSALMI.

HVic Psalmo in uulgatis codicibus præponitur titulus, Pro amalech. Verum id mendose ita legi uidetur. Rectius enim legendum, mahalat, quemadmodum habetur in Hebræo, atque etiam in Græcis codicibus μαελέθ. Significat autem hæc dictio mahalath, vel instrumenti musici genus, in quo Psalmus iste decantandus erat, quomodo Hieronym. ex Hebræo uertit. Victori per chorum, vel hæreditatem, vt uertit Felix. Vincenti super hæreditatem quoniam uidelicet aduersum illos canitur, qui domini hæreditatem opprimunt & deuorant. Cui expositioni non male consonat titulus quem præmittit Psalmo paraphra. Chal. dicens, In laudem pro punitione impiorum, qui perturbant hæreditatem domini, vel qui blasphemant nomen domini intellectus

ctus bonus per manum Dauidis. Si tamens quis contenderet pro Amalec legendum, facilis esset intelligentia contra impios qui molestatores sunt populi Dei, cuiusmodi se Amalechitæ monstrauerant erga filios Israel: propter quod à domino etiam iussi sunt deleri.

## IN PSALMVM LIII.

VErsu. 5. Auerte mala inimicis meis. Hieronymus, Redde malum insidiatoribus meis, de quo in alijs annotationibus diximus. ¶ Versu ultimo, Et super inimicos meos despexit oculus meus. Hieronymus ex Hebræo, Et in inimicos vidit oculus meus. Felix exponit. Vidit oculus meus ultionem in inimicis meis, vel in inimicos meos. Cui consonat quod habet Chald. paraph. In patronis inimicitiæ meæ uidit oculus meus ultionem. In textu tamen nobiscũ vertit Felix, in inimicos meos despexit oculus meus, hoc est super illos cõtẽptibiliter aspexit uel toruè aspexit, quasi aduersando & cõtemnendo. Et reuertitur in idem sententia.

## DE TITVL. PRAECEDENTIS PSALMI.

TItulus Psalmi 53. talis est, In finem in carnibus, intellectus Dauid, cum uenissent Ziphei, & nuntiassent Sauli, nonne ecce Dauid absconditus est apud nos? Ex quo titulo manifestum est, Psalmum cui præfixus legitur à Dauid sancto fuisse compositum, pro illa maxima angustia in quam Ziphæis commonstrantibus, Saulis persequutione fuerat perductus: cùm ita à uiris Saul in modum coronę circuncingerent, vt disperaret ullo pacto se posse euadere. Historia nota est ex cap. 23. primi libri Regum. Pro hac ergo maxima & periculosissima persequu

A tione, apparet hunc Psalmum fuisse compositum à Dauid, vel post euasionem periculi, præteritum quasi præsens in spiritu contemplante, & eo ipso ardore salutem postulante, quo in periculo adhuc positus postulauerat, vel etiam in persecutione liberationẽ futuram prænoscente ex Dei fiducia. Nam principium Psalmi periculum sonat, finis uerò euasionem manifestè pronũtiat. Potest nihilominus & Christo domino peculiariter accommodari

B aduersum persequutores suos, & generaliter iusto cuilibet in tribulatione posito, aut de tribulatione Dei auxilio liberato.

## IN PSALMVM LIIII.

VErsu 12. Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi. In Hebræo sic habetur, Non enim inimicus meus exprobrauit mihi, vt sustineam. Neque is qui me oderat, super me magnificatus est ut abscondar ab illo.

C Quæ lectio eandem habet cum nostra sententiam. Clarior autem est nostra lectio, quoniam secundum communem in huiusmodi re loquendi cõsuetudinem aptata est. ¶ Versu 19. Tu uerò homo vnanimis, dux meus & notus meus. Hieronymus per omnia nobiscum vertit ex Hebræo. Felix uerò aliter vertit in hunc modum, Tu autem vir secundum ordinem meum: id est, iuxta dignitatem meam: id est habitus in honore vt ego: pro quo translatio

D Chal. dicit, Homo similis mihi: id est, par vel similis in dignitate. Potest etiã illud, homo secundum ordinem meũ intelligi, homo eiusdem instituti & ordinis, homo consentaneus & eiusdem enim: sicque idem erit quod nostra habet lectio vnanimis. Pro duce autem, aliqui doctorem vertunt vel præceptorem. Vnde Chaldaica translatio habet, qui me docuisti, & intelligere fecisti sapientiam.

Sensus

Sensus penè idem est, siue ducem siue doctorem dicamus: quem ego tanti æstimaui vt quasi ducē, consiliarium, ac præceptorem meum venerarer. ¶ Ver. 15. Qui simul mecum dulces capiebas cibos. Secus habetur in Hebræo, Qui simul habuimus dulce secretum, vt uertit Hieronymus, hoc est, dulce erat nobis secreta, adinuicem communicare. Felix uertit, Qui simul dulce inibamus vel eliciebamus consilium. Et in eandem redit sententia. Significat enim singularem quandam familiaritatem, quam cum illo habuerat qui nunc inimicitias ostendit. Pro eo autem quod sequitur, In domo Dei ambulauimus, cum consensu, Hieronymus vertit cū terrore; alii cateruatim: id est, cum magna frequentia & multitudine populi, & multo strepitu, quomodo solent magnates incedere locis publicis, stipati magna multitudine ministrorum aut militum, maxime vbi magnates plures sibi inuicem fuerint sociati. Atque hi sunt dum sic in multitudine & turba ambulant, quasi cū terrorę potētię suę incedunt. ¶ Ver. 21. Exaudiet Deus & humiliabit illos, qui est ante sæcula. In Hebræo habetur, qui habitat ab initio, subaudiendo cœlos, Vnde Chald. Para. habet. Habitator cęlorum ab initio, vel qui præsidet cælis ab initio, tanquā videlicet dominus & iudex: propter quē sensum explicandum, Beatus Hieronymus vertit, Qui est iudex ab initio. ¶ Ver. 22. Extendit manum suam in retribuendo, Hebraica lectio etiam hanc partem ad impium refert, dicens. Extēdit manum suam ad pacificos suos, uel misit manum suam in uiros pacis suę. Significat autem hæc lectio lectio, impios etiam contra amicos & homines secum pacem habentes manum ad nocendum extendere. ¶ Versu 23. Contaminauerunt testamētū eius, diuisi sunt ab ira uultus eius. Hieronymus, Contaminabit pactum suum nitidus butyro os eius, appropinquat autē cor illius.

E Cuius lectionis sensus est, Impius pactum & fœdus suum commaculat, dū ipsum facit transgressione irritum: verba oris eius mollia, lenia & dulcia fuerūt quasi butyrum in ore, cor aūt eius ad nocendum appropinquat, & bellū cogitat. Vnde alii vertere malunt, Bellū autem cor eius: vel, Pugnat autem cor illius. Interim enim dum os fauorem simulat, cor cogitat bellum: id est, meditatur malum. In eandem quoque sententiam vertit Chal. translatio, Molliora quā pinguedo casei verba oris eius.

F ¶ Versu 25. Iacta super dominum curā tuam. Hieronymus pro cura transfert charitatem, Proijce super dominū (inquit) charitatem tuam. Veronymianæ uersioni non assentitur Ioannes Reuchlinius, dicens potius legēdum onus siue pondus, quemadmodum Felix ac cęteri ex Hebreos interpretes verterūt. Vel secūdum alios Hebræos traditum, siue datū tuum, omne uidelicet quod dederit tibi Deus usque in præsentem diem. Sicq; sensus erit, Proijce in dn̄m

G omne datum tuū, & illi ascribe, illiq; refer acceptum omne quod datū est tibi desuper, omne quod accepisti usque in hanc diem. Prior tamen lectio meliór uidetur, Iacta super dominum pondus tuum vel onus tuum. Neq; dissonat hęc lectio multum à uulgata, qm̄ cura nostra pōdus nostrū est & onus. Monet in hoc uersu Psalmista illud nos facere, ad quos Christus dominus ore proprio, cum in carne nobiscum degeret, cunctos inuitauit, dicens: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Quorsū enim uocat laborantes sub pondere, nisi ad hoc onus sup ipsum proijciāt, sicque refocillationem inueniant, & leuius ferant? Mat. 11.

H

## IN PSALMVM LV.

Versu 3. Ab altitudine diei timebo: ego uerò in te sperabo. Non sic

sic habetur in Hebræo, Diuersimodè tñ uertunt interpretes. Hieronymi versio sic habet. Altissime, quacunq; die terri tus fuero, ego in te confidam. Cui consentit quod habet Chal. Parap. Deus altissime cuius sedes est in excelso, in die qua timuero, ego in te confidam. Alii verò initium huius uersus cum fine pcedentis iungunt & longe etiam faciũt sententiam, hoc pacto, Multi bellantes aduersum me excelse, vt dictio excelse sit uel nomen vocatiui casus, ò excelse, ò altissime, vel aduerbium valens idem quod superbe aut arroganter, aut etiã de excelso vel desuper, vt fortiores & superiores potentia. Deinde legunt diuisim, Die qua timebo, ego in te sperabo. ¶ Ver. 4. In Deo laudabo sermones meos. In Hebræo non habetur pronomen meos, neq; numerus pluralis: sed tantum, In Deo laudabo verbum eius. Quę lectio aliam exposcere vr expositionem, ab ea quam in Elucidatione dedimus lectioni uulgatæ. Poterit autem sic intelligi, Laudabo uerbũ Dei i Deo, id est, per Deum, & ex uirtute Dei me confortantis, ego prædicabo & honorabo verbum Dei, quod impii conculcant, opprimunt & inhonorãt. Alii sic, Verbum eius, s. Dei laudabo in Deo, id est, cum laude memorabor, & recogitabo, vt verbum Dei ad consolandũ & corroborandum spiritum. Felix uerò putat uerbum accipi pro re. Vnde dicit sic uerti posse, In Deo laudabo rẽ suam, id est, oẽ quod fecerit Deus, ego in ipso audabo: & uersu 11. In Deo laudabo uerbo; id est, rem siue omne qđ acciderit, ut ipse interpretatur. ¶ Versu 5. Tota die uerba mea execrabant. Hieronymus, Tota die sermonibus me affligebant. Felix tamen nobiscum vertit, Tota die uerba mea execrabantur. Alii molestè vel ægre ferebant, quoniam uidelicet impii mendaces, uerba veritatis (cuiusmodi iustus loquitur) equo aĩo nequeunt ferre. ¶ Ver. 7. Pro nihilo saluos facies illos. Hieronymus, Quia nullus est saluus in eis. Qđ in eandẽ sentẽtiã coincidit cũ nostra lectione, quã in Elucidatione expressimus. Felix uertit, Propter iniquitatẽ liberatio illis: qđ exponit, pro iniquitate liberabuntur. Videturq; ad existimationẽ impiorũ esse referendum, qui sperant per suam iniquitatẽ se posse effugere. Poterit & ẽm ironiam, satis commodam hęc lectio habere intelligentiã. ¶ Ver. 8. Deus uitã meã annunciaui tibi, Hierony. Secretiora mea dinumerasti, hoc est, mea oĩa secretissima & occulta optime nosti. Qđ aũt sequitur, Posuisti lachrymas meas in conspectu tuo, sicut & in promissione tua, ita uertũt ex Hebręo, Pone lachrymas meas in utre tuo, vbique & in numero tuo, vel in libro tuo, vel in rationibus tuis. Petit enim fletum suum reponi in memoria Dei, vt pro eo consolationem accipiat in tempore opportuno, iuxta illud, Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabunt. ¶ Versu 11. In Deo laudabo verbum, in domino laudabo sermonem. Chal. paraph. priorem partem vr referre ad laudes iustitiæ Dei, posteriorem ad laudes misericordiæ. Sic enim habet, In proprietate iudicii Dei, laudabo in uerbo eius, in proprietate misericordiæ Dei, laudabo in uerbo eius. Nihil tamen opus est hæc ita diuisim exponere, sed accipi potest hæc replicatio ad expositionem uehementiæ. Matt. 5.

## DE TIT. PRAECEDENTIS PSALMI.

Hic Psalmus, iuxta Gręcam atque latinam inscriptionẽ, talẽ habet titulum, In finem pro populo qui à sãctis longè factus est, Dauid, in tituli inscriptione, cum tenuerunt eum allophyli in Geth. In Hebræo aũt secus habetur, Victori super columbam mutã, vel pro colũba muta, eò quod procul abierit Dauid humilis & simplex, cum tenuerunt eum allophyli in Geth.

Ex quibus titulis apparet, hunc Psalmum à Dauid fuisse compositum, post insaniam illam simulatam coram rege Achis & euasionem ipsius: quando uidelicet coactus fuit propter rabiem persecutionis Saulis & cōplicium eius fugere extra hæreditatem domini, terram Israel, & tanquam columba muta morari in solitudine atq; in desertis & latibulis, petrisque & speluncis latitare, in modum columbæ mutę. Composuit autem hunc Psalmum nō contra Philisthæos de Geth, quanquā illi per occasionem in titulo memorātur qui illum absque nocumēto dimiserunt: sed cōtra illos potius de populo Israel, id est, Saulē, & cōplices eius, per quos in tantam angustiam adigebatur, vt apud alienigenas & idololatras cogeretur saluandæ sibi vitæ gratia confugere, ac ne ibi quidem commoda requie inuenta in modum colūbæ petere solitudinem. Qui etiam recte intelligi possunt populus ille, qui à sanctis longe factus est, de quo in titulo vulgatæ lectionis fit mentio. Siquidem in hac innocentis sæuissima persecutione nimium longe facti sunt à sanctis, & iustis Saul, ac complices eius: dum viri sanguinum, sua uoluntate, & impii homicidæ fieri uoluerunt. Nonnulli verò hæc omnia quę de Dauid, deque Philisthęis dicuntur secundum mysticas intelligentias declarāt, quas apud alios prōptum erit inuenire Nos, prolixitatis vitādę gratia, simul & quia non vsque adeò multū fructus in his repositum iudicamus, ea huic loco inserere noluimus.

## IN PSALMVM LVI.

Vers. 3. Clamabo ad Deum altissimum, Deum qui benefecit mihi. Hieronymus uertit, Deū ultorē meū. Felix, Ad Deum retribuentē super me, vel ad Deum qui perfecit super me, qđ scilicet promisit. Vel ad Deū qui fecit

E mihi cōsummationem, id est, perfectè impleuit omnia bona quæ pollicitus fuerat. Secūdum quam expositionem prædicta lectio satis cum nostra vulgata concordat. Valde autem nouum vr quod hoc loco habet Chald. parap. Ad Deum qui præcepit araneæ, vt perficeret in ore speluncæ telam in defensionem meam. Quod prima quidem facie videtur ridiculum aliquid sonare. Si tñ ad titulum Psalmi respiciamus (qui indicat ipsum decantatum pro libera-

F tione de manu Saulis in spelūca, in qua abscidit oram clamydis, per quam eū ad lachrymas emolliuit, atque a se absque nocumento fecit abscedere) videt hoc indicari quod nulla vi aut uiolentia armorum Saul ita in manus Dauidis traditus fuerit in spelūca, sed ꝙ ita Dei solius permissione in eam intrauerit, propria volūtate, purgandi ventris causa, quemadmodum in telam araneę per sese animalcula inuolitant, atque se se ipsa inuoluūt in eis. ¶ Ver. 5. Eripuit

G animam meam de medio catulorum leonum, dormiui conturbatus: quod de hostium feritate facilem habet intelligentiam. Alii uertunt, In medio in flammantium, vel carbonum ardentium. ¶ Versu 11. Exurge gloria mea. Hanc gloriam aliqui interpretantur carmen, vel Psalmum iucundum. Alii linguam intelligunt, ut inuitetur primum lingua ad canendum, ac dein de instrumenta musica inanimata. In Elucidatione autem aliam dedimus in

H telligentiam.

## DE TIT. PRAECEDENTIS PSALMI.

Titulus Psalmi, iuxta uulgatam lectionem Græcorum pariter atq; Latinorum, talis est, In finem ne disperdas, Dauid in tituli inscriptione, cum fugeret à facie Saul in speluncā. Pro cuius tituli intellectu reuocanda est in memoriam historia quæ describitur 1. Re. 17

primi

primi libri Regum cap.24.quo uidelicet Saul casu ingrediens in speluncā, in cuius interiore parte latitabat Dauid cum sexcentis viris, ita traditus fuerit in manus Dauid, vt minimo negotio & nullo periculo eum potuisse occidere, nisi sua maxima bonitate Christo dño maluisset parcere, quam leonino hosti vicem repēdere. Nam & clamydis orā latenter Sauli pręscidit, neque quicquā tñ nocuit, etiamsi ad id serui plurimū adhortarentur. Egresso autem Saule de spelūca, clamauit post tergum eius, voce flebili suam protestans coram iudice Deo innocentiam, simul & abscissam chlamydis oram, quam manu tenebat in cordis syncerissimi ualidum testimonium, ostentans quibus rebus etiam lachrymas excussit hosti pertinacissimo, eundemque à persecutione in propria compulit redire. Post hanc ergo tam uictoriosissimam summæ pietatis & fidelitatis liberationem, Psalmum istum plenum gaudio & cordis iubilo Dauid videtur cecinisse, in commemorationem tā admirabilis à Deo sibi præstiti beneficii. Quod autem in hoc Psalmo atque aliis quibusdam pręposuit pro tituli inscriptione, Ne disperdas, fecisse videtur, ad postulādum (huius misericordiæ & fidelitatis, quā Sauli monstrauit, intuitu) vt quemadmodum ipse interficere noluit hostē, ne traditum quidem in manus suas, ita nec ipsum Deus pateretur hostili manu interfici: vt quomodo ipse misericorditer pepercerat hosti, & a cæde manum cohibuerat: sic & ipsi parceret iustus dominus, & de manu hostium saluum custodiret. Nomen autem Dauid, quod in titulo sequitur post, Ne disperdas, casu datiuo accipiendum uidetur, ad hunc sensum. Ipsi Dauid in inscriptione tituli, id quod in Græco sermone euidentius monstrat articulus casus datiui. Chald. paraphr. sic habet, In finem pro molestia, tempore quo dixit Dauid, Non me disperdas per manum Dauidis humilis & simplicis, dum fugeret a facie Saulis in speluncam. Quod satis testatur illud, Ne disperdas, ad personam Dauidis debere referri. Alij suspicātur ideo præpositum in titulo, Ne disperdas: qm̄ cum serui Dauid se offerrent ad interficiendum Saulem in spelūca, dixisset Dauid, Ne disperdas, s. Saulem uel Christum domini. Latini aūt interpretes, ſm mysticas intelligentias hæc omnia malunt ad Christum accōmodare, quas in aliorum libris promptum erit inuenire requirentib.

## IN PSALMVM LVII.

VEr. 1. Si uerè utiq; iustitiam loquimini, rectè iudicate filii hominū. Hieronymi versio, quātū ad hūc uersiculū nihil à nostra lectione variat. Potest tamen ex Hebręo etiā hæc accipi lectio, Num vere, ò consilium, vel ò congregatio, qđ iustum est loquimini? recta iudicatis filiis hominum? aut recta iudicatis mortalibus? vt intelligat̄ responsio negatiua, ac deinde subnectat̄ vos potius iniquitatū operamini, &c. Secundum hanc aūt lectionem rectè hic sermo ad consessum iudicū impiorum uel cōgregationem cōsilii iniqui proferet̄, vtpote contra impiū illud Pharisæorū cōsiliū, à quo dn̄s innocēs turpiter cōdēnatus est, vel contra consiliarios & assessores Saulis, qui cōtra iustū agnum Dauid cū lupo Saule vlulātes, loquebant̄ iniustitiā & iniqtatē.

¶ Ver. 7. Intendit arcum suum donec infirmetur. Id ita nobiscū uertit Hieronymus, nisi qđ pro infirmētur, clarius ad nostram expositionem habet conterantur. Consentit ēt cum nostra ac Hieronymi lectione, qđ habet Chal. parap. Tetēdit in eo sagittas mortiferas, & ipsi ascindentur vel conterentur. Felix tñ aliter uertit, Dirigent sagittas suas, acsi consringerent̄: uel sic, Intendāt sagittas suas, acsi incenderentur: hoc est (vt ipse exponit) nullum damnum faciant, sed

itinere frangantur. Qđ clarius sic posset exprimi, Habeāt se, vt cui tēso arcu sagittæ dissiliunt, aut diffringuntur, ac incenduntur. Et ſm hanc lectionē manifestū est postulari hoc versu prohibitionē & destructionē potestatis impiorum. ¶ Versu 8. Sicut cæra quę fluit auferentur. Hieronymus, Sicut uermis tabefactus pertranseant, Alii, Sicut limax tabefactus aut liquescens pereant aut diffluāt. Quæ ſm rem idē cū nr̄a lectione uolunt. Secunda aūt pars huius uersus. Super cecidit ignis & non viderūt solem, oīno vr̄ in Hebręo aliam habere sententiam. Sic.n. vertit Hieron. Quasi abortiuum mulieris, qđ nō vidit solē. Felix, Velut abortiuam, velut talpa, quę non uiderunt solem. Quo sermone significatur, impios perdendos esse subito, quasi nūquam fuerint, quemadmodū abortiuū quod in vtero matris corrūpitur & tabescit, prius q̄ fuerit eductum in lucem. ¶ Ver. 9. Priusquam intelligerent spinæ uestræ rhamnū. Hoc loco Psalterium Romanum velut contrario modo habet ad lectionē nostri Gallicani. Sic enim habet, Prius quam producat spinas vester rhamnus. Prouenit aūt hæc diuersitas ex ambiguitate Gręcę lectionis, q̄ ꝑ duos accusatiuos simul positos, est anceps ad vtrāq; prædictarū versionū. Sic.n. Græcè legit πρὸ τοῦ συνιέναι τάς ἀκάνθας ὑμῶν την ῥάμνον, qđ ad uerbū Græco more loquendi sic verti pōt, Ante intelligere spinas uestras rhānū. vbi si accusatiuus spinas accipiatur ut suppositus infinitiuo intelligere, rhamnū aūt ut accusatiuus à posteriori parte ex vi transitionis rectus, habetur sensus nr̄ę lectionis priusquam spinæ uestræ intelligant rhamnum. Si verò contrario modo accipiatur constructio, & pronomen ad rhānum iungatur, habetur altera, Prius q̄ spinas intelligat uester rhānus, vel potius uestra rhamnus. Beatus Hieronimus nostræ lectionis Gallicanæ magis accedit, imò eam illucidat, ita vertens

E ex Hebręo. Antequā crescant spinæ uestræ in rhānū, qūo habet nullo variato ēt Felicis uersio. Pōt nihilominꝰ ēt Romanæ lectionis dari intelligentia, eadē ferè quæ lectionis alterius, antequā uestra rhānus producat spinas, id est, antequā malitia uestra possit fieri cōsummata ad nocendū iuxta uestrū desiderium, antequā ad perfectū nocendi statum possitis peruenire, antequam spinas uestra dura iniquitas possit acquirere ad pungendum, ad nocēdum pro

F voto, Deus uos ī ira subito absorbebit, quasi uiuentes. Nonnulli vero uersum prædictū aliter exponunt de pœna intolerabili & durissima gehēnæ, sed ꝓbatiorum interpretum expositiones nobiscum faciunt, similiter & Chal. Parap. quæ sic habet, Prius quàm impii teneri durescant, sicut spinæ, donec sunt sicut herba (id est parum adhuc potentes) tēpestate & turbine destruet eos.

## IN PSALMVM LVIII.

G VEr. 3. & 4. Irruerunt in me fortes. Neq; iniquitas mea, neq; peccatum meum domine, sine iniquitate cucurri & direxi. Hieronymus, Cōgregati sunt aduersum me fortissimi, absque iniquitate mea, & absque peccato meo, dn̄e. Non egi iniquè, & illi currunt & præparantur. Qua lectione satis per se manifesta, protestatur is qui psalmum profert suam innocentiam, qđ nulla scilicet iniquitate hoc apud aduersarios meruerit, vt persecutionē

H illi excitaret. ¶ Ver. 5. Exurge in occursum meum, & uide. Clarius eandem sententiam habet Hieronymus, Surge exaduerso pro me, & respice. ¶ Versu 8. Ecce loquentur in ore suo, & gladius in labiis eorum, quoniam quis audiuit? Ad perficiendam sententiam uidetur aliquid subintelligendum, ad vltimam particulam, hoc modo, Quoniam (dicent) quis audiuit, vel quis audiet? Vnde Chald. translatio habet, Ecce loquentur ore suo verba acuta

sicut

ficut gladius:labiis suis dicent,fortificabimur:q̃m quis ille qui audiet & puniet?Beatus verò Hiero. modicum abscedens a litera, loco illius, quoniam quis audiuit,clarius vertit,quasi nemo audiat. ¶ Versu 11.&12. Ne occidas eos, nequando obliuiscantur populi mei. Disperge illos, &c. Ista nõnulli sic intelligunt: Nõ subito mox interficias inimicos meos, neq; populus meus obliuiscatur,huius scilicet ultionis,ne statim huius uindictę memoria populo excidat,si subito fiat: sed tñ disperge, & uagos fac eos ac profugos,& ita lento ac longo supplicio eos affige, vt Dei iustitiã in sese multis sæculis ostẽtẽt,& admoneatur populus Dei ultionis impiorum.Qui intellectus, in Iudæis incredulis rectè admodum completus agnoscitur,qui etiam hodie in sua misera captiuitate per orbẽ disperſi,Diuinæ iustitiæ nobis in sese contuẽdam seueritatem repræsentant.Secundum expositionem autem,quam in Elucidatione dedimus, verbum obliuiscantur satis impropriæ uidetur accipiendum,pro ueniant in obliuionem, vel obliuiosè aut negligenter agant. ¶ Ver.14.Et de execratione & mendacio annunciabuntur in consummatione,& non erunt. Hieronymus,Maledictionẽ & mendacium narrantes consume,in furore consume,ut non subsistant.Quç lecto per se claram habet intelligentiam.Alii verò illud,de execratione & mendacio, ad finem versus p̃cedentis adiungunt,hoc modo, Comprehendantur vel capiantur in superbia sua,& de execratione & mendacio narrabunt,hoc est,quicquid loquẽtur nõ nisi abominatio aut mendaciũ erit. Ac deinde subiungunt: Consume furore,vt non sit.

## DE TIT. PRAECEDENTIS PSALMI.

1.Reg.19 Titulus Psalmi est,In finẽ, Ne disperdas,Dauid,i titulì inscriptio ne,quando misit Saul & custodiuit domum eius, vt interficeret eum, Historia notissima est,prolixa narratione 1. lib. Regum descripta.Indicat autẽ præmissus hic titulus,pro maxima illa angustia in qua tunc erat,siue potius pro liberatione ab ea,Dauidem cõposuisse Psalmum, aduersus tam crudelium inimicorum rabiem.Secundum mysticam verò intelligentiam,licebit nõ incommode per hanc domus Dauidis custodiam accipere obsidionem sepulchri, qua cupiebant Iudæi opprimere gloriam nominis Christi, ne uidelicet gloria nominis Christi ullo pacto per discipulorum mendacium(vt ipsi Pharisæi Pilato dicebant)posset promoueri. Valde autem conueniet hæc mystica intelligentia, si(vt annotationibus principalibus admonuimus)in persona Christi Iudæorum punitionem prçcedentis,Psalmus exponatur.

## IN PSALMVM LIX.

Vers.3.Portasti nos uino compunctionis.In Hebrço p̃ cõpũctione est uocabulum deriuatum à raal, qđ variis modis redditur. Reuchlinius dicit proprietatẽ significationis vocis huius esse fremere seu tremere: atq; ita uerteret, vino fremitus vel tremoris, qđ idẽ est cũ uino cõpunctionis,iuxta expositionẽ à nobis assignatã. Beatus Hieronymus ex Hebrço vertit,uino cõsopiente,id est uino soporis,qđ.s.soporem inducit,id est, grauitatẽ,& quod obnubilat iudicium animi: quemadmodum facere solet excedens tristitia. Felix vertit,vinũ anxificũ, vel mœstitiæ,& anxietatis. ¶ Ver. 4.Dedisti metuentibus te significationẽ.Beatus Hieronymus oĩno nobiscũ uertit, nisi q̃ pro significatione ponit signum. Alii autem pro signo vexillum vertũt, lõge alia sententia q̃ suprà expressimus. Sic enim legũt,Sustulisti vel leuasti timẽtibus te vexillũ vt uincãt vel exaltenẽ vel Mat.27.

superent propter ueritatem. Qua lectione significatur, Deũ populo quondam afflictio iam animum reddidisse, & certum uictoriæ indicium præstitisse, propter ueritatem promissionis suæ Felix dicit etiam sic posse verti, Dedisti populo tuo in tẽtationem, vt tentarentur, vel vt significarentur à facie ueritatis. ¶ Versu. 8. Iuda rex meus. Dictio quæ in Hebræo pro rege ponitur, descendit à uerbo chalKad, quod significat decreuit, præcepit, statuit, tulit leges. Vnde nomen illud deriuatum significat eum cuius est præcipere, discernere, & legem ferre, vertiturq; interdum princeps aut dux, interdum legifer aut præceptor, maxime in canonibus. Vnde beatus Hieronym. ex Hebræo vertit, Iudas legifer meus, quod forte exponi posset de consiliariis & sapientibus præcipuis, quos Dauid à Iuda habebat, cui primum præfuerat. Cui vtcunq; consonat quod habet Chal. Paraph. A domo autem Iudæ, scribæ domus doctrinę meæ. Alii uerò iuxta modum nostræ lectionis vertunt regem vel ducẽ uel principem, iuxta sententiam suprà in Elucidatione expositam. ¶ Ver. eodẽ, Moab olla spei meæ. Hieronymus, Moab olla lauacri mei. Felix, Olla ablutionis meæ: quod ita potest intelligi, Moab ita mihi subiecta est, tãquã olla seu lebes in qua lauẽ pedes meos aut manus, ut vtar scilicet ea quomodocunq; mihi libuerit. Vel ideo olla lauacri dicitur, quoniam tam abundanter Moabitarum sanguinem fuderit ad plenam subiectionem, vt quasi pedes suos lauerit in eorum sãguine. Cui expositioni non dissonat, quod habet Paraph. Chal. Dum conculcarẽtur Moabitæ, fœdati sunt pedes mei in sanguine procerum eius, sicut in olla lotionis. ¶ Ver. 9 In Idumæam extẽdam calciamentum meum. Hieronymus, Super Idumæam incedam calciamento meo, mihi Palæstina fœderata

E est. Quæ lectio cum nostra uulgata cõsentit. Verti etiam potest, In Idumæã proiiciam calciamentum meũ. Quod etiam utilitatẽ subiectionis designat, ut prius olla lauacri. Chal. transla. habet, Super collum occipitii proceres Idumæorum conculcauerunt calcei mei. ¶ Versu 12. Quia vana salus hominis. Clarius eandem sententiam habet Hieronymus, Vana est enim salus ab homine Et in uersu sequenti, conculcabit habet, pro ad nihilum deducet, quę idem valent.

F

## IN PSALMVM LX.

Ver. 4. Protegar in velamẽto alarum tuarum. Hieronymus vertit, Sperabo in protectione alarũ tuarum, similiter & Felix. Neque ita multum hęc absunt abinuicem. Qui enim confidit & sperat in velamento alarũ Dei, hic & protectionẽ sentiet. ¶ Ver. 6. Annos eius vsque in diem generationis & generationis. Nonnulla difficultas est in hac lectione uulgata, eo quòd dicuntur anni regis Messiæ esse usque in diem generationis & generationis. Clarius autem ex Hebræo secũdum sententiam eandem id uertit

G Hieronymus, dicens: Annos eius donec est generatio & gñatio. Ex quo vt dies accipi pro duratione, ad hunc sẽsum, Annos eius usque ad durationẽ generationis & generationis: id est, donec perstabit generatio & generatio, quod est in omnes generationes in æternum. Chal. autem Parap. hanc geminationem diuersa refert, priorẽ quidem generationem ad sæculum præsens, in quo regnabit rex Messias ſm tempus: posteriorem verò ad sæculum futurum, in quo regnabit secũdum ęternitatem. Sic enim habet, Anni eius sicut mundi huius, & sicut mũdi venturi. ¶ Ver. 7. Permanet in æternum in conspectu Dei. Hieronymus, Sedebit semper ante faciẽ Dei, quod

H

ad

ad iudiciariā apertius spectat potestatem, & sessionem in dextera patris euidentius exprimit. Alii uertunt, habitabit, vel commorabitur, neque diuersa ex his sententia redditur. Quod autem sequitur, Misericordiam & ueritatem eius quis requiret, admodum variè trāsfertur ex Hebræo. Hieronymi enim uersio sic habet, Misericordia & veritas seruabunt eum. Qđ pōt intelligi de misericordia & veritate patris, quæ Messiam nostrum seruarunt ab omni malo, atq; à morte in vitā redire fecerūt. Qm̄.n. Deus pater misericors fuit & verax, idcirco saluabit Christum suum, nec in morte manere permisit eum qui mortem non commeruit. Atq; huic interpretationi cōsentit Parap. Chal. quæ sic habet, Bonitas & ueritas quas præparauit author sæculi, seruabunt eū. Similiter & versio Felicis, Misericordia & ueritas à domino custodiēt illum. Alii aūt vertunt, Prępara vel ostende misericordiam & ueritatem, quibus custodias eū, estq; eadē cū priore lectione snīa.

## IN PSALMVM LXI.

VErsū 1. Nonne Deō subiecta erit aīa mea? Hieronymus, Attamen apud Deum silebit aīa mea. Felix, Certe ad Deū respicit aīa mea, vel ad Deū silet vel silentio expectat, qūo ēt illud
Psal. 36. qđ suprà habitum est Psalm. 36. Subditus esto dn̄o, & ora eum. In Hebræo hēri diximus, Tace dn̄o, vel in silentio respice dominū, vel expecta dominū. Sententia aūt vtriusque lectionis ferè eadem est. ¶ Ver. 2. Non mouebor amplius. In Hebræo, loco dictionis amplius, habetur rabbah, id est, multum siue valde, quemadmodū vertit Felix: sicque sensus erit, Non commouebor valde, aut non labar grauiter, non plu
Pro. 24. rimū mouebor. Iustus enim tametsi ponat Deum suam fortitudinem, suū robur, suum salutare, contingit nihilominus vt septies in die cadat: verum A quia resurgit fortius, dicit se quidē nō multum, non grauiter, non ualde cōmoueri aut labi. Nō asserit tamen, simpliciter se nullo modo labi aut moueri. Ad hunc autem sensum facile pōt exponi etiam lectio uulgata, si tātum amplius accipiamus pro multū: quēadmodum suprà Ps. 50 Amplius laua Psal. 50.
me, id est, multum vel plurimum, vel etiam atq; ēt. Vnde & in Greco eadem dictio ἐπὶ πλεῖον hoc in loco ponitur B quæ in superius designato loco posita inuenitur. Posset verò & hæc ex Hebræo accipi sententia, Non mouebor multa, scilicet tribulatione. Cui fauet quod habet Parap. Chald. Non mouebor in die tribulationis magnæ. ¶ Ver. 3. Interficitis uniuersi vos, tāquam parieti inclinato & maceriæ depulsę. Beatus Hieronymus casu nominandi transtulit, dicens, Interficitis omnes, tanquam paries inclinatus & maceria C corruens. Cuius sensus est, Interficere laboratis & opprimere bonos, & magno impetu & ui multa, quemadmodum cum paries iam inclinatus, aut maceria dissipata corruit super quēpiam. Ad quem sensum facile exponi posset etiam lectio vulgata, si tantum datiuus pro ablatiuo absolute posito secundum impropriam loquutionē acciperetur, ad hunc sensum, Irruitis in hominem, & interficitis vniuersi vos, tanquam pariete inclinato, & de- D pulsa maceria: hoc est, tanquam si paries inclinetur, & depellatur maceria. Alij vertunt per genus passiuum, Interficiemini uniuersi vos tanquam paries inclinatus, & maceria corruens. Atque ita exprimitur impetus & terror perditionis impiorum, qui super innoxios irruunt; eritque admodum festiua loquutio, dum ferè similis exprimitur modus punitionis cum ratione peccati. Primum enim proponens iniquitatem, dicit per increpationem, Vsquequo irruitis in hominem

simplicem,& innocentem? Deinde, punitio e uestigio subnectitur, Occidemini vniuersi, qui nunc alios quæritis opprimere,& corruetis quemadmodũ paries inclinatus,& maceria depulsa proxima est casui,& maximo impetu atq; terrore casura est,ubi ceciderit. ¶ Ver. 4. Veruntamen pretiũ meum cogitauerunt repellere. Hieronymus, Partẽ enim eius cogitauerunt expellere, quod bene ad pretium, honorem,& dignitatem propositæ in cælestibus retributionis refereť: de qua in Elucidatione dedimus expositionẽ. Et in eandem ferè sententiam sonat, quod vertit Felix, Certè propter exaltationem eius inierunt consilium, vt expellant, vel propter exaltationem eius ad hũc sensum: quia timẽt ipsum exaltari,& ad propositã altitudinis dignitatem peruenire, ideo cogitauerunt quomodo valerent expellere: hoc est, ꝑꝑ impediendã exaltationẽ viri iusti ipsi fuerũt solliciti. Posset & ad Deũ referri, hoc sensu, Exaltationem eius, scilicet Dei, cõsultant deijcere: hoc est, quos Deus uult exaltare & glorificare, ipsi quærunt opprimere, quos ille decreuit exaltare, de iis deiiciẽdis isti cõsultãt. Quod autem sequitur, Cucurri in siti, longe aliter vertũt ex Hebræo interpretes. Hieronymus enim habet, Placuerunt sibi in mendacio. Felix, Affectabunt mendacium, vel optabunt, uel complacebunt in mẽdacio. Quod nonnulli sic intelligunt. Cupiũt quod non assequentur, uidelicet quod iam antecessit, vt exaltationem iustorũ impediant. Nequaquam enim impedire poterunt à salute, quos Deus ad illam præordinauit. ¶ Ver. 8. Non emigrabo. Beatus Hieronymus vertit, Non timebo. Alij autem interpretes vicinius nostræ accedant lectioni, dicentes, Non elabar, vel non mouebor. ¶ Ver. 10. Sperate in eo omnis congregatio populi. Ex Hebræo, Sperate in eo omni tempore, ò populi effundite corã illo corda uestra. ¶ Ver. 9. Veruntamen vani filii hominum, mendaces filii hominũ in stateris, vt decipiant ipsi de uanitate in idipsum. Hieronymus, Veruntamen vanitas filii Adam, mendacium filii viri, in stateris dolosis, fraudulenter agunt simul. Quod facilem habet intelligentiã. Alii hanc accipiunt ex Hebraica lectione sententiam: filii hoĩum, uanitas sunt & mendacium: simul ponantur in trutina vel statera, erunt leuiores nihilo & uanitate, id est, uanitas ponderabit deorsum & ipsi ascendent pariter sursum: hoc est, maior est uanitas filiorũ hominũ, quàm vt possit ponderari. Quam sentẽtiam habet Felicis ista uersio, In stateris, vt asceudant ipsi magis vanitate, simul qđ sic exponit, Si ponantur simul filii hominum altero latere steteræ, & uanitates in altero latere, ipsi homines simul accedent magis vanitate, minus ponderabũt quàm vanitas, leuiores inueniẽtur vanitate: hoc est, infinita & quasi non ponderabilis est eorum vanitas, & sunt uelut ipsa vanitate vaniores. ¶ Expositionem tituli qui est, pro Idthum, habes post annotationes in Psal. 38.

## IN PSALMVM LXII.

VEr. 1. Ad te de luce vigilo. Ex Hebræo ad verbum verti põt, Ad te manicabo: quo uerbo usus est interpretes Latinus in illo Euangelij, Et omnis populus manicabat ad eum. Iuxta quod habent uulgatiores codices. Interpretes autem ferè omnes ex Hebræo per circumlocutionem vertunt. Hier. quidem, Ad te de luce consurgã. Felix, In aurora vel diluculo quæram te, uel surgam ad visitandum te. Alii diluculo adero tibi, vel mane suspiro ad te, vel præueniam mane corã te. ¶ Ver. 2. Quàm multipliciter tibi caro mea, In Hebræo nõ habetur, quàm multipliciter, sed loco eius habetur, concupiuit, seu desiderauit te caro

mea.

mea, quomodo vertit Hieronymus, ac cęteri interpretes. ¶ Ver. 9. Ipsi uerò in uanum quęsierunt animam meam. Hieronymus, Ipsi verò interficere quærunt animam meam. Alij ad perdendum, ad deuastãdum, in siue cum strepitu. Chal. Paraph., Ipsi uerò ad sepulturam quęsierunt animam meam.

DE TIT. PRAECEDENTIS PSALMI.

IN uulgatis codicibus Latinorum titulus pręmittitur, Psalmus David, cũ esset in deserta Idumææ: quod aliqui Latinorum interpretum secundum mysticam intelligentiam interpretantur desertum mundi huius. In Hebraico tamen habetur, In deserto Iudææ: item & in codicibus Græcis. Similiter habet Chald. paraphrasis. Psalmus Dauid, in tempore quo erat in deserto, in finibus tribus Iudę. Quæ lectio secũdum literam, & historiæ fidẽ verior videtur. Nusquam enim in historiis scripturæ legimur, Dauidem alicubi uersatum in desertis Idumææ, vt ibi psalmos potuerit canere: in desertis autem Iudęæ illum fuisse uersatum manifestum est ex libris Regnorum: in quibus quoniam multo satis tempore vagabundus versabatur, hac illacq; fugam securiorem petens, psalmum canendi indubiè sufficientẽ habuit opportunitatem. Et si fortè desertum istud zipherat: quod erat in tribu Iudæ, ubi diu in locis abditis & tutissimis latuisse Dauidem cum suis militibus, ex cap. 23. primi libri Regum est manifestum.

IN PSALMVM LXIII.

VEr. 3. Intenderunt arcũ, rem amaram. Hieronymus, Tetenderunt sagittam suum, uerbum amarissimum; qđ clariori sermone sic explicari pôt: Ceu tẽso arcu, pro sagittis, verba amara & noxia eiaculantur. Chald. parap. sic habet: Tetẽderũt arcus suos, vnxerunt sagittas suas ueneno mortifero & amaro. ¶ Ver. 5. Narrauerunt vt absconderunt laqueos: dixerunt, qs videbit eos? B. Hieronymus uertit, Quis uidebit nos? vt ad ipsos referatur ponentes laqueos. Alij verò ex Hebręo interpretes iuxta modum nostræ lectionis habent, Quis videbit eos? nempe laqueos. ¶ Versu 6. & 7. Defecerunt scrutantes scrutinio: Accedet hõ ad cor altum, & exaltabitur Deus, Ex Hebraico textu alia accipitur sententia, quàm ex lectione vulgata. Sic enim habet, Perfecerunt scrutinium scrutatũ, vel inuestigationem peruestigatam, in timo viri & corde profundo. Quæ lectio indicat prauos homines attentissimo consilio & profundissima peruestigatione occupari ad nocendum bonis. ¶ Ver. 7. Sagittæ paruulorum factę sunt plagæ eorum. Aliter ex Hebræo sic legitur iuxta versionẽ Hieronymi, Sagittabit eos Deus iaculo repentino, inferentur plagæ eorum, corruent in semetipsis linguis suis. Qua lectione non aliud significatur, quàm subitus & inexpectatus impiorum interitus; cuius se reos ꝑ suã impietatẽ fecerũt.

IN PSALMVM LXIIII.

VEr. 1. Te decet hymnus Deus in Sion. Beatus Hieronymus, sic vertit: Tibi silentium, laus, Deus in Siõ. Quę lectio Dei laudẽ significat inexplicabilem, & optimũ modũ ipsum laudandi esse in silẽtio, dum eius magnitudinem considerantes, silendo confitemur nihil nos posse dignum dicere laude eius. Nunquã enim rectius laudamus, quàm quando præ stupore magnitudinis eius silere cogimur: hoc tantum confitentes, quod nos eius magnitudo nimium ineffabilis, & incomprehensibilis silere compellat. Nihil est enim in Deo, quod

cuiuscun-

cuiuscunque ualeat hominis lingua explicare. Potest & aliter intelligi prædicta lectio, hoc modo, Laudes tuę quibus à nobis laudaris in hymnis & psalmis, sunt quasi silentium, quoniã nihil valent eorum, quæ in te sunt ad plenum explicare. Quantacunque.n. de Deo dixerimus, nihil dicimus: dum eorum nihil ad plenum explicare sufficimus. Atque hunc innuere videtur Chald. paraphra. habens in hunc modum, Coram te reputatur sicut silentium laus, Deus in Sion. Attamen Felix in sua versione nostræ lectionis textum seruat, dicens, Te decet laus, Deus in Sion. Illud autem quod in fine versus habet lectio vulgata, tam Latina quàm Græca, In Hierusalem, non habent exemplaria Hebræa neq; Chaldæa. ¶ Versu 5. Replebimur in bonis domus tuæ. Vox est iustorum ad beatitudinem cælestis patriæ aspirantiũ: quemadmodum indicat Chald. paraph. ad initium huius versus præmittens, dicent verò iusti: Saturabimur bonitate domus tuæ &c. Quæ autem sequuntur in hoc versu atque sequenti, diuersimode connectunt. Nobis tamen non libet singula persequi. ¶ Versu 7. Qui conturbas profundum maris, sonum fluctuum eius. In Hebræo contraria potius sententia habetur, Qui compescis sonitum maris, fremitum fluctuum, vel vndarũ eius, & multitudinem populorum. Ac deinde sequitur: Et timebunt qui habitant in extremis, à signis tuis. Neque difficilis intelligentia est. ¶ Versu 11. & 12. Riuos eius inebria, multiplica germina eius, in stillicidiis eius lætabitur germinans. Benedices coronæ anni benignitatis tuæ, & campi tui replebuntur vbertate. Beati Hieronymi versio ex Hebræo sic habet, sulcos eius inebria, multiplica fruges eius, pluuiis irriga eam, & germini eius benedic. Voluetur annus in bonitate tua, & vestigia tua rotabunt pinguedine. Cu-

B ius lectionis ex Elucidatione, & prioribus annotationibus, quantum ad primũ versum facilis est intellectus. Secundus autem hunc habet sensum, Annus totus, tempus omne gratiæ, voluetur in benignitate tua, ita vt omni tempore semper adsis paratus pręstare benignitatem gratię tuæ: & quocunque profectus fueris, quocunque perueneris visitatione tua, ibi guttas cadere facies salutaris gratiæ. Felix autem loco illius, Multiplica genimina

F eius, vertit, Aequa cumulos eius: hoc est, cõprime glebas eius, id est, superbos & eleuatos humilia, vt capaces fiant gratiæ tuæ. ¶ Versu vltimo, Induti sunt arietes ouium: Verbũ illud ex Hebræo admodum diuersimode transferunt. Beatus namque Hieronymus sic uertit: Vestientur agnis greges: hoc est, greges ecclesiarum ornabuntur ouibus, & simplicibus fidelibus, Deo in simplicitate fideliter famulantibus. Felix sic legit: Vestient planities pecora, ubi pecora videtur esse

G nominatiui casus, & suppositum verbi: planities autẽ, accusatiuus rectus à parte posteriori, ut significetur, pecora uestire planities, uel campos præ multitudine. Quare non aliud significatur, quàm fidelium in ecclesiis maxima copia. Atque in hunc fermè sensum, alius uertit, Plana obtegentur gregibus: alius, Induentur campi ouibus. Chald. autem translatio diuersam ab his ponit sententiam, dicens, Ascendent arietes super pecora. Qua

H lectione significari potest mystica intelligentia, fœcunditas magna præpositorum & doctorum in tempore gratiæ: qui quoties charitate vrgente semen uerbi Dei & sanctæ fidei doctrinam conantur in animas hominum infundere, toties quasi super pecora arietes ascendunt, ut generent.

IN PSALMVM LXV.

VErsu 1. Date gloriā laudi eius. Ita quidem nobiscum uertit Hieronymus. Felix autem habet, Ponite gloriam laudem eius. Quod ita potest intelligi: Laudem Dei cōstituite, & reputate gloriam vestram, in laude Dei gloriemini. Verè enim nihil homini gloriosus, quàm Deū laudare factorem & saluatorem suum. ¶ Versu 4. Terribilis in consiliis super filios hominum. Hieronymus, Terribilia consilia super filiis hominū. Felix, Terribilis opere uel studio super filios Adam. Eadem est cum uulgata lectione harum sententia. ¶ Versu 6. Qui dominatur in uirtute sua in ęternum. Beatus Hieronymus habet, Qui dominatur in fortitudine sua sęculo: simpliciter Felix, Qui dominatur in potentia sua sæculo, id est, Qui orbis & mundi totius imperium tenet in fortitudine potentiæ suæ. Similiter habet Chald. translat. Super orbem uel sęculum. Et per omnia cōsentit textus Græcus, qui sic habet ad uerbum reddendo, Lætabimur in ipso dominante in potentatu suo sæculi vel sæculo. Felix tamen ait rectè etiam ex Hebræo uerti posse quod habet nostra lectio uulgata, Qui dominatur in virtute sua in sæculū, uel in æternum. In secunda autem parte, Qui exasperant, non exaltentur in se metipsis vocabulum Hebræū, quod ponitur hoc loco illius, qui exasperant à verbo sorar descendit, significatq; peruersos, abalienatos, declinātes, peruersè incedentes, inobedientes, rebelles, contumaces, proteruos, incredulos, contemnentes, recedentes, & huiusmodi: quæ omnia proposito non male conueniunt. huiusmodi enim manifestum est esse, qui Deū exasperant, & ad iracundiam prouocant per transgressionem mandatorum ipsius. ¶ Versu 10. Introduxisti

A nos in laqueum, posuisti tribulationes in dorso nostro. Pro (laqueo) beatus Hieronymus uertit obsidionē: & pro tribulationibus, stridorem, Introduxisti nos (inquit) in obsidionem, posuisti stridorem in dorso nostro. Alii pro tribulationibus, catenam uertūt: alii molestiam uel angustiam. Vnde Felix, Posuisti angustiam uel gemitū uel stridorem uel tribulationem in lumbis nostris. Quod antem sequitur, Imposuisti homines super capita

B nostra: alii uertunt, Insidere fecisti homines capiti nostro, uel, Equitare fecisti hómines super capita nostra. In quo significatur populus domini vilissima seruituie se fuisse subiectum inimicis, ita ut quasi iumenta uenissent in abusum hostibus. In uersu autem sequenti, cum dicitur, Eduxisti nos in refrigerium. Felix pro refrigerio uertit, abundantiam, significari putans terram spaciosam & latam, nempe terram promissionis, ad quā

C post multas tribulationes peruenerunt filii Israel, aut terram inimicorum fertilem, admodumque fœcundam, sub quibus antè seruierat. Nos uerò terram viuentium intelligere possumus, aut abundantiam diuinæ consolationis, de qua nos Apostolus instruit. dicens: Sicut abundant passiones Christi in nobis, ita & per Christum abundat consolatio nostra.

IN PSALMVM LXVI.

D VErsu 1. Deus misereatur nostri. Verbum Hebraicū iechanenu, sonat misereatur nobis, uel per gratiam donet nobis, uel etiam gratiam donet nobis. Vnde intelligi potest i emphasi dictionis huius & peccatorum remissio, & gratiæ spiritualis collatio. Quod autem in nostris codicibus: item & in Gręcis habetur secundo repetitum in fine uersus, Et misereatur nostri, id Hebræa non habent.

bent. Ipsa autem adiectione nihil nisi affectus magnitudo declaratur, ob quam sol emus ea quæ cordi nobis sunt sæpius inculcare. ¶ Versu 2. Vt cognoscam us in terra viam tuam, in omnibus gentibus salutare tuū. Hieronymus, Vt nota fiat in terra uia tua in vniuersis gentibus salus tua. Eadē est cum nostra lectione, sed aliquanto clarior intelligentia. ¶ Versu 4. Et gentes in terra dirigis. Hieronymi versio habet, Gentium quę in terra sunt ductor es sempiternus. Quod tamen in Hebræo expresse non ponit, sed tantum selah in fine uersus adiūgitur; quod ille cum contextu uersus copulans, uertit, ductor uel director sempiternus, quoniam selah putat valere semper. Qui autem iuxta aliam sententiam selah aliud uelle dicunt, nec poni ad significandum æternitatem, nihil aliud vertunt quàm quod habet lectio vulgata, Gentes in terra dirigis, vel gētium in terra eris director siue ductor, ac deinde selah adiiciunt separatim.

## IN PSALMVM LXVII.

Versu 4. Iter facite ei qui ascendit sup occasum. Hieronymus ex Hebræo uertit, Præparate viam ascendēti per deserta. Quod intelligi potest de ascensu ad cœlos per aerē & orbes cœlestes, in quibus non est habitator ut super terram. Aut mystice intelligitur de aduentu Christi ad conscientias hominum a mundi tumultibus se custodientium in silētio & quiete animi. Felix autem uocabulum Hebraicum reliquit, sicque uertit, Præparate semitam insidenti haraboth: dicens per haraboth intelligi supremum cœlum, á suauitate sic dictum. Cui sententiæ videtur cōsonare Chald. paraphrasis, Extollite sedentē super sedem gloriæ in haraboth, siue supremo cœlo. Concordat

E & Reuchlinius in libro de rudimentis Hebraicis, ita hunc uersum iuxta Hebræos exponens, Qui uehitur in amœnis iocundisque beatorum cœlis. Alii dicunt apud Hebræos cęlum nonum appellari haraboth (quod interpretatur deserta) eo quod stellis omnino careat, cæteris octo inferioribus cęlis stellas omnes complectētibus. Septem enim cœli inferiores planetas septem in se ferunt: octauū F autem tenet stellas omnes fixas, qđ est firmamentum. Itaque nonum desertum & stellis vacuum dicūt. ¶ Versu 6. Qui habitare facis vnius moris in domo. Ex Hebræo Hierony. vertit solitarios, alii vnicos, i. derelictos, non habentes à quibus colligantur aut foueantur, cuiusmodi sunt orphani & pupilli. Hos enim in domo habitare facit, id est ad se colligit, & tanquam filios suæ familiæ facit ac familiares habet, Felix aliter intelligit: Qui habitare facit vnicos domum, i. G ex vnicis personis faciat magnam familiam, nimirum sāctam ecclesiam. Atque huc tendere uidetur quod habet Chalda. Parap. Deus qui combinat combinationes singulorum filū combinationis simul. Filum. n. istud combinationis, una fides & una charitas est. Alii vertunt: Qui vnicis restituit domum: hoc est, Qui carentibus liberis restituit suam familiam, quēadmodum Abraham penè de posteritate sua desperantem fœcundauit, H atque ad maximam familiam restituit. ¶ Versu 7. Similiter eos qui exasperant, qui habitant in sepulchris. Huius loco ex Hebræo vertit Hieronymus, Increduli autem habitauerunt in siccitatibus, id est, in egestate & afflictionibus, non habentes spiritualem cōsolationem: aut, aquis gratiæ & veritatis carebunt. ¶ Versu 10. Pluuiam voluntariam segregabis Deus hæreditati tuę, & infirmata est: tu uerò perfecisti eam. Hieronymus,

Pluuiam

Pluuiam voluntariam eleuasti Deus, A hæreditatem tuam laborantem tu confortasti: quod non difficilem habet, neque diuersam a uulgata lectione intelligentiam.

¶ Versu tertiodecimo. Rex uirtutum dilecti dilecti, & speciei domus diuidere spolia. Ex Hebræo Sanctus Hieronymus vertit, Reges exercituum fœderabuntur fœderabuntur, & pulchritudo domus diuidet spolia. Quod sic potest intelligi, Reges potentes prædicatione apostolica conuersi, submittent B se fidei catholicæ, & cum Ecclesia velut fœdus inibunt, præsidentesque, ac præpositi in Ecclesia, (qui sunt pulchritudo, species, & decor domus Dei) diuident spolia, læti triumphabunt, quomodo apud Esaiam de iisdem scribitur: Esaiæ 5. Lætabuntur coram te, sicut qui lætantur in messe, sicut exultant victores capta præda, quando diuidunt spolia. Alij, pro, fœnerabuntur, C fœnerabuntur, vertere malunt, fugient, fugient fugient, aut profligabuntur profligabuntur.

¶ Versu decimoquarto; Si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ, & posteriora dorsi eius in pallore auri. Beatus Hieronymus: Si dormieritis inter medios terminos, pennæ columbæ deargentatæ, & posteriora dorsi eius in virore auri. Quod in eandem sententiam facilè possumus reducere, in quam superius vulgatam D lectionem sumus interpretati, hoc modo: Si Ecclesiarum Præfati inter medios dormiatis, id est, non securè in conclauibus desides, pigri, ac resupini, sed in ipsis terminis: hoc est, si in custodia gregis commissi peruigiles extiteritis, columbam habebitis formosam, &cæt. Oportet enim eos, qui speculatores constituti sunt domus Israel, non in intimis conclauibus pigros, & ociosos stertere, aut in vtramque aurem securos dormire, quasi altissima pax sit, & nusquam hostium aliquid timere debeant per circuitum: sed inter medios terminos super speculam necesse est cubent, ita vt ad quantumuis leuem rumusculum hostium possint excitari, moxque tuba canere, & hostile periculum populo significare. Id vbi agunt, quibus populi cura commissa est, ibi formosa est columba, ecclesia talibus gaudens rectoribus. Vbi verò quasi in altissima pace securi rectores stertunt, in mediis ciuitatibus, gulæ, & luxuriæ vacantes in cœnaculis; & cubilibus, nihil mirum, si denigrata appareat columba, que tam infidelissimos habeat custodes. Ad eandem quoque sententiam adduci potest quod Felix vertit; Si dormiatis inter chytropodes, vel focos, vel vacinos, vbi ponuntur ollæ ad ignem. Solent enim qui in foco dormiunt inter instrumenta illa ferrea, super quæ locantur cacabi, & ollæ œneæ, facillimè ad quemlibet rumusculum excitari: & plerunque ibi se locant qui non totam noctem dormire, sed ad medium noctis ad opus necessarium volunt exurgere. Significatur ergo etiam hac dormitione in foco inter chytropodes, vigilantia, & cura præpositorum Ecclesiæ. Dicuntur autem Græco vocabulo χυτρόποδες, vel ferramenta pedata, super quæ ollæ constituuntur (vel iuxta quorundam sententiam) ipsæ etiam ollæ pedes tales habentes. Dictio composita est a χύτρα, quod significat ollam, & πούς, pedem. Alij sic intelligunt: Si sederitis inter ollas; hoc est, ita atrij fueritis, & commaculati, siue etiam miseri, & deturpati afflictione nimia, vel vitiorum immanitate, quemadmodum ollæ in foco, nunc in tempore euangeli-

enim Apostoli quasi rotæ argenteæ. Rotæ quatenus velociter discurrentes super terram vehentes sedentem in curru dominum, idest, gloriam eius ubique prædicantes. Argenteæ verò, quoniam optimè sonoræ per probatissima veritatis eloquia quæ prædicabant. Calcitrantes ergo contra rotas argenteas qui sunt, nisi repugnantes apostolorum sermonibus? Atque hos omnes, siue maiores fuerint, siue minores, orant fideles increpari, atq; cōprimi, vt non præualeant. Felix ita vertit, Dissipa feram arundinis congregationem robustorum in vitulis populorum, optantem numerationes argenti, aut fragmenta argenti. Quod exponi potest de auaritia principum sęculi, a quibus primitiua Ecclesia sustinuit grauem persecutionē, Legimus enim sæculares principes, aliosq; illis adiunctos per Christianorum persecutionē frequenter consuluisse suæ auaritiæ. Vnde de Iuliano illo impio apostata legimus, ꝙ Christianorum patrimonia rapiebat christianitatis prætextu, sacrilegamq; suam auaritiam euangelij testimonio colorabat, dicēs, Christus vester dicit in Euang. Qui non renunciauerit omnibus quæ possidet, nō potest meus esse discipulus. Idipsum Paulus Apostolus de Hebræis scribit, ꝙ in Iudæa pro Christi nomine rapinam bonorum suorum passi fuerint cum gaudio: idem de Thessalonicensibus quoq; commemorans, ꝙ eandem passi fuissent a suis conciuibus, qualia Iudæi a suis contribulibus passi fuerant. Idem pluribus in locis testantur ecclesiasticæ historiæ. ¶Versu 34. Aethiopia præueniet manus Deo. Hieron. Aethiopia festinet dare manus Deo. Felix, Aethiopia faciet currere manus suas ad Deū: hoc est, celeriter manus suas Deo protendet, vt vertit alius. Chald. translatio totum hunc versum sic habet, Venient principes de Aegypto ad cōuersionem filij Aethiopum, current extendere ma

Luc. 14

Heb. 10

1. Thess. 2.

A nus suas in oratione ante Deum. Quæ omnia lectionem nostram, & expositionem supra positam rectè confirmāt atque elucidant. ¶Ver. 36. Psallite Deo qui ascendit super cœlum cęli ad oriētem. Hieron. vertit: Qui ascendit super cœlum cœli a principio, i. qui sedet in cœlis cœlorum ab initio; quomodo vertit Felix. Alij vertunt ad sententiam nostræ lectionis, Ascendenti super cœlos cœlorum Orientis, siue ad Orientem. Al j sic, Qui sedet super cœlos, cęlos sempiternos, i. cœlos qui ab initio

B facti ijdem permanent. ¶Versu 37. Ecce dabit voci suæ vocem virtutis. Quidam hoc secūdum naturam intelligūt de terribili sono tonitrui, quæ dicitur vox Dei, & vox virtutis suæ, vox fortis, ita vt procul audiatur ab hoībus. Alii intelligūt de voce euangelicæ prædicationis, quæ uox Dei est, quoniam non ipsi à se loquuntur quæ prædicant, sed ex spiritu Dei qui loquitur in eis, iuxta Saluatoris uerbum. Huic autem uoci prædicationis dat Deus ut sit vox uirtu

C tis & fortitudinis, qm̄ efficaciam addit, vt uim habeat ad operādum in cordibus audientium: quemadmodum supra dictum est in expositione versus illius, Dominus dabit uerbum euangelizantibus, virtute multa. Nobis conuenientius videbatur, vt de ultima voce quam expectamus in die iudicii audiēdā præsens sermo intelligeret: ut post initiū, ac processum ecclesiæ pulchrū descriptum, hic etiam finis omnium, ac retributio commemoretur. ¶ Ver

D su ultimo. Mirabilis Deus in sanctis suis. Hieronymus ac cæteri omnes ex Hebræo interpretes concorditer vertunt, De sanctuario suo, aut in sanctuariis siue sacrariis suis. Ac iuxta hāc sententiam poterit in uulgata lectiōne Latina accipi ablatiuus, sanctis, vt sit generis neutri. Sic enim sancta pro sanctuariis dicere solemus: quemadmodum sancta dicuntur & sancta sanctorum. Imò etiam si accipiamus in genere masculino

sculino, sanctos, secundū rē possumus inuenire concordiam. Nam sancti Dei homines sunt uelut sanctuarium Dei, in quibus ipse libenter secundum gratiam, & gloriam suam inhabitat.

## IN PSALMVM LXVIII.

VErsu 1.2 3.& 4. Notanda est hoc loco Parap. Chal. exponens similitudinem comparationis, quę in annotationibus prioribus dicta est innui in his uersibus. Sic autē habet, Salua me Deus quoniam irruit cohors peccatorum, vt inferat tribulationem mihi, sicut aquæ quæ intrant vsque ad animā. Demersus sum in captiuitatem, tanquā in lutum profunditatis, & non est mihi locus ut consistam. Applicui in ualidam multitudinem cohortis peccatorum, & rex impius captiuū tenet me. Fatigatus sum a clamoribus, siccatum est guttur meum, consumpti sunt oculi mei ab expectatione Dei mei. ¶ Versu 13. Et operui in ieiunio animam meā. Hieron. Et fleui in ieiunio animā meā: hoc est, contristaui, & afflixi flendo simul & ieiunando animam meā. Felix habet, Et fleui dum esset in ieiunio anima mea. ¶ Versu 15. In me psallebant qui bibebant uinum. Felix, Cantica fui bibentium siceram, id est, uinum aut potum quemlibet inebriatum: hoc est de me cantabāt, & mea opprobria suarum cantionum faciebant materiam, meamq; irrisionem, ipsi inter pocula faciebant esse sua gaudia. Parap. Chald. habet, Cātilena fui eorum qui vadunt ad bibendum siceram in domo cauponaria ipsorum. ¶ Versu 16. Ego uerò orationem meam ad te domine tēpus beneplaciti Deus. Hieronymus, Mea autem oratio ad te domine, tempus recōciliationis est Deus. Felix, Ego autē orationem meam ad te domine tempore beneplaciti Deus, id est, cùm tempus esset beneplaciti. ¶ Ver. 18. Neque urgeat super me puteus os suū. Hier. pro urgeat, posuit coronet. Non coronet (inquit) super me puteus os suū, i. non per circuitum concludat. Felix clarius uertit, Non claudat, uel non obstruat super me puteus os suū. Translatio autē Chal. puteum hunc accipit gehennam dicens: Non operiat aduersum me gehenna os suum. ¶ Versu 24. Improperium expectauit cor meum & miseriam. Hieronymus, Opprobrio contritum est cor meum, & desperatus sum. Felix, Opprobrium cōtriuit cor meū, & afflictus sum. ¶ Ver. 36. Et placebit Deo super vitulum nouellū, cornua producentem vngulas. Felix, Et placebit domino super bouem & uitulum, cornua producentem, & producentem vngulas. Hieronymi tamen uersio uitulum nouellum habet, quemadmodum habet vetus nostra Latina lectio. Mirū verò quid sibi velit Chald. paraph. quę hoc loco habet, Placebit coram Deo magis quàm bos pinguis & elect⁹ quē offerebat Adā primus, cuius cornua præcedebant fissionē ungularum. ¶ Expositionem tituli, qui iuxta Græcos atq; Latinos codices est, In finem, pro iis q commutabuntur, secūdum Hebræos: pro liliis, vel super liliis vel lilia, require post annotationes psal. 44.

## IN PSALMVM LXIX.

VErs. 1. Deus in adiutorium meū intende, domine ad adiuuandū me festina. In Hebræo non nisi vnum habetur uerbum, hoc modo, Deus ut liberes me, domine vt auxilieris mihi, festina. ¶ Ver. 4. Auertantur statim erubescentes, qui dicunt mihi euge euge. Hieronymus, Reuertantur ad uestigiū confusionis suæ, dicunt mihi vah vah: hoc est, Veniant, & pertingant ad confusionem suam, qui contra me malum loquuti sunt.

DE TIT. PRÆCEDENTIS PSALMI.

TItulus Psalmi est, In finem Dauid in rememoratione, eo quod saluum fecit eum dominus. In Hebræo tantum est, Ad recordandum. Quo significatur hunc psalmum Deo suggerere de liberatione & salute præstanda, & quasi Deum præstandæ salutis commonefacere, ac velut in memoriam reuocare: quod ipsum etiam vulgata lectione indicatur, cum dicitur, In finem Dauid in rememoratione, hoc est, ad rememorationem vel recordationem. Quod autem adijcitur in Latinis codicibus, Eo quòd saluum fecit eũ Deus, in Hebræo omnino non habetur. In Græco sic habetur, εἰς τὸ σωσαί με κύριον: hoc est, vt Deus faciat saluum. Atque ita non nisi exponitur hac adiectione, quid sibi velit quod præmittitur, Dauid ad recordandum. Ad hoc enim sui petit dominum recordari, vt saluus fiat, & liberetur ab aduersarijs.

IN PSALMVM LXX.

VErsu 3. Esto mihi in Deum protectorem, & in locum munitum. D. Hieronymus ex Hebræo, Esto mihi robustum habitaculum, ut ingrediar iugiter: præcepisti, ut saluares me. Similiter uertit Felix, nisi quod pro robusto habitaculo, ponit rupem fortitudinis. Postulat hac oratione iustus, Deum se habere ut locum munitum, sibi semper patentem ad ingressum, ad quem tutò possit in omnibus periculis confugere. ¶ Ver. 7. In te confirmatus sum ex vtero. Hieronymus, Ad te sustentatus sum ex utero. Felix, Super te innixus vel sustẽtatus sũ ex vtero, Nã vocab. Hebraicũ samach, signãt apodiauit, vel innixus est. Siue ãt dicas, Super te cõfirmatus sum, siue super te innixus sum, uel apodiaui uel sustentatus sum, eadẽ habetur sententia. Quod autem sequitur: A De uentre matris meæ tu es protector meus. Felix ita uertit, De intestinis matris meæ tu extrahens me, id est (quod psal. 22. ponitur) qui extraxisti me de uentre matris meæ. ¶ Ver. 9. Repleatur os meum laude, ut cantem gloriã tuã, tota die magnitudinem tuam. In Hebræo tantũ legitur, Impleatur os meũ laude tua, tota die magnitudine tua, vel pulchritudine tua, vel gloria tua. ¶ Ver. 15. Ego aũt semper sperabo, & adijciam B super omnem laudem tuã. In Hebræo, pro sperabo, hr expectabo. Vnde Hieronymus ex Hebræo vertit, Ego autem iugiter expectabo. Sententia autem in idem recidit, quoniam is qui sperat auxilium, expectat illud ab eo in quo sperat. ¶ Versu 17. Quoniam non cognoui literaturam. Tametsi nobiscum beatus Hieronymus verterit literatu-C ras, cæteri tamen ex Hebræo interpretes lõgè aliter vertũt. Nã Felix (quẽ alij recẽtiores sequũtur) hãc partẽ cõiũgẽdo præcedẽtibus in versu priori, ita vertit, Os meũ annũciabit iustitiã tuã, tota die laudẽ tuam, certè non cognoui numerum: vel, Quoniam non cognoui numerationes vel narrationes. Quod sic exponunt, Certè non cognoui numerum laudis tuæ, vel non possum enumerare siue enarrare laudem tuã: maior est enim quàm vt humano ingenio comprehendi, aut humana enarratione possit enumerari. Et est sanè hæc versio Hebraicæ deriuationi saD tis conueniens: quoniam vocabulum Hebraicum sephoroth, hoc loco pro literaturis positum, à verbo saphar descendit, quod absque hæsitatione significat numerauit, vel censuit. Vnde videtur deriuatum illud nomen pluralis numeri aptissimè numerationes verti posse. Sciendum tamen est, quod neque Gallicana lectio (quæ habet literaturas) ab Hæbreo omnino dissonat, neque Romana, quæ habet negociationes. De priore, primum quidem Beati Hieronymi docet authoritas,

qui non aliud quàm literaturas vertit. Deinde & Ioannes Reuchlinius hoc ipsum confirmat, manifestè asserens dictionē hoc in loco positam significare scripturam uel literaturam, quemadmodum ad oculum uidere poteris in eius dictionario, in explicatione verbi suprà positi saphar: cuius significationem admodum prolixa deductione manifestat. Porrò de negociationibus quis non uidet maximam esse cōuenientiam numerationibus cum negociationibus? Nonne omnis penè negotiatorū res in numerando, supputādo, rationesq; conscribendo consistit? Quælibet ergo prædictarum lectionū iure toleranda uidetur, etiam si originalem respiciamus Hebręorum linguam. ¶ Versu 20. & 21. Donec annunciem brachium tuum generationi omni quæ uentura est. Potentiam tuam & iustitiam tuam Deus, usque in altissima quæ fecisti magnalia, Deus quis similis tibi? Hieronymus ex Hebræo, Donec annunciem brachium tuum generationi (scilicet præsenti) cunctisque qui uenturi sunt fortitudines tuas. Et iustitiam tuam Deus usque in excelsum (subaudi annunciem, prædicem, vel efferam) ac deinde, quanta fecisti magnalia Deus, quis similis tibi. In eandem sententiam uertunt item alii ex Hebræo interpretes.

## IN PSALMVM LXXI.

Ver. 1. Deus iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam filio regis. Chal. par. sic habet, Deus, itinera rigoris tui, vel sententiam iudiciorum, regi Messię da, & iustitiam tuam filio regis. Ex quo primum patet secundum hanc paraphrasim, de Messia psalmum principaliter intelligi. Deinde, quòd iudicium dare intelligat, dare executionem iudicij, & commissionem exequendæ iustitiæ: quomodo nos etiam in elucidatione sumus interpretati. Nam quidam aliter accipiunt, Da iudicium (i. æquitatē ipsam) regi Messię, & membris eius, vt videlicet sint ęqui & iusti. Sed prior intelligentia videtur commodior & plenior, totique huic de Messia prophetiæ quadrantior. Postremo indicatur illud, filius regis, referri posse ad regem Dauid, quod nos de patre rege æterno sumus interpretati. Messias nanque, & regis ęterni Dei patris, & regis temporalis Dauidis verus secūdū humanitatē filius fuit; quēadmodū initio sui euangelij Matthæus testatur, & Paulus initio epistolæ ad Rom. asserit, ex semine Dauid eū factū esse secundū carnē. Matth. 1 Rom. 1. ¶ Versu 3. Suscipiāt montes pacē populo. Hieronymus pro suscipiāt, vertit assumēt: neq; diuersa ē sentētia, Assumpserūt. n. apostoli pacis euangeliū populis prædicandum. Felix vertit, Extollēt omnes pacē populo. Eadēque rursum sententia est, Eleuabunt euangeliū pacis super populū, hoc est, prædicabūt. ¶ Versu 5. Et permanebit cum sole & ante lunam. Ex Hæbreo, Timebūt te cū sole & ante lunam, vel in cōspectu lunæ, hoc est, Timebūt te, adorabūt te, & seruient tibi fideles tui, quādiu erit sol, & quādiu durabit luna, videlicet vsq; ad consummationē sęculi & in æternum. Beatus Hieronymus vertit, Timebūt te quandiu erit sol, & vltra lunam, in generatione generationum. in quo illud videri possit absurdum quod dicitur, vltra lunam; nisi sic intelligatur, quomodo in annotationib. principalibus diximus, de illo quod post iuxta vulgatam lectionem sequitur, Donec auferatur luna. Felix autem vertit, In conspectu lunæ, vel dum perseuerabit luna, vel ante lunam, Chald. autem paraph. sic habet. Timebunt à te cum ortu solis, orabunt coram te à lumine lunæ, generationes generationum: hoc est, primo mane exoriente sole, & vesperi prodente sese lumine lunę, tibi seruiēt fideles tui, i. mane & vespere, siue iugiter. ¶ Versu 6.

Descendit

A Descendit sicut pluuia in vellus. Hunc versú ex Hebræo variè interpretes trásferunt. Quidam enim pro uellere ponunt herbam detõsam vel resecatam. Vnde Felix ad hunc modum vertit, Descendet sicut pluuia super herbam resecatam, vel super tonsum. i. super gramen incisum: quod si nõ habuerit pluuiam, postquam resecatum fuerit, arescet. Atque ita intelligunt non de descẽsu Christi in vterum virgineum, sed de spirituali descensu per gratiá in corda fidelium, per quem descensum iusti-
B tiam facit & pacẽ illic exoriri atque foueri. Quomodo enim pluuia descendit super herbam resecatam, vt iterum floreat pratum suo virore spoliatum, ita super genus humanũ iam semel resecatum, & omni ornatu spoliatum, ac per primi parentis peccatum velut detonsum, venire necesse fuit desuper gratiam Christi domini, vt iterũ fructũ bonũ proferat semel resecata, imò frequẽter resecata & detonsa terra cordis nostri. Atque huic satis apertè consonat
C Cald. paraphr. quæ hoc loco sic habet, Descendet vel pluuia voluntaria atque desiderata, vel pluuia beneplaciti super herbam quæ incisa est, vel corrosa à locusta. Ac iuxta hanc expositionem id quod subiũgitur, Et sicut stillicidia stillantia super terram, secundum rem cum priore parte idem sonat. Attamẽ beatus Hieronymus nobiscũ in versione sua ponit vellus, & post illum alij nonnulli ex Hebræo interpretes. ¶ Versu 7. Orietur in diebus eius iustitia &
D abũdátia pacis. In Hebræo sic habetur, Florebit vel germinabit in diebus eius iustus, & multitudo pacis: hoc est florebunt, & germinabunt ipso regnante iusti plurimi, & germinabit pax copiosa. ¶ Ver. 9. Corá illo procident Aethiopes. In Hebræo est dictio Zijm, quę à diuersis diuersimode vertitur. Beatus Hieronimus nobiscum vertit, Aethiopes. Felix dicit verti posse, nautas, vel habitantes solitudinem. Alij vertunt accolas deserti, vel solitudinarios, vt significẽt populos remotissimos, & longe ab hoïbus distantes, hoïbusq; incognitos, ad Christum cõuertendos. ¶ Versu 10. Reges Arabum & Saba dona adducẽt. Hieronymus, Reges Arabiæ & Saba tributum conferent. Felix, Donum vel tributum vel præmium adducent. Alius vertit honorariũ munus, scilicet quod ad honorem offertur. ¶ Versu 13. Parcet inopi & inopi. Felix, Miserebitur super medicum & inopem. Nam parcet, positum est, pro miserebitur, vel gratiose seu misericorditer aget. ¶ Versu 14. Et honorabile nomen eorum coram illo. In Hebræo non habetur nomen, sed sanguis, quemadmodum Hieronymus ac cæteri qui ex Hebræo versiones fecerunt, concorditer omnes transferunt. Et honorabilis (inquiunt) vel preciosus erit sanguis eorum corã oculis ipsius. Quo verbo significatur, mortem sanctorum pro Christi nomine & sanctissima fide occumbentium, fore Christo domino gratissimam, & sacrificiũ omnibus modis acceptissimum, hoc enim est sanguinem eorũ fore preciosum in oculis Dei, effusionem sanguinis & vitę pro Christo oblationẽ, maximi precij ducendã, & in maximũ meritũ ipsis reputãdam corã oculis Dei. Atque hoc ipsum est, quod in alio quoque Psalmo Psal. 115
legitur, Preciosa in conspectu domini mors sanctorũ eius. Quod licet de omnibus generali intellectu verum sit in sanctitate vitã finiẽtibus, peculiarius tamen & excellentius de ijs qui pro Christi nomine, martyrij supplicio, sanguinẽ fundunt. ¶ Versu 16. Erit firmamentum in terra, in summis mõtiũ. Hoc loco pro firmamẽto, in Hebræo ponitur pissath bar, quod apud interpretes tam Hebræos quàm Latinos, diuersimode redditur. Septuaginta enim transtulerunt ςυρεγμα, quod Latine sonat firmamẽtum, vt habet vulgata Latina lectio. Nam quod arbitrati sunt quidam, scriptorum vitio firmamentum scriptum

esse pro frumēto, non habet uerisimili tudinem, quoniam in Græco (unde nostra Latina lectio uersa est) manifeste non aliud quàm firmamētum habetur, de quorum tamē concordantia in principalibus annotationibus nonnihil diximus. Beatus autem Hieronymus ex Hebræo uertit memorabile triticum. Ioānes Reuchlinius in lib. de rudimen. Hebraicis, dicit Hebraicam dictionem significare placentam uel placentulā frumenti, quod Rabbi Dauid Kimhi exponit, particulā, uel massam frumēti. Idē dicit Paulus Burgensis episcopus natiuitate Iudæus regeneratione Christi fidelis: addens, translatione Chald. quæ targim dicitur, sic haberi. Erit placenta tritici, in capitibus sacerdotum. Secundum quorum concordem sententiam, Hebraica ista lectio aptissime poterit accipi, tanquam prophetia altissimi sacramenti, & sacratissimi sacrificii altaris, in quo sub specie placentulæ frumenti, sub specie modicę massæ triticeæ, ac panis modici, in modum albæ placentulę cocti, præsens nobis adest Christus dominus, verus Messias. Et recte quidem

Ioan. 6. (iuxta Hieronymi versionem) memorabile triticum dicitur hic panis uiuus, quoniam omni tritico nobilius & preciosius, panis uitam mūdo præstans, & à morte æterna præseruās, uerum manna de cælo descendens, quod qui manducat, uiuit in æternum, vel quia in immolatione huius tritici, memoria recolit rei oīum preciosissimæ, & beneficij ꝑpetua rememoratione dignissimi, nēpe passionis & mortis Christi. hoc (in-

Luc. 22. 1. Cor. 11 quit ipse dominus in cœna nouissima) facite in meam cōmemorationem. Et Paulus Apost. Quotiescunq; enim manducabitis panem hunc, vel calicem bibetis, mortem domini annunciabitis, donec veniat. Hæc autem placētula frumenti, siue hoc memorabile triticum, est in uertice siue in capite montium. i. Apostolorum primorum sacerdotum, atque eorum qui in illorum locum suc-

E cesserunt, quibus huius placētulæ oblatio & consecratio, secundum rite traditam sibi potestatem & authoritatem legitime competit. In capite ergo mōtiū prædicitur hæc futura placentula, quoniam super uenerandum sacerdotum nouæ legis uerticem, & super ipsorum capita consecrata hostia erat eleuanda, in ostensionem omni populo, adorandi gratia, simul & rememorandi unicam illam semel cōsummatam oblationem, quando nuda ante oculos omnium in conspectu patris, media inter cælum &

F terram exaltata fuit in ligno, tanquam uniuersalis omnium hostia, quæ nunc sub tegumento placentulæ modicæ eādem sese præsentem exhibet. Ne uerò ab aduersariis ueritatis, ista in fauorem tantum nostræ fidei, præter omnem rationem & probabilitatem confingere existimemur, sciendum est magistros Hebręorum complures totum hunc Psalmum de temporibus Messiæ determinasse intelligendum, atq; etiam specialiter de hoc versu qui nobis in mani

G bus est, asserunt ipsum respicere fœlicitatem temporum regis Messiæ. Vnde Rabbi Salomon Christianæ fidei aduersissimus (vt ita loquar) Iudęus, suo autē Iudaico errori studiosissimus patronus, negare nec potest nec audet, Rabinos priores hunc Psalmum notum, & præcipue hunc uersum, de Messia exposuisse, tametsi ipse patribus cæcis nepos cæcior, ad alium sensum eadem detorserit, nimirum splendente sole cæcior factus, quàm illi fuerant ante solis exor

H tum. Sic autem in huius uersus pertractione ait, Pissath bar (quod supra diximus verti placentam frumenti) loquutio est abundantiam significans & multiplicationem. Magistri uerò nostri exposuerunt sermonem esse placētularū in diebus Messię, totumque Psalmum exposuerunt de diebus Messię: quemadmodum & in Midras Tehilim (.i. expositione Psalmorum) est manifestum; ubi principium hoc Psalmi,

Deus

Deus iudicium tuum regi da, ad regē Messiam dicitur pertinere, vt etiam supra manifeste ostendimus ex translatione Chal. Idipsum quoq; Rabbi Mosse hardassem testatur in commētariis exponens illud quod in libro Genesis habet prophetia Iacob, Non auferetur sceptrū de Iuda, vbi huius Psalmi versum nonum & undecimum, videlicet, Coram eo procident Æthiopes, & inimici eius terrā lingent. Et adorabunt eum omnes reges, omnes gentes seruient ei, manifeste asserit ad Messiam pertinere, cui omnes gētes (vt ipse ait) aggregabuntur, vt regnet super illos regno iustitiæ & pacis, quemadmodū iam citatis versibus ait prophetice p̄dictum. Idem Rabbi Mosse hardassem, in commentariis, non solum testatur exponendum hunc uersum præsentē de Messiæ temporibus, verumetiam de sacerdotio Messiæ, id quod nostro ꝓposito multum conducit. Neque indiligenter sunt attendenda eius uerba q̄ subsequuntur. Dictum est Ps. 110. (est enim Hebræorum ista computatio) iurauit dominus, & non pœnitebit eū, tu es sacerdos in æternum secundū ordinem Melchisedech. (Psal. 109) Et quis est iste? Iste erit rex iustus & saluator rex Messias, sicut dictum est Zach. 9. (Zac. 9.) Ecce rex tuus uenit tibi iustus & saluator. Et q̄d docet uel monstrat, dicendo, (Gen. 14.) protulit panem & uinum. Quasi dicat, Erit placētula tritici in terra. Et hoc ipsum est q̄d scriptum est, Et ipse sacerdos erat Dei altissimi. Hæc ille. In quibus verbis circiter finem, manifeste idicat, se istā placentulam tritici referre ad oblationem sacerdotalem, dicitq; hoc q̄d in Psalmo isto dicitur, Erit placenta frumenti in terra illud ipsum esse quod de Melchisedech dicitur, q erat sacerdos Dei altissimi. Atq; ita profecto res habet, nostra enim hæc (de qua sumus interpretati) placentula tritici, res ipsa est quam præsignabat panis & uini ꝑ sacerdotem Melchisedech oblatio. Vnde hæc duo (oblatio uidelicet panis Melchisedech in dieb. Abrahæ, & Placētula tritici in uertice sacerdotum, in diebus Messiæ) sic idem sunt, quō signum & res, figura & figuratum, vmbra & ueritas: q̄m uidelicet hæc præstat quod illa promittebat, exhibet hęc q̄d illa præsignabat. Manifestum itaq; fit, si nos Christiani hunc passim de sanctissimo Eucharistiæ sacramento exponamus, non solum non sine conueniētia, sed nec absque Hebræorum authoritate id facere. B Alii aūt quidā Hebrǫorum, exponunt uersum istum de temporibus Messiæ: sed intelligētiam torquent ad fœlicitatem temporalem (vt omnia peruertere, & ad carnem trahere solent Iudæi carnales & excæcati) dicentes in tempore Messiæ tantam fore multiplicationem atq; abundantiā tritici vltro germinantis, & sese cōfricantis absque hominum labore, etiā summis montium, vt possint absque labore inde homines sumere plenis manibus quantum velint. C De qua re ab illorum Rabbinis ita quodam loco scriptum inuenimus, Dixit Deus sanctus & benedictus. Faciam ego cōuerti vos in mansuetudinem spiritus in mundo isto. Et nō erit tum Deus alienus. Quia non erunt in uobis filij hoim exercentes negotiationem aliquam, vel ullam solitudinis occupationē, sicut dictum est in psalmo. 73. Erit pissath bar in terra, in capite montium. Erit pissath bar (inquit) quia frumenta producent D diebus Messiæ placentas, sicut est plenitudo palmæ istius. i. tam magnas quàm possit quis palma comprehendere. Sequitur, Turgescāt sicut libani fructus eius, q̄m frumenta se inuicem confricabunt, & deiciēt similā suā in terrā, & tu veniens accipies inde plenitudinem palmæ illius, quantū refectio tua opus habebit, vel quantū opus tibi erit pro refectione tua. Verum cū ista ex fidei certitudine Christiani omnes cognoscāt vanissima esse, ac plusquā ridicula, expe-

expectare scilicet tantam ac talem temporalem fœlicitatem tempore Mesfiæ, nonne præstat vt de spirituali & uera fœcilitate temporum gratiæ (quæ sunt tépora ueri nostri Mesfię) exponamus? eatenus quidem Hebræorum authoritatem insequentes, quatenus de Mesfia dicunt intelligi debere: quatenus verò ad uenturã tpalē fęlicitatē referũt, modo prædicto, nequaquam eos imitantes. Verba enim promisfionum Dei per Prophetas prænunciatarum, spiritus sunt & uita, neque carnaliter debet sermo Dei (qui spiritus est) intelligi. Ad pdictorum autem confirmationem facit non modicum, quod in Commentariis Iudæorum habetur super uerbo illo Ecclesiaste, Qui est quod fuit? ipsũ qđ erit. vbi sic legitur, Rabbi Barachias dixit in nomine Rabbi Isaac, Quemadmodum fuit redemptor primus, sic erit redemptor ultimus. Sicut.n. redēptor primus fecit descendere mãna, ita redēptor ultimus erit placenta frumēti in terra. Quibus uerbis significatur, hoc ipsum in tempore gratiæ præstiturum in ueritate Christum hominē, qđ ante nondum humanatus in deserto sub lege præstitit in typo, dãdo mãna corporeum: nimirum ꝙ sicut Deus nõdum humanatus dedit manna corporale & figurale, sic idem homo factus daret manna spirituale verum, fieretq; ipse in placentam frumenti, in sacrificio & sacramento Eucharistiæ. sed & Rabbi Ionatham referunt versiculum præsen.e sic exposuisse, Videat qui habet oculos, quod sicut dictũ est, ipse est Mesfias de quo loquiť totus Psalmus, Cum ego ait, Erit placenta frumenti in terra in capite montium, uult dicere, quòd placenta panis fiet sacrificium in capitibus sacerdotum. Quid verò apertius posfit pro nostra dici sententia? Targum quoque Chaldaicæ translationis Ionathæ filii Vzielis sic exposuit, Erit sacrificium panis in terra, in capite montium. Targum verò Rabbi Akilas habet. Erit panis substantificus in terra, in capite montium. Quæ omnia bene nostro proposito couenιũt. Postremò nec illud silentio prætereundum, quod Felix ex Iudæo nostris temporibus Christianus factus monachus ex familia Eremitanorum diui Augustini, homo maxima Hebraicarum literarũ peritia, nec minori erga Christianam fidem pietate, fideliter annotauit super uersu proposito, ita scribens, Hoc tantum dixisse velim, quod non modicum nostræ confert fidei, quoniam vbi nos posuimus in textu, Erit multiplicatio frumenti, quidam Hebræorum exposuit sic, Erit deprecatio & complacētia frumenti in terra. Vbi ostēdit maximũ sacramentum, quippe frumento, idest sacrificio panis, quicunque deprecaturus est Deum, vel Deo placere optauerit, panis sacrificio perficiet. Secũdum quem sensum ideo complacentia erit frumenti huius in terra, quoniam in hoc frumento, in hoc pane, Deo patri (ut ipsemet testimonium de nube dedit) erit beneplacitum. Compluribus ergo testimoniis abũdè declarauimus, quomodo propositus locus omnino conuenienter exponi posfit de sãctisfimo Eucharistię sacramento. Neque cõueniens est, Christianum in huius psalmus expositione vel ad temporalem Salomonis fęlicitatem recurrere cũ Rabbi Salomone perfido & iuratisfimo Christianæ fidei hoste iudaisando (potisfimum cum supra, ratione & authoritate monstratum sit, non posse Psalmum totum Salomoni aptari) vel ad Mesfiæ adhuc uenturi prosperitatem temporalem cõfugiendo turpisfimis vanisfimisq; fabulis delirare: quemadmodum supra uanisfimas horum fabulas & nugas ostendimus: Præstat Christianos Christi accipere mysteria, potisfimum cum & inimici nostri perhibeant ueritati testimonium, etiam si nesciant ipsi quid loquantur. Nobis.n. loquuti sunt, vt intelligamus, ipsi non Matt. 3.

nisi

nisi per umbram quandam intelligentes quæ loquebantur nobis. Nisi forte A & illorum aliqui diuino meruerint radio illustrari, ut talia dicerent. Neque est quod contra prædictam expositionem nobis quisquam obiiciat, veteres Christianorum doctores istam intelligentiam nusquam indicasse. Nam sic obiicientibus respondemus, non ita plenè à primis illis patribus exhauriri potuisse omnia, ut posteris nihil facerent reliquum. Imò neque consummationem usque seculi, exhausta erũt quę in abysso latent scripturæ omnia. Ita B enim dispensauit summa prouidentia sapientissimus dominus, vt in cunctis generationibus profectum accipiat Ecclesia, & posteriores continuo illuminationes nouas suscipiat in quibusdã, quæ priores non aduertant. Licet itaq; primi Christianorum doctores supradictam expositionem nõ posuerint, nõ ob hoc reiicienda debet iudicari. Habet enim Ecclesia dogmata plura, temporum successu determinatione spiritualis luminis peruestigata, quæ prisco- C rum libri vel omnino non continent, vel certe tractatu admodum sobrio, aut sub perplexa dubitatione. Fuerũt tamen annis multis Christianorũ Magistri atque doctores nonnulli ijque non incogniti nominis, siue eruditionem uariam spectamus, siue uitæ sanctimoniam, qui prædictam sententiam suis scriptis firmauerunt. Inter quos est Nicolaus à Lyra, vir de sacris literis optime meritus, & in antiquorum Hebræorũ scriptis nõ modicum uersa- D tus, neq; Hebraicæ literaturę ignarus. Deinde Paulus Burgensis episcopus, & ex Hebraismo ad Christianismum conuersus, populo Christiano egregius nõ aduena siue proselytus, sed domesticus & conciuis, sanctæq; fidei Christianæ fidelis alumnus: quem uirũ loco quodam citans doctus ille Capnion, venerabilem magistrũ appellat, sacrarumq; literarum sua sententia expositorem literatissimum, doctissimumq; doctorem, quæ sanè nomenclatura à tanto viri illi tributa, non est parui reputanda. Post hunc est Iacobus Parezius, à Valẽtia, Christopolitanus episcopus, in Rabbinorum scriptis versatissimus, qui locum præsentem iuxta prædictã sententiam admodum diligenter enarrat, Felix quoque, quem paulò ante cõmemorauimus, quàm apertè eandem sententiam ponat nemo dubitat, cui non deest mens sana. Præter omnes, doctor insignis Ioannes Eckius nostra ętate vir doctissimus, & de fide Christiana (quã aduersus impiorum Hęresiarcharum dogmata acutissime simul & validissime defendit) optimè meritus, lib. 3. de sacrif. Missæ c. 6. locum pñtem gña diligentia pertractat, ex antiquorũ testimoniis simul & ratione ostendẽs, in præsenti Psalmo prophetiam haberi de sanctissimo isto fidei Christianæ sacramento. Neq; prętereundus est Iacobus Faber Stapulensis, qui tam in expositione cõtinua (quam vocat) huius versus, quam in subiũctis annotationibus apertè hanc sententiam ponit, multumq; cõmendat. Sed iam finem accipiat solito prolixior linguæ peregrinæ, sed nõ misterii peregrini, annotatio. Te uerò quisquis huic annotationi nostrę lector obtigeris, obtestor, ne nostram prolixitatẽ indigne feras. Si enim pius es, & fidei orthodoxæ firmitate gloriaris, nec te urit siue affligit mysteriorũ Christianæ fidei commendatio, non te patitur aduersus laborem pium & fidele studium tua conscientia indignari. Sed iam ad eam quæ sequitur annotationem, absq; fastidio transi conuiua: forsitan & illic præparatum reperies dulce ferculum: quod tibi erit admodum sapidum, si Iesum amas dulcissimum æternumq; patris filium.

¶ Versu 17. Ante solem permanet nomen eius. Libet hoc loco annotationẽ Pauli Hebræi Burgensis Episcopi (cuius suprà honorificam mentionem fecimus

mus propriis ipsius verbis subscribere. Verba eius hæc sunt: In hoc loco vbi dicitur, Permanet nomen eius, Hebraica veritas habet, ynon, quę dictio non est eiusdem significationis cum permanet, sed significat filiationem. Vnde Rabbi Abenhazra in sua glosa in hoc loco sic dicit. Hæc dictio ynon, est verbum pasiuum, quod deriuatur ab hoc nomine nin, quod propriè significat filium, Et sic sensus est, quod ante solem filiabitur nomen eius, ac si dicat, quod ab æterno iste rex est filius. Vnde ex isto loco, ex necessitate literę Hebraicæ potest sumi efficax argumētum ad hoc quod in diuinis est dare filium, seu filiationem ab æterno. Hęc Paulus. Idem quoque in scrutinio scripturarum, distinctionis octauæ cap. 10. (vt citat Reuclinius) nomen suprapositum nin affirmat significare filiū, & prætereà nullam habere significationem in scriptura sacra. Confirmat hæc doctissimus Capnion ex authoritate Chaldæorum, OnKeli & Ionathæ, quibus plurimam fidem & authoritatem tribuunt Hæbrei, simul etiam adducens sententiam Rabbi Dauid Kimhi, cuius in lib. de radicibus hæc sunt verba: Et ab eo venit pasiuum ynon. Psalmo. 72. Ante solem permanet nomen eius, quod secundum Abraham Aben ezra nobis ita licet exponere, Ante omne tempus filiabitur Messias. Hæc ille. Sensus ergo huius lectionis est, Ante omne tempus filiabitur Messias, vt filius ab æterno a patre procedens. Filiari nanque est gigni, vt filius gignitur à patre. Vnde quidam vertunt, Filius nomen eius. Atque ità hic locus rectè consonat illi quod est in Psalmo 2. Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Quòd verò alij quidam transferre conantur, nepotabitur pro filiabitur, vt sit sensus. Nomen eius per nepotes deducetur quandiu sol perseuerabit, & celebre erit apud posteros dicentes,

Psal. 2.

E nomen suprapositum nin (vnde verbū pasiuum ynon deriuatum est) significare nepotē, ac proinde verbū pasiuū ab eo deductum debere idem valere quod nepotari, id non approbant neque Paulus episcop. Burgensis, neque Capnion, neque Rabbi Dauid Kimhi, neque (quorsim est grauissima apud Hebræos authoritas) Ionathas & OnKelus Chaldæi. Videtur autem figmentum esse Rabbi Salamonis, obstinatissimi Iudæi, cuius hoc fuit summum

F studium, ea quæ Christianos in suæ fidei commendationem cognouit assumere, quanta potuit diligentia impiè subuertere: id quod in pluribus manifestissimum est, ijs qui eius in scripturam sacram expositiones vel regerūt vel audierunt: quemadmodum vel ex annotatione hac præcedente facile quiuis potest aduertere, dū ea quæ à veteribus Hebræorum de Messia exposita fuerunt in fauorem Christianæ fidei, ad eo peruertuntur ad temporalem regni Salomonis fœlicitatem.

G Quē Christianorum perfidum hostē non absque Christianæ reipublicæ detrimento, quosdam Christianorum video nimium insequentes. Et male metuo, ne res ista (quod Deus auertat) tandem & illis & reipublicę Christianæ male cedat. Non tamen negamus, posse hunc passum & aliter ex Hebræo interpretari. Nam B. Hier. vertit, Vltra solem perseuerabit nomen eius. Felix similiter, Ante solem perseuerabit vel perpetuabit nomen eius, adiiciēs vel filiabitur vel filiabit. Chal.

H transf. Ante esse solis præparatum fuit nomen eius. ¶. Versu 18. Et benedicentur in ipso omnes tribus terræ Iudaizantes ac de Salomone exponētes, ita conātur hāc partē illi attribuere, qm̄ oēs alteri uoluerint benedicere, dicent, Faciat tibi dominus, sicut in diebus Salomonis. Verū istis, si Iudæi sūt, manifestè reclamat Chal. para. quæ sic habet, Et benedicentur in merito eius om-

omnes populi, quod longe alium requirit sẽsum, nec de Salomone potest intelligi. Si vero Christiani sunt, Paulũ Apostolum audiant, qui hanc benedictionem Abrahæ promissam, ac gentibus communicandum in semine suo (quod est Christus) late & apertissime explicat in Epistola quam Galatis scripsit. Quod post finẽ Psalmi adiicitur, Defecerunt laudes Dauid filij Iesse, nõ vt initium vel titulus Psalmi sequẽtis accipi debet, sed ad præcedentem adiũgi, sicq; exponi, ut supra in annotationib. principalibus intelligendum diximus. Est autem & hoc aduertendum, ex hoc loco argumentum sumi posse, quo monstrentur Psalmi etiam illi q. bus aliena præmittuntur nomina, ipsius esse Dauidis: quemadmodũ huic Psalmo præmittitur Salomoni, iuxta Hebræos: & tamen verba hæc testãtur satis euidenter, Psalmum istum à Dauid esse compositum, quod ẽt astruit Hieronymus & probatissimi Hebræorum. Vnde fieri potest, ut & i alijs Psalmis, ẽt vbi alterius nomẽ prẽmittitur, Dauid tamẽ fuisse author credatur. Verum hac de re disputare non est præsentis locis. Hoc tantum propter loci opportunitatem, obiter indicasse sufficiat.

Galat. 3.

## IN PSALMVM LXXII.

VEr. 1. Quàm bonus Israel Deus. Ex Hebræo, Attamen bonus est Deus, qũo vertit Hieronymus, ubi ex ipsa hac prima aduersante particula significatur, Prophetam post multas cogitationes in hunc Psalmũ prorupisse, ut ipso statim Psalmi huius initium cogitationibus murmuratorijs & argumentationibus quæ post exprimuntur, respondeat aduersus illas immobilem & firmam conclusionem constituens, in uehementi assertione, dicens, Attamen bonus est Deus. Alii, Certe, profecto, utiq; bonus est Deus. ¶ Ver. 4. Quia non est respectus morti eorũ. Vertit quidem iuxta sententiã nostræ lectionis Hieronymus aliquanto clarius, Quòd nõ recogitauerint de morte sua. Alij vero sic vertunt, Quoniam non sunt ligamina in morte eorũ, vel non sunt colligationes morti eorum, quod tamen in eãdem penè sententiã cum uulgata lectione potest exponi: non vrgentur ad mortem, non accelerat ad eos mors, sed fugit ab eis, ꝑmittens eos in lõgam ætatem viuere: quẽadmodũ peruersissimos multos uidemus à Deo in longã ætatem tolerari. Pro eo aũt qđ sequitur, Et firmamentum in plaga eorũ. Hiero. uertit, Et firma sunt uestibula eorum, qđ intelligitur de solida & stabili prosperitate domus illorũ, quasi dicat, In domibus illorum sunt cuncta prospera atque stabilia, in successu bono & prospero. Felix autem habet, quippe fortis, robustus, supple est ipse impius: propter quod, mortem non recogitat, quasi uicturus perpetuo. ¶ Versu 6. Ideo tenuit eos superbia, operti sunt iniquitate & impietate sua. Hieronym. Ideo nutriti sunt ad superbiam, circundederunt iniquitatem sibi. Per hoc enim quod cum hominibus nec labores nec flagella sustinent impii (ut habet uersus præcedens) quasi fouentur & nutriuntur ad superbiam, & aggregant impietatem sibi quasi uestimentum. Felix sic uertit, Propterea onerauit os superbia, vel circundedit siue circuncinxit vt torques, inuoluet natos iniquitas ipsorum, vel operiet ipsis fundamentum iniquitas: hoc est violentia sua vestient & ornabunt verendas partes corporis. Per quod significatur impios præ nimia malitia totam suam carnem turpissime commaculaturos. Aut secundum prouerbialem loquendi consuetudinem dictum hoc in contemptum accipiatur, qũo dicere solemus, hic oẽ patri-

patrimonium impendit in nates suas, de eo qui omnia in carnis nimium cultum insumit. Ita isti de iis quę per uiolentiam rapiunt, non aliud quam suã carnem curant & ornant. Quem sensum Chal. translatio uidetur innuere, cum ait, Coronam imponét capiti suo de rapina sua. ¶ Ver. 7. Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorũ. Ex Hebræo, Egressus est præ pinguedine oculus eorum (quo significatur nimia corporis cura) transgressi sunt cogitationes vel affectiones cordis. i. plus acquisierũt quã cogitabant vel desiderabant. i. abundantissime omnia. ¶ Ver. 10. Propterea cõuertetur populus meus hic. Parté istã ita ex Hebræo uertit Hierony. vt habet nostra lectio, Felix autem diuerso modo uertit, Conuertetur populus meus concussus, hoc est, motus tẽtatione prędicta. Vel sic, Propterea faciet conuertere populum suũ huc & illuc, subaudi Deus. i. cum viderint iusti malos in prosperitate vacillabunt, atque nutabunt, quasi dubitantes, & apud sese deliberantes, num viam Dei uelint prosequi in qua ambulare cęperunt, an iter arripere impiorum, quemadmodum in Elucidatione exposuimus. Secundã autem partem: Et dies pleni inuenientur in eis: varie transfert B. Hier. ad hũc modum. Et quis plenus inuenietur in eis? Quod potest referri ad considerationem bonorum, super prosperitate impiorum. Tametsi enim prima facie mirum in modum prosperari & abundare uideantur: si quis tamen piorũ tẽtatione prædicta æmulationis malę vexatus sese cõuertat ad presiius rem cõtuendam, uidebit profecto neminem impiorum esse, cui sua prosperitas per omnia sufficiat, non illos tam plenos fœlicitate comperiet, quam prima facie existimantur. Quo enim plura habent, eo sibi plura deesse existimant, id quod per fas & nefas perpetuo coacervantes euidenter demonstrant. ¶ Ver. 14. Et castigatio mea in matutinis. Quidam in matutinis vel in matutino intelligunt, à pueritia, ab ætate prima. Alii propterea dictum putant, quia singuli pene exortus solis aliquam nouã solent adferre molestiam. Succedit. n. molestia molestiæ, & piis noua quotidie accedit vexatio. Nos in Elucidatione & in annotationib. principalibus, quod nobis uidebatur vero similius, explanauimus. ¶ Ver. 18. Veruntamen propter dolos posuisti eis, diecisti eos dum alleuarentur. Hier. Veruntamen in lubrico posuisti eos, deiecisti eos ad interitũ. Qua lectione significatur prosperitatem qua florere uidentur impii, stabilitatem non habere, neque soliditatem, sed breui illos collapsuros de statu eiusmodi. Qui enim in lubrico consistit, in sua statione neque fixus, neque stabilis est, sed casui proximus, vbi vllũ fuerit passus impulsum, mox collapsurus in terram. ¶ Vers. 20. Velut somnũ surgentiũ, domine, in ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges. Aduertendum est diligenter quod hoc loco habet Chal. parap. de corporum resuscitatione euidens testimonium. Sic enim habet. Sic somnium hominis ebrij euigilãtis, Deus in die iudicij magni surgere eos faciet à domo sepulchri, & fremens imaginem eorũ spernet. Sensus difficultatem non habet. ¶ Versu 26. Perdidisti omnes qui fornicantur abs te. Chald transl. pulchrè explicat, quid sit fornicari à Deo. Sic enim habet, Perdidisti omnem apostatantem à timore tuo. In uersu autem ultimo non habent Hebræa finem illũ Psalmi, In portis filię Sion: sed tantum, Vt anunciẽ omnes prædicationes tuas, vel (ut Hieronymus uertit) omnes annũciationes tuas, quod intelligi potest de operibus Dei, annunciatione siue laude dignis, vel de omnibus quę Deus uoluerit annunciari, vel ad quæ annũcianda miserit. Vnde Felix sub disiũctione vertit, Vt enarrem omnes missiones uel operationes tuas. Chal. autem

para-

paraph. habet, Vt enarrem iustis omnibus præcepta missionum tuarum vel etiam præcepta Apostolorum tuorũ.

## IN PSALMVM LXXIII.

VEr.3. Leua manus tuas in superbias eorum in finem. Felix. Exalta persecutiones vel cõcussiones tuas, ad ruinas in æternum. Quod sic interpretatur, Exalta manum tuam, vt maiorem inferat persecutionem, vt ruant in ęternum, hostes scilicet & persequutores sanctorum. Consentit huic quod habet Paraph. Chal. Leua conculcationes tuas ad humiliandas nationes in perpetuum. B. autem Hierony. habet, Sublimitas pedum tuorum dissipata est vsque ad finem. Quod intelligi potest de gloria sanctorum & fideliũ conculcata & depressa usque ad infimum. ¶ Versu 10. Et nos non cognoscet amplius. Hieronymus, Et non est nobiscũ qui sciat usquequo: hoc est, non habemus Prophetam aliquem nobiscum, qui à te edoctus de futuris dicere nobis possit, quàm diu hæc calamitas atque miseria in qua nunc viuimus permansura sit super nos, aut quando ab ea simus liberandi. ¶ Ver. 11. Vt quid auertis manum tuam, & dexteram tuã de medio sinu tuo in finem? Hieronymus, Quare conuertis manum, & dexteram tuam, in medio sinu suo consumens? Quod intelligendum vĩ&m id quod uulgo dicere solemus, id quod in usum non extenditur, corrũpi, atq; cõsumi ꝑ usus defectu. Et marcessere dicimus hominẽ ignauia, qui non in aliqua honesta operatione sese exercitat. Ita Deum alloquens propheta interrogat, quare manum cõuertat in sinum, vt ibi marcescat & consumatur uelut otiosa: & quare non magis eam exerat atque extendat in ultionem inimicorum, ad glorificationem sui nominis? ¶ Ver. 14. Tu confirmasti in uirtute tua mare. Ex Hebræo Hieronymus A ac Felix uertunt, Dissipasti, pro confirmasti. Verum sententia in idem reuertitur. Nam cum faceret Deus mare rubrum populo Israelitico peruium, cõfirmauit illud, quia latus maris utrũq; solidum fecit, vt fluere non posset, donec illi transijssent quos ipse transire uoluit. Dissipauit autem, quia magna potentia diuisit, ita ut siccaretur profundum eius, & illi transirent. ¶ Versu 17. Tu fabricatus es auroram & solẽ. In Hebræo habetur, Tu ordinasti lumi B nare vel luminaria, & solem. Per quod significatur, Deum omnium luminarium & magnorum & paruorum esse principium. Specialiter uerò solẽ nominat, ob excellentiam luminaris potẽtissimi: quẽ etiam ob sui luminis maiestatem & uirtutis eminentiam, Sapiens nominat vas admirabile, opus excelsi. ¶ Versu 21. Repleti sunt qui obscurati sunt terræ, domibus iniquitatum. Hieronimus, Repletæ sunt tenebris terræ, habitationes iniquæ subrutæ: hoc est, terræ repletæ sunt tenebris, totus mũ- C dus, omnes gentes sunt plenæ tenebris ignorantiæ: & habitationes iniquę, synagogæ Satanę subuersę sunt impijs erroribus & doctrinis dęmoniorũ. Alij sic vertunt, Repleuerunt obscuritates terrę habitacula iniquitatis, quod eandẽ fere habet sententiam. Chal. autem trãslatio sic habet, Respice ad pactũ quod pepigisti patribus nostris, quoniam cõsummati sunt filii eorum eorum: obscuritas autem dispersa est super terrã, & dolus, & rapina. D

## IN PSALMVM LXXIIII.

VEr. 1. & 2. Et inuocabimus nomẽ tuum, Narrabimus mirabilia tua. Hieronymus versus prioris finem cum principio sequentis coniungens, ita uertit, Et iuxta nomen tuum narrabunt mirabilia tua, ac deinde subiũgit versum incipiens nouum, Cum accepero tempus, ego recta iudicabo. Sẽsus

autem

autem lectionis illius facilis est, Prædicabunt mirabilia opera tua iuxta nomen tuũ, iuxta magnificentiam & gloriam nominis tui, quod in alio Psalmo dicitur, Sicut nomen tuum, ita & laus tua in fines terræ. Felix autem uertit, Et propinquum nomen tuum: ac deinde diuisum. Narrauerunt mirabilia tua. Est autem nomen Dei propinquũ cõfitentibus & inuocantibus, quoniã (vt in alio loco dicit) prope est dominus omnibus inuocantibus eum in veritate, & iuxta est dominus iis qui tribulato sunt corde. ¶ Ver. 2. Cum accepero tempus ego iustitias iudicabo. Felix uertit, Cum accepero solẽnitatem, quod exponit tempus, scilicet in quo cõgregantur hoies ad solennitatem. Quod intelligitur de tempore illo iudicij, quando apparebit Christus cum maxima gloria in milibus angelorum & electorum suorum, in gloria patris sui in nubibus, ita ut uideat eum admirabilẽ omnis oculus: ad quam sane solennitatem omnes omnino homines, qui ab initio fuerunt usque ad eos qui in nouissimo temporis momento inueniendi sunt, necesse erit conuenire, ut prorsus tot milium nemo abesse possit, omnium eorum qui uitæ rationalis unquam fuerunt participes. Qua solennitate quæ maior possit contingere? Alii exponunt, Cum accepero tẽpum vel tẽpus congregandi meos subditos. Et hoc prædicto sensui optime cõgruit. Alii, Cum accepero tp̃s definitum ad celebranda mea comitiaria iudicia (quomodo habent reges & principes sæculi definita tempora celebrãdis comitiis & exercendis generalibus iudiciis deputata) tum ego iudicabo, non ut pleriq; principum sæculi iniquitatem, sed iustitiam & æquitatem. Et hoc iterum optime ad prædictum sensum quadrat. B. autem Hieron. simpliciter, tempus uertit. ¶ Versu 4. Dixi iniquis, nolite inique agere. In Hebræo nomen iniquis & uerbũ iniquę agere ab una radice sunt halal, quod significat insaniuit, uel iniquè egit. Vnde B. Hierony. præsentem locum vertit fere iuxta id quod habet uulgata lectio, Dixi iniquè agentibus, nolite iniquè agere. Alii transferunt, Dixi stolidis nolite stolidè agere. Felix, Dixi insipientibus, nolite insanire. Alii, Dixi insanientibus vel insanis, nolite insanire. Omnia autem hæc in eundem sensum recidunt. Manifestum est enim omnes impios, stultos esse, stolidos & insipiẽtes: omnes autem stultos (iuxta Ciceronis paradoxum) consequens est insanire. ¶ Versu 5. Nolite extollere in altum cornu uestrum, nolite loqui aduersus Deum iniquitatẽ. In Hebræo sic legitur, Nolite extollere in altũ cornu uestrum, loquentes in ceruice veteri. Quod sic intelligitur, Nolite loqui contra Deum, iuxta veterẽ & antiquã superbiam siue pertinaciam & rebellionem. Per ceruicem enim elatio & pertinacia designatur. Vnde uetus ceruix est, uetus & antiqua superbia. Est ergo sẽsus, Nolite loqui superba & blasphema ut olim: nolite loqui in ueteri superbia, contra Deum. Huic etiam facile aptat quod vertit Felix, Ne loquamini cum ceruice elatum, idest ne loquamini sermonem elatum in superbia & pertinacia. vel, Ne loquamini superbum vetus, idest iuxta ueterem superbiam, sed humiliter discite loqui, & pœnitentiam agere de præterita superbia & ceruice veteri. Nec dissonat quod habet paraph. Chal. Ne extollatis in excelsum gloriam uestram, uel cornu vestrum, uos loquentes in fortitudine vel cõtẽtione & in opprobrio. Qui enim sic loquuntur, ceruice eos carere dicimus. Consentit insuper qđ uertunt quidam. Ne loquamini collo duro, vel ne loquamini præfracte & p̃tinaciter. Potest verò admodum apte vetus ista ceruix Iudaico populo applicari. De horum enim ueteri ceruice Moysi loquẽs testatur dominus, quòd dura,

Marginal notes: Psal. 47. — Psal. 143. — Psal. 33. — Matt. 25 — Apoc. 1. — Exo. 32. — E F G H

durâ, rebellis & inobediens fuerit, Video (inquit) quoniam populus iste duræ ceruicis est. hos ergo monet, ne iuxta ueterem suam pertinaciam & incrudelitatem pergant murmurare aut tentare dominum: quemadmodum in alio Psal. dicitur, Hodie si uocem eius audieritis, nolite obdurare corda uestra, sicut in exacerbatione secũdum diem tentationis in deserto, vbi tentauerunt me patres uestri. ¶ Ver. 7. Calix in manu dñi uini meri plenus mixto. Hier. Calix in manu domini, uino meraco (.i. fortissimo & durissimo ad potandum) usq; ad plenum mixtus. In Hebræo aũt pro uino meraco ponitur vinũ chamar, quod iuxta quosdam significat uinum merum .i. excellentissimum & fortissimum, quemadmodum etiam habetur
Deu. 32 Deut. 32. Vt sanguinem vuæ biberent meracissimum. Et Esaiæ 27. In die illa
Esa. 27. uinea meri. Rabbi Dauid Kimhi intelligit uinum rubeum, putans ita dictum, q rubeum in terra Israel præstãtius sit, ut sic per translationem intelligeret vis & efficacia Diuinæ ultionis. Alii autem malunt uertere uinum lutosum & turbidum, maxime quod de fæcibus mox subiiciatur. Alii, vinum efferuescens, ad significandum feruorem indignationis Dei. Felix habet, Calix in manu domini & uino rubefactus est, plenus est mixtione. Omnia non aliud quàm fortitudinem iræ Dei designant. ¶ Ver. 8. Et inclinauit ex hoc in hoc. Verũtamen fæx eius non est exinanita, bibent oẽs peccatores terræ. Hier. Et propinabit ex eo (calice). Veruntamen fæces eius epotabunt bibẽtes omnes impii terræ. Felix, Et redundare fecit ex hoc, vel, & diffluere fecit undique (quoniam scilicet abũdanter ad plurimos deriuata est ex hoc calice ultio Dei) quippe fæces eius sugẽt omnes impii. Chal. transla. Fæces autem & spumam sugent & epotabũt omnes impii terræ. Quæ omnia in eundẽ sensum coincidunt, ut pote designantia amaritudinem ultionis Dei. ¶ Versu vlt. Et omnia cornua peccatorum confringam, & exaltabuntur cornua iusti. Pulchre hunc uersum exponit Paraphr. Chald habens in hunc modum; Et omnem fortitudinem celsitudinis impiorum confringam, euellam eos à fortitudine eorum, & exaltabuntur fortitudines excelsæ iustorum.

## IN PSALMVM LXXV.

Ver. 3. Ibi confregit potentias, arcum, scutum, gladium, & bellũ. Hier. Ibi confringet uolatilia arcus, scutum, & gladium, & bellum, vertitq; ad eundem modum & Felix. Intelligũt autem per uolatilia arcus, nõ aliud quàm sagittas, quæ ex arcu uelut euolant, dũ iaciuntur impetu, & magna celeritate eiaculantur. ¶ Ver. 4. Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis. Hier. Lumen tu es magnifice à montibus captiuitatis. Potest autem hoc secundum eũdem sensum exponi, quem suprà in Elucidatione, atque annexis annotationibus assignauimus lectioni uulgatæ, uidelicet de sanctis Apostolis, qui recte captiuitates montes dici possunt, uel quoniam captiuo generi humano destinati, ad illuminandos eos qui in tenebris & in umbra mortis captiui tenebantur sub mortis imperio: vel quoniã & ipsi de filiis erant captiuitatis huius, p quos Deus lumine suo libertatem nobis magnifice uoluit concedere. Neque enim angelos misit ad illuminationem mundi in tempore gratiæ, qui visibiliter mundum illuminarent: sed fragiles, & viles homines filios captiuitatis, ut tanto magnificentior esset uictoria de principe tenebrarũ, tenebris è mundo fugatis. Posset etiam præpositio, a, accipi, ut significet comparationẽ & excellentiam, sicq; sensus erit, Lumẽ tu es magnifice præ montibus captiuitatis. Luc. 1.

ptiuitatis, vel plusquam montes captiuitatis. Atq; ita per montes captiuitatis intelligi poterunt oẽs præeminentes scientia, & sapientia huius sæculi. Hi.n.pp sublimitatẽ suæ scientiæ atq; sapientes montes sunt, sed mõtes sunt captiuitatis: neq; cõparari valent ſm luminis sui claritatẽ vnico illi monti æternitatis Chřo dño, cuius sapientiæ collatus oĩs humanæ sapientiæ actus nõ nisi obscuritas est & meræ tenebrę. Vtriq; aũt expositioni rectè consonat, quod mox subdit in versione Hiero. Spoliati sunt superbi corde. Christi.n. lumine mundo corruscante, oĩs sapiẽtia mũdi obscurata est, iuxta illud prophetæ, Perdã sapientiã sapientium, & prudentiã prudentium reprobabo. ¶Ver.5. Nihil inuenerunt oẽs viri diuitiarũ in manibus suis. Hiero. Nõ inuenerũt oẽs viri exercitus manus suas. Et pro eo, qđ post sequit, Ab increpatione tua Deus Iacob, dormitauerunt qui ascenderunt equos; idem sic vertit, Ab increpatione tua Deus Iacob consopitus est currus, & equus. Est aũt hæc sñia, Aduersarii veritatis, & euangelii persequutores, tua diuina virtute impediti, nõ potuerunt quicquã efficere manibus suis. Hoc.n.est non inuenire manus, nihil manibus posse efficere, manus non inuenire potentes ad perficiendũ cordis desiderium. Ab increpatione insup, & imperio diuinæ iussionis, nihil potuerunt in curribus, & equis suis, factique sunt absque virtute equi, & currus, & nihil potuerunt efficere. Consentiunt versioni Hier. iã explanatæ cæteri ex Hebræo interpretes. ¶Ver.10. Qm̃ cogitatio hoĩs confitebitur tibi, & reliquiæ cogitationis diẽ festũ agent tibi. Hier. Quia ira hoĩs confitebitur tibi, reliquiis iræ accingeris. Quod non ita est intelligendum quasi ipsa hoĩs indignatio per se laudẽ adferat Deo, sed ꝙ per occasionẽ iræ malorum veritati resistentium, & fidelem populum totis viribus impugnantium (de quibus in prioribus versibus mentio facta est) Dei potẽtiam reddat celerem, & faciat gloriosam: quemadmodum Paulus Aposto. cap.9. epist. ad Roman. de vasis iræ dicit, ꝙ in multa patientia sustineantur à Deo, apta in interitum, vt notã faciat in eis potentiam, & irã suam. Reliquis aũt siue residuo iræ impiorum accingitur Deus, qñ pp reatũ impietatis illorum, contra veritatem insanientium ad vltionẽ condignam se parat. Alii verò aliis modis & vertunt, & interpretantur. Nobis in præsentiarũ sufficit Hieronymi versionẽ explanasse. Ad prædictum aũt sensum posset vtcumque ẽt vulgata nostra lectio reduci, si cogitationem intelligamus malã machinationẽ hoim impiorum ꝯ Deum, & populum eius ac veritatem, astutè, impieque cogitantium. ¶Ver. vltimo, Terribili & ei qui aufert spiritum principum. In Hebræo verbum ponitur batzar, quod significat vindemiare. Dr.n. Deus uindemiare spiritus principum: qm̃ sicut homines racemos uindemiantes colligunt, hinc & illinc legendo, absque ulla laboris molestia, ita Deus quos uult nulla difficultate in mortem colligit, & de uita auferens, quasi de uite botros decerpit. De qua uidemiatione in Apocalypsi angelorum uoce ad dominum habentem in manu falcem acutam, clamatur, Mitte falcem tuam, acutam in terram, & uindemia botros uineæ terræ, quoniam mutatæ sunt uiæ eius.

Esa.29. 1.Cor.1. Rom.9

## IN PSALMVM LXXVI.

VErsu 2. Manibus meis nocte contra eum, & non sum deceptus. Hiero. sic habet, Manus mea nocte extenditur, & non quiescit: id est, non cesso etiam per noctem te deprecare. Quo significatur infatigabilis, & assidua uiri iusti oratio. Felix autem sic uertit, Vulnus meum per noctem defluxit,

fluxit,& nō resedit vel cessauit. In quo A proponit tribulatus suam afflictionem cōparatque eam plagæ aut vulneri con tinuo saniem stillāti per diē & noctem. ¶ Versu 3. Memor fui Dei,& delectatus sum. Hieronymus, Recordans Dei, conturbabar. Quod intelligi potest ob peccatorum recordationem. Quoties.n. in afflictione positi Dei habemus memoriā, meritò cōturbari nos cōuenit propter nostra peccata quibus Deū offendimus,& tribulationes multo maiores promeriti sumus. Felix, Memor ero Dei B & vociferabor. In eo autē qđ sequitur. Defecit spiritus meus: verbū Hebraicū quod ponitur ꝑ defecit, significat summā cōmotionē & exagitationem, velut cū quis anxietate obuoluitur, & totus operitur angustia. Vnde Felix vertit, Anxietate inuoluetur, vel operietur spiritus meus: alij, torquebitur, vel extasim patietur spiritus meus. B. aūt Hiero. nobiscum habet, Defecit spiritus meus.

Matt. 6. Ver. 4. Anticipauerūt vigilias oculi mei. Hieronymus, Prohibebā suspectū oculorū meorū: id est, nō audebam leuare ad te oculos meos, vel ad te suspicere oculis meis: quēadmodū de euāgelico publicano legimus, ꝙ nolebat nec oculos ad cęlū leuare. Felix, Tenuisti palpebras uel custodias oculorū meorū: hoc est, nō permisisti oculos meos deficere, aut somno claudi, sed uigiles eos custodisti in oratione & meditatione. Pro eo autē quod sequitur, turbatus sum, Hieronymus reddidit, stupebam: Felix, confractus sum, quod exponit, deliquium D animi passus sum. ¶ Ver. 6. Et scopebā spiritum meum: B. quidem Hier. nō aliud uertit q̄ habet lectio uulgata. Felix tamen conuersam ponit sententiam dicens: Perscrutabitur spiritus meus. Qđ si ad ipsummet spiritum referatur, ut sit sensus, Perscrutabitur sese spiritus meus, sensus coincidit cum iis quæ dicta sunt in principalibus annotationibus de spiritu scopendo, fodiendo, vētilando, uexando, atque emundādo. Si uerò ad Dei iudicia, quomodo alii exponunt, sensus habetur diuersus, cui magis fauet quod habet paraph. Chal. Inuestigabit mirabilia sciētia cordis mei. ¶ Versu 7. Aut non apponet ut complacitior sit adhuc? Clarius ex Hebræo sic uertit Hieronymus, Aut nō repropiciabitur ultra? ¶ Ver. 10. Et dixi, nunc cœpi, hæc mutatio dexteræ excelsi. Hieronymus, Et dixi, imbecillitas mea est, hęc commutatio dexteræ excelsi. Cuius lectionis sensus est, Non es aliud quàm infirmitas, nimium es infirma & pusillanimis, ò anima mea, non satis fidis, neq; satis fixam & fortem te monstras in domino Deo tuo, dum ita quereris, tales enim mutationes sunt dexteræ excelsi. Dei excelsi dextera est, quæ potest mutare pro suo placito ut voluerit, & in illo oportet habere fiduciā, in illo corroborari, in quo poteris omnia. Est.n. Psal. 4.
ex infirmitate & pusillanimitate ac defectu fiduciæ in Deum, quòd plerique adeò sunt perplexi, uel nimium anxii, C uel pro præteritis quæ recogitant malis, uel de præsentibus, quæ perferunt, vel de futuris, quæ metuunt. Oportet enim attendere, quòd omnis bona commutatio ad potentiam altissimi spectat, & quòd in illo fidentes omnia possint. In ipso enim sāctus Iob spe Iob. 17.
rabat post tenebras lucē, Felix uerò ꝑ imbecillitate, uertit expectationē, hoc modo, Et dixi, expectatio mea est, mutationes dexteræ excelsi. Cuius sensus est, Dixi in corde meo, meum est expectare & præstolari dñm (in silentio.n. & spe iuxta ꝓphetā, erit nostra fortitudo) Esa. 30.
quoniā mutationes sunt in manu Dei, potens est altissimus commutationem facere cum voluerit: & qui nunc affligor, si patienter expectauero, potens est Deus efficere, ut pro afflictione recipiam consolationem. Cętera satis consentiunt.

IN PSALMVM LXXVII.

VErsu 16. Statuit aquas quasi in vtre, H er. Stare fecit aquas quasi aceruum. Eadem est cum vulgata lectione sententia. Item & in eo quòd versu priori, pro cāpo Taneos, uertit, regionem Taneos. Et uersu 18. quod nos habemus, Adaquauit eos uelut abysso multa: ipse clarius reddidit, Potum dedit quasi de abyssis magnis. Nā adaquare positum est pro potum dare, sumpta similitudine ex gregibus pecorum, quæ dicuntur adaquari. ¶ Versu 20. Panem angelorum manducauit homo. In Hebręo habetur, panē albirim, quod B. Hieronymus, & alij plures vertunt, panem fortium vel robustorum: quia scilicet tali pane fortes & robusti reddebantur. Non enim minus quàm panis terrenus, verum amplius etiam confirmabat corda sumentium. Aut fortè propter significationem panis viui illius, tempore gratię mundo descensuri desuper (cuius non dubium est manna corporeum

Psal. 103 fuisse figuram) panis robustorum aut fortium dictus intelligatur: quoniam is cuius typum gerebat, panis viuus de cęlo mittendus confortaturus erat corda sumentium in vitam æternam: iuxta quod apud Ioannem Saluator testa

Ioa. 6. tur, dicens, Qui manducat hunc panē, viuet in æternum, Et qui manducat me, & ipse viuet propter me. Alij verò dicunt significari nubes, vertuntque panem nubium, eo quòd desuper descendebat in loco nubium. Alij angelorum, rationibus quas in Elucidatione atque prioribus annotationibus assignauimus. Felix in sua versione prædicta omnia complectitur, dicens, Panem robustorū, vel regum, vel angelorum, vel nubium comedit vir. In secunda autem parte cum dicitur, Cibaria misit eis in abundātia. Gręcè est ἐπισιτισμὸν, numeri singularis: pro quo psalterium Romanum habet frumentationem,

E quod intelligi debet prouisionem, vel commeatum frumenti: id est panis, Nam frumentationem, intelligi oportet, panis prouisionem: Possetque apte sic verti per numerum singularem, Commeatum misit eis in abundantia. Cui etiam consonat quod ex Hebræo vertit Felix. Cibum viaticum misit eis ad saturitatem. Cibus enim viaticus, cōmeatus est, & econtrariò. Hieronymus verò nobiscum cibaria vertit. Neque est in his vlla sensus diuersitas. ¶ Versu 30.

F Transtulit Austrum de cælo. Pro Austro, in Hebræo ponitur Kadim, quod significat ventos Orientales, à Kedem, quod significat Orientem. Vnde ex Hebræo B. Hierony. & Felix vertunt, Eurum siue ventum Orientalem. Diuersam tamen assignant huius versus sententiam: Nam Hieronymus sic habet, Abstulit Eurum de cælis, & induxit in fortitudine sua Aphricum: qua lectione manifestè significatur venti Orientalis qui flauerat ablatio, prohibitio atque cessatio, ac pro eo exuscitatio vēti

G alterius, nempe Aphrici, Atq; huic sententiæ consentit, quod vertunt alij, vertit Eurum in cælis, & induxit Aphricum. Dicitur enim verti ventus, quando mutatur. Alij verò sic putant vertēdum. Suscitauit, vel progredi fecit, aut surgere fecit Eurū in celis: iuxta quē sensum habet psalterium Romanum, excitauit Austrum de cælo. Et huic sententiæ posset etiam vulgata litera Gallicani psalterij facile applicari, intel-

H ligendo, transtulit de cælo, fecit flare & exurgere desupèr. Verum non videtur hæc sententia satis cum sequenti consonare, quoniam ibi de alterius venti introductione fit mentio. Sed & in Græco ἀπῆρε ponitur, quod significat abstulit, non excitauit, vel progredi fecit. ¶ Versu 35. Et electos Israel impediuit, Ex Hebręo vertit Hieronymus, Et electos Israel incuruauit: alij, humiliauit: hoc est, per mortem interfecit. Aut etiam eos qui residui fuerant ad humilitatem

humilitatem,& pœnitentiam conuertit,& electos etiam ac nobiles ad mansuetudinem,& timorem cõuertit. Posset insuper ex Græco (quod habet συνεπόδησε)verti compediuit,quasi pedes stringendo & prohibendo, ne in promissionis terram possent ascendere, ꝑ mortis.s.interfectionem.Significat aũt hoc versu,q̄ non s̄m personarum acceptionem Deus exercebat iudicium, faciens primos esse qui authores, ac primi fuerant in culpa . Verisimile.n.est, pingues,electos,& delicatiores(vtpote magis assuetos diuersorum ferculorũ ○igenis delicijs)murmurationis fuisse præcipuos authores , eosq; ad se promiscuum vulgus in murmurationem attraxisse.¶Ver.37.Et defecerunt in vanitate dies eorum,& anni eorum cum festinatione. Ex Hebræo sic vertẽdum, Consumpsit in vanitate dies eorum,& annos eorum.Ipse.s.dñs,propter vanitatem, & infidelitatem cõsumpsit dies eorum & annos celeriter, quia intra annos quadraginta totum illum exercitum murmurantium pro introitu terræ promissionis , prostrauit in deserto, solis Iosue, & Caleb seruatis ad ingressum terræ. Felix autem pro eo quod habemus cum festinatione, vertit,in horrore. Et quidem valde horrendum fuit tãtum exercitum ita breui tempore prosterni omnes in deserto,vt iuxta uerbum domini, nec unus prẹter illos duos ingrederetur in terram promissam. Hieronymus tamen secundum sententiam nostræ lectionis uertit,velociter.¶Ver.40.Et dilexerunt eum in ore suo.In Hebræo est, lactauerunt , vt uertit Hieronymus: uel adulati sunt ei , vt Felix:siue persuaserũt illi cum ore ipsorũ,id est,ore simulabant & blãdiebant, promittentes mirabilia, cum non rectũ esset cor eorũ. ¶Ver.42. Ipse ãt est misericors,&c. Ante hunc uersum Hebrẹorum libri diuisionem faciunt,interponuntq; dictionem significautem hic esse totius libri

A psalmorum dimidium.Computarunt enim(nescio diligẽtia nimia,an superstitione dicam)uersus omnes totius libri psalmorum,ac iuxta suam computationem dimidiũ hic esse inuenerũt: cuius tamen neque Hieronymus neq; Felix in suis versibus ullam faciũt mẽtionem , neque talem ponunt diuisionem.¶ Versu 46. Et sanctum Israel exacerbauerunt . Hieronymus habet concitauerunt . Felix uerò , Sanctum Israel circunscripserunt,quod exponit dicens: id est,potentiam eius limitauerunt,vel designauerunt,tentando scilicet & diffidendo de eius omnipotentia,ut cum versibus prioribus dicerẽt,

B Quia percussit petram,& fluxerunt aquę , Nunquid & panem poterit dare aut parare mẽsam in deserto? Ver.49. Et conuertit in sanguinem flumina eorum,& imbres eorũ,ne biberent. Vbi nos imbres habemus,Psalterium Romanum habet,aquas pluuiales,quæ in idem redeunt: quoniam imbrem nos ꝑ aquas stagnales, & pluuiales debemus exponere. Verũ huic lectioni

C uidetur nõ admodũ facere quod dicũt, in Aegypto aut uix, aut modicissimè fieri pluuiã, terram autem Nili inundatione(quæ illi pluuię uice est)irrigari,propter quod,non apparet satis verisimile fuisse ibi aquarum pluuialiũ congregationes. Hanc autem difficultatem Hebrẹa lectio non habet , quæ imbribus habet riuos , quemadmodũ Hieronymus & cæteri oẽs ex Hebrẹo uerterunt . Aegyptus nanque(ut Stra-

D bo refert libro decimoquarto ) fossis Nili riuos excipientibus undique intersepta est, ut ubique sit nauigabilis. Oẽs autem istos fluuos & riuos, maiores pariter & minores,conuertit Deus in sanguinem .Erit autem omnia difficultas à uulgata lectione ablata,si dicamus , improprię imbres poni prauis aquarum congregationibus.Nam par ui riuuli,comparatione ad Nili magnitudinẽ nõ nisi imbres cõputãtur.

¶ Versu 15. Et dedit ærugini fructus eorum. Nicolaus Perottus in commentariis linguæ latinæ (quos Cornucopiæ appellauit) dicit pro ærugine hoc loco poni debere rubiginem. Hanc enim dicit in segetibus inueniri, nõ autem ærugine m. Ponit autem inter duo hæc differentiam, quòd rubigo fit quæ in metallis situ cõtrahit, arida & rubra, paulatim absumens metallum, qualem videmus in ferro: atq; hanc Græcis dicit à calore rubeo ἐρυσίβην appellari, quæ dictio in Græco præsenti in loco habetur. Æruginem verò dicit esse eam quę in metallis contrahitur ex humore nõ rubea & sicca, sed humida & viridi. Dicit autem corruptionem quæ segetes occupat, appellari rubiginem, quod sicut illa ferrum atque alia metalla consumit, sic ista segetes exurit, vel consumit. Vnde & Robigus Deus dictus fuit, cui fiebat sacrificium ne rubigo segetes occuparet: & Robigalia huiusmodi sacrificia fuerunt appellata. Sũt tamen qui inter prædicta non ponant differentiã, idem intelligentes rubiginem & æruginem. In Hebræo autem nec ęrugo habetur nec rubigo, sed brucus, quomodo beatus Hieronymus vertit, Dedit bruco germẽ eorum. ¶ Ver. 57. Et perduxit eos tanquam gregem in deserto. Hieronymus, Minauit eos tanquam gregẽ in deserto: hoc est, per desertũ, quod pulchrè curam Dei erga populum suũ, secundum pastoris similitudinem explicat. ¶ Ver. 59. Et deduxit eos in mõtem sanctificationis. In Hebræo habetur, Adduxit eos ad terminum sanctificatum suum, vel ad terminos sanctificationis aut sanctitatis suæ. Nec tamen secundũ rem differt à priore lectione sentẽtia. ¶ Ver. 69. Virgines eorum non sunt lamentatæ. Quoniam non est Latinis vsitatum, vt verbum Lamentari in passiua accipiant significatione, beatus Hieronymus per actiuum fecit eloquutionẽ, hoc modo, Virgines eorum nemo luxit. Aliter tamen vertit Felix, Virgines eorum non nupserunt, ad significandũ quòd omnis tum aberat lætitia, ob nimiam tristitiam occupantem omnium animos. Adijcit in margine, Virgines eorum non sunt laudatæ: quod intelligendum est, non sunt laudatæ epithalamijs, vel canticis nuptialibus; quod idẽ est ac si dicamus, non nupserunt: hoc est, non est audita in eis vox sponsi & sponsæ. In eo quoque quod sequitur in versu proximo, Viduæ eorum (nempe sacerdotum) non prolabantur. In Hebræo actiuè habetur, Viduæ eorũ non fleuerunt, vel plorauerunt, intelligẽdo maritos. Et (vt in Chal. parap. dicitur) nõ licuit viduis plãgere eos, nimirũ maritos, vel quia & ipsæ morte perierũt, quẽadmodũ de vxore Phines legimus 1. libro Regũ, quũ audisset mortẽ viri partu animam exhalantes, vel quia nimio timore pro sese ipsę grauabantur. ¶ Ver. 72. Et percussit inimicos suos in posteriora. Hieronymus vertit, Percussit inimicos suos retrorsum: similiter & Felix. Quod intelligi põt in posterioribus partibus, vbi Philisthæos legimus percussos: vel generaliter, vt significent dominio priuati quo dominati fuerãt super populum Dei, & iisdẽ subditi facti, quibus ante dominabantur: ut facti sint in caudam, qui ante fuerant in caput, contraria sorte, in contrarium Dei vltrice manu commutata. Verti etiam potest, Percussit inimicos eorum posterius, vel postea: vt sit sensus, Postquam inimicis eorũ vsus fuisset ad populi sui punitionem, quasi virga peracta correctione populi sui, illos qui prius alios crudeliter percusserant, posterius percussit: quemadmodum solet virga cum detrita fuerit castigationis vsu, in ignem proijci. Et sic ferè fecisse legimus dominum in sanctis historijs, quod eos quibus ad correptionem suorũ vsus fuit, postmodũ & ipse grauiter afflixerit: eo quòd non Deo, sed sibi ascriberent victoriam, & quia nimiũ crudeli animo ac superbè nimium

1. Reg. 4

1. Reg. 5

nimium egissent negocium.¶ Ver. 75. Et ædificauit sicut vnicornium sacrificium suum. Hunc passum diuersi diuersimodè transferunt. Felix quidem sic vertit, Ædificauit sanctuarium eius, velut excelsa, id est, velut cælos vel palatia superba & magnifica. Ad quem sensum etiã reduci posset lectio vulgata, Ædificauit sicut vnicorniũ sanctificiũ: id est, sanctuarium suum ædificauit in magna gloria & dignitate, tanquã ædificium vnicornium: quomodo scilicet illi gloriosas sibi mãsiones præ cæteris animalibus construunt, vt sunt potentissima, & gloriosa animalia. B. aũt Hieronymus, iuxta sententiam veteris lectionis vertit, Ædificauit in similitudinẽ monocerotis sanctuarium suũ. Nã quod Græcè μονόκερος, Latinè unicornis dicitur. Chal. etiam para. sic habet; ædificauit sicut cornuinaris cornis vel rhinocerotis sanctuarium suum: hoc est, excellenter.

## IN PSALMVM LXXVIII.

VEr. 1. Posuerunt Hierusalem in pomorum custodiã. Ex Hebræo vertunt Hier. ac Felix, In aceruos lapidũ. Potest ẽt uerti, in desolationem, vel in deserta. In vtroque verò idem significatur, nẽpe destructio & dissipatio ciuitatis Hierusalẽ, Quando. n. ciuitatis muri infringũtur, & domus ac turres diruuntur, manifestũ est ciuitatem in lapidũ aceruos redigi: ac tunc ẽt in solitudinẽ ponitur, quoniã interfectis habitatoribus, habitationes dissipantur. Cæterũ, de redacta Hierusalem in aceruos lapidũ sub illustri Antiocho, manifestũ testimoniũ prębet historia Machabæorũ, qñ præfectus tributorũ ab Antiocho missus dolose i ciuitatẽ Hierusalẽ irruit & pcussit eã plaga magna, perdiditq; populũ multũ, & ciuitate spolia ta eadẽ igni succendit, domosq; eius destruxit, & muros per circuitũ demolitus est.¶ Ver. 22. Posside filios mortifi-

1. Mac. 1

A catorũ. In Græco est τεθανατωμένων, id est, morte affectorum, quod in vulgata editione dicitur mortificatorũ, in psalterio aũt Romano, morte punitorũ. In Hebręo verò aliter habetur. Pro filijs. n. morte affectorũ vel mortificatorũ, habetur, filij mortis. Nec posside habet, sed dimitte, vel relinque, vel dissolue, ad hũc modũ, Relinque, vel dissolue, vel dimitte filios mortis: hoc ẽ, eos qui morti addicti sunt, & mortem adhuc expectãt in captiuitate positi, qui nondũ gla-

B dio hostili perempti sunt, sed quotidie expectant periculũ mortis: hos (inquã) tu dimitte, dissolue, facq; liberos a periculo, serua eos tua gratia, ne hostili manu cadãt, quemadmodum cæteri qui iã occubuerunt. Aut relinque eiusmodi, id est, fac superesse, vt vel reliquiæ saluentur populi tui, & non prorsus deleãtur simul. Filij aũt mortis, iuxta proprietatẽ scripturarum appellantur, qui morti addicti atq; deputati sunt, & qui

C bus in proximo mors imminet.

## IN PSALMVM LXXIX.

VEr. 5. Domine Deus virtutũ, quousq; irasceris super orationẽ serui tui? ex Hebræo habet, Vsquequo fumabis, quod est, irasceris. Dicitur. n. fumare, vehementer irasci & indignari, ita vt fumus de ardente vultu videatur ascendere, quemadmodum in alio psal- Psal. 17

D mo dicitur, Ascẽdit fumus in ira eius, & ignis à facie eius exarsit.¶ Ver. 6. Cibabis nos pane lachrymarum, potum dabis nobis in lachrymis in mẽsura, B. Hieron. p pane lachrimarũ, vertit panẽ flebilẽ, Cibalti nos (inqt) pane flebili. Loco eius ãt qđ sequitur, In lachrymis, in mẽsura, vertit, In lachrymis trispliciter. Qđ exponũt aliqui, abũdãter & copiose, quoniã trina mẽsura pfectionẽ indicat. Vnde Felix in cõtextu vertit, In maxima mensura. Alij exponunt tribus vicibus (quemadmodum ad marginem ponit Felix) id est, mane, vespere,

& meridie, hoc est, semper & cõtinuò. Alij dicunt vocabulum Hebraicum hic positum, satis significare capacem mẽsurã, & significari in ꝓposito sermone magnam abũdantiam. Felix.n. putat verti posse. Fecisti nos bibere lachrymas catenarũ, vel lachrymas in catenis: hoc ẽ, in captiuitatis miseria. ¶ Ver. 11. Et arbusta eius cedros Dei. Ex hebręo sic verti põt. Rami eius cedri Dei supple sunt: vt significetur, genitos de illo populo fuisse eleuatos altissimè in modum cedrorum quæ sunt altissimè arbores. E

Iudic. 7. ¶ Versu. 19. Et nomen tuum inuocabimus. Hieronymus, Et nomine tuo inuocabimur, hoc est, vocabimur populus tuus, & peculiũ tuum. Felix, Et in nomine tuo clamabimus: id est, tuũ nomẽ inclamabimus in prælio: quẽad modũ Gedeõ clamabat, Gladius domini & Gedeonis, vel in nominis tui inuocatione clamabimus, ad te solũ spẽ nostrã & vocẽ leuãtes. Cæterũ, de huius psalmi titulo, qui est, In finẽ, ꝓ iis q̃ cõmutabũtur, siue pro liliis, ia sæpe dictũ ẽ. Qđ aũt addit in q̃busdã codicibus, ꝓ Assyrijs, id Hebræa ñ habent, & vr̃ adiectũ, eo q̃ cõtra inimicos dirigat̃ sermo.

## IN PSALMVM LXXX.

VEr. 2. Buccinate in neomenia, tuba in insigni die solennitatis vr̃ę. Quod hęc buccinatio in tuba ad nouã lunam, id est, initiũ mẽsis Septẽbris pertineat, iuxta quod ĩ Elucidatione expositũ est, manifeste indicat paraphrasis Chald. sic habẽs, Clangite per lunã Septembris cornu. Quod autẽ sequitur, In insigni die solẽnitatis vestræ, id tametsi Hieronymus ferè, iuxta modum nostræ lectionis verterit. In medio die so-

Num. 19 lennitatis vestrę: & Felix, In solennitate, in die festiuitatis nostræ, potest tamen & aliter verti, In operimento festiuitatis nostræ, quod exponunt de festo tabernaculorum, quando in tabernaculis habitant cooperti, in memoriam habẽtationis deserti. Alij rursum malũt vertere, In definito tempore sacrificij nostri. Nam prima dies Septembris festũ tubarum erat tempus destinatum speciali sacrificio. Nam in lege definitum erat, quid in illo die, & quomodo deberet offerri. ¶ Versu. 5. Testimonium in Ioseph posuit illud, cum exiret de terra Aegypti. Chalda. paraphrasis hic intelligit personam Ioseph. Sic enim habet, Testimonium super domum Ioseph posuit, qui non attigit vxorem dñi sui: in illo die egressus est de domo carceris, & dominatus est super regionem Aegypti, labium quod nesciebat didicit & audiuit. Quam etiam sententiam non omnino male pateretur lectio Hebræa, si pro eo quod nos habemus. Cum exiret de terra Aegypti, verteretur. Cum exiret super terram Aegypti, videlicet tanquam princeps & dominus. Veruntamen tota ipsa textus cõnexio huic sententiæ videtur reclamare, quemadmodum & in alijs annotationibus tetigimus, & plane nobiscum G B. Hieron. vertit, Cum exiret de terra Aegypti, quod nõ ad Ioseph secundum propriam ipsius personam potest accommodari. Neque ipsi Ioseph aliquando hoc testimonium positum est, aut præceptum datum, de festis huiusmodi celebrandis. ¶ Versu decimo. Et Israel non intendit mihi. Hierony. Et Israel non credidit mihi: Felix, Et Israel noluit me, vel non desiderauit me: id est, aduersatus est me, & abiecit per incredulitatem & inobedientiam. ¶ Versu 12. Si populus meus audisset me, H &c. In Hebræo ponitur particula putatiua, hoc modo. Vtinam populus meus audisset me. Israel si in vijs meis ambulasset. Illud autem quod post sequitur, Inimici domini mentiti sunt ei, & erit tẽpus eorũ in sæcula. Aliqui cũ p̃cedẽtibus cõtinuãt ad hũc sensum, Si populus audisset me, inimici domini mẽtiti fuissent ei (hoc est, coacti fuissẽt seruiliter supplicare & plura ad euasionem

nē ſuppliciter promittere,quā potuiſ-
ſent prçſtare , quem admodum facere
ſolent ſeruiliter ſupplices ) & fuiſſet tē
pus eorū i ſęcula:hoc eſt,ipſi in ęternū
floruiſſent , atq; vixiſſent in omni pro-
ſperitate, & poſtremo in vita ſempiter
na.Quidam autem verſum vltimum ſi
mil iter coniūgūt hoc ſenſu, Et cibaſſet
illos dominus ex adipe frumenti, & de
petra ſaturaſſet eos melle . Verū quod
noſtra lectio habet,videtur veriſimilius
per modum indicatiuum in duobus
verſibus nouisſimis , quem etiam bea-
tus Hieronymus in ſua ex Hebræo ver-
ſione ſeruat .

## IN PSALMVM LXXXI.

VErſu 1 . Deus ſtetit in ſynagoga
deorū.In Hebrço 2.loco habetur
numero ſingulari el,quod eſt Deus.Vn
de Hierony.ſic vertit, Deus ſtetit in cœ
tu Dei.Quod poteſt intelligi,Deū ſtare
in cōgregatione iudicis, q vocaſ Deus.
Iudicē.n.circūſtat turba quærētium &
expectātiū iudiciū. In horum autē me-
dio ſtetit Deus,tāquā iudex primus at
que præcipuus attendes quale iudiciū
iudicet is qui eius vicē gerit in terris.
Atq; ad hāc ſentētiā vertit Felix , Deus
aſtat in cōgregatione iudicis. Quod āt
ſequiſ,In medio aūt deos diiudicat,hūc
hēt ſenſum,In medio deorum vel iudi
cū,Deus iudicē agit. Eſt aūt ipſe iudicū
iudex, quomodo regū & dominātium
dominus.¶ Ver. 3. Humilē & pauperē
Apoc.3 iuſtificate . Iuſtificate poſitum eſt im-
propriè,pro iuſtè facite. Eſt enim ſen-
ſus,Iuſtè facite , vel facite iuſtitiam hu-
mili & pauperi , quemadmodum ver-
tit beatus Hieronymus,Egeno & inopi
iuſtè facite.¶ Verſu 7. Vos autem ſicut
homines moriemini. In Hebræo habe-
tur Keadam : quod ſi vertatur, valet,ſi-
cut homo vel ſicut hoīes;ſi vero nō ver
taſ,ſonat,ſicut Adam, quemadmodum
nō verſum reliquit Hie.Ergo ſicut Adā
moriemini ; hoc eſt , ſicut Adam pri-
A mus pater veſter mortuus eſt, ſic om-
nes vos poſteri eius, quantumcunque
ſitis eleuati potentia, dignitate , & glo-
ria , omnes moriemini . Eſt enim hæc
lex communis ſuper omnes filios Adā.
Felix vtroque modo vertit,ſicut homi-
nes,vel ſicut Adam. Eſſet autem ſermo
plenior & ſonantior,ſi pro,autem,po-
neretur,tamē,aut veruntamē,hoc mo-
do,Vos tamen ſicut homines moriemi
ni:id eſt, quanquam dij eſtis , attamen
moriemini.Atque ita vertit Felix.verū
tamen ſicut Adam vel ſicut homines
B moriemini:& Chald.tranſlatio . Atta-
men in veritate ſicut filij hominum,
vel ſicut homines moriemini.

## IN PSALMVM LXXXII.

VErſu 1.Deus quis ſimilis eris tibi?
ne taceas.In Hebrço non eſt totū
hoc, quis ſimilis erit tibi , ſed ita iuxta
verſionem Hieronymi legitur,Deus ne
taceas,ne ſileas, & non quieſcas Deus.
Felix ferè ſimiliter,Ne taceas tibi,ne ſi-
leas, vel nō ſilētiū , ſupple tibi ſit, & nō
quieſcas Deus. Ver.3.Et cogitauerūt ad
C uerſus ſanctos tuos. In Hebræo habeſ,
Inierūt cōſiliū aduerſus arcanū tuū, vt
vertit Hier. vel cōtra abſconditos tuos;
vel ſuper arcana tua,quomodo legit Fe
lix . Intelligimus autem per abſcondi-
tos Dei, ſanctos eius, quos ipſe ſub alis
ꝓtectionis ſuæ abſcōditè ſeruat, ne fiāt
in direptionē gētibus. Si aūt neutro ge
nere legamus, cōtra abſcōdita vel arca
na tua, intelligere poſſumus ſacra vaſa
tēpli,& alia quæ in tabernaculo ſiue in
tēplo cuſtodiebāt occulta,nec vulgi aſ-
D pectibus erāt expoſita. Hæc āt maximè
idololatræ quærebāt ꝓphanare : quo-
mō frequēter legimus,ꝙ ſācta vaſa ab-
ſtulerint vel cōfregerint,vel in propha
nos ſuos vſus aptauerint , & ſancta
omnia conculcauerint . Si verò nu-
mero ſingulari , contra arcanum vel
abſconditum legamus , intelligere
poſſumus ipſam domini hæreditatem
velut occultatam ſub eius protectione
& abſconditam. Aut occultū Dei conſi-

liũ,aduerſus quod impij machinantur,
cupiẽtes ipſius cultũ ſubuertere.Gene-
ri neutro ac numero plurali fauet qđ
habet parap.Chal. Conſilium fecerunt
ſuper abſcõdita in theſauris tuis. ¶ Ver
ſu 7.Facti ſunt in adiutoriũ filijs Loth.
In Hebræo eſt, Facti ſunt brachium fi-
liorũ Loth. In Græco εἰς ἀντίληψιν. hoc
eſt,in ſuſceptionẽ, quomodo habet le-
ctio Romani pſalterij.Eſt aũt ſententia
eadem. Quid.n.eſt aliud brachium ali-
cuius fieri, aut fieri alicui in ſuſceptio-
nẽ & defenſionem, quàm in adiutoriũ
illi fieri?¶ Verſu 11. Omnes principes
eorũ qui dixerunt,hæreditate poſſidea
mus nobis ſanctuariũ Dei:principiũ hu
ius verſus Hebræi iungũt cũ fine præce
dentis,ad hũc ſenſum, Pone principes
eorũ ſicut Oreb & Zeb & Zebee & Sal
mana,omnes principes eorum,hoc eſt,
qui fuerunt omnes principes Madiani-
tarũ:ac deinde ſubijciunt, Qui dixerũt
hæreditate poſſideamus,&c. quod refe
runt ad caput verſus præcedentis,Pone
principes eorum (ſcilicet aduerſariorũ
noſtrorum)qui dixerũt,&c.Vel ẽt ad fi
nem verſus ſequentis,ad hunc ſenſum,
Ita pone principes hoſtium noſtrorũ,
vt olim poſuiſti Oreb & Zeb & Zebee
& Salma na,qui omnes fuerunt princi-
pes eorũ,qui præſumpſerant dominari
in populo domini, vbi Deus tãtum do
minari debebat,nõ alienigena. ¶ Verſu
14.Et in ira tua turbabis eos.In Hebrǫo
habetur,In turbine tuo,pro,in ira tua.
Nec tamẽ eſt diuerſa ſententia. Siquidẽ
ira Dei propter ſuã vehemẽtiam, ſuum
que terrorem,rectè turbini cõparatur,
& ſecundum metaphoram turbo ap-
pellatur:quomodo apud Abacuc de ira
perſequentium dicitur: Venientibus vt
turbo ad diſpergendum me.

## IN PSALMVM LXXXIII.

VErſu 2.Cor meũ & caro mea exul
tauerunt in Deũ viuum.Hierony.
Laudabunt Deum viuentem.Felix tamẽ
nobiſcum vertit, Exultabunt in Deum
E viuentẽ.Sententia verò eadem eſt.¶ Ver
ſu 3. Et turtur nidum, vbi reponat pul
los ſuos.Pro turture,Hieronymus gene
rale nomen auis conſtituit. Alij verò
hirũdinẽ magis dicunt ſignificari. iuxta
generalem noſtrã expoſitionẽ in Eluci-
datione adiunctiſq; annotationibus po
ſitã nihil refert, quæ auiũ ſpecies expri
mãtur.Ver.5.In ſæcula ſæculorũ lauda
bũt te.Loco illius,in ſæcula ſęculorũ,B.
F Hieronym.& Felix vertunt, adhuc ad-
huc,pro quo alij ex Hebræo vertũt,per
petuò.Id.n.manifeſtũ eſt velle propoſi-
tum ſermonem.Nam adhuc adhuc lau
dare,nihil eſt aliud quàm perpetuo lau
dare.¶ Ver. 6. & 7. Beatus vir cuius eſt
auxiliũ abs te, aſcenſiones in corde ſuo
diſpoſuit in valle lachrymarũ, in loco
quẽ poſuit. Etenim benedictionẽ dabit
legiſlator. Hunc locũ multo ſecus ex
Hebræo trãsferũt. Hieronimi quidẽ le-
ctio ſic habet,Beatus homo, cuius in te
G eſt fortitudo,ſemitæ in corde eius trãſ-
eũtes per vallẽ fletus,fontẽ ponent eã,
benedictione quoq; amicietur doctor.
Cõſonat quoq; huic per omnia Felicis
verſio in cõtextu.Et quidẽ id qđ priore
loco dicitur,Beatus homo cuius forti-
tudo abs te eſt,ſemitæ in corde eius,eã
dẽ ferè habet cũ noſtra vulgata lectio-
ne ſentẽtiã:ſi tãtũ de ſemitis mãdatorũ
Dei dictum accipiatur.Quod aũt ſequi
tur,Trãſeũtes per vallẽ fletus,fontẽ po
nẽt eã,ita põt intelligi, Qui in Deo ſpẽ
H habẽtes, ſemitas bonas, & vias domini
in corde ſibi cõſtituerũt ad perãbulan
dum eas,ipſi tranſeũtes per vallẽ iſtam
ploratus & miſeriæ, præ nimio deſide-
rio cæleſtis patrię lachrymis implebũt
eã,vt quaſi fons plenus aquarum videa
tur iſta vallis.Atq; ita pfectò quaſi fons
aquarũ calidarũ plenus appareret val-
lis iſta fletus,vallis miſerię, ſi dignis de-
ploraretur fletibus,ſi lachrymis pmeri
to cõgruẽtibus rigarẽt eã omnes tran-
ſeuntes.Quod aũt ſequitur,Benedictio
ne quoque amicietur vel induetur do-
ctor,

ctor, intelligi potest de mercedis benedictione, qua in futuro ornabitur, qui iam in valle miseriæ alios instruxerit ad iustitiam, iuxta quod per Danielem dicitur, Qui aũt docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti: & qui ad iustitiam erudierunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Alij verò huius loco sic vertunt. Etiam cisternæ implebuntur pluuiis, vel pluuiæ implebunt cisternas. Quod rectè de cisternis cordium fidelium accipimus, quæ pluuijs diuinæ cõsolationis implẽtur, si in præsenti vita, vt oportet, luxerint pro desiderio cælestis patriæ, si transeuntes per uallem fletus, fontem eam posuerint. Beati enim (inquit Saluator noster) qui lugẽt, quoniam ipsi consolabũtur. Econtrariò uerò, qui per uallem hanc fletus transeuntes, non eam fontem ponunt lachrymarum, qui nunc noluerũt lugere, facientes sibi de loco fletus locum risus, de loco exilij locum patriæ, horum cisternæ erunt uacuæ omni pluuia, horum corda siti peribunt, & ariditate spiritualis gratiæ deficient. Quidã verò Hebræorum expositores, omnia ista quæ secundũ spirituale sensum pulcherrima sunt, ad lrãm trahentes exponunt ea de corporali ascensu Iudæorũ ad tabernaculum domini, ad festa domini celebranda; quorum nimium steriles expositiones non solum non insequi, sed nec cõmemorare libet. ¶ Vers. 11. Elegi abiectus esse in domo Dei mei magis quàm habitare in tabernaculis peccatorum. Ita quidem nobiscum uertit Hieron. nisi quod pro, tabernaculis peccatorũ, vertit, tabernacula impietatis, quod in idem redit. Illud tamen, adiectum esse, in Hebræo ampliorem habet emphasim. Sonat enim Hebraica lectio ac si dicas, Malui ad limen desidere domus Dei, uel elegi ad limen habitare, aut uolo potius manere apud ianuã domus Dei, quàm intra domos huius mũdi: vbi omnia sunt impietate plena. Vnde quidam sic exponunt, Mallem esse vi

Dan. 12.

Matt. 5.

A lis ostiarius, aut abiectus ianitor, seruire in domo Dei, quàm &c. Nam apud homines vile satis est seruire ad modũ ianitoris officium, quod non nisi senibus, & ad alia inutilibus solet committi. Significat autem hac figura loquendi, malle se minimum esse, & omnium infimũ in regno cælorum, quàm omnium maximum gloriosissimum in sæculo. Cui non male consonat quod Saluator post summam commendationem Ioannis Baptistæ adiicit, dicens, Qui autem

B minor est in regno cœlorũ, hic maior est illo. Ver. 12. Quia misericordiã & veritatem diligit Deus, In Hebræo aliter legitur, Quia sol & scutum dominus. Est autem dominus sol, quatenus sua potentissima uirtute terram cordis nostri fœcundat, nosque calescere facit amore diuino, item & nostras uires omnes reparat, facitq; nos reiuuenescere, quemadmodum sol iste corporeus terrã suis radiis fœcundam facit, & rebus omnibus calorem atque uigorem præ

C bet. Quomodo autem ipse scutum nostrum dicatur, omnibus per se nótissimum expositionem non indiget.

Luc. 7.

IN PSALMVM LXXXIIII.

VEr. 1. Benedixisti domine terram tuam. Hieronymus ita uertit, Placatus es domine terræ tuæ: Felix, Dilexisti aut uoluisti domine terram tuã, uel complacuit tibi domine terra tua. Ad uerbum autem ex Hebræo uerti posset, Voluntas tua domine terræ tuæ, id est,

D beneplacitum tuum ad terram tuam. Quæ omnia ad eandem ferè sententiã pertinent, ad quam uulgata lectio. Hoc ipso tamen quod teram Deus dilexit, & in terra sibi complacuit, abstulit ab eis maledictionem, & contulit benedictionem pro maledictione. In Græcis autẽ exemplaribus, quæ nunc sunt in manibus, pro benedixisti, habetur εὐδόκησας, quod propriè significat complacuisti, vel beneplacitum habuisti, ut sit sensus: Beneplacitam habuisti domine terram

tuam,id est,complacuit tibi in ea. Nunquam aût vox illa Græca significare inuenitur benedictionem, Vnde uidentur interpretes qui ex Græco in Latinû fecerunt versionem, legisse εὐλόγησας pro εὐδόκησας, quorum prius significat benedixisti. Nô est enim inter duo illa verba diuersitas nisi duarum literarum; vt hac occasione facile poterit alterû scribi pro altero. ¶ Ver. 3. Mitigasti omnê iram tuam. Hieron. pro mitigasti vertit continuisti. Felix similiter, vel côgregasti siue collegisti, uidelicet ut nô se vltra extenderet, neque ultra desæuiret. Sicut enim effundi dr ira Dei, cum ad ultionê
Psal. 34. emittitur iuxta illud, Effunde iram tuâ, &c. ita congregari uel colligi vel contineri dicitur per oppositum, quando iâ cessare iubetur, ultione perfecta. Quod autem in secunda parte dicitur, Auertisti ab ira indignationis tuę, aptius & clarius diceretur genere passiuo (quemadmodum vertit Hieronymus) conuersus es uel auersus es ab ira. Est tamen eadê in nostra lectione sentêtia, intelligendo accusatiuum: hoc modo, Auertisti te ab ira. ¶ Ver. 4. Et super sanctos suos, & in eos qui conuertuntur ad cor. Hic uersus in Hebræo, cum præcedente unum efficit, & aliam habet quàm in uulgata lectione sententiam. Sic enim Hieronymo interprete legimus. Audiam quid loquatur dominus Deus, quoniam loquetur pacem ad populum suum & ad sanctos suos, ut non côuertâtur ad stultitiam: atq; ad eundem modum vertit Felix. Nec aliter habet Chal. Paraph. Ad intelligentiam autem huius lectionis, considerare oportet differentiam Synagogæ à populo nouæ Ecclesiæ, de quo releuata ore hic prophetat psalmista. Nam uetus ille populus, quantiscunq; acceptis promissionibus & beneficiis terrenis per duram suam ceruicem, sêper conuertebatur ad insipientiam, ad tentandum dominum, ad idola colendum, atque ad alia huiusmodi, quæ uerę sunt insipientiæ. Ad populum autem

E nouum in sancta Ecclesia & ad sanctos qui in ea per spiritum nouum regenerâtur, loquitur Deus pacem, vt dato eis (iuxta Prophetâ) corde carneo pro dura ceruice, non ultra conuertantur ad Ezec. 11
insipientiam, non redeant ad pristinæ infidelitatis, priorumque peccatorum miseriâ. Verti etiam potest ex Hebræo, per coniunctionem copulatiuam, Et non conuertentur ad stultitiam

## IN PSALMVM LXXXV.

F VEr. 10. Deduc domine in uia tua, & ingrediar in ueritate tua. In Hebræo habetur, Doce me domine uiâ tuam. Pro eo autem quod sequitur, Lętetur cor meum, vel timeat nomê tuû: In Hebræo legitur, Vni cor meum, uel unitum fac cor meum, ut timeat nomê tuum. Petit autem cor suum homo spiritualis vniri, ut non distrahatur uariis cogitationibus & solicitudinibus, neq; turbetur erga plurima, sed totum in sese colligatur, ut vni (qđ est necessariû) totum possit intendere. Vnitati enim
G huic distractio opponitur, quam Saluator non uno in loco reprobat. ¶ Ver. 13. Synagoga potentium quæsierût animam meam. Pro synagoga potentium, Luc. 10.
Hieronymus uertit cętus robustorum; vertit item Felix, uel concilium malignantium, quę nostram lectionem non uariant, sed elucidant.

## IN PSALMVM LXXXVI.

VErsu 2. Gloriosa dicta sunt de te, ciuitas Dei. Hieronymus loco de
H te, uertit, in te. Quod uel secundum eâdem accipi potest sententiam, ut in te, ualeat super te, vel de te. Aut secundum aliam sentêtiam ita potest intelligi. Gloriosa, magnifica, & ualde sublimia sunt prædicata in te, ò ciuitas Dei, ut sic indicetur diuinorum eloquiorum excellentia quæ confluunt in Ecclesia de ore Apostolorum sanctorum. Verè.n gloriosa, uerè magnifica & eximia ualde sunt, quæ in hac ciuitate Dei uiuentis ꝑ spiritum

ſpiritum ſanctum dicuntur & prædicã tur. Felix tamen non aliud uertit, quàm quod noſtra habet lectio. Cui etiã ſubſcribit Paraphraſis Chaldaica ſic habẽs, Verba glorioſa vel honorifica dicta ſũt ſuper te, vel de te, ciuitas Dei. ¶ Verſu 3. Memor ero Raab & Babylonis ſcientiũ me. Beatus Hieronymus uertit, Commemorabor ſuperbiæ & Babylonis, ſcientium me: hoc eſt, memor ero illorum qui prius in ſuperbia infidelitatis & cõfuſione uitiorum uixerũt, eorum qui me uoluerint agnoſcere, & per pœnitentiam ad agnitionem ueritatis (uanitate abiecta) conuerti. Felix ita legit, Memor ero Raab & Babylonis, erga cognoſcentes me: hoc eſt, apud cognoſcentes me. Quam lectionem ſupra expoſuimus in annotationibus principalibus, declarãtes lectionem Græcam, quæ legit caſu datiuo, cognoſcentibus me. Dicit etiam ſic uerti poſſe, Faciam reminiſci Raab & Babylonis cognoſcentes: hoc eſt, faciam meos fideles agnoſcere peccatores & gẽtiles, ut ſcilicet etiam eos ſecum ad fidẽ adducant, & ſibi adiungant. Et utique ſanctos Apoſtolos fecit Deus reminiſci Raab & Babylonis, quãdo eos miſit in mundũ uniuerſum, docere omnes gentes, & baptizare in noĩe patris, & filij, & ſpiritus ſancti; quando Iudæis in incredulitate permanentibus, ad gentes fecit cõuerti prædicatores ueritatis, & in cunctas longe nationes miſit, qui ueritatem annunciarent ſalutis.

Acta. 13

¶ Verſu 4. Ecce alienigenæ & Tyrus & populus Æthiopum, hi fuerunt illic.

Matt. 28

Pro nouiſſimo illo, Hi fuerunt illic. In Hebræo legitur numero ſingulari; Hic natus ibi. Quod aliqui intelligunt ſecundum eũdem ferè ſenſum quem in Elucidatione explanauimus; Hic populus omnium gentium iam enumeratarum natus eſt in eccleſia per ſpiritualem regenerationem. Alii uerò de Chriſto intelligũt, ut hoc hœmiſtichio uelut cauſa explicetur, per quam in Eccleſia populi oẽs ſunt regenerandi. Chriſti n. ſecundum

A carnem natiuitas, eiusq; in mundum aduentus, tantam ſecum nobis deſuper aduexit gratiam. Simul enim cum eo pax uera deſcendit, & ſalus animarum noſtrarum. Atque ita eſt, uel demõſtratio tantum ad intellectum uel Deum & dominum refert, cuius eſt vt fundatoris in præcedentibus uerſibus facta mentio. ¶ Ver. 5. Nunquid Sion dicet homo, & homo, natus eſt ĩ ea. Huic noſtræ uulgatæ lectioni neque Græca quę nunc habemus conſonant, neque hebraica.

B In Græco enim legitur, μήτηρ σίων; hoc eſt, mater Sion, dicet hõ; quẽadmodum habet Pſalteriũ Romanũ, & quomodo beatus pater Auguſtinus interpretatur. Quod quidẽ ita intelligũt, Homo aut uir quidam dicet, mater Siõ, appellabit Sion matrem ſuam; qui nimirũ homo natus eſt in ea, ſm temporalẽ natiuitatem, & nihilominus idem ipſe altiſſimus exiſtens, ſecundum æternam diuinitatẽ, fundator eſt matris ſuæ. Neque eſt ſenſus diuerſus ab illo quem in Elucidatione explanauimus; excepto

C tm̃ principio de matre Sion. Origo aũt harum lectionum diuerſarum, videtur ex Græcis proueniſſe codicibus. Nõ magna enim diſſimilitudo eſt iter μήτι qđ ſignificat nunquid, & μητήρ, quod ſignificat matrẽ: vt ueriſimile ſit codicibus Græcis abinuicem in duabus hiſce dictionibus uariantibus talẽ eueniſſe diuerſam lectionem. In Hebræo verò, Hieronymo interprete, ſic legimus, Ad Siõ aũt dicetur uir, & uir natus eſt in ea, & ipſe fundauit eam excelſus; uertitque

D omnino ad eundem modum Felix. Nã Sion in datiuo caſu ponitur, quemadmodum articulus Lamed præpoſitus indicat; propter quod, ad Sion clarius vertitur. Ad Sion ergo dicetur, uir & uir, aut homo & homo natus eſt in ea. Cui lectioni hanc aſſignant intelligentiam. Ad Sion multorum filiorum matrem fœcundiſſimam quaſi congratulando, & congaudẽdo dicetur, ecce hic & ille & ille nati ſunt

ti sunt in ea: ecce quatorum ipsa est mater filiorum, vide quàm est prole fęcunda, ille & ille & ille & ille (sic demõstrado vniuersitatem regeneratorum in Ecclesia) nati sunt in ea, per regenerationem scilicet ex aqua & spiritu sancto. Aut iuxta Hebraici idiomatis proprietatem accipiatur vt dictum vniuersaliter, homo & homo natus est in ea, id est, quilibet natus spirituali natiuitate & regeneratus, in ea nasci debet: quoniam oportet omnem eum qui per natiuitatem spiritualem vult fieri filius Dei, in hac Ecclesia regenerari: quando quidem extra hanc ecclesiam non est salus, & quicunque nasci vult generatione quæ ex Deo est (de qua Ioannes Apo-
Ioan.1. stolus tam in suo Euangelio quàm in
& 3. Epistolis subinde loquitur) hanc agno-
1.Ioa.5 scat matrem necesse est. Atque ita, talis ferè sermo hic est, qualis ẽ ille de Christo in Euangelio Ioannis, Illuminat om-
Ioan.1. nem venientem in hunc mundum, quoniam videlicet quicunque illuminatur, per eum illuminatur. Quod autẽ repetitio talis, homo & homo, aut vir & vir, vniuersalitatem interdum significet, manifestum est Hebraicę linguę proprieta-
Ezec.4. tes callentibus. Imò & apud Ezechielem ita translatum legimus, Homo homo de domo Israel, qui posuerit immũditias suas ĩ corde suo, & cętera. Et post pauca, Homo homo de domo Israel, & de proselytis, quicũque aduena fuerit in Israel, si alienatus fuerit à me, & cætera, idest, omnis homo qcũq; tãdẽ fuerit. Nũc vero & illud ostẽdamus (iuxta quod in annotationibus pręcipuis pręmisimus) quomodo possit hæc sententia Hebraicæ lectionis, etiam in vulgata nostra inueniri. Satis autẽ facile poterit, si cõsueta distinctione mutata, ita distinguamus. Nunquid Sion dicet, homo & homo natus est in ea, & ipse fundauit eã altissimus. Debebit ãt, nũq̃d, capi ꝓ nõne, & verbo dicet per intellectũ subijci debebit conueniens supposi tũ: hoc modo, Nonne dicet vnusquisq; E ipsi Sion: hoc est, dicetur ad Sion, ab ijs qui eius fœcũditatẽ considerãt, q̃d homo & homo in ea natus est, q̃d hic & ille, vel q̃d omnis qui nascit secundum spiritũ, in ea nasci debet, iuxta sensum prius datũ.¶ Ver.6. Dominus narrabit in scripturis populorũ, & principũ horum qui fuerunt in ea, Longè secus habet lectio Hebræa, Beatus quidem Hieronymus sic vertit, Dominus numerauit scribens populos, ipse natus est in ea. Et Felix, Dominus numerabit, cum F scribet populos, hic natus est ibi. Quod à diuersis diuersimode exponitur. Potest enim intelligi de scriptura quæ est in libro vitæ, & de numeratione qua suos electos Deus numerat, sicut pastor suas numerat oues. Dominus enim numerat populos ascribendo: qui scribendo eos in libro vitæ, & ad vitam prædestinando, certũ habet eorũ numerum, non aliter quàm ex scriptura libri in quo singulos hẽt descriptos suos discipulos præceptor, nouit suorum discipulorũ numerũ. Cognouit enim domi- G nus (iuxta verbum apostoli) qui sunt 2.Co.2
eius. Et ipse bonus pastor, iuxta suum ipsius testimonium oues suas cognoscit, sicque descriptas, & numeratas habet, vt eas vocet nominatim, & illæ sequantur vocatæ. De hac autem scriptura & alibi in Euangelio loquitur
Saluator, dicens suis discipulis, Gau- Ioa.10.
dete & exultate, quia nomina vestra scripta sunt in cælis. Atque ad hunc
sensum exponi satis commode pos- Luc.10
set etiam nostra vulgata lectio, si tan- H tum narrare accipiamus pro recensere vel recitare atque numerare: Scripturas autem intelligamus, non sacra biblia aut sanctas alias scripturas quibus instruimur, sed inscriptiones, siue descriptiones, quibus Deus suos electos describit siue inscribit in libro uitę. Deus enim recensebit & numerabit suos electos, in inscriptionibus populorum. Scribendo enim eos in libro vitę nominatim, sic

eos

eos numerabit, narrabit uel recensebit. Inscriptio verò principum qui sunt in ea, illorum est in libro uitæ inscri-
1. Tim. 5. ptio, qui bene præsunt in Ecclesia. Vt. n. duplici honore dignos dicit Apostolus presbyteros, qui bene præsunt Ecclesiæ, quíque præsunt in sollicitudine, ita nō est dubium quin speciali modo à Deo numerentur & describantur in libro uitæ & remunerationis, ut suo tempore tanto copiosiorem accipiant mercedis expectatę retributionem, quanto prius maiori solicitudinis labore fuerunt afflicti. In Hebræo tamē nulla fit mentio principum. Nam loco huius, Et principum horum qui fuerunt in ea, repetitur hemistichium illud quod uersu quarto explicauimus, uidelicet, Hic natus est ibi. Hoc enim tanquam insigne aliquid, & diligentissimè notandum iā denuo in Hebræo repetitur, quod hic quoq; sicut illic de Christo conuenientissime intelligit, neq; minus commode hic ponit, neq; ob aliam causam, quam suprà dixerimus poni uidelicet ad designandum per quem hæc fieret electorum numeratio atque descriptio in libro uitæ, & quis tantæ sit salutis causa, aut boni tanti origo. Inde enim totum hoc nobis procedit, quòd nos Deus numerat ut suas oues, quod nos pater in libro vitæ describit, quòd nos prædestinauit ad salutem æternam, hæc (inquā) omnia inde nobis sunt, quoniam hic noster Christus natus est ibi, quia uerbū caro factum est, quia Deus homo fieri dignatus est, per quem accipiunt pote-
Ioan. 1. statem filios Dei fieri, omnes qui credunt in nomine ipsius. Plures loci præsentis expositiones non ponimus, ne nimia multitudine res alioqui per se satis inuolutas, maioribus implicemus difficultatibus. ¶ Versu ultimo, Sicut lętantium omnium habitatio est in te. Et hic uersus ab Hebræo discrepat. imò ipsi ex Hebræo interpretes admodum uariè eundem transferunt. Hieron. sic uertit, Et cantabunt quasi in choris, omnes

A fortes mei in te. Qua lectione significatur, fideles omnes in ecclesia magnō exultare gaudio, quemadmodum solet qui in choris cantant, item & gratias magnas in cōgregationibus sanctorum Deo agere, per quem tanta se bona sempiterna cognoscūt suscepisse. Felix multiplicem ponit uersionem. Et cantores (inquit) sicut choraules, omnes contēplationes meæ in te. vel aliter, Et cantores sicut ducentes chorum, omnes fontes mei in te. Nam uocabulum Hebrai-
B cum quod hic ponitur, dicitur significare scaturigines, aut etiam interdum modulationes è pectoris alacritate velut scaturientes. Quidam etiam cogitationes aut contemplationes aut aspectus. Illud tamen quòd suprà adduximus ex Hieronymo; omnes fortes mei in te, videtur esse deprauatum, ac pro fortibus debere legi fontes: quomodo econtrario in psalmo quadragesimo primo an notauimus deprauatam esse lectionem
C communem qua legimus, Ad Deū fontem uiuum, cùm legendum potius uideatur tam ex Græco quàm ex Hebręo, fortem uiuum. Potest autem ultimum illud huius Psal. Omnes fontes mei in te accipi, vel vt uox ipsius Psalmistæ tali iocunda conclusione psalmum finiētis, ut dicat omnes scaturigines cordis sui, omnes affectiones & contemplationes atque laudationes quæ in modum fontis scatent de corde, uelle se Deum regere, tam humano generi beneficū,
D illumque semper uelle aspicere ac cōtemplari, atque in illum uelle semper toto conatu animi tendere. Vel ad hūc accipiatur sensum, Omnis boni origo mihi est à te, tu es omnis putei bonitatis & gratiæ meę, in te est fons uitæ (quo modo alibi dicitur Deus esse vena aquarum uiuentium) & quicquid ad me boni venit, à te mihi venit, tu es mihi fons omnis boni, neque nisi a te vllum mihi Hier. 17
bonum scaturire potest. Omne enim datum optimū, & omne donum perfectum, desursum est, descendens à patre Iaco. 1
lu-

luminũ. Pôt ẽt accipi, vt vox dñi ad ec- E
clesiã, vt ipse cõcludẽs, polliceat̃ fontes
Esa. 12. suos omnes se positurum in ecclesia,
id est, omnem abundantiam spiritualiũ
bonorum liberaliter largiterque effu-
surum, vt (iuxta propheticum illud)
haurire possint aquas iu gaudio, de fon
tibus Saluatoris.

## IN PSALMVM LXXXVII.

VErsu 2. Inclina aurem tuam ad
precẽ meam. Hieronymus ꝓ pre F
ce vertit laudationem. Qui enim ora-
tione Deum inuocat, simul & illius so
let laudes proponere quem orat. Felix
vertit, clamorem. Alij, canticum putãt
significari.¶ Versu 3. Et vita mea infer
no appropinquauit. Hieronimus, Vita
mea ad infernum descendit. Verti pôt.
Anima mea sepulchrum cõtingit, estq;
horũ eadẽ sentẽtia.¶ Ver. 4. Factus sum
sicut homo sine adiutorio, In Hebræo G
est, sicut homo non fortis, vel potens,
non validus. Vnde Hieronymus vertit
quasi homo inualidus. Et Felix, Sicut
vir cui nõ est fortitudo.¶ Ver. 5. Sicut
vulnerati dormientes in sepulchris. In
Hebræo est, Sicut interfecti vel occisi.
In altera aũt parte, Et ipsi de manu tua
repulsi sunt. Loco verbi repulsi sunt,
in Hebræo ponitur passiuũm verbi ga
zar, secũdum cuius multiplicem signi-
ficationem varie prẹsens locus transfer
ri potest. Significat enim verbum istud H
aliquando excidit vel abscidit, Secũdũ
quam significationem beatus Hieron.
vertit, Et ipsi à manu tua abscisi sunt,
i. abiecti, & despecti, factiq; abominabi
les: in quem sensum nos etiam in Elu-
cidatione vulgatam lectionem sumus
interpretati. Significat ẽt verbũ prædi-
ctum interdũ, per sententiã aliquid de
finire vel statuere & disponere. Iuxta
quam significationem Felix dicit verti
hic posse, Et ipsi de manu tua sententia
ti sunt, id est, definitiuam (vt loqui sole-
mus) sententiam acceperunt de manu
tua, In præcipua tamen versione, hoc
ipsum ponit quod Hieronymum dixi-
mus reddidisse. Paraphrasis Chaldai-
ca sic habet, Et ipsi à facie diuinitatis
tuæ separati sunt.¶ Versu 6. Posuerunt
me in lacu inferiori. In Hẹbreo habetur
per secũdam personam, Posuisti me, &
cætera. vt dirigatur sermo ad Deũ, quo
modo in sequentibus, Elongasti à me,
& cætera. Deo. n. ascribit omnẽ quàm
patitur afflictionem, quod tanquam ab
illo, cuncta suscipiat de manu domini.
Loco illius aũt qđ habet nostra lectio,
In vmbra mortis: in Hebræo est, in pro
funditatibus.¶ Ver. 8. & 9. Longe feci-
sti notos meos à me, posuerũt me abo
minationem sibi: Traditus sum, & non
egrediebar. Ita vertit ex Hebræo bea-
tus Hieronymus, Longe fecisti notos
meos à me, posuisti me abominationẽ
ipsis, clausum & nõ prodeuntem. Quo
significari videtur, tanta illum qui lo-
quitur cõfusione repletum esse, vt clau
sus domi, non ausus fuerit prodire in
publicum. Felix aliter vertit, Posuisti
me abominationem ipsis, in carcere in
clusus sum, & nõ egrediar. Qua lectio-
ne significat is qui loquitur, non vide-
re se tantorum malorũ exitum.¶ Ver.
11. Aut medici suscitabunt, & confite-
bũtur tibi? Hẹc pars diuersimode trãs-
fertur. Dictio enim rephaim hoc loco
posita, descendens à verbo raphaa (qđ
significat sanauit vel medicauit) quan-
doque significat medicos, quandoque
gigantes, quandoque mortuos. Pri-
mum sequuta est nostra translatio: se-
cundum, Hieronymo ex Hebræo sic
vertente, Aut gigantes resurgentes, &
confitebuntur tibi. Tertium, in sua ver
sione præcipua sequitur Felix, sic red-
dens, An mortui surgent, &c. Caldai-
ca translatio magis videtur fauere ver-
sioni Felicis, quæ mortuos vertit. Sic
enim habet: Fortasis corpora quæ
consumpta sunt in puluere, resurgent,
& confitebuntur tibi. Versu 16. Pau-
per sum ego & in laboribus à iuuen-
tute

tute mea. Beatus Hieronymus secundū sententiam nostræ lectionis vertit, Pauper ego & ærumnosus ab adolescētia mea: Felix verò longe aliter, Pauper sum ego & expirans præ excussione: vel sic, Periens & pene mortuus à stupefactione, hoc est, ita horrendis malis concutior & affligor, vt videar morti proximus & pene expirare, præ cōcussione & stupefactione nimia. Illud quoq; qđ sequitur, Exaltatus auté humiliatus sum & conturbatus: aliter vertunt ex Hebræo interpretes. Hieronymus quidé ad hūc modum, Portaui furorē tuū, & conturbatus sum. Felix, Tuli terrores tuos, dubitando, scilicet ne forte deficiā; vel affixus, supple est, timor tui sup me. ¶Versu vltimo. Et notos meos à miseri a. Hieronymus, Notos meos abstulisti: Et secundum hanc sententiam vertit Felix: Notos meos obscurans, id est, occultās & abscōdens à me, vel quodammodo confusos faciens & ignobiles præ mea nimia miseria. Est.n. hominibus quædā cōfusio & opprobrium, cùm quis ex eorum amicis & notis, vehementer magna afficitur ignominia.

DE TIT. PRECEDENTIS PSALMI.

HVius Psalmi est specialis titulus, iuxta vulgatam lectionem sic habes, Canticū Psalmi Core, in finē, p maeleth ad respondēdū, intellectus Eman Israelitæ. De maeleth dicunt aliqui, qđ sit genus instrumenti musici, in quo Psalmus iste lugubris debeat decantari. Alij verò in linguam Latinam id vertentes, dicūt pro infirmitate vel super afflictione. Quod quā ob causam Psalmo præmittatur, nullā omnino habet difficlutatem. Totus enim Psalmus affli ctionem clamat atque desolationis miseriam. Ad respondendum verò ideo videri potest adiectum, quoniā clamās postulat sibi Diuinæ exauditionis præberi responsum. Qđ āt primo filij Core

A præmittūtur casu datiuo, ac posteriori loco Emā ponitur casu genitiuo, iuxta sentētiā quorundā ad hoc ponit ista distinctio, vt filij Core tanquē cantores assignētur, ad quorū ordinē spectabat huius Psalmi decātatio: ipse vero Emā tanquā Psalmi author. Est auté Eman iste, de quo sacra libri Paralipomenō tradit historia, φ præcipuus cantorum princeps à Dauid fuerit constitutus, vnā cum fratre suo Asaph stante à dextris ipsius. Volens quoque scriptura sa 1.Par.6.
B cra libri regum, Salomonis magnificare sapiētiā ad omnē laudē, hoc abscribit, & φ sapientior erat cunctis hominibus, sapiētior ēt Ethan Ezraita, & Emā, & Chalcol, & Darda, filijs Maol. Vñ patet, Eman cum alijs illis tribus fuisse sūma præditos sapientia, cùm vt insignissime sapiētes nominatim isti recēseantur præ omnibus. Vnde argumētantur quidam, verisimile esse φ secūdū hanc suam sapiētiam Psalmos aliquot cōpo 3.Reg.4
C suerit; maxime si quibus alicuius illorū nomē inueniatur prænotandū. Alij verò nō nisi cantoris officiū illis tribuūt, quantumuis in titulo eorū præmittant nomina: & si plures videantur præmitti (quemadmodum hic primo loco filij Core, deinde Eman) distinctioné ponūt secundum quod huic vt præcipuo cantorum principi, illis vero vt subditis cātoribus, idem carmē ascribitur. Soli autem Dauidi seruant authoris honorē, etiamsi ipsius non fuerit nomē prænotatū.
D Quorū quid verius sit iudicare, ad nostrū haudquaquam spectat officium. Ex Hebræo autem hunc titulum ita uertit Felix. Canticum Psalmi filiorum Core, vincenti super infirmitatē, vel propter afflictioné ad humiliandum, eruditiuum Eman Esrahitæ. Cuius facile patet ex dictis intelligētia. Hieronymus auté loco illius, pro Maeleth ad respondēdū, vertit, per chorum ad præcinendum: quoniam videlicet per cantorum chorum hic esset Psalmus concinendus.

IN PSALMVM LXXXVIII.

VEr.3. Quia dixisti in æternū misericordia ædificabitur in cælis, pparabitur ueritas tua in eis. In Hebræo habetur per primam personam, Quia dixi, pro dixisti. Quod autem sequitur, varie transferunt interpretes. Hieronymus ita legit, Quia dixi, sempiterna misericordia ędificabitur, cælos fundabis, & veritas tua in eis. Atque ita est sensus, Ego apud memetipsum ita cogitaui, in ęternum misericordia ædificabitur, id est, præparabitur, uel in æternum stabilietur; tu creabis cælos, & erit in eis coram te veritas tua. Quod etiam de cælis spiritualibus, de sāctis Apostolis posset commode intelligi: in quibus Deus suam ueritatem posuit toti orbi terrarum prędicandam. Alii verò ita uertūt, Quoniam dixi, mundus misericordia ędificabitur, cęlos fundabis, & veritas tua in eis. Qua lectione significatur, mūdum (qui olim perditus fuerat per primi parentis præuaricationem) Dei misericordia in tēporis plenitudine restaurandum, quomodo Beatus Paulus ait, Dixit per Christum esse instaurata quæ in cælo & in terra. Quod autem sequit, Cęlos fundabis & cętera. eodem modo quo suprà exponitur. ¶ Ver.8. Deus qui glorificatur in concilio sanctorum tuorum. Dictio Hebraica hic posita sod, solet significare secretum siue arcanum, iuxta quā significationem Hieronymus transtulit, Deus inclytus in arcano sanctorū nimio. Itē Felix, Deus robustus in arcano sanctorum valde, vel terribilis in secreto sanctorum: hoc est, Deus fortis, & strenuus in occulto suo concilio, quod de sanctis & electis ab ęterno disposuit, quoniam nemo eum poterit impedire (q̄n id quod de eis ab ęterno preordinauit, suo tempore perficiat. Et in hoc secreto concilio & arcano, quod de sanctis Deus disposuit, maxime ipse glorificatur. Et ad hunc modum etiam exponi posset commodissime

E me lectio nostra vulgata, si consilium legimus per s. Quia verò in concilio secretū tractatur, & concluditur, putant quidam, dictionem Hebræam suprapositā rectè etiam pro ipso concilio vsurpari, atque ita vertunt, In concilio sanctorum, iuxta quam sententiam nos in Elucidatione pręsentem locum enarrauimus. ¶ Ver.11. Tu humiliasti sicut vulneratum superbum. In hebræū idē hic vocabulū habetur Raad, de quo dixi-

F mus in principalibus annotationibus Psalmi octuagesimi sexti circa versum illū, Memor ero Raab & Babylonis. Propter quod, existimant quidam & hic Aegyptum significari, putantq; transferendum, Tu humiliasti sicut vulneratum Aegyptum. Potest autem intelligi vel de Pharaone Aegyptiorum capite cum suo populo, vel de lucifero cū sua cohorte apostaticorū spirituū. ¶ Ver. 33. Neque nocebo in veritate mea, Hieronymus, Nęc mentiar in veritate mea.

G In eundem sensum Felix, Neque falsam reddam vel falsificabo veritatem meā. ¶ Ver.35. Semel iuraui in sancto meo, si Dauid mentiar. Pro in sancto Felix vertit, in sanctitate: atque ita nos exposuimus. Chald. verò Paraphrasis habet, In nomine sancto meo, quod cōmode ēt potest in cōi lectione intelligi. Illud aūt, si Dauid mentiar, secundum defectū absque perfectione ponitur, ad exprimendam vehementiam: quomodo in Psal. Si introibunt in requiē meam.

H Intelligitur aūt vehemētissima abnegatio, Nequaquā mentiar Dauidi, nequaquā introibunt in requiē meam. ¶ Ver. 36. Et sicut luna perfecta in æternū. In Elucidatione thronū regiū Christi domini comparauimus lunę in æternum in eadem perstanti plenitudine, cuiusmodi nequaquam est luna secundum eū statū in quo n[illegible] mire subiecta mutabilitati: sed talis erit cū post iudiciū cursu ministerij terminato, in sua plenitudine perpetuò (iuxta sanctorū patrum traditionem) creditur perduratu Psal.44

ra

ra. Atque hæc quidem commodior uidetur nostræ lectionis uulgatæ intelligentia. Ex Hebræo tamen potest accipi et litera ex comparatione ad mutabilitatem lunæ in eo statu in quo nunc cernitur. Sic autem ex hebręo vertit Hieronymus, Sicut luna stabilietur in sempiternum: item & Felix, vel dirigetur. Iuxta quā versionē sensus iste erit, Sicut luna, quamuis nunc obscura appareat, nunc pro parte dimidia, nunc tota illuminata, semper tamen stabilitur & cōseruatur in sua mutabilitate, & nequaquam deficit. ita etiam thronus tuus sedes tua in qua sedes, nempe sancta Ecclesia, quāuis varietate multa, nunc penitus videatur claritate luminis carens ac velut fidei virtutisque fulgore priuata, nūc candida & refulgēs, velut in plenilunio, nunc subobscura satis, tñ candida, nunc quasi penitus obscurata, nimis errorum & persequutionum nubibus obuoluta, iuxta varios status in ecclesia: semper tñ ipsa à Deo dirigetur & stabilietur, vt in perpetuū penitus non deficiat. ¶ Versu eodem, Et testis in cælo fidelis. Id aliqui legunt & exponunt diuisim à pręcedentibus, ad hunc sensum, Et horum omnium pręedictorum Deus in cælo fidelis testis, quomodo nos in Elucidatione exposuimus. Vt.n. Deus idē ipse iudex & testis apud Prophetam alium dicitur, ita hic idem ipse qui promittit se fidelem testem asserit. Alij verò continuè legunt, eo quod præcedit de luna, ad hūc sensum, Thronus tuus dirigetur vel stabiletur vt luna, quæ in cælis est testis fidelis, vel certus iudex temporum: quoniam videlicet secundum eam, anni distinctiones supputantur: Cui sententię fauet Paraphrasis Chaldaica sic habens, Sicut luna firmata ad signū æternū, & testimonium in cælo fidele. ¶ Ver. 37. Distulisti Christum tuū. Ex Hebræo Hieronym. Iratus es aduersus Christum tuū: hoc est, nec propter Christum tuum fecisti misericordiam: videris iam aduersus illum iratus, dum quondam illi promissa nunc videris in totum neglexisse. Idē sibi vult distulisti, id est, elongasti à te, & quasi abiecisti, ñ aspicis ad ea quæ olim promisisti. Plerūq; enim quod promissa nō seruamus illi cui promisimus, ex ira est qua erga illum concitamur. Facit enim nos ira bonarum promissionum immemores. Itaque manifestum est, de Deo, humano more fieri sermonem. ¶ Versu 37. Prophanasti in terra sanctuarium eius. Ex Hębreo quidam vertunt diadema pro sanctuario, vt Hieronymus & Felix; quod intelligendum videtur de gloria & corona regni. Alij verò sanctuariū trāsferūt, vel sanctificationem. ¶ Versu 44. Minorasti dies temporis eius. Hieronymus, Abbreuiasti dies adolescentiæ eius, item vertit & Felix, hoc est, florem status felicioris cito transire fecisti. Quod si ad totum populum referatur, significat statum fœlicitatis illius in quo sub Dauid in principio huius supra descriptæ electionis fuerat populus, non diu durasse, & citò nimium transijsse: item in Ecclesia decorem illum qui erat in primordio, cùm essent adhuc in ea primitię spiritus, non diu perstitisse, sed nimium citò transijsse. Si uerò ad singulos quoslibet referatur intelligentia, significabitur præ nimia miseria ante tempus consenescentia, quæ solet multū miseris aduenire: qūo de seipso in libro de consolatu philosophico canit, in multa afflictione agens Boetius ille his uerbis, Intempestiui funduntur vertice cani. ¶ Versu penultimo, Exprobrauerunt commutationem Christi tui. Pro commutatione in Hebraico habetur dictio significans vestigia uel plantas. Quod aliqui exponunt de mora Christi, quasi exprobrantibus inimicis, quod tardet Christus, & moram faciat à saluando suum populum, neque tempestiue occurat, cum suos destitutos auxilio permittit in manibus hostium. Iuxta quam sententiam,

tentiam,quidam sic vertit, Opprobria quibus affecerunt tuũ,propterea quòd morã faciat. Eandem sententiam exprimit Chald.paraphrasis quæ sic hệt, Exprobrauerũt tarditatem vestigiorũ pedum Messię tui. Alij intelligunt, exprobrari vestigia Christi, quãdo ab infidelibus irridentur fideles super imitatione Christi: dum ob hoc quòd eius sequuntur vestigia, quasi stulti reputãtur. Alij per vestigia siue plantas Christi accipiunt sanctos eius infimos & humiles, quibus exprobrãt increduli. Verũ iuxta hunc sensum, melius conueniret vestigijs, casu datiuo, q̃ vestigia. Alij tempus vltimum intelligũt aduentus Christi, de quo infideles obijciunt & subsannant fideles, q͂ in eo videãtur derelicti.

## IN PSALMVM LXXXIX.

VErsu 3. Ne auertat hominem in humilitatem: & dixisti, conuertimini filij hominũ. Secus legitur in Hebręo. Sic.n.vertit Hieronymus, Conuertens hominẽ vsque ad contritionẽ, & dicẽs, conuertimini filij Adam, hoc est, qui hominem reuerti facis, reducisque illuc vnde exijt, id est, ad terram vnde sumptus est, & ad puluerẽ de quo formatus est: nec cessas, donec eum morte consumpseris, & dixisti, conuertimini, id est, reuertimini filij Adam: s.ad puluerem de quo suscitati estis. Quam sententiam satis dilucide exprimit Paraphra. Chaldaica sic habẽs, Conuertens hominem de peccato ipsius vsq; ad mortẽ, & dicẽs, reuertimini filij hominis. ¶ Ver. 4. Quæ pro nihilo debentur eorum anni erũt. Hieronymus, Percutiẽte te eos, vt somnium erunt: hoc est, Cũm tu eos morte percusseris, erunt quasi somniũ quod aufugit ab expergefacto, & euanescent quasi fumus qui resoluitur in aerẽ. Felix, Rapuisti eos vt impetus aquarum, somnus sunt: hoc est, cum subitò in eos irruis tua indignatione, ad modũ impetus aquarum, euanescẽt quasi somnus, nec permanebunt ante faciem tuam, quemadmodũ somniũ hominis dormientis. Chald. paraph. hoc loco sic habet, Et si nõ conuertantur, induces in eos mortem, tanquam dormiẽtes erũt. ¶ Ver. 8. Sæculum nostrum illuminatione vultus tui. Pro sæculo nostro, ex Hebręo Hieronymus vertit negligentias nostras. Felix occulta nostra, vel iuuentutem nostram: quod exponit, peccata iuuentutis nostræ, id est, ętatis pręteritæ, pro quibus alibi orat, dicens, Delicta iuuẽtutis meæ & ignorãtias meas ne memineris. Iuxta quã sentẽtiã legit Chaldai. paraphrasis, iniquitates iuuẽtutis nostrę. ¶ Ver. 9. & 10. In ira tua defecimus: Anni nostri sicut aranea meditabũtur. In Hebræo nulla fit araneæ mẽtio, sed ita legit interprete Hieronymo, In furore tuo cõsumpsimus annos nostros quasi sermonẽ loquens: q̃d sic intelligendũ videtur, Nos annos nostros cõsumpsimus, sicut loquẽs cõsumit sermonem. Cũm.n.sermonem loquens ꝓtulerit, iam prorsus nihil illi de hoc q̃d protulit remansit, & volat (iuxta poetam) irreuocabile verbum. Ita postquã vitæ tempus transegimus, nihil iam totius illius durationis superest, neque expectatur eius reditus, transitq; penitus irreuocabile. Æque n. est impossibile, elapsa pristina vitæ tempora reducere, atque sermonem semel ab ore egressum reuocare. In eandem sententiam vertit Felix, nisi quod participium illud nouissimum loquens non adijcit, vt nec in Hebræo habetur, quòd à Hieronymo, ad sententiam clariorem, creditur esse adiectũ. Sic ãt ille vertit, Cõsumpsimus annos nostros, sicut loquutionẽ. Verti ẽt potest, sicut cogitationem. Nã vtroque dictio hegeth significat loquutionem, videlicet & meditatione. Chal. paraph. pro vna hac dictione vertit, tãquam vapor oris nostri in hyeme, qui videbĩt mox densatur, resoluitur què, & congelatur circa faciem. ¶ Versu 10. Si aũt in potentatibus octoginta anni

Variè

Variè id ex Hebręo transfertur. Hieronymus vertit, Si autem multum, octoginta anni, qđ est, acsi dicimus, vt summū vel maximū dies vitæ nostræ sunt anni octoginta. Ita dicit Felix verti posse, Si ad plus octoginta anni. Aliter vertitur, in validissimis vel in potentatib. siue (vt Felix efficto ait vocabulo) in robusticitatibus: hoc est, si admodum valuerimus & robusti fuerimus. ¶ Versu eodem, Et amplius eorum, labor & dolor. Quod in Hebræo ponitur loco huius amplius eorum, videlicet rabheb bam. Hieronymus, iuxta nostrā sniam vertit, quod amplius eorum. i. quod super est. Felix superbia eorum: qđ tñ vt̃ sm priorem sniam exponendum, pro eo quod supergreditur aut superexcedit terminū illum, aut quod superest vitæ vltra terminum præpositū. Sic & intelligi pōt quod vertunt quidā, excellentia eorum vel excedentia eorū, pro duratione illa quę vltra hunc terminū protenditur. Secundum quā ēt intelligentiā exponit Chald. paraphrasis quæ legit, multiplicationem eorum. Quid aūt est annorum multiplicatio, nisi residuum vitæ quo post annos illos definitos ducitur? Quidam tñ intelligunt & exponūt, præcipuum eorum: quod referri potest vel ad numerum, vel ad fortitudinis præcellētiam. Sunt. n. qui accipiunt secundum numerum, vt sit sensus: bona & potissima pars horum annorum vitæ humanæ, transiguntur in labore & dolore. Quam sententiam in annotationibus principalibus diximus Romanum Psalterium continere, in quo sic legitur, Et plurimum eorum labor & dolor. Alij verò respiciūt non numerum, sed fortitudinem, & exponunt potiorem meliorumque humanæ vitę partem, intelligentes adolescentiam vel iuuentutem, quæ plurimo labore & dolore affligitur, maxime in ijs quæ secundum spiritum viuere satagunt, propter carnis vigorem & sensualis affectus nimiam feritatem,

A quæ ætate illa adhuc indomita & ferociens, tanq̄ lasciuiēs vitula, plurimum negocij facessit spiritui meliora molienti. ¶ Versu 11. Quoniam superuenit mansuetudo, & corripiemur. Hieronymus, Quoniam transimus citò, & auolauimus. Felix in eandem fere sententiam, Quoniam declinauit celeriter (supple tempus vitæ nostræ) & volauimus. Chaldai. paraphra. Quoniam transeunt velociter (anni nostri) & volāt in puluerem. ¶ Versu 13. Quis nouit potestatem iræ tuæ, & præ timore tuo irā

B tuam dinumerare? Aliter ex Hebræo Hieronymus, Quis nouit vim iræ tuæ, & secundum timorē tuum indignationem tuam? Quod ita potest intelligi: Quis nouit indignationem tuam, secūdum timorē quo tu ob eam timendus es, hoc est, Quis ita cognoscit indignationē tuam, vt te sic timeat, quō dignū est tam terribilem metuere dñm? Vel sic, Quis nouit indignationem tuam,

C quæ est scđm timorem tuum? Quod aliqui ita exponunt, Quia secundum timorem mala cōscientiæ procedit indignatio eius. Nam & in aduentu iudicis, qui maxime erūt peccatis pręominibus fœdati, maximus quoq; illos inuadet horror, qñ omnia in luce clarescent ex testimonio denudatæ cōscientię. Illos aūt quibus nullius erit peccati conscientia, nullus ēt timor premet indignationis Dei: & ita per omnia indignatio Dei secundū timorem ipsius

D tum erit quod nunc homines animales atque carnales nequeunt intelligere. Potest etiam exponi de timore sancto & bono in præsenti vita, & de indignatione Dei quę videtur in afflictione præsenti: id est, in corruptione & afflictione huius vitæ. Nam vt quisque magis habet timorem Dei, ita magis videtur erga eum indignatio Dei quātum ad disciplinam præsentis tēporis. Qui enim pie volunt viuere in Christo, persecutionem patiuntur. Et qui extra disciplinam sunt (vt idem ait) adulteri & 1. Tim. 3. Heb. 11.

non filij sunt. Quin & ipse Dei filius in quo fuit maximus timor (id est reuerẽtia patris) maximã sensit erga se patris indignationem, ab eo traditus in mortem probrosissimam. Deniq; quãtum ad afflictionem exteriorem, quæ est ex cõsideratione & formidine indignationis iudicij Dei, constat magis timoratos ab hac consideratione affligi: dũ continuò diem illum vltimũ ante oculos habentes, student carnem suã cruci figere cum vitijs & concupiscentijs, verentur solicitissime omnia opera sua & custodiunt vias suas ne offendant, quod indubiè multi est laboris. Habet ẽt hoc loco dignam sñiam Caldaica Paraphrasis, sed quæ neq; in communi lectione Latina, neq; ẽt in Hebræa inuenitur. Sic autem habet, Quis est ille qui sciat conuertere fortitudinem iræ tuæ Deus? tñ iusti qui timent te, sedant furorem tuum. ¶ Versu 14. Dexterã tuam sic notam fac, & eruditos corde in sapientia. Hoc loco pro eruditis, in exemplaribus Græcis qui vulgo sunt in manibus, habemus πεπαιδημένους, quod significat vinctos vel compeditos. Vnde quidam Latini legunt, Et compeditos vel vinctos corde in sapientia. Nostri autem interpretes qui ex Græco in Latinum fecerunt versionem, legisse videñ πεπαιδευμένους, quod sonat eruditos, vel instructos. Et verisimile est propter similitudinem literarum factam esse mutationem. Sciendum tamen est, ꝙ in sñia nulla est diuersitas, licet prima facie secundum vocem magna appareat. Nam idem est, corde fieri eruditum in sapiẽtia, & corde fieri vinctum vel compeditum in sapiẽtia. Qui enim Dei correptione intellectum dante vexatione erudiuntur corde ad sapientiam, hos rectè etiam dixerimus tali disciplina & afflictione velut vinciri corde, vel compediri corde in sapientia, quatenus videlicet in chamo & freno constringuntur, vt ad Deum appropriment, & velut suauibus quibusdam, ac

Gilat. 5
Iob. 9.
Esa. 28.

E salutaribus vinculis & compedibus irretiuntur, implicanturq; ad salutem. Non. n. solus diabolus compedes & vincula habet. Habet & Christus suos cõpedes habet sua vincula, habet chamũ & fræna, habet stimulos, aliaq; huiusmodi, quibus velut compellat ad salutem introire, ẽt illos qui suæ videntur repugnare saluti. Alioqui, qũo Paulus diceret captiuari intellectum in obsequium Christi, si nulla essent talia vincula, quibus captiuari & ligari posset? F Ex Hebræo autem versum istum sic legit Hieronymus, Vt numerentur dies nostri, sic ostende, & veniemus corde sapienti. Felix, Vt numeremus dies nostros, sic notum fac, & adducemus cor sapientię. Quod hunc habet intellectũ, Ita tu domine tua eruditione indica nobis vitæ nostræ breuitatẽ, doce nos mensurare & cõputare breues annos nostros, vt ex hac consideratione pertingamus ad cor rectum, ad mentem sapientem, sibi ab ira per pęnitentiam G & vitam bonã perspicientem. Nam cõsideratio breuitatis vitæ humanæ, mirum in modũ homines cautos ac prouidos facit, vt à malo declinent, & operentur bonum. ¶ Versu 16. Repleti sumus mane misericordia tua: In Hebræo per deprecationẽ legitur, Imple nos mane misericordia tua, vel matutina misericordia tua, & laudabimus, & lætabimur cunctis diebus nostris: atq; ita in versu sequenti, Lætifica nos, & cætera. ¶ Versu 18. Respice in seruos H tuos, & in opera tua, & dirige filios eorum. Hieronymus, Appareat apud seruos tuos opus tuum, & gloria tua super filios eorũ: hoc est, effulgeat operatio misericordiæ tuæ erga seruos tuos, & tuam potentiam glorifica in cũctis posteris nostris: hoc est, semꝑ glorificare & sanctificare in electis tuis, & qui nunc sunt, & qui post futuri sunt vsque ad consummationem sæculi. In sequenti autem versu ferè secundum sententiam nostrę vulgatę lectionis sic legi-

Psal. 31.
2. Co. 10

legitur in Hebręo, Et fit decor vel suaui tas, siue dulcedo, aut serenitas & clemẽtia dñi Dei nostri sup nos, & opus manuum nostrarum fac stabile super nos, & opus manuum confirma, vel dirige vel dispone.

DE TIT. PRAECEDENTIS PSALMI.

QVoniã in titulo huius psalmi dr, Oratio Moysi hominis Dei, quidam sentiunt hunc psalmum ab ipso Moyse duce, populi notissimo, fuisse compositum: imò & sequẽtes psalmos decem, quibus alterius authoris nomẽ non pręmittitur. Quam sententiam, quantum ad psalmum præsentem, manifestè approbat Paraphrastes Chaldæus, ita ponens in titulo, Oratio qua orauit Moyses propheta Dei, quando peccauerunt filij Israel in deserto, Respondit, & sic dixit: ac deinde subsequitur Psalmus. Et apud Hebræos firmissimum est, quãdocunq; dr Moyses vir Dei (vt hic in titulo legitur) non alium intelligi quàm illum ducem & legislatorẽ, cui pp excellentiã hoc nomen attribuunt, vt non liceat cuiquã de alio Moyse suspicari, quẽ assignet psalmi authorẽ. Alij verò dicunt hunc psalmum non ideo prænotatum habere in titulo Moysen, ꝙ ipse sit eius author, sed quia talia ferè in hoc psalmo describũtur, quia dixit Moyses, & orauit coram domino, cùm pro populo (qui irã Dei suis peccatis prouocauerat) faceret deprecationem ne in totũ absumeretur, iuxta cõminationẽ dñi. Verũ de his certi nihil determinari põt: quam obrem nec curiosius ea ducimus puestigãda.

IN PSALMVM XC.

VErsu 1. Qui habitat in adiutorio altissimi. Hieronymus, Qui habitat in abscõdito excelsi, in vmbraculo dñi cõmorabitur. Qđ in eãdẽ sniam interpretari põt, in quam supra uulga A tam lectionẽ sumus interpretati. In abscondito enim uel abdito uel secreto altissimi habitare, nõ est aliud q̃ in spe auxilii eius totos nos intra ipsum concludere, inq; eo uelut in foraminibus petræ firmissimæ, & in cauerna dulcis maceriæ nidum componere, id est, stabilem eligere mansionem. Et iterum, In umbraculo uel umbra domini: idem est, ꝙ in eius protectione. ¶ Ver. 4. Et à uerbo aspero. Hieronymus, de morte insidiarum, id est, de morte quã B mihi machinantur aduersarii uenatores per insidias. Non enim ad aliud insidiantur, & in uenatione occupantur, nisi ut morte interficiant, quemadmodum latius diximus in annotationibus præcipuis. Felix uertit, A peste prauitatũ uel cõfractionũ, id est, à corruptione iniquitatis & malitiæ, per quã confringunẽ uires humani spũs, & oĩs uigor exhaurit. Versioni Hieronymi satis accedit Chal. parap. q̃ sic habet, Liberabit te de laqueo, & de morte, & de insidiis. Ver. 5. Scuto circundabit te ve- C ritas eius. Hieron. Scutum & protectio ueritas eius: hoc est, fides siue fidelitas eius tibi erit pro scuto & protectione. Alii uertunt, Scutum & parma uel hasta & parma veritas eius: ut significetur in scuto protectionis securitas à malo, hasta verò aut parma, ipsa ẽt ad inuadendum, & impugnandum inimicos fortitudo. Per ueritatem nanque Dei possumus non solum à nobis malum depellere, uerũ ẽt hostes inuadere D & humiliare. Propter qđ Paulus huius pugnæ miles expertissimus, & hostiũ istorũ nostrorũ uigilãtissimus explorator, docet nos, non mõ scutũ habere in quo oĩa tela nequissimi ignea ualeamus extinguere, sed gladium insuper spiritus assumere, qđ est uerbũ Ephes. 6 Dei: nihil dubium quin ad nostrorum hostiũ impugnationẽ, ut ẽt aduersũ illos dimicare ualeamus, & aperte pdire in aciem, in confidentia ueritatis Dei, & nõ solũ quasi timidi scuto nos

defensare. ¶ Versu 6. Ab incursu & dæmonio meridiano. Pro incursu, hēt editio Romana ruinam: A ruina (inquit) & dæmonio meridiano. Quæ duę lectiones in vnā sniam facile possunt reduci, si ruina intelligatur, illa quā dæmonium meridianū aperto Marte in hostē irruit, toto virtutis impetu, quātū præualet. Hæc.n. ruina incursus est. Vnde pro eodem dicimus, in exercitū aut ciuitatē irruere, vel fecere incursum. Hieronymus verò totum hoc, Ab incursu & dæmonio meridiano, ita vertit, A morsu insidiātis meridie. Felix aliter, Ab ægritudine repentina, deuastante in meridie. Alij, Ab exterminatore vel exterminatore vastante meridie. Chal. parap. habet, A caterua dæmonum qui nocent meridie. Secundum aliquos verò nomina Hebraica in his locis posita, videlicet Deber & Keteb, sunt nomina dæmonum, quorum prius valet pestem. Vnde pro negotio, pestem legunt Hebræi: posterius autē significat ægritudinem subitaneam, quæ velociter incidit, & ab incidendo sic dicitur: propter quod alij exterminatorem, vel exterminium transferunt. ¶ Versu 10. Et flagellum non appropinquabit tabernaculo suo. Pro flagello vertit Hieronymus lepram. Felix nobiscum flagellū, aut vulnus, aut plagam. Omnia eandem habent sniam, videlicet nullū malū posse speranti in Deo accidere. ¶ Versu 11. Quoniam angelis suis mandauit de te. Hieronymus per omnia nobiscū vertit: Felix ad hunc modū, Quoniā angelos suos præcipiet adesse tibi, vel angelis suis mādauit tibi. i. in fauorē tui, vt custodiāt, &c. Illud ēt qđ sequitur, In manibus portabunt te, verti potest, Super palmas leuabunt, vel portabunt te: & qđ mox sequitur, Ne forte offendas ad lapidē pedē tuū. verti pōt, Ne forte offendat ad lapidē, vel impingit lapidi pes tuus. Est & hoc animaduersione dignū, ꝙ per lapidem Cald. paraph. intelligit prauam cupiditatē si-

E ue concupiscentiam, quā ibi fomitē prauum nuncupat. Sic.n. habet, Ne forte impingant, vel offendāt ad prauam cupiditatem vel concupiscentiā (quæ est similis lapidi) pedes tui: id est, ne à tua praua concupiscentia vllū patiaris scandalum. ¶ Versu 13. Super aspidem & basiliscū ambulabis &c. Felix, Super leonem & aspidē iter facies, conculcabis catulū leonis & draconē. i. quicquid vel apertè vel occultè vel magna potētia vel per insidias nocet, vt s. exposuimus. Hieronymi lectio à nostra vulgata nihil differt. ¶ Versu 14. Quoniā in me sperauit. Hieronymus, Quoniā mihi adhæsit. Felix, Quoniā me, vel in me concupiuit: hoc est, vehementer amauit, vt mihi per spem firmiter adhæsit. Dictio.n. Hebraica chasack, significat nō simpliciter amare, sed vehemēter & intense diligere, velut cū totali affectus intentione. ¶ Versu vltimo, Et ostendā illi salutare meū. Ostendā, videtur positū pro exhibebo: vt sit sensus, Exhibebo vel præstabo illi, siue experiri & possidere faciā illum salutem meam: hoc est, vitam & beatitudinem æternam.

F

G

## IN PSALMVM XCI.

VErsu 3. In decachordo psalterio, cum cantico, in cithara. In Hebræo fit diuisio inter decachordum & psalterium, & sic legitur, Super decachordo, super psalterio, super higaion cum cithara vel in cithara: vel sic, ad decachordum, ad psalterium siue nablū, ad higaion, in cithara. Ex quo patet, ꝙ iuxta Hebraicam lectionem non sit legendum coniunctim, psalterium decachordum, neque idē valere quod psalterium decem chordarum. In Græco tamen, vnde nostra lectio manat, iunguntur hæc adinuicem absque coniunctione media, vel vllius particulæ interpositione. Ideoque nos interpretati sumus, psalterium decem chordarum. i. instrumentum psalterij decē

H

fides

fides vel chordas habens tẽsas.Sic.n.nostra lectio apertè legit Psalmo 32.cũ versu 2.dr, In psalterio decẽ chordarũ psallite illi, Quantũ tñ ad locũ præsentẽ possit facilè distinctio fieri ea quæ, est in Hebræo, si diuisim legãtur psalteriũ & decachordũ, hoc modo, In psalterio, decachordo, in cãtico cũ cithara. Higaiõ aũt,
Psal.32. pro quo nos habemus canticũ, aliqui cãticum vertunt, alij instrũ musicum esse opinantur, eo q; in Hebræo eadẽ præmittatur præpositio, quæ prioribus instris: dicendo, super decachordo, super psalterio, super higaion. Verũ id perparum refert, maximè cùm nec ipsi Hebræi in huiusmodi aliquid habeant certi. Versu 13. Plãtati in domo dñi. Ex Hebræo Hieronymus vertit nõ simpliciter plantati, sed transplãtati. Quod io cũda cõsidera-
Ephes.2 tione eo põt referri, q natura filij iræ & mortis sumus, per gratiã aũt efficimur filij adoptionis. Atq; ita dũ in sancta ecclesia per Deũ iustificati plantamur, rectè dicimur transplantati, quasi de regione mortis ad regionẽ vitæ, de carcere diaboli ad domum & tabernaculum Dei viui. De quo dilectus dñi discipu-
Ioan.5. lus: Nos scimus (inquit) quoniam trãslati sumus de morte ad vitã. Hæc.n.est illa trãsplantatio. ¶Versu 14. Adhuc multiplicabuntur in senecta vberi, & bene patientes erunt, vt annuncient. Dictionẽ significantem vbertatem lectio Hebraica iungit cum sequenti, non cum senecta hoc modo, iuxta translationem Hieronymi, Adhuc fructificabunt in senectute, pingues & frondẽtes erunt, vel (iuxta Felicis versionem) pingues & virides erunt. Alij vertunt, succosi, vel succulenti & viuidi: significantur pulcherrimus viror, & plenissimus vigor animæ iusto rum in corpore deficienti.

## DE TIT. PRAECEDENTIS PSALMI.

Habet psalmus iste talem titulum Psalmus cantici, in die sabbbati Quid sibi velit, Psalmus cantici, post annotationes psalmi 4. in expositione tituli diximus. In die aũt sabbathi adijcitur secũdum aliquos, quoniam illa die debeat decãtari. Estq; admodum aptus diei sabbathi, quoniam adhortatur ad laudem Dei solennem, & considerationem operum Dei mirabilium, quibus maximè oportet sabbatho intendere: quoniam ad hoc sabbathi quies est instituta à Deo & sanctificata, vt ab omni externo opere tum feriantes, attentius recogitaremus miranda Dei erga nos beneficia & quæ iã collata accepimus, & quæ adhuc ab illo spe firma vsq; in senectutẽ vltimã expectamus. Quod autẽ quidã Hebræorũ dicunt, hũc psalmũ dixisse primũ hominẽ in die sabbathi, diẽ plasmationis ipsius statim subsequẽti, id nullã habet solidam authoritatẽ. Gen. 2.

## IN PSALMVM XCII.

Versu 1. Dominus regnauit, decorẽ indutus est. Hierony. Gloria indutus est. Felix, Magnificentia induit. Eadẽ est sñia. Decorem enim interpretati sumus, gloriam & magnificentiam relucrectionis. ¶Versu 2. A sæculo tu es, hoc est, ab æterno, vt vertit Hieronymus ac Felix. ¶Versu 5. & 6. A vocibus aquarũ multarũ. Mirabiles elationes maris. In lectione Hebraica, finis versus quinti principium est versus sexti, ad hunc modum, A vocibus aquarum multarũ, mirabiles vel terribiles elationes maris. Quod exponi potest secũdum eam sententiam qua diximus, sæculi potentes & sapientes confidentes in populorum multitudine, non in veritate mirabiliter se opposuisse verbo euangelij. Quidã ex Hebræo sic legunt, A vel præ vocibus aquarum multarũ, terribiliumque elationũ maris, terribilis est in altis dominus: vt significetur magis omnibus esse terribilis dominus, sicut dicitur in alio psalmo, Quoniã dominus excelsus, terribilis, rex magnus super oẽm terrã. Psal 46

Alij totum quod hic de flumiuum & maris eleuattione dicitur, in bonã partem interpretantur, & ad laudem Dei referunt. Vnde Chald. Paraphra sic habet. Leuauerunt flumina laudem coram Deo, eleuauerunt flumina vocem suam in cantico, recipient flumina pręmium laudum suarũ. A vocibus aquarum multarum, à laudibus fluctuum maris magni laudata est in cælis Dei celsitudo.

DE TIT. PRECEDENTIS PSALMI:

Psalmus iste nullum habet in Hebræo titulum: in Græcis tamen & Latinis exemplaribus nostris prolixũ, & nouum inuenimus, in hũc modum, Laus cantici Dauid, in die ante sabbathũ, qñ fundatã ẽ terra, vt habet lectio Romana, vel quando inhabitata, vt habet Gallicana. in quo titulo secundum mysticum sensum, per diem ante sabbathũ, intelligi dicũt ætatẽ istã nouissimam, & tempus hoc gratiæ in quo nũc viuimus vsque ad consummationẽ sæculi, quando veniet octaua illa ætas nũquam finiẽda, sabbathismus ille sempi-
Hebr. 4. ternus populo Dei, de quo Paulus Apostolus loquitur in epistola ad Hebręos. In hoc. n. pro sabbatho, vt est in Græco, idest, die ante sabbathum, hoc est in nouissima hac ætate, terra fundata est, ecclesia ędificata: & eadem ista inhabitari cœpta est à popolo fidelium. De hac autẽ terræ fundatione, siue eclesię ædificatione, iuxta expositionem in elucidatione positã, totus iste Psalmus faciet mentionẽ: propter qđ, merito in titulo dicitur, Laus cantici Dauid in, pro sabbato, quando inhabitata est terra. De hoc n. die salutis & gratię in quo nunc viuimus, quiq; præcedit sabbathũ requietionis nouissimũ, potissimũ loquitur.

IN PSALMVM XCIII.

Versu. 1. Deus vltionũ liberè egit. Hierony. Deus vltionũ ostẽdere. Felix, Deus vltionũ splẽdide apparere, vel E splendide apparuit. Quod vltimum facile cum nostra vulgata lectione concordat. Fere enim idem sunt, splendide apparere, & liberè agere. Quotiescunque enim Deus liberè & confidẽter agit in impiorũ punitione, procuɫdubio splẽdide apparet, splendide se manifestat, dum suam vltionem pulchrè & palam exhibet ante oculos. Videlicet cùm mũdum diluuio perdidit, dum suam vltione pulchrè & palàm exhibet ante ocu- Gene. 7. & 19.
F los. Videlicet mundum diluuio perdidit, cũ Sodomã & Gomorrhã igne & sulphure absumpsit, cũ Pharaonẽ & omnẽ Aegiptum manu valida contriuit, Exo. 14.
cum Sennacherib exercitũ centũ octoginta milia hominũ in cineres cõsumpsit, nonne in his omnibus simul & libere egit, & splendide apparuit? Quod si per imperatiuum modum legatur, intelligitur fieri deprecatio pro ostensione vltionis diuinæ. ¶ Versu 4. Effabunt, & loquẽtur iniquitatem. Hieronymus, Esaiæ. 37
G Fluent loquentes antiquum. Felix, Effluent vel effabuntur, loquentur elatum, uetus antiquum superbum. Vocabulum. n. priori, qđ priori loco ponitur pro effabuntur, magnam habet emphasim, significans ebullire, & abundanter eiicere, notatq; oris impiorum temeritatem & improbitatẽ, qua audent absque metu, absque obseruatione oris, temere quicquid in os venerit, effutire. Loco autem iniquitatis habetur dictio athalz, & significat uetus, H durum, superbum, elatum. Propter qđ uerti posset, Loquentur inueteratam superbiam, uel inueteratam malitiam. ¶ Ver. 10. Qui corripit gentes, non arguet? in Gręco ẽ παιδεύων, qđ significat vel castigationem, uel ipsam eruditio- & instructionem. Deus enim & disciplina gentes instituit, docens oẽs quæ recta sunt: & nihilominus disciplina sua castigat, ulciscẽs pro commissis impietatibus. Hieronymus uertit, qui erudit, Chal. transl. consentit, dum loco huius, qui erudit, ponit, Qui dedit legẽ populo

pulo suo. Sic enim habet, An possibile est quod ille qui dedit legem populo suo, cum peccauerint, non arguet eos. Felix
Heb.11 autem uertit, qui castigat.¶ Ver. 12. Beatus homo quem tu erudieris domine. Eruditio ista pt etiam castigatio intel-
Ps.17. ligi. Vnde Felix vertit, Beatus quem tu erudieris, vel castigaueris dñe. Vere.n. fœlix est, qui Dei castigationem erudit, & disciplina patris suis exercet Non.n. est filius (vt ait Apostolus) quem non castigat pater: & qui extra disciplinam sunt, adulteri sunt, & non legitimi filij. Hinc & alibi dicitur. Et disciplina tua correxit me in finem, & disciplina tua ipsa me docebit.¶ Versu 15. Quoadusq; iustitia conuertitur in iudicium? Ex hebræo sic legitur, Quoniam ad iustitiã reuerteretur iudicium. Quod exponi potest diuersis modis, in Elucidatione, atque annotationibus principalib. expositis. Primũ quidem, de iustitia Dei, hoc modo, Iudicium quod nunc vr a Dei iustitia abesse, aliquãdo reuertetur ad iustitiam, videlicet vt iudicium exercatur secundum eam, & non erit perpetuo iustitia Dei absque iudicio otiosa, sed prodibit tãdem vltionis iudiciũ, & vindictæ exercitium, De iustitia autẽ
1.Co.3. sanctorum sic expone, Futurum est aliquando, ut iustitia bonorum, quæ nũc
1.Co 4. contemnitur, & despicitur, adducatur in iudicium corã tribunali dñi: & tunc apparebit pretium eius, tunc erit digna virtutis ęstimatio, quę nunc donec absq; iudicio latet, nullius æstimat pretij. Vel sic expone de iudicio generaliter: Futurum est aliquando, vt iudiciũ reuertatur ad iustitiam, vt nõ amplius iudicetur iniuste, quemadmodum fit inter homines, sed vt iudicetur iuste: & tunc erit bona merces quum cęptum fuerit iuste iudicari, id est, in nouissimo die. Nunc enim plerunq; iudicium abest a iustitia, & iudicium huius temporis vanum est. Sed in die illo reuertetur ad iudicium iustitia, & incipiet iuste iudicari: quando dies ille domini declarabit vniuscuiusq; opus quale sit, qñ illuminabit Deus abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tunc laus erit vnicuique a Deo. Posset verò versus iste clarius secundum hanc lectionem sic verti, Adhuc erit iudicium coniũctum cum iustitia.¶ Ver. eodem, Et qui iuxta illam, oẽs q; recto sunt corde. Hieronymus, Et sequentur illud (repete iudiciũ) oẽs recti corde: hoc est: iudicium Dei appropinquabũt tanquam assessores omnes sancti. Vel sic, Iudicium coniunctum iustitiæ, siue iustum iudicium, sequuntur omnes recti corde: quemadmodum omnes impii malũ sequuntur iudicium, coniunctum cum iniustitia, Vnde alibi monet Psalmista, Rectè iudicate filii hoĩum. Alij uertunt, Post ipsum (dñm) omnes re- Psal.57.
cti corde, vel ipsum dominum sequent omnes recti corde. Quod sic potest exponi, Quando iudicium fuerit incursum ad iustitiam, tunc post ipsum dñm iuste iudicãtem sequentur omnes, qm omnes illum in gloriam supernam cõmutabunt à iudicio reuertentem, impiis in ignem ęternum longe protrusis à facie Dei. Quam sententiam satis apertè innuit qđ hoc loco habet Chald. parap. Post eum redimentur omnes recti corde. Vr.n. redemptio illa loqui de salute sanctorum.¶ Ver. 19. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Ex Hebræo Hieronymus, In multitudine cogitationum mearum quæ sunt in me intrinsecus consolationes tuæ delectabunt animam meam. Felix, In multitudine, uel iuxta multitudinem cogitationum mearum, In intimo meo, consolationes tuæ delectabunt animam meam. Quas cogitationes, cõuenientius intelligimus cogitationes pturbantes. & pterrefacientes conscientiam, cuiusmodi sunt cogitationes pusillanimitatis, aut despationis, aut cõsimiles, pp quas homo uelut honore concutitur, &

grauiter affligitur, quales & Paulus apostolis experiebatur, quum diceret, Foris
2.Cor.7 pugnæ, intus timores. Et iterum, Supra
2.Cor.1 modum grauati fuimus supra virtutem, ita vt tæderet nos etiam viuere. Seipsi responsum mortis habuimus in nobisnet ipsis, & cætera. Quidam vertunt, Secundum æstum, vel pro æstu multarum cogitationum intra me, recreauerunt consolationes tuæ animam meam. ¶Versu 21. Captabunt in anima iusti. In Hebræo est, copulabuntur, vt habet Hieronymus, vel congregabuntur quasi cuneis militum, vt ait Felix, vel conglobabuntur quasi cuneis militum, vt ait Felix, vel conglobabuntur siue agglomerabuntur aduersus animam iusti.

## IN PSALMVM XCIIII.

Versu 1. Iubilemus Deo salutari nostro. Hierony. Iubilemus petræ Iesu nostro, id est, salutari vel saluatori nostro. Ipse enim dominus est petra nostra, id est, firmamentum nostrũ & fortitudo: & est nostrũ salutare, siue salus nostra, aut saluator. Felix sic vertit, Iubilemus rupi salutis nostræ, id est, firmissimæ petræ, in qua salui consistimus, & in bono immobiles. Alij vertunt, Iubilemus forti saluti nostræ, vel forti saluatori nostro. Alij, Propugnatori salutis nostræ. Quæ in idẽ conueniunt. ¶Versu 4. Quia in manu eius sunt oẽs fines terræ. Hieronymus, In cuius manu fundamenta terræ. In quo significãtur plenissimũ dñm, quo dominatur terræ dñs, & perfecta possessio, vt possit eam concutere, conturbare, destruere, aut continere pro suo placito. Qui enim fundamenta habet ædificij in manu sua, in huius arbitrio est ipsum vel conseruare, vel commouere, vel penitus in ruinam dare, atque ex imo subuertere. Felix autem pro fundamentis habet explorationes. Alij vertunt penetralia terræ, id est, intima terræ, & quæ sunt in ea abditissima. Oĩa.n. sunt domini, quæ etiam intima
E creauit terræ viscera. Atq; ita pulchre illud cum sequenti consentit, vt canat propheta ea etiã quæ hominibus prorsus necessaria sunt incognita loca, cuiusmodi sunt montium celsitudines, & terræ penetralia, esse in manu & subiectione domini. Quod aũt in secunda parte dicitur, Et altitudines montium ipsius sunt, hoc in psalterio Romano ita legitur, & altitudines montiũ ipse cõspicit. Quo verbo indicatur, Deo esse cognita ẽt illa quæ sunt in altissimis montibus.
F Verum hæc lectio neq; in Hebraico neque in Græco inuenitur. Sic enim hẽt vtraq; lectio, vt nos secundum consuetudinẽ psalterij Gallicani legimus, Altitudines montium ipsius sunt. Versu 6. Venite, adoremus, & procidamus añ Deũ, ploremus corã Domino. In Hebræo nõ est ploremos. Sic enim legitur, Venite, adoremus, & procidamus, vel curuemur, vel flectamus genua ante faciẽ domini factoris vel fictoris nostri. ¶Versu 8. Hodie si vocem eius audieritis. Hoc
G principium versus quidam Hebræi iungunt cum præcedentibus, cum verbis illis, venite, adoremus, & procidamus ante Deum factorẽ nostrum, si modo hodie vocem eius audire volueritis: ac deinde legunt separatim, Nolite obdurare corda vestra, &c. Verum ita non distinguit in sua versione Hieronymus, neq; vt distinctio illa approbãda. Maxime cũ beatus Paulus in epistola ad Hebræos hunc locũ frequenter replicans, manifeste nostram connexionem approbet, &
H eam solã ponat, semper ita iungens, Hodie si vocẽ eius audieritis, nolite obdurare corda vestra. ¶Versu 9. Sicut in irritatione secundum diem tentationis. Pro irritatione & tẽtatione, in Hebraico est meriba & massa, quæ aliqui putant esse nomina propria locorũ in quibus filij Israel tentauerunt dominum. Magis tamen videtur accipienda vt nomina appellatiua significantia contradictionem vel irritationem & tentationem, quomodo vertit, etiam ex Hebræo

Hieronymus, Sicut in contradictione, A sicut in die tentationis,in deserto. ¶Versu 10. Probauerunt & viderunt opera mea. in Hebræo est, Probauerunt me, & viderunt opus meum.

## IN PSALMVM XCV.

VErsu 8. Adorate dominũ in atrio sancto eius. Hieronymus, Adorate dñm in decore sanctuarij. Quod exponi potest ſm interpretationẽ lectionis vulgatæ, Adorate dominum in decore ecclesiæ habitantem, vel adorate dominum in decoro & magnifico sanctuario: Intelligi etiam potest, Adorate dominum in fide, spe, & charitate, virtutumq; ornatu. Hic est enim decor sanctuarij interioris domini Dei nostri, id est, ornatus humani spiritus, quẽ inhabitat Deus vt templum. ¶Versu 16. Etenim correxit orbem terræ, qui non cõmouebitur. Hieronymus, Siquidem appendit orbem immobilem, id est, firmauit, atq; præparauit orbem qui non cõmouebitur, quod secundum sententiã cum lectione vulgata coincidit: quemadmodum & illud quod vertit Felix, Etiam firmatus est orbis terræ, non elabitur. In sequenti autem versu loco cõmoueatur, Hieronymus vertit, tonet mare, Felix, tumultuetur, aut intonet mare. Alij, resonet vel perstrepat mare. Omnia nostræ expositioni cõsentiũt.

## DE TIT. PRECEDENTIS PSALMI.

HVic psalmo in Hebræo nullus pręponitur titulus. In lectione tamẽ vulgata, atq; ẽt in Græca sic legimus, Cãticum Dauid, quando domus ædificabatur post captiuitatem. Qui titulus, si secundum mysticam intelligentiam exponatur, manifestè consonat ijs quæ in hoc psalmo decantantur de ecclesię sanctæ per Christum ædificatione, & mundi correctione siue restauratione per Christi aduentum & prædicationẽ gloriæ eius, Dum enim mundus post longam captiuitatem tandem est libertati restitutus, & à captiuitate absolutus, à iugo mortis & seruitute diaboli, quasi post captiuitatẽ dom' Dei ędificata fuit.

## IN PSALMVM XCVI.

VErsu 5. Montes sicut cera fluxerunt a facie domini, à facie dñi omnis terra. Ex Hebręo sic vertit Hiero-
B nymus, Montes sicut cera tabefacti sunt à facie domini, à facie dominatoris omnis terræ: similiter & Felix, A facie domini vniuersæ terræ. Atque ita etiam legitur in Græcis codicib. ἀπὸ προσώπου κυρίου πάσης τῆς γῆς vbi articulus manifeste indicat casum genitiuũ: hoc est, A facie domini omnis vel totius ipsius terræ. Vnde potest oriri suspicio factam esse immutationem vnius literæ a in æ, in
C vulgatis Latinis codicibus, vt pro terrę, scriptũ sit terra. Habet tñ nominatiuus ẽt commodũ & facilẽ sensum, vt ex Elucidatione patet. ¶Versu 7. Et qui gloriãtur in simulachris suis. In Hebræo idẽ est vocabulũ, quod versu 5. psalmi præcedẽtis, vbi nostra habet lectio, Omnes dij gentium dæmonia. Idem (inquam) vocabulum Hebraicum est elilũ, quod aliqui vertunt sculptilia, sed significare videtur vanitates, vel nihil. Vnde Felix vertit, Qui gloriantur in idolis, vel in vanitatibus, vel in nihilo. Per contemptum enim, idola vanitates & nihil ap-
D pellat. ¶Versu 8. Adorate eũ oẽs angeli eius. In Hebræo est, Adorate eũ oẽs dij: hoc est, quicquid magnificum est, quicquid gloriosum, agnoscat superiorẽ dominum, eumq; adoret, vt dictum est.

## DE TIT. PRECEDENTIS PSALMI.

IN Hebręo nullus est titulus, sed in Græcis & Latinis codicibus sic legitur, Psalmus ipsi Dauid, vel huic Dauid, quan-

quando terra eius restituta est vel restaurata. Qui titulus secundum mysticã intelligentiam non male conuenit materiæ psalmi præcedentis, qui est de restitutione totius terræ, facta Christo domino post resurrectionem. Quasi enim perdiderat terram, & ei velut perierat, dum sub manum inimici & sub tyranni dem diaboli fuit tradita propter primi hominis peccatũ. Quasi verò restituta fuit Christo & instaurata, qñ morte deuicta fuit redempta, & per euãgelij præ
Co.15 dicationem ad Christum primum & verum dominum fuit conuersa. Perfectissime aũt terra restaurabitur & restitue
Psal.8. tur ipsi Christo in nouissimo iudicio, qñ oĩa perfecte subijcientur sub pedibus eius. Nunc enim (vt ait Apostolus) necdum videmus omnia subiecta sub pedibus eius, tũc aũt fiet ei oĩa subiecta.

## IN PSALMVM XCVII.

Versu 2. Saluauit sibi dextera eius. Quomodo in annotationibus principalibus diximus, putant istud vertendũ aliqui per accusatiuum: Saluauit eũ dextera eius: hoc est, ipsum Christũ dñm saluauit sua diuinitas. Alij vertunt, Saluauit sibi dexteram suã, & brachiũ sanctum suum: ad hunc sensum, Deus pater saluum fecit à morte (per resuscitationẽ) filium suum, qui est ipsius de-
Psal.117 xtera & brachium. Frequens enim est, vt in scripturis filius dextera patris aut brachium nominetur: quemadmodũ in cantico virginis matris dicitur, Fecit potentiam in brachio suo, quod aliqui non male intelligunt, In Christo filio. Et quod in psalmo 117. dicitur, Dextera domini fecit virtutẽ, dextera domini exaltauit me. Dextera dominĩ fecit virtutẽ, potest de filio intelligi, per quem pater operatus est mundi salutẽ. Verisimilius tñ videtur quod dicunt alij, ex more Hebraici sermonis casu datiuo esse vertendum, vt habet nostra lectio, & quomõ B. Hieronymus vertit in psalterio quod

E trãstulit ex Hebraica veritate. Neq; hoc solum in loco, verum ẽt in alijs aliquot consimilibus sacrę scripturę locis, velu ti Esaiæ 59. Et saluabit sibi brachium suum, & iustitia eius ipsa confirmauit Esa. 59.
eum. Et iterum, Circunspexi, & nõ erat & 69.
auxiliator: quæsiui, & non fuit qui adiuuaret. Et saluabit mihi brachium meũ, & indignatio mea auxiliata est mihi. In his (inquam) locis, quomodo non transtulit Hieronymus, Saluabit ipsum brachium suum, vel saluabit me brachium
F meum, sed ipsi & mihi, casu datiuo, ita & nos putamus etiam pręsenti loco dicendum (vt nostra habet lectio) Saluauit sibi dextera eius. Potest autem hæc locutio accipi, vt sit proprietas Hebræi idiomatis, vel ad eum modum quo s. exposuimus in elucidatione & annotationibus principalibus, vel vt significetur exceptio, vt sit sensus, Saluauit sola dextera eius, salutem fecit sola eius dextera: quemadmodum in illis alijs locis apud Esaiam, saluabit mihi brachiũ meũ, sen-
G sus accipi põt, Solum brachium meum faciet salutem: & in altero loco, Solum brachium meum fecit salutem.

## IN PSALMVM XCVIII.

Versu 3. Honor regis iudicium diligit. Hieronymus pro honore, vertit, imperium. Imperium (inquit) regis iudicium diligit. Alij vertunt, fortitudinẽ. Facile aũt ista possunt exponi sm ea quæ diximus in Elucidatione & an-
H notationibus principalibus. ¶Versu 5. Adorate scabellum pedum eius, quoniã sanctum est. Ex Hebræo verti potest indifferẽter, vel per genus neutrum, Quoniam sanctum est, videlicet scabellum, quomodo habet lectio Latina: vel, Quoniam sanctus est, genere masculino, vt sit sensus, Adorate scabellum pedum domini, eo quòd ipse dominus sit sanctus. Atq; ita vertit Hieronymus. Felix verò sequitur genus neutrum. Pro eo autem quod in Hebræo, & in nostra lectione habetur,

habetur, Adorate scabellum pedũ eius: habet paraph. Chal. Adorate domum sanctuarij eius, quod illi fauet expositio ni quæ per scabellum pedum intelligit arcam domini, vt diximus in annotationibus prioribus.

## IN PSALMVM XCIX.

Versu 3. Ipse fecit nos, & non ipsi nos. Hieronymus ita vertit, Ipse fecit nos, & ipsius sumus. Populus eius, & grex pascuę eius. Alij ex Hebræo vertunt, Ipse fecit nos, & non nos, intelligendo ipsi, iuxta sententiam nostræ lectionis. Felix, &, in textu ponit, Et non nos: ad marginem verò, Et ipsius nos, admonens, ꝙ dictio ipsius scribitur, dictio autem non legitur. Id enim subinde in Hebraica lectione vsuuenit vt aliud scribatur, & aliud legatur. Quod autem huic Psalmo præmittitur pro titulo, Psalmus in confessione, nullam habet difficultatem. Manifestum enim est, ob hoc in confessione præmitti, quo non aliud quàm ad confessioné adhortatur.

## IN PSALMVM C.

Versu 2. Psallam & intelligam in via immaculata. Hierony. Psallã & erudiar in via perfecta, quod pro nostra facit interpretatione in Elucidatione posita. ¶Versu 4. Non proponebã ante oculos meos rem iniustã. In Hebræo est verbum belial, pro re iniusta, eademque sententia est. In ijs aũt quæ sequuntur, Facientes præuaricationes audiui, non adhæsit mihi cor prauum, declinãtem à me malignum non cognoscebã. aliam distinctionem habet lectio hebraica. Sic enim vero Hierony. Facienté declinationes odiui, nec adhæsit mihi. Cor prauum recedet à me, malum nesciam. ¶Versu 6. Hunc persequebar. In Hebræo est, Hunc interficiam, vel hunc ad internitionem perducam. hoc est, grauiter illum redarguam, confun-

A dam & puniam, nec ferre potero. Versu 7. Superbo oculo & insatiabili corde, cum hoc non edebam. Hoc insatiabile intelligi potest de corde auaro, vel ambitioso. Vtrunque enim est insatiabile: illud quidem diuitijs: hoc autem honoribus. Et ad vtrunq; est lectio hebræa indifferens, quę habet, latum vel vastum vel amplum corde. Sunt autem lato corde vel amplo corde tam auari quàm ambitiosi. Hieronymus tamé vertit, elatum corde, ad ambitionem refe-

B rens. Pro eo autem quod sequitur, Cum hoc non edebam: In Hebræo est, Cum hoc esse non potero, vt vertit Hieronymus: vel hunc non patiar, vt habet Felix. In Hebræo enim est oratio defectiua, non potero: vbi supplẽdum videtur ferre aut sustinere, aut esse cum eo, aut simile aliquid. ¶Versu 9. Non habitabit in medio domus meæ, qui facit superbiam, Pro superbia, in hebrǫ est dolus vel fraus. Pro eo autem quod sequitur in parte secunda, non dixerit: Hierony-

C mus habet, non placebit: Felix, non dirigetur, non stabilietur. Alij, nõ prosperabitur, non habebit prosperum successum. Omnia fere in idem recidunt, & sententiam in Elucidatione positam declarant. ¶Versu vltimo, In matutino interficiam omnes peccatores terrę. Si in persona Christi hic Psalmus exponeretur, posset ista peccatorum interfectio intelligi damnatio impiorum: & tempus hoc matutinum, dies iudicij, quando illucescet dominus, & illuminabit 1.Cor.4

D abscondita tenebrarum, vt fiant manifesta consilia cordium. Tunc enim colliget & separabit Christus dominus de regno suo omnia scandala, & omnes qui ea operati sunt, proijciet in Matt.13 ignem damnationis æternæ. Cui expositioni satis fauet quod habet Chaldai. parap. Mundo venturo qui assimilatur luci matutinæ, perdam omnes peccatores terræ, vt disperdam de Hierusalem ciuitate Dei omnes operarios iniquitatis.

## IN PSALMVM CI.

Versu 4. Ossa mea sicut cremium aruerunt. Felix, Ossa mea sicut torris vel titio, vel focus adusta sunt: q̄d eandem habet cum nostra lectione sententiam. Vicinius tamen Hieronymus vertit. Ossa mea quasi confixa cōtabuerunt. ¶Versu 8. Vigilaui & factus sum, sicut passer solitarius in tecto. Verbum Hebraicum saKad, significat non simpliciter vigilare, sed vigilare cum obseruatione & expectatione aut cū exercitatione. Vnde verti posset, Expectando vigilaui, aut vigil expectaui, aut vigilādo exercitatus sum, siue vigil perseueraui. Pro passere aūt Hieronymus nomen generis ponit, vertens autē solitariam super tectum, pro passere solitario in tecto. Felix tamen & alij, nomen speciei iuxta nostram lectionem retinent. Versu 13. Et memoriale tuum in generatione & generationē. Felix vertit, memoria tui, quod clarius est. Hieronymus aūt memorabile, quod forte de nomine domini, vel de operibus memorabilibus & æterna commemoratione dignis intelligitur. ¶Versu 24. Respōdebit ei in via virtutis suæ. Secus legitur in Hebræo, Afflixit siue humiliauit in via virtutem aut fortitudinem meam, abbreuiauit dies meos. Quam lectionem varijs exponūt modis. Quidā sic intelligunt, afflixit dominus virtutem & fortitudinem meā, in via vitæ huius, per diuersorum malorum immissionem, breuiauit ærumnarum & miseriarum multitudine dies vitæ meæ. Chaldai. Paraphrasis sic habet, Afflicta est à via laboriosa (ipsa est via captiuitatis) virtus mea; breuiati sunt dies mei. Secundum quam sentētiam, in via pro à via videretur accipiendum. Quidam subtilius interpretantur, per viam intelligentes hunc cursum Ecclesiæ, tēpore medio inter primordia nascentis Ecclesiæ & finem nouissimum. In hac enim via, in hoc tēpore medio, quo versus finem sæculi properatur, Ecclesiæ

E fortitudo affligit per varias hæreses & scisinata multa, Antichristis multis exurgentibus, qui fidei fortitudinem mirū in modum affligunt & imminuunt, donec tempore nouissimæ persequutionis ad summum excrescat malitia. Sed propter electos (iuxta verbum Saluatoris) dies illi afflictionis breuiabuntur. Mar. 24. Marc. 13

Alij verò sic exponunt. Non est passus Deus me progredi in peccatis meis, via mala quam ambulaui, per praua & deuia itinera, sed impediuit me afflictionibus & flagellis suis, & dies meos malos

F abbreuiauit siue abscidit, neq; permisit suum cursum perficere. ¶Versu 27. Ipsi peribunt, tu autem permanes. Perire illud cōiter intelligitur ratione mutationis, quæ fiet in cęlestibus. Posset tamen sic intelligi, Peribunt quantum est ex se, id est, ex se corruptibilis sunt & perirent, nisi tu eos in æternum conseruares. In secunda autem parte, Et omnes sicut vestimentum veterascent. Quidam intelligunt, omnes homines vel omnes

G creaturæ secundum quam sententiam habet Psalterium Romanum, Et omnia sicut vestimentum veterascent. Ex Hebræo autem manifestum est debere intelligi de cælis, de quibus facta fuerat mentio in præcedentibus. Vnde Felix sic reddidit, Et omnes ipsi sicut pannus veterascent vel consumentur. ¶Versu vltimo, Semē eorū in sęculū dirigetur, In Hebræo est, Semen eorū ante faciē tuā perseuerabit, vel in cōspectu tuo confirmabitur, aut dirigetur corā te. Et est ea-

H dem cum nostra lectione sententia. Intelligimus enim hāc directionem seminis, non aliter quām in conspectu Dei.

## IN PSALMVM CII.

Versu 1. Et omnia quæ intra me sunt nomini sancto eius. Romanum Psalteriū habet oīa interiora mea, quomodo legit & Felix. Hierony. autē vertit, omnia viscera mea. Eadem in omnib. sententia est. Significantur enim

quæ-

quæcunq; intra hominem sunt, & mē bra, vires siue corporis siue aīæ. ¶ Versu 4. Qui redimit de interitu vitā tuā. Pro interitu in Hebræo est dictio Sachat, significans vel corruptionem vel foueā. Vnde Hieronymus vertit, de corruptione, Felix, de fouea, vel (vt simul ambo exprimat) de fouea corruptionis. Chal. aūt parap. ponit gehinam, qđ nos gehennā dicimus Omnia in idē redeūt. Significatur redēptio de inferno, perditione, corruptione & morte ęterna. ¶ Versu 5. qui replet in bonis desideriū tuū Pro desiderio, in Hebræo est adi, per ain in principio: quod variā habet significationē & interpretationē. Significat. n. interdū ornamentum, aliqñ maxillā siue os Primam significationē sequutus Hierony ita vertit, Qui replet bonis ornamentum tuum. Per ornamentū aūt intelligi pōt aīa & spiritus, qui in homine est summū ipsius ornamētū cuius nobilitate ornatur homo atq; honoratur sup oīa viuētia. De quo ornamento pōt ēt illud intelligi, qđ in

Psal. 8. octauo Psalmo scribitur, Gloria & honore coronasti eū si de toto humano genere passus ille exponatur, vti suo loco ostēdimus. Et hic est honor, de quo iterū dr, Homo cū in honore esset, non

Psal. 48 intellexit. Hoc aūt ornamentū Deus bonis implet, cū animā ex se egenam, oib. adimplet spiritualibus charismatibus. Alij respicientes alterā significationē, vertunt: Qui replet bonis os tuum, vel maxillas tuas, vel buccas tuas. Quæ loquutio figurata vr, significās abundantē impletionē largæ petitionis, ſm qđ

Psal. 80 in Psalmo alio dr, Dilata os tuū, & implebo illud. Si quidē p oris apertionē vel dilatationē, intelligimus desiderij postulationē: per oris aūt impletionē, significatur desiderij adimpletio. Ac secundum hunc intellectū, nostra vulgata lectio Latina hebraicā explicat. ¶ Versu 9. Non in perpetuum irascetur, neqqe in æternum comminabitur. Hierony. Non in sempiternum iudicabit,

A neque in ęternum irascetur. Felix, Non in æternum contendet, neque in æternum seruabit odium. ¶ Versu. 15. Et nō cognoscet amplius locum suum. In Hebræo aliter legitur: Et non cognoscet eum locus eius, quemadmodum concorditer omnes ex Hebræo vertunt interpretes. Quod si de flore exponatur, sensum hunc habet: Vbi ceciderit flos, non eum cognoscit vltrā locus in quo stetit locus in quo prius nutriebatur & florebat, iam non vltra illi vigorem

B aut alimētum præbet nullumq; tenet floris qui pridē in eo stetit vestigium, sic quasi nunquam florem illum gessa uerit. Si de homine intelligas, fere similiter exponi debet: locus quem prius inhabitare solebat homo dum viueret, post mortem illum vltra non cognoscit nactus alium dominum, alium hæredem, alium inhabitatorem: nullum tenet mortui vestigiū, ac si nunq̄ illū possessorem habuisset aut dominum.

C IN PSALMVM CIIII.

VErsu 3. Extendens cælum sicu pellē. Pro pelle, Felix vertit cortinā. Cęlū aūt Deus extendisse dr, quasi cortinam, intra quam habitet & sedeat occultatus. Hieronymus verò nobiscū pellem vertit, & potest intelligi, sicut tentorium & habitationem suam Tentoria enim ex pellibus solēt fieri. ¶ Versu 7. Abyssus sicut vestimentum amictus eius. Clarius ex Hebræo sicut ver-

D tunt Hieronymus ac Felix, Abysso quasi vestimento operuisti eam, quam sententiam habet aliquanto obscurius nostra lectio, hoc ordine: Abyssus aquæ est amictus terræ, quasi vestimentum hoc est, aqua terram amicit & circundat in modū vestimēti. ¶ Versu 10. Terminum posuisti quem non transgredietur. Nō ad mōtes solū hoc refertur, sed maxime ad aquas, quēadmodū apte monstrat Cald. Paraphrasis quæ sic habet, Terminum posuisti fluctibus

maris,

maris,quę non transgrediuntur.¶Ver- E
su 13.De medio petrarum dabunt vo
ces.In Hebræo est,De medio frondiũ,
ramorum, vel nemorum. ¶Versu 17.
Vt exhilaret faciem in oleo, Hierony-
mus nobiscum vertit, Ad exhilarandã
faciẽ oleo:Felix,Vt illustret faciẽ oleo.
id est,quasi splendere faciat ex vnctio-
ne olei.Potest tñ & aliter verti, conti-
nuando illud cum præcedentibus ad
hunc modum,Vinũ lætificabit cor ho-
minis,vt faciẽ splendescere faciat super
oleum.id est, Non solum ex vino cor F
hominis lætificabitur, verum ẽt facies
ipsa grato perfundetur colore,& nite-
bit ad modum olei.Vel sic, Vt splende-
scere faciat vultum præ oleo, siue præ
pinguedine. Quibus.n.vsus est vini cõ
tinuus & moderatus,pinguiusculi fiũt,
& bene curata cute. Sed prior sñia vr
conuenientior,qua indicatur,Deum ẽt
quæ honestam faciunt voluptatẽ do-
nare hominibus.Nam ꝙ oleo & vnguẽ
tis inungi ad honestam refocillatione
ptineat,vel ex eo patet,ꝙ Saluator vn- G
gi pedes suos in domo Simonis permi
sit vnguento, item super caput suum
effracto alabastro preciosum vnguen-
tũ nardi spicati passus est effundi, imò
factum suscepit & commẽdauit. ¶Ver
su 18.Saturabuntur ligna cãpi.Hebręũ
habet, Ligna dñi. Dicuntur aũt ligna
dñi,illa quæ absq; hominis manu in syl
uis & cãpis nascuntur, quemadmodũ
indicat Parap.Chald.Saturabuntur(in
quiens)arbores quas creauit Deus, ce-
dri Libani quas plantauit. Vel ligna do H
mini dicuntur arbores altissimę, quẽ-
admodum in alio psalmo, cũ dicitur,
Iustitia tua sicut montes Dei, quidam
Psal.35 intelligunt arbores altissimos vt per ex-
cellentiam dicantur esse Dei, quæ sunt
excellentissima, vt in eis specialis relu-
ceat operatio virtutis Dei. Secundum
quod etiam in alio Psalmo de cedris
Dei potest intelligi cum dicitur,Oper-
Psal.79 uit montes vmbra eius,& arbusta eius
cedros Dei. ¶Versu 19. Erodij domus

dux est eorum.In Hebræo secus legi-
tur.Hieronymus enim ita vertit,Miluo
abies domus eius hoc est miluus ĩ abie
te habitationem suam ponit:Felix, Ci-
coniæ abietes domus eius, hoc est, Ci-
coniæ habitant in abietibus. Significa-
tur aues istas in excelsis arboribus, cu
iusmodi sunt abietes,ponere nidũ suũ.
In quã ẽt sñiam satis conuenit lectio
Latina, cuius sensus est, Domus vel ni-
dus vel habitatio erodij (quem inter-
pretantur ciconiã, vel ardeam) est dux
passerum ac aliarum multarum auiũ.
id est, præcedit & antecellit nidifican-
do in altis,plusquã multarum aliarum
specierum volucres.In Græco enim lo-
co huius dux est,verbũ ponitur ἡγεῖται
quod sonat acsi dicas, præcedit vel an-
tecellit:vt sit sensus, domus erodij præ
cellit & quasi principẽ ac ducem agit
super passeres & alias aues. vel erodius
suo nido ducem agit, & velut gloria-
tur atq; superbit singularis altitudinis
excellentia. Psalteriũ aũt Romanũ pro
erodio hẽt fulicã.Verũ id minus cõue-
niẽs esse vr,eo ꝙ fulica vr esse auis mari
na,circa littora nidificãs.In sequẽti aũt
parte,cũ dr,Petra refugiũ erinacijs,ver
tunt aliq pro erinacijs lepores,vel cuni
culos. Sũt.n. & ipsa animalcula timida
intra terrã suũ habentia latibulũ.¶Ver
su 20.Effecit lunam in tpa.Felix vertit,
pp tpa,vel per tpa.id est, vt distinguã-
tur tpa, præsertim illa in quibus con-
ueniunt homines ad solennitatem.Nã
festorum tempora maxime secundum
lunam distinguuntur.¶Versu 25. Quã
magnificata sunt opera tua domine.In
Hebræo est rabbu, qđ sonat multa vel
multiplicata.Vnde Hieronymus vertit,
Quàm multa sunt opera tua: & Felix,
quàm multiplicata. Potest tamen recte
illa dictio significans multitudinem,
ad præstantiam referri, vt sit sensus.
Quàm præstantia,quàm eximia,quàm
magna sunt opera tua domine, vt ha-
bet nostra lectio Præstantia namque,ex
virtutis multiplicatione est.

IN

IN PSALMVM CIIII.

VErsu 4. Quærite dominũ & cõfirmamini. In Hebræo est, Quærite dñm,& virtutẽ vel fortitudinẽ eius, hoc est, quærite ab eo cõfortari vel cõfirmari virtute superna. In quã sñiam facile reduci põt lectio nostra vulgata, si ita exponatur. Quęrite dñm,& in eo cõfirmari siue corroborari studete ac postulate. Iuxta quem modum alibi dicitur, Delectare in domino. id est, conare vel delectationẽ habeas in domino, postula vt tibi det in se delectari. ¶Versu 12. Dum essent numero breui, paucissimi & incolæ eius. Clarius hanc sententiam habet versio Hieronymi, Cum essent viri pauci, modici, & incolæ in ea. Et Felix, Dum essent viri illi numeri perquã minimi & aduenæ in ea. ¶Versu 16. Et omnem firmamentum panis cõtriuit. Nos in Elucidatione firmamẽtum panis exposuimus panem firmantem cor hominis, quo confirmatur & sustentatur vita eius. In eandem sñiam accipi potest quod ex Hebręo vertunt, virgam panis, vel baculum aut sustentamentum vel gubernaculum panis. Pane.n.homo velut baculo aut virga sustentatur, eiusq; vita gubernatur & regitur, vt sine eo non possit degere. Sic
Esaię.3 & in Esaia dr̃, panis. Secundum literam verò accipere licebit stipulas frumenti, tritici, & omniũ leguminum, ex quibus quomodocunq; panis confici põt. Panis.n.virga, siue baculus, siue sustentamentũ, est stipula, quatenus frumentũ fert in sui summitate, vñ panis conficitur: verũ prior expositio magis ꝓbanda vr̃. Versu 18. Ferrũ pertransijt aĩam eius. Hieron. In ferrũ venit aĩa eius. Felix in eandẽ sñiam, In ferrum ingressa est aĩa eius. hoc est, vita eius siue corpus eius, aut viuens ipse in ferrum venit cõ pedibus vinctus, vt fieri solet incarceratis. Quod aũt sequitur, Donec veniret verbum eius, in Hebræo nouũ versum incipit cum eo coniunctũ quod sequi-

A tur, hoc modo, Vsq; ad tempus donec veniret sermo eius, eloquium dñi probauit vel examinauit eum. Quod hanc habet sñiam, Donec impleretur sermo prophetię eius, quo ventura prædixerat cõcaptiuis suis pistorum & pincernarũ magistris, probatus interim fuit à dño ĩ afflictione carceris. Quã sñiam pulchrè nostra ẽt vulgata lectio recipit, si tñ qualis dicta est, fiat distinctio. Nam inflammauit, loco probauit vel Psal.11.
B igne examinauit, rectè accipitur, quemadmodum alibi, Eloquia domini argẽtum igne examinatũ. Et iterũ, Igne me examinasti, & nõ est inuenta in me iniquitas. Versu 21. Vt erudiret principes Psal.16.
eius sicut semetipsum. Hieronymus, Vt erudiret principes eius secundum volũtatẽ suam. De quo in annotationibus principalibus diximus. Alij aũt sic vertũt, Vt vinciret principes eius secundũ voluntatẽ suam. Quod aliqui exponũt de potestate plena, q̃ habuit Ioseph ẽt
C principes Pharaonis vinciendi, quomodo prius ipse vinctus fuerat à suo dño. Potest tamen illud vinciri intelligi de vincendo ciuiliter, legaliterq; ligando. Legibus.n.& statutis æquis vinciuntur homines, ac velut ligantur salubriter. Habuit aũt Ioseph authoritatẽ & potestatẽ leges condendi super vniuersam Aegyptum, & præcipiendi omnibus ẽt primis Pharaonis principibus pro suo placito. Sic enim illi regni gubernacula committens dixerat Pharao, Absq; Gene.41
D tuo imperio non mouebit quisq̃ manum aut pedem, in omni terra Aegypti. Quòd si hoc modo intelligamus vincire principes ẽm suam voluntatẽ, idẽ erit ꝙ erudire scd̃m suam voluntatẽ. Erudit.n.legislator, quos æquis legibus vincit. Chaldai. Paraphrasis ferè ad sensum nostræ lectionis habet, Vt erudiret principes eius sicut animã suã, & senes eius prudẽtiam doceret. ¶Versu 35. Primitias oĩs laboris eorũ. Hieronymus vertit, Primitias omnis partus eorũ. Propter quod nos, in Elucidatione

ver-

versum istum de labore partus sumus interpretati. idem intelligentes ꝑ primitias laboris siue partus in hac parte secunda quod in parte priori per primogenita. Alii uertunt primitias oium uirtutum, vel omnium fortitudinum vel laborum, id est, primitias de omni uirtute eorum intelligentes de uirtute generandi. Huius autem uirtutis primitias constat esse primogenita.

## IN PSALMVM CV.

VEr.4. & 5. Memento nostri dñe, in beneplacito populi tui, &c. In Hebræo est secundum numerũ singularem, Memento mei domine,& in sequẽti uersu, visita me in salutari tuo. Illud aũt in beneplacito populi tui, Hyeronimus uertit propitiatione populi tui. Felix, in bona uoluntate erga populum tuum, Et illud, ad uidendũ i bonitate electorũ, tuorũ Hieronymus clarius habet, Vt uideam bona electorum tuorum. Et qđ in fine habetur uersus, Et lauderis tu cum hæredi tate tua, in Hebræo habetur per primã personã, Et exultem cum hæreditate tua uertit Hieronymus, & Felix, Vt laudẽ cũ hẽditate tua, vel ut laudet. ¶ Ver. 8. Et irritauerunt ascendentes in mari, mari rubro Hieronymus, Et ad iracundiam prouocauerunt super mare rubrum, id est, iuxta mare rubrũ irritauerunt dñm. Qđ autem nos habemus ascendentes, situ loci respicit: qm̃ egredientibus Aegyptum, uersus terrã Chanaan, aut uersus desertũ incũbit ascendere ob situm loci, quia in humiliori loco sita est Ægyptus. ¶ Ver. 16. Et misit saturitatem in animas eorum. Hieronymus pro saturitate, in hoc loco uertit tenuitatem: Felix, maciem. Atq; ita vr, quantum ad uocem, contrarietas: dum nr̃a lectio saturitatem legit, Hebraica maciem uel tenuitatem. Quis enim non iudicat, tenuitatẽ & saturitatem esse cõtraria? Sciẽdum tamẽ, ꝙ nul-

E la est ſm ueritatẽ contrarietas, tametsi diuersa habeatur sententia. Nam macies ista vr pro corruptione, pelle & cõsumptione hoc in loco accipienda, ad significandum qđ non illis in bonum cessit adimpletio concupiscentię eorum, ꝙ nõ inde multum fuerint impinguati, qm̃ q̃dẽ post paululum crudeli Dei ultione, bona murmuratorum illorũ pars perdita est, & extrema macie consumpta. ¶ Ver. 23. Et dixit vt disperderet eos, si non Moyses electus eius ste-
F tisset in confractione in conspectu eius. Hieronymus, Dixit ergo ut contereret eos, nisi Moyses electus eius stetisset medius cõtra faciem illius. Felix autem nostram lectionem non mutat, legens ut nos habemus, In confractione in conspectu eius. Clarior tñ est lectio Hieronymi, exprimẽs quidnã ꝑ illam confractionem intelligatur. Chald. autem translatio etiam modum exponit, quo in confractione stetit Moyses, Nisi (inquit) Moyses e-
G lectus eius surrexisset, & institisset orate in conspectu eius. Pro confractione aũt uerti põt ex Hebræo, diuulsio uel diuisio. Atq; ita intelligitur ista diuisio uel diuulsio ex similitudine hominũ duorum contra seinuicem concitatorum, quorum alter alterum penitus conficeret, nisi per sequestrem aliquẽ & mediatorem, ab inuicem diuellerentur. Ita sanè ardens, erat dominus con-
H tra populũ iracũdia, ut nisi ꝑ sequestrẽ & mediũ intercessorẽ Moysen fuisset facta diuulsio, si permissa fuisset indignatio Dei adueniret in suo furore contra populum, prorsus eos assumpsisset. Cõfractio aũt intelligitur ipsius furoris sedatio. Dr̃.n. ira frangi cum sedat: quẽadmodum apud Sapientem, responsio mollis dr̃ frangere irã.i. sedare. ¶ Ver. 3 Pro.15.
Et stetit Phinees, & placauit, & cessauit quassatio. Hiero. Stetit aũt Phinees, & diiudicauit, & retenta percussio. Quid autem sibi uelit illud diiudicauit, indicat Felix, qui eius loco uertit, exequutus

tus est iustitiam, interficiẽdo vcȝ.prin A cipem illum Israelitem, coeuntem cũ scorto Madianitide. Quod ãt sequitur, Et cessauit quassatio, ita vertit, Et cessauit, vel prohibita est pestis. Idem. n. est, ꝙ cõis lectio vocat quassationem. Hiero. ꝑsecutionem, & Felix pestẽ ap pellat grauis. s. illã internitio, q̃ ex prę cepto irati dñi cœperat exerceri, cæsis de populo viginti quatuor milib.

Nume. 25. ¶ Versu 32. Et vexatus est Moyses ꝑꝑ eos, quia exacerbauerũt spiritũ eius. Istud nos in Elucidatione simpliciter B de afflictione exponimus, qua vexatus

Ibidem. fuit Moyses, qñ iterum iam murmurãtes audiuit ꝑꝑ aquæ penuriam, post toties iam conspecta & suscepta Dei beneficia. pôt tñ exponi de vexatione, afflictione siue punitione illa, qua a dño fuit Moyses punitus, simul cum Aaron fratre suo, vcȝ. vt nõ introducerent populum in terram promissionis. Sic. n. legimus illo in loco dicentem

Nume. 20. dñm ad Moysem & Aaron, Quia non credidistis mihi, vt sanctificaretis me C corã filiis Israel, nõ introducetis hos populos in terrã q̃ dabo eis. Vides vexationẽ, vides afflictionem & pœnam, qua afflictus est Moyses, ꝑꝑ murmurationem populi. Ita sanè ꝑꝑ murmurationem populi, qm̃ in hoc discrimen, ĩ hanc vltionem illum adduxit, indigna nimiũ populi obstinati murmuratio. Itq; hoc ẽ ꝙ sequit̃, Quia exacerbauerunt spiritũ eius. Admodũ verò aptè hæc snĩa quadrat illi ꝙ vertit Felix, Et malum fuit ipsi Moysi, vel, malũ in- D tulit Moysi, ꝑꝑ illos. hoc est, ipse etiã Moyses ex illorum iniqua murmuratione in discrimen venit & vltionem dñi. Illud quoq; ꝙ in versu sequenti ponitur, Et distinxit in labijs suis, non ad snĩam dñi retulimus, ꝑꝑ istam & alias murmurationes desinentes, se nõ deleturum oẽs inimicos ꝑuaricatorũ, vt relinqueret in quib. eum probaret & exerceret. Pôt tñ ad istam iam supra positam dñi contra Moysen snĩam referri conformiter ad sensum prioris versus iã antè expositum. Atq; ita sensus erit, Et distinxit dñs in labijs suis. i. definiuit, & snĩam apertam protulit ꝑ labia sua contra Moysen, ad aquas contradictionis, dè non intranda promissionis terra. Sunt qui partem istã sic ex Hebræo vertunt vt in ea significetur peccatum Moysi, ꝑꝑ ꝙ ipsi malum fuit, & ꝑꝑ ꝙ a Deo ꝑdicta snĩa punitus est. Sic at vertunt, Et in consideratè loquutus est labiis suis, vel perpe tram loquutus est ore suo, vcȝ. significare volẽtes causam punitionis Moysi & Aaron, q̃ fuit, eo ꝙ coram populo verbis dubitationem quandam indicãtib. vsi fuissent ad petram & tali verborum forma, q̃ potius ad dubitationẽ populus adducere, q̃ ad spem confortare potuisset. Sic. n. tenens virgam manu Moyses, populo congregato ad petram dixit, Audite rebelles, & incredu li: Num de petra hac vobis aquam po terimus eijcere? In quib. verbis, nõnul lam inuenini dubitationem, & forsitã ex nonnulla dubitatione ea fuisse pro fecta satis indicat euentus subsequẽs. Siquidẽ bis percussa silice, aquæ emanauerunt, vt ꝙ primò ictu non effluxerint, dubitationi videatur ascribendum, vel illi qua Moyses nimium cõmotus, vtcunq; vacillauit, vel certè illi quæ in verbis eiusmodi indicabatur etiamsi non fuisset in animo. Nume. 20.

IN PSALMVM CVI.

VErsu 3. Ab aquilone & mari. Mare pro meridie positum est, eo ꝙ mare situm sit ad meridiem. Vnde Felix vertit, Ab aqlone & meridie. Chal. Parap. habet, De mari, regione austri. idest. de mari ad meridiem sito. De Psal. 88. quo & alibi diximus, in versum illum Aquilonem & mare tu creasti. i. aquilonem & meridiem. ¶ Versu 17. Suscepit eos de via iniquitatis eorũ: ꝑꝑ iniustitias. n. suas humiliati sunt. In Hæbreo sic legitur, Stulti vel insipientes ꝑꝑ uiam sceleris eorum, & a delictis

ſus afflicti fuerunt. ¶ Verſu 23. Qui deſcendunt mare in nauib. Aliqui putant præpoſitionem in rectius iungendam cum nomine mare, hoc modo, Quo deſcendunt in mare nauib. Attamen & Græca & Hebræa lectiones iūgunt ꝑpoſitionem cum poſteriori, vt ſit ſenſus Qui deſcendendo ingrediūtur mare, in nauib. Intelligitur āt iſtud ab aliquib. ēt ſm literalem hiſtoriam, de primis Chriſti Apoſtolis, qui nautæ fuerunt & piſcatores, ſuam operationē, nempe piſcationis, exercentes in aquis. Hi. n. piſcatores & nautæ mirabilia experti ſunt, in commiſſo ſibi huius maris, præſentis ſæculi, regimine, &c. ¶ Verſu 32. Et exaltent eum in eccleſia plebis, & in cathedra ſeniorū laudēt eum. Chald. paraph. Et exaltēt eum in congregatione populi filiorū Iſrael, in ordine ſapientium laudent eum. Significatur (quemadmodum in nſa lectione) laudandus Deus tam a vulgo quàm à primatib. & moderatoribus populi. ¶ Verſu 40. Effuſa eſt contentio ſuper principes. In Hebræo eſt deſpectio vel contemptus, pro contētione: & ſonat idem dictio Græca ἐξουδένωσις, q̄ in hoc loco ponitur. Vnde ſi fides ſuffragaretur Latinorum exemplariorum, ſuſpicari quis poſſet, ſcriptum fuiſſe contemptionem, ac mutatum eſſe in contentionem. Snīa tñ facile concordatur, ſi ita exponamus, vt in Elucidatione dictum eſt, de ſtudio contentionis hæreticorum. Super principes. n. qñ effunditur deſpectio & contemptus, & incipiunt quæ veritatis ſunt contemnere, & deſpicere q̄ a ſanctis Apoſtolis Apoſtolicisq; viris & eccleſiæ determinatione, ab orthodoxis patrib. ſancita fuere, dum hæc contemnere, ac pro nihilo pendere incipiunt, inde. ſ. exoritur ambitioſa & impia contentio, contra veritatis regulam & Eccleſiaſticæ vnitatis dogmata, tum & ipſi ſequuntur deuia, relicta via regia; & in eadem alios quoq; conantur ꝑtrahere. B. Hieron. vertit per accuſatiuum, Effundet deſpectionem ſuper Principes, q̄ intelligendū eſt effundi permittet, qūo apud Paulū, Tradidit illos Deus in paſſiones ignominiæ. i. venire permiſit. Rom. 1.

Pſal. 21. [margin note beside "ab aliquib. ēt ſm literalem hiſtoriam"]

## IN PSALMVM CVII.

VErſu 1. Deus laudem meam ne tacueris. Hieron. Deus laudabilis mihi, ne taceas: hoc eſt, Tu Deus, qui es mihi laudabilis, quem ego laudo & magnifico, ne ſileas, ne diſſimules malitiam inimicorum meorum, ſed oppone te illi. In eandem ſnīam vertit Felix, Deus laudis meæ ne taceas. Alij, Deus gloriationis meæ, vel de quo glorior, ne taceas. ¶ Verſu 3. Ego autem orabam. In Hebræo eſt, Ego autem orationem, ſupple fundebam. Alij vertūt, Ego āt oratio. i. vir orationis eram vel erā orans. ¶ Verſu 7. Et epātum eius accipiat alter. B. Hiero. nobiſcum vertit epātū. Felix dñm, ꝑpoſituram vel epatum. Quidam munus vel officium. Quę oīa, ferè in idem recidunt. Inter Hebræos āt quidam interpretantur opes quidam vxorem; quidam animā. Chaldaica translatio ſic habet, Numerū annorum eius hæreditet vel hæreditate acquirat alius. Verum hæc non conſonat illi ſnīæ quam B. Petrus in Apoſtolicis actibus de Iuda proponit. De epātu. n. & præpoſitura Apoſtolatus illic loquitur, non de vxore, de diuitijs, numero annorum, aut huiuſmodi. ¶ Verſu 23. Et caro mea immutata eſt, ꝑp oleum. Iſtud ex Hebræo quidā ſic vertunt. Et caro mea macilenta facta eſt abſque pinguedine, uel caro mea macuit à pinguedine. i. abſque pinguedine, vel exaruit quòd oēm pinguedinē perdidit, ut ſola pellis oſſa circumueſtiat. ¶ Verſu 28. Operiantur ſicut diploide confuſione ſua. Hieron. pro diploide ponit veſtimentum, Felix, pallium. ¶ Verſu vltimo, Vt ſaluam faceret Actu. 1.

tet a persequentib. animam meam. In A Hebræo est, à iudicib. vt vertit Hiero. vel à iudicantib. vt vertit Felix. hoc est à potentib. & potestate pollentib. qui me persequuntur, & iniusto moliunt iudicio condemnare, quomodo Christum Scribæ Pharisæi iniquissimi iudices nequiter conabantur perdere.

## IN PSALMVM CIX.

VErsu 4. Tecum principiū in die virtutis tuæ, in splendorib. sanctorum. Longe aliter hoc legitur in Hebręo, Hierony. ita vertit. Populi tui B ducens spontanei erunt, in die fortitudinis tuæ in montib. sanctis. Quod hæc pōt accipere intelligentiā Sancti Apostoli & Ecclesiarum ṗpositi, quos tu

Psal.44. (iuxta alterius psalmi snīam) constitues principes super oēm terram, & sicut deos fortes terræ vehementer

Psal.40. eleuabis, erunt spontanei, vltronei & bene voluntarij ac prompti, in die fortitudinis tuæ. i. in tpe hoc quo nunc viuis & regnas in fortitudine tua: erūt (inquam) spōtanei & bene voluntarii C ac prompti, ad peragēda tua negotia, ad implendum diligentissimè quæcūque tu per illos fieri iusseris. Vbi? In montib. sanctis, in sanctis Ecclesijs, quas illis tu committes tradesque instruendas, & gubernandas. Felix vertit aliter, Populus tuus cum oblationib. in die virtutis tuæ, in decorib. sanctitatis. hoc est, In tpe regni tui, ad te honorandum: idq; facient in decoribus sanctitatis, qm̄ studebunt corpora sua offerre hostiam viuentem, sanctā, Deo D placentem, & animas suas studebunt ī sanctitate atque iustitia offerre dn̄o.

Rom.12. Pōt ēt sic verti, Populus tuus ipsi erūt tibi oblationes spontaneæ, vel liberales & munificæ. ¶ Versu eodem, Ex utero ante luciferum genui te. Et hanc partem longe aliter nos legimus, iuxta interpretationem septuaginta, ex Græco, q̄ habeatur in Hebræo: Hiero. sic habet, Quasi de vulua orietur tibi ros adolescentiæ tuæ. Atque in eandē snīam vertit Felix, tantum pro futuro præteritum ponens, Ex vtero ortus ē tibi ros generationis tuæ. Pro eodem n. vṡr accipi, ros adolescentiæ, & ros generationis. Est āt hic sensus, Ros generationis tuæ fœcunditas ex qua tu natus es s̄m humanā naturam & homo factus, & tota ipsa efficacia virtutis, vnde corpus formatum est q̄ assū psisti in humanatione tua: oīs (inquā) ros ille, non ex uiri lumbis processit, sed ex vtero tibi ortus est, in virgineo vtero tota illa virtus, vniuersa illa fœcunditas inuenta est, ex spiritu sancto qui illum sic irrorauit, coe'estique ac miraculoso rore rigauit, vt in ipso generareris absq. virili commercio. Vel per rorem intellige ipsam totam materiam compositionis corporis humani, vnde componitur corpus. In generatione. n. cæterorum hominum semē paternum cum menstruo matris commixtum, facit compositionē corporis. In Christi āt conceptione, spermatis virilis nequaquam adfuit commixtio: sed de purissimis virginis Mariæ sanguinib. virtute spiritus sancti, formatum fuit illud benedictū corpus filij Dei, quod uniretur verbo in vnitatem suppositi. Nicolaus à Lyra ita ex Hebræo legit, de matrice auroræ, vel de vtero auroræ, tibi ros adolescētiæ tuæ appellans aurorā beatā virginem & corpus Christi cœlitus formatum appellans rorem, vt significetur Christus s̄m humanam natiuitatē de virgineo vtero natus, è quo qn̄ impletum ēt ṗs Mariæ vt pareret, egressus est tanquā sponsus de thalamo suo, sicut Sol post auroram statim apparet & mundo se manifestat. Sunt & alii aliorum interṗtationes, quas sciens ṗtereo, ob prolixitatem atq; confusionem deuitandā. ¶ Versu 7. Implebit ruinas. Hiero. vertit pro ruinis valles, cui vel sioni etiam assentitur Felix. Impletio āt uallīū ṗt intelligi s̄m Esaiæ vaticinium Omnis valis implebitur & exaltabitur. Nam

Lucæ. 1.

Psal.8.

Esai 40.

& quod mox sequitur in psalmo, Conquassabit capita in terra multorum, satis apte illi respondet quod sequitur in illo Esaiæ vaticinio, Et oĩs mons & collis humiliabitur. Nam illi, quorum hic dñr capita conquassanda superbi, mõtes erant sæculi. Alij, pro ruinis vertunt cadauera, adhunc modum, Congregauit cadauera, vel impleuit cadaueribus. In quo designatur grauissima cædes & vltio præualida, quã exercebit Deus aduersum inimicos suos: quasi dicatur, impleuit oĩa cadauerib. ¶ Ver

F

su eodem. Conquassabit capita in terra multorum. Hieron. Percutiet caput in terra ampla, Felix, Percutiet caput super terram multam: hoc est, principem, supple qui erat super terrã multam, Quod intelligi põt de diabolo, qui erat princeps huius mundi, qui ẽ terra multa & ampla.

## IN PSALMVM CX.

G

VErsu 1. In concilio iustorum & congregatione. Hiero. nobiscũ vertit, in concilio iustorum. Felix aũt vertit, in secreto tectorum: quod licet magis videatur prima facie fauere cõsilio p s. quod nos in Elucidatione nõ sequimur, & annotationib. priorib. minus probauimus, tñ põt et congruè cõcilio applicari, eo quod soleant concilia in secreto congregari & celebrari. ¶ Versu 2. Exquisita in oẽs voluntates eius. Hieron. Magna opera dñi, exquirenda in cunctis voluntatib. suis. hoc est, diligenter consideranda & contẽplanda in oĩb. q̃ ipse voluerit. Vidẽt. n. pii opera Dei magna in oĩb. q̃ ille operari voluerit. Felix aliter vertit, Magna opera dñi, exquisita ab oĩb. cupientib. ea: i. q̃ exquiruntur siue diligenter cõsiderantur ab oĩb. piis, quib. beneplacitum fuerit vel qui delectantur in operib. dñi sui. Alij sic vertunt, Exquirenda ab oĩb. voluntatib. vel desiderijs eorum, vt significetur, opera dñi magna debere toto corde exquiri, & considerari cum summo desiderio a iustis: Nam eorum, in hac versione referre videtur iustos siue rectos, quorum in præcedenti uersu fit mentio. Et hæc eadem sñia accipi posset ex versione supradicta Hieron. si tantum suis acciperetur pro eorũ. Alij rursum sic vertunt, Et eximia sunt opera dñi: peruestigata ad cuncta beneplacita illorum supple sunt vel sufficiunt: hoc est, In quibus, qui ea diligenter peruestigauerint & considerauerint, inueniunt q̃cunque cupiunt. ¶ Versu 4. Escam dedit timentib. se. Dictio Hebraica quæ hic pro esca ponitur tereph, in sacris literis subinde significat prædam vel rapinam. Vnde quidam Hebræorum uertunt, Rapinam vel prædam dedit timentibus se, exponentes de præda quam iussione domini abstulerunt à filiis Israel, quando acceperunt ab eis accommodato vasa aurea atque argentea, & omnem supellectilem, de quo in Exodo plenius scribitur, quib. omnibus Aegyptios spoliauerunt, cum exirent de terra: Verum hæc expositio nimium Iudaica est, non ad aliud (vt arbitror) conficta, nisi in odiũ sanctissimæ eucharistiæ: videlicet ne hic passus (quomodo à fidelib. solet) exponatur de illa uiuifica esca dominici sacramenti, quomodo iam ante in annotationib. ex Hebræo psalmũ. 71. in versum 16. ostendimus, recentiores Iudæos multa uana comminisci, & quantum ualent tergiuersari, contra tamẽ seniorum authoritatem, ne locum illum iuxta Hebraicam ueritatem pro sacra eucharistia admodum facientem, de eadem cogantur interpretari. Licet autem uerum sit dictionem illam Hebraicam tereph, significare prædam, non ita tamen hoc loco uidetur uertenda. Nam significat & cibum uel escam, quomodo uertit Hiero. & Felix in contextu. Verum tñ

etiamsi

etiamsi pdá quis legat, poterit & hoc A
cōuenienter de esca corporis Christi
intelligi. Quis n. ignorat innocentem il
lum agnū pdam esse factum leonum
crudelium, qui ipsum diu fuerant pse
quuti, qui in p illum (vt in alio psalmo
scribit) aperuerant os suum sicut leo
rapiens, & rugiens? De quorū ore suā
animam ibidem orat liberari, postea-
Psal. 21. quam in pdam venisset caro. Salua me
(inquit) ex ore leonis, &c. Et bene quidam
pdam factum semetipsum dedit,
quia in passionis articulo, quū tamiaā
esset cōprehendendus in cœna nouissima
seipsum nobis manducandum p
buit, ut si cui penitˀ libeat pdā accipe
re, hanc pdam agni magis quàm illam
diuitiarū Aegypti intelligat. ¶ Versu
vlt. Intellectus bonus oīb. facientibus
eum, Hiero. Doctrina b ona oīb. qui fa
ciunt eam: hoc est, utilis est doctrina
sapientiæ ijs qui uiuunt s̄m eam. Felix
relatiuū ponit in genere neutro, hoc
mō, Intellectus bonus oīb. facientibus
ea, supplés, pcepta vel mādata, de qui- C
bus mentio facta est in priorib. Ex le-
ctione āt Græcā manifestū est debere
legi, Intellectus bonus oīb. facientib.
eum. Nam sicut intellectus apud Græ
cos p fœmininū genus dr̄, ita & relati
uū ponit̄ eiusdem generis. Ita. n. hn̄t
Græca, σύνεσις δὲ ἀγαθὴ πᾶσι τοῖς ποιοῦ-
σιν αὐτήν. In eo aūt q̄ sequit̄, Laudatio
eius manet in sæculum sæculi, quidā
relatiuum singularis numeri accipiūt
pro plurali, vt eius positum sit pro eo-
rum, sitque sensus, Laudem eorū qui D
faciunt ea q̄ intelligunt, Deiq; pcepta
adimplent, durare imperpetuum ante
dn̄m, quō nos in Elucidatione expla-
nauimus. Alij referri putant dn̄m, cui
à principio psalmi data est confessio:
vt sit sensus, Laus dn̄i perseuerat in
æternum? semper est ipse laudandus,
& nunquam satis laudabilis. Et hæc
ambiguitas, sicut in Latino, ita ē eadē
in Græco atque in Hæbreo, ut liceat,
siue sic, siue aliter intelligere.

IN PSALMVM CXI.

Versu 3. Gloria & diuitiæ in domo eius. Hiero. pro gloria vertit substantiam. Felix vbertatem uel copiam. In idem redit sn̄ia. Nam substantiam hominis diuitijs, qua plenus est dn̄s, & copiam oīum bonorū, vocamus illius gloriā. ¶ Versu 5. Disponet sermones suos in iudicio, Hiero. vertit, dispensabit. Felix item, dispensabit, vel gubernabit. Disponere. n. hic valet gubernare, moderari, instituere, & dispensare. ¶ Versu 7. Donec despiciat inimicos suos. Hieron. Donec despiciat in hostibus suis, i. donec aspiciat de hostibus suis debitā punitionē & malum exitū. Et idem penè vult lectio nostra vulgata. Vnde Felix nobiscum vertit, Donec despiciat tribulantes eum. Sententiā clarius exprimit Paraph. Chald. sic habens, Donec uideat redemptionem a tribulationibus suis.

IN PSALMVM CXII.

Versu 1. Laudate pueri dn̄m Hieron. Laudate serui dn̄m. Alij per genitiuum uertunt, Laudate serui dn̄i, Laudate nomē dn̄i, ut in priori parte non sit plena sn̄ia, regatq; ultimus ille accusatiuus, nomen dn̄i, ab utroque uerbo laudate. ¶ Versu 5. Quis sicut dn̄s Deus noster, qui in altis habitat, & humilia respicit in cælo, & in terra? Hieron. paululū discedēs a nr̄æ lectionis uersione, nihil autem à sn̄ia, sic legit, Qui in excelsis habitans humilia respicit, &cæt. Felix autem sic uertit, Quis sicut dominus Deus noster, qui se exaltat, ut habitet uel sedeat: qui se humiliat ut respiciat in cælo & in terra? Chaldai. Paraphr. sic habet, Quis sicut ipse Deus Deus noster, qui exaltat habitationem suam ad sedendum; demittit oculos suos ad uidendum in cœlis & in terra? Sensus est, Quis similis est Deo nostro, qui in sublimi residet, qui in-

excelso collocatum habet thronum E gloriæ suæ, cuius maiestas est sup nos nimium exaltata, & tamen se dimittit seque inclinat & velut incuruat, vt pspiciat, & prouideat super omnia quę aguntur vel sunt in cœlis & terris.

## IN PSALMVM CXIII.

VErsu 2. Facta est Iudæa sanctificatio eius. Ex Hebręo verti pōt Iudas, in masculino genere, vel Iudæa genere fœminino. Secundam autem F partem: Israel potestas eius, vertit Felix numero plurali, Israel potestates vel dominatores eius. Quod ita potest exponi. Israel factus est ita potens ac validus ex Dei auxilio, post eductionē de Aegypto, vt potestatem & dominationem acquisierit in omnib. gentib. per circuitum. Hieronymus verò non aliud vertit, quàm quod nostra habet vulgata lectio. ¶ Versu 4. Montes exultauerunt. Pro exultauerunt, Hieronymus vertit subsilierunt, & subsultauerunt, eademque sententia est. ¶ Versu 8. Super misericordia tua & veritate tua. Ex Hebræo Hieronymus, ac Felix vertunt, Propter misericordiam tuam & veritatem tuam. ¶ Versu 25. Cælum cæli domino. Quidam ex Hebræo vertunt in eodem casu, Cæli cæli domino, vt replicatio habeat emphasim, ad declarandam magnificentiam habitationis domini. In Græco autem est casus diuersitas ὁ οὐρανὸς τῷ οὐρανῷ, idest cælum cæli, quomodo habet nostra lectio. Atq; ita etiā vertit Hieronymus, H Cælum cælorum domino. Felix in textu ponit casu diuerso, Cælum cæli domino, ad marginē verò ponit in eodē casu, Cæli cæli dño, subaudiens sunt.

Esaiæ. 49. ¶ Versu 26. Neque oēs qui descendūt in infernum. In Hebræo est, Qui descendunt silentium, vel in silentiū, hoc est, in locum vbi est perpetuū silentiū illud malū, quod p prophetam prohibetur, dicentem, Ne dederis silentiū illi: silentiū videlicet & cessatio à laude Dei, & oī sermone bono. Hic aūt locus quis est nisi infernus? Nusquam. n. penitus siletur, à Dei laudib. nisi in inferno. Nā in cęlo requiem non habent beati illi ciues die ac nocte, inclamantes illud nobile trishagion, Sanctus, Sanctus, Sanctus dñs Deus noster omnipotens, qui erat, qui est, & qui venturus est. In terris quoq; & si non oēs, neque semper diuinis laudib. vacent homines, non tñ siletur perpetuo, sed ab electis tuis semper laudatur. In inferno aūt prorsus silet laudis diuinæ confessio, vbi nihil nisi fletus auditur & stridor dentium, vbi væ væ væ carmen est ppetuū, vt canere aliud nō liceat, neq; liceat in odio Dei obfirmatis. ¶ Versu vlt. Sed nos qui viuimus benedicimus dño. Illud, Qui viuimus, in Hebræo non hr. Sic. n. legitur, Sed nos benedicimus dño. Recte autem adiectum est ad exprimendā sñiam. Nos. n. viuentes, debet intelligi. Aduertendū quoq; est hunc psalmum 13. quē nos vt vnicum legimus, ab Hebræis diuidi à quibusdam tñ in duos psalmos: quorum primus 8. versus priores completitur: secundus autem a versu 9. Non nobis domine, sumit exordium, & in finem vsque perdurat. Alij distinguūt in tres, quorum tertium suum initiū à versu 20. Dominus memor fuit nostri vsque ad finem. Prior tamē distinctio in duos tantum psalmos, Hebræis cōmunior est.

Esaiæ. 6

Apoc. 4

Psal. 6.

Matth. 8

Luc. 13.

G

## IN PSALMVM CXIIII.

VErsu 1. Quoniam exaudiet dñs vocē orationis meæ. In Hebræo est, vocem meam, deprecationes meas q oratio vt appositoria conuenienter accipitur. ¶ Versu 3. Circundederunt me dolores mortis, & pericula inferni inuenerūt me. Hieronymus vertit, funes

nes mortis. Felix vertit dolores, vel funes siue laqueos. Pro periculis aūt inferni, Hieronymus habet munitiones inferni: Felix angustias inferni vel foueæ. Sniæ in nullo est diuersitas. ¶ Versu 5. O dñe, libera animam meam. Pro ò, est in Hebræo ana, ꝙ significat obsecro, qūo vertit Hieronymus & cæteri, Obsecro dñe, libera animam meam. ¶ Versu 6. Custodiēs paruulos dñs. In Hebræo pro paruulis ē dictio petaim, ꝙ significat simplices & ꝑsuasibilės, q non sunt sapientes in oculis suis, non proprio innituntur consilio, sed humiliter Deo commendāt animas suas oēm curam & solicitudinem proijciē-

1.Pet. 4. tes in eum, suntque isti ijdem פתאים, i.

Matt. 11. paruuli, quibus in Euangelio testatur dñs arcana sapiēti æ Dei esse reuelata.

## IN PSALMVM CXV.

VErsu 1. Ego aūt humiliatus sum nimis. Hieron. Ego afflictus sū nimis. ¶ Versu 3. Pro oīb. quę retribuit mihi. Ad verbum ex Hebræo sic verti pōt, Cunctæ retributiones eius super me, quasi dicat. Obruor quasi immensis & innumeris ipsius beneficijs. Si verò tm̄ (pro) intelligatur, eadem est snīa quam habet nostra lectio, pro oībus retributionib. eius suꝑ me. ¶ Versu 4. Calicem salutaris accipiā. Parap. Chal. sic habet, Calicem redēptionis accipiam mundo venturo, hoc est, in sæculo futuro accipiam calicem salutis, & bibam, satiabor, & inebriabor de tuo calice, quo tum me potabis, i. calice fœlicitatis æternæ. Atque ita ca-

Psal. 22. lix ille idem hic foret, de quo in psal. 22. Et calix meus inebrians, quàm præclarus est.

## IN PSALMVM CXVI.

VErsu 6. Dominus mihi adiutor. In Hebræo ad verbum est, Dñs mihi: hoc est, dñs, pro me est, vel meus est, vel mihi supple adiutor est, siue adest. ¶ Versu 11. Circundantes circūdederūt me. Hiero. Circundederunt me, & obsederunt me. Felix, Circuierunt me et circundederunt me: hoc ē, ex omni parte circumcinxerunt, & obsederunt. ¶ Versu 12. Et exarserunt sicut ignis in spinis. In Hebræo est, Extinctæ sunt sicut ignis in spinis. Quod a nr̄a lectione vulgata nō multū dissonat, qm̄ mox ut ī spinis exarserit ignis extinguetur. Nam licet multo stridore in spinis ignis sæuire videatur, quātocius tn̄ desinit, tum quia succo & humore plenæ spinæ nimium obsistunt igni, tum quia in spinis multum est lignorū, vt diu illius flāma foueri nō valeat. ¶ Versu 13. Impulsus euersus sum vt caderē, & dñs suscepit me. Hieron. ad snīam nr̄æ lectionis vertit, Impulsus pellebar vt caderem, & dñs sustentauit me. Felix verò sic vertit, Impellēs impulit me vt caderē, & dñs adiuuit me: vbi suppositum verbi impulit, intelligi debet aduersarius. Alij sub secunda persona ita vertunt, Impellendo impulisti me vt caderem, vt dirigatur sermo ad cuneū aduersariorū, de quib. prius sermo est habitus. Pulchre verò hoc loco habet, Parap. Chal. Impulsione impulit me peccatū meū ut caderē, & verbū Dei sustētauit me, vbi quis ille inimicus sit impellens, de quo in lectione Hebraica sermo hī apertè exprimitur. Verè. n. peccato maior inimicus non est homini. ¶ Vers. 14. Fortitudo mea, & laus mea, dominus, Hier. pro laude laudationē vertit. Felix canticū. Laus. n. siue laudatio aut canticū iusti est Deus, quia ipse est quē iustus semper laudat & canit, & in quo vno gloriatur. ¶ Versu 16. Dextera domini exultauit me. In Hebræo est, Dextera domini excelsa est, vel exaltata est, videlicet exaltando, & liberando me. Nam faciendo virtutē, siue agendo fortiter exaltatur Dei dextera. ¶ Versu 24. O dñe saluum me fac, ò dñe bene prospe rare. Ex Hebræo ad verbum sic foret transferēdum, Obsecro dñe, salua ob-

fecro dñe,prosperare obsecro.Vel sic E
Obsecro domine, salua nunc, obse-
cro dñe,prosperare nunc,vt dictio He
braica ana vertatur p obsecro, & di-
ctio na p nunc. ¶ Versu 26.Constitue
diem solennē in cōdensis,vsq; ad cor-
nu altaris. B. Hiero iuxta nrām snīam
vertit,tm̄ loco illius(in condensis)ver
tens,in frondosis,q̄ idē sunt, quemad
modum in priorib. annotationib.dixi
mus. Alij sic vertunt Vincite ignum,
vel ligate hostiā funib.ad cornua alta
ris,id est, hostias offerte in gratiarum F
actionem. Solent. n. offerendæ hostiæ
ad cornu altaris (vt aiunt)ligari.Qua
sententia, nihil aliud quam verarum
hostiarum de corde puro & bona vo
luntate exigitur oblatio.

## ANNOTATIONES EX HEbræo in psalmum cxviij.

## IN PRIMVM OCTONAR.

VErsu 3.Non.n.qui operātur ini-
quitatē, in vijs eius ambulaue- G
runt. Hieron.in eandem snīam cū nra
lectione sic vertit.Nec.n.qui operātur
iniquitatē in vijs eius ambulauerūt.
Felix aūt sic vertit. Non.n qui operan
tur iniquitatē,in vijs eius ambulaue-
runt.Cuius lectionis sensus est,Illi qui
ambulant in lege dñi,& qui scrutātur
testimonia eius,&c. nō operantur ini
quitatem,sed declinant à malo, & am
bulant in vijs eius, facientes bonum.
¶ Versu 5. Ad custodiēdas iustificatio
nes tuas.Hieron.pro iustificationibus H
vertit pcepta. Ad custodienda(inqt)
pcepta tua:quemadmodū & in versu
octauo, Iustificationes tuas custodiā,
Felix aūt statuta reddidit. ¶ Versu 7.
Confitebor tibi in directione cordis,
in eo q didici iudicia iustitiæ tuæ.
Clarius id vertit Hieron. Cū didicero
iudicia iustitiæ tuæ: similiter & Felix.

## IN II. OCTONAR.

VErsu 1.In quo corrigit adolescē
tior.Verbum zachah,cuius hic futurū
ponitur, in Hebræo significat purga-
re,mundare,purificare,emendare,cor
rigere,aut mūdū apparere. ¶ Versu 6.
Sicut in oīb.diuitijs.Felix, Sicut in oī
copia diuitiarū. Chald.paraph.habet,
Sicut de suprema oīum fortuna: id ē,
sicut de eo, q in hac vita summe pōt
hominibus esse iucundū. ¶ Versu 7.In
mandatis tuis exercebor,&c.Pro exer
cebor,vertit Hieron.meditabor.Felix
ponit vtrunq;. In versu aūt sequenti,
cum dicitur,In iustificationib.tuis me
ditabor, pro verbo meditabor, In He-
bræo est delectabor,vt vertunt Hiero.
& Felix.

## IN III. OCTONARIVM.

VErsu 1.Viuifica me; & custodiā
sermones tuos. In Hebræo est,
Viuā,& custodiam verba tuā. Snīa ea-
dem est. Cum.n.postulando siue optā
do dicit Deo,viuā,idem est ac si dicat,
Viuifica me,aut vitā da mihi. ¶ Versu
5.Increpasti supbos,maledicti qui de
clinant a mandatis tuis.Quidā ex He-
bræo sic vertunt, Increpasti superbos
maledictos qui declinant a mandatis
tuis. Hierony. verò & Felix nro more
legunt atque distinguunt.¶ Versu vlt.
Nam testimonia tua meditatio mea ē.
Et cōsilium meum iustificationes tuę.
Hieron. Sed & testimonia tua volūtas
mea,quasi viri amicissimi,hoc est,pce
pta tua adeo mihi chara sunt, adeo ac
cepta & grata,sic mihi est in eis bene-
placitū, sic mea volūtas illis afficitur,
quo afficior mihi amicissimis socijs.
Significatur summi amoris affectus er
ga pcepta Dei.Felix aliter vertit, Etiā
testimonia tua delectationes meę,viri
consilij mei. Quæ lectio nræ vulgatæ
satis pulchrè concordat,iuxta exposi-
tionem nostram in Elucidatione atq;
annotationibus principalib.positam.
Debent enim nobis Dei pręcepta a cō
silijs esse, debent nobis consultatores
esse & consiliarij.

IN IIII. OCTONARIVM.

VErsu 4. Dormitauit anima mea præ tædio. Pro dormitauit, in Hebræo est, verbum dalaph: pro quo B. Hiero. vertit, distillauit. Sic. n. hoc loco legit, Distillauit anima mea p̄ stultitia, idest, anima mea quasi stillatim defluxit, & continua imminutione deperijt p̄ insipiētia vanarum cogitationū & affectionū a carne, diabolo & mūdo in me exorientium. Vel distillauit, accipi posset pro stillatione lachrymarū p oculos, idest, pro lachrymauit. Felix vertit, Liquefacta est, vel lachrymauit, vel distillauit anima mea p̄ anxietate. Alij vertunt, Agonizauit anima mea, vel in agonia fuit præ dolore. ¶ Versu 5. Viam iniquitatis amoue a me. Pro via iniquitatis, in Hebræo est, viam falsitatis vel mendacij: vt via falsitatis q̄ hic se petit declinari & amoueri, ex directo opponatur viæ veritatis, de qua in sequenti fit sermo. ¶ Versu. 9. Iudicia tua non sum oblitus. Hieron. Iudicia tua proponebam, videlicet ante oculos. Felix, Iudicia tua feci, vel proposui, vel posui. ¶ Versu 8. Viam mandatorum tuorū cucurri. Hieron. viam mandatorum tuorū curram, qm̄ dilatasti cor meum. Felix, Viam mandatorum tuorum pcurram, vel per uiam mandatorum tuorum curram cum dilatabis cor meum.

IN V. OCTONARIVM.

VErsu 1. Et custodiam eam semp. Pro semper in Hebræo ponitur dictio eKeb, q̄ variè redditur. Hieron. vertit, Custodiam eam per vestigium, hoc est, diligenter ambulabo in illa iustificationū tuarum via, ad eum modū quo homines viam ignorantes & metuentes alicubi aberrare a recto tramite bonis itineris, sequuntur viā ēt p vestigia, diligenter considerantes, vbi maxime trita, sit quo securius ambulēt. Felix vertit, vsq; in calcē. Qđ exponi pōt dupliciter, primò vsq; in calcē, siue finē vitæ, q̄ cū nrā lectionē cōcordat, q̄ legit semper. Secundò vsq; ad ultimum, vel vsq; ad nouissimum, ita. s. vt nihil uelit omittere, ne ultimū quidem uel minimum mandatū ex oībus q̄ lex Dei pcepit. Atque ita sensus idem erit, ac si dicamus, Custodiā mandata tua vsque ad unguē. i. exactè & pfectè. Verti ēt pōt, pp præmium, qūo Felix ponit ad marginē, vt significetur, uel pp pmij propositi magnitudinē oīno se custoditurū mandata dñi. Omnium āt horum diuersitas ex una radice procedit. Verbum. n. aKab, significat supplantauit, unde deriuatū superius nomē, propriè significat calcem uel plantam, & quia calx, siue planta pedis est nouissimum corporis, inde transumitur ad significandū terminū siue finem. Et quia finis operis est ipsa merces, uel pmiū, q̄ pro labore psoluitur, idcirco etiā pmium significat. Ex hac aūt diuersitate procedit, vt variis modis intelligi possit, uel usq; in finem tpis, q̄ est semper, uel usque ad calcem, q̄ perfectè, uel pp præmium siue ad retributionē, qūo ēt post dicet in octonario 14. circa versum illū, Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum, pp retributionem. ¶ Versu 4. Et non in auaritiā. In Hebræo est batza, q̄ aliqui vertunt auaritiam, alij pecuniam, vel lucrum. Snīa est eadem. Sub particulari tū expresso intelligendū uenit in genere oē tpale pmiū, ēt honor, fama, aut gloria. ¶ Versu 6. Statue seruo tuo eloqū tuum, in timore tuo. Lectio Hebraica hoc loco ambigua est, & variis modis verti pōt. Hieron. sic vertit, Suscita seruo tuo eloquiū tuum in timorem, tuū hoc est, Pone mihi ante oculos legem tuam, vt te qūo oportet timeam, siue ad timendū te. Salutarem. n. Dei timorem gignit in nobis, si posuerit Deus ante nros oculos verbum suū. Felicis versio sic habet, Statue, confirma, vel

ſte ſurgere ſeruo tuo eloquiũ tuũ, ꝙ E
in timore tuo, vel qui in timore tuo.
Si ꝑ genus neutrum legatur primo
modo, duplicem habet intellectũ, vel
hunc, ꝙ eloquiũ tuum eſt his qui in ti
more tuo ſunt: hoc eſt, ꝙ illis eſt qui
habẽt ſanctum timorẽ tuũ. Vel ſic, Qđ
vč 3. ſtatui eloquium tuũ, fiet in timo-
re tuo: id eſt, per timorem tuũ, iuxta
ſnĩam q̃ in Elucidatione poſuimus. Si
autem ꝑ genus maſculinum legamus.
Qui in timore tuo, ſenſus eſt, Statue
domine ſeruo tuo verbum tuum, qui F
ſeruus tuus eſt in timore tuo, i. qui ti-
met te & reueretur, tibique cupit de-
bitam ſemper præſtare obedientiam.

IN VI. OCTONAR.

VErſu 1. Et ueniat ſuꝑ me miſeri-
cordia tua. In Hebræo eſt ſm
numerum pluralem, Et ueniant mihi
miſericordiæ tuæ, vel miſerationes
tuæ, Felix accedant ad me miſericor-
diæ tuæ. Pro ſalutari aũt tam Hieron.
quàm Felix vertũt ſalutem. ¶ Verſu 3.
Et ne auferas de ore meo verbũ verita G
tis vſquequaq;. Pro vſquequaq. Hiero.
ponit, vſq. nimis: Felix, nimiũ vel uſq;
nimis. Alii dñt, uſq. ad nimietatem: alij
penitus vel in totum. Alij vertunt, Ne
auferas de ore meo verbum veritatis
vnquam. ¶ Verſu 7. Et meditabar in
mãdatis tuis. Pro meditabar eſt in He-
bræo delectabar, ꝙ nos in elucidatio-
ne expreſſimus, dicentes, cũ gaudio &
multa delectatione meditabar. In ſe-
quenti quoq; verſu, ubi nos habemus
Et exercebor in iuſtificationibus tuis, H
In Hebræo eſt loquar.

IN VII. OCTONAR.

VErſu 3. Suꝑbi iniquè agebant vſ-
quequaq;. In Hebræo eſt, Suꝑbi
illuſerũt, uel irriſerunt me nimiũ, ſiue
vſq; nimis, In Græco uero ẽ παρανόμως
ꝙ ſignificat, ꝑter legem agebant. Eſt
autem omnium ſnĩa ferè eadem. Mani
feſtum nanque eſt, qui irridet alterũ
iniquè & prauè agere in illum.

IN VIII. OCTONAR.

VErſu 1. Portio mea dñe, dixi cuſto
dire legem tuam. Poſſet ex He-
bræo ſic verti, Portio mea, Deus: dixi,
vt cuſtodiam legem tuam, ad hunc ſẽ
ſum, Portio mea dñs eſt, ꝓpoſui apud
me, & firmo decreto ſtatui, vt eius le-
gem cuſtodiam. Atque ita diuiſim hic
verſus legitur. Hieron. tñ & Felix, iux
ta modum nſæ lectionis, per uocandi
caſum legũt, Portio mea vel pars mea
dñe, &c. ¶ Verſu 4. Paratus ſum, & nõ
ſum turbatus. Secus in Hebręo hẽ. Fe-
ſtinaui, & non neglexi cuſtodire man-
data tua, vt vertit Hierony. Vel ſic, Fe-
ſtinaui, & non tardaui, ſiue diſtuli cu
ſtodire & cęt. quõ habet verſio Felicis.
¶ Verſu 5. Funes peccatorum circum
plexi ſunt me. Hieron. in eandẽ ſnĩam
habet. Funes impiorũ implicauerunt
me. Felix, Congregationes impiorũ de
ꝑdatæ ſunt me. Chald. Parap. Cohors
vel caterua impiorũ cõgregata eſt cõ-
tre me. Eadem ferè eſt ſententia.

IN IX. OCTONAR.

VErſu 1. Bonitatem feciſti cũ ſer-
uo tuo dñe. Hiero, Bene feciſti
ſeruo tuo. Felix, Bonum operatus es
cũ ſeruo tuo. Snĩam nſæ lectionis iſta
explanant, qm̃ facere bonitatem, non
aliud eſt q̃ facere bene, aut operari bo
num. ¶ Verſu 2. Bonitatem & diſcipli-
nam, & ſcientiam doce me. Felix legit
vt nos legimus. Hiero. verò diuerſum
reddidit, dicens. Bonum ſermonem, &
ſcientiam doce me. Alij vertũt, Bonũ
iudicium & ſcientiã, vel bonam ordi-
nationẽ & ſcientiam doce me. ¶ Verſu
3. Priuſquam humiliarer, ego deliqui.
Et hic ſenſus variè redditur. Hierony.
vertit, Antequã audirem, ego ignora-
ui; nunc autem eloquium tuum cuſto
diui. Quod ita intelligitur, Antequam
auditũ accõmodarem legi ſanctæ tuæ
antequam in humilitate cordis audi-
rẽ quid in me loqueretur dñs, & atten
derem ꝑceptis eius, ego eram ignorãs
ne-

nesciebam quid agendum, quid omit-A tendum. Ioannes verò Reuchlinius in lib. de rudimentis Hebraicis, versionē nr̄am vulgatā pfert huic versioni Hierony. Felix, quoque in textu nr̄am lectionem ponit, exponens eam in hūc sensum. Antequam essē humilis, & ad discerem pcepta tua, ego erraui. Dicit ēt sic verti posse, Antequā responderē ego erraui, q exponit: Antequam exercerem meipsum in respondendo his quæ obiecta fuerunt mihi; vel, Anteq̄ exercerem meipsum in addiscendo eaB quæ opportuna erant mihi, Vel antequam clamarem ad te, s. vt mihi porrigeres auxilium, ego erraui. Alij āt vertunt simplicius, & concorditer ad nr̄ā lectionem: Antequā affligerer, ego errabā. Prouenit āt hæc diuersitas ex ambigua significatione verbi anah, siue inneh, quæ dictio sub iisdem radicib. solis pūctis variatis, significat r̄ndere, loqui, vocem exaltare vel cantādo, humiliari, affligere, laborare. ¶ Versu 4. Bonus es tu, & in bonitate tua doceC me iustificationes tuas. Secus ē in Hebræo, Bonus es tu, & beneficus vel benefactor, vel benefaciēs, doce me, &c. Et pro eo q in versu sequēti iuxta vulgatam lectionem hr̄, Multiplicata est sup me iniquitas superborū, Hieron. sic transtulit, Applicabunt mihi mendacium superbi. Felix similiter, Applicauerunt mihi mendacium superbi, vel coniunxerunt super me mendacium, q clarius dici pōt, Commutati sunt vel cōfinxerunt contra me menD dacium, vel imposuerunt mendacium & falsitatem. A qua sn̄ia non oīno dissonat lectio vulgata. Qm̄. n. impij contra iustos falsitates & mendacia cōfingunt, proculdubio iniquitas impiorū sup eos multiplicatur. ¶ Versu 5. Coagulatum est sicut lac cor eorum. Ex Hebræo; Incrassatum est, impinguatū est, vel hebetauit sicut adeps cor eorū: q ad tpalem prosperitatē referri pōt; in qua impinguati impij, prius ad ea quæ Dei sunt fiunt inepti, cor molle sed incrassatū hn̄tes ī modum adipis. Chal. paraph. hic fomitis meminit, sic habens, Incrassatus est sicut adeps fomes cordis eorum.

## IN X. OCTONAR.

VErsu 3. Et in veritate tua humiliasti me. Hiero, Et verè afflixisti me. Felix, Et in veritate humiliasti; qđ eandem habet sn̄iam. Verti ēt pōt. Et si de humiliasti me, q intelligi pōt, uel de fide, siue fidelitate ipsius Dei, qm̄ ex sua fidelitate qua erga nr̄am salutē fidelissimus ē Deus, nos humiliat. Vel de fide quæ est in iusto. Per fidem. n. q̄ donat Deus in corde hominis, verè humiliatur homo, vt se agnoscat, quàm sit ex seipso nihil, & si quid est minus nihilo, & Deus quam fœliciter sibi sit vnus oīa, & plusquam oīa. ¶ Versu 6. Confundātur superbi, quia iniustè iniquitatē fecerunt in me. Hierony. Qm̄ iniquè contriuerunt me. Felix, Qm̄ falso offenderunt vel læserunt me.

## IN XI. OCTONAR.

VErsu 1. Defecit in salutare tuum anima mea. Felix, Cōcupiuit salutem tuā anima mea, vel Præ desiderio defecit in salutē tuā anima mea. Et similiter in sequenti versu dicēdū, Defecerūnt oculi mei. Pōt. n. verti, Cōcupierunt oculi mei eloquiū tuū; vel, Præ desiderio defecerunt ad eloquiū tuum; vbi aliquanto apertius exprimitur boni desiderij vehementia. B. āūt Hieronymus in secundo versu legit, Consumpti sunt oculi mei in verbum tuum. Qđ occultius eandem habet sn̄iam. ¶ Versu 3. Factus sum sicut vter in pruina. Felix vertit, sicut uter in fumo, cui consonat paraphr. Chald. quæ habet, Sicut vter suspensus ad fumū. vel qui pependit in fumo. Hierony. nobiscum legit vtrem in pruina. Sententia verò est eadem. ¶ Versu 5. Narrauerūt mihi iniqui fabulationes, sed n̄

ut lex tua, in Hebræo sic hʒ, Foderunt mihi superbi foueas, quæ non erant iuxta legem tuam. Quod in eandem cum nr̃a lectione sniam facile reduci tur. Dum. n. impij suggerunt iusto sæculi vanitates & mala desideria, quæ sunt contraria diuinæ voluntati, quid sunt fabulationes illæ nisi foueæ? & tales fabulationes narrare, quid est ni si foueas fodere, quæ non sunt secundum legem Dei cum sint ei contrarię. ¶ Versu 6. Iniqui persequuti sunt me, adiuua me, Ex Hebræo legendum per aduerbium, Iniquè vel falsò vel mendaciter persequuti sunt me. Atque ita habet etiam lectio Græca ἀδίκως, id est, iniustè.

## IN XII. OCTONAR.

VErsu 3. Ordinatione tua perseuerat dies. Hiero. Iudicio tuo stāt vsque hodie, videlicet cælum, veritas tua, & terra quam fundasti. ¶ Versu 4. Nisi ꝙ lex tua meditatio mea est. In Hebręo, pro meditatione est delectatio, Nisi ꝙ lex tua delectatio mea. Significat contra afflictiones occurrentes fuisse se consolatum oblectatione legis diuinæ.

## IN XIII. OCTONAR.

VErsu 1. Tota die meditatio mea est. Hieron. nobiscum legit, meditationem. Felix pro meditatione vertit loquutionem, alij cōmentationem, vt significetur iustus adeò sibi cordi esse, atque adeo se diligere legem Dei, vt iugiter de ea etiam loquatur & cōmentetur, quo & ipse discat & alios doceat. ¶ Versu 5. Ab omni via mala prohibui pedes meos, Felix vertit, cohibui, vel in carcerem conclusi. Oportet enim pedes & affectus nostros per disciplinam rigidè cohibendo, quasi in carcerem concludere, & vincire compedibus, ne ferantur ad illicita.

## IN XIIII. OCTONAR.

VErsu 2. Iuraui, & statui custodire iudicia iustitiæ tuæ. Hieron. Iuraui, & perseuerabo. Felix nobiscum, Iuraui, & statuam vel statui. Snia est eadem. In sequenti autem versu, Humiliatus sum vsquequaque dn̄e. Hieron. habet, Afflictus sum vsque nimis dn̄e. ¶ Versu 8. Propter retributionem. Ex Hebręo vertit Hieronymus. Propter æternam retributionem, & particulam. f. in æternum coniungens cum sequentib. quam nr̃a lectio habet cū p̄cedenti coniunctam, ꝙ à nr̃a lectione sm̃ sniam non dissonat, quam manifestum est non tp̄ali, sed de æterna retributione esse intelligendam. Felix āt particulam (in æternum) iungit cum præcedentibus, vt habet nr̃a lectio, sed pro retributione calcem vertit, hoc pacto, Inclinaui cor meum ad faciēda statuta tua in æternum, usq; in calcem. Quod pōt intelligi vsque ad finem: vel (vt quidam dicunt) vsque ad vnguem. i. perfectè & integrè, absque oī offensione. Ipse tñ. Felix exponit ferè in eandem sniam quam habet nostra lectio, ita dicens, vsque in calcem, vel calcaneum, i. iuxta vestigium vel præmiū, id est, qm̄ præmium est facientib. ea. Ponitur autem hic in Hebræo dictio eKeb, de qua supra diximus in versum primum quinti octonarij: vnde potest considerari diuersitatis harum versionum origo & ratio.

## IN XV. OCTONAR.

VErsu 1. Iniquos odio habui. Pro iniq;s, Hiero. legit, tumultuosos. Felix, iniquos, vel cogitātes cogitationes prauas. Alij, praua consilia, vel prauas cogitationes. ¶ Versu 2. Adiutor & susceptor meus es tu. Hiero. Protectio mea & scutū meū tu es. Felix, Latibulū & scutum meum tu es. Eadem est cū nr̃a lectione snia. ¶ Versu 6. Spreuisti oēs discedētes à iustitijs tuis, quia iniusta

iusta cogitatio eorum. Hieron. Abiecisti oēs qui auersantur præcepta tua, quia mendax cogitatio eorum. Felix, Calcasti, vel conculcasti oēs delinquētes vel aberrantes à statutis tuis, quia falsitas cogitatio eorū. ¶ Versu 7. Præuaricantes reputaui omnes peccatores terræ. Hiero. Quasi scoriam cōputasti oēs impios terræ. Felix, Quasi scoriam delesti oēs impios terræ. Sñia in oīb. eadem est, de re nihil, abstergēda separanda, exurendaque in igne æterno. Quō scoria per ignem separatur B ab auro, & abijcitur, & rubigo abstergitur, atq; ēt igne absumitur. ¶ Versu 8. Cōfige timore tuo carnes meas. Hieron. Horripilauit a timore caro mea, hoc est (vt Felix ait) exhorruit, vel consternata est præ timore tui caro mea. Est.n. horripilare, vehementer exhorrere & consternari, ita vt quasi pili capitis erigantur in rectum.

## IN XVI. OCTONAR.

Versu 2. Suscipe seruum tuum in bonum. Hieron. Sponde pro seruo tuo in bono. Vertit similiter Felix in textu, ad marginem adijciens, Fac suauem & dulcem seruum tuum in bono, siue dulcescat seruus tuus in bono. i. fac habeat seruus tuus complacentiam & beneplacitum in bono, fac in bono oblectetur: i. fac seruum tuū ad bonum facilem, & quæ sunt virtutis operari cum dulcedine & gaudio. Pōt ēt sic verti, Dulcesce tu seruo tuo in bonum: hoc est, dulcem & suauem D te præbe seruo tuo, vt impetrata oīa referat pro quib. te orat. ¶ Versu 6. Tēpus faciendi dñe. Hiero. vertit, Tp̄s est ut facias dñe. Quod pōt intelligi vel ī bonum, vt sit sensus, Tp̄s est vt facias dñe quæ postulo, quæ præcedētib. versibus commemorata sunt. Iam.n. est mihi opportunum tuum auxilium, donec tp̄s est operandi in hac corpo- A ris vita. Vel in malum, hoc sensu, Tp̄s est, ut tu facias, supple iudicium in impios, qm̄ ipsi dissipauerunt legem tuā. Felix per casum datiuum vertit, dño, Tp̄s faciendi dño. Verum id multipliciter exponit. Primo sic, Tp̄s ut puniat (supple impios) dño: hoc est, tp̄s est dño faciendi punitionem impiorum: qui sensus vltimo loco iam explicatus ē. Vel sic, Tp̄e faciendi, i. tp̄e vt faciāt: in tp̄e quo facere deberent dño: i. volūtatem dñi, ipsi eam dissipant: hoc ē, In hoc tp̄e q̄si deberent facere voluntatem Dei, ipsi non obseruauerunt, sed dissipauerunt legem tuam. Vel sic, Tp̄s ut faciam domino: i. vt seruiam domino, & seruem præcepta eius: nam alij dissipauerunt legem tuam.

## IN XVII. OCTONAR.

Versu 1. Ideo scrutata est ea anima mea. In Hebræo est, Custodiuit uel obseruauit ea anima mea. Sñia C eadem erit in nr̄a lectione, si intelligatur, scrutata est ad obseruādum. ¶ Versu 2. Declaratio sermonum tuorum illuminat. Hierón. Ostium sermonum tuorum illuminat. Felix, Principium verborum tuorum, aut ostium vel initium. Quod quidam ita exponunt, Solum principium verborum tuorum illuminat paruulos. Mox vbi ingressus fueris in sermones Dei eosque vel a limine (vt aiunt) salutaueris, senties illuminationem si in humilitate accesseris. Quanto magis cum in ipsa fueris introgressus penetralia? Alij sic intelligunt, Ostium vel apertura verborū tuorum illuminat: hoc est, illi quibus ostium verborū tuorum fuerit reseratum, quibus contigerit apertio verborum tuorum, illuminationē accipiēt: cuiusmodi sunt paruuli, quib. ostium reseratur, & quib. aperiuntur verba Dei ut ea capiant. Iuxta illud Saluatoris verbum in euang. Confitebor tibi

pater domine cœli & terræ, quia abscondisti hæc a sapientib. & prudentib. & reuelasti ea paruulis. ¶ Versu 5. Gressus meos dirige secundum eloquium tuum. Hieron. Gressus meos firma in sermone tuo. & Felix, Plantas meas confirma in eloquio tuo. Eadem est cum nostra lectione sententia.

IN XVIII. OCTONAR.

Versu 1. Mandasti iustitiam testimonia tua & veritatem tuam nimis. Ex Hebræo uariè hic uersus redditur. Hiero. versio sic habet, Præcepisti iustitiam testimonij tui, & veritatē nimis. Et est sensus, Valde pcepisti iustitiā & veritatem testimonij tui, hoc est, pceptum tuum iustū & uerax. Quę snia eadem est ei, quam supra vulgatę lectioni assignauimus. Felix in textu legit, vt habet nra vulgata lectio. Ad marginem verò ita reddit, Præcipisti iustitia tua testimonia tua & veritate nimis. Cuius lectionis hunc sensum asfignat, Mandasti p iustitiā, & p veritatem testimonia tua, vel p viā iustitię & veritatis, hoc est præcepta tua mandasti secundū iustitiam & veritatem.

IN XIX. OCTONAR.

Versu 1. Et à verbis tuis formidauit cor meum. Clarius p accusatiuum vertit Hieron. verba autem tua timuit cor meū. Felix āt iuxta modum nostræ lectionis, Et a uerbo tuo expauit cor meum. In sequenti autem versu 3. cū dicitur, Iniquitatem odio habui: pro iniquitate, in Hebræo est mendacium vel falsitas, quomodo vertunt Hieron. ac Felix. ¶ Versu 6. mandata tua dilexi. In Hebræo est, Mandata tuā feci idest, opere compleui & obseruaui ea.

IN PSALMVM CXIX.

Versu 3. Quid detur tibi aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam? Ita quidem nobiscum legit Hieron. Felix verò aliter vertit per verba actiua, ad hunc modum, Quid dabit tibi, aut quid addet tibi lingua fraudis? Quod ita pōt exponi, ut sit expostulatio per amaram interrogationem, cū ego qui habet linguam fraudulentam & iniqua labia, in hunc sen sum. Quid conferet tibi, aut quid apponet tibi lingua fraudis, ī quo tibi pderit? qd tibi cōmodi ex lingua tua fraudulēta reportabis? planè nihil. Est. n. ñ aliud quam sagitte potentis acutæ & sicut carbones uastatorij, id est, pestiferum & mortale malum est sicut sagittæ acutæ a robusto homine emissæ lędentes vehementissime, & sicut igniti carbones ualidissimè adurentes. ¶ Versu 4. Cum carbonib. desolatorijs. Pro carbonib. desolatorijs, in Hebræo dicitur carbonib. iuniperorum vel genistarū. Dicunt autem huiusmodi carbones iuniperorum vel genistarum, & vehementer vrere, & calorem igneum diutius conseruare. ¶ Versu 5. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est. Hieron. in eandem sniam vertit, Hei mihi, quia peregrinatio mea prolongata est. Felix similiter in eandem sententiam ad marginem sic vertit, Væ mihi quia incola fui diutius, vel incola fui protractè, i. longo tpe. Quod āt sequitur, Habitaui cum habitantibus Cedar, Hierony. vertit, Habitaui cum tabernaculis Cedar. Felix, Cum tentoriis Scytarum. Alii, cum tabernaculis Arabum. Significantur barbari idololatræ, omnis humanitatis & pacis ignari. Cedar. n. filius fuit Ismaelis, qui fuit homo ferus & barbarus. In quo significari pōt gemitus hominis iusti, qui affligitur hic inter malos habitans & barbaros homines, Deum non timentes, cuiusmodi illi erant populi. Illud quoque quod post sequitur, Multum incola fuit anima mea, lectio Hebræa separat in principium versus sequentis, ad hunc modum, Multum incola fuit anima mea cum his qui oderunt pacem. Ac deinde, pro versu vltimo Gen. 25.

sic

sic legunt, ut ad uerbum trāsferamus, A Ego pax, & dum ego loquebar, ipsi ad bellū, Quod ita intelligitur: Ego pax, supple eram: i. eram vir pacis, erā quæ rens pacem: quemadmodum psalmi. 108. vbi vulgata lectio Latina habet, Psal. 108 Ego autē orabam, in Hebræo est, Ego autem oratio, supple eram: i. vir orationis, vel orationis intentus. Sequitur Et dum ego loquebar supple quę pacis erant, illi ad bellum se parabant, illi me oppugnabant, quantumuis blandam erga illos instituerem conuersa- B tionem meam, nolebant emolliri ad mansuetudinem. Hieron sententiam magis quàm verba sequutus, hunc versum ita reddidit, Ego pacifica loquebar, & illi bellantia.

## DE TITVLO PSALMI Præcedentis.

HVic psalmo & in Hebræo, & in Græco, & in Latino pręmittitur pro titulo, Canticum graduum, similiC ter & singulis 14. psalmorum hunc proxime sequentium. Propter ꝙ vulgo oēs hi 15. psalmi, canticum graduū solent appellari. Quare āt hi psalmi canticum graduum specialiter appellentur, varias assignant rationes. Quidam dicunt ideo sic dicta, ꝙ in ascēsu graduum ad templum dñi decantabātur in instr̄is musicis, ubi sacerdos in sancta ingressurus esset ritu solempni. Vnde in vltimo psalmo canitur, Ecce nunc benedicite dño, omnes serui dñi D Qui statis in domo dñi, in atrijs domus Dei n̄ri. Verum id ex nulla scripturæ historia haberi potest. Alij mysticè putant istos psalmos cantica graduum appellari, eo quod singuli quasi gradus quidam videantur, quibus in Deum conscendatur, In singulis enim exercitatio quædam continetur, qua mens & affectus ad Deum sese eleuēt. Chald. Paraph. mysticè indicat intelligendum, cùm ita ait, Canticum ꝙ dictum ē pro ascensionibus abyssi: i. pro ascensionib. ab abysso, ā morte & damnatione. i. pro salute & redemptione per Deum collata ab inferis. Non multum autem refert, siue dicamus pro ascensu ab inferis, siue pro ascensu ad coelos: qm̄ quidem ab inferis ascensus est etiam ascensus ad superos. Quanto enim ex abysso subleuatis, tanto in altum ad coelum extolleris.

## IN PSALMVM CXX.

VErsu 1. Leuaui oculos meos in montes, vnde ueniet auxilium mihi. Ita quidem nobiscum uertunt Hieron. & Felix. Verumtamen ex Hebręo legi etiam potest, Leuaui oculos meos in montib. unde ueniet mihi auxilium. Atq; ita erit sensus, Quasi in altitudine montium positus in hoc mūdi deserto, attollo oculos huc illucq; respiciens, ut uideam unde possit uenire mihi auxilium. Post quod apte mox subiungitur. Auxilium meum à dño. ¶ Versu 5. Dn̄s protectio tua sup manum dexteram tuam. In Hebræo est, Dn̄s umbra tua super manum dexteram tuam, i. dn̄s erit tua obumbratio, uel obumbrabit tibi desuper, quēadmodum in alio psalmo dr̄, Dn̄e dn̄e uirtus salutis meæ, obumbrasti super caput meum in die belli. Est autem snīa eadem, siue umbram, siue protectionem dixeris. Posset uerò s̄m mysticam sententiā, protectio ista iusti super manum dexteram, significare custodiā eius, propter obseruationem præceptorum Dei. In quem sensum respicere uīr ꝙ habet hoc loco Chal. Paraphr. Deus obumbrabit tibi propter chartulam pręceptorum, quæ confirmata est ad manum dexteram tuam, in ingressu tuo. Quid.n. aliud est, membranam uel chartulam præceptorum Dei esse confirmatam ad manum dexteram, Psal. 136

teram,

ceram, quàm Dei præcepta uiriliter sedulóque perficere & adimplere? Est etiam digna notatu pro sequentib. versib. eadem paraphr. Loco eius.n quod in versu 6. dr, Per diem sol nō vret te, neq; luna per noctem: sic habet, in die qn̄ dn̄atur sol, non nocebunt tibi diurni, neque nocturni, qn̄ dn̄atur luna in nocte. Et pro eo in versu 8. dr, Dn̄s custodiat introitum tuum & exitum tuū, sic illa legit, Deus custodiat exitum tuum ad negotiationem, & introitum ad studia legis.i. tam exterioribus secundum corporis necessitatem deditum, quàm ad interiora conuersum, semper dominus custodiet.

## IN PSALMVM CXXI.

Versu 1. Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi. Hiero. Lætatus sum, eo q dixerunt mihi, in domum dn̄i ibimus. Ad verbum autem ex Hebræo sic legitur, Lætatus sum in dicentib. mihi, in domum dn̄i ibimus, vnde patet vulgatæ lectionis hunc sensum debere accipi, Lætatus sum in ijs quæ dicta sunt mihi: nempe q in domum dn̄i ibimus, vt illud, In domum dn̄i ibimus, sit lætitiæ materia. In versu autē sequenti, pro atrijs in Hebræo ponuntur portæ: & eadem est sn̄ia. ¶ Versu 3 Hierusalem quæ ædificatur vt ciuitas, cuius participatio eius in idipsum. Hieron. Cuius participatio eius simul. Felix, Quæ coniuncta est ipsi simul, i. sibiipsi. Alij, Quæ cōsociata est vel coniuncta est sibi pariter. Quæ oia pro iis faciunt quæ in Elucidatione atque annotationib. præcipuis diximus. ¶ Versu 6. Rogate quæ ad pacem sunt Hierusalem. In Græco ad Hierusalem addit. articulus τὴν, casus accusatiui, qui hūc iudicat sensum, Rogate ipsam Hierusalem, supernam ciuitatem, quæ ad pacem sunt. Atq; ita non deprecatio est quæ dirigatur ad ciuitatem supernā, sed exhortatio mutua ciuium militātis Ecclesiæ, ad postulandum à superna ciuitate quæ pacis sunt. Non consonat tamē hic modus illi q proximè sequitur, Et abundantia diligentib. te. Hic.n. iam deprecatio, non exhortatio est: Propter q in Elucidatione & annotationib. priorib. alium sensum indicauimus, in quo Hierusalem sit casus uocatiui, vt sit hic sermo nō exhortatio mutua militantium, sed eorum deprecatio ad ipsam supernam ciuitatem Hierusalem directa. Maximè cùm in Hebræo originali nullus articulus habeatur, neque vllum signum denotans casum accusatiuum, sed absolutè ponitur Hierusalem, absq; illius articuli vel signi præpositione. Quod aūt in altera parte dr, Et abundantia diligentib. te, Hieronymus vertit, Sit benè ijs qui diligunt te, Felix, Prosperabuntur vel abundabunt diligentes te, aut prosperentur siue abundent, Nulla est à nostra lectione sn̄iæ diuersitas. ¶ Versu 7. Fiat pax in uirtute tua. Vā prima facie hæc dari posse commoda intelligentia, Ora ô cœlestis Hierusalem, & tua oratione cura, vt in hac militante Ecclesia fiat nobis pax in virtute tua: i. in virtute Dei, à qua tu hēs tuā pacem solidissimam: ut sicut in te est pax oīno firma & penitus imperturbabilis, ex virtute Dei te inhabitantis, sic & nobis ex eadem quæ in te pacem donat virtute, pax vera descendat. Verum huic sensui vr obsistere originalis Hæbrea lectio. Nam Hieron. vertit, In muris tuis. Felix, in antemurali vel exercitu tuo. Vnde apparet, virtutem hic accipiendam pro exercitu siue fortalitio, cuiusmodi sunt muri & antemurale: qūo accipi solet virtus, cū dr, dn̄s virtutum, pro dn̄o exercituum: & qūo nonnunquam ipsum populum ciuitatis atque etiam fortalitia ipsius dicimus fortitudinem siue virtutem. Per hunc autem exercituum, siue antemu-

tale aut muros supernæ Hierusalē, re A optāt, ad eum modum quo nos supra interpretati sumus. ¶ Versu 5. Quia multum repleta est anima nr̄a opprobrium abundantib. & despectio super bis. Duas has partes ex Hebræo interpretes vulgò connectūt, opprobriūq; & despectionem in ablatiuo ponunt, ad hunc modum, Multū repleta ē vel saturata est anima nr̄a opprobrio abūdātium siue locupletū & despectione superborum. i. opprobrio & contemptū, quib. a diuitib. afficimur. Pōt tn̄ recte et nr̄a Vulgata lectio ex Hebræo accipi, quemadmodum & Felix testatur. Ait. n. sic posse transferri, Opprobriū abundantib. supple fuimus, & despectio superbis vel magnificis.

ctè intelligimus populum militantis Ecclesiæ. Exercitus. n. sumus supernæ ciuitatis oēs qui ad illam spectamus, tametsi adhuc in malitia hic iam degamus. Antemurale verò est hæc Ecclesia respectu supernę triumphantis, eo q̄ de hac fiat ad illam transitus, & hic pugna geritur, cum ibi sit à pugna requies: quemadmodum circa mœnia & in antemurali pugna geritur aduersum hostes, intus verò belli tumultus non auditur, sed sunt quieta oīa. Cæterū pro turrib. in parte secūda, alij vertunt palatia, alij regias aulas, alij simpliciter ædes. Nos in Elucidatione turres istas siue palatia, exposuimus p̄cipuos in Ecclesia, vt rectores atq; p̄positos. Possemus tn̄ intelligere particulares Ecclesias, queādmodū illic, Deus in domib. eius cognoscet, vbi ī Hebręo idem vocabulum quod hic ponitur. B

Psal. 47.

## IN PSALMVM CXXII.

VErsu 2. & 3. Ecce sicut oculi seruorum in manib. dn̄orum suorum. Sicut oculi ancillæ in manib. dn̄ę suæ. In Hebræo est, ad manum dn̄orū suorū, ad manum dn̄arum suarū. Qd̄ clarius sn̄īam in Elucidatione atque p̄cipuis annotationib. expositam, proponit. Et nisi adderetur postmodum, donec misereatur nr̄i, videretur hæc posse dari intelligentia, Sicut seruus oculos habe ad manum dn̄i, vt q̄ primum vel digitum vnum mouerit aut manū extēderit, statim adsit pareatq; indicantis imperio, sic & nos semper oculos habemus ad te, ad oīa, quæ tu præceperis paratissimi seduloq; intēti. Verum quia statim additur, Donec misereatur nr̄i, & quia finis psalmi magnam proponit tribulationem, magis vī literæ cōsonum, vt intelligamus de expectatione qua serui à dn̄o malis eximi & bonis donari expectant atq; ex-

## IN PSALMVM CXXIII.

VErsu 3. & 4. Forsitan aqua absorbuisset nos, Torrentem pertransiuit anima nostra, forsitan pertransisset anima nostra aquam intolerabilē. C Totum hoc ex Hebræo ita uertit Hieronym. Forsitan aquæ circundedissent nos, torrens transisset super animam nostram, forsitam trāsissent super animam nostram aquæ superbiæ. Et in eā dem sententiam Felix, Tunc aquæ inūdassent nos, torrens transisset super animam nostram, tunc transissent super animam nostram aquæ latæ. Quæ lectio ex Elucidatione est intellectu facilis. ¶ Versu 5. Qui non dedit nos in captionem dentibus eorum. Pro D captione, Hieronymus & Felix prædā vertunt: & in versu sequenti, pro passere Hieron. ponit genus, dicendo, sicut auis. Felix verò speciem seruat, vt habet nostra lectio.

## IN PSALMVM CXXIIII.

VErsu 1. & 2. Qui confidūt in dn̄o sicut mons Sion, n̄ cōmouebit

in æternum, qui habitat in Hierusalē. Montes in circuitu eius. In Hebræo alia distinctio ē quàm in lectione vulgata. Hieron. ita vertit, Qui confidunt in dño quasi mons Sion, immobilis, ī æternum habitabilis, subaudi, erunt: ac deinde, Hierusalem, montes in circuitu eius. Cuius lectionis sensus est, Qui confidunt in dño erunt sicut mōs Sion, qui est stabilis & immobilis, nec pōt à suo loco dimoueri, quique in æternum perstat & habitatur, nec labitur vnquam aut diffluit. Ac deinde, Hierusalem ciuitas sancta (in qua mōs Sion situs est) montes habet in circuitu suo, munita est montib. per circuitum adiacentib. Neq; tm̃ habet corporalem montiũ circumiacentium munitionem, sed insuper aliam meliorē, eo q dñm habeat in circuitu suo. Pōt vero ex Hebræo etiam sic verti, Qui confidunt in dño, sicut mons Sion nō commouebitur, in æternum habitabit. Vt more Hebraico positus dicatur singularis numerus pro plurali in parte G posteriori, sitq; hic sensus, Qui confidunt in dño, ad similitudinem montis Sion non cōmouebuntur, & habitabunt vel perstabūt immobiles in æternum, quõ. s. mons Sion nunquam commouetur, & perpetuò manet habitabilis. ¶ Versu 3. Quia non relinquet dñs virgam peccatorum super sortem iustorum. Hieron. Quia non requiescet virga impietatis sup sortem iustorũ. Hæc aũt virga impietatis, vel pro sceptro iniquitatis accipitur. i. p impiorum ptãteatq; dño, vel pro punitione H impiorum, siue potius gladio aut rhōphæa q̃ illis manet in iudicio: q̃ gemina expositio in Elucidatione indicat. ¶ Versu 4. Benefac dñe bonis & rectis corde. In Græco hic est ἀγάθυνον, qđ sonat benignare (vt ita dicamus) siue benignus esto, aut bonũ siue benignũ te præbe, benignè age: de quo verbo diximus in annotationib. Psal. 50. Il- E lic. n. versu penultimo idem verbum I Græco ponitur, vertiturq; illo in loco benigne fac. Sic. n. legimus, Benigne fac dñe in bona voluntate tua Sion, vt ædificentur muri Hierusalem. i. benignum te præbe Sion & cum ea age placide atque suauiter.

## IN PSALMVM CXXV.

VErsu 1. In cōuertendo dñs captiuitatem Syon. Clarius & ad formā Latini sermonis aptius vertit Hieron. Cum conuerteret dñs captiuitatē Sion. Seruauit autē interpres Latinus formam Græci sermonis, quemadmodum alibi, In conueniendo populos in vnum. Et iterum, In conuertendo inimicum meũ retrorsum. Aptius tñ Psal. 101. p accusatiuum sermo fieret, hoc mõ, In conuertendo dñs captiuitatem Sion. In secunda autem parte, vbi hēt Psal. 9. nr̃a lectio, quasi consolati, in Hebræo est, Facti sumus sicut somniantes. Qđ exprimit magnitudinē repentini gaudij insperatæ lætitiæ. Ita. n. solent esse affecti quib. subita aliqua contingit & insperata lætitia magna, quemadmodum afficiuntur somniãtes, vt nesciāt an verè res ita se habeat: quõ de Petro legimus, vbi de captiuitate esset per angelum liberatus, quod existimabat somnium esse id quod fiebat per angelum. Felix aũt vertit, sicut somniantes vel corroborati, quod proximè ad nostram lectionem accedit. Neq; ab hoc postremo dissonat, q habet Paraphr. Chal. Erimus velut infirmi, qui conualuerunt. In sequenti autem versu, pro Gaudio in Hebræo est risus, quod in idem redit. ¶ Versu 5. Conuerte dñe captiuitatem nostram, sicut torrens in austro. Hiero. nobiscum vertit, sicut riuus in austro. Felix verò aliter reddidit, Conuerte vel seda dñe captiuitatē nostram, sicut torrentes in austro, vel sicut inundationes aquarum in meri-

die, vel in siccitate. Quod alium vt exposcere sensum ab eo quem supra dedimus, & quem plures sequuntur, ac ferè diuersum, nempe istum: Seda dñe & cessare fac nřam captiuitatem, qua nunc premimur, sicut conuertuntur vel sedantur torrentes a meridie, qñ sol vrit terram & aquas exiccat, pluri mumque aquarum suo excessiuo calore deuorat, vt vel siccentur aquæ torrentiũ, vel certè minuantur, ne ita rapide currant, impediti siccitate quæ ẽ a nimio solis æstu. Alij verò sic vertũt. B Conuerte Deus captiuitatem nřam, sicut riuuli in arido vel sicut torrẽtes in regione meridiei: i. in loco sicco & arido. Assignantque hanc intelligentiam, Conuertere captiuitatem nřam ꝙ si feceris, ita nouam & iucundam rẽ nobis facies, acsi in locis inaquosis & omnino siccis dares torrentes & alueos aquarum. Cui intelligentiæ non omninò dissonat quod habet. Chald. Paraph. Conuerte dñe captiuitatẽ nostram, sicut conuertitur terra quando C abundant fluenta aquarum tp̄e siccitatis. i. quõ bene immutatur terra vbi post multam siccitatem, aquis fuerit irrigata. ¶ Versu 7. & 8. Euntes ibant & flebant, &c. Duos hos versus pariter iungit Hieron. in hunc modum, Qui ambulans ibat & flebat portans ad seminandum sementem, veniens veniet in exultatione portãs manipulos suos Sñ̃ia tñ est eadem. Illud verò ꝙ Hiero. vertit, portans ad seminandum sementem. Felix aliter redidit, Portans pretiosum semen, uel portans protractè siue de longe semen. Quõ autẽ iuxta hanc uersionem, si uiri iusti semẽ pretiosum, manifestum est ex fructu quẽ profert fœcundissimũ, item & quõ de longe semen hoc portat. Multum. n. distat fructus à semine, & longa animi expectatione opus est, post semen missum in terram, antequam consequatur fructus eius. Alii rursum vertunt vas Aseminis, ad hunc modum. Portantes vas seminis, quomodo videlicet solent ij qui seminant.

## IN PSALMVM CXXV

VErsu 3. & 4. Vanũ est vobis ante lucem surgere, surgite postquã sederitis, qui manducatis panem doloris. Cũ dederit dilectis suis somnũ. Felix ex Hebrꝗo, Vanũ est vobis diluculo ꝑuenientib. surgere, retardantib. sedere, comedentib. panẽ dolorũ: sic dabit dilectis suis somnum. Cuius lectionis hic est sensus, Vanũ est vobis, ꝙ mane ante lucem surgitis ad opus, item & ꝙ vespere diu residetis ad opus, & ĩ profundam vsq; noctem operis gratia vigilatis, sicq; panẽ in dolore & labore multo comeditis: totum hoc nihil poterit prodesse vobis, nisi adsit dñs, quã tuncunq; ſm vestram possibilitatẽ fueritis diligẽtes, ẽt si summo mane ante lucem, qñ adhuc in stratis molliter homines cubãt, exurgatis, etiamsi ad profundam vsq; noctem tardetis, sedere in continuo opere, insuper & si in maxima penuria cibi ac potus uiuatis, nũquam rem facietis, nihil proficietis, non poteritis. direscere, nisi adsit cooperator dñs, qui vobis collaboret: hoc est (vt paucis dicamus) quantumcũq; impenderitis laboris & solicitudinis, absq; Deo nihil efficietis. Quod verò dehinc sequitur, Sic dabit, vel certè dabit dilectis suis somnum, sic intellige, D Ita dñs dilectis suis vult dare dulcem quietem & bonam requiem, vult eos quodammodo dormientes esse, i. securos in bona confidentia, & non tanta anxietate solicitos. Quasi. n. somno se dat homo, qñ curam oẽm, & solicitudinem (iuxta Petri cõsilium) proiicit in Deum, cui nouit esse de se curam ꝓ maximam, quando (iuxta Psalmistę vocem) reuelans dño viam suam sperat in eo, ut ipse faciat: atque hoc facto in se- 1. Pet. 5. Psal. 36

1.Cor. 10. securitate se constituit, sciens quòd fidelis sit cui suũ cõmendauit negotiũ, q non dormitabit neq; dormiet, quin suæ commissum fidei custodiat atque
Psal.120 perficiat. Alij prædictam ex Hebræo lectionem intelligunt de malis, in hũc modum, Frustra vos puersi mane surgitis ad perpetrandam impietatem, & vespere in eadem demoramini vsque ad profundam noctem, deuorantes panem & substantiam hominum pauperum & dolentium pro oppressione. Certè qcquid vos egeritis, tñ suo tpe F dabit Deus suis electis requiem, à laborib. & molestijs oĩb. quemadmodũ in sancta Apocalypsi legimus, A modo iam dicit spiritus, vt requiescant à laborib. suis. cui intelligentiæ consonat
Apoc.14 q habet Paraph. Chal. Propterea in vanum laboratis vos qui præuenitis mane perpetraturi rapinam, & vos q tardatis & cõcinnatis præparationes, & manducatis cibos miserorum, qui laborauerunt in illis, conuenienter ât vel opportunè dabit Deus dilectis suis G somnum. ¶ Versu 5. Ita filij excussorũ. Hiero. vertit, Filia iuuentutis. Felix, filij adolescentiarum. Per hos autem filios iuuentutis conuenienter intelligimus sanctos Apostolos aliosque discipulos dñi: quos quia in initio nascẽtis Ecclesiæ sibi Christus genuit, & primitiis suis spiritus regenerauit, rectè iuuentutis filii appellant, vel filij adolescentiæ. Testatur tñ Felix rectè verti posse (vt habet nr̃a lectio) filij excussorum. ¶ Versu ult. Beatus vir qui impleuit desiderium suum ex ipsis, In Hebrœo, pro desiderio ponitur pharetra, qui impleuit pharetram suam. Implet autem ex ipsis filiis excussorum uel filijs iuuẽtutis pharetram, qui implet mentem & affectum ex illorum saluberrimis doctrinis, qui pectus suum implet illorum institutione & monitis. Quod ât in nr̃a lectione subsequit in numero singulari, Non cõfundetur cum loquetur inimicis suis in porta. i. in Hebræo simul & in Græco per numerum pluralem effertur, hoc modo, Non confundẽtur cum loquentur inimicis suis ĩ porta, intelligendo non cõfundentur neq; ipsi filij excussorum siue iuuentutis, neq; qui ex ipsis impleuerint suum desiderium uel pharetrã. Neque.n. primi illi filii, neque illorũ fideles mutatores confundentur corã inimicis, sed illi quidem vt bene præeuntes, hi verò vt bene subsequentes pariter in vitam introibunt.

## IN PSALMVM CXXVII.

VErsu 2. Beatus es, & bene tibi erit. Chal. parap. Prius refert ad beatitudinem spei in via vitæ huius, q̃ est in gratia Dei & pacata consciẽtia: posterius aũt, ad beatitudinẽ cęlestis patriæ. Sic. n. habet, Laborem manuũ tuarum, quia comedisti, bonum tibi vel beatus tu in mundo isto, & bonũ tibi vel beatus tu in mundo venturo. Hieron. sic vertit, Labores manuũ tuarum cum comederis, beatus tu, & bene tibi erit. Quod ita intelligitur, cum eo perueneris vt pro operibus detur tibi congrua merces, qua saturaberis, beatus eris, & tunc bene tibi erit, licet nunc s̃m exteriorem afflictionem tibi videatur esse male. ¶ Versu 3. Vxor tua sicut uitis abundans in laterib. domus tuæ. Hieron. vertit vitam fructiferam pro abundanti: & pro laterib. vertit in penetralib. Quæ in eãdem concurrũt s̃niam: quemadmodum & quod in sequẽti versu, p nouellis vertit germina vbi ĩ Græco ẽ νεόφυτα, q sonat nouiter plantata, siue nouellas plantationes.

## IN PSALMVM CXXVII.

VErsu 3. Supra dorsum meũ fabri cauerũt peccatores, prolongauerunt iniquitatem suam. Hieronym. Supra ceruicem meã arabant arantes pro-

prolongauerunt sulcum suum. Et in A eandē sniam Felix, supra dorsum meū atauerunt arantes, protraxerunt sulcum suum. Quę lectio cum nostra vulgata eandem habet sniam. Nam arare suprà dorsum vel ceruicem iusti, & sulcum ad modum arantium ibi prolongare atque protrahere, quid aliud est, quam graui & longa tribulatione iustum affligere? Atque hoc ipsum in lectione vulgata indicatur in fabricatione impiorum supra dorsum iusti & in prolongatione iniquitatis impio- B rum super dorsum illius. ¶ Versu 4. Dñs iustus concidet ceruices peccatorum. In Hebræo est ruoth. i. vincula, vel funes, vel perplexitates siue intricationes. Vnde Hieron. vertit, Dñs iustus concidet laqueos impiorū: & Felix, iugum vel funes impiorum. In quo
Esaiæ, 9. significatur iustum ab oīb perplexitatib. atq; difficultatib. quib. inuolutus fuerit ab impijs, per Deum liberandū, & iugum illorum conterendum: quēadmodum per Esaiam dr, Iugū.n.one- C ris eius & sceptrum exactoris eius, superasti. ¶ Versu 5. Sicut fœnum tectorum quod prius quàm euellatur, exaruit. Hieron. Quod statim ut viruerit arescit, ante vcȝ quam euellatur, ꝙ in eādem prorsus cum lectione vulgata sniam recidit. Felix verò ēt ad verbum nobiscum vertit, Quod prius quàm euellatur, exaruit. Vel sic, quod prius quam egrediatur exaruit. hoc est, mox vbi exortum fuerit incipit arescere, nullam habet subsistentiam in suo vi- D rore, quia humorem non habet neq; terram commodam. Chal. paraph. vr respicere ad situm loci eo quod in eminenti loco situm hoc fœnum qđ in tectis nascitur, facilè statim vento læditur, & ideo non subsistit. Sic.n. habet, Fiant sicut fœnū tectorū quod antequam florescat, irruit ventus notus, spiratq; in illud, & siccatur. Ita plane in impios antequam ad perfectum, & optatum florem perueniant, exurgit vetus notus, vcȝ. vel pestis vel morbus vel plaga alia, aut vt minimū graue seniū, qui illos cogit deficere. Quod aīt in sequenti versu dr, manipulos colligens, valet colligēs manipulos, de messe videlicet in brachia sua colligens, ad faciendū & colligendum manipulos. Vnde in Hebræo est verbale, significans acsi dicamus, manipulator, sicut messorem dicimus à metendo.

## IN PSALMVM CXXIX.

Versu 4. 5. & 6. Quia apud te propitiatio est, & ꝑꝑ legem tuā sustinui te dñe. Sustinuit anima mea in verbo eius, sperauit anima mea ī dño. A custodia matutina usque ad noctem speret Israel in dño. Ex Hebræo Hieronymus sic uertit, Quia tecum est propitiatio, cum terribilis sis. Sustinuit dñm, sustinuit anima mea & verbum eius expectauit. Anima mea ad dñm (supple expectat) à vigilia matutina vsque ad vigiliam matutinam: Expectet Israel dñm, quia apud dñm misericordia, &c. Cuius lectionis breuiter hanc accipe sniam. Quanquam sis terribilis & metuendus, ꝑꝑ tuam iustitiam, attamen quia simul & misericors es, quia ēt tecum est propitiatio, idcirco in patientia expectaui dñm, & in verbo promissionis eius speraui, expectauit anima mea ad dñm & perseueranter in spe eius permansit à vigilia matutina unius diei usque ad uigiliam matutinam subsequentem. i. per diem & noctem iugiter. Felix uerò aliter vertit, Quia apud te propitiatio siue venia est, ut timearis: i. ut te timeant sancto timore teque reuereantur ut pium patrem fideles tui filij. Alii exponunt, vt timearis, & colaris. Nam timere Hebræi pro colere Psal. 1
vsurpāt, ut psalmo ubi nostra lectio habet, Et permanebit cum sole & ante lunā, ī Hebræo est, Timebūt te cū sole

& vltra lunam, hoc est, colent te fideles tui, quādiu sol pstabit. Atq; ita sensus est, Apud te est indulgentia, pp q coleris ex animo à fidelib. vt Deus & pater pius. Nam si sic iniquitates obseruaret Deus, vt non esset simul apud eum indulgentia, nemo illum ex bono animo coleret, vt patrem, sed potius quasi tyrannum oēs seruiliter tm̄ metuerent. Nunc āt ipsius misericordia nos prouocat, vt ipsum ex toto cordis affectu colamus tanq̄ patrem pijssimum. Deinde versum sextum vertit Felix in hunc modum. Anima mea in dn̄o (supple sperauit) vel ad dn̄m (supple clamauit vel expectauit) supra obseruantes manè, obseruantes mane. i. diligentius q̄ ij qui summo mane cū oī solicitudine & vigilantia quippiam obseruant: vbi replicatio supra obseruantes mane, obseruantes mane, vel vehementiam indicat, vt indicetur supra obseruantes valde mane, vel significat vniuersalitatem, super quosque obseruantes mane.

## IN PSALMVM CXXX.

VErsu 3. & 4. Si non humiliter sētiebam, sed exaltaui animā meā: Sicut ablactatus est super me matre sua, ita retributio in anima mea. Hieron. Si non proposui & silere feci animam meam: Sicut ablactatus a matre sua, ita ablectet à me anima mea. Quæ lectio illam potius vr spectare intelligentiam q̄ in annotatione posita est, vt in secundo versu sit imprecatio, q̄ sibiipsi proferens Psalmum imprecat, vt si non in humilitate suam animam posuerit, & silere fecerit ab omni iactantia fiat sicut ablactatus à matre, vt sic fiat ipsius anima ablactata. i. Diuinæ consolationis lacte priuata. Pōt tñ ex Hebræo etiam sic legi: Si non posui & silere feci, vel humiliaui animam meā, ac deinde diuisim, Sicut est ablactatus matri suæ, vel erga matrem suā verè instar ablactati hēt mihi anima mea. In qua lectione pulchrè sensus qui in Elucidatione positus est exprimitur. Chal. Parap. nullā ponit imprecationem: verū simpliciter ita hēt: Si non posui manum ad os, & tacere feci animam meam donec audiret verba legis, sicut lactentem animam meā.

## IN PSALMVM CXXXI.

VErsu 1. Et oīs mansuetudinis ei9. Pro mansuetudine Hieron. vertit afflictionem. Et oīs (inquit) afflictionis eius. Felix legit, Omnis afflictionis eius, vel humilitatis, vel mansuetudinis. Snīa in idem redit, qn̄quidem māsuetudo consistit in æquamini tolerātia passionum & afflictionum obuenientium. ¶ Vers. 2. Sicut iurauit dn̄o. Hieron. Qui iurauit dn̄o, q clariorem habet intelligentiam. Et in versu quinto, q nr̄a lectio habet, Et requiem tpibus meis, Hebrea non habent. ¶ Versu 6. Ecce audiuimus eam in Effrata. Hieron. legit per genus masculinū, Ecce audiuimus illum, nempe locum dn̄i: q̄uo quidam ēt nr̄am lectionem corrigi volunt. In Græco tn̄ in genus fœmineum αὐτὴν. i. eam. Pōtq; fieri relatio ad intellectum, eam habitationem, vel requiem, vel domum dn̄i. Pro campis āt syluæ, Hieron. vertit, In regione saltus. Felix nobiscum tenet, in campis syluæ, eadem. n. snīa est. Chald. Parap. rem explicat his verbis, Inuenimus eā in campis syluæ. Libani, loco vbi adorauerunt patres mundi: hoc est in loco olim deserto, in monte Moria, vbi patrib. aliqñ fuit locus orationis & sacrificij. Adorauit. n. illic Abraham, & magnū illuc cunctisq; sæculis memorabile summæ obedientiæ sacrificium vnigeniti sui, quousq; pmissus fuit, pfecit; adorauit illic post ēt Dauid, vbi cessasset à plaga angelus, obtulitque sacri-

Gen. 22.

2. Regū 24.

ſacrificium.¶ Verſu 7. Adorabimus in A loco vbi ſteterunt pedes eius, Hieron. Adorabimus ſcabellum pedum eius.i. arcam dñi, q̃ fuit quaſi ſcabellum pedum eius, de quo diximus in annotationib. Pſal. 98. in verſum illum, adorate ſcabellum pedum eius, qm̃ ſanctũ eſt.¶ Verſu 11. Iurauit dñs Dauid veritatem, & non fruſtrabitur eũ. Hieron. Et non reuertetur ab ea,ſ. veritate.i.ñ retractabit eam, non infringet, non omittet quin perficiat. In eandẽ ſñiam Felix, Non auertetur ab ea, vel non cõuertetur aut reuer tetur, q̃ oĩa idẽ volunt. Atque eadem eſſet in vulgata lectione ſñia, ſi tantum in genere fœminco, poneretur relatiuum, pro eo legẽdo eam, hoc modo, iurauit dñs Dauid veritatem, & nõ fruſtrabitur eam.i. veritatem iuſ-iurando firmatam non faciet irritam & vanam, ſed implebit eam. Atq; hoc modo ꝑ genus fœmineum habet Græca lectio ἐκ ἀθετήσει αὐτήν. hoc eſt & non reprobauit vel abijcit, vel fruſtrabitur eam. Verumtamen lectio habens maſculinũ genus, commodam habet & ipſa intelligentiam, ut in Elucidatione monſtratum eſt. ¶ Verſu 16. Viduam eius benedicens benedicam. Ex Hebræo vertit Hiero. venationem. Felix vertit, victum eius vel cibum viaticum eius benedicens benedicã. Alii vertunt, annonam. Quæ oĩa facile in eandem pñt reduci ſñiam: Namper venationem quid intelligitur item & ꝑ cibum viaticum ſiue annonam, niſi cibus ille delicatus quo in ſancta Eccleſia paſcimur, vc3. panis verbi Dei, de quo ſua benedictione tam nos copioſè reficit, tam paſcit abũdanter in plenitudine benedictionib.? Græci ãt codices quidam habẽt χήραν, quod ſignificat viduam: plures & vulgatiores θήραν, quod ſignificat venationem. Putant aũt quidam Latinos interpretes ignorantia lapſos, vt θήραν, verterint viduam. Verum id nimiæ ignorantiæ & ſtoliditatis fuerit incuſare homines eruditos & bene meritos, ꝓcipuè ex leui tm̃ ſuſpitione. Magis autem Græcorum exemplarium diuerſitati imputãdum eſt, ꝙ viduam tranſtulerint, q̃ illorum ignorãtiæ. Quis.n. vel tenuiter doctus, ignoret hanc inter χήραν, & θήραν, differẽtiam? Latina verò exemplaria oĩa cõſtanter habent viduam, vtrũque vc3. Pſalterium Romanum & Gallicanum, ipſa ẽt lectio quam ſequitur beatus pater Auguſtinus. Nam viduã B prolixa expoſitione interpretaſ. ¶ Verſu penultimo, Illic producã cornu Dauid. Vulgò nr̃i codices habent illuc, ſed conuenientius vr̃, ſi illic legatur. Nam quid ſibi vult, illuc producã vel illuc naſci faciam? Vr̃ ergò potius legẽdum, Illic producam, in qua ſñiam vertit Hieron. Ibi oriri faciam cornu Dauid: & Felix. Illic germinare faciã vel floreſcere cornu Dauid. Aduerbiũ quoque in Græco poſitum ἐκεῖ, rectè illic uertitur. ¶ Verſu vltimo, Super ipſum ãt efflorebit ſanctificatio mea. Apoc.19 C Hieron. uertit, Super ipſum autem florebit diadema eius,i. glorificabitur ipſe ut rex regum & dñs dominantium, Apoc.1. tanquam princeps regum terræ, videlicet quando dabitur ei nomen quod eſt ſuper omne nomen, &c. Philip.2.

## IN PSALMVM CXXXII.

VErſu 1. Ecce quàm bonum, & q̃ iucundum habitare fratres in vnum. Hieron. Ecce quàm iucundũ, & D quàm decorum habitare fratres vnà. Felix, habitare fratres etiam ſimul, vel in vnum. hoc eſt, cohabitare fratres & vnanimes. Chal. Parap. ſic habet, Ecce quàm bonum & quàm iucundum, habitare Sion & in Hieruſalem ſicut duo vnum. Quod myſticè poſſet intelligi, de unione & cõione Eccleſiarum militantis atq; triumphantis. Sunt.n. hæ quaſi duo, & iñ mirabili ſocietate

ex Hebræo Hieron uertit emisit, non A
& misit. Felix simpliciter misit absque coniunctione quæ in Hebræo non ponitur. Nihil tñ variatur in s͂ ſia, siue legas & misit, siue emisit. ¶ Versu 14. Et in seruis suis deprecabitur. Hierony. Et in seruos suos erit placabilis. Felix, In seruis suis consolabitur vel pœnitebit eum: hoc est (vt loqui cõsueuit scriptura) pœnitentiam aget de malo ꝙ in eos venire pmiserat vel decreuerat s͂m ordinationem suæ sñiæ. Chald. paraph. sñiam pulchre explicat, dicens, Et super vel ad seruos suos conuertetur in miserationibus suis. B

## IN PSALMVM CXXXV.

Versu 15. Et excussit Pharaonem & virtutem eius in mari rubro. Põt illa excussio intelligi ex currib. in
Exod.14 quibus residebat Pharao cũ suis principib. ad persequendum Israelem. Nã ita legimus, Pharaonem de populi dimissione pœnitentem statim inuexisse currum. Hieron. verò pro excussit habet conuoluit: Et cõuoluit Pharaonẽ C
& exercitum eius in mari rubro. Felix verò concussit vel excussit. ¶ Versu 18. Et occidit reges fortes. Hieronymus, Et occidit reges magnificos: reges admirabiles vel terribiles. ¶ Versu 25. Qui dat escam omni carni. Pro esca in Hebræo est Lechem, ꝙ significat panem. Vnde Hierony. vertit, Qui dat panem omni creaturæ vel carni. Constat autem panem pro esca generaliter accipi, quomodo & aliàs frequenter in scriptura accipi solet.

## IN PSALMVM CXXXVI.

Versu 2. In salicibus, &c. Hieronymus super salices: Felix sup salices vel in desertis, aut in salicibus. Pro organis autem vertunt citharas. ¶ Versu 4. Et qui abduxerunt nos, hymnum cantate nobis de canticis Sion.

A Admodũ variè hic versus ex Hebræo vertitur. Hieronymi versio sic habet: Et qui affligebant nos, læti canite nobis de canticis Sion, nominatiuum læti iungens cum verbo canite. Quæ lectio hunc sensum habet, Qui nos affligebant præpositi nobis, interrogauerunt nos, & dixerunt nobis, quasi illudentes. Canite læti, vel lætitia canite nobis de canticis Sion. Felix sic vertit, Et deridentes nos, lætitiam (supple interrogabant nos, vel postulabant à nobis) cantate nobis de cantico Sion.
B Ad marginem verò sic legit, Et pro vlulatu nostro, idest, lamentationib. nostris lætitiam, supple interrogant vel poscebant, à nobis. Vel sic, Inimici nostri, qui scilicet deludebant nos, lætitiam, supple interrogabant nos. id est sermonem vel carmen lætitiæ postulabant. Vel sic, Suspensis nostris id est, instrumentis nostris musicis quæ suspensa erant, interrogabant sermonem lætitię. Chald. Paraphr. clarè hanc lectionem ita explicat, Et
C qui rapuerunt nos, affecti lætitia dicebant, Psallite nobis cantica quæ dicebatis in Sion. ¶ Versu 6. Obliuioni dextera mea. Quidam vertunt, obliuiscatur dextera mea, subaudientes artis suæ. id est, dextera mea destituat arte defendendi, non possit vltra protegere, aut defendere me, si non &c. Atque huic versioni satis consonat lectio Psalterij Romani, quæ habet, Obliuiscatur me dextera mea; Verum nostræ versioni fauet quod Hiero-
D nymus vertit, In obliuione sit dextera tua. Felix item legit nobiscum, obliuioni detur. Intelligitur autem istum obliuioni dari à Deo, videlicet vt non vltra Deus recordetur adiutorium præbere dexteræ. hoc est, ut non amplius sit auxilio. Solet enim Dei protectio per assistentiam dexteræ significari, vt psal. 120. Dñs custodit te, dñs protectio tua, super manum dexteram

teram

teram tuam. ¶ Versu 8. Si non propo- E
suero Hierusalē, in principio lætitiæ
meæ, Ita p omnia nobiscum legit Hie
ron. Felix aūt sic habet, Si non extulero Hierusalē, super caput læti tię meę,
ꝙ eandem habet cum nr̄a lectione sententiam. hoc est, si non Hierusalem oī letitiæ meæ præposuero, i. si non Hierusalem ꝑposuero oīb. gaudijs & delicijs, q̄ mihi possent in Babylone contingere, vel si non luctum pro ciuitate Hierusalem præposuero oī gaudio & oī lætitiæ, q̄ mihi possit contingere, & F
si nō illa semꝑ ob oculos versabitur, vcꝫ. vt qñcunq; lætitiæ vlla occasiōe obtulerit, prius luctum mihi excitet memoria Hierusalem, adeò miserè destitutæ, quàm lætari incipiam, quo videlicet tali modo temperata lætitia, modo nō escedat, neque alia sit quàm exulem & captiuum deceat. Quam rē nos quoq; in desiderio patriæ cælestis imitarinon foret inutile, vcꝫ. vt in qualibet occasione lætitiæ occurrente, prius nr̄æ captiuitatis in qua nunc de G
gimus miseriam ponamus ob oculos, quàm lætitiæ dedamus nosmetipsos: vt hoc mō admixtione doloris velut misceatur, ac temperet nr̄um gaudiū, ne fiat gaudiū effusum, & crassius quā exulem & captiuitatis filium deceat. ¶ Versu 10. Exinanite, exinanite vsque ad fundamentum in ea. Hieron. Euacuate vsque ad fundamentum eius. Felix, Exinanite, exinanite, vel euacuate, euacuate, vel deuastate, deuastate, vsq; ad fundamentum in ea. Oīa.n. hæc idē D
sunt. In eo verò ꝙ sequitur, Filia Babylonis misera, Hieron. pro misera ponit deuastata, subaudiendo erit vel fiet. Felix, misera, deuastata vel depopulata. Quidam Babylonem ponunt casu vocatiuo, & vastationis, vel miserię casu genitiuo, adhunc modum, O Babylon filia vastationis vel desolationis ſm eū modum loquendi quo in scripturis dicuntur filii mortis vel damnationis, qui morti addicti, vel destinati sunt.

## IN PSALMVM CXXXVII.

VErsu 1. Quoniam audisti oīa verba oris mei. Totum hoc in Hebræo prorsus nō legitur, sed principium versus sequētis cum initio Psalmi continuatur, ad hunc modum, Cōfitebor tibi dn̄e in toto corde meo, in conspectu angelorum vel deorum vel iudicum aut magnatum, psallam tibi. In Græco hr̄ quidem hæc oratio, sed non in eodem loco quo in nr̄is codicibus ponitur. Habēt.n. Græci libri hūc ordinem, Confitebor tibi dn̄e in toto corde, & in conspectu angelorum psallam tibi: Qm̄ audisti oīa verba oris mei, adorabo ad templum sanctum tuum, &c. ¶ Versu 3. qm̄ magnificasti super oē nomen sanctum tuum. In vulgata hac lectione vr̄ singularis numerus positus pro plurali, oē pro oīa, in hunc sensum, Magnificasti nomen sanctum tuum super oīa, iuxta dr̄ in psal. 8. Dn̄e dn̄s noster, quàm admirabile ē nomen tuum in vniuersa terra. In Hebræo aūt hr̄, Magnificasti super omne nomē tuum eloquium tuum, qūo vertunt Hieron. & Felix. Quod ita potest intelligi, Magnificasti verbum tuum Euangelicæ prædicationis & extulisti super oē nomen tuum, qm̄ videlicet ante illud verbum mundo missum, vocabaris tantum Deus Israel, Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, defensor & pastor Israel. Verum eloquiū tuum non in Iudæa tantum voluisti latere, sed per vniuersum orbem terrarum fecisti diuulgari. Chal. Parap. habet, Magnificasti super omne nomen tuum verba laudis tuæ. i. verba tuę laudis nullis tuis nominib. valent comprehendi, nullum tibi nōmen est quo tua laus atque celsitudo penitus explicari possit. Quidam putant in hac oratione esse hyperbaton, sicque in Hebræo eā esse

Psal. 8.

esse iungendam, Magnificasti nomen tuũ super, vel pp omne verbum tuũ, hoc est, nomen tuum vehementer magnificasti & laude dignum cõmendasti, ex eo ꝙ quicquid vnquam promisisti, fideliter adimpleas. Atque ita dicit
Psal.108 Felix verti posse, Magnificasti super omne eloquium tuum nomen tuum, modo super, loco pp accipiatur. ¶ Versu vltimo, Dominus retribuet pro me. In Hebræo, Dominus operabitur pro me, vt vertit Hieron. vel dominus perficiet, finiet vel consummabit pro me, B vt Felix. In ultima autem parte, Opera manuum tuarum ne despicias, Hieronym. habet, Ne dimittas. i. ne patiaris perdi, ne perire sinas. Felix, ne dimittas vel ne relaxas. i. ne dissoluere aut diffluere sinas.

## IN PSALMVM CXXXVIII.

VErsu 2. Intellexisti cogitationes meas de longe. Hieron. Intellexisti malum meum de longe, quod põt C intelligi actiuè, malum quod feci, vel passiuè, quod pertuli. Felix in textu nobiscum legit, cogitationem. Verum ad marginem ponit multiplicem versionem. Vel sic, Intellexisti malum meũ, actiuè vel passiuè. Aliter, Intellexisti vt consociares me. i. coniungeres me: vel intellexisti socium meum vel amicum meum: hoc est, non me solum cognouisti, verũ etiam quicquid ad me attinet, & quicquid mihi est coniunctum, aut tu nosti cum quibus sit vita mea D & cum qualib. conuersatio mea. Vel sic, Amicum meum & socium meum tu à longe optimè nosti, cum nullam videaris cum illo familiarem conuersationem ducere, longe etiam melius me, qui tamen illi perpetuo conuiuo familiariter, & illi sum assiduus, ac iã ferè modium salis (quod dici solet) cũ eo absumpsi: etiam post tam longam tamque familiarem conuersationem, Atu illum nosti melius ac magis intimè quàm ego illum nouerim, & melius cognoscis quo erga me sit animo, cum ego id certo non sciam & falli possim quantumuis interiorib. indicijs amicitiam erga me testetur. Nemo.n. filius est, qui oĩno certum & exploratũ habeat patris animum atque econtrario neque vllus maritus suæ coniugis hẽt certum animum, cum subinde auditũ sit, & a parentib. filios, & a filiis parentes, ab vxorib. maritos, à maritis vxores varijs modis fuisse interfectos. ¶ Versu eodem, Semitam meam & funiculũ meum inuestigasti. Hierony. Semitam meam & accubitionem meam euentilasti. Felix Semitam meam & accubitũ meum circundedisti. De quibus diximus in annotationibus principalibus. Felix verò dicit etiam sic verti posse, Semitam meam & quadratum meum, vel quadrum vel quadrangulum meũ euentilasti vel dispersisti. Quod ego quidem puto (iuxta sententiam Elucidationis) aptè posse exponi de hominis intentione, intelligendo per quadratum gnomonem, vel instrumentũ quo examinãtur lapides, an rectè quadrati sint, qũo per funiculum muri & parietes in ædificio, an absq; curuitate surgant, Hominis autem intentio eadem ratione & funiculus & gnomo vel quadratum, i. instr̃m ad quadrandum potest appellari. Ipse verò sic exponit, Semitam quam feci per omnes quatuor partes mundi, vel omnes quatuor partes mei, inuestigasti. ¶ Versu 3. Quia non est sermo in lingua mea. Græcis exemplaribus nunc legimus pro sermone δόλος, quomodo etiam habet lectio Romani psalterij, Non ẽ dolus in lingua mea. Verum id ex corruptione, videtur esse videlicet pro λόγος deprauatè scriptum δόλος: id est. pro sermone dolus. Id ex Hebræo fit euidens. Cæterum ex Hebraica lectio ne hęc pars tertij versus continuanda

erit cũ pricipio quarti versus sequētis in hunc modum, Quia non est eloqũ in lingua mea, ecce dñe nosti oïa. Sic n. vertit Hierony. Neque minus clarè Felix, Qm̄ nõ est sermo in lingua mea ecce dñe cognouisti totum ipsum: qđ sic exponit, Nondum fuit sermo in lingua mea, & tu dñe cognouisti totum ipsum sermonem: vel sic, Non est sermo in lingua mea, quem tu nõ cognoueris. Vel sic, Quamuis non est sermo in lingua mea, attamen tu cognouisti oïa quæ cogito, oës cogitationes cordis mei. Cui consonat parap. Chal. q̃ sic hēt, Et cum nõ est verbũ in lingua mea ecce Deus tu nosti cogitationes cordi mei oës. Deinde ꝑ eo ꝙ nos habemus, Nouissima & antiqua tu formasti me, ex Hebræo longe à vulgata lectione diuersa sñia legimus: Retro & ante formasti me: i. posteriora & anteriora mea: hoc est, totum me, quantus quantus sum. Ita. n. vulgo vbi significare volumus nos rem exactè perspexisse & probè cognoscere, dicimus nos rem eiusmodi ante & retro perspexisse. i. quæcunque sunt in re eiusmodi. ¶ Versu 8. Si sumpsero pennas meas diluculo &c. Felix, Assumā pennas auroræ. Quod simpliciter intelligi pōt, Si assumpsero pennas ad volandũ admodum diluculo in aurora iuxta sñiam vulgatæ lectionis. Aliqui cōparationem putāt fieri à sole in aurora, qui mox vbi oriri cœperit, iactu celerrimo radios longissimos proijcit versus Occidentem, supra mare, quod ad Occidentem est, qm̄ illic mare dr̄ occidere, ꝑꝑ ꝙ ēt Poetæ cum occasum solis volunt significare, ipsum se condere dīt in Oceano. Vult ergo significare Propheta. Si ita celeriter possem auolare, q̃uo celerrimè Sol in aurora oriens, spargit versus Occidentem lõgissimos radios, sicque in vltimis maris, in vltimo Occidentis facerē mihi habitationem, ēt illic te inuenirem, & tu me illic regeres atque custodires. ¶ Versu 9. Etenim illuc manus tua deducet me. Pōt intelligi illuc, ad illum locum, adhoc extremum maris deducet me manus tua, sine cuius ductu impossibile me foret illuc pertingere. Vel sic, Manus tua illuc me deducet, illuc mihi duxerit & conseruatrix: vt ꝙ sequitur, Et tenebit me dextera tua, p̃cedens explicet. Cui consonat ꝙ vertit Felix, etiam illuc manus tua diriget me, vel manu tua diriges me. ¶ Versu 13. Confitebor tibi, qm̄ terribiliter magnificatus es. Hiero. Confitebor tibi, qm̄ terribiliter magnificasti me. Felix. Confitebor tibi, quoniam terribiliter & mirificè formatus sum: vel ita, Quoniam terribilibus segregatus sum. i. terribilib. operationib. segregatus sum, & formatus sum à te, vel occultè effectus sum à te. In eo āt ꝙ sequitur, Mirabilia opera tua, & anima mea cognoscet nimis: quidam vltimo loco positum aduerbium nimis, iungunt cum nomine mirabilia, ad hunc modum, Opera tua sunt nimis mirabilia, & anima mea cognoscet, vel contemplabitur ea. Cuius simile diximus in versum primum psal. 45. Deus refugium nostrum & virtus, adiutor in tribulationib. q̃ inuenerunt non nimis. Diximus. n. nimis, construi cum adiutor, hoc sensu, valde adiutor. i. adiutor potēs ac validus. ¶ Versu 14. Non est occultatum os meum à te, ꝙ fecisti in occulto. Hieron. Non sunt operta ossa mea, à te, quibus factus sũ in occulto, i. quib. formatus sum in abscondito materni vteri, vel in occulto in operimento carnis & pellis. Felix, Nõ est occultatum os meum à te, quoniam factus sum in occulto; hoc est, quamuis in occulto factus sum in secreto materni vteri: attamen ossa mea non sunt tibi incognita. Quidam os ꝑ fortitudine accipiunt, quæ est in ossibus maxima, in hunc sensum, Non erat

Psal. 45.

erat tibi occultata fortitudo mea, cum E
essem in abscondito, quasi dicat, tu no
sti, quàm fuerim nullius virtutis, cum
in utero materno tuis manibus pri-
mum formari incipere. ¶ Versu eodẽ.
Et substantia mea in inferioribus ter-
ræ. Dictio quæ hic in Hebræo ponitur
pro substantia à verbo raKam descen
dit, q (teste Reuchlinio) significat acu
pinxit, imaginib. intexuit, polymitauit
&(si dicere liceret) texi pinxit. hinc il
lud q Hiero. hoc loco vertit, Imagina
tus sum in nouissimis terræ, idem pu- F
tat esse, quod cõtextus sum in inferio-
ribus terræ. i. in matrice. Valet. n. ima-
ginatus sum, ac si dicã, sm varias ima-
gines & varios colores pulchra diuer
sitate artificiosè factus sum, quo pan-
nus lineus pulchrè solet acu pingi, aut
quo aulea atque tapeta (quæ vocant)
diuersarum imaginum & diuersorum
colorum varietate solent artificiosè
contexi. Significatur hoc loquendi
schemate, inexplicabile imò in com-
prehensibile artificium, quo hominis G
corpus tam pulchra varietate, tam mi
rabiliter componitur ex tam diuersa-
rum rationum membris: quemadmo-
dum vestis phrygianica ex nimium di
uersis colorib. aptissimè tamen distri-
butis artificiosè contexitur. Hinc qui-
dam verterunt, Ingeniosissimè contex
tus sum: alij, acu pictus sum: alij, phry
gianicis imaginib. formatus sum vel
contextus. Ad idem hoc verbum spe-
Psal. 44. ctat dictio illa quæ in psalm. est 44. p
varietatib. cum dicitur de spõsa, quòd H
sit circumamicta varietatib. de quo
suo loco dictum inuenies. ¶ Versu 15.
Imperfectum meum viderunt oculi
tui. In Hebræo est galmi, quod signifi-
cat rudem fœtum meum, quod vulgo
solent naturales embrionem appella-
re, cum videlicet nondum fœtus in
materno vtero oïb. suis membris, &
forma vltima fuerit absolutus, sed im
politus adhuc est temporis successu
per virtutem generatiuam perficien-
dus. De hoc dictum est plenius in an-
notationib. priorib. Quod autem se-
quitur, & in libro tuo omnes scriben
tur, Felix vertit per genus neutrum,
hoc modo, Et in libro tuo omnia illa
scribentur, quod exponunt de mem-
bris corporis, hoc modo. Oïa illa mẽ- Lucæ. 12
bra corporis in libro tuo scribentur,
omnia illa mẽbra quib. informe illud
corpus perficis, scribẽtur in libro tuo,
ita vt (iuxta dñi verbum) etiam capil-
li capitis omnes numerentur, nec pos
sit, vel vnus ex eis perire. Atq; in hunc
sensum quod continuò sequitur, Dies
formabuntur, & nemo in eis, ita verti
potest, Per dies formabuntur, & nullũ
ex eis, hoc, est formabuntur membra
illa tpis successu, & non erat vnum ex
eis tunc tpis cum adhuc essem infor-
mis massa in matris utero. Iuxta quã
ferè sñiam, quidam Paraphrastes sic
vertit, Cùm informis essem fœtus, vi-
debas me: cũcta membra, quæ per dies
formata sunt, velut in libro habebas
descripta, cum adhuc ne unum qui-
dem extaret. Hiero. verò, quantum ad
partem priorem vertit, vt habet nřa
lectio, In libro tuo omnes scribentur.
Quod autem sequitur, Dies formabũ-
tur, & nemo in eis, ita reddidit, Dies
formati sunt, & non est una in eis, Cu-
ius lectionis sententia in annotationi
bus prioribus assignata est. Alii verò
sic exponunt, Dies formabuntur, & da
buntur nobis, quibus viuemus super
terram, & non una in eis supple assi-
gnata est ad nostrum arbitrium, sed
statuta vitę periodus à Deo peragi dẽt,
& non potest præteriri. ¶ Versu 16.
Mihi autem nimis honorificati sunt
amici tui Deus, &c. Hieronym. Mihi
autem quàm honorabiles facti sunt
amici tui Deus, quàm fortes pauperes
eorum. hoc est, Quàm sunt validi, con
stantes, & robusti, ad perferendum
omnia, uerum illi pauperes spiritu in-
ter

ter amicos Dei. Quàm.n.fortis erat il-E le ex amicis Dei pauper, qui cũ nihil haberet, confidenter iactabat oĩa se
Phili. 4. possidere: & multos locupletare, q̃ cũ
Rom. 5. in penuria viueret, clamabat oĩa se habere, & abundare, omnia quoq; pos se in eo qui ipsum confortabat, qui ẽt
2. Cor. 12. in tribulationibus gaudebat, & pro in firmitatibus suis libẽter gloriabatur: qui clamabat, neque morte, neque vita, neque vlla omnino creatura se pos
Rom. 8. se separari à charitate Dei, & alia huiusmodi permulta magnæ fortitudinis testimonia. Quãtum verò ad priorem partẽ, potest ex Hebræo ẽt sic uerti, Mihi aũt quam fuerunt preciosę cogitationes tuę Deus. Nã dictio, Hebraica hic posita reim, ambigua est, ad significandũ cogitationes uel amicos: pp qđ, in versu secũdo præsentis Psalmi vbi eadẽ dictio ponit̃, diximus verti posse. Intellexisti cogitationem meã vel amicũ meum. Huius aũt lectionis sensus erit, O Deus, cogitationes tuæ istæ quibus tu sic cogitas, & sic agis G cum genere hoĩum, quã sunt preciosæ, quã sunt stupendæ, quantisq; laudibus dignæ celebrari? Priori tñ uersioni apertè fauet Chal. Paraph. quæ sic hẽt: Mihi aũt quàm honorabiles sunt qui amant te iusti, Deus: & quàm ualidi sunt principe eorum? Et qđ sequit̃, aliter quoq; quàm Hieron. vertit, legi põt. Nam Felicis versio sic hẽt. Quàm multiplicati sunt principe eorũ, nempe amicorum Dei: vel, Quàm confortati sunt, idest, quàm fortes facti sunt. D Vel sic. Quàm corroborata sunt capita eorum. Quæ lectio secundum sententiam satis cum Hieronymiana cõuenit. Nam principes isti multiplicati vel capita confortata amicorum Dei, sunt fortes illi pauperes quos constituit Deus super omnem terrã, & quos
Psal. 44. tanquam fortes Deus vehementer ele
Psal. 40. uauit, ut ĩ alijs Psalmis scribitur. Quidam vertunt summas pro principibus vel capitibus, in hunc modum, Quàm præualuerunt, vel quàm ingentes factæ sunt summæ earum, nempe cogitationum, vt (quomodo sequitur) dinumerare nõ possint. Aut, Quàm multæ summæ eorum, nempe amicorum Dei, i. quantæ multitudines eorum, vt dinumerare non possint. Nam lectio Hebraica ambigua est, licetque vertere per genus masculinum siue fœmineum, vti uidebitur commodius. Quidam partem posteriorem sic vertunt, F Quàm difficilis estcomputatio earum cogitationum, vel eorum amicorum ob nimiam multitudinem. Diuersitas omnis ex hoc procedit, q̃ dictio Hebraica hoc in loco posita roſſ, p̃ aleph in medio, plura significat. Proprie.n. caput significat, transumptiuè cacumen cuiuslibet rei, principem, vel sũmum, vel primum & supremum. Inde summi principes & capitanei denominantur. Inuenitur ẽt & summam significare, vt Exod. 30. Cum acceperis sũ- Exod. 30
mam filiorum Israel. Atq; ex hac vocis ambiguitate procedit translationum supra posita diuersitas. ¶ Versu 17. Exurrexi, & adhuc sum tecum. De resurrectione futura post mortem hoc exponit Paraph. Chald. quæ sic habet, Resurgam in mundo venturo, & adhuc sum tecum. ¶ Versu 19. Quia dicitis in cogitatione, accipient in vanitate ciuitates suas. Longè aliter est in Hebræo: Hiero. quidem sic vertit, Quia contradicent tibi sceleratè, eleuati sũt frustrà aduersarij tui. hoc est, inimici tui in scelere & impietate sua contradicent regnabuntque tibi & erunt inobedientes: ipsi frustra eleuati sunt, absque vtilitate præpositi sunt alijs, q̃ tñ non rarò contingere solet, vt mali præsint bonis. Secundum quam expositionem hæc lectio facile poterit cũ nostra vulgata concordari, id quod cõ ferenti facile fiet manifestum. Potest & aliter intelligi hæc Hieron. uersio,

frustra

frustrà & vanè contra te eleuati sunt A per superbiam vt tibi contradicanr, cum nullam habeat causam sese contra te eleuandi, imò omnem porius causam habeat sese humiliandi sub manu tua,tibique humiliter obediendi. Vel frustrà eleuati suut cōtra te & amicos tuos,quia præualere non poterunt neque tibi,neq; tuis amicis: qm̄ postquam corpus occiderinr,non habent quid faciant. Ponit Felix & aliàs plures versiones, in textu tñ non ponens nisi quod vertit Hiero. Quantum B autem ad secundam partem, dicit rectè verti posse vt habet nostra lectio, Accipiant inuanū ciuitates tuas.¶ Versu vlt. Et uide,si uia iniquitatis in me est. Hieron. pro uia iniquitatis vertit, viam doli. Felix viam afflictionis vel contristationis vel contristanrem.i.efficientem dolorem vel afflictionem. Hæc autem est via impietatis, q̄ perducit ad dolorem æternum. Verti etiam pōt, rebellionis vel inobedientiæ. Nomen.n.quod in Hebræo ponitur à ver C bo atzab, quod significar sollicitauit, contendit,contristauit, afflixit,irritauit,rebellauit, ad iracundiam prouocauit,perturbauit,ærumnis affecit. Vnde nomen hoc loco positum,significat contentionem, contristationem,afflictionem, rebellionem, irritationem, perturbationem,& huiusmodi. Quod āt in secunda parte dicitur, Deduc me in via æterna, Hiero. ita legit nobiscū. Felix verò, Deduc me per viā sæculi, quod pōt intelligi per uiā huius mun D di,vel sic per viam rectorum:i.iustorū qui sunt in hoc mundo: quemadmodum habet Paraph. Chal. In uia rectorum mundi. Potest & sic verti. Deduc me per viam in æternum. Quidā hāc orationem accipiunt per modum sibi imprecantis malum, vt deduci in viā sæculi vel mundi sit interfici,& ire viā mundi sit mori: quemadmodum ire viam vniuersæ carnis, appellamus mori. Et iuxta hāc expositionem sic intelligunt. Vide, si in me ē via iniquitatis, quod si inueneris, interfice me. Nō.n. sum mihi doli conscius. Verum huic sensui obsistit addita coniunctio (&) ante deduc, quæ imprecationem talē non bene patitur.

Lucæ 12

## IN PSALMVM CXXXIX.

VErsu 5. Qui cogitauerunt supplātare gressus meos. Felix ait verti posse, Qui cogitauerunt propellere plantas meas: quod eundem sensum habet, cogitauerunt impellere pedes meos vel plātas meas ad lapsum.¶ Versu 6. Iuxta iter scandalum posuerunt mihi. Hiero. Iuxta semitam offendiculum posuerunt mihi. Felix, Iuxta semitam tendiculas vel offendicula posuerunt mihi. Sensum eundem cum nr̄a lectione explicant.¶ Versu 8. Obūbrasti super caput meum in die belli. Clarius Hiero. Protexisti caput meum in die belli. Verū etiam pōt ad verbum, in die armorum: hoc est, in die quādo erant sumenda arma, quod proculdubio est in die belli & oppugnationis, cum videlicet te oppugnauerint tui aduersarij. Hoc autem tp̄s belli, quanquam generaliter loquendo totū sit tp̄s vitę huius (iuxta dictum beati Iob. Militia est vita hominis super terram) specialiter tñ quædam sunt belli tp̄a, qñ plus solito diuina permissione oppugnamur, quo tp̄e solet nobis Deus super caput obumbrare, qui est adiutor in opportunitatib. ¶ Versu 9. Ne tradas me dñe à desiderio meo peccatori, cogitauerunt contra me, ne derelinquas me, ne forte exaltentur. In elucidatione indicauimus, hic poni loco cōtra vel præter & contra desideriū meum. Totum autem hūc versum sic vertit Hiero. Ne des dñe desideria impij, scelera eius ne effundantur, & eleuentur. Cuius lectionis hic est sensus,

Iob. 17.

Psal. 9.

Non

Non concedas, non finas impleri desi- E
deria impiorum, vc3. scelera eorum, & impias cogitationes, quas cogitauerãt contra bonos, ne ipsi effundantur læti tia, & exaltentur atq; glorientur, si eos preualere contigerit. Felix aliquanto clarius sic vertit, Ne perficias dñe desideria impij, cogitationẽ eius ne con summes, exaltabuntur. i. alioqui exalta buntur, si tu illorum desideria & cogi tationes consumares, ipsi eleuarentur superbè. Dicit ẽt sic posse verti, Capi- strum eius (impij) ne abstrahas vel au- F
feras vel educas. Quod sm similitudi- nem bestiarum debet intelligi, quorũ ora ne noceant, obstruũtur capistris. Nam ita ẽt dñs Deus dum impios dæmones & homines coercet, ne omnẽ malitiam quam vellent exercere pos- sint in pios, quasi capistro os illis ob- struit, obuoluit, atque cõcludit vt mo- dere. i. no cere non valeant. Iustus er- go feritatem impiorum, si relaxarenẽ metuens, hoc ab eo postulat, vt nõ ab- strahat Deus capistrum impij, sed ca- G
pistratum illum relinquat, vt nõ possit preualere. ¶ Versu 10. Caput circuitus eorum labor labiorum ipsorum ope- riet eos. Hieronymus. Amaritudo conuiuiorum, labor labiorum eorũ operiet eos. Quod ita potest exponi, Praua doctrina & dogmatum per- uersorum adinuentio, quam bonis im pii proponunt, quasi conuiuia splẽdi- da, sed quouis felle & absynthio ama- riora, nempe labor labiorum ipsorum vc3. dogmata peruersa, in quib. disse- H
minandis laborant, & quæ per labia sua proloquuntur, operiet eos confu- sione æterna. Felix aliter vertit, Prin- cipem circundantium me, afflictio la- biorum eius operiet illum. i. eum qui est caput & princeps, & quasi dux ini- micorum meorum, hac vnà cum suis opprimet labor labiorum ipsis, hic ex verbis suis dolosis damnationem reci piet. Ad quam sñiam reduci posset le- ctio nostra vulgata: si caput accipere- mus in casu accusatiuo, pro principe vel pcipuo, ipsum verò circuitum pro multitudine impiorum circundãtiũ. Esset. n. hic sensus, Ipsum qui est caput & princeps inter eos qui nunc ad no- cendum me circuieunt, hunc vnà cũ suis operiet labor labiorum ipsorum. ¶ Versu 11. Cadent super eos carbones in ignem deijcies eos, in miserijs non subsistent. Quidam aliter hunc versũ distinguunt, hoc modo, Cadent super eos carbones in igni: i. carbones ignis vel igniti, deijcies eos in miseriis: ac deinde, non subsistent: i. non stabunt cum beatis, nõ resurgent ad gloriam, sed tollentur ne videant gloriam Dei, & proijciẽtur in tenebras exteriores. Vtraq; distinctio bonam habet intelli gentiam. Hieron. verò ex Hebræo sic vertit, Cadẽt super eos carbones ignis deijcies eos in foueas, vt non consur- gant. i. vt nunquam inde queant exur- gere, vt nunquam possint inde emer- gere. Chald. autem Paraphr. nostram lectionem pulchrè explicat, his verbis Cadent super illos carbones de cælo, in ignem & in gehennam præcipita- bis eos, & in foueas illaqueationis, ut non resurgant ad uitã æternam. ¶ Ver su 12. Virum iniustum mala capient in interitu. In Græco est verbum θηρεύσει, quod significat venari: propter q̄ hic est sensus, Virum iniquum ma- la venabuntur, vel quasi venatione ca piet in interitu, vel mala venationem instituent contra impium, aut sicut venando persequentur impium ad in teritum, videlicet eum iugiter inse- quendo & impellendo, donec detru- dant in interitum ignis æterni. Et ea- dem hæc sententia in Hebræo indica- tur. Vnde Chal. Paraph. hanc venatio nem sic exprimit, Virum prauum & malignum venabitur angelus mortis, & detrudet in gehennam.

IN PSALMVM CXL.

VErsu 2. Dirigat oratio mea,&c. Pulchrè hunc locum explanat lectio Chald. Parap. Dirigatur dñe oratio mea sicut suffimentum aromaticũ coram te, eleuatio manuũ mearum in oratione sicut munus suaue vel oblatio suauis, q̃ offertur in vespere. ¶Versu 3. Pone dñe custodiam ori meo, & ostium circumstantiæ labiis meis. Felix, Pone dñe custodiã ori meo, custodiam super ostium labiorum meorũ: B ꝙ eandem cum nr̃a lectione snĩam habet. Idem.n.est poni labiis ostium circunstantiæ, ꝙ poni custodiã sup̃ ostiũ labiorum. Vtrunq; nõ aliud significat q̃ linguæ refrenationem, & labiorum custodiam, ut nihil eloquatur lingua, nihil egrediatur labia, ꝙ non deceat egredi per os iusti. Verti ẽt p̃t, Pone custodiam super eleuationem labiorũ meorum, ꝙ simpliciter in snĩam iam expositam p̃t accipi, Pone custodiam super apertione labiorum: uel ut signi C ficetur custodia super exaltatione labiorum: hoc est, p̃seruatio à uerbis superbiæ, Tunc.n. modo quodam eleuantur labia cum superba loquuntur. B. ãt Hiero. neque ostium vertit, neq. eleuationem, sed paupertatem. Serua (inquit) paupertatem labiorum meorũ: hoc est, custodi labia mea in paucitate & raritate sermonis, vt non sint ad effutiendum quælibet nimium facilia. Nam in multiloquio (vt sapiens ait) ñ deest peccatum. Et Iacobus Apost. do D cet, tardos debere nos esse ad loquendum, sicut & ad irascendum. Prouenit ãt diuersitas ista ex æquiuocatione nominis Hebraici dal, quod si accipiatur pro deleth per sex puncta, vt per apocopem vltima assumpta litera, & punctis sex in unum patha commutatis, significat ostium, ut uertit Felix. Si ãt dal accipiatur vt descendẽs à verbo dalatla, quod significat eleuauit, sustu

A lit, eleuationem significat. Significat eadem dictio dal, hominem pauperẽ, miserum, inopẽ, tenuẽ, & quasi exhaustum: q̃ significationem insequutus ẽ Hiero. ¶Versu 4. Nõ declines cor meũ in verba malitiæ, ad excusandas excusationes in peccatis, Cum hominibus operantibus iniquitatem, & non cõicabo cum electis eorum. Hiero. Nõ declines cor meum in verbum malum, voluere cogitationes impias cum uiris operãtib. neque comedere in deliciis eorum. Quæ lectio per se facilem hẽt intelligentiam. Comedere autem in delicijs impiorum, intelligimus frui eisdem quib. impij voluptatib. ¶Versu 6. Oleum autem peccatoris nõ impinguet caput meum. Hierony. pro oleo peccatoris, vertit oleum amaritudinis Oleum (inquit) amaritudinis non impinguet caput meum. Idem ãt est ꝙ ille, oleum amaritudinis, & nr̃a lectio oleum peccatoris appellat. Blanda.n. adulatio, qua peccatores solent (potissimum principib. atq; magnatib.) adblandiri, veræ amaritudinis oleum ẽ, quouis felle amarius, & quouis peius toxico, quo subuertuntur corda hominum. Felix ãt totum hunc versum longe aliter vertit, in hunc modum, Percutiet me iustus misericordia, & redarguet me, oleum capitis non prohibebit caput meum. Quod sic intelligitur Si me percusserit iustus, erit hoc mihi benignitas, erit beneficium, erit misericordia talis percussio qua verberat charitas: & si me redaguerit, erit hoc mihi oleum capitis, quasi oleum boni odoris super caput: ita.s. me refocillabit, & vires mihi restaurabit, atq; ideo caput meũ non prohibebit tale oleũ, ob hoc quia tam utile est corripi à iusto, nolo fugere corruptionem iustorum, nolo caput subtrahere, sed libenter volo suscipere. Pro oleo autẽ capitis, verti põt oleum primũ, præcipuũ, excellens, vel eximiũ: & significabitur

correptio uiri iusti esse quasi vnguentum preciosissimu m. Causa ãt huius diuersitatis, vt Hiero. vertat oleũ amaritudinis, Felix oleum capitis: alius, oleum primum, ex æquiuocatione est dictionis Hebraicæ rosſ, per aleph in medio, Significat.n.caput, vnde transumitur ad significandum primum, summum, præcipuum, eximiũ. Est & aliud eius significatum, vel, amaritudo, toxicum quam sequitur Hierony. Idem & in psalmi præcedentis versu 10. vsuuenit, vbi nos habemus caput circuitns, nam Felix principem vel præcipuum vertit. Hieron. amaritudinem, vt suprà ostendimus. Pro illo quoque, Non impinguet caput meum, quod habet cũ nfa lectione Hiero. & quod Felix vertit, Nõ prohibebit caput meum: verti ẽt põt, Nõ franget vel conteret caput meum: estque sensus, Oleum illud correptionis iusti non mihi caput conteret, non malum erit mihi aut insalubre, imò potius confortabit, & reparabit mihi vires. ¶ Versu 7. Absorpti sũt iũcti petræ iudices eorum. Id ex Hebræo vertit ferè iuxta modum nostræ lectionis Hierony. Sublati sunt iuxta petram iudices eorum. Felix autem in textu sic habet, Distrahantur sũp acumina lapidum iudices eorum. Quibus verbis quidam per figuram dicunt optari, vt principes errorum su per loca saxosa distrahantur, & quasi scindãtur acutis petris: i. crudeli supplicio intereãt, vt illis iusto supplicio peremptis, simpliciores quos illi in seductione tenebãt, verba veritatis audiant, q̃ sũt potẽtia. Quã sñiam clarius alii sic exprimũt, Præcipitẽt ĩ locis petræ, vel ĩ locis saxosis: i. in rupib. principes eorũ. ¶ Versu vlt. Cadent ĩ retiaculo eius peccatores: singulariter sum ego, donec transeam. Secus in Hebræo legiẽ.

Psal.125 Nam Hiero. sic vertit, Incident in rete eius (nempe diaboli, qui est malorum caput: vel in rete impietatis) impij simul. i. impiorum vniuersitas, vt nec vnus rete illud mortis effugiat: ac deinde separatim adijcit, Ego ãt trãsibo. i, ego euadam rete illud impiorũ, transibo de vita ac mortali ad vitam nunquam intermorituram: quemadmodũ in alio Psalmo dr̃, anima nr̃a sicut passer erepta est de laqueo venantium: Laqueus contritus est, & nos liberati sumus. Felix aliquanto obscurius, sed in eandem penitus sñiam, sicut legit, Cadent in retia eius impij simul, donec ego transeam. Vel sic, Ego in æternum transibo, vel ego donec trãseam. Quidam verò dictionem iachad (quæ significat simul) iungunt cum sequentib. & alteram dictionem ad petram, q̃ significat vsq; vel donec, accipiunt pro semper: quemadmodum non est inconsuetum vsq; pro semper accipere. vertuntque in hũc modum, Cadẽt in rete eius peccatores: ac deinde, Simul ego vsque transibo: i. perpetuo effugiam illa. s. peccatorum retia. Chal. Paraph. sic habet, Singularis sum ego donec tempus transeat.

## IN PSALMVM CXLI.

Versu 5. Considerabam ad dexteram, & videbam, & non erat q. cognosceret me. Hiero. & Felix p imperatiuũ vertunt, hoc modo, Respice ad dexterã, & vide, quia nõ sit qui cognoscat me. Vbi dñ̃o proponit suã derelictionem, quasi dicat, Et tu vides, q̃ pter te nemo adsit mihi in auxilium, neq; (vt in sequenti versu dr̃) vt patet mihi fuga, vt fugiendo me saluem, pp q̃, ad te solũ me potentẽ liberare clamo pro auxilio. ¶ Versu 10. Educ de custodia animã meã. Qđ in Hebræo ponitur vocabulũ pro custodia, descendit à verbo sagar, q̃ significat clausit. Vnde nomẽ illud clausuram significat vel carcerem aut locũ custodiæ ĩ quo quis concluditur quasi in carcere. Vñ Hiero.

Hieron.vertit, De carcere:& Felix,De A carcere,vel de clauso.Vltima ãt particula.Me expectãt iusti,donec retribuas mihi,variè transfertur. Hier. sic vertit In me coronabuntur iusti,cũ retribueris mihi.Qđ facilẽ hẽt intelligentiam cũ de Christo exponitur. In Christo n.tamq̃ in authore, & primaria cã salutis oĩum,iusti coronati sunt,suã acceperunt gloriã & claritatẽ, ꝑ illius passionem,mortẽ & resurrectionem consecuti sunt ipsi coronam suæ gloriæ,q̃ ꝓstolabantur, ad q̃ sine eo ꝑtingere ñ poterant, donec suam retributionem ipse accepisset.i.donec post passionem resurrexisset à mortuis, intrassetq; in patris gloriam. Si verò ad vnum quẽlibet iustũ referatur,ita debebit intelligi,Quũ retribueris mihi.i.cũ bene feceris mihi,me vc3.educendo de carcere angustiæ, tunc in me coronabũtur iusti:i.in modũ coronæ congregabuntur circum me, quasi congratulantes mihi,& exultãtes de mea liberatione, quemadmodũ fieri solet erga hmõdi qui de magnis euaserũt periculis.Quã C sñiam apertius habet versio Felicis, Me circundabunt iusti,cũ retribueris mihi. vel in me facient coronas iusti, ꝙ alij vertunt,Circumcingent me iusti, eo ꝙ benefeceris mihi, Consentit & ꝙ habet parap.Chald.Ob gratiam mei faciẽt tibi coronã laudis iusti,qm̃ redes retributionẽ bonam super me.

IN PSALMVM CXLII.

VErsu 4.Anxiatus est super me spiritus meus.Hiero.Anxius fuit ĩ me spiritus meus, in medio mei sollicitũ fuit cor meũ.Felix, Mœrore affectus est in me spiritus meus, vel inuolutus est, siue opertus est anxietate,ac deinde.Intra me desolatum vel obstupefactũ est cor meum. Idem hæc oĩa sonant quod vulgata nr̃a lectio. Vr̃ ãt illud quod habet nr̃a lectio sup me,accipiendũ pro in me,quanq̃ & aliter accipi pt̃,ut ualeat,de me,vel pro me,ut sit sensus,Anxius fuit de me, vel ꝑ me spiritus meus,vc3.ne ab inimicis comprehenderer, & in mortẽ abducerer. ¶ Versu 6. Anima mea sicut terra sine aqua tibi.In Græco est γῆ ἄνυδρος.i.terra inaquosa,vt verti solet. Intelligitur terra siticulosa,destituta humore. Vñ Hiero. Anima mea sicut terra sitiẽs ad te. Alij terram torridam vel lassam,nimia.s.destitutione humectantis aquæ; legunt.Oĩa in eũdem sensum concurrunt.¶ Versu 11.Dñe ad te confugi.Loco verbi confugi, in Hebræo ponitur B Kissath ꝑ sameh daggelatum,quod significat occultauit,cælauit,abscondit operuit,texit,& similia. Hiero. vertit, Dñe à te protectus sum.Felix,ad te abscondi, cælaui.i.te posui pro operimẽto meo uel pro redemptione mea, uel ad te clamaui in occulto, vel te, siue apud te cælaui uel abscondi, supple oĩa mea.Alij vertunt, ad te vel apud te latui,apud te me abscondi, Alij, ad te occultè confugi.Chald. Parap. habet, Verbum tuum constitui redemptionẽ meam. Hæc ferè oĩa nr̃a lectio maiori claritate cõplectitur, dicens, Dñe ad te confugi,vt scilicet apud te abscon-derer ab hostibus meis.

IN PSALMVM CXLIII.

VErsu 3. Qui subdit populũ meũ sub me.Hiero.Qui subiecit populos mihi:Felix,Qui protegit populũ meum sub me, vel, Qui dilatat,ampliat, vel q̃ extendit populos suos sub me;vel qui cõprimit populos sub ipso. ¶Versu 4.dñe,quid est homo quia in- D notuisti ei?Hiero.Dñe, quid est homo quia agnoiscis eum? Similiter vertit Felix,& eadem penè sñia est. ¶Versu 7. Fulgura coruscationem.Hieron.Mica fulmen,Felix,Emitte fulgur, alij, Fulminatione fulmina, vel eiaculare fulmina.¶Versu 14.Filiæ eorũ compositæ, circumornatæ ut similitudo tẽpli. Filiæ nr̃æ quasi anguli ornati ad similitudinem templi.Felix,Filiæ nr̃æ uelut

anguli tessellati, aut secti, vel dolati ad similitudinem tẽpli. Quod sic exponit, Sicut anguli qui vsu ita bene compositi & ornati vt præmagnitudine sectionis & ornamenti aliquid pulcherrimum ostendere videantur, admodum circumornatæ sunt. Clarius verti posset, Sicut angeli ædiũ admodum expoliti. In angulis. n. summa cura ꝓspicitur, vt bona sit compositio, & nullus appareat hiatus, neq; sit deformis coniunctio. ¶ Versu 15. Promptuaria eorũ plena, eructantia ex hoc in illud. Hiero. Promptuaria nr̃a plena & superfundentia ex hoc in illud. Felix, Anguli nr̃i (.i. anguli domus nr̃æ vel promptuaria) pleni, supereffundentes de specie in speciem. i. adeò sunt abundãtes, vt copiose præbeant, & quasi effundant diuersas species ciborum atque oĩum rerum necessariarum. Vel sic, effundentes de tp̃e in tp̃s. i. cum nouę fruges superuenerint plenæ erunt domus, siue cellaria frugib. anni p̃teriti. ¶ Versu 16. Oues eorum fœtosæ abũdantes in egressib. suis. Hieron. Pecora nr̃a in millib. & innumerabilia in cõpitis nr̃is. Felix, Oues nr̃æ millia producentes, & centenaria millia generãtes in vicis nostris. Ex Hebræo ad verbum sic posset transferri, Pecora nr̃a millificantia & myriadificantia. i. facientia milia & myriades siue centum milia. Pulchrẽ ãt istud nr̃a translatio simpliciter explicat, dicens, Oues eorũ fœtosæ. In eo ãt quod sequitur, Boues eorum crassæ, põt crassities intelligi pinguedo. Vnde Hiero. vertit, Tauri nr̃i pingues, vel grossities membrorũ ad declarationem roboris. In quam sñiam vertit Felix. Boues nr̃i fortes, portantes onus. ¶ Versu 17. Non est ruina maceriæ neq; transitus. Hieron. Non est interrruptio, & non est egressus, & non est vlulatus in plateis nr̃is. Cuius põt esse sensus, Nihil confringitur nobis, nihil egreditur, nihil frugit nihil deperit nobis, sed permanẽt salua & illæsa oĩa nostra. Felix ãt sic hẽt, Non est contractio, & non est faciens abortiuum: i. nihil nobis confringitur neque abortiuos fœtus pariunt pecora nr̃a. Alij, interruptionem illam vel confractionem intelligunt hostium impetuosam atque violentam interruptionem, siue perruptionem per muros, & per egressum intelligunt emigrationem vel abductionem in captiuitatem: quasi dicant, Nos securè agimus, non lacessimur ab hostib. non ꝑrumpunt in fines nr̃os, neq; captiuus vllus abducitur, in medio terræ habitamus pacifici, nemo nobis nocere tentat, adeo vt nec clamor vllus tumultuosus aut seditiosus audiatur in plateis nostris.

## IN PSALMVM CXLIIII.

VErsu 3. Et magnitudinis eius nõ est finis. Notandũ ꝙ dictio quę ĩ Hebræo ponitur pro fine, fit a verbo chachar, quod significat probauit, expertus est, exquisiuit, inuestigauit, explorauit. Vnde hoc loco verti potest, Magnitudinis eius non est exploratio, ꝓsequutio, inuestigatio, probatio, vel inuentio, vt vertit Hiero. Quid autem aliud est Magnitudinis eius non est finis. ¶ Versu 4. Generatio & generatio laudabit opera tua. Hiero. Generatio ad generationem laudabit opera tua. Felix, Generatio generationi laudabit, &c. Hoc est, vna alteri laudando prædicabit, sicque in omnibus generationibus laudabuntur opera tua, qui est sensus nostræ lectionis. ¶ Versu 15. Alleuat dominus omnes qui corruunt, & erigit omnes elisos. Hieronymus. Sustentat dominus omnes corruẽtes, & erigit omnes iacentes. Similiter ferè vertit Felix, & est eadem cum nostra lectione sententia. ¶ Versu 17. Imples omne animal benedictione.

Hiero.

Hiero. Imples omne animal refectio- A ne. Quod.n. nrā lectio benedictionem, ipse ex Hebræo refectionem appellat. Nomina quidē diuersa, res aūt eadem est. Nostra.n. refectio, Dei benedictio vel bonitas est: Id ē ex Dei benedictio ne & liberali bonitate procedens. Felix dicit verti ēt posse. Imples omne animal benigna voluntate, quod idem
Psal. 103 est eum eo quod in Psal. 103. dr̄, Oīa implebuntur bonitate. Nam refectio corporis nr̄i ex Dei bona voluntate (vt iam dictum est) procedit. Pōt.n. cum B vult claudere manum, & auertere faciem, ita vt cibi defectu pereant viuentia. Quidam ēt sic vertunt, Satias vel imples omnium animalium voluntatem: Vel, Satias omnia animalia iuxta desiderium: hoc est, Vnicuiqer secundum quod desiderat, pabulum conueniens & sufficiens præbes.

## IN PSALMVM CXLV.

VErsu 2. In filijs hominū, in quib. C non est salus. In Hebræo est numerus singularis, In filio hominis, cui non est salus, vel qm̄ non est ipsi salus, vel cuius non ē salus: hoc est, cui non conuenit vel cuius non est, ad quē nō
Psal. 3. spectat, saluare: quemadmodum psal. 3. dr̄, Dn̄i est salus vel dn̄o ē salus: hoc est, Dei est saluare, salutem præstare Deo competit. Totus quoq; versus sequens tertius ꝑ numerū singularem ī Hebræo legitur, hoc modo, Exibit spiritus eius, & reuertetur in humū suā, in illa die peribunt cogitationes eius. D ¶Versu 7. Dn̄s erigit elisos. Hiero. vertit allisos. Felix: collapsos vel recutuos vel collisos.

## IN PSALMVM CXLVI.

VErsu 1. Laudate dn̄m, qm̄ bonus est psalmus, Deo nr̄o sit iucūda decoraq; laudatio. Secus aliqñ in Hebræo legitur. Hiero. sic vertit, Laudate dn̄m, qm̄ bonum est canticum Dei nr̄i qm̄ decorum est pulchra laudatio. Felix, Laudate dominum qm̄ bonum est psallere Deo nostro, quoniam iucundum, decora est laus, aut formosa siue decēs. ¶Versu 2. Dispersiones Israelis congregabit. Hieron. vertit eiectos Israel. Felix similiter, vel propulsos, hoc est, exules, & à propria patria extorres, à patrijs translatos sedib. in captiuitatem, qui ijdem in lectione vulgata vocentur dispersio Israelis, i. dispersi ex Israel. ¶Versu 3. Et alligat contritiones eorum. Ita nobiscum vertit, Hieronym. Felix aut, Et lenit dolores illorum, vel emplastris illinit aut obligat (vt solent facere chirurgi) vulnera eorum. ¶Versu 4. Omnibus eis nomina vocat. Hiero. Omnes nomine suo uocat. In eandem sententiam Felix, Omnes illas nominib. vocabit. Snia cum nostra lectione satis rectè conuenit, & quod habet nostra lectio non minus cōmodè ex Hebræo verti poterat.

## IN PSALMVM CXLVII.

NOta, quod psalmos iste apud Hebræos absque diuisione cōtinuè annectitur præcedenti, ut ex duobus fiat unus, atque ita diuersit s numeri, quo à psalmo nono Hebrei in sua computatione semper vnitate vna antecedebant Græcos atq; Latinos, iam hic terminat, vt subsequuturus proximè psalmus tam Hebræis quàm latinis sit futurus in ordine 148. ¶Versu 2. Quoniam confortauit seras portarum suarum. Hieronymus pro seris vectes legit, similiter Felix. Sententia eadem est, ciuitatem Dei bene munitā atque firmatam esse, ut non possit hostis irrumpere. In eo quoque quod sequitur, Benedixit filijs tuis in te, Hieronym. vertit, in medio tui, & Felix, ī meditullio tui, aut ī medio tui, uel in

viſceribus tuis, Omnia idem ſonant. Et in verſu ſequenti, pro plurali in Hebręo eſt ſingulare, hoc mõ, Qui poſuit terminũ tuum pacem: i. Qui terminũ tuum vel fines tuos pace donat, vel in pace circundat. In quinto ãt verſu, pro bula pruina ponitur, inter q̃ non ita multa eſt diuerſitas: qm̃ ferè nebula frigida & humida in pruinam reſolui tur, queadmodũ nubes aquoſa in pluuiam. ¶ Verſu 6. Mittit cryſtallũ ſuam ſicut bucellas. Felix, ſicut fragmẽta, Et in eo ꝙ ſequitur, ante faciem frigoris eius quis ſuſtinebit? Hieron. vertit, ſtabit: Felix, permanebit. In verſu ſepti mo, vbi nos habemus, Emittet verbũ ſuum & liquefaciet ea, &c. Hieron. in eandem vertit ſnĩam, Mittet verbum ſuum, & ſoluet illa, ſpirabit ſpiritu ſuo & fluent aquæ. Et penitus eandem lectionem ſeruat Felix. Alij verò ita legunt, Mittet verbum ſuum, & ſanabit eos, vcʒ. à nimio & intolerabili frigore infirmatos: quemadmodum & in alio pſalmo dr̃, Miſit verbum ſuum, & ſanauit eos, & eripuit eos de interitionib. G
Pſal. 105 eorum: ac deinde, Quieſcere faciet vel ſedere faciet ſpiritum ſuum, & fluent aquæ: hoc eſt, ſpiritum ſuum faciet ꝑmanentem accipere habitationem in electis, & fluent aquæ, &c.

## IN PSALMVM CXLVIII.

VErſu 3. Laudate eum oẽs ſtellæ, & lumen. In Hebræo non interponitur coniunctio &, ſed abſque coniunctione dr̃, Oẽs ſtellæ luminis: hoc eſt, oẽs ſtellæ luminoſæ, vel lucentes in firmamento. ¶ Verſu 5. Quia ipſe dixit, & facta ſunt, ipſe mandauit, & creata ſunt. Prior pars illa, Ipſe dixit, & facta ſunt, hoc loco nõ hr̃ in Hebræo. Videri põt in codicib. Græcis, atq; Latinis ex pſal. 32. huc tdducta, vbi ambæ hæ partes ſm eundem hunc ordinem in codẽ uerſu iũguntur. ¶ Verſu 8. Ignis, H

E grando, nix, glacies, ſpiritus procellarum. Pro glacie in Hebræo eſt vapor, aut exhalatio, aut fumus. Dictio nanq; in Hebræo poſita, venit a verbo Keter, ꝙ ſignificat ſuffumigauit, vel euaporauit, vel exhalauit. Vnde dictio illa vaporem vel potius exalationem ſiccam vr̃ ſignificare. ¶ Verſu 13. Confeſſio eius ſuper cœlum & terram. Hieron. Gloria eius in cœlo & in terra. i. magnificentia eius vbiq; relucet, ucʒ. tã in cœlo quàm in terra. Felix verò ad
F ſnĩam noſtræ lectionis vertit, Confeſſio, decor, laus, vel celebratio eius ſuper cœlum & terram.

## IN PSALMVM CXLIX.

VErſu 3. Laudent nomen eius in choro. Dictio Hebraica machol, per heth in medio, ambiguæ ſignificationis eſt. Plerunque. n. chorum ſignificat, vt hẽt nr̃a lectio: & quõ tam hic quàm in ſequenti pſal. vertunt Hiero. & Felix. Interdum tñ & tibiam inuenitur ſignificare, vnde verti hoc loco etiam poſſet, Laudent nomen eius in tibia. Neque hoc propoſito male conueniret, qñquidem & alia poſt adijciuntur inſtr̃a muſica, cum ſubiungit In tympano, & pſalterio pſallant ei. Pro pſalterio autem, Hiero. & Felix citharam vertunt. ¶ Verſu 4. Quia beneplacitum eſt dño in populo ſuo. Hieronymus. Quia cõplacet ſibi dñs populo ſuo. Felix, Quia diligit dñs populum ſuum, vel qm̃ vult dñs populum ſuũ. Pro eo autem ꝙ ſequitur, Et exaltauit manſuetos in ſalutem. Hieron. vertit, Exaltabit manſuetos in Ieſu, quod intelligi põt in ſalutari, vel in ſaluatorẽ Chriſto. Per illum namq; erit oĩs nr̃a exaltatio. Felix aũt vertit, Glorificabit manſuetos in ſalute, vel pulchros reddet, aut coronabit in ſalutem. Oĩa eandem habent cum nr̃a lectione ſnĩam. ¶ Verſu 6. Exultationes Dei in gutture

eorum.

eorum. Videtur hoc loco non esse legendum, vt vulgò legitur per u, sed p a, exaltationes, id quod tā ex Hebræo quam ex Græco fit manifestum. Nam in Græco est ὑψώσεις, q̃ citra controuersiam significat exaltationem, non exultationes. Nomen quoq; Hebraicū à verbo descendit, q̃ est extulit vel excitauit. Quare exaltationes ex Hebræo verti debet. Significantur autem per exaltationes, laudes, qm̄ qui laudat, exaltat: & qui exaltat verbis, laudat. Vn̄ Felix uertit exaltationes, vel laudes. Vn̄ ē manifestū ſm sniam parū referre siue legamus exultationes siue exultationes, qm̄ laudes illæ, vel exaltationes sanctorum, nihil aliud quàm exultationes sunt. Consimilem annotationem posuimus in psal. 65. cum dr̄, Ad ipsū ore meo clamaui, & exaltaui sub lingua mea: pro quo vulgo non bene legitur exultaui per u, cùm sit exaltau, vt in annotationib. psalmi illius inuenies declaratum. ¶ Versu vltimo, Vt faciant in eis iudicium, conscriptum. Chal. parap. hēt, ut faciāt ī eis iudiciū, q̃ scriptū ē in lege. Qđ vr literam illā sonare intelligentiam, quæ à nobis vltimo loco in principalibus annotationib. tātum est indicata nō approbata.

## IN PSALMVM CL.

VErsu 1. Laudate dominū in sanctis eius. Hieronymus, Laudate dominum in sancto eius. Nam in Hebraico singularis numerus ponitur. Quod si accipiatur secundum genus masculinum, intelligitur in Christo, qui est sanctus sanctorum, spiritu accepto non ad mensuram, sanctificatus non ad mensuram. Si verò secundum genus neutrum accipias, intelligi pōt in sanctuario, vel in loco sancto suo, i. in cœlo. Vel in sancto pro in sanctitate, quomodo vertit Felix, Laudate do-

A minum in sanctitate eius. Simile quid diximus in psal. 59. vbi dicitur, Deus loquutus est in sancto suo, quod exponi potest, in sancto filio suo, aut ꝓpheta, vel in sanctuario suo, uel in sanctitate sua. ¶ Versu 3. Laudate eum in sono tubæ. Hieronymus, in clangore buccinæ: item & Felix, vel in pulsatione cornu. In sequenti autem versu, vbi dicitur, In tympano & choro, verti et potest ex Hebræo (vt in annotationibus psalmi præcedentis diximus) in

B tympano & tibia. Pro eo autem quod nos legimus, In cordis, in Hebræo est dictio minimus, qua Felix dicit significari musicum instrumentum nobis incognitum. Significat autem dictio illa Hebraica idem quod genera. Vnde opinantur quidam fuisse aliquod instrumentum in quo plura genera musicorum instrumentorum simul resonabant, quemadmodum nunc in organis nostris plura musicorum instrumentorum genera

C ra audiuntur. ¶ Versu vltimo. Laudate eum in cymbalis benesonantib. In Græco est una dictio εὐήχοις, i. sonoris, benesonantibus, id est, quæ sunt boni soni, quod vnica dictione Latinè dicimus sonorum, ita vt longe possit audiri, atq; ita vertit Felix, In cymbalis sonoris, adijciens etiam verti posse, in cymbalis auditus, eo quòd tam magnum sonum faciant, vt audientur à longinquo. Vltimam autem clausulā Hieronymus sic vertit, Omne quod

D spirat, laudet dominum. Felix, Omnis animalis laudet dominum, i. omne quod animam aut uitam aut esse hēt, laudet dominum. Ita enim potentissimè, sapientissimè, optime Deus, decet laudem tibi dari ab omni creatura quæcunque subsistit, quæcunque a tuo plenissimo essentiæ fonte, tanquam guttula minutissima defluxit. Præ omnibus uerò & super omnes, de-

debitores sumus nos rationales creaturæ tuæ, in quibus super creata omnia magnificasti vehementer sauctam misericordiam tuam. Quam etiam supplices oramus ita nostra formare corda, ita nostras animas dirigere, vt in tuo semper beneplacito viuentes, vita, lingua, & animo, secundum laudẽ perfectam te laudemus, ex hoc nunc & vsque in æterna secula. Amen.

FINIS.